¶Textus. [Mutauerūt gloriā immortalis et incorruptilis dei in similitudinē imaginis corruptilis hominis: et volucrū: et quadrupedū: et serpētū.] Ecce habes/quo peruenit stultitię/stulta sapientia eorū qui se sapientes putabāt. Qui si pergam numerare quot homines prodijs: quot quadrupedes: quot serpentes et in audita figmēta Prouerb. atq; portenta hi stultissimi sapientes coluerint: ventos videbor reti venari: perditurus et oleū et operam: vel qđ verius est: cribro aquam haurire. Addendum est tamē Lactātius. aliquid ad ea que pręlibauimus: vt sapientium istorum stultitia stultissima vel cęco appareat sicut dicitur. Igitur de dijs gentium ita dicit Lactantius firmianus. Si queras quomodo aliqui homines dij crediti sunt? Nimirū xxxiij qz reges maximi ac potētissimi fuerūt ob merita suarū virtutum aut numerū: aut artium repertarum: cum chari fuissent his quibus imperabant: in memoriā sunt cōsecrati: quod ex operibus ac gestis eorum satis liquet. Legimus tamē de Hercule q̄ non tantum seruierit regi Euristheo: quod aliquaten⁹ honestuꝫ videri potest: sed etiam impudicę mulieri Omphalę: que illum in habitu muliebri indutū sedere ad pedes iubebat pensa facientē. Detestabilis turpitudo: sed tāta erat amoris fędi voluptas et tamen diu pro deo habitus est etiam apud sapientissimos Romanorū. Quis inquit quidam eorū est deus: nisi inuictissimus Hercules? O amentiam misera tu dignam. Stultus proinde. M. Tullius qui. C. Verri adulteria obiecit: eadem. n. Jupiter quē colebat ipse et Prouerb. Romani admisit: cuꝫ huic et optimo et maximo Joui eadem fuerit et soror et cōiunx Juno. Igitur homines rudes Actu.12. siue ob virtutis miraculuꝫ que semper rara auis vt dicitur fuit: homines deos vocare ceperūt: siue vt fieri solet in adulationem pręsentis potentię: sicut et habetur Daniel.3. Actuū.12. Siue timore mortis: sicut dedicata est statua Nabucodonosor: siue tyrānide sicut legim⁹ đ Cosdroe rege persarū: qui se coli et adorari fecit a gentibus quas imperio barbarico suo subiecerat dominatui: vocariq; regem reg. et dominū dominantiū: fingens iuxta possibilitatem artis humanę tonare ac pluere. Siue fraude humana sicut legimus de psaphone qui diuinitatis opinionem affectans: q̄ plurimas aues cępit vocales: easq; docuit sonare hec verba: magnus deus psaphō: atq; ita doctus emisit in montes: at ille que arte didicerant canebant: ac reliquas itē aues eadē sonare docebant. Porro Lybies cū ignorarent comentū: credentes id diuinitus xxxiiij accidere: Psaphoni sacrificauerūt: ipsumq; in numerū deorū retulerunt. Verūtamē referēte scriptura multitu Gene.3. dinē deorū primus omniū diabolus introducere voluit dicens: eritis sicut dij scientes. et cetera. Deinceps aūt ipsi reges cum chari fuissent his quorum vitam cōposuerant: magnificum sui desiderium mortui reliquerunt. Itaq; homines eorū simulacra finxerunt: vt haberent aliquod ex imaginū contemplatione solatiū: progressiq; longi⁹ per amorē: memoriā defunctorū (quā parentalia vocant) colere ceperunt: vt et gratiam referre bene meritis viderētur: et successores eorū allicerent ad bene imperandi cupiditatem. Sed et accendę virtutis gratia sicut dicit et Tullius: aut quolibētius reipu. causa periculum adiret optimus quisq; virorū fortium memoriā vidēs honore deorū immortaliū cōsecratā. Hinc execrāda sacra: et sine omni virtute religionis esse cęperūt. Hac ratione Romani suos Cęsares cōsecrarūt. Deū autē quirinū deorū suū primū quomodo putam⁹ adinuētū? Senatus nēpe Roman⁹ cuius cōsilio secreto Romul⁹ occisus est: subornauit Julium proculū vt nūtiaret plebi vidisse se Regem humano habitu augustiorē: eumq; mādasse ad populū vt sibi delubrū fieret: se deū esse et Quirinū vocari: quo facto: et ipsi populo psuasit Romulū ad deos abijsse: et senatum suspitione cędis liberauit. Sic Mauri reges suos cōsecrauerūt: Egyptū Isidem: Mauri Jubā: Macedones Sabyruꝫ: Peni Vranū: Latini Fanum: Sabini Xantum: Delphos Apollinē: Athenę Mineruā: Samos Junonē. Tota Asia Dianā: Paphos venerē: Lēnos Vulcanū: Naxos liberū: Belū Assyrij: Dagō Palestini: Astarteꝫ Sidonij: Chamos Moabite: Moloch Ammonitarū prouintia. Deniq; vna queq; gens fabricata est deum sum. Dij Sepharuaim erāt Adramelech: et Ana. Belphegor item deus Moabitarū: numeri, 25. ca. Deniq; ita amātes erāt deorū nouorū: vt semper noui recentesq; venirent quos non coluerūt patres eorū. Et ne forte aliqui boni dij essent in orbe quorū nomina Athenięses ad huc ignorabāt: vt oēs haberēt propitios/aram quādam illis statuerūt cōmunem: cuius titulus ita habebat. Dijs Asię et Europę: et Aphricę: dijs ignotis et peregrinis. Simile opus Romani fecerūt cōstruētes Pātheon tēplū omniū vꝫ deorū sicut supra dixim⁹. Hoc tamen solēne phanum Domitian⁹ Imperator. 12. Romanorū anno, 81. a natiuitate christi ędificari fecit. Et pręterea pietas eorū qui successerūt: plurimū cōtulit ad errorem: qui vt diuina stirpe nati viderētur: diuinos honores parentibus detulerūt: deferriq; iusserūt. Qđ si sicut Ciprianus dicit olim dij de dijs nati sunt: quare non et modo? An iupiter optimus maximus hominum sator atq; deorū sexagenarius factus est: similiter et eius vxor Juno? Legimus etiā de alijs alijsq; q̄ artes inuentę immortalē pepererint memoriā et inde inter deos trāslati feruntur: vt Esculapio medicina: Vulcano fabrica: Cereri inuētę fruges. Libero ob vini vsuꝫ repertū. Sed veniamus ad Romanorū religiones proprias. Romuli nutrix Lupa. i. meretrix honoribus est affecta diuinis: que tamen ideo lupę nomē accipit: quoniā corporis sui copiā omnibus faciebat: cuius simulacrū Romani sub specie Lupę posuerūt: qz meretricis nō licebat. Flora fęmina cum magnas opes ex turpi lucro conquisisset: populum Romanū scripsit hęredem: certāq; pecuniā reliquit: cuius ex annuo fęnore su⁹ natalitius dies celebrareť ęditione ludorū quos appellant floralia. Qđ qz senatui flagitiosum videbatur: ab ipso nomine argumētuꝫ summi placuit: vt pudēdę rei quedā dignitas adderetur. Deam finxerūt esse que floribus pręsit: eamq; placādam esse vt fruges cū arborib⁹ bene matureq; et prospere florescerēt. Cum quātis autē obscęnitatibus festa illa celebrabātur nudis fęminis: que tūc vice mimorū fungebātur cōspiciente senatu Romano: silentio pręterire decreuimus. Cloacinę simulacrū in cloaca maxima repertū Ticius cōsecrauit: et qz cuius esset effigies ignorabat: deam cloacinā vocauit. Deum pauorē pallorēq; Tullius hostilius

Egptus appellata ē tēplū mūdi. xxxv. 4.Reg.18. Deute.32. Dij gentiū. πάνθεον. Pātheon. Seneca. Ciprian⁹. Flora. xxxvi.

August. terius Romanorum rex fudit et coluit. Quid de hoc dicam nisi quod Aug. de dea Febre: dignos videlicet fuisse istos qui semp deos suos (sicut optari solet) pręsen- Romani. tes habeāt. Marcus Marcellus eadem vanitate templum honori et virtuti cōsecrauit. Quid ergo mirū si ab hac gente vniuersa flagitia emanarūt: apud quā ipsa vitia religiosa sunt? Aliquādo Romana vrbs a Gallis val- Venus. lata: obsessi in capitolio Romani: cū ex fęminarū capillis tormenta fecissent: ędē Veneri caluę cōsecrarūt. Porro Lacedemonij eandē venerē armatā colunt ex nō dissimili euentu: similiter et fortunā. Eodeꝫ tēpore Joui pistori ara apposita est: q̄ eos inquiete monuisset vt ex omni frumēto quod haberēt: panem conficerēt: et in hostiū castra iactarent: eoq; facto soluta est obsidio: desperātibus gal- Anseres. lis inopia subigi posse Romanos. Mirū quare et anse- 37. ribus nō statuerūt aram: quorū clamore custodes expgefacti sunt: q̄ si non/actum esset de Romanis. Quis non rideat fornacē deam: vel deā mutam ex qua nati sunt la- Lapis de⁹. res? Quid q̄ lapidem colunt informē atq; rudem? Huic nomē erat terminus. Hic est quem pro Joue Saturn⁹ pater dicit deuorasse. Nec immerito huic lapidi honos tribuit. Nā cū Tarquinius capitoliū facere decreuisset: eoq; in loco multoꝝ deorū sacella essent: cōsuluit eos per Lactātius. auguria vtrū ioui cedere velint: et cedentibus ceteris: solus termin⁹ mansit. Vnde et illud patet q̄ magn⁹ sit Jupiter cui nō cessit lapis: ea fortasse fiducia q̄ eū de patris faucibus liberarat. Facto itaq; capitolio: supra ipsuꝫ terminū foramē est in tecto relictū: vt quia nō cesserat loco: cęlo frueretur. Et huic ergo publice supplicaŧ quasi custodi finiū deo: qui nō tātū lapis sed interdū stipes est. De his omībus q̄ plenius instrui cupit querat Aug. de ciuitate dei Libro. 4. et. 7. per totum multa de his portētis. Pręterea sciendū q̄ Ceres vel religiosissima quā videre maribus nec adorādi quidem gr̄a licebat: vt an- August. tiquissima quā. s. Senatus popu. qz Rom. sacrificijs donisq; placauerat: ex arcanis vetustisq; penetralib⁹ a. C. Verre immissis latronib⁹ seruis impune sublata est: co- Gene.31. modo q̄ Rachel furata est deos Labā patris sui: et tādem vt furtuꝫ lateret sup eos sedit. Quasi vero si. C. Verres ex delub. Cererē sustulissꝫ: de cęlo q̄ꝫ sustulit si dea erat. Sic. n. Siculi cōquesti sunt: Jam nec deos quidē in vrbibus suis habere ad quos confugiant: q̄ eoꝝ simulacrū sanctissimū. C. Verres sustulisset ex delubro. Ceteruꝫ in- Chimera. ter alia Romanorū portēta: Numē q̄ddā huiusmodi specie venerabātur. Bitorme erat: canino et leonino capite cōmixtū: et de capro arieteq; cornutū: et aliū bis vtrumq; hircū: et a cruribus serpens et a tergo vtrūq; alitem: chi- Ezeche.1.c. merā veri⁹ q̄ deū: et putares te videre visiones Ezechielis ignem nubem: electrū: rotas: et thronū maiestatis di- 38. uinę et quattuor animalia quattuor facierū pēnata et oculata: et deū desuper cūcti potentē: cuius nutu ibant et reuerte. in simili. ful. coruscantis. Mirabiles proinde Romanorū dij qui tot sibi deos subiecerūt quot de gentib⁹ egerūt triūphos: qui quidē captiui dij et ab hostib⁹ suis Statua posita Simoni mago romę. sustinent adorari: et illis imperiū sine fine decernūt: quorū magis iniurias q̄ adulationes remunerare debuerāt. Sed q̄ nil sentiūt etiam cū anseres vigilāt: tam impune lędūtur: q̄ frustra colūtur. Verer autē nō frustra. Qui. n. cadētes et procidentes adorauerūt opera sua vel aliūde sublata vel demonū arte cōficta: orbis Monarchiā multo tempore in pace possederūt. Pręterea sciendū q̄ vbi colebātur isti duo dij Isis et Serapis: erat etiā simulacrū quod digito labijs impresso: admonere videretur vt silentiū fieret. Et Varro id significare existimat vt taceretur illos deos homines fuisse: sicut vere fuerūt: sꝫ errore hominū inter deos translati. Et cū hoc constitutum est vt si ἄπιν καὶ μνεύιν. quis Serapim maximū egyptiorū deū: regē autē Argiuorū hominē diceret: capite puniretur. Hos Hieronym⁹ vocat Apin et Mneuin: qui sub boum figura coleban-tur. Vnde Judęi vitulū pepererūt quē adorarent: et Hieroboam duos fecit vitulos aureos: vt quod i Egypto didi- 3.Re.12. cerant hoc in sua superstitione seruarent. Sarraceni vero vsq; hodie luciferum venerantur: quem hębrei appel כוכב lant cocab. At autē ad superiora sermo recurrat: vere sapientes illi in sapientię humanę studio et diuinitatis noscenda ratione sapere plurimū arbitrati sunt: similitudinem tamen corrupt. hominis aut pecoris adoratū procedunt: honoresq; circūdant: fundētes vina: imponētes corollas: et thura incēdētes, et cetera. Quod si quis horū per magnifica templa et lucus propileorūq; moles et ornamenta conspiciat: delubra insuper admiranda tabernaculis ob- xxxix ducta superbioribus: deorūq; superstitiosissimos cult⁹ plane admiratiōe tenebitur. Vbi vero ad penetralia ipsa peruentū est: non solum parturient montes et nascetur ri- Prouerb. diculus mus: quin deteriora et turpiora reperturus es videlicet crocodilū: canem: hircū et simias mirandaq; portenta: adeo vt virilia priapi seorsim ex auro fabricata: p deo colerēt Egyptij pcepto Isidis vxoris et sororis eiusdem priapi: qui altero nomine Osiris vocatur. Huius sacra etiam iudęi vnius summiq; dei cultores etiam susceperant: in quib⁹ sicut sacra refert historia regū princeps erat (ph pudor) Maacha mater Asa regis Judę: in quo 3.Reg.15. loco pro deo erat simulacrū turpissimū: videlicet adolescentulus iuuenis virili sexu vltra humanā mensurā maiore. Vides q̄ merito iratus deus: non tamen accendēs Recapitulatio. omnē iram suam. (Quis. n. sustineret?) Videns gloriā suam et honorem hominibus bestijs: serpentibus: lapidibus: chimeris: meretricib⁹ et demonibus: tyrānis: artificibus: egritudinibus et dijs cloacinis: sollunęq; et stellis: piscib⁹ et pudendis exhiberi: de se nulla habita memoria q̄ illis reuelauerat quicquid đ eo cognoscibile est per creaturarū coniecturas: p is igitur omībus et pluribus alijs que apostol⁹ sub hominū bestiarū et serpentū trib⁹ Prouerbiū. nominibus comprehēdit: ipse versa vice: et par pari referēs: licet multo maiora cōmeriti essent: ppter hec inquā Psal.77. omnia. [Tradidit illos deus in desideria cordis eorum;] xl. tradidit eos sibi ipsis: dedit quod amabant: sed dānando: et adhuc escę erant in ore. et cetera. Contra qđ orat propheta me tradas me domine a desiderio meo pctori. Tradi- Psal.136. dit eos. [In immūditiam: vt qui animas contaminauerunt sacrificijs tot portentorū: corpora etiam vitiorū sordibus maculent: vt qui in sordibus erant: sordescant ad- Apoca.vlti. huc.] Vnde sequitur. [Vt cōtumelijs afficiāt corpora sua in semet ipsis.] Tradidit autē positū est: pro dereliquit: sua videlicet volūtate illuc euntes. Freno. n. eguerūt nō calcaribus. Grece tū cordiū illorum est: nō cordis: nulla est. n. concordia inter impios nullus consensus: quando καρδιῶν αὐτῶν. semet ipsis facti sunt graues et q̄rulosi. Quod dicit corpora sua in semetipsis: verecunde tetigit eorū pessimos mores. Significat. n. mutuū masculoꝝ inter se stuprum: et mutuꝫ item coitum fęminarum inter se. Nec desunt qui dicāt hoc innominabile facinus a fęminis accepisse initiū: quod tamē in publico non arbitror propalanduꝫ: ne forte octipedē. i. scorpiū excitemus: aut iritemus: cra- Prouerb. brones vt dicitur. Sequitur. [Quia cōmutauerūt veritatem dei. i. esse dei quod solum est vere esse et necessarium esse: et omnium que quoquo modo habēt esse natura dans esse. Igitur hoc modo cōmutauerūt veritatē dei [In mēdacium:] aliter sentientes de eo quam erat: fingentes ei effigiem hominis. Cōmuta. veritatem dei in men. lapidibus. n. et lignis auferentes qđ sunt: dant illis qđ nō sunt: non. n. vocantur iam lignū. vel lapis: sed deus: Ambrosi. et hoc est immutare verū in falsuꝫ. Vnde illud Esaię. 40 Cui simile fecistis deū: aut quam imaginem ponetis ei? Nunquid sculptile cōflabit faber: aut artifex auro figurabit illud: et laminis argēteis argētarius? Forte lignuꝫ et imputribile elegit artifex sapiēs: q̄rit quomodo statuat simulacrū quod nō moueat. Sed quo tendit amentia sa

pientię vestrę? Nūquid non scietis? Non audistis? Non annūtiatū est vobis a creatura mūdi? Qui sedet sup gyrū cęli ꝛ habitatores eius sunt q̄si locustę. Cęlū mihi sedes terra scabellū: cęlos palmo metior: terrā tribus appendo digitis. Leuate leuate in cęlū oculos vr̄os vel corporeos si mentales pdidistis: ꝛ videte quis creauit hec. Hec ibi. et. 66. ca. Ceterū ex his ꝛ superius dictis patet
24.q.5.trāsferunt. quomodo dei veritatē cōmutauerūt in mēdacio suo: opinantes de deo sicut eis sua vana sapiētia suggerebat. De hoc ꝛ alibi dicēdū est: videlicz ibi vn9 de9 vna fides. ꝛc̄. Sequit. [Et coluerūt ꝛ seruierūt creaturę poti9 q̄ creatori: qui est bñdictus in secula seculorū amen.] Omitto nūc cęterarū pecudū ꝛ serpentū om̄igenūq3 deorū indigenarū: alienigenarū: cęlestiū terrestriū infernorū: marinorū: fluuialiū: certorū ꝛ incertorū ꝛ vt Varro ait mariū ꝛ fęminarū portēta retexere: quos quāto maior facta est Roma sicut nauis nautas: tanto plures adhibendos putauit: quibus singul. ꝛ proprie festiuitates: ꝛ dedecoris propria sunt deputata mysteria. Sacra phrygia in qb9 impudicicia disciplina est. Orgia liberi in quib9 stupra coluntur deorū. Sacra Herculis in quibus verbū bonū forte fortuna elapsū piaculū est. Sacra Veneris in quib9 noua nupta sedet sup fascinū Priapi: sacra Cybeles matris deorū. ꝛc̄. Que autē sunt apud hos sacrilegia: si ista sunt sacra? Dimitto igitur coribātes ante Berecinthiā: Hecatē: delphicos tripodes Orphei mysteria: latrantē Anubim: Anseres: deā partū dam ꝛ virginēsem: Bellonā: Janū quadrifrōtē. ꝛc̄. De quibus Aug. 4. de ciuitate dei cap. 11. Illud quātę cęcitatis est: q9 Atheniēses Cōtumelię ꝛ Jmpudētię tēpla dicarūt: ꝛ Lauernę q̄ latronū est patrona. Et tres inducere deas certantes de p̄mio pulchritudinis: Saturnū filios deuorare: Jouē cū Titanibus bella gessisse: Jouē eūdē cū cti potētē forma nubis Jndeo mixtū: specie fęminę Callistenę: tauri effigie Europā cognouisse: forma nutricis cōgressum Semelę: specie aquilę: infusum Asterię: forma cigni aggressū Ledā: forma Satyri Antiopā: Eginā in forma fulguris: Ganimedē puerū in forma dei. Plutonē cęcū quis nō rideat: victosq3 pēnates: Appollinē nō dū pubescētē: Esculapiū quiq3 suppositicia barbā tueri nō potuit: videlicet qr aurea erat. Deniq3 tā criminosos vobis deos elegistis: vt eorū exemplo vitijs vr̄is daretur autoritas.
Vale. Ma. Nam Camill9 ꝛ Posthumi9 cēsores referēte Val. Ma. era pęnę nomine eos q̄ ad senectutē cęlibes peruenirēt in erariū deferre iusserūt. Legimus ꝛ deā Febrē tria sacella Romę habuisse. Sed o cimerias tenebras: nūquid in tm̄ soporari ꝛ obrui in vobis debuit humanę naturę
Greg. Na. iuditiū: vt si forte deuiādū fuerat a veri dei cultu: vsq3 ad hoc venirēt: vt simulacra voce ꝛ motu ꝛ sensu carētia humanę artis opera coleretis? Sed mercedē acceperūt erroris sui. Nā ꝛ Bel apud Babylonios deus habitus est videlicet q9 tā multa voraret. Et ecce Jam tertio vndas numero. Tamē dicam9 ꝛ illud quā obstinata mēte his ꝛ similibus dijs Romani deseruiebāt ꝛ nō potius creatori qui est bñdict9 in sęcula. Post canense bellū. S. R. decreuit ne matronę vltra tricesimū diē luctus suos extēderēt vti ab ijs sacra Cereris peragi possent: sic mr̄es ac filię coniuges ꝛ sorores nuper interfectorū abstersis lachrimis: depositisq3 dolorū insignibus: candidatam induere vestem: ꝛ aris dare thura coactę sunt. Qua quidē
Vale. Ma. constātia obtinēdę religionis inquit Val. M. magn9 cęlestibus dijs iniectus est rubor vlterius aduersus eā seuiendi gentē: q̄ ne iniuriarū quidē acerbitate ab eorum cultu absterreri potuit. Nā ꝛ sulpitio iter Sacrificādū e capite apex prolapsus eidem sacerdotiū abstulit: occētusq3 soricis audit9 Fabio Maximo dictaturā: Caio Flaminio magisteriū equitū deponendi causam p̄stitit. Tāta erat profanę religionis religiosa sollicitudo. Deniq3 Marcellus templū honori ꝛ virtuti statuere volens: impeditus est a collegio pontificū negante vnam cellā duobus dijs recte dicari. Futurū. n. si quid pdigij in ea accidisset: ne dinosceret vtri rem diuinā fieri oporteret: nec duobus nisi certis dijs vna sacrificari solere.

¶ Propterea tradidit illos deus in passiones ignominię. Nā fœminę eorū immutauerunt naturalem vsum in eum qui est cōtra naturā. Similiter autē & masculi relicto naturali vsu fœminę: exarserunt in desideriis suis in inuicem masculi in masculos turpitudinē operātes, & mercedem quam oportuit erroris sui in semet ipsis recipientes. Et sicut non probauerunt deum habere in noticia, tradidit illos deus in reprobum sensum, vt faciant ea quę non conueniunt. xli.

[Text9. Et ppterea iterū secūdo tradidit illos deus in passiones ignominię]. i. ignominiosas: per q̄ intelligit morbū innominabilē effęminatorū ꝛ virorū ꝛ fęminarū. De hoc ita legimus. 2. Macha. 4. Jason ambiebat sacerdotiū iudęorū: adito rege: ꝛ promittens ei argenti talenta. 360. ꝛ ex redditib9 alijs talenta. 80. Super hoc pmittebat ꝛ alia. 150. si potestati eius cōcederetur gymnasiū ꝛ ephębiā sibi constituere. Quo concesso: ausus est sub ipsa arce gymnasiū constituere: ꝛ optimos quosq3 ephęborū in lupanarib9 ponere. Verū tamē quoniā in leges diuinas impie agere ipune nō cedit: vxor Loth vt ipsam naturę formā amisit: quoniā contra dei p̄ceptū respexit retrorsum. Et sicut dicit Origenes videtur deus in huius peccati vindicta quasi oblitus miserationū suarum: puenisse die3 iudicij q̄ in igne est reuelandus. Voluitq3 deus vltionē Sodomorū manere perpetuā in memoria: ipsos aūt peccatores noluit ardere vsq3 in p̄sentē diē: sed semel incensos sub terra occultauit: cuius terra illa vsq3 in p̄sens ignis vestigia seruet ꝛ in superficie ꝛ in fructetis que ex ea oriūtur. Sunt. n. ibi q̄dam poma pulchra qui dem aspectu: q̄ tamē si p̄māttur: cinerē euaporāt. Deniq3 inter peccata q̄ ad deū clamare dicūtur hoc est vnū ꝛ vel maximū. Unde deus quasi incredulus dicit: descendā ꝛ videbo: si tantū nefas ppetrauerint hi qui ad imag. meā cōditi sunt. Jn tm̄ aūt hoc vitio Greci ꝛ Romani quondā laborauerūt: vt ꝛ clarissimi phorū grecię haberēt publice cōcubinos: ꝛ Hadrianus phię artibus erudit9: Antinoū consecrauerit in deū: tēplisq3 ei ac victimas ꝛ sacerdotes istituerit: ꝛ ex eo Egypti ciuitas ac religio nomē acceperit. Jnter scorta q3 in fornicib9 spectaculorū pueri steterūt publicę libidini expositi: donec sub Cōstantino Jmperatore christi euangelio coruscante ꝛ infidelitas diuersarū gentiū: ꝛ turpitudo deleta est. Hieronymus. Dicamus illud. Nero in puerū quēdam Sporū nomine infami (proh pudor) deperibat amore: cui dempta virilitate: i serū fęmineū reluctāte natura trāsformare nisus: nō sine dote ꝛ ornatu exquisitissimo qualis cōiugibus Cęsaris esse cōsueuerat: magnifico apparatu nuptiarū in domū suā publice euocatū: habebat legitime vxorī loco. Propt hoc aūt ꝛ huiusmodi pbra nōnulli hūc Neronē resurrecturū ꝛ antichristū futurū suspicant. Alij nec occisū putant sed subtractū potius vt putaretur occisus ꝛ viuus occultari: donec reuelet suo tēpore: admirante tm̄ Augustino eos qui sic opināntur. Cęterū huius immūdicię q̄ preter naturā est autorē fuisse demonē nemo ibit inficias: qui se ꝛ incubū feminis ꝛ viris succubū nō raro miscuit. Sequitur. [Nam fęminę eorum immutauerūt naturalē vsum in eū q̄ est cōtra naturā. Similiter ꝛ masculi relicto naturali vsu fęminę: exarserunt in desiderijs suis i inuicē: masculi i masculos turpitudinē operātes: ꝛ mercedē quā oportuit erroris i semet ipsis recipiētes.]

Vide Eze. 5. ca. ibi: ponā offendiculū corā eo.
2. Mach. 4.
Gene. 19.
Origenes.
Gene. 18. c.

xlii. Mercedem igitur condignam receperūt correspondentem de meritis suis. Ad hec Gregorius. Aliquādo pec-
Gregori9. catum est quidē peccatū: est tamē ꝛ causa peccati sequētis: hoc autē sequens peccatū qđ ex priori nascitur: ꝛ peccatū est/ꝛ pęna peccati. Quia iusto iudicio deus cor peccatoris obnubilat: vt pręcedētis peccati merito etia3 in deteriora cadat. Qm̄ peccatū qđ per penitētiā non deletur: suo pondere i aliud trahit. Sic Judas ex auaritia venit in desperationē: ꝛ Dauid ex adulterio in homicidiū. Quomodo autē dicit apo. recepisse istos mercedē suis demeritis cōdignā: cū alibi dicat: quē fructū habuistis
Roma. 6. in illis in quibus nūc erubescitis: igitur fructū quidem nullū perceperūt: qm̄ finis horū mors est: perceperūt tamen mercedē qualē illi accipiebāt quos Jason cōstituit in lupanarib9/vt turpissimū lucrū inde cōquisitū inter se ꝛ ipm̄ equa portione partirētur. Quomō autē peccatum cū sit pro formali mere priuatiuum sit causa peccati sequētis vel pęnatā multis multipliciter dicit. Subtido. ita dicit in fine dist. 37. 2. li. Pęna duob9 dicit modis
Scdi libri. Primo dicitur carētia boni cōuenietis aīę: sicut est carētiā fruitionis dei: ꝛ hec est mere priuatio. Altero modo dicitur pęna positiuū aliquid: discōueniens tali naturę: sicut calor excellens inducit febrē vel corrūpit carnem. Pęnę hę secūdo modo dictę possunt esse a deo: ex eo q̄
Augusti. sunt q̄d positiuū: secūdū illud Aug. p̄mo retracta. cap. 25. Jn bonis operib9 dei bona opera sunt ista punitiua: licet sint mala istis punitis: q9 discōueniunt eis. Pęnę tamen primo modo dictę: nō sunt a deo efficiente: quia nō sunt effectibilia: nec deficiente primo: sed tantū propter volūtatis demeritū: nō coagēte deo volūtati in actu peccandi ad illud bonū quod poterat in esse actui illi: si de9 volūtati cooperaret. Talis ergo pęna est a deo: nō inferēte vel efficiente: nec deficiēte primo: sed deserēte. i. volūtatem que deficere potest sicut semp est vertibilis relin-
xliii. quēte sibi: ꝛ que sic relinquitur: cū sine deo nihil rectū
Philip. 2. possit agere: qm̄ ex deo habet ꝛ velle ꝛ pficere: quoscūq3 act9 eliciat carēt rectitudīe supioris regulę: q̄ rectitudo in esset cooperāte deo. Volūtate igit deserta a deo: inci-
Psal. 7. dit in foueā quā semel sibi aperuit: de vitio in vitiū pre-
Psal. 85. ceps ruēdo (hoc modo pmisit de9 verū pphetā a falso seduci: vt Hieroboā qui in sordib9 erat ꝛc̄.) sicut econtra: cooperāte grā diuina: Jtur de vtute in virtutē donec vi-
Hiere. 2. deatur deus in sion. Jstę sunt cisternę quę cōtinere nō valent aquā: quas sibi exciderūt qui fontem aquarū viuentiū reliquerūt: aliquādo perituri siti sicut in epulonelegis. Mercedem igitur receperūt: sed quā oportuit vindictā cōdignā ꝛ peccato ɔgruā: vt crimina criminib9 vindicarētur: et supplicia peccātiū nō tantū sint tormēta: sed ꝛ vitiorū incremēta sicut hic dicit Augu. sed quoniā istas esse pęnas pauci intelligunt: inde maxime eas cōmemorat apo. Jnter ipsū enim peccatū primū qđ est recessus a deo p cultū idolorū ꝛ vltimā pęnā ignis ęterni: media que sunt: ꝛ sunt pcc̄a ꝛ pręcedētium peccatorum pęna. Sciendū tamē q9 nullus de vitijs naturalib9 sed de volūtarijs luit pęnas: de talib9 eīn nemo laudat vel vitu-
F. Varo. peratur. Videtur tamē si quod vitiū cōsuetudine nimio de progressu: roboratū velut naturalr inoleuerit: quasi in alterā cōuersū naturā: legitime posse excusari: nō tm̄ sic est: cū primū volūtariū fuerit ꝛ a volūtate sui act9 libera
Habitus. exordiū sumpserit. Hic tm̄ duplicit cōsideraī: aut quātū ad actū quē elicit ex male acq̄sito habitu: ꝛ hoc modo cul-
xliiii. pa minus habet grauitatis. Vel quātū ad hoc q9 ipsa volūtas fuit causa totalis malę acquisiti habitus: ꝛ hoc mo-
Augustin9 do peccatū ei9 grauī9 est. Unde scō3 August. talis pctōr dignus est duplici increpatiōe: ꝛ quia male agit: ꝛ qr ex malo habitu: ꝛ patet. Preterea sciēdū q9 nullus hō peccare vellet: nullus enim ad malū respiciēs operaī: ita cupiditas boni/ꝛ mali odiū inserta sunt a creatore mētib9
Philoso. nr̄is: sed ppter aliud fit qđ vult qui peccat. Oēs quippe hoīes qui sciētēs faciūt qđ non licet: vellent licere: vsq3 adeo ipm̄ peccare nemo appetit ppter ipm̄: sed propter illud qđ ex eo sequit. Cęterū hęc merces cōdigna pec-
catorū magis est dei sustinētia q̄ pęna condigna (pęna enim cōdigna mors est ęterna) sicut dicit Hieronymus super illud Amos p̄mo cap. super trib9 sceleribus ꝛ in quattuor Damasci nō ne auersabor eos? Auersionē dñs dicit pro pęna: dum sue pctor relinquit volūtati: dimitēs peccata vsq3 in tertiā ꝛ quartā generationē. Certe si protinus scelerū vltor existeret: ꝛ multos certe ꝛ ipsum Paulū ecclesię nō haberēt. Nihil aūt magis repugnat deo q̄ cor impęnitens. [Et sicut nō probauerūt deū habere in noticia] hoc est noluerūt deum habere in agnitione: dicētes illud pphetę: recede a nobis: sciētiā viarū tuarū nolumus: quasi dicas deū cognitū vtcunq3: noluerūt amplius agnoscere: incuriosū deū iudicātes: impunitatē suorū flagitiorū existimauerūt. Nō est inquiūt de9 Momos ꝛc̄. Vel pōt esse hic sensus. Quēadmodu3 non probauerūt qđ deus agnosceret ꝛ sciret oīa quo velut nihil intelligēte: licēter peccabāt. Cognoscere est intelligētis: agnoscere grati ac memoris. Hoc modo sapiētes illi cognouerūt quidē deū: illo reuelāte: sed nō agnouerunt idest non probauerūt deū habere in noticia: sciētia autē sine charitate inflat sicut dicit apo. Et huic ergo ingratitudinis vitio q̄ pęna respōdeat digne cōmerita: sequit. [Tradidit illos deus in reprobū sensum] vt aucta culpa augeaī ꝛ vitio. Traditi sunt desiderijs suis: traditi sunt ꝛ in passiones ignominiosas: ꝛ ecce nūc tertio tradūtur tanq̄ obstinati in reprobū sensum: quomodo factū legimus ꝛ in pharaonē nouē percussio flagellis/donec tādem terra eum nō ferēte: submersus est quasi plūbū in aquis vehemētibus. Traditi sunt ergo hoc modo: vt etiam illa perpetrēt vitia q̄ ab ipsis etiā gētibus execrātur: ꝛ ipsis displicēt qui eā opere explēt: quorū catalogus flagitiorū ponitur in sequentibus. Unde dicit. [Vt faciant ea que nō cōueniūt] hoc est faciāt ea que tales viros dedecebat facere: nēpe sapiētissimos secūdum suā vanā ęstimationem. De his igitur qui dati sunt in reprobū sensum: dicitur per vnū pphetarū: Vę qui dicitis malū bonū: amarum dulce: tenebras lucē: qui estis sapientes in oculis vestris ꝛ prudētēs: sed eo modo quo phreneticus fortis sibi videtur ꝛ sanus: cuius interit9 non tardabit. Hi vocātur ab eodē propheta: potētes ad ebrietatē sectāda3 ꝛ miscenda3: ebrietatē de calice irę dei: vel de calice aureo Babylonis quo iubetur Hieremias potare oēs gentes velint nolint. Unde sequitur.

Hierony.
Job. 21.
μόμος.
1. Corin. 8.
xlv.
23. q. 4. Nabucodonosor.
Exodi. 14.
Ibidem. Hiere. 25.

¶ Repleti omni iniquitate: malicia: fornicatione: auaritia: nequitia: pleni inuidia: homicidiis: cōtētione: dolo: malignitate: susurrones: detractores: deo odibiles: cōtumeliosi: supbi: elati: inuētores malorū: parētib9 nō obedientes: insipiētes: incōpositi: sine affectiōe: absq3 fœdere: sine misericordia. Qui cum iusticiam dei cognouissent: nō intellexerūt quoniā qui talia agunt digni sunt morte non solū qui ea faciunt: sed etiam qui cōsentiūt facientibus.

¶ Text9. [Repletos omni iniquitate ꝛ malicia.] Calix vnde biberūt aureus erat: insup ꝛ melle litus: sed intus non aliud q̄ letale mulsum: de quo bibētes: turbabūtur: inebriabūtur: vomēt: cadent ꝛ insaniēt. Sciēdū oēs accusatiuos q̄ sequūtur scō3 nr̄m exēplar referri ad vbu3 qđ pręcessit v3. Tradidit. Poterāt etiā referri ad verbū/vt faciant: grece tamē per infinitiuū loquit apo. hoc modo: παρέδωκεν αὐτοὺς ὁ θεὸς εἰς ἀδόκιμον νοῦν ποιεῖν τὰ μὴ καθήκοντα. Hoc est. Tradidit illos deus in reprobam mentem: facere que non conueniebant. Ex xlvi.

quo igitur interpres mutauit infinitū verbum in sub-
iunctiuum: erant accusatiui mutādi in casum nomina-
tiuum: vt legāmus. Tradidit illos deus facere vel vt fa-
cerent que nō conueniebāt: ꝙꝙ et ipsi alias essent repleti
omni iniquitate: qđ tamen per synecdochen accipiēduz
est: nullus enim est totus malus sicut nec totus bonus
excepto deo. Solus est enim in quem peccatū cadere nō
pōt de iure. Qđ igit dixit copulatim repletos omni &c.
nūc per partes exequit cū infert. fornicatione/auaricia/
Origenes. nequitia. Origenes. Oibus meretricib9 dātur merce-
des: tu autē dedisti mercedes amatorib9 tuis. Ezec. 16.
Ezechiel. Quicūqz ergo fornicādo diues fit: hic est meretrix cui
dātur mercedes: qui peccando feliciter in mundo agit.
Quādo vero fornicatur et nō agit prospere in secularib9
rebus: cui mūdus crucifixus est: cū ipē mūdo viuat: qui
per hoc qđ peccat: infeliciter in seculo agit: cupiēs imple
Luce. 15. re vētrem &c. hic meretrix est non cōgregans mercedes
sed patrimoniū suū vltro expēdens. Sciendū tamē ꝙ gē
tes cōmuniter credebāt fornicationē nō esse aliqua lege
prohibitā: vnde inter cetera q̄ gētibus seruāda ab aplis
tradita sunt: fornicatio est prohibita: simulqz simulacris
Seneca. immolata: suffocata: et sanguinis esus. Actuū. 15. cap. Se
neca. Omnia que luxuriosi faciūt queqz imperiti/faciēt
sapiens sed nō eodēmodo eodēqz proposito. Nihil tamē
Augusti. interest quo aīo facias qđ fecisse vitiosum est. Aristippo
Cyrenaicorū magistro cū Layde nobili Scorto fuit lon
ga consuetudo: qđ tamen flagitiū grauis ille phie do-
ctor sic deffendebat vt diceret. Multū inter se et ceteros
Lactētius. Laidis amatores interesse: ꝙ ipsi haberēt Laidem: sed
haberētur ab ea: ille vero haberet non haberetur. Is sa-
piens aliquid inter se et perditos illos interesse dicebat
scilicet: ꝙ illi bona sua perderēt: ipē gratis fornicaretur.
In quo tamē sapiētior meretrix fuit: que sic phm habuit
pro lenone: vt ad se oīs iuuēt9 Doctoris exēplo et autori
tate cōcurreret corrupta sine vllo pudore. Quid ergo in
terfuit quo aīo philosophus meretrici misceret: cū eum
populus et riuales sui viderēt oibus perditis nequiorē?
Nec satis fuit ita viuere: sed docere etiā libidines cepit:
ac mores suos de lupanari ad scholā trāstulit: disserens
voluptatē corporis esse summū bonū. Que doctrina exe
crabilis et pudenda non in corde philosophi: sed in sinu
meretricis nata est. Ab hoc enim cynicorū secta nata est
publice et vbiqz cū vxorib9 ɔgredientes. Uere ergo reple-
xlvij. ti erāt fornicatione. De auaritia, illđ dicim9 de mēte phi
ꝙ sicut liberales maxime fere omniū virtuosorū amant:
Phs. eo ꝙ prosunt dādo: ita per oppositū/Auari maxime oi-
Prouerb. bus generāt odiū: eo ꝙ cū nulli prosint nisi forte cum vsu
ra: ab oibus corradūt aliquid vel a mortuo tributū. Un-
de merito malū hoc igni cōparat: qui cū oia cōsumat: ni-
hil generat preter quasdam filias vel ipō patre rapacio-
Prouer. 30. res: iuxta qđ dicitur. Mali corui malū ouum. Hi sunt de
Prouerb. semine arasa. i. vigilātes fodiētes terrā Argi centoculi:
habētes senos in manibus et in pedibus digitos. i. 24.
pmi gali. 20 Et vtinā tam rari essent hoc tēpore ꝙ erant tēpore Da-
uid vt vix vnus sit repertus: et ipē percutitur a Jonathā
nepote Dauid. Hodie qm̄ pecunie obediūt oia: multipli
cati sunt super numerū. Et sicut iterū dicit phs: Auari-
tia insanabilis est: naz et senectus et imbecillitas omnis
auaros facere videt: et est magis a natura hoibus insita
ꝙ prodigalitas: qđ experimēto est cernere. Pleonexia:
πλεονεξία A pl9 habere dicta est: qđ ꝓpriū est vsurariorū. [Nequi
tia.] Nequā ꝓprie dicūtur qui data opera peruerse agūt
et hoc modo generale est ad oia vitia. Peruersi inquit
Eccle. 1. spūs sanctus cū difficultate corrigūtur: qui prudētes ac
scientes: manū mittūt in ignem: sicut legim9 fecisse sceuo-
lam nobilem Romanū. Ad hos loquitur sermo dei per
prophetā Hiere. 2. quomodo cōuersa es in amaritudinē
vitis aliene? Oia bona in nobis et propter nos condidit
Hierony. de9: sed nosmet malitiā et pctī aplustrū ꝓpria attraxim9

volūtate. Unde dñs quasi dubius nūc inquirit et cōque-
ritur: quomodo in quibusdā amara sit aīa quā dulcē ipse
cōdiderat. Ego feci pedes quibus ingrederet mortaliuz
genus: vnde ergo claudicāt plurimi? quomodo pro vuis
nūc profert labruscas? atqz vtinā vno tātū claudicaret pe-
de: volens bonū nec potens perficere: nunc et data opera Roma. 7.
male agit. Sequit. [Pleni inuidia: homicidijs: conten-
tione: dolo: malignitate.] Qui inuidia carere desiderat: xlviij.
illam hereditatē diligat quā coheredū numerus nō an-
gustat: que et oibus vna est: et singulis tota: que tāto lar-
gior esse ostēditur quāto percipientiū eaz numerus mul
tiplicatur. Nā de terrena scriptū est: multiplicasti gentē:
et nō magnificasti leticiā. Coram te vero letabuntur sicut
qui exultant capta preda victores quādo diuidūt spolia. Psal. 14. c.
Hoz omniū vox illa est. Dñs pars hereditatis mee: tu es
qui restitues mihi hereditatē pris mei: sicut Dauid ipi Scđi Re.
Miphiboseth. Inuidi vl' veteri ꝓuerbio notati sunt quo Inuidia.
dicitur: si aqua fauces strangulet: quid remedij rema-
net: hoc est. Si intemperatus prosequitur opus malum
absente passione: quid faceret passione presente? Si sa-
nus insanit: quid faciet phreneticus? Ostēdam9 autē ꝙ
inuidia sit miseria maxima. Mala miseria est cū quis tri- F. Maro.
statur de malo pene: in tali enim tristicia cōsistit Demo
num pena. Maior miseria est cū quis gaudet de alteri9 Roma. 12.
malo cōtra illud: flere cum flentibus. Illud enim malum
qđ est cōtra naturā maius est illo qđ est secūdum natu-
ram: tristari de malo non est cōtra mali naturā: gaudere
autē de malo cōtra naturā mali est. Maxima autē miseria
est tristari de bono: sicut cuidaz inuido dicit sermo dei: Gene. 4.
quare cōcidit vultus tuus: eo ꝙ inflāmauerim sacrificia
fratris tui et non tua? Qđ est dicere: quare tristaris de
bono alterius: qui tamē frater tuus est et caro tua et ma-
gis frater ꝙ quicūqz fratres? Prior igitur agit secūduz
mali naturā: sequens cōtra mali naturā: tertius cōtra na
turā boni qđ est gaudere cum gaudētibus: hic autem ex
Diametro distat a charitate cuz tristetur de rebus opti- Prouerb.
mis. Huius ergo fauces si aqua rūpit: q̄d vltra expectā-
dum? Idcirco secūdum Chriso. Inuido ois venia despe- Chriso.
randa est: qui ipsuz nature ordinē peruertit. Scortator
quidē stimulos carnis in excusationem adducit: latro
paupertatē: homicida furorē excusationes quidē friuo-
las sed tamē quales quales. Inuidus autē afferat si quā
habet: videatqz ꝙ longe est ab illo precepto: Gaudere cū
gaudētibus: et flere &c. Igitur inuidia patrem habet dia
bolū: et per ipsam mors intrauit in mundū. Queadmo- Sap. 2. c8.
dum enim scarabei stercore alieno: sic inuidi aliorum
fortuna incrassantur. Deniqz hec sola est que hominē cuz
trinitatis consilio conditum in demoniuz immanissimū
trāsformat. Hac primū homicidiū apparuit: et sanguine xlix.
hūano terra est maculata. Dathā et Abiron sub terra re-
clusit: Joseph sanctū distraxit precio vili: christūqz dñm Nume. 16.
ad mortē adegit. [Homicidijs.] De hoc quātūlibet mul Gene. 37. c.
ta dicam9: nihil aliud sum9 facturi ꝙ aquā cribro hauri- Prouerb.
re. Quere enim a Romanis vel ab Assirijs Grecis ce-
terisqz gentibus vnde imperiū suū natū auctumqz et diu
seruatū putant ꝙ ex bellis: ex euersis captisqz pluriū vr-
bibus ac prouintijs? Tot sacrilegia Romanorū quot tro
phea. Qđ si oēs ppli penes quos sit imperiū: ipsiqz Ro
mani q̄ orbē totū possedere iusticiā sequi velint: ac suuz
cuiqz restituere qđ vi et armis et homicidijs occupaue- Fatuus est
runt: ad casas et magalia egestatēqz reuertent: qđ si fecerit q̄ occiso p̄re
nemo nō eos stultos iudicabit. De hoc lege Titū liuiū. parcit filijs.
Deludis autē circēsibus: et de his qui theatro include- Ait phs.
bātur vt dicit in prouerbio Gladiatorio aīo vel mori vel Uide bene
vincere: quid dicā: cū d quodā referat ꝙ Rome cōstruxe secūdi Pa-
rit Theatrū in cuius ambitu erāt tria milia statue: capa ralipo. c. 28.
citas eius capiebat octoginta millia hominū. Androge9 crudele bel
quidā Minois filius cū Athenis in Luctatiōe vicisset: lū fratrum
exoluit et ipse penas: atqz interēptus est. Appollo igitur in fratres.

deus illoruz malum minus maiore curare pergens: bis
septē pueros pro eo adduci iussit ac perimi: atqz id factū
est. Qui igitur tales deos colebāt qui maxime humano
sanguine saginātur: nō mirādum est si pleni erant homi-
cidijs. Ceterum stat preceptū dei firmū et irreuocabile:
quicūqz effuderit sanguinē humanum: effūdet sanguis
Gene. 9. ca. eius: et oēs qui acceperint gladiū: gladio cadent. Deniqz
miles quidā dum in bello cuidam occiso spolia detrahe
Matth. 29. ret: fratrem nudato cadauere agnouit: vnde merito dete-
stat9 bella ciuilia: verso mucrone super fratris cadauer et
l. ipē corruit. Quid dicā de Sylla crudeli qui cū. 8000.
Exēplum. milia hominū extra vrbis Rome muros occidisset: et vr-
bem ingressus: tria milia hominū cōtra datā fidem per-
emisset inermes: quintus Catulus palā Sylle dixit: cuz
quibus tandem viuemus: si in bello armatos in pace
inermes occidim9? Abscisa miserorū capita nec vultum
nec speciē retinētia: corā se afferri faciebat vt illa oculis
aspiceret: q̄ ore nefariū erat manducare. Hic Puteolis
ardēs indignatiōe: qz pecunia a decurionib9 ad refectio
nem capitolij ꝓmissa cūctātius dabat: animi cōcitatiōe
nimia et immoderato vocis impetu cruorē cōmixto spiri
tū vomuit e pectore. Indubio igitur est Sylla ne prior
an ira Sylle extincta sit. Quidā Roman9 cū ꝑcussisset
quēdaz sacerdotē: et cōualuisset ex vulnere preter omniū
spem: dixit se velle accusare eum: et cum quereret ab eo
de quo: erat enim ille optim9 vir: de hoc inquit ꝙ nimis
parce telum in suo corpore recepisset. De his aūt popu-
lis qui se perpetuo incendio cum rebus suis tradiderūt
ne tēporali seruituti subijcerēt colla taceo: dolū eniz in
explebile haurim9 vt dictū est [. Cōtentione.] Ex hoc sa
ne vitio maxime a virtute lōge facti sunt: q̄m sicut dicit
Publius: et verū dicit: nimis contēdendo amittitur ve-
Hismael. ritas. In cūctis dissidentes et q̄si ex diametro pugnātes
Gene. 16. c. contra oēs/nec offendere quēquam verētes: inhumani
et cōtentiosi vocātur. Quo maxime vitio philosophi la-
borabāt: vnde quilibet eorū suā sectā fouebat et heresim:
Plato cōtra Socratē: et cōtra Platonē Aristotiles: et cō
Cōtēdere d lana caprina. tra hunc Epicurus: Seneca cōtra Epicurum &c. Una ta
men erat omniū contētio vt hoies fallerēt. Ceterū sicut
dicit phs contendunt extremi de media regione: hoc est
auarus et ꝓdigus de liberalitate: remissus et crudelis d
iusticia &c. Multū sane cōtēderūt phi in quo cōsisteret
vera beatitudo: quoz doctrinā si legas putes nō aliud ꝙ
Prouerb. capre cornu: vt dicitur: vbi ad quatenus venit: mitteris
Psal. 11. ad grecas Calēdas. et pz. [Dolo.] Hi sunt bifrōtes sicut
pingitur Janus: duplici corde: qui in corde et corde locu
ti sunt. Salue inquit mi frater: mel in ore aculeū in cor-
de. Hi vocātur in cōmuni sermone: duodecim artiuz vi-
ri: versipelles: vafri: varijs instructi dolis. Deniqz hi vul
li. go Bilingues vocātur. Et si exp̄dam9 viros istos dolo-
sos: qui sub ouina latitāt pelle: forte reperturi sumus ali
Prouerb. quos qui nō tantū. 12. artibus fallāt: sed peram deferant
plenā falsis dolis et imposturis. [Malignitate.] Hec cōiter
ex suspitione nascitur: suspitio ex incredulitate: incredu
litas ex multis expertis. Dicūtur autē proprie maligni:
qui si ledere nō possunt opere: seruāt tamen malū in cor
Malignitas ꝓprie significat moruz asperitatē. de. Uenient inquit dies luctus patris mei: et occidā Ja
cob fratrem meuz. Gene. 27. cap. Hoc modo oderat Ab-
salon fratrē suū Amnon pro sorore sua Thamar quā vio
lauerat: et tamē nō est locutus ei nec bonū nec malū: do-
pmi. Re. 18. nec occidit eum. Et Saul sanctum Dauid conatus est
cōfigere cū pariete. Sed et cū dixit: Man9 mea nō sit in
eo: sed cadat in manu Philistijm: accipiat filiam meā in
vxorē: sed erit ei in scandalū. Unde orabat sanct9 prophe
ta. Discerne causam meā de gēte non sancta: ab hoīe ma-
Psal. 42. ligno et doloso eripe me. [Susurrones/Detractores/
Deo odibiles/Contumeliosi/Supbi/Elati.] Susurro
inquit sap. et bilinguis maledict9: multos eniz turbauit
Eccle. 28. c. pacem habentes. Hi sunt Mide cursores: qui ꝓpterea

dicitur aures asininas ꝙ lōgissimas habere: ꝙ susurro-
nibus referētibus facile sciant Tyrāni que a se lōge po-
sitis vel dicūtur vel fiunt. Unde et Lucian9 calūnie ima- Calūnia.
ginē pingens: Mide aures illi tribuit ꝓpter studium
subauscultādi captādiqz quid alij rerū faciant vel dicant: Prouerb.
atqz vtinā visa tantū vel audita referrent: et non facerēt
e mure Elephātum. Ceterū inter aīalia nullū aliud aīal
acrius audit ꝙ asinus: excepto mure. Hi igitur cum vi-
tam suam in pace custodiant: aliorum turbare conten-
dunt. Sex inquit sunt que summe deus dedit. 7. anima lij.
eius detestatur eum vz qui seminat inter fratres discor-
dias. [Detractores.] Diffamatio fit trib9 modis: vide- Prouer. 6.
licet falsum crimē obijciēdo. Uerū nō seruato ordine iu-
ris propalādo. Uerū mihi oppositum negādo: quādo est
occultū: tunc enim infamatio ad euz reuertitur q̄ deficit
in probatione Scot9. in. 4. dist. 15. q. 4. A. Possunt et hi
secūdum textū grecū vocari oblocutores [catalali] scor- καταλάλοι.
piones ꝑcutiētes obliqz: habētes venenū in cauda. De-
trahit autē q̄ minuit laudē alicui9: sicut est illud: nūquid
frustra Job timet deū &c. Obloquitur autem qui male Job. pmo. c.
predicat de alio. Uidi inquit filium Esai in Nobe apud
Achimelech filiū Achitob sacerdotē qui cōsuluit pro eo
dominū et cibaria dedit ei et gladiū Goliath &c. 1. Re. 22. Chriso.
Ceterū secūdum philosophū detractio est cum alicuius
volūtati quis impedimēto est: nō vt sibi quicꝙ eueniat: Surdā terrā veras: dictū ē Achilli de bachāti in hectorē defunctū.
sed ne illi. Unde Chriso. Est etiā in ɔsuetudine mortaliū
illud grauissimū: q̄m bona q̄ fuit et laudabilia ꝑrimorū
facile pretereūt: si fuerint vel multa vel maxima. Cōtra
si fuerit aliquid dignū reprehensione vel leue apparue-
rit atqz longo interuallo accidens: et cito sentiūt: et para-
tissime inuadūt: diuqz meminerūt: ita vt leuis vituperatio
multorū minuerit gloriā. Celebre igitur est malum hoc:
ideoqz in multis feruet hoc vitiū: qz pene ab oibus liben
ter audit. Uide. 2. Reg. cap. 10. in ꝑncipio. Qđ si nobis
hec esset cura vt passim obtrectātibus vultū seuerū ostē-
derem9 (Nec tu times deū &c.) Jam omnes detrahere
timerent. Uerūtamen iuxta vetus verbuz: qui loquitur
que vult: aliquādo auditurus est: et que nō vult: ite male
dicti in ignem eternū. Qui autē bene ominatis verbis Prouerb. Matth. 25.
certāt: audituri sunt bona. Quidā tamē ita verbis abū-
dant quasi sermo nō illis in pectore nascat: sed in lingua.
Et videtur quidē verba tm̄ verba esse quo nihil fugati9:
et pertingūt tamē quādoqz vsqz ad intima cordis. [Deo
odibiles:] hoc est q̄b9 deus est inuisus [theostigis] hoc θεοστυγεῖς
magis sonat: ꝙ quos deus habet inuisos. De quib9 di- Prouerb.
citur. Recede a nobis: scientiam viarū tuarū nolumus:
et quasi nihil posset facere omnipotēs estimabant eum. liij.
Job. 21. et. 22. cap. Et cap. 34. Qui quasi de industria re- Job.
cesserūt ab eo: et oēs vias eius intelligere noluerūt: clau
dētes oculos ne videant lucē quā maxime odit qui male
agit. Grego. Trāsire fortasse per viā huius vite cum dei Grego.
ignorātia poteramus: si sapiētia dei in semitarū angulis
nō cōstitisset: inuestigāda fuerat si occulta esse voluisset.
Sed postꝙ incarnationis sue misteria publice ostendit:
et sapiētib9 huius seculi se quasi stultā exhibuit: semet-
ipsaz nobis quasi trāseūtibus in medijs semitis fixit: vt
vz in eam quā querere nolum9 impingamus: et quā trā-
seuntes videre negligimus: tangamus offēdentes. Isti
autē deo inuisi vocātur ab aplo: eo ꝙ toties vocati semp
vertunt terga et nō facies: more cācrorū semper incedē- Cancer.
tes retrogradi: quos iuxta vetus verbū: frustra ingredi
doces: cū natura preualeat arti. [Cōtumeliosi:] feroces:
alios iniuriātes ex quauis leui causa: etiā vel inde lites
mouētes: si asinus canem mordeat: vel capra: qđ nunꝙ
fit. Sciendū ꝙ cōtumelia secūdum phm nihil aliud est ꝙ
damno atqz dolore in his afficere in q̄bus turpe est tale Cōtumelia quid.
quid pati patienti: sicut obijcere alicui patrimonij pau
pertatē: seruilē personam: generis notam infimi: moruz
rusticitatem: ingenij stulticiam. Qui autem talis obijcis

propter nil aliud facit: ꝙ vt inde voluptate afficiat. Qui
Gene. 16. c. autē par pari reddit: vlciscitur potius ꝙ cōtumeliatur.
liiij. Ceterū per contumeliā metū ꝛ contēptuz insurgūt sepe
subditi aduersus dominantes. Agar vidēs se cōcepisse:
contēpsit dominā suā. Egredere inquit ille vir malign⁹:
2. Reg. 16. ꝛ ꝯtumeliosus: Egredere vir sanguinū ꝛ vir Belial: qui
inuasisti regnū Saul de manu ei⁹. Scdi Re. 16. cap. [Su-
pbi]. Sciēdū qd quāto quis humiliori gradu ad digni-
tates assumitur: facilius in superbię insaniā effertur: vt
pote qui expers sit repētini ꝛ insperati honoris. Unde
ꝛ illud est mirabile in hac bestia ꝙ ex cōtrarijs nascitur.
Supbia. Nā alij quidē qm̄ parētes auos proauosqꝫ humiles ha-
buerūt/ipsi autem sunt potētes: superbiūt. Alij vero qm̄
2. Macha. 5. ca. de superbia Epiphanis. Et mirabilius ibidē. ca. 8. vide Esaie. cap. 56. 37. illos claros habuerūt licet ipsi sint infimi: etiā superbire
nō erubescūt. Quomodo ergo poterim⁹ vtrosqꝫ vno gla-
dio cōfodere: Ad alios quidē dicas. Tu quidē progeni-
tores tuos nobiles habes ꝛ antiquos: (est autē nobili-
tas antiquę diuitię ꝛ virtus:) sed si proauos tuos repli-
ces: forsitā inuenies aliquos eorū fuisse subulcos ꝛ aga-
sones. Replica historias: ꝛ inuenies i generatiōe Dauid.
Ruth ꝛ Raab ꝛ thamar. Ad alios autem dicas: si tu pro-
grediaris vltra parentes ꝛ auos tuos: forsitan inuenies
aliquos te clariores fuisse. Et tamē superbus Roboam
3. Reg. 12. c. dixit: Minimus digitus meus grossior est dorso patris
Tullius. mei. Hoc modo Salustius obijciens Tullio ꝙ genitus
esset ex parētib⁹ scdʒ sc̄m infimis: respōdit Tulli⁹. Ego
meis maiorib⁹ virtute mea preluxi: vt si pri⁹ noti nō fue-
runt: a me accipiāt initiū memorię suę: sicut proaui Da-
uid regis Hierl̄m. Tu tuis vita quā turpiter egisti ma-
gnas effudisti tenebras: vt etiaʒ si fuerint egregij ciues:
certe venerint in obliuionē. Satius est enī me meis re-
bus florere: ꝙ maiorū opinione: ꝛ ita viuere: vt ego sim
posteris meis nobilitatis initium: ꝛ virtutis exēplum.
lv. Nobilitas enim facilius crescit ꝙ incipiat. Hoc modo
defecit linea regū Israel in Osee vsqꝫ in hodiernū diē: ꝛ
Ambrosi⁹. linea Solomōis in Ochozia ꝛc̄. Et sicut dicit Ambrosi⁹
certamē cōtra superbos sibi soli de⁹ reseruat qui supbis
Esaie. 37. resistit: ꝛ cuʒ opus est: In chamo ꝛ freno eorū maxillas
Psal. 73. cōstringit: ꝛ circulū immittit per nares: ꝛ stimulo vrget:
Actuū. 1. c. cōtra qd durū est calces mittere. Quid est autē superbia
Psal. 78. c. eorū qui te oderūt ascēdit semꝑ: nisi ꝙ dum deus differt
Exodi. 5. c. penas: illi proficiūt in blasphemias. Nescio inquit deum
israel: ꝛ israel non dimittā. Sicut autē dicit phs: quanto
magis restringitur potestas oīs: tāto maiori tēpore ne-
cesse est eam durare. Nā ꝛ ipsi qui presunt: minus super
biunt: magisqꝫ moderati fiunt: ꝛ illi qui regūtur inuidēt
Exemplū. minus. Unde Theopōpus Lacedemonū rex: regiā po-
testatē ad mediocritatē reducens: ad vxorē respondisse
fertur: dicētem annō erubesceret ꝙ filijs potestatē regiā
minorē relinqueret ꝙ a parētibus ipse accepisset: nō pro-
fecto inquit. Nam relinquo eis multo durabiliorem/Et
fortassis Roboam non dixisset: Minimus digitus meus
Uide. 2. paralip. ca. 32. optime. grossior est ꝛc̄. si duarum tantū tribuū principatū a pa-
tre accepisset. Unde ꝛ postea legimus dixisse Regē decē
tribuū regi Juda Amasię vʒ qui euʒ prouocabat ad bel
lum. Cardu⁹ Libani misit ad cedrū que est in libano di-
cens: da filiā tuam filio meo vxorē. Trāsierūtqꝫ bestię sal
tus q̄ sunt in libano ꝛ cōculcauerūt carduū. Percutiēs
inualuisti super Edom: ꝛ subleuauit te cor tuū: contētus
esto glīa tua: ꝛ sede in domo tua. Quare prouocas ma-
lū: vt cadas tu ꝛ Juda tecū? ꝛ non acquieuit: Sed malo
4. Regum suo. Uide. 4. Regū. 14. Cōfirmatur sentētia hec ex eo ꝙ
lvi. diuturnius fecit regnū duarū tribuū ꝙ regnū decē: vʒ an-
nis. 22. [Elati.] Celātes interim qd sunt: ostēdētes qd
non sunt: quomodo Alexāder factus est a senatu Roma
no tertius decimus deus. Hic ergo cū se credi vellet esse
aliquē deum ex his qui ex improuiso super terrā appa-
rent: i. filium Jouis Hamonis: ꝛ ob hoc greci sui aliqui
runt. Et vnde nescierunt? Ignorare enim ꝙ ex actibus Luce.4.
habitus fiant nimiũ hebetis est ait Philosophus. Imo
sicut aduersus Ebrios duplex pena constituta est apud
Grecos: ꝙ principiũ mali in eorum potestate fuerit/ne
ea cõmitterent: que ebrij cõmiserunt: eodem modo de
illis intellige qui bene facere nescierũt. [Non enim au-
ditores legis iusti sunt apud deũ: sed factores iustifica- Phs.
buntur. Si enim auditores iustificandi sunt:in omnem Psal.18.
terram exiuit sonus eorum:nec sunt loquele neq̃ sermo-
nes in quibus lex dñi immaculata conuertens animas

nõ sit audita ꝛ predicata. Quod si de Judeis sermo fiat:
xvij. dilatant phylacteria:ligant legem in brachijs iuxta legis
preceptum: ꝛ circundant capitij: atq̃ cotidie non semel
Exodi.13. nec bis legem dei replicant in synagogis suis: ꝛ dicunt:
Deut.4.c. omnia quecunq̃ precepit dñs faciemus: ꝛ erimus obe-
dientes. Ecce auditus. Ad hec autẽ quid dixerit omniũ
creator deus:audite. Bene omnia sunt loquuti. Quis
det talem eos habere mẽtem: vt timeant me: ꝛ custodiãt
vniuersa mãdata mea:(opera coniungentes auditui) in
Deut.5. omni tẽpore: vt bene sit eis ꝛ filijs eorũ in omni tẽpore.
Plus inuenimus q̃ querebamus: quoniã nec factores
legis iustificabũtur apud deũ:nisi custodiant legem dei
in omni tẽpore. Unde dicebat quidam vir secundum cor
dei. Cõcupiuit aĩa mea desiderare iustificationes tuas
Psal.118. in omni tẽpore. Ceterũ ante deuꝫ nullus iustificatur:si-
cut nec candela lucet ante solem. Justificatur tamen ali-
quis quo ad reputationẽ.i.aliorũ cõparatione: quomo-
Justificari. do dicit Ezech.16.cap. Justificasti sorores tuas in omni-
bus abominatiõibus tuis:(vide Gene.38.ibi iustior me
est. Itẽ pmo Regũ.24.ibi iustior tu es.) Uel implẽdo
iustitie opus:quomodo Publicanus iustificatus est di-
cendo:de⁹ propitius esto mihi peccatori. Hoc modo fa-
ctores legis iustificati sunt apud deũ: impletis opere ea
que lex prescripsit. Justificari autẽ gratis sicut infra di-
citur:qđ est vera iustificatio:per spiritũ sanctum qui effu
sus est in cordib⁹ nostris:nec ex legis auditu: nec ex ei⁹
plenaria obseruantia habetur: que nihil duxit ad perfe-
Origenes. ctum. Orige. Quid est qđ dicitur ꝙ qui in lege pecca-
uerũt:p legẽ iudicabũtur? Intuere ne forte scđm vindi-
ctas has q̃ in lege scripte sunt q̃b⁹ agebãtur iuditia: vbi
vel igni tradi vl' lapidari vl' ciuitatẽ refugij adire vel alia
huiusmodi pati iubebãtur:ita sit ꝛ iuditiũ futurum:q̃m
quidem Typo ꝛ vmbre celestium deseruire dicũtur hi
Hebreo.8. qui sub lege sunt. Cum ergo diuersas in scripturis dici
claruerit leges: siquis in tantum omẽs has fregerit: vt
etiã naturalis illa lex que nulli fere deest vel per duritiã
vel per crassitudinem cordis oblitterata in eo videtur ꝛ
abolita: de isto potest videri dictũ ꝙ sine lege pereat: iu-
dicandus vero per legẽ dicatur is qui sub lege viuit: q:
ꝛ Apo. cõtestatur omnem circũcidentẽ se: ꝙ debitor sit
a Gala.5. vniuerse legis Mosi faciende. Qđ igitur grauiori sen-
tentia percuti videtur is qui sine lege peccauit:q̃m peri
turus pronũtiatur:cũ vtiq̃ ꝛ miseratione aliqua dignus
esse videatur qui adiutorio nõ est vsus legis: videamus
xviij. si forte hic aliquid lateat bonitatis diuine. Fortassis enĩ
ob hoc propensiorẽ curam pro his qui pereũt sibi in esse
Luce.19. ipse dñs ostendit: cum dicit q: venit filius hominis que-
Matth.15. rere qđ perierat: ꝛ q: non est missus nisi ad oues perdi-
Luce.15. tas. Et illud de iuniore filio: qui vt ego arbitror ipsam
quoq̃ naturalem legem confregerat: cõsumpserat enim
omnẽ substãtiaꝫ viuẽdo luxuriose. Sed in his omnibus
nusq̃ de⁹ dicitur aliquẽ perdidisse: sed vnusquisq̃ ex se
patitur qđ perit: sicut illud qđ superius diximus: ira ꝛ
1.Corin.1. indignatio ꝛ angustia in omnẽ animam ꝛc. Si aliquan-
do deus dicitur perdere: in bono accipit: sicut illud per-
dam sapientiam sapientiũ ꝛc. ꝛ illud: delebo memoriam
Exodi.19. Amalech de sub celo: vt pro urtica ascẽdat myrtus: ꝛ pro
saliuncula abies. Esaie.55. [Cũ enim gentes que legem
nõ habẽt:scriptã ꝛ ordinatã a deo:(non enim erant sine
17.q.2. due legibus humanis ꝛ multis ꝛ vt plurimũ optimis: sicut
sunt leges. dicit ꝙ Athenienses habebãt qdẽ leges optimas: sed in-
genia pessima: ꝛ fecerũt ex optimis legib⁹ leges les bias:
de quo alias:) naturaliter ea que legis sunt faciũt: [hi le
gem nõ habentes ipsi(alias ipse) sibi sunt lex: qui osten
dunt opus legis scriptũ in cordibus suis.] Omnia que-
cunq̃ vultis vt faciant vobis homines: facite illis. Hec
est enim lex ꝛ prophete. Per quod ostẽditur secũduꝫ na
turam nobis esse virtutẽ. Domestico siquidem magiste-
rio omnes que facere debeam⁹ agnoscimus: ꝛ impossi-
bile nobis est: ad ignorantie presidium aliquando confu
gere. Chryso. ¶Nõ enĩ in humana anima vsq̃ a deo ima Chryso.
go terrenorũ affectuũ labe detrita est: vt nulla in ea linea-
menta remanserint. Non omnino deletum est qđ ibi per
imaginem cum crearetur impressuꝫ est: proinde vitio sa-
nato per gratiam: naturaliter fiunt ea que legis sunt: non
ꝙ per nature nomen negata sit gratia: sed potius per gra Augustin⁹.
tiaꝫ reparata natura: qua interiore homine renouato: lex
iustitie resculpitur/quã deleuerat culpa. Licet enim na- xix.
turalis lex ex diuina volũtate manauerit: que est lex ꝛ re
gula omnium contingẽtium: tamẽ lex scripta ꝛ quecũq̃ Suppõim⁹
leges humane in tantum sunt iuste ꝛ diuine conformes legẽ natura
voluntati inquantum naturali regulãtur lege que immẽ leꝫ mutabi-
diate effluxit a lege diuina: ꝛ est immutabilis: cum Mo- lem esse.
saica iaꝫ diu abolita sit. Ad hoc idẽ Augusti. Mihi videt Augustin⁹.
legem non esse que iusta nõ fuerit: bona autem lex a non
bono sine dubio ferri potest: quando deus etiam dedit Ezech.20.
Judeis precepta non bona non tamẽ mala ꝛc. Uidetur De hac au-
tibi lex ista que regendis ciuitatibus fertur multa cõce- ctoritate alĩ
dere atq̃ impunita relinquere: que per diuinam tamen bi quere.
prouidentiam vindicãtur ꝛ recte: quãdo etiam Cain di- Gene.4.
xit: ecce eijcis me a facie tua ꝛc. Et timuit mortem/etiam
nullo inferente. Sed nõ q: non omnia punit: que punit
improbãda sunt. ¶Ponam⁹ ꝙ in aliqua re publica bene Analogia.
moderata lege statutũ sit vt populo liceat creare sibi ma-
gistratus: per quos sua respublica administretur. Hoc
certe recte actum erit. Sed si paulatim deprauatus po-
pulus rem priuatam reipublice preferat atq̃ habeat ve-
nale suffragium: corruptusq̃ ab his qui honores amant:
ꝛ regimen sui consceleratis cõmittat: in hoc casu siquis
extiterit vir bonus qui plurimũ possit: adimat populo
huic potestatem dandi honores ꝛ in paucorũ bonorum
vel etiam vnius redigat arbitrium: nũquid id recte ac-
ctum esse negabimus? Quinimo optime factum. Sed
cum iste due leges contrarie simul ꝛ semel in vna ciuita-
te esse non possint: nõ dicemus aliquam earum iniustam
esse: ꝛ ferri minime debuisse. Appellemus ergo legem
istam temporalem: que q̃uis iusta sit: cõmutari tamen
per tempora iuste potest. Illa autem lex que summa ra-
tio nominatur: qua dictãte isti ea que sunt recta faciunt: xx.
cui semper obtemperandum est: ꝛ per quam mali mise-
ram boni beatam vitam merentur: potest ne cuipiam
intelligenti cõmutabilis non eternaq̃ videri? An potest
aliquando iniustũ esse vt mali miseri boni aũt beati sint?
Hec ergo eterna lex est atq̃ incõmutabilis. Nihilq̃ est
in ista temporali lege iustum atq̃ legitimũ: quod non ex
hac eterna sibi homines deriuauerint. Hic tamen ordo
immutabilisq̃ ꝛ eterna lex mutabilitate rerum conser-
uatur: vt q̃uis abolita sit lex Mosi de memoria hominũ
per lumen tamen rationis deriuatum ab hac lege eterna
ꝛ incõmutabili faciant quicunq̃ huius rationalis lumi-
nis sunt participes: quecũq̃ fecerunt qui legem scriptã
acceperũt in lapideis tabulis. Nec enim legem accepe- Gene.15.
rat ille qui in preputio credidit/ꝛ reputatum est illi ad
iustitiam: nec ille qui dixit: tantum dic verbo ꝛ sanabitur Matth.8.
puer meus: cuius fides preponitur omni Israelitice
genti. Hi igitur ostendunt opus legis in cordibus suis: Roma.10.
cum fidei coniungunt opera. Corde enim creditur ad
iustitiam. Quod ergo credunt corde: ostendunt opere:
cum israel verba tantum ostẽderit dicens: omnia que-
cunq̃ precepit dñs faciemus. [Testimonium illis red- Exo.24.
dente conscientia ipsorum: ꝛ inter se cogitationibus in-
uicem accusantibus: aut etiam defendentibus: in die
cum iudicabit deus occulta hominum per Jesum chri-
stum: secũdum euãgelium meum.] Quãtum possit con-
scientia que in dita est nobis a creatore simul cum ipsa xxi.
natura: vel prouerbio notatum est veteri quo dicitur:
conscientia mille testes. Quis nescit conscientiam rem Prouerb.
esse vnam omnium efficacissimã a deo vt nulla tormenta

Cōsciētia.

melius prodant maleficiū ꝙ conscientia: nullus carnifex seuerius puniat ꝙ hec. Unde ꝛ illud. Heu ꝙ difficile crimen non prodere vultu. Hec enim cedit impios sed surdo verbere. Hanc ꝛ poete senserūt cum de duris ꝛ vltricibus furijs fabulantur: que posite sunt ante vestibu-

Infernus.

lum ipsum ꝛ orci fauces: de quibus ita dicit Uirgilius in .6. Ene. Uestibulum ante ipsum primisq; in faucibus Orci. Luctus ꝛ vltrices posuere cubilia cure. Pallentesq; habitāt morbi: tristisq; senectus. Et metus ꝛ male suada fames ꝛ turpis egestas. Terribiles visu forme letūq; laborq;. Tum cōsanguineus leti sopor: ꝛ mala mentis. Gaudia: mortiferūq; aduersum in limine bellum. Et infra. Respicit Eneas subito/ꝛ sub rupe sinistra. Menia lata videt: triplici circūdata muro. Que rapidus flāmis ambit torrentibus amnis. Tartareus Phlegeton torquetq; sonātia saxa. Porta aduersa ingens solidoq; adamante colūne. Uis vt nulla virū nō ipsi excindere ferro. Celicole valeāt: stat ferrea turris ad auras. Tesiphoneq; sedens palla subcincta cruenta. Uestibulum in somnis seruat noctesq; diesq;. Et infra. Gnosius hec rhadamantus habet durissima regna. Castigatq; auditq; dolos: subigitq; fateri. Que quis apud supos furto relatus inani: Distulit in seram cōmissa piacula mortem. Continuo sontes vltrix accincta flagello: Tesiphone quatit insultans: toruosq; sinistra. Intētās angues: vocat agmina seua sororū ꝛc. que omnia nō est huius instituti exponere: tamen nihil aliud sonant: ꝙ ꝙ cōscientia est iudex incorruptus: qui tot flagellis ꝛ stimulis ibi nocentes vrget:

xxij.

quot hic piacula perpetrauit: nec lachrimis diluit penitentie. Describit ꝛ carcerē iniquorū ꝛ que sunt illa que ante eius vestibulum locauerint sedes suas: que nō minus torquent nocētes ꝙ ea que sunt intus. De hoc alias. Hic quidē oratio arguta ꝛ callida ꝛ incōstantia principum: ꝛ assentatorū greges ius forte obnubere ꝛ obscurare queant sicut sepe vidimus: intra vero conscientiam

Chrysosto.

nihil horum admitti potest. Iustum quippe est nobis a deo naturale iudicium. Id vero qḋ a deo collatum est: a nullo intercipi potest: licet quandiu malus viuit dissimulet cōscientie latratum. Sed migraturus de corpore

Job. 21. ca.

sicut latro qui de carcere educitur interim seruatus ad diem perditionis: metu soluitur. Nullus iam pecunie

Sapiē. 5.

incessit amor: nulla stimulat libido cōcubitus: sed illud tantum curant: errauimus: lassati sumus: nullū signum virtutis reliquimus: heccine erat spes nostra? nos qui-

Cōsciētia.

dem digna patimur ꝛc. Est autem cōscientia secundum Docto. subti. in .2. distin. 39. habitꝰ propius conclusionis practice: secūdū cuius actū nata est cōformari electio recte in agibilibꝰ: ꝛ propterea dicitur stimulare semper ad bonum: inquātum liberum arbitrium totum vz intellectus ꝛ voluntas habet alteram causam partialem recte dispositā: sed volūtas q̄ est altera pars nō sequitur semp dictamen intellectus. Simul ergo cū sinteresi murmurante de malo: voluntas libere eligit. Hec igitur cōscientia que vocatur vermis in dānatis: nihil aliud est secūdū doctorem nostrū ꝙ aliqua displicentia de cōmissis pec-

Esaie. 28.

catis: eo ꝙ nolunt se peccasse: nō quidem amore iustitie: vexatio enim dat intellectum: nō amor. Ponamus duos esse homines in ciuitate: alterum optimū: alterum omni cōpletum dolo ꝛ malitia. Et optimū quidem sceleratum ac nefarium putent homines: contra qui scelestissimus

Analogia.

est: optimus reputetur: laudetur: colatur: ab omnibus di-

xxiij.

ligatur: tum deinceps optimus ille tanq̄ scelerosus: etiā a cōsortio hoīm expellatur: improbus autem ille ad culmē regie dignitatis suffragijs populi extollat. Quis tandem erit tam demens qui dubitet vtrū eorū se esse malit? Uides quanta conscientie vis quanta fiducia: vt dicat

Daniel. 13.

Susanna: bonū est mihi incidere in manus vestras ꝙ in deū peccare. Et merito hec patimur: qr peccauimꝰ in fra-

Gene. 42.

trem nostrū. Et deos tuos non colimus nec statuā tuam adoramus. Et vocem tuam audiui ꝛ abscondi me eo ꝙ

Gene. 3.

essem nudus. Et illud: Iude iustior me est ꝛc. Deniq;

Gene. 38.

hec est que cōpulit iudam stimulis tristitie absorptum ad laqueum conuolare: sicut Petrus ad lachrimas. Fugit enim impius nemine persequēte: sed sola sequiente con-

Prouer. 28.

scientia: vel accusante vel defendēte. Hac enim sola pregmuniti: stabunt iusti in magna cōstantia aduersus eos qui ꝛc. Et hac vel sola stāte ex aduerso: dicent iniqui mō-

Luce. 23.

tibus/cadite super nos: ꝛ desiderabūt mortē: que tamē nūsq; cōparebit: qm̄ vermis ille est immortalis. Hec cō-

Esaie vltio.

sciētia sunt illi libri qui aperti sunt: ex qbꝰ iudicati sunt mortui scđm opa eorū: ꝛ ita quilibet secū defert vel litte-

Apocal. 20.

ras dānationis sue que vocātur littere. Urie in prouer-

Prouerb.

bio cōmuni: vel Tau signatū in fronte quod est signum

Ezechie. 9.

saluationis eterne. Sciendum autē ꝙ cum dicitur: gentes que legem non habēt/facere naturaliter ea que sunt

Origenes.

legis: non pro sabbatis aut Neomenijs vel sacrificijs dicātur facere ea que legis sunt. Non enim lex naturalis in corde eorum scripta tale quid dictat. Sed hoc est qḋ naturaliter possunt sentire: qḋ tibi non vis: alteri non facias. Non occidēdum esse hominē: non adulterādum. Fortassis ꝛ ꝙ deus vnus creator sit omniū scriptum est in cordibus infideliū. Magis tamen mihi videntur hec que in corde scripta dicuntur cum euāgelio concordare: vbi cuncta ad naturalem reducuntur equitatem. Quid

xxiiij.

enim tam naturale homini: ꝙ omnibꝰ bene facere: nulli male? Legi vero Mosi cōcordare lex naturalis secūdum spiritū potest: secūdum litteram minime. Que enim erit intelligentia naturalis in hoc (verbi gratia) ꝙ puer octa-

Leui. 19.

ua die circūcidatur: aut ne simulcum lino lana texatur:

Leui. 23.

ne vel in die phase fermētatū comedatur? Que cum aliquando obiecissemus iudeis ꝛ ingereremus/vt siquid vtilitatis esset in his ostenderent: hoc tantum respondebāt: ita visū est legislatori. Ostēdunt opus legis. Omnia inquit que vultis vt faciant vobis homines vos facite

Chrysosto.

illis: per quod ostēditur iuxta Chrysosto. secūdum naturam nobis esse virtutē. Domestico siquidem magisterio omnes que facere debeamꝰ agnoscimus: ꝛ impossibile nobis est ad ignorantie presidium aliquādo confu-

Athana.

gere: quando gentes iuxta Athana. duce natura pro lege sunt vsi .i. decalogo: ꝛ cordibus suis non litteras sed opera insculpsere. Uide ergo quomodo omnium tenens prouidentissimā curam deus: bonorū ꝛ malorum a prin-

Gene. 3.

cipio dedit mortalibus cognitionem: quā fallaciter serpens homini promittebat. Ex hoc loco patenter ostenditur naturalem legem seruātes saluos fieri: si nec dum

Faber.

noticia euāgelij ad eos vsq; perlata est. Ita dicit Faber. Alioqui quomodo credent sine predicante? Nec tamen omnino non credunt qui natura duce ea que sunt legis faciunt. Et illud sciēdum ꝙ cor in scriptura principalior hominis pars appellatur vz rationale eius. Preterea sciendum ꝙ cogitationes que dicuntur accusare peccatores vel excusare non erūt ille que tunc inerunt sed que nunc de corde nostro exeunt vnde exeunt adulteria: homicidia: ꝛ blasphemie: charitas: pax: misericordia: casti-

Matth. 15.

tas ꝛ ceteri fructus spiritus: irrigante spiritu sancto fidelium corda. Cū enim siue bona siue mala cogitamus velut in ceteris ita ꝛ in corde nostro: tam bonarū ꝙ malarum cogitationū note quedā ꝛ signacula relinquuntur que in occulto nunc pectoris posita: in illa die reuelari

Origenes.

dicuntur: a nullo alio nisi ab eo qui solus potest occulta hominū scire: quorū signorū ꝛ notarū causas latere deū minime etiā nostra cōscientia cōtestabitur. Cogitationibus accusationibꝰ. Audiamꝰ aūt si libet pphetā pseudo ꝛ angelū eius qui habet potestatē auferendi pacem de sup terrā: (Lutherū dico) sup hac re sententiā. Putat enī qr ꝛ ipse spiritū blasphemie habet. Pcta inquit contra duo precepta decalogi vltima cōmissa sunt prorsus a cōfessione secludenda. Ratio ad hoc talis est. Nullus san-

ctorum implet duo vltima precepta decalogi. Si ergo impossibile est homini ea implere: qui enim negat deū impossibile nobis pcepisse pessime facit: ergo ōfiteri nō tenemur qḋ implere nō possumus. Hec ille. Dicā ꝛ ego cū Hieronymo: qui dixerit deū impossibile precepisse: anathema sit. Nū stādū est Luthero an Hieronymo: pe-

Job. 31.

pigi fedus cū oculis meis inquit Job vt nec cogitarē de aliena. Reuera si nō cogitauit: nec cōcupiuit. Dicit ꝛ Apo. Actuū. 20. Argentum ꝛ aurum aut vestem nullius concupiui sicut ipsi scitis. Et iuxta eundem Apo. in ore

2. Corin. 13.

duorum testium stat omne verbum. Sed adijciamus ꝛ tertiū. Auferte malum cogitationum vestrarū ab oculis meis: ꝛ illud ex Hieremia. Laua a malitia cor tuū hierl'z.

Hiere.

De hoc dicetur alibi super illud: peccatū iuda scriptum est stilo ferreo in vngue Adamātino: exaratū super latitudinē cordis eorū. Hiere. 17. cap̄. Cōtestabitur autē in eo die quo dn̄s noster iudicaturus est viuos ꝛ mortuos. Iudicabit quidē tota trinitas potestate ꝛ autoritate ordinaria: christus autē autoritate cōmissa vt homo

Math. vltio

cui pater omne dedit iuditium. Data est enim mihi ois potestas ꝛ in celo ꝛ in terra. Quodq; dicit: secūdū euāgelium meū sensus estq; iuditiū futurū mortuorū ꝛ viuorum non est putādū esse aliquā fictionem vel somniū:

xxv.

1. Corin. 15.

sed est pars euāgelij qḋ Paulus predicat: ꝛ quasi totiꝰ fidei nostre basis colūna ꝛ munimētū. Unde dicit Apo. si mortui non resurgūt nec christus. Ergo vana est spes nostra: vana predicatio nr̄a. Eo igitur modo Apo. huic articulo addidit secūdum euāgeliū meū: quo ꝛ ecclesia adiecit: resurrexit tertia die secūdum scripturas. Unde

Actuū. 17.

Apo. videbatur anūtiator esse nouorū demoniorū: eo ꝙ resurrectionē mortuorū predicabat. Actuū. 17. cap̄.

Si autem tu Iudeus cognominaris: & requiescis in lege: & gloriaris in deo: & nosti volūtatē eius: & pbas vtiliora: instructus per legē: confidis te ipsum esse ducem cecorū: lumē eorū qui in tenebris sunt: eruditorē insipientiū: magistrū infantiū: habentem formā scientie & veritatis in lege. Qui ergo aliū doces: te ipsum non doces. Qui predicas non furādum furaris. Qui dicis nō mechādum: mecharis. Qui abominaris Idola: sacrilegium facis. Qui in lege gloriaris: per preuaricationem legis deum inhonoras. Nomen enim dei per vos blasphematur inter gentes sicut scriptum est.

Si autem tu Iudeus cognominaris. Ad iudeos sermo cōuertitur: qui vel ex hoc putabāt se preferri Romanis: ꝙ habuerint pgenitores dei cultores ꝛ amicos: ꝛ q̄

Gene. 18.

ore ad os loquerētur deo: imo q̄ ipm hospitio recepissent ꝛ q̄ nocte i colūna ignis die xpo i nube pcederet eos. 40. annis: pascens eos pane de celo prestito: sicut aquila ad volādū prouocans filios suos: ꝛ portās in brachijs quasi

Deut. 32.

nutrix: amplectens quasi spōsus dilectā suam: que accepit ab eo dotis nomine legē scriptā digito dei: que ausa est dicere verbū magne cōfidētie ꝛ familiaritatis: oscu-

Canti. 1.

letur me inquiens osculo oris sui. Deniq; non fecit ta-

Psal. 147.

liter omni nationi. Sed quo maiora dona noscūtur accepisse: minorē ō pcto suo excusationē habēt: tādē eni oīm bonorū largitorē petierūt ad crucem non semel aut bis. Dicit ergo. [Ecce tu Iudeꝰ cognominaris .i. nomen dei confitens. Ante quippe hebrei ab heber dicti sunt: qui fuit quartꝰ a Noe: ꝛ septimus ante Abraā. Cognominati sunt ꝛ israel a Jacob nepote Abrae: ꝛ tandem Iudei a Iuda quarto filio Jacob: ad quem translatū est regnum propter peccatum Ruben primogeniti Jacob: dicente scriptura. Nō auferetur sceptrū de Iuda nec dux ꝛc. Nec

Gene. 49.

solū gloriaris de parētū antiqua pgenie diuitijs ꝛ fide.

xxvj.

[Sed ꝛ requiescis in lege (tu inquit fili semper mecum es: ꝛ oīa mea tua sunt:) quam a deo singulariter accepisti: ne circūfetereris omni vento doctrine: sicut gentes que ignorāt deū. Et vere quādiu legem seruabāt iu-

3. Regū. 4.

dei: in summa requie versabantur requiescētes singuli sub vite sua ficu ꝛ oliua. Super muros tuos hierlm cōsti-

Esaie. 62.

tui custodes angelos: tota die ꝛ nocte. Hec igitur vinea quādiu habuit custodes angelos: fructus pulcherrimos

Ibidē. 5. c.

ꝛ vberrimos attulit: postq̄ vero pro fructu spinas protulit: derelicta est quasi quercus defluētibꝰ folijs: q̄ christi

Matth. 21.

maledictione exaruit. [Et gloriaris in deo:] Qui pa-

Exodi. 3.

trē tuū vocauerit de Messopotamia ad terram fluētem lacte ꝛ melle: ꝛ vocatur singulariter deus Abraā/Deus

Psal. 80.

Isaac/Deus Jacob. Ego enim sum deus deus tuus qui eduxi te de terra Egypti. Deniq; israelem primogenitū

Exodi. 4.

suū vocat apud Pharaonē. [Et nosti volūtatem eius:] te enim audiente dn̄s decalogū protulit: sicut habes Exodi. 20. cap̄. a principio vsq; ibi: cunctus populus videbat voces ꝛ lāpades ꝛ sonitū buccine mōtemq; fumantem: ꝛ

xxvij.

perterriti ac pauore cōcussi steterūt procul. Nec ex lege tātū nouerūt dei beneplacitū: sed ex respōsis que dabant intra sanctū sanctorū: ex prophetis quos ad populū dn̄s mittebat de mane cōsurgens: ꝛ mittens ad eos. Occi-

Matth. 23.

dis inquit pphetas: ꝛ lapidas eos q̄ ad te missi sunt. [Et pbas vtiliora: ex bonis meliora: ꝛ ex vtilibꝰ cōducibiliora eligis ꝛ eximia.] Hec aliquādo fecerunt Iudei cum sapientia dei in hereditate dn̄i morabantur: sed postq̄ vi-

Eccle. 24.

Esaie.

num eorū versum est in aquā: ꝛ sapientes eius caupones facti sunt miscētes legi dei mādata hominū: ablata sunt ab eis caput ꝛ cauda: validus ꝛ fortis: iudex ꝛ propheta: senex ꝛ princeps super. 50. ꝛ honorabilis vultu ꝛ cōsiliarius: sapiens ꝛ prudens eloquij mystici: ꝛ principes eorum sunt pueri ꝛ effeminati: vt oīa faciant absq; consilio: qui verum cōsiliatiū nō audierūt. Esaie. 3. cap̄. [Instructus per legē: eruditus ꝛ institutus.] vide Deu-

κατηχούμενος

tero cap̄. 6. optie. Grece aūt (cathecumenos), vox est igit dicta ab eo ꝙ olim quedā mysteria viua voce tātum modo tradebantur nouitijs in fide: que nefas erat cartulis cōmittere. Nec solum ex lege tibi tātum lumē mutuasti: vt solus scias quid fugiēdum quid ve expectādum ꝛ expetēdum sit: verum etiam. [Confidis te cecis .i. gētibus ducatū posse prestare viāq; premōstrare.] vnde sequit. Lumen eorum qui in tenebris versantur: eruditorem insipiētium (alioqui nō preripuerēt primas cathedras in

Matth. 23.

synagogis: ꝛ vocari Rabbi ꝛc.) Magistrū stultorū quod idem est: quorū infinitus est numerus: ꝛ habētem formam scientie ꝛ veritatis in lege: hoc est cōfidis te habere rationem formādi ꝛ instituendi cōscientiam alienā:

1. Corin. 4.

quasi tua in tuto sit cōstituta: sed non in hoc iustificatus est Paulus. Confidis te ducē cecorū. Qualis ille quem

Hiere. 8.

asina increpuit: cuius vox est: quis est meus proximus? Turtur hirundo ꝛ ciconia cognouerūt tempus aduētus sui: asinus presepe dn̄i sui: populus autem meus adhuc circumit puteū cū Agar: nec potest videre lucernā ante

1. Regū. 3.

Tobi. 11.

ꝙ extincta sit cū Heli. Habet tamen albuginem in oculo vnde confidit se ducem Cecorū. Doctor paruulorū: quasi virtutis formande sis facultatem adeptus. Nec secus agis ac solet qui apud se Imperatoris statuā habeat: ne-

Athanasiꝰ.

queat tamen illi assimilem effigiare: cum alter accedat quispiam: qui nec visam: ad verum affingat ꝛ imitetur. Formam tamen quidam accipiunt pro mentita aliqua ꝛ simulata cognitionis imagine. Hec iniquā omnia potes o Iudee iactare: vt gentes pessundes: que nihil horū acceperunt: sed sunt ceci duces cecorū alieni a testamentis dei: omniū portētorū cultores. Hebreus es: nō illi. Semē Abrae: minister christi: primogenitus: vinea dei angelorū munita custodia ꝛc. multa accepisti vnde merito glo-

riam captes. Igitur.] Qui te aliorum iactas posse tenebras illuminare: ⁊ stultos docere: te ipsum nõ doces. Medice cura te ipsum. Cur pennas nido maiores extendis? Prouerbia. Et dum festucã ex alieno oculo vis eijcere: trabẽ que mẽtem tuã obnubilat non cõsideras. Cur non te intra tuam pelliculã cõtines? simulãs Leoninã generositatẽ: cũ vel Esaie. 1. asini stultitiã non imiteris: is cognouit presepe dñi sui: israel autẽ me non cognouit. Alios doces: doce ⁊ te ipm. Charitas enim ita nõ querit que sua sunt: vt tamẽ si ordinata sit: a se ipa semp incipiat. Ne sis veluti es perpetuo 1. Corin. 13. tinniens: te ipsum cõsumẽs alijs lucens. [Qui predicas non furãdum:] hoc enim lex precipit / non furãdum: nec

xxviij. hoc ignorabãt gentes: furaris tñ: vt mihi videaris alter Janus vt dicitur. Tullius turpissimũ mihi videtur vt cũ alicuius vita pugnet oro: vt vz quis in eo peccet: cuius profitetur sciẽtiã: vt si absurde canat quis qui se velit haberi musicum. Sic phs in rõne vite peccans: hoc turpior est: ꝙ in officio cuius magister esse vult labitur: artemqꝫ vite professus vz medicine: ipe vulnus gestat ⁊c. Medice cura te ipsum. [Qui dicis non mechandum: mecharis.] Ex verbis tuis te iudico serue nequã: si adulterã puniẽ- Joan. 8. dã adducis ad fontẽ venie christũ dñm: quare Susannã de adulterio sollicitas? [Qui abominaris Idola: (licet Ezechi. 8. aliquãdo Idolũ zeli posuerit israel iuxta sanctũ scelꝫ ad prouocãdam irã dei super se: de quo superi' diximus: nũc si publice Idola abominaris:) secreto sacrilegiũ facis.] Diximus ⁊ de hoc quomodo Jason ambiebat summũ sacerdotiũ: ⁊ emit ab Antiocho precio talẽtorũ. 440. ar- 3. Regũ. genti. Itẽ habes. 3. Regũ. 13. quicũqꝫ volebat implebat manũ Hieroboam regis: ⁊ fiebat sacerdos excelsorũ. Et propter hanc causam domus Hieroboã euersa est ⁊ deleta de super terrã. Quid sit autẽ sacrilegiũ ⁊ quot modis cõmittitur: canoniste sunt cõsulẽdi: forte enim Apo. Hierony. nihil tale hic intellexit: magis autẽ illud: ꝙ Judei negãt christũ esse deũ dei filiũ. Unde Hieronym'. Si expedit odisse hoĩes: ⁊ gẽtem aliquã detestari: miro odio auersor circũcisos: vsqꝫ hodie enim persequũtur dñm iesum christũ: ⁊ quater per noctẽ ⁊ diem maledicũt christianis Origenes. sub noĩe Nazarenorũ. Sicut autẽ dicit Orige. frequẽter

xxix. Judei radicitus interire periclitati sunt sub Romanis: volẽtib' statuã Cesaris introducere in domũ dei: resistẽtes ⁊ phibẽtes fortiores sup se factos ꝑpter pctã. Pylat' eñi ad hoc eos semel coegit: similiter aũt factũ est tẽpore Caij cesaris. Pylatus igitur cui tradiderãt christũ: primũ ausus est populum inquinare: qđ tñ grauius illis erat ꝙ oẽs captiuitates. Captiuitates enim quas passi sunt: corpus tãtũ vexãbãt: introductio autẽ statue in tẽplũ: aĩarũ erat interit'. Igit ex tũc. i. post Babylonicam captiuitatẽ summe idololatriã fugiebãt: ꝑpterea apo. nõ dixit: q abominaris idola: idololatras: sꝫ sacrilegiũ facis nõ ꝙ deũ verũ nõ colis: sꝫ ꝙ negas ei' vnicũ filiũ ꝯsubstãtialẽ pri ꝑ quẽ oĩa cõdita sunt: Uel alio modo / vz sacerdotiũ a gẽtib' precio redimẽdo: sed prior sensus videt esse scđm mẽtem apli. Hec oĩa ironice dicit Apo. Nec enim si in lege quiescerẽt ⁊ ꝓbarẽt vtiliora ⁊c. furarẽtur: ⁊ mecharent: ⁊ cõmitterẽt sacrilegiũ ⁊c. que dicit apo. [Qui in lege gloriaris:] quã ore ad os loquente deo accipisti sicut dictũ est superi': per preuaricationẽ legis deũ inhonoras. Alias aũt popul' iste labijs me honorat: ⁊ preuaricatorẽ inquit ex vtero vocaui te. Scio eñi q: preuaricans preuaricaberis. Sciui q: durus es tu: ⁊ neruus ferreus ceruix tua: ⁊ frons tua erea. Esaie. 48. vix eductus eras de Egypto ⁊ quasi meo vẽtre conceptus: cũ caput vituli Exodi. 32. quẽ petisti adorasti dicẽs: Isti sunt dij tui Israel. Ad huc me viuẽte cõtẽptiose egistis: quanto magis cũ mortuus fuero? Uos igitur / o Leuite qui portatis arcã dei: tollite librũ istum: ⁊ ponite in latere arce federis dei vestri: vt sit ibi cõtra te in testimonium. Ibi posite sunt tabule confracte priores ⁊ posteriores ⁊ liber cantici huius Deut. 32. cap. omnia in testimoniũ: ꝙ Judei de lege gloriãtes: ⁊ legem pessundãtes: legem trãsgrediẽtes: legis autorem inhonorãt: cuius iussa paruipẽdunt: quã celis distillãtib' a facie dei sinaĩ acceperũt. Unde sequit Tex. [Nomẽ Psal. 67. enim dei qđ est benedictum in secula per vos maledictis afficit: ⁊ male audit iter gẽtes sicut scriptũ est. Esaie. 52. xxx.

Quod dicit per vos: legẽdum est: propter vos: non enim Judei blasphemabãt nomen sanctũ dei: sed male viuẽdo ansam prestabant ijs inter quos captiui tenebãtur obloquẽdi de Judeorũ Deo. Petrus vero morte sua clarificaturus erat nomẽ dñi nr̃i Jesu christi. (vide numeri. 6. c. in fine. Esaie cap. 6. bene. Joã. vlti°.) Audiamus vnũ interim blasphemũ. Nũquid liberauerũt dij gentiũ terras suas de manu regis Assyriorũ? vbi est deus Emath: ⁊ Arphath: ⁊ Sepharuaim? Nũquid liberauerũt Samariam de manu mea? Quis est ex oĩbus dijs terrarum Esaie. 36. istarũ qui eruerit terrã de manu mea: sequitur. Ut eruat dñs hierl'm de manu mea? Uos igit estis causa ꝙ nomen meũ male audiat. Nisi enim israel inique ageret etiam 4. Re. 11. c. super gẽtes quas dñs proiecerat a facie eius sicut dicit scriptura: ⁊ in iniquitatibus suis venũdatus esset / vt faceret malũ / ⁊ sequeret iustitiã gentiũ: nunꝙ dñs diceret 1. Macha. 1. etiam Judã proijciã a facie mea: disperdam eos ventila- 4. Re. 23. c. bro. Etiã si steterint Moses Samuelqꝫ corã me: non est anima mea ad populũ istũ: eijce illos a facie mea ⁊ egrediãtur. Si dixerint quo? respondes. Qui ad mortem: ad mortẽ: ⁊ qui ad gladiũ / ad gladium: ⁊ qui ad famem / ad Hiere. famẽ: ⁊ qui ad captiuitatẽ / ad captiuitatẽ. Hiere. 15. cap. Ceterũ iudeorũ summã malitiam ⁊ ceruicem ferreã sibi libet / vide Hiere. 44. cap.

¶ Circũcisio quidem prodest: si legem obserues. Si autem preuaricator legis sis: circũcisio tua preputiũ facta est. Si igitur preputiũ iustitias legis custodiat: nonne preputiũ illius in circuncisionem reputabitur? Et iudicabit id quod ex natura est preputiũ legẽ cõsumans / te qui per litterã & circũcisionẽ preuaricator legis es. Non enim qui manifesto Iudeus est: neqꝫ que in manifesto in carne est circuncisio: sed qui in abscondito Iudeus est: & circũcisio cordis in spiritu non littera: cuius laus non ex hominibus: sed ex deo est.

¶ Circũcisio quidẽ prodest: si legẽ obserues. Quia hanc Athana. Judei magnificabant: non statim hanc supervacaneã ⁊ inutilem dicit: sed verbis dum taxat videtur probare: cũ Faber. re penitus tollat ⁊ improbet. Potest ⁊ sic dici. Circũcisio iudeis nec erat prohibita nec inutilis: quã etiã iuxta permissionẽ apostolorũ in presentem diem seruare potuissent: in signũ dum taxat: signum dico generis ⁊ fidei ꝙ descẽdissent ex lũbis Abrae: vnde ⁊ christus dñs secundũ carnem caro eorũ est ⁊ frater. Nunc vero qm̃ circũcisionẽ necessariã putant: preputiũ eis facta est: quib' iuxta apostolũ christ' nil proderit. Quomodo inqꝫ in se- Gala. 5. quentibus dicturus est: si circũcidamini: christus nihil vobis ꝓderit? Proderat ergo pro eo tẽpore pro quo est instituta a deo: ⁊ a deo proderat: vt nisi pellicula illa presciderẽt infanti in octaua die: oĩno periret de populis suis. Sed pone ꝙ sic circuncisus ad annos discretionis perueniens / legem nõ seruaret decalogi: huic sine dubio circuncisio preputiũ facta est. Quid enim interest an talis pereat sine lege sicut gentilis: an per legem cuius est debitor: vt eam totam impleat ex quo signum circũcisionis accepit: Testificor inquit omni circũcidenti se ꝙ debitor est vniuerse legis Mosaice faciende. Et vnde debitor? Ex professione. Et quãdo eam professi sunt? Omnia inquiũt quecũqꝫ ꝓcepit dñs faciem': ⁊ obediẽtes erim'. Exo. 24. cap. Et alibi Josue vltimo: Nõ inquit poteritis Exodi.

seruire dño. Deus enim sanctus ⁊ fortis emulator est: Josue. nec ignoscet sceleribus vr̃is. Dixitqꝫ populus ad Josue. Nequaꝙ ita vt loqueris erit: sed dño seruiemus. Et Josue. Testes inquit vos estis q: ipsi vos elegeritis dñm vt seruiatis ei: testes inquiunt. Tunc Josue scripsit oĩa verba hec in volumine legis dñi: ⁊ tulit lapidẽ per grãdem: posuitqꝫ eum subter quercũ que erat in sanctuario dñi: ⁊ dixit ad omnem populũ. En lapis iste erit vobis in Psalm. 117 testimonium (quẽ filij vr̃i reprobaturi sunt) ꝙ audieritis oĩa verba dñi q̃ locut' est vobis. Ne forte postea negare velitis ⁊ mẽtiri dño deo vestro. Hec ibi. Moses inuocat Deut. 32. testes cõtra vos celũ ⁊ terrã ⁊ Josue hunc lapidẽ: sciens vterqꝫ futurũ vt quãtũ labijs appropinquaretis deo: tãtum cor vestrũ futurũ esset lõge a preceptis ei'. Et tamẽ Esaie. 29. si predicet Judeus non furandũ: ⁊ ipse furetur: tu carpe vuã ⁊ fuge spinã. Si ipse cecus alijs viam ostẽdit: ingredere tu viã: remanente illo quasi lapis immobilis secus miliariũ. Unde dicit Horati': ꝙ ⁊ si cecus viaz ꝓmõstret

xxxij. quã forte aliquãdo vidẽs triuit: siue ex relatu viãtiũ: scit sequẽdus est. Et quidã seruus Cariõ noĩe stomachabat Esa. in dñm suũ ꝙ ipse videns Plutonẽ oculis captũ sequeretur: ⁊ seruus itẽ qui quasi vmbra sequitur corpus: cogebatur sequi Plutonem. Et si Judeus dicat se habere formã sciẽtie ⁊ veritatis in lege: vt cõsciẽtias aliorum 2. Timo. 4. possit reformare: cũ ipse suam habeat cauterio notatã ⁊ inustaz: ac per hoc scđm legis preceptũ iubeatur os ha- Leui. 13. bere cõtectũ: ne alios doceat qui seipsum nõ docet: tamẽ sentẽtia nõ est cum autore refellẽda: sed eo modo veritas Prouerb. a quocũqꝫ audiẽda est: sepe enim holitor est oportuna loquut': sic ⁊ via si cecus premõstret ⁊c. [Si autẽ preuaricator legis sis: circũcisio tua preputiũ facta est.] Oẽs gẽtes inquit Hieremias habẽt preputiũ: populus me' nõ Hiere. 9. habet. Bene se habet res. Sequit: Omnis autẽ domus Israel i circũcisi sunt corde. Et vnde hoc? Audituri estis velitis nolitis. Sermonẽ quẽ locutus es ad nos in noĩe dñi non audiemus: sed faciẽtes faciem' omne verbũ qđ egredietur de ore nr̃o: vt sacrificem' regine celi: sicut fecimus nos ⁊ patres nr̃i: reges nostri ⁊ principes nostri In vrbib' iuda ⁊ in plateis Hierl'm: ⁊ saturati sum' panibus ⁊ bene nobis erat: malũqꝫ nõ vidimus. Ex eo autẽ tẽpore quo cessauim' hec facere: indiguim' oĩbus: ⁊ gladio ⁊ fame cõsumpti sumus. Hiere. 44. cap. Ecce quomodo seruãt legẽ qui gloriãtur ⁊ tumẽt de precisa pellicula: qui gentes nec cõgressu nec sermone dignas arbitrãtur. Introisti inquiũt Petro aplõ ad viros preputiũ Actuũ. 11. habẽtes. O crimẽ maiestatis lese: ⁊ omnis domus israel attrita fronte et in circũcisi corde: atqꝫ vtinã non ⁊ haberẽt velamẽ sup cor: cũ legitur Moses. [Si igitur prepu-

xxxiij tium iustitiã legis custodiat:] qualis fuit Centu- Math. 8. rio ⁊ Corneli': ⁊ multi q̃ venerũt ab oriẽte / vt reciberẽt in fide Abraã Isaac ⁊ Jacob: nõne ꝓputiũ illi' in circũcisionẽ reputabit? Gẽtilis seruat ⁊ exhibet legis iustitiã parũ de ceremonijs curãs. Tu totus carnalis ita littere adheres occidẽti / vt nihil interim cures de legis iusti- Roma. 13. tia. Uter ergo vestrũ legẽ impleuit? Qui proximũ diligit inquit Apo. nõ qui circũcisus est carne. Orationes inquit tue ⁊ eleemosine ascẽderũt ante deũ: nõ circũcisio manu facta: aut ciborũ differẽtia: vel ꝙ lotis manib' sem- Actuũ. 10. per mãducaueris panẽ. Igit sicut tibi circũcisio vertit in preputio. i. ex iudeo versus es in gẽtilem: legẽ nõ seruãs: ita gẽtilis trãsit in dignitatẽ hebreor si iustitiã legis opere prestet: ita vt tu ex capite fias cauda: ⁊ ille ex cauda caput cõstituat: sicut tibi cõminat' est Moses famul' dñi. Deut. 28. cap. Ter. Et q: est pplexus iungat hoc modo. [Et iudicabit id qđ ex natura est preputiũ. i. gẽtilis cõsumans legẽ. i. prestans opere iustitiã legis: iudicabit inquã te o iudee qui per litterã ⁊ circũcisionẽ preuaricator es legis.] Qđ dicit: id qđ ex natura est hoc est: ꝙ homo cui' natura per vitium fuerat deprauata ⁊ facta irg filia: eadẽ reparata per gratiã idest ratio naturalis adiuta per gratiã / implebit opere legẽ Mosi secũdum spũm: alioqui in obseruabilẽ: quã tu etiã preciso preputio: ⁊ si professaz implere non potuisti. Quomodo eñi fructũ ⁊ iustitiam legis reddere potuerũt qui nec iugum portare Actuũ. 15. quiuerũt / teste Petro aplõ: Imposito eñi iugo presciditur terra timoris vomere: vt fructuz ex semine proferat. Qui igitur iugũ abiecerũt: fructũ non afferẽt sed spinas quasi terra inculta. Tu aũt ⁊ habes circuncisionẽ in Uide hiere cap. 2. de iugo. carne: ⁊ legẽ in lapideis tabulis: quorũ nullũ cum gẽtes habeãt: ostẽdunt opus legis in moribus suis: sicut tu non tam circũcisionis in carne tua: ⁊ decalogũ in lapideis tabulis. Ergo illi sunt Judei in spũ / gẽtes carne: tu iude' in carne: Gentilis in spiritu. Unde sequitur apertius. [Nõ enim qui in manifesto iudeus est:] neqꝫ que in ma- xxxiiij nifesto in carne est circũcisio: sed qui in abscõdito iude' est cuiusmodi erat Zacheus: de quo dicit: eo ꝙ ⁊ ipse sit filius Abrae: re uera aut gẽtilis erat: ⁊ circũcisio cordis Luce. 19. in spiritu nõ littera: cuius laus nõ ex hoĩbus sed ex deo est. Demus vnũ in secreto Judeũ ⁊ tãdem in manifesto. Credidit Abraã deo: ⁊ iustificatus est corã eo. Ecce interiorẽ circũcisionẽ. Ubi est ⁊ exterior: hoc est pactũ meũ Gene. 15. qđ obseruabitis inter me ⁊ vos ⁊ semen tuũ post te. Circũcidetur in vobis omne masculinũ: ⁊ circũcidetis carnem preputij vestri. Gene. 17. cap. Ecce habes duplicem iudeũ: ⁊ duplicem circũcisionẽ. De his alibi sepe dicendum est cũ locus postulabit. Itaqꝫ secũdũ apli sentẽtiam ⁊ Judeus põt fieri gẽtilis: ⁊ gẽtilis iudeus. Uerus tamẽ iudeus ⁊ verus circũcisus ille est: nõ cui manus hominũ abstulit pelliculã carnis: sed cui de' ablato lapideo corde carneuz reposuit: vt sit pfect' ⁊ irreprẽsibilis corã deo omni tẽpore. Hic eñi gloriabit apud deũ: cui cor cõtritũ Gene. 17. humiliatũ: carneũ ⁊ circũcisuz semp placuit: ⁊ hec circũcisio fit a spũ sctõ nõ lapideis cultris: sed gladijs xp̃i dei Hebre. 4. omni machera vtrinqꝫ acuta penetrabilioribꝰ. Qui aũt in carne est circũcisus scđm preceptũ littere legis: ab hominib' põt laudẽ habere / nõ a deo qui in carnali circũcisione spiritualẽ intellexit. Habebit autẽ laudẽ sed vanã eo modo quo apud hoĩes laudat: qui legaliter ⁊ politice viuit: maxime cũ circũcisio in carne iudei vel eo nolente facta sit: spiritualis autẽ semp est volũtaria. Ad hec Ori- xxxv.

genes. Cũ vera circuncisio nihil aliud sit ꝙ aĩe purgatio Origenes. a vitijs: quomodo Apo. dicit circũcisionẽ tum demũ prodesse si legẽ seruem': cũ hec ipsa circũcisio nõ nisi ex ipsa legis obseruãtia fieri videat? sꝫ vide ne forte abscindere vitia ⁊ a malis cessare circũcisionẽ significet: agere autẽ que bona sunt: custodire sit legẽ. Iuxta illud: declina a ma- Psal. 33. lo: ⁊ fac bonũ. Hoc ergo modo fit iudeo preputiũ: si nõ faciat q̃ bona sunt: ꝙ nõ sufficit a malo abstinere: qđ significat pellicule ablatio: si non sequat iustitie operatio. Neqꝫ enim possibile est secũdum litterã / carnalẽ circũcisionem in preputiuz verti. Sic baptisma vertetur in infidelita- Jacobi. 2. tis preputiũ preuaricatori euãgelij christi: q: sicut circũcisio ita fides sine operib' mortua est. Hoc autẽ qđ dicimus preputiũ circuncisos iudicare: simile est illi: regina Austri surget in iuditio cũ generatiõe ista ⁊c. Potest Math. 12. ⁊ hic esse sensus. Erant enim nõnulli in initijs nascẽtis ecclie q̃ circũcisionẽ veluti insigne vernaculũ gẽtis sue nimio amore seruarẽt: ⁊ impediti videbãtur a fide / si eis vetaret: quo carere nõ poterãt. Ad huiusmõi ergo hoĩes videtur Apo. dicere: ne eis fidei ianuã claudat: ꝙ circũ- Infirmũ inquit in fide suscipite: infra. 14. cap. cisio prodest: si legem obserues. Sed si gẽtibus circũcisio seruãda traderet: iniuria fiebat euãgelio christi. Et eñi Paul' ad tẽpus fact' est iudeus vt iudeos lucraret: imo ⁊ Anathema optabat fieri. Et sciẽdũ ꝙ cũ dñs circũ- 1. Corin. 9. cisionẽ mãdauerit Abrae aduene nullã fecit mẽtionẽ: sed post filios Abrae: vernaculũ ⁊ empticiũ seruũ circuncidi iubet: liberũ autẽ: aduenã vel hospitem non constringit: nisi forte is voluerit pascha cum iudeis celebrare:

xxxvi tunc enim necessario est circũcidendus. Sed qr Iudei
adhuc de circũcisione cõtẽdunt: quasi in pactũ sempiter=
Exodi.12. num data sit Abrae: sciant q pascha qd dñs precepit/hie=
Origenes. rusalem tantũ celebrãdũ est. In illo enim tẽplo sacrificia
decernũtur offerri et nõ alibi. Recuperẽt ergo primũ sta=
tum tẽpli: et tũc de circũcisione cõtendãt. Si vero secũdũ
Canti.4. sententiã saluatoris que erat hortus cõclusus: fons signa
Marci.13. tus aque viue: facta est aceruus lapidũ ita vt nullus lapis
remãserit qui nõ sit motus loco suo: supflua est de circũ=
cisione causatio. In tantũ autẽ circũcisio vernaculũ ipsi9
et nullius alteri9 gẽtis insigne est: vt nusq̃ alius quis in
Exodi.4. historijs veterũ pro hac referatur correptus nisi fili9 Mosi:
qui tamẽ erat matre gẽtili (sicut Timotheus matre Iu=
dea) que et vim angeli cõminãtis exitiũ filij circũcisione
cõpescuit. Et qr Apo. duas posuit circũcisiones: requira
mus vbi vel hoc lex prefigurauit. Scriptũ est q Iesus
Iosue.5. Naue ex precepto dñi circuncidit secũdo filios israel cul
tris lapideis: qd tamẽ scdm litterã impossibile videt: vt
semel circũcisus: scdo circũcidat. Dñs autem iesus post
Mosen introducturus populũ dei ad terrã fluẽtem lacte
Collos.3. et melle: primũ circũcidit eos: cũ abstulit ab eis Idolorũ
Ibidem. cultũ et falsas doctrinas: scdo vero cũ exuens eos veterẽ
hoiem: nouum induit: atq oia vitia carnis circũcidit: de
xxxvii quo dicitur: hodie abstuli a vobis opprobria Egypti. i.
eorũ mores feros et barbaros. Ratio autẽ circũcisionis
pma Pe.1. talis ponit ab Origene. Dicit apo. petr9 q nõ corrupti
bilibus empti sumus etc. Si ergo precio empti sumus:
vt etiã Paul9 stipulatur: ab aliquo empti sumus cui nos
vẽdideram9 precio iniquitatũ nostrarũ: cuius et eram9
Esaie.50. serui: qui et preciũ poposcit qd voluit: vt de potestate di=
mittat quos tenebat. Tenebat autẽ nos diabolus iusti=
Circũcisio= tie dei minister reos suppliciorũ: obstrictos chirogra=
nis rõ alle= pho peccatorũ. Poposcit ergo preciũ sanguinis christi.
gorica. Verũ donec iesu sanguis daretur: qui tam preciosus fuit
vt solus pro omni redẽptiõe sufficeret; necessarium fuit
eos q in struebãtur in lege/ vnũquẽq pro se velut ad imi
tationẽ quãdam future redẽptionis/ sanguinẽ suũ dare.
Et propterea nos pro quib9 ipletũ est preciũ sanguinis
christi: nõ necesse habem9 pro nobis ipsius preciũ: i. san=
guinẽ circũcisionis offerre: sed mãdatur tãtũ spũalis cir=
cũcisio que semp fuit necessaria et in precepto. Sicut er=
go multa fuerunt necessaria baptismata ante christi ba=
ptisma: et multe purificationes anteq spũs sanct9 diffun
deretur in cordibus nostris: et multe hostie anteq verus
Psal.140. agnus: eleuatis manibus fieret nostrũ sacrificiũ vesper=
tinũ: ita etiã multis circũcisionibus opus fuit: vsq quo
per vnius sanguinẽ omniũ fieret redẽptio: que apud deũ
Psal.129. est copiosa: qr cũ solus sanguis in sua effusus circũcisiõe
sufficeret: totũ tñ effudit: et tãdẽ sanguie exhausto/ aqua
Esaie.40. manauit. Ceterũ caro que in circũcisione deperditur illa
1.Corin.15. est de qua dicitur: ois caro fenũ: et caro et sanguis regnũ
dei non possidebit. Que autẽ seruatur/ ea est que visu=
Luce.3. ra est salutare dei: et que licet seminetur corruptioni ob=
1.Cori.15. noxia: immortalis est resurrectura. Lege autẽ sic textum
precedẽtem. [Non ois qui manifesto iudeus sit: iudeus
est: nec ea que in manifesto sit carnis circũcisio: circunci
sio est: sed qui in occulto iudeus: et circuncisio cordis in
Athana. spiritu non litera.] Neq qui in propatulo iudeus est.
Quo verbo ostendit oia iudeos ad ostẽtationem moliri:
vnde magnificãt fimbrias: dilatant phylacteria: frequen
ter vtuntur baptismatibus etc. Vide Luce.11.cap. Vides
Gene.17. ergo quomõ in vernaculis seruis Abrae prefiguratũ est
ad omnes gẽtes istam gratiã peruenturã: per quã in se=
mine suo benedicerẽtur oẽs gẽtes. Parẽtum mutãtur
et noia: omnia resonant nouitatem: et in testamẽto veteri
obũbratũ intelligitur nouũ. Et tãtum de hoc cap.

¶ Tertium caput.

Quid ergo am=
pli9 Iudeo est: aut que vti
litas circũcisiõis? Multũ
per omnem modum. Pri
mum quidem quia cre=
dita sunt illis eloquia dei.
Quid enim si quidã illo=
rum non crediderũt? Nũ=
quid incredulitas illorum fidem dei euacua=
uit? Absit. Est autẽ deus verax: omnis autem
homo mendax: sicut scriptum est: vt iustifice=
ris in sermonibus tuis: & vincas cũ iudicaris.
Si autem iniquitas nostra iustitiã dei cõmen=
dat: quid dicemus? Nunquid iniquus est deus
qui infert iram? Secundum hominem dico.
Absit. Alioqui quomodo iudicabit deus hũc
mundum?

¶ Quid igitur ampli9 Iudeo? Eras Pria
inquit nuda et cum patre Amorreo genita esses: matre
Cethea: trãsiui per te: et operui ignominiã tuam etc. que Gala.6.
habes. Ezechiel. cap. 16. Maxime vero illud precellit in
Iudeis q credita sunt illis eloquia dei: deformata digi=
to dei viuẽtis etc. In christo iesu neq circũcisio aliquid
valet neq preputiũ: sed noua creatura. i. circũcisio que fit
in spiritu. Nec aliquid interest vtrũ sis Barbarus Gre=
cus: Iudeus/ Parthus/ aut Medus natione: sed qui= Roma.10.
cunq inuocauerit nomẽ dñi: saluus erit: et quicũq bapti Gala.6.
zatus fuerit: christus erit indumentum eius: omniũ est
enim vna fides et vnus deus et pater: vnaq remissio pec=
catorũ et eadẽ vita eterna. Hoc ergo modo nihil amplius
est Iudeo q gentili: nisi forte q ad illos christus psonalr
venit: nos aũt stella vocauit: et celi enarrauerũt gliã dei. Matth.2.
Qd si iudeos gentib9 cõferas pro statu Mosaice legis: Psal.15.
magni refert oino iudaice gẽtis esse. Si ergo multũ in=
terest: explica i quo iude9 excellit. Excellit inqt in multis.
Principio quidẽ qr credita sunt illis eloquia dei. His
data est lex/ et prophete ad hos missi sunt: cũ interim vn9
tantũ Jonas ad Niniuitas missus referat. Deniq his
solis deus locut9 est Multifarie: sicut ipsi Abrae Jacob Hebre.1.
Isaac: Mosi Josue et ceteris de quo plena est scriptura.
Gentibus nõ legimus deũ locutũ fuisse nisi forte ad La=
ban: ad Abimelech ad Balaã: de quib9 quere in Genesi Ge.31.et.20.
et in numeris. Cũ ergo ad legem venit et ad litteras: ha= Cap.22.
bent Judei amplius multũ per omnem modũ: vbi vero
venitur ad fidem et opera excedũt gẽtes: multiq super=
eminent: cũ plus fidei inuenerit dñs in Cẽturione q in
toto israel. Quãdo enim Judei blasphemabãt pretereũ= Matth.8.
tes capita sua: tunc Cẽturio dixit: vere hic homo iustus: ij.
fili9 dei erat. Quid profuit per scripturas nosse qm hic
est heres: cum intulerint: venite occidamus eum? Nosse Matth.21.
eũdem esse lapidem angularẽ quem missurũ se dñs pro= Esaie.28.
miserat in fundamẽtis sion: cũ reprobauerint eum dicen
tes: Samaritan9 es tu: et demoniũ habes? Multũ inquit
per omnẽ modũ: si legem spũaliter intellectã seruassent.
Et tamen illi debitores sunt.50. denariorũ: nos vero.500. Luce.15.
Quare? Quia illi nec hedum acceperũt: nos vero sagi=
natũ vitulũ. Nobis creditur partus Virginis: dñi crux: re= Ambro.
surrectio: illis eloquia multa: nobis verbũ quod erat in
principio. Reddamus ergo amorẽ pro debito: ampli9 eũ
diligit: cui donatur amplius. Extra carcerẽ quidẽ etiam
decem milia talẽta nobis remittũtur ad nudam precem:
in carcere vero semel coniectis: nec vnus quidem qua=
drans. Ille enim dñs erat: iste autẽ exactor. Accepimus

Joan.1. ergo nos gratiã pro gratia. In rebus. n. per tempus ortis
illa est summa gratia quã nos accepim9: videlicet verbũ
caro factũ, etc. Quod si putas legi iniuriã fieri q occidit:
nisi scdm litterã intelligat: reuertamur ad ipsum Mosen et
videamus q magnificauerit litterã legis: qui cum acce=
Exo.32. pisset tabulas lapideas inscriptas digito dei: tãtũ hono=
ris detulit legis littere: vt projceret de manibus suis ta
bulas: et cõminueret: nec tamẽ pro hoc impietatis culpa
notatus est. Igitur legẽ spiritualiter intelligentes qui
cũq fuerũt in illo populo dei/ multũ cõmodũ spiritualis
gratie reportauerũt ex doctrina legis et pphetarũ: vt ta
Esai.1. ceã interim ea bona terre que exinde acceperũt: sicut di
citur: si volueritis et audieritis me: bona terre comede=
tis: comedetis vetustissima veterũ: et nouis superueniẽ
Leui.26. tibus: vetera pijcietis etc. Deinde et illud vel principiũ
est in quo iudeus Gentilẽ precellit: q christus scdm carnẽ
ex eorum est caro et frater: licet ex matre Gentili Raab
Esai.16. videlicet: et Ruth Moabitide: de q dicitur: emitte agnũ
iij. dñe dominatorẽ terre de petra deserti: ipa est Ruth. De
niq et in hoc precedũt. i. precellũt gentiles: q de sion exi
Ibi.2.a. uit lex euangelica ad gentes/ et verbum dñi de hierusalẽ.
Similiter et illud q ecclesie pastores priores iudei fue=
runt et forte omnes: nã et salutẽ omniũ nõ alibi dñs ope=
Psal.73. ratus est q in medio terre. Sed et in hoc vel facile prepo
nũtur eis/ q apud solos iudeos tẽplũ habere voluit de9
nomini sancto suo dedicatũ/ quia et cũ oĩs terra plena
Psal.75. esset idololatria: in solo israel notũ erat nomẽ sctm dei.
[Quid. n. si qdã illorũ nõ crediderũt?] Quid inqt obest
credẽtib9: et legẽ spiritualiter itelligẽtib9: si multi ex eis
nullũ spiritualẽ fructũ q̃sierũt in lege: sed littere ad herẽt
tes et cortici: euãgelio credere noluerũt: qd cõtinebatur
Joan.9. intra legẽ sicut intra testã nucleus? Nũquid. [Incredu
litas istorum qui dixerunt:] tu discipulus illius sis: nos
autem Mosi discipuli sumus: [Irritam reddet al. eua=
cuauit fidẽ dei] vt nõ impleret qd iure iurando promisit
Abrae. Imo in pmissiõe Abrae facta significauit deus
multo plures futuros icredulos q fideles. Supat. n. nu=
Gene.15. merus arene maris stellarũ numerũ que lucent in firma
mento. Pone enim iudeos oĩes factos incredulos dẽ
pro vno Mose: qd putamus facturũ dñm? Dimitte me vt
Exo.32. irascatur furor meus et deleam eos: faciãq te in gentem
magnã. Vides q incredulitas licet omniũ iudeorũ pro=
missum dei adhuc nõ euacuaret. Quãto magis nũc quã
do non omnes sed quidam tantũ fracti sunt: vt gẽtilis po
Nume.23. pulus insereret? Absit inquit. Nõ est deus vt homo qui
mẽtiatur: qui ve peniteat et nõ exhibeat qd cum iure iu=
rando promisit. Hois est mutare sentẽtiam: et reuocare
pmissa: offensus fortassis ab eo de quo bene mereri per
Titum.3. gebat. Promissa aũt diuina nõ meritis nris dantur: sed
Nume.24. per solam misericordiã saluos nos fecit. Decreuerã inqt
honorare te magnifice: sed dñs priuauit te honore dispo
sito. [Esto aũt deus verax:] non. n. promittit vt decipiat:
sed sicut est verax in promittendo: ita fidelis in exhiben=
do. Deniq hoc maxime cauebat Moses: cum orabat pro
peccato populi/ ne videlicet videretur deus mẽdax apd
Numeri. egyptios. Ita. n. dicit Numeri.14. feriam eos peste atq
cõsumã: te autẽ faciam principẽ super gentẽ magnã et ro=
iiij. bustiorẽ q hec est. Et Moses. Bene dñe se habz res. Et
audiant inquit egyptij de quorũ medio eduxisti populũ
tuũ/ et habitatores terre huius qui audierũt q tu dñe in
populo isto sis: et facie videaris ad faciẽ et nubes tua p
tegat illos: et in colũna precedas eos per diem et noctẽ: q
occideris tantam multitudinẽ quasi vnũ hominem/ et di
cant. Non poterat introducere populũ/ in terra pro qua
iurauerat: id circo occidit eos in solitudine. Hec ibi. Igi
tur quantũcũq sit homo omnis mendax: deus semp erit
Matth.5. verax. Deus redditurus est q promisit: sed quibus vide
to. Potest. n. dñs de lapidib9 suscitare filios ipsi Abrae:
Esaie.29. deq oleastris fructiferas oliuas: et conuertere libanũ in

charmel. Cum aũt dicitur q sit omnis homo mẽdax: sen
sus est q omnis homo cum sit semper vertibilis: potest
reuocare quod semel promisit: deus aũt verax est. Sed si
deus verax est vt semper impleat q promissa sunt popu=
lo iudeorũ in multis locis scripture/ et inter ceteros ea q
habent Esaie.60. capite: quõ eorũ nullũ implendũ expe Hierony9.
ctamus: nec impletũ cernim9? Ad hec Hieronym9. Si
hec omnia q hic dicũtur carnaliter sunt promissa israel:
tamẽ sub conditione sunt promissa: vt si suscepissent lu=
mẽ ad se missum: tunc ista sequerẽtur: q videlicet per de
siderũ auri et opum abundantiã rerũq carnaliũ (quarũ
semper gẽs ista capiatur illecebris:) susciperẽt ad se mis
sum filiũ dei: quẽ quia non susceperũt: vniuersa sublata
sunt/ et collata et conferẽda: et regnũ datũ genti q reddat Matth.21.
fructum tẽporib9 suis. Ostendit aũt apo. subscripto exẽ
plo: quomodo sua semper implet promissa deus. Ad Da Psal.88.
uid namq dixit dñs. Semel iuraui in sancto meo q ipsi
Dauid nõ mẽtiar: sed semẽ ei9 in eternũ manebit: et thro v.
nus eius sicut dies celi. Quod si fortasse (quoniã homo
oĩs is vanitati subiect9 est) ipse vel filij eius leges meas
prophanauerint: et mandata mea nõ custodierint: visita=
bo in virga iniquitates pris et filiorũ: qd est iudicis iu=
sti: misericordiã autem meã non auferam ab eo: neq pro
phanabo testamentũ meũ: et que semel pcesserũt labijs
meis: quãtũcũq augeat peccata criminib9: homicidiũ 1.Reg.20.
adulterio: et fidem irritã faciat/ quã pmisit Jonathe filio
Saul: et in superbiã elat9: populũ contra legis prescriptũ 2.Re.24.
faciat numerari: firma erunt et rata. Unde dicit. [Sicut
scriptũ est. Ut iustificeris in sermonibus tuis: et vincas
cũ iudicaris. Hoc sic exponit vnomodo. Clamãte sangui
ne Abel in aures dñi Sabaoth: dñs qui iudex fuit in=
terpellatus: factus est ipsius Abel iudex et aduocatus:
qui et ipse iuxta Hieremiã iudex est et testis. Igit vt ad
uocatus innocẽtis sanguinis accusat: vt testis probat: vt
iudex sententiã profert dicens: maledict9 eris super ter Gene.4.
ram, etc. Itidem in causa Urie. Urias vim passus est et in
se et in vxore. Qui futur9 erat iudex videlicet Dauid: idẽ
erat et reus. Qm igitur Dauid nullo modo contra se sen
tentiã dicturus erat: interrogat sub parabola viri rapiẽ
tis ouem: sicq nesciens fit iudex: et ore proprio condẽna
tur dicens: vir q hec fecit: dignus est morte. In causa au 2.Regu.12.
tem Urie dñs erat aduocatus sicut diximus de Abel. Ui
de ergo mihi quomodo reus Dauid factus est iudex: et Psal.7.
dñs iudex iustus fortis et patiens iudicatus est: hoc est
sententiã latam a Dauid pro Uria confirmauit: quia Da
uid qttuor p vna oue soluit. Uides ergo quomodo deus
iudicat9 vicit: reo iudice cõtra se sentẽtiã ferẽte. Uel sic.
Precessit ante hec verba illud: tibi soli peccaui et maluz
corã te feci: et supplẽdũ est: sed scdm tuã magnã misericor=
diam de qua dixisti: misericordiã autẽ meã nõ auferã ab Psal.50.
eo/ remitte peccatũ meũ/ qd tibi soli peccaui: quo facto:
vinces eos qui dicebãt te nõ impleturũ quod pmiseras
de conseruãdo regno meo et in filijs meis vsq in eternũ:
et hoc propter peccata q cõmisi in Uriã et ei9 vxorẽ. Fla=
gellat9 est igitur Dauid p peccato Urie qui p vna oue
quattuor soluit: et pro vna vxore omnes vxores eius vim 2.Re.16.c.
passe sunt: et pprio regno pulsus ẽ. Sed et ipsi Solomo
ni suscitauit dñs aduersarios: et Roboã sola trib9 iuda 3.Reg.11.
relicta est, cũ tribu Beniamin: donec tandem regnũ defe
cit in Ochozia: misericordiã aũt nõ abstulit deus ab eo:
quando ex posteritate Nathã accẽsa ẽ lucerna Joas/ vi= Psal.131.
delicet vt impleret illud: illuc producã cornu Dauid: pa
raui lucernã christo meo. Uicit ergo deus/ implendo qd
promisit/ qui iudicaret factur9 oppositũ et patet. [Si
aũt iniquitas nra al. in iusticia iusticiã dei cõmẽdat: qd
dicem9?] Si inquit ex peccatis hominũ iusticia dei ap
paret cõmẽdatio: quid dicturi sumus ad inconueniẽs
qd ex inde sequitur? sequit. n. q peccata faciũt ad gloriã
dei. Sed hoc non ita esse ex tribus ostẽditur. Primũ q

tunc deus esset iniquus peccata vlciscendo:si faciunt ad
exaltationē iusticię dei? Respōdet Apo. Ergo deus erit
iniquus sl'. iniustus si inferat irā ⁊ iustam vindictā pec
vj. catorib⁹? Sed quis ita desipiat vt talia audeat vel cogi-
tare? Secūdū hominē inquit dico:quasi hec questio car
nalis est ⁊ q̃ carnis sunt tantū sapientiū:qui dicunt deū
vti peccatis hominū ad illustrandam gloriam suam. Quod
si hoc verū esset antecedens: verū esset ⁊ consequēs:qđ
videlicȝ esset iniquus inferēdo irā:sed sicut peccatis no
stris nō vtitur ad gloriam suam exaltandā:ita nō est ini-
quus inferēdo iram. Sicut nō est iniquus inferēdo irā:
ita non vtitur peccatis nostris ad exaltandā gloriā suā.
Absit inquit Text⁹. Alioqui:si deus est iniquus ⁊ iniu
stus:quomodo erit iustus iudex:vt iudicet mūdū? Recti
.n. est iudex sui obliqui. Si igit̃ deus est iudex iniqu⁹:
quid cōsequit̃: nisi ꝙ malis redditur⁹ sit bona:⁊ bonis
itē mala. Uides vno dato incōuenienti quanta absurde se
quūtur. Alterius.

¶Si.n. veritas dei in meo mendacio abunda
uit in gloriam ipsius, quid adhuc ego tanq̃
peccator iudicor? Et nō sicut blasphemamur
& sicut aiūt quidam nos dicere, faciamus ma-
la, vt veniant bona, quorum dānatio iusta est.
Quid ergo? Precellim⁹ eos? Nequaq̃. Causa-
ti.n. sumus & iudeos & grecos & omnes sub
peccato esse, sicut scriptum est, quia non est iu
stus quisquā: nō est intelligens, non est requi-
rens deum. Omnes declinauerunt simul inu-
tiles facti sunt, non est qui faciat bonū, non est
vsq; ad vnum. Sepulchrū patens est guttur eo
rum, linguis suis dolose agebāt, venenum as-
pidum sub labiis eorum. Quorum os male-
dictione & amaritudine plenū est, veloces pe-
des eorum ad effundendum sanguinem. Con
tritio & infœlicitas in viis eorum, & viam pa-
cis non cognouerunt, non est timor dei ante
oculos eorum.

¶Textus:si veritas dei in meo mendacio abūdauit in
gloriā ipsius:quid ⁊ adhuc ego tanq̃ peccator iudicor?]
Eadem videt̃ sententia cū superiore: ⁊ qđ nūc veritatē
dei appellat prius vocauit iusticiā dei: ⁊ qđ vocauit ini-
quitatē:hic vocat mendaciū: ⁊ quod dicit ibi: quid dice
mus:hic dicit:quid ego tanq̃ peccator iudicor. Itaq; est
sensus: Si peccata faciūt de per se ad laudem ⁊ gloriam
dei vt ex eis gloriosior appareat deus ⁊ laudabilior:hoc
casu dato:nullo mō ego debeo iudicari tanq̃ peccator:nec
de peccato pęnas luere:cū faciant ad laudem dei:imo ser
uus fidelis est qui dñi sui gloriā exaltat:etiam cum dispē
Gene.39. dio suę:sicut legis in Joseph. Sed quomodo peccata no
stra illustrāt gloriā dei:q̃ ipse pęna ęterna punit/nisi pę-
nitētia diluātur? [Ac nō est quēadmodū de nobis male
loquunt̃: ⁊ sicut quidam aiūt nos dicere:faciamus mala:
vt veniant bona.] Faciēdū est tñ aliquādo malum min⁹
vt maius effugiamus:sicut ibi:melius est vt venūdetur:
vij. q̃ effundere innoxiū sanguinē. Gene.37. Hoc est tertiū
quod sequebat̃ ex hypothesi/videlicet si iusticiā dei ini
quitas nr̃a cōmendabiliorē ostēdit:hoc.n.dato:semper
essent facienda mala:vt semper dei luceret magis ac ma
gis iusticia: vt q̃ grauiora flagitia:eo illustrior fieret dei
gloria. Et forte qui ita desipiūt:non gloriā dei sed facino
rum suorū patrociniū querūt:vnde iusta erit eorū dāna-
Rom.5. tio. Dixit aliquando Apostolus:vbi abūdauit delictum
superabūdauit ⁊ gratia. Ex hoc igitur vno loco ⁊ ex aliis
cōsimilibus inferebāt quidā pseudapostoli/hūani gene-
ris pestes/frequētanda esse mala:vt superabūdaret diui
na gratia. Lenteri⁹. Relinq̃ inq̃t peccata aliq̃ in cōfessio Heretic⁹.
ne:vt habeat locū in te misericordia dei: ꝙ nō esset si oia
pergas cōfiteri:hoc aūt hereticū est. Hoc modo nulla es-
set habēda cura virtutis:sed illud maxime curandū:quo
modo cresceret gloria dei. Quomodo ergo deus dicitur 1.Joan.3.
venisse vt perderet opera diaboli ⁊ vt corpus peccati de
strueret? Sed hec q̃m luce clariora sunt:ociosum sit per
sequi. Unde dñs dicit per ꝓphetā:laborare fecistis do-
minū in sermonib⁹ vr̃is. Et dixistis, In quo eū fecimus
laborare? In eo qđ dicitis:omnis qui facit malū:bon⁹ est
in cōspectu dñi/⁊ tales ei placēt. Malach.2. Quod si tales Malach.
ei placent:boni necessario ei displicebūt. Quomodo er-
go deus est iustus ⁊ bonus/qui gloriā suā illustrari que
rit nō a bonis ⁊ iustis sed ab iniquis:detractorib⁹:homi
cidis:susurronib⁹ ⁊ veneficis et scortatorib⁹:qui regnū
dei nō possidebūt? Horū igitur dānatio iustissima fuerit.
Aug. vtrū autē admittenda sit cōpēsatio flagitiorū:facia- Augustin⁹
mus mala ne veniant deteriora:an perturbationi Loth
sit attribuendum non consilio/ꝙ duas filias virgines vo
luit prostituere ne sodomitę in hospites tātū nefas per- Gene.19.
petrarēt: merito querit̃. Et nimirū periculosissime hec
cōpēsatio admittitur. Quod si perturbatio mētis:nullo
modo est imitāda. Hoc modo Saul vsurpauit sibi sacer-
dotale officiū. 1.Reg.13. ⁊ increpitus a Samuele excusa
uit se/eo ꝙ immineret sibi durūȝ bellum. Et tamen non
sunt fa. mala vt veniāt bona. Hoc modo Judas ⁊ iudęo-
rū primores christū Pilato tradiderūt:malū fecerunt:⁊
optimū inde consequutū est bonum. Male fecerunt fra
tres Joseph ipsum distrahētes pręcio vili: ⁊ tamen opti viij.
mū inde consecutum est ⁊c. Hoc modo malefecerūt filię
Loth inebriantes patrē Gene.19.c.sed bonū sequutum
est duorū videlicet procreatio populorū:sed tñ non sunt Gene.37.
fa.mala vt veniant bona. Discutiam⁹ ⁊ illud quomodo
veritas dei abūdauit in nr̃o mēdacio. Erat dogma in ho
minibus qđ summū bonū voluptatē affirmaret: in quo
⁊ illud cōsequēter asserit̃:non esse prouidentiā: quippe Origenes
cuȝ non ex legibus sed ex voluntate viuēdum sit. Uenit
filius dei asserens vitam ęternā esse summū bonū:⁊ pro
uidentiā cū dixit:capilli capitis vr̃i oēs numerati sunt:
⁊ nomine duo passeres. ⁊c. ⁊ dum per hec illa falsa dogma Matth.10.
ta confutātur:veritas dei in hominū mēdacio abundat.
Alij dicūt esse tria bona vnū erga animā:aliud erga cor-
pus:tertiū extrinsecus videlicet diuitię ⁊c. quę singula
si conducibiliter habeantur:ex ipsis summū bonū cōsta
re cōfirmāt. Alij inuisibile aliquid atq; incorporeū esse
omnino negāt:sed omnia q̃ sunt corporea esse cōtendūt.
Deniq; ⁊ patrē omniū deum corpus esse dixerūt: sed qr
vrgebantur ratione vt dicerent omne corpus corrūpi ne
cesse esse:dixerunt deū quidē corruptibilē esse:nō tamē
corrūpi:ꝙ non sit aliquod ipso superius aquo corrumpi
possit. In his oībus veritas dei elucet:cū singuli erro
res hi ⁊ similes a viris ecclesiasticis cōuincunt̃. Hoc mo
do deus etiam vincit cū iudicat. Judicatur.n. in dispu-
tationibus sapientū:dum singuli eorum diuersimode de
deo sentiunt. Ipse vero vincit eos qui de se iudicant:cū
errantibus cūctis:suam de se quomodo vel qualiter cre ix.
dendus ac venerandus sit reuelat ipse sententiā. Quodq;
dicit:si aūt iniquitas nr̃a dei iusticiā cōmendat:tale est. Analogia
Omnis disciplina ex propriis ⁊ ex cōtrariis cōstat. Me-
dicinę.n. scientia non solum sanitatis sed ⁊ langoris pro
fitetur cognitionē. Et quāuis sanitatis studiū gerat:nō
potest tamē nescire q̃ langoris sunt. Sic prudentia p bo-
ni ⁊ mali scientiam constat: ⁊ Musica per scientiam har
moniarū ⁊ dissonātiarū. Ita si scire volumus quid sit iu
sticia:necesse est scire qđ sit iniusticia. Cognito autē qđ
sit iustum:consequēter apparebit quid sit ⁊ iniustuȝ. Et
q̃m in deo est iusticia cuius natura humano sensui inac
cessa est:iniusticia vero in nobis hominibus:ex hac nr̃a

Justicia dī iusticia q̃ nobis nota est illa q̃ nobis vel inaccessa est vel
incōprehēsibilis dei iusticia cognoscitur ⁊ cōmendat̃: ⁊
Esaię.55. velut ex contrario contrariū proditur. Sed sicut exaltan
tur celi a terra ita iusticia dei a iusticia hominū. Cōmēda
tur ⁊ dei iusticia ex iniquitate nr̃a:dum ea inulta abirē
nō patitur: ⁊ sic apparet iustum esse: ⁊ res humanas cu-
2.Reg.12. rare: ⁊ reddere vnicuiq; ſm opera sua. Tu inquit fecisti
in occulto:sed dei iusticia faciet illud deuenire in publi
co: vt ⁊ in hoc vno facto mōstretur ꝙ non est deus perso
narū acceptor:nec minus punit secreta q̃ publica ⁊ ma
nifesta flagitia: ⁊ vtrobiq; ꝯmēdat̃ eius iusticia. [Quid
ergo?] Sed vt inquit ad id redeamus vnde videmur ali
quātulū digressi cum querebatur: quid amplius habet
iudęus:aut in quo pręcedit Gentilē: aut q̃ vtilitas circū
cisionis. [Num nos iudei pręstātiores sumus aut in ali
quo gentiles pcellimus?] Nequaq̃. Ostendim⁹ iudęos
Matth.20. in multis potiores esse gentilibus:sed in gratia euange
lij/in peccatorū remissione/in ꝓmissis ęternis oēs su-
mus ęquales/oēs ex ęquo vocamur ad culturā vineę:
x. singuli singulos accepturi denarios. [Causati.n.sum⁹]
idest argumētis sufficiēter ostēdimus iudęos pariter ⁊
gentes omnes sub peccato esse: iudęos quidē per pręua
ricationē legis deū inhonorādo:gentes vero ꝙ cum deū
cognouerint:nō glorificauerūt:sed ꝯmutauerūt veritatē
dei in suo mendacio. Oēs igitur sunt sub maledicto filij
Psal.13. irę ⁊ iudęi ⁊ gētes:sicut scriptū est Psal.13. [Quia nō
est iustus quisquā:omnes in iniquitate cōcipiūtur ori-
ginalis peccati: ⁊ adhuc addūt actualia. [Nō est intelli
gens:licet multi profiterētur sapiētiā. [Nō est requirēs
deum:cum opera eius testimoniū perhibeāt de illo. Sa
ne multi q̃sierunt de natura dei:tamen defecerūt scrutā
Psal.63. tes scrutinio: ⁊ quo magis homo accedebat ad cor altuȝ:
eo magis exaltabat̃ deus. [Omnes declinauerūt/a recti-
Eccle.7. tudine in qua cōditus est homo:miscētes se infinitis q̃
stionib⁹. Non quidē oēs vna via declinauerūt: sed vnus
2.Pet.2. quisq; in suā. Alij secuti sunt viam Balaā: alij viā Esau:
siue Hieroboā siue Chā:aliū viam Dathan ⁊ Abirō:aliū
viā Pharaonis:aliū viā latā q̃ ducit ad interitum. Oēs
tamen declinauerūt:simul inutiles facti sunt. Imo mul-
tis nocuerūt:sed tamē nō sunt omnino inutiles:fabricāt
Psal.128 .n. coronas iustorū:quātūlibet ipsi ꝓlongēt iniquitates
Joan.15. suas. Non est qui faciat bonū:sine adiutorio diuinę grãę:
quia sine me nihil po. facere:nō est nec vnus quidem:de
cōi lege. Multi tñ gratia diuina cōmite:iusti nati sunt ⁊
iuste vixerūt/sicut legimus de Zacharia ⁊ eius vxore: ⁊
de Job:de Josia:de Hieremia:de Joāne baptista:vt in-
terim sileam de immaculata virgine cuius vita cunctas
illustrauit ecclesias: ⁊ tamen quidam scioli habētes dei
Roma.10. zelum sed non ſm scientiā ex hoc loco inferūt Mariā ob
noxiā fuisse originali peccato:de quo certe apo. hic nullā
facit mentionē. Nūquid.n.si Maria declinauit cum cęte
Maria. ris:nūquid simul cū illis inutilis facta est? Nūquid nul-
lum bonū operata est? Aut guttur eius factū est patens
sepulchrum? Quis ita amens desipiat? Et tñ ex tota hac
Tho.3.p.q. autoritate q̃ ex tribus psalmis congesta est: vnicū verbū
27.ad pm.2 pręcidūt:dicentes omnes declinauerūt. Cur non ⁊ illud
5.4.5.6. placet:simul inutiles facti sunt? Quia videlicet si illud
etiā de virgine exponerēt:totū quicquid dicerent displi
xi. ceret. Sola ergo nō declinauit quam decuit ea puritate
nitere:q̃ maior sub deo nequit intelligi. Sed ad hec illi.
Sub deo inquiūt.i. sub christo hoīe deo. Ita fiat sicut di
xisti. Sit ille exēpt⁹ de iure: ⁊ illa ex priuillegio:quādo
Hester.15. hec lex non pro te constituta est. Sed hec his tēporibus
Psal.5.28. (parerga) sunt:cū iā ꝑitas vbiq; terrarū eluxerit:postq̃
reuelauit dñs condēsa. Sequitur ex psal.5. [Sepulchrū
patēs est guttur eorū. Sepulchrū patēs. Mirabiliter di
xit patēs sepulchrū:q̃m semper inhiat illa voracitas:non
vt sepulchra q̃ receptis cadaueribus muniūtur. Quib⁹
dicit̃:surge comede carnes plurimas. Danielis.7. Lin-
guā quidā habēt trisulcā ⁊ tenuissimā ⁊ vibrātem sicut
serpētes. Quidā bifidā sicut lacerti:alij duas habēt sicut
vituli marini. Quidā nullam sicut crocodillus. Quidā
linguę similē sicut feles:quidā foris ligatā:intus solutam
sicut ranę. De corde quidem exeunt adulteria:homici-
dia blasphemię ⁊ falsa testimonia: ⁊ ex abundantia cor- Matth.15.
dis os loquitur sed lingua interprete: ⁊ bonus homo de
thesauro cordis sui profert noua ⁊ vetera. Et de eodem Jaco.3.
fonte emanat dulce ⁊ amarū:calidū ⁊ frigidū:bñdictio
dei: ⁊ maledictio creaturę ei⁹. [Linguis suis dolose agē Psal.56.
bant:filij hominū dentes eorum arma ⁊ sagittę: ⁊ lingua
eorū gladius vtrinq; acutus:qui si tingatur in veneno q̃
sub labijs eorūȝ latet:duplicē simul infert plagā/⁊ lęta
lē vtrāq;. Uides q̃ pestiferū malū sit lingua intincta ve-
neno. Unde ⁊ formā habet mucronis: ⁊ colorē igneę flā
mę: hanc nullus mortaliū domare potuit:cū amplissimę Jaco.3.
naues vel facile gubernaculo circūducātur. Uenenū au Deute.32.
tem non quodcūq; sed aspidū insanabile. [Quorū os ma
ledictione ⁊ amaritudine plenum est: quod ex Psal.9.
sumptū est. [Ueloces pedes eorū vt effundāt sanguinē:q̃
tamē aliquādo ligati:proijcient̃ in tenebras exteriores. Matth.22.
[Cōtritio ⁊ infelicitas ⁊ miseria in vijs eorū: ⁊ viam pa Esaię.59.
cis nō cognouerūt:nō est timor dei ante oclos eorū. Hec
scriptura ſm litteralē sensuȝ exponit̃ de Nabucho. ⁊ ei⁹
exercitu ⁊ tamē ſm Hieronymū hi octo versus nō habē
tur in aliquo psal. apud heb. licet aliquis eos interser-
uit in Psalo.13. Sed partim ex Psalo.9. ex Psalo.5. ex
psalo.13. ⁊ ex Esaia sumpti sunt [Causati sum⁹ causam ꝑ
diximus videlicet iudęos ⁊ gētes. ⁊c. ¶Quod si oēs sub Origi.
peccato sunt/frustra iudęus inflatur in gentilem aut ecō
uerso:cū vterq; sola misericordia saluus sit. Adducit autē
Paulus ex sacris litteris testimoniū vt muniat q̃ dixit:
doctoribus pbens exēplū/ne ex capite proprio loquātur xij.
ad populum:sed.s.s. sentētias ꝓferam⁹/nō adinuētiōes
humanas. Quod ergo ostendit oēs obnoxios esse peccato:
scriptura teste cōfirmat:ne quis de gentibus tm̃ esse di-
cta confirmet:aut de iudęis tm̃. Omnes igitur sunt sub
peccato:iudęi cū cęperīt esse sub lege Mosi iudęi in ma- Lex sopita.
nifesto:gētes cū cęperint esse sub lege naturali q̃ in pue
ris sopita est sicut ⁊ peccatū:sed cū ad id ętatis ventum
fuerit:vt discretionē recti prauiq;/ingressu naturalis le-
gis excipiat homo:primo omniū malitiā suscitatur. Sed
post hec iam eruditionib⁹ monitis ⁊ institutis paulatī
depellitur: ⁊ ad virtutē transitur. Habet.n. homo in se ꝑ-
iacta semina virtutū ⁊ vitiorū:q̃ dormitare ⁊ sopita esse
per infantiā videnť/sicut pdictū est. Illud autē quod di-
xit:nō est qui faciat bonū:nō est vsq; ad vnū:potest intel-
ligi ꝙ solus christus bonitatē fecit in supremo gradu:cę
teri fecerūt aliquas partes virtutis quasi duas vel tres
partes ędificij:solus aūt christus qui est pastor bonus fē
cit bonitatē integrā ⁊ consumatā. Sepulchruȝ clausum
peccator est soli deo notus:patēs autē cum peccatū suuȝ Esaię.3.
pręedicat quasi Sodoma ⁊ Gomorra. Linguis suis dolo
se agere:prōptū ⁊ procliue vitiū est/erga subiectos vidē Fig.
licet ⁊ inferiores. Pręedicate inq̃t ieiuniū: ⁊ ponite Na
both in medio synagogę: ⁊ summittite duos falsos testes:q̃
dicant:benedixit Naboth deū ⁊ regē. Quid hic potissi- 3.Reg.21.
mū admiremur:audaciam scelestę mulieris:an rectores
populi ꝙ facilitatē impiā qui talibus litteris paruerūt: xiij.
an regis stultitiā/qui anulum suū crediderit vxori? Si-
milem obedientiā Dauid reperit in suis ducib⁹. Quid 2.Reg.11.c.
quid dixerimus de hoc sepulchro ꝓfundissimo ⁊ vt dici Prouerb.
tur mare malorū:paruȝ dicem⁹:q̃m lingua est q̃ loquit̃/
⁊ se ipsam mordere non potest/licet aliquādo fiat ꝑ dolo Lingua.
re. Cicutę vim diluit pota vini copia. Scorpius admot⁹
vulneri/qđ effudit retrahit virus suum. Qui lęsus est a
catharide:remediū sentiet/si alas illius detractas im-
ponat vulneri:idem affirmāt de pilis rabidi canis. So-
la linguę plaga remediū nescit:sed sicut dicit poeta famā

4.Eneidos pingens, Ex templo lybias magna it fama per vrbes Fa
ma malũ quod nõ aliud velocius vllũ: Mobilitate viget:
viresq; acquirit eũdo Parua metu pmo: mox se se attol-
lit in auras: Ingredit' q; solo: & caput inter nubila cõdit.
Fama. Illam terra parens ira irritata deorũ: Extremã vt perhi-
bent Ceo Encelado q; sororẽ Progenuit/pedibus cele
rem & pernicibus alis. Mõstrum horrẽdum ingens: cui
quot sũt corpore plume Tot vigiles oculi subter mirabi
le dictu Tot lingue totidẽ ora sonãt: tot surrigit aures:
Tã ficti prauiq; tenax q̃ nũtia veri. &c. Fortassis & ex lin
guis facti pastilli/videlicet cõtusis & incisis: opem huic
malo afferrẽt. Uel si venenatis illud eueniret linguis qđ
de viperis dicitur: q; solent in partu perire: quomodo di
Psal.7. citur: ecce parturit iniu. cõcepit dolorem: peperit iniqui
tatem: lacũ aperuit: & incidit in foueam quam fecit. Ue
rũtamẽ cum Herodias deberet perire: quãdo filiã pepe
Mar.6. rit saltatricẽ: vel cui dixit post diu conceptum dolũ: nihil
aliud petas nisi caput Ioãnis: nõ vipera perijt: sed inno
cens Ioãnes. De hoc igitur thesauro malorũ/qui hic vo
catur ab apostolo os plenũ amaritudine/& maledictiõe/
& veneno aspidum: dicit apo. Iacobus, Lingua quidem
Iaco.3. modicũ mẽbrũ est: & paruus ignis: sed q̃ tãtas siluas in
cendit. Lingua inquit quo vadis? Audi. Ueloces pedes
eorũ ad effudendũ sanguinẽ. Et tamẽ non semper ex vo
to procedit: quia non raro conterũtur & cõprehẽduntur
2.Reg.16. in cõsilijs suis/sicut Semei q̃ dicebat/egredere vir sãgui
num. &c. Et illud sequit: infelicitas in vijs eorũ: quoniã
Prouerb. vt dicitur in cõi sermone/malũ consiliũ sepe cõsulenti est
pessimum: sicut manifeste patet in Achitophel. 2.Re.17.
Et cõsequẽs est: vt huiusmodi viã pacis q̃ christ' est nõ
Esaie.57. inueniant: qm̃ non est pax impijs dicit dñs. Quomodo
possunt pacẽ dei habere ante quorũ oculos vel timor dei
non versatur? Nullũ. n. durius bellum est q̃ discordẽ esse
xiiij. animã a dei voluntate. Hec sunt verba prophete in locis
preallegatis. Nos autem.

¶ Scimus autem quoniam quecunq; lex lo
quitur, his qui in lege sunt loquitur, vt omne
os obstruatur, & subditus fiat omnis mũdus
deo, quia ex operibus legis nõ iustificabitur
omis caro coram illo. Per legem. n. cognitio
peccati. Nunc autem sine lege iusticia dei mani
festata est: testificata a lege & pphetis, iusticia
autem dei per fidem Iesu christi in omnes &
super omnes qui credũt in eum. Non. n. est di
stinctio. Omnes. n. peccauerunt & egent glo-
ria dei. Iustificati gratis per gratiã ipsius, per
redemptionem que est in christo Iesu, quem
proposuit deus propitiatorẽ per fidem in san
guine ipsius, ad ostensionem iusticie sue, pro
pter remissionem precedentium delictorum
in sustentatione dei, ad ostensionẽ iusticie eius
in hoc tempore, vt sit ipse iustus, & iustificans
eum qui ex fide est Iesu christi.

¶ Tertius: scimus: quoniã quecũq; lex loquitur his qui
in lege sunt loquitur. Ne forte iudei hanc scripturã also
detorqueant dicentes: non de iudeis sed de gentibus de
bere intelligi. Sed qm̃ ostensum est supra etiam gẽtiles
non esse sine lege naturali: & si legi Mosi nõ subijciãt:
dicendũ est q; ita loquitur hec scriptura de iudeis: vt nõ
excludat gentiles: causati. n. sumus vtrosq; sub peccato
esse: vtrosq; mediatore indigere: vt hĩc. [Omne os ob
struatur/siue iudei siue gentilis: & subditus fiat omnis
mũdus deo: reus & obnoxius/vt ex sic reis & peccato ob
noxijs: eligat sibi vasa misericordie & honoris aurea & ar
gentea: non intercludẽs tñ vlli viam ad vitam eternam:
qui vult omnes homines saluos fieri. Igitur si hec ita se 1.Timo.2.
habent: quid amplius habet iudeus q̃ gẽtilis? Credita
sunt illis dei eloquia. i. lex i lapideis tabulis. At qui in-
quit apo. hoc ne tantulũ est: quoniã. [Ex operib' legis xv.
nulla caro iustificabit corã illo/] siue sit ex genere iude': Zelus quã
siue proselytus & ad iudaismũ cõuersus. Circuibãt. n. tus iudeorũ
mare & aridam vt vel vnum facerent talem. Matth.23. vt legẽ suã
Coram deo inquit. Nam coram hominibus iustus erat dilatarẽt. &c
qui bis in sabbato ieiunabat Luc.18. & decimauerat oĩa
sua: non erat adulter aut homicida. &c. Et tamẽ publica-
n' iustior illo apparuit: sed in oculis dñi. Hoc modo So Hiere.3.
doma iustificata est respectu Hierusalem sicut dicit pro
pheta. Et omnis creatura iustificat respectu inferiorum:
vt si dicamus Mariã respectu populi iustificatã: & Aarõ
respectu Marie: & Mosem respectu Aarõ: & Paulũ res
pectu Mosi. Beatus est tamẽ qui ex cõparatione melio
rũ iustus appellatur: & nõ ex cõparatione pessimorum sicut
Sodoma respectu Hierusalẽ. Uide aũt ne iustificẽtur se
culares respectu ecclesiasticorum: & hi respectu eorum qui Iustificari
viam arctã professi sunt & gẽtes respectu secularium: si illi respectu a-
sint liberales & casti: isti autẽ lubrici & tenaces: sed & mi liorum.
nim' de regno celorum Matth.11.c. maior est Ioãne bapti
sta. Hoc quidam de christo tm̃ intelligit. Ceterum qđ di
xit omnes declinauerũt: de illis tm̃ videtur dici qui ali-
quãdo steterũt in via recta quã si tenuissent nõ declinan Psal.1.
tes siue ad dex: siue ad leuã: neq; abijssent in consilio im
piorum: nec in via peccatorum stetissent: nec sedissent in cathe
dra derisorum. Unde apparet primũ illũ nature rationalis Orige.
op' rectũ fuisse quod a deo factũ est: & in via recta crea-
toris munere collocatũ. Sed ex tunc ad leuã declinauit:
Cum a serpẽte decte tortuoso malesuasus/dei equalita
tem sibi possibilẽ credidit/vide pri. Timo.2. ibi Adã nõ Oẽs i Adã
est. &c. Quod dicitur vt omne os obstruatur: p eo dicit q; statim' om
inuenit deus dedisse homini oẽs affectus omnesq; mo- nesq; in eo
tus/quibus ad virtutẽ eniti possit: insuper vim rationis declinaui-
inseruisse: qua discerneret inter bonũ & malũ. Hec omis mus.
homo cõiter accep: vt dicat deus: quid vltra debui facere
vinee mee & non feci? Sed si his acceptis: homo negle- Esaie.5.
xerit iter virtutis incedere: cui ex deo nihil defuit: inue-
nit in tali iudicio deus vincere: & obstruit omne os lo- Psal.61.
quẽtiũ iniqua: nec iustificabit aliquis in oculis dei. Ab
hac excipiunt infantes vt dixim'. Sed si his etiã illi so
ciandi sunt qui quacũq; ex causa dementes fiunt: videto.
Quis ergo est vsus legis aut q̃ eius vtilitas? Optime q̃ xvj.
ris. Uide q; nõ minima pars salutis ẽ agnoscere q; egro-
tes: sicut maxima pars stulticie est si sapientẽ se putet q̃
stultus est. Iusticiã lex non prestabat: tamen. [Per le-
gẽ peccati cognitio.] Adhoc ita dicit Ambro. lex cogni
tum fecit peccatũ: nõ quod latebat: sed ostẽdit peccata q̃
fiunt non impune futura apud deũ: ne forte quis ad tem
pus euadens: legẽ illusisse putaretur. Ambro. Per legẽ Ambro.
igitur agnõscebãt se esse infirmos & medico egere. Ani
mo. n. egrotanti medicus est oro. vt. n. in corporum morbis
pro ratione valetudinis alia atq; alia adhibentur medi
camẽta: itidem in animi malis non eadem adhibẽda est
oro. vnde lex nũc promittebat: modo seuiebat: nunc par-
cebat: nũc deterrebat: nũc hortabatur: eosdem aliquãdo
filios peculiarẽ populum: nunc dura ceruice vocabat. &c.
His & alijs modis iudeos prouocabat lex vt medicũ que
rerent quẽ illa pmittebat. Fuit. n. illorum pedagoga: et Gala.3.
baiula: sz nouerca: puniẽs: nõ sanãs. Dicebatq; Deu.32.
Ego percutiã: respondet medicus: & ego sanabo: respon-
det eger: iniquitatẽ meã ego cognosco: Hiere.17. sana me Psal.50.
dñe & sanabor. &c. Per legẽ igitur peccati agnitio: quasi
dicas: per artẽ medicine datur agnitio langoris: licet ex
cedat langor medicinarũ vires. Quod aũt dicit per le-
gem cognitio peccati: nõ ideo dicit q; ante legem pecca- Gene.4.et
ta nescirent/cũ dicat Cain: maior est iniquitas mea. &c. 42.
Et illud: merito hec patimur quia peccauim' sed quia

aliqua sunt agnita q̃ nõ putabant peccata sicut concupi-
scentia: alia grauiora q̃ putabãtur. Et de hoc sepe dicen
xvij. dũ est. [Nũc autẽ sine lege iusticia dei (iusti. ple. est dex.
tua). i. iustificatio peccatoris manifestata est: (pater por
Gene.22. tabat ignẽ & gladiũ: sed imper' vtriusq; super ouem ce-
Ioan.20. cidit) cum dictũ est quorũ remiseritis peccata remittũ-
tur eis: & qui crediderit & baptizat' fuerit: (nulla hic de
lege Mosaica memoria) saluus erit. Hanc aũt verã pec-
catorum remissionẽ & peccatorum iustificationẽ & si lex nõ pre
stauit: [testificata est illã multimodis sacrificijs & ablu-
tionib'], Et nõ solum a lege testimoniũ accep: sed & a p
phetis: quale est illud: effundam super vos aquã mũdã:
Ezech.36. & mũdabimini ab omnib' inquinamẽtis vris. &c. ¶ Et
Esaie.4. illud: si abluerit dñs sordes filiarũ sion: & sanguinẽ Hie-
Zacha.13. rusalem de medio eius, Et illud: erit fons patens domui
Dauid in ablutionẽ peccatoris & mẽstruate. Et illud: ero
Osee.13. mors tua o mors: & o inferne morsus tuus. Dicit aũt ma
nifestata qm̃ remissis peccat: spũs. s. dabat in signo visi-
bili in initio nascẽtis ecclesie: qđ nunc credimus fieri in
uisibiliter in sacramẽto penitẽtie & baptismatis: si peni-
tẽs obicẽ non ponat. Iusticia aũt nõ ea quã apo. sanctũ
Heb.9.c. seculare appellat: de qua dicitur: dedi eis precepta non
Ezech.20. bona: q̃ qui fecerit viuet in eis: sed qua iustus ex fide vi
Habac.2. uit. [Iusticia in quã dei]. i. que immediate cõfert a deo:
grãm infundente ad culpe expulsionẽ: & hec iusticia non
confertur ex merito legis Mosi ad vnguem seruate: sed.
[Per fidem Iesu christi:] non in vnã gentem tm̃ aut in
duas: [sed in omes quicũq; credũt in Iesum christũ] me
diatorẽ dei & hominũ. Omes. n. cõi morbo laborant: siue
iudei siue gẽtes: nec in hoc vlla est distictio: nec profuit
legem accepisse iudeis: cũ non in hoc data sit vt medere
tur: sed vt egritudines manifestaret. [Omes igitur pec-
cauerũt & egent gloria dei:] hoc est gratia eius/per quã
sit peccatorum remissio de lege cõi. Peccata quidem remit
tuntur & quasi delentur per baptisma: tegũtur per peni-
tentiã: non imputant per martyriũ gloriã: mundant per
eleemosynã: soluntur per condignã satisfationẽ: quantũ
Apoc.18. glorificauit se in delitijs: tm̃ date ei tormentorum. ¶ Et hic
iterũ erigũt cristas suas contra totã pulchrã & in qua nul
Canti.4. la macula in fuit: dicentes: si oẽs peccauerũt ergo & Ma
ria. Quasi nũc apo. de peccato disserat originali: qđ non
dico tũc: sed & modo magis credit q; sit q̃ intelligitur qđ
xviij. sit. Si hoc est verũ: ergo illud: omes in Adam moriunt.
Sed Hieronym' nec hic solus sed & alij tenent nõ mori
1.Cori.15. turos eos quos viuos repiet iuditij dies sicut suo loco
dicetur. Dicit & apo. oẽs quidẽ resurgem': ergo & Ma-
ria: sed Augustin' nõ audet dicere corpus eius escã ver
mibus datũ: aude tu dicere animã vel per instãs filiã ire.
Sic. n. dicit quidam doctor: q; fuerit anima eius beatis-
sima per horam vel modico tempore in tenebris: & dein
de facta est lux. Bñdict' deus. Eua creatur in gratia: ma
Maria. ter morientiũ: Maria in tenebris mater viuentiũ? Qua
re? Quia oẽs peccauerũt. Nec hec peccauit aut parẽtes
eius vt in tenebris nasceretur sed dixit deus: fiat lux. &c.
Ioan.9. Ut manifestẽtur opera dei in illa: quicquid. n. in ea gestũ
est: totum grã fuit. Primus homo de terra nunq̃ male-
dicta formatus: deus homo nouus homo: celestis homo
de terra maledicto subiecta format'? Igit si Maria sub
potestate viri fuit: si in dolore peperit: si in puluerẽ con-
uersa est: adhuc potuit filius matri cõferre qđ castanee/
vt inter spinas & aspinis remota/alatur: cõcipiatur & for
metur. Imo nõ esset christus omifariã redẽptor: si nõ ali
quos pseruasset a lapsu sicut Angelos & Mariã: aliquos
post mortale peccatũ sicut Paulũ & Dauid: aliquos post
originale tm̃ sicut baptistã & hieremiã & illos qui nõ lo
Psal.129 quendo sed moriẽdo pconiũ christi confessi sunt. Unde
scriptũ est: quia copiosa apud eum redemptio. Plus. n.
remittitur ei qui a casu preseruat: q̃ ei qui post lapsum
erigitur: hoc est prestantiori modo redimit: nil tm̃ ei re-
mittitur. Hec sentẽtia est Aug. Scoti & Thome. Omes
igitur peccauerũt de lege cõmuni: & omes egent gloria
dei: de hoc alias. Sed alijs datur gratia pseruãs: alijs su xix.
bleuans: vtriq; iustificãtur: & vtris gratia gratis datur:
& vtriq; destituti sunt a parentib' suis quantũ ex se erat
in originali peccato: q; si voluit de' dare huic matri sue
sicut dedit & parẽtibus nris: nõ facit tibi iniuriam: iux-
ta illud: adiuuabit eam deus mane diluculo. Omes pec- Psal.45.
cauerunt: sed qui nati erant tunc: q̃ autem non dum nati
sunt: possunt nasci/& sine peccato nasci & cõcipi/volente
deo: potestati. n. eius quis restitit? Sum'. n. in manu ei' Cap.18.
sicut lutũ in manu figuli teste Hieremia. Quid qđ mu-
lier ante est a deo benedicta q̃ formata: vt intelligas q̃ce
quid in hac femina factũ est/totum puritatẽ totum bene
dictionẽ & gratiam fuisse. Ipsa vere est os & caro de car Gene.2.
ne christi: vel potius christus de eius carne & ossibus: nõ
aliunde q̃ de corde christi reformata. i. de sanguine eius
pseruata. Ceterum manifestũ est q; nec Adam nec Eua
peccauerunt peccato originali: & tñ includũtur in hac ge-
nerali sentẽtia: oẽs peccauerũt. [Iustificãtur aũt gratis
per gratiã ipsius: & per redẽptionẽ que est in christo Ie
su:] quasi sit pciũ captiuitatis humane quo redimat/in
tra saccũ mortalitatis christi: de quo dicitur: conscidisti Psal.29.
saccũ meũ. Hoc igitur sacco vndiq; conscisso vt nõ esset in
corpore locus sine vulnere: tãdem aperto ore sacci. i. late
re christi: pciũ nostrũ manauit: licet eius liuore sanati Esaie.53.
fuerimus. Hec igitur redẽptio & hoc pciũ positum est
in corpore christi Iesu: vt solueret q̃ non rapuerat. Cũ au Psal.68.
tem dico corpore totũ hominẽ intellige: in toto. n. passus
est: vt totum sanaret. [Quẽ proposuit deus ppitiatorẽ:] Thomas.3.
vt se veracem ostenderet in pmissis: in sanguine ipsius: p.q.49.ad.
hoc est propitiationẽ quam proposuit omnibus credẽti 1.&2.
bus sanguis eius est. i. mors eius: qm̃ & morte ei' & san
guine eius confirmatũ est nouũ testamẽtũ. Dicit autem xx.
[per fidẽ:] q; sine fide impossibile est participare hãc p
pitiationẽ & redẽptionẽ: que proposita est in christi san-
guine & morte. Proposita est aũt. [Ad ostensionẽ iusti-
tie sue:] vt eluceret q; nullum peccatũ relinquit deus sine
cõdigno flagello. Unde disciplina pacis nre super eũ ve Esai.53.
nit: & opprobria exprobrãtiũ tibi ceciderũt sup me. Uel Psal.68.
ad ostensionẽ iusticie sue. i. gratie gratum facientis: siue vt
iustus appareret/exhibens qđ promiserat: quomodo su
perius dictum est: vincas cum iudicaris. Hec autẽ iusti-
cia & diuina gratia nõ tm̃ peccatis medetur psentib' ac
futuris: sed pposita est in redẽptionẽ omniũ preteritorum
delictorũ: non q; omnia sint dimissa: sed q; nullum est di-
missum nisi in virtute huius ppitiationis. Et proposi-
tum est quasi cõe quid omni volenti credere: sicut dicit:
omnes sitientes venite ad aquas: emite absq; vlla cõmu Esaie.55.
tatione vinũ & lac. Habebant & iudei suũ propitiatorium:
sed soli summo sacerdoti accessibile. Nũc aũt propitiato
rium & propitiatio & propitiator: omnib' se obuiũ offert
qui credũt in nomine eius. Et propterea sicut dicit apo.
extra portã passus est. Q. d. dicit [in sustentatione dei] Heb.13.
hoc significat: q; de' & si vsq; modo quasi cõniuens/pec vide i actis
cata hominũ patienter tulerit: nõ erat q; ea nesciret: vel Ca.17. ibi.
probaret: vel vindicare non posset: sed vt pfinito tempore et tempora
in suo inscrutabili cõsilio: manifestaret iusticiã suã. Sup quidem.
portauit igitur peccatores: non tñ eorũ peccata abstulit:
non puniuit: nõ tamẽ remisit: sed tẽpori opportuno serua-
uit punienda in nra quidem carne sed innocentissima: &
in vnigeniti filij sui persona. Ad ostensionẽ iusticie sue/
modo quo expositũ est [in hoc tẽpore] quod vocat alibi
ab apostolo tẽporis plenitudo. [Ut sit ipse iustus in pro Gala.4.
missis:] & peccata puniẽdo: peccatores tolerãdo sed qua
si in exilio positos: in lacu videlicet vbi nõ erat aqua: sit & Zacha.9.
iustificans per gratie infusionẽ omnẽ siue iudeũ siue gẽ
tilẽ: qui est ex fide. i. de numero fideliũ qui credunt in do
minũ iesum christũ. Uides apostolum semper excludẽtẽ

confidentiā legis: ⁊ ingerentē fidem vnius mediatoris
⁊ propitiatoris: vt omne os obstruatur. Ad hec Orig. Si
ne lege iusticia dei manifestata est. Dixerat apo. quia p
legem agnitio est peccati: ⁊ quia sensit possibile respon-
deri: ergo si ex lege naturali agnitio peccati est: potest ex
xxi. ipsa agnitio esse iusticię sicut superius diximus: ꝙ sicut
per langorē agnoscitur sanitas: ita etiā per legem naturę
si potest agnitio fieri peccati: similiter possit et iusticię
fieri: ad hoc respondet. Non sicut per legē agnitio pecca
ti: ita ⁊ manifestatio iusticię dei per legem fit: sed sine le
ge manifestaᵗ iusticia dei. Poterat. n. naturę lex arguere
peccatū: ⁊ noticiā eius ostendere: iusticia aūt dei super
greditur ⁊ eminet: nec hanc quecūq; mens humana so-
lis naturalibus potest rimari. Lex naturalis potest illud
scire iustū esse: qđ tibi non vis alteri ne feceris. Nunqd
Mat.6.7.5. illud naturaliter potest sentiri: nesciat sinistra tua: ⁊ dili
gite inimicos vros. ⁊c. Sine lege ergo naturali iusticia
dei manifestata est: sed hec iusticia pnūtiata est a lege ⁊
prophetis. Iusticia aūt ꝗ manifestata est christus est do
Joan.5. minus: cui testimoniū lex Mosi reddit: ꝯm illud: scruta-
mini scripturas. ⁊c. Lex quidē naturalis potest occasio-
nes pstare vt diximus vel ad ea que inter homines agi
ęquitas poscit: vel ad hoc vt sentiat esse deū. De christo
aūt qđ sit filius dei: naturaliter sentire quis potest? Aut
ꝙ sit natus ex virgine ⁊ de spū sancto cōceptus? Ideo si
ne lege naturali iusticia dei manifestata est. i. christ⁹ do-
Redēptio. minus. Q. đ dicit per redēptionē: tale est. Redēptio di
citur qđ datur hostibus pro his quos in captiuitate deti
nēt: vt eos restituāt pstinę libertati. Detinebatur huma
na captiuitas apud hostes iusticię dei ministros tanꝗ
bello superata: venit dei fili⁹ ⁊ noster propitiator ⁊ iusti
cię: ⁊ dedit seipsum redēptionē: ac sitientibus hostibus
Sap.2. quibus grauis erat ad vidēdū suū sanguinē fudit: ⁊ hec
est credentib⁹ facta redēptio. Propitiatoriū ex auro pu
Exo.25. rissimo: anima christi est ꝗ peccatū non fecit. Habet autē
duos cubitos cū dimidio in longitudine: vnū ⁊ semis in
Origenes. latitudine. Q. đ si audere in talibus fas est: quoniā dicit
apo. ꝙ christus dei ⁊ ho. mediator est: vᵗ mihi inter deū
⁊ hominē media hec esse anima: ꝗ inferior qđem sit a tri
xxij. nitatis natura min⁹ aliquid habēs: nec tū cū inde infra
sit: duali numero ꝗ in corpore positis deputaᵗ absq; exi
mia ⁊ pcellenti virtutū suarū eminētia misceatur. Lati
tudo aūt ad duos cubitos non peruenit: qui numer⁹ in-
Gene.6. terdum ꝓ immūdis ponitur: sicut ibi bina ⁊ bina ex im.
Figura. introduces. Q. nāuis. n. carnem naturę nrę susciperet: ex
incōtaminata tū virgine est assumpta: ⁊ casta. S. s. opera
tione formata. Longitudo ergo illud significat ꝙ tendit
Propitia- ad deū: trinitatiq; sociatur. Latitudo vero ꝙ inter hoīes
torium. qui latam viam incedere soleant conuersatur. Arca aūt
super quā collocatur/caro eius est in qua beata hec ani-
ma collocatur: habēs in se testimonia dei/virgā/Māna/
⁊ legem dei. Qm̄ aūt futurū tempus ad iudiciuꝫ statue
rat: pñs sustentationi ⁊ patiētię deputauit. propterea. n.
erit iustus iudex in futuro: qm̄ in psenti semper locum
August. pęnitētię relinquit peccatorib⁹. Aug. de vacca rufa. Sa
Figura. cerdos vacca rufa immolata extra castra: lotis vestib⁹ re
greditur ad vesperā. Num. 19. Hic est iudaic⁹ populus
qui ex parte eorum qui crediderunt est mūdus: ex parte
incredulorū foris permanet vsq; ad vesperam: tunc aūt
reuertetur: cum intrauerit gentiū plenitudo. Unde vac-
ca immolata ⁊ cōbusta: cineres colligūtur. Hi cineres nil
aliud sunt ꝗ memoria mortis christi. Has nos colligim⁹:
cum ꝓ nobis mortuū recolimus ⁊ adoramus. Q. đ autē
qui mūdus accessit vt colligeret cineres/ex eorum conta
ctu quasi rei sacrę immūdus efficitur: illud figurat ꝙ hi
qui sibi mūdi intra ecclesię gremiū videntur: agnoscunt
quia omnes peccauerūt: ⁊ iustificātur gratis per ꝓpitia
Moraliter. tionē dñi nrī Jesu christi. Uacca caro nrā est ꝗ immolaᵗ
cum hysopo: ligno cedrino ⁊ cocco. i. fide spe ⁊ charitate

dei ⁊ ꝓximi: ideo coccus bis tinct⁹ est. Q. đ autem dicit
per fidem iustificatos: quantū ad exēplum pertinet: suffi xxiij.
cere arbitror illum latronē: qui per fidem iustificat⁹ est
sine operibus: quia super hoc dñs non requisiuit/quid
prius operatus esset: nec expectauit quid operis cū cre Luc.23.
didisset expleret. Sed sola cōfessione iustificatum comi
temq; sibi ingressurus paradisum assumpsit. Idem dicē
dum de peccatrice fęmina: ꝗ ⁊ si fleuit vnxit tersit ⁊ oscu
lata est pedes dñi: tamē fidei eius (operib⁹ adiunctę) tri Ibi.7.
buiᵗ peccatorꝫ remissio. Sed fortassis hec audiens ali-
quis resoluatur: ⁊ bene agendi negligētiā capiat: si qui-
dem ad iustificandū sola fides sufficiat ꝗ per dilectionē
operatur. Ad quē dicimus quia post iustificationē: si in
iuste quis agat: sine dubio grām iustificationis spreuit. Iustifica.
Nec ob hoc quis accip veniam peccatorū: vt rursum sibi
putet peccandi licentiam datam. Indulgentia nāq; non
futurorū sed pteritorū promittiᵗ criminū. Frustra igiᵗ
gloriantur iudęi de operibus legis sine fundamento qđ
est fides: per quā iustificatus est pater eorum ꝯm carnē:
⁊ noster ꝯm fidem. Et patet.

¶ Vbi est ergo gloriatio tua? Exclusa est. Per
quam legem? Factorum? Non. Sed per legem
fidei. Arbitramur. n. iustificari hominē per
fidem sine operibus legis. An iudęorū deus
tantum. Nonne & gētium? Imo & gentium.
Quoniam quidem vnus est deus qui iustifi-
cat circūcisionem ex fide, & preputium per
fidem. Legem ergo destruim⁹ per fidem? Ab
sit. Sed legem statuimus.

¶ Textus. Ubi est ergo gloria tua? o iudęe: si gratia iu-
stificatiōis fidei datur/nō legis operib⁹? ¶ Ascēdit pha-
risęus in tēplum: ⁊ orabat grās agens: ꝙ nō esset sicut cę
teri. ⁊c. Et fortasis vere omnia dixit: sed iactātię morbo
corruptus: nouū ⁊ aliās inauditum passus naufragium: Luc.18.
de medicina venenū confecit: nec descēdit iustificatus.
Talis ergo gloriatio ꝗ descendit ex operib⁹ legis: quia
nō habet hūilitatē ✠ christi: de qua apo. mihi absit aliū- Gala.6.
de gloriari: exclusa est. Illum oportet crescere Joan. 3.
me aūt minui. Tantū. n. lex Mosi exclusa est de memoria
hominū: quantū euangeliū christi pdicatur in omnes gē
tes. Exclusa sunt ceremonialia: exclusa ⁊ iuditialia: ⁊ ex
posita moralia. Hec. n. non proprie vocātur lex Mosaica
cū sint de lege naturę (ꝫ vtrū stricte quęstio est) de quo
alias dicendum est. Gloria igitur operū legis ablata est
a iudęis: qm̄ fides euangelij gentes coęquat iudęis: ⁊ ex
ęquo vtrisq; salus ęterna promittitur. Uocatur autē [lex xxiiij.
Mosi lex factorū] qm̄ tota versabatur circa corporalia ꝗ
per corpus gerūtur sicut erant sacrificia ⁊ ceremonię: de
lectus ciborum ⁊c. Lex autem euangelica licet principa Charitas i
li⁹ versetur circa spiritualia: nō omnino tamē abijcit cor affectu ⁊ ef
poralia sicut sunt misericordię opera: Matth. 25. Esuri- fectu.
ui ⁊c. Charitas ⁊ pietas ꝗ ad omnia valet: quia ⁊ in euā 1.Timo.4.
gelica lege fides in adulto sine operibus mortua est: po
test tū viuificari per subsequētia opera bona: quomodo
non viuificabantur opera facta in lege per fidē sequentē.
Igitur per legem fidei. i. per legē christi exclusa est glo-
riatio de legis opibus. [Arbitramur. n. iustificari homi
nē per fidem absq; operibus legis. [Arbitramur hic tā-
tūdem valet ac si dicat: ex pdictis om̄ibus colligim⁹ quasi
argumētando. Hoc aūt sępe expositū est: ꝙ peccator in
fidelis iustificatur per solam fidem: nec requirūtur opa.
Postꝗ aūt iustificat⁹ est semel: si charitatē nō habeat. i.
charitatis opera a charitate elicita ⁊ voluntatę: fact⁹ est
velut ęs sonans: nomē tū retinens christiani nomen ha Apo.3.c.
bens ꝙ viuat. Primā igitur gratiā meruit christus om 1.Cori.13.
nibus qui eam accipiūt. Ita ꝙ ibi non cooperatur volū
tas nrā nisi in adultis baptizatis: vbi requiritur aliqua

bona dispositio voluntatis: ⁊ hoc fuit potissimū in meri
to christi. Meruit vt non conflicti coniūgerētur christo:
in quo potissimū cōsistebat meritū christi. Unde magis
meruit grām que confertur in baptismate: ꝗ quodcūq;
op⁹ post factū in gratia ex gratia. Meruit ⁊ iudęis grām
que cōferebatur pueris in circūcisione ⁊ in sacrificijs il
lius tēporis. Quantū aūt ad gratiam pęnitētialem post
lapsuꝫ in mortali: licet meritū christi sit totalis causa de
cōdigno: tū aliquid requiritur in peccatore videlicet cō-
xxv. tritio: cōpunctio scilicet de peccato qualis qualis. Simi
liter meruit nobis christus ianuę cęli apertionē vt causā
totalis: nec ad hoc cooperamur ei: siue obstaculū illđ fue
rit originale: siue quid aliud. Et tū nullus actu ingredi-
tur cęlum: nisi cooperetᵗ vel vtatur prima gratia quā sibi
meruit christus. Pres quidē veteris testamēti coope-
rabantur gratię passionis christi pñsię: nos aūt iam exhi
bitę. Quomodo aūt sacramēta veteris legis conferebāt
Do. su. gratiam dicetur alibi. Hec doctor sub. in. 3. disti. 19. [An
iudęorꝫ deus tantū? Nōne ⁊ gentiū? Imo ⁊ gētiū. ¶ Ad
Ambro. hec Ambrosius: Si ad legem nullus prohibetur acce-
dere: dū modo circūcidatur: ⁊ vescatur azimis: Exo. 12.
ꝗnto magis ad euāgeliū? Q. đ ostenditur in Luca cap. 3.
om̄e genus hominū ab vno Adam descēdere. Nullus tū
potest cogi ad id quod manifestū non est: qualia sunt ea
ꝗ credimus: sed inuitamur ⁊ suademur: qui aūt credide
rit vocatur filius dei: cum iudęi nec asini vel boues vocē
tur: sed multo stolidiores iuxta Esaiam. Pro infinita. n.
bonitate sua hoc donauit diligentibus se: qđ suę dignuꝫ
est maiestati. Pro lęticia. n. triūphi mortis euictę grām
nobis adoptionis donauit. Ambrosi⁹. Utrorꝫ est itaq; ex
ęquo creator ⁊ remunerator ⁊ iudex. Et sicut iudęis le-
gem tradidit scriptā: ita in gentiū mentibus naturalem
impressit. Quātus. n. erat iudaicus popul⁹ respectu or-
bis totius? Quasi si gutta cparetur altitudini maris im
mensi. Igitur vtrorūq; conditor ⁊ iustificator est: nec est
aliqua distictio iudęi ⁊ gręci. Imo ꝯm veritatē per pri⁹
deus est gentiū ꝗ iudęorū. Sed quando diuidebat altis
simus gentes: ⁊ separabat filios Adā Deu. 32. constituit
terminos populorū iuxta numerū filiorum Jacob: pars
aūt dñi populus eius: Jacob funiculus hęreditatis ei⁹.
[Qm̄ quidem vnus est deus qui iustificat circūcisos]
iudęos: non per circūcisionem tū sed ex fide mediatoris.
In huius. n. fide cōferebaᵗ gratia pueris in circūcisione:
feminis autem per fidem parentū de eodem mediatore.
[Et iustificat pputiatos] gētiles per fidem. Dicitur aūt
circūcisio ꝗ velut primo loco ⁊ ordine iustificatur: iustifi
cari ex fide: pputiū vero quod secūdo loco ad iustificatio
nē trahitur: nō ex fide sed per fidem iustificandū dicitur.
Id circo ⁊ christus dicitur factus ex muliere ⁊ non per
xxvi. mulierē: quia non ex semine viri carnis suę sumpsit ori-
ginē: sed ipsi mulieri ipsa principalis origo carnis eius
ascribitur. Hominibus aūt cęteris conuenit ꝙ facti sunt
per mulierē: qm̄ quidem prius ꝗ per mulierē nascerent
tur: ex semine viri acceperūt exordium. Qui ergo iusti-
ficantur ex fide: a fide incipiunt: ⁊ per adimpletionē bo
norū operū cōsumantur. Et qui per fidem iustificantur:
Actu.10. a bonis operibus exorsi: sicut Cornelius: per fidem sum
Grego. mā perfectionis accipiūt: dicit tamen Gregorius ꝙ Cor
nelius fide venit ad opera. Ita vtrisq; sibi adhęrens: al-
teruꝫ ex altero cōsumaᵗ. [Legem ergo destruimus] per
fidē? [Auertat deus. Sed magis statuimus.] Quid est
aūt legem statuere: nisi credere in christū quem lex testi
ficata est? Et omnis ille legem statuit qui eam spirituali
ter opere implet: euacuat aūt: qui fidem sine operib⁹ te-
net. Hoc modo dicitur euacuari vult⁹ Mosi/quasi testa
2.Cori.3. aperiatur vt nucleus reficiat qui intra testam latebat: si-
Aug⁹. cut dicit Augustin⁹ super illud ꝙ Joānes tenebaᵗ inclu
sus in carcere. i. spiritualis lex intra litteram legis. Igiᵗ
euacuata est gloria vultus Mosi: qm̄ cessauit vsus legis

quomodo cessat vsus pedagogi/puero facto viro. Sic ap
parente sole/obscuratur Lucifer: nō aūt destruitur. In
de ē ꝙ Moses vultu quidē velato ꝫ glorificato ad popu Exo.34.
lum loquitur: in quo figurabatur velandā aliquādo glo-
riam legis Mosaicę: christo apparēte in carne. Hoc figu-
rauit ⁊ illud ꝙ priores quidem tabulę confractę sunt: ꝫ
seruatę cum secūdis in arca testamēti: tanꝗ argenti vas Deut.31.
confractū: cuius nullus est vsus: tamen suū precium hā-
bet argentum. Uere. n. si lex Mosi destrueretur per euā
gelium: non legeretur in ecclesijs per orbem: cum aūtē si
mul cum euāgelio recitatur ⁊ exponitur: tū abest vt de
struatur: vt magis ac magis corroboretur: cū eius mysti
ci sensus aperiūtur: ⁊ euangeliū exhibet qđ ipsa promi-
sit. Nouis igitur superuenientib⁹ vetera proijciēda sunt:
vetustissima autē semper retinēda. Euāgeliū nouū est: Leui.26.
vetera sunt iudicialia legis ⁊ ceremonialia: vetustissima
aūt legis decalog⁹. Retine ergo noua cum vetustissimis:
⁊ abijce vetera: ⁊ aperte videbis ꝙ legē non destruim⁹
sed magis sistimus ⁊ stabilimus. De hoc dicendum est
ad Galatas cap. 2.

¶ Quartum Caput.

uid ergo i.
dicemus inuenis
se Abraam patrē
nostrum secūdū
carnem? Si enim
Abraam ex ope
ribus legis iusti-
ficatus est, habet
gloriam, sed nō
apud deū. Quid
n. dicit scriptu-
ra? Credidit Abraā deo, & reputatū est illi ad
iusticiam. Ei autem qui operatur, merces non
imputatur secundum gratiam sed secundum
debitū. Ei vero qui non operatur, credenti au-
tem in eum qui iustificat impium, reputa-
tur fides eius ad iusticiam secundum propo-
situm gratię dei, sicut & Dauid dicit beatitu-
dinem hominis, cui deus accepto fert iusticiā
sine operibus, beati quorum remissę sunt ini
mus) nec membrū corporis eius. Si aūt christus in no-
bis est per gratiam & spūm viuificantē: cum christus sit
omnes virtutes: quis locus vitiis relinquitur in nobis?
[Si autem christus in vobis est] nō quomodo est in om
nibus rebus presentia potētie sue: & essentie/sed eo mo Matth. 6.
do quo dicitur esse in celis: idest in sanctis suis qui sunt Esai. 66.
sedes dei vbi christus requiescit: sicut sedet super Che- Psal's. 79.
rubim & super humilē & trementē eius verba. [Corpus
quidē & si mortale sit] & morti obnoxiū & moriturū pro- xij.
pter peccatū: [spūs tamen viuit propter iustificationē]
quam ex cōione & participatione. S. S. accepit. Uiuit in
quam quia eodem spū viuificatur quo & corpus christi.
Itaq mortalitas & lex membroꝝ & caro que concup. ad Gala. 5.
uersus spūm nihil obstāt quo minus spūs. i. anima iusti
ficata per peccatoꝝ remissionē: viuat vita gratie/donec
mortalitas absumat a gloria. Unde infert. [Quod si spi
ritus eius qui suscitauit dñm Jesum a mortuis (ecce ter
tio meminit de resurrectione christi) habitat i vobis] tā
q in templo sancto suo: vel tanq in mēbris eiusdem cor
poris [qui potuit suscitare illud tēplum. S. S. in tribus

dieb⁹:suscitabit ⁊ corpora vestra mortalia:licet maioris miraculi videatur resurrectio nostra ꝙ christi : quia tẽ-
Psal̃s.15. plum illud scũm non vidit corruptionẽ:nostra autẽ ⁊ in cineres ⁊ in fauillas reducenda sunt corpora. Qui igit suscitauit caput ecclesie toti⁹ post horas.40.mortis sue: suscitabit et mẽbra corporis capitis hui⁹ propter spũm scẽm eius inhabitantẽ in eis. Nã cui erit christ⁹ caput: si non est corpus? Hec igitur faciet omnipotẽtia.S.S. nõ propter merita nostra:sed ꝓpter munera sua. Et sciẽdum ꝙ ante legẽ nulla pugna erat cũ voluptatibus : sed vbiqꝫ (non tamẽ ab omnib⁹) cãtabatur illud : exiguũ est tẽpus nostruꝫ ⁊ cum tedio:venite coronemus nos rosis
Sap.2. ante ꝙ marcescãt:vbiqꝫ relinquamus signa letitie: nullũ sit pratũ quod non pertranseat luxuria nostra. Hec.n.est
Prouerb. pars nostra. Sub lege pugnam⁹ ⁊ vincimur. Quid aũt
xiiij. victis nisi dolor? Captiuũ me ducentẽ inquit. Sub grã pugnamus ⁊ vincimus:⁊ vincimur. Uincimur aũt segnitie nostra:terga dãtes hosti cum possimus resistere. In
Exo.15. gloria non est pugna:sed cãtamus dño:gloriose.n.hono-
Miche.7. rificatus est:equũ ⁊ ascensorẽ proiecit in mare:⁊ in pro-
1.Corin.15. fundũ peccata nostra. Et illud deo aũt gratias qui dedit nobis victoriã. ¶ Et sciendũ ꝙ sicut de carnalib⁹ dici-
Gene.6. tur:non permanebit spũs meus in ho. istis quia carnes sunt:ita deus suscitabit corpora eorũ qui spũi sancto di-gnũ se habitaculũ prestiterunt. Necessariũ.n.videtur spiritui scõ reddi habitaculũ suũ:templũqꝫ restitui christo dño. [Ergo fratres (cum tanta bona consequuti simus per spũm christi:⁊ tãta nos consequutũ iri expectemus in futuro:in presenti quidem iustificationẽ:olim vero vitam eternã ⁊ anime ⁊ carnis:) debitores sum⁹ nõ carni] a qua tot bella sustinuimus:⁊ adhuc patimur tot molestias:ita vt Paulus clamet o me infelicem.⁊c. [Ut scõm carnẽ viuam⁹] non ꝙ carnis curã relinquamus:quã ne-
Ephe.5. mo hucusqꝫ odio habuit:sed fouet ⁊ nutrit tanꝙ anime sue receptaculũ sed desideria carnis succidẽda sunt: iux-
Eccle.33. ta illud:cibaria ⁊ onus ⁊ virga asino. Est.n.caro nutriẽda:subijcienda:castiganda non occidenda:sed mortificã-da. [Si.n.ſm carnẽ vixeritis:moriemini.] Quid sit aũt
Origenes. viuere ſm carnẽ sepe repetitũ est. Orig. Non.n.propterea nos de⁹ fecit ad imaginẽ suã:vt carnis seruitio essemus obnoxij:sed potius vt creatori suo anima deseruiẽs: ipsa seruitio ac ministerio carnis vteretur:qm̃ homines ad maiora sunt geniti ꝙ vt sint corporis sui mãcipia. Et quidẽ debitores sumus carni vt ei de victu ⁊ vestitu prouideam⁹ ⁊ ceteris necessarijs: sed quia hoc nõ est culpa aliqua:magis autem ipsam vitam carni mãcipari culpabile habetur:addit apo. si.n.ſm carnem vixeritis. Nihil autẽ aliud est ſm carnẽ viuere:ꝙ carnis desiderijs indul-
xiiij. gere: ⁊ curam carnis facere in desiderijs. Nõ.n.negat curam carnis habendã in necessarijs:sed in cõcupiscentijs. [Si aũt spiritu facta carnis mortificaueritis:] redigen-do in seruitutẽ(non est.n.timendũ ꝙ fugam capiat sicut
Gene.16. aliquãdo Agar fugit dñam suã) viuetis] quõ dicit apo.
2.Corin.12. cũ infirmor fortior suꝫ. Hoc sic fiet. Fruct⁹ spũs est chari-
Gala.5. tas:odiũ carnis est act⁹:odiũ ergo ꝑ charitatẽ mortificat.
2.Corin.7. Gaudium est fructus spũs:tristitia seculi ꝙ mortẽ operat carnis est actus. Hoc ergo modo mortificatur:si sit in nobis gaudiũ spũs. ¶ Illud aũt scire debemus ꝙ hec mortificatio actuũ carnis per paciẽtiam fiat ⁊ non ad subitũ: sed paulatim primo languescere eos necesse est in his ꝙ incipiunt: tunc deinde cum ardẽtius proficere ceperint: ⁊ abũdatiore spũ repleri:actus carnis non solũ lãguescere sed ⁊ tabescere incipiẽt. Ubi vero ad perfectũ iam venerint:ita vt nulla in eis prorsus vel in facto vel in verbo vel in cogitatione peccati oriãtur inditia: tandem actus carnis mortificasse:⁊ ad integrũ morti tradidisse creden-
Gala.v/. di sunt. Et hi sunt qui iã non sunt in carne ⁊ quibus mũdus crucifixus est ⁊ ipsi eidem mundo. [Quicũqꝫ.n.spi-
1.Reg.16. ritu dei agũtur : (Etenim Saul agebatur a spũ dei sed

spũ nequã:a deo permittẽte: nequã ex propria malitia.) Hi inqꝫ qui reguntur a.S.S.nec iam sunt sub lege pedagoga [hi sunt filij dei] adoptione. Dicit autẽ phs ꝙ in anima est naturalis quidam impet⁹ quo ferimur sine ratione:ad que vtiqꝫ bene habebimus. Et si quis interro- xv.
get sic habẽtẽ impetũ:propter quid hoc placet tibi operari? Nescio inquiet:sed placet mihi : simile patiẽs ijs ꝙ a deo agũtur. Hi vocãtur a pho bene fortunati:sine ratio- Fortũati secũdũ phm.
ne habẽtes impetũ ad bona:⁊ hec adipiscentes. Huiusmodi sunt qui a spũ dei aguntur:⁊ quasi impellũtur impetu gratie ad bene agendũ(vbi erat impetus spũs.⁊c. Ezechiel.1.) quomodo dicitur cuidam dormitanti in via 3.Reg.19.
primo ⁊ scõo surge:surge:grãdis.n.tibi restat via:⁊ illõ: deus meus misericordia ei⁹ preueniet me. Alio ꝓceps Psal̃s.58.
currebat apo.⁊ ꝓuentus est:⁊ alio actus est a spũ scõo/nẽ pe vt relinqueret oculos lupi:et acciperet curã pastoris. ¶ Sic Balaam agebatur a spũ auaritie vt malediceret Nume.22.
populo dei:⁊ actus est a.S.S.vt ei bñdiceret. Hoc modo Saul agebatur a spũ nequissimo cũ misit lictores in Ramatha qui raperent Dauid:⁊ peruenientes ad locũ: 1.Reg.19.
ceperunt prophetare. Misit alios nũtios:⁊ ipsi prophetauerũt. Abijt ipse met Saul: ⁊ fact⁹ est etiam super eũ spũs dñi:⁊ ambulauit ingrediens ⁊ prophetabat vsqꝫ dũ Prouerbiũ
veniret i Ramatha. Unde exiuit prouerbiũ. Nũ ⁊ Saul hebreum.
inter prophetas? Et vere mirabile erat vt eodẽ die mane ageretur a spũ nequã: ⁊ die sequẽti totaqꝫ nocte ageret a spiritu dei. Petr⁹ a spiritu timoris agebat cũ dixit/o Luc.22.c.
homo non sum. Porro a spũ dei cum dixit:obedire oportet deo. A spiritu nequã ⁊ mendatij agebatur Dauid cuꝫ Actu.5.c.2.
dixit: tua sint omnia ꝙ fuerunt Miphiboseth.a spũ autẽ Reg.2.c.16
dei agebatur cũ dixit:credidi ꝓpter quod locutus sum. Ego dixi in excessu meo oĩs homo mẽdax. [Non.n.acce- Psal̃s.115.
pistis spiritũ seruitutis iterũ in timore. Sed accepistis spũm adoptionis dei:in quo clamam⁹ abba pater]. Qõ 23.q.6.Iam
dicit iterũ: non ad Romanos refertur qui legem Mosi vero.
non acceperãt ꝙ vocatur lex timoris ⁊ lex mortis:sed ad conuersos ex iudeis ad christum quorũ multi erant Rome. Quod dicit in timore:sensus est.i.ad timorẽ vel ad xvi.
terrorem. Terrorem legis ostendunt qui dicunt:non loquatur nobis dñs ne forte moriamur. Ab/aũt siue Abi/ Exo.20.
hebraice patrẽ sonat:cõposita dictio ex duab⁹ ꝑmis lris אב Reliquit autẽ vocẽ hebreã apo.quo significaret peculiare quoddã esse in ipsa voce quam ⁊ patres libẽter audiũt:⁊ pueri primũ sonare discunt:nac hac voce ꝑ mũ implorant patris opem: cuiusmodi est apud latinos papp⁹:vox infantib⁹ peculiaris. ¶ Qõ autem addidit pater:pa.
ὁ πατήρ, incertũ est vtruꝫ cognominatio sit ad emphasim affectus faciens:an interpretatio peregrini Romanis vocabuli. Eisdem verbis orauit christus sicut habes Marci.14.cap. Potest autẽ intelligi per hoc Marci.
quod apo.dicit pater:pater:vt intelligatur deus esse pater gentiũ ⁊ pater iudeorum sicut Abraam vocatus est Abram:⁊ post Abraã.i.pater excelsus:pater multaruꝫ. Sic deus primo vocauit Abraã de celo patrẽ bis/dicẽs: Abraã Abraã:vt per hoc homo ⁊ iudeus ⁊ gẽtilis fiduciam conciperet dicendi deo Abba pater. Quãdo.n.homo vocaret deũ patrẽ patrẽ:nisi prius deus hominẽ vocaret patrẽ? Hac igitur fiducia dicim⁹ Abba pater. Est ⁊ de⁹ pater noster creatione:est ⁊ adoptione. Orig. Cer- Origenes.
tum est autẽ ꝙ filius quis dei per adoptionis spũm fiat: seruus autẽ dei per spũm dei seruiat. Initiũ ergo seruiẽdi deo per spũm timoris impletur:cum paruulus adhuc quis dicitur. Et paruulis quidem pedagogus est timor: Gala.4.
⁊ talis nihil differt a seruo: ita ⁊ nos cũ essemus paruuli. Uides ergo quia ſm Pauli sentẽtiã spũm seruitutis qui datur in timore hic tutorẽ paruulorũ appellauerit:ꝙ xvij.
vnũquẽqꝫ nostrũ donec paruulus est ſm interiorẽ hominem in timore custodiat:vsqꝫ quo ad id etatis perueniat quo spiritũ adoptionis mereat accipere:⁊ sit iam filius

⁊ dñs omniũ: vt possit deum patrem vocare quem nemo patrẽ vocat nisi filius. Uide genes. Cap.21.ibi : iura mihi : ne noceas mihi nec posteris meis. Boni tñ nocere malis non possunt. Itẽ.1.Reg.24.in fine. Sciẽdum aũt
Timor mũtiplex. ꝙ timor habet duo obiecta(Timebãt parẽtes ceci nati: ne absqꝫ synagoga fierent. Joan.9.) Uidelicet malum qõ quis refugit:⁊ illud a quo timet inferri sibi malũ illud. Si igitur homo carnalis timet ne auferãtur ꝙ carnaliter amat:sicut Adam timuit ne cõtristaret vxorẽ: hic timor est mundanus. Saul cepit timere. S. Dauid ꝑ.Reg.18. Et herodes turbat nato christo. Sed ⁊ Egyptij inquiũt: fugiamus israel:qr dñs pugnat pro eis. Sed sero sapiũt Phryges. Qõ si timet mortẽ in casu quo erat sustinẽda timor seruilis est:sicut timuit Petrus cuꝫ negauit. Si aũt timet quis timet autẽ homines non deum:⁊ tamen pro illo timore cessat a malo:quomodo quidam dicebãt
Matth.26. non in die festo ne forte tumultus fieret in populo : per inde est ac si fecissent. ¶ Difficile est autem inuenire ꝙ solo intuitu charitatis dei/recedat a malo. Tamẽ perfe-
1.Joan.4. cta charitas foras mittit timorẽ. Sed charitatẽ perfectã vbi inueniem⁹? Forte in eo qui dicit: si scirem homines ignoraturos deos ignoscituros:adhuc propter ipsam vilitatem peccati/non peccarem. Sufficiat nobis ꝙ altero.i.dextro oculo aspicientes ad amorem dei:⁊ altero.i.
1.Cori.9. sinistro ad eius timorẽ:a peccato cauem⁹. Uidemus.n. quia ⁊ Paulus timet reprobari cuius vmbre vtinã exe-
Malach.1. quetur lux operũ nostrorum. Timeri quidem deus aliquãdo voluit cũ dixit:si ego dñs:vbi est timor meus? Incarnatus autẽ non timeri quasi deus:sed vt amaretur qua-
xviij. si pater inspirauit:dicente apo.nõ accepistis spũm timoris. Cum ergo a peccati morte timor nos legis excitare non valuit:aspirata mã suetudine christ⁹ nos erexit. Ba-
Figura.4. Reg.4. culum misit heliseus per seruũ : sed puer mortuus non surrexit. Per semet ipsum autẽ veniens: seqꝫ super mortuũ sternens:ad eius cõmẽsus staturam: huc illuc qꝫ de
Grego. ambulans ⁊ in ore mortui septies inspirans: hunc ad re diuiuã lucem reparauit. Deus.n.quasi per puerũ virgã misit:cum per Mosen terrorẽ legis ꝓtulit:sed timor le-
Heb.7. gis nihil ad perfectũ duxit. Ipse aũt veniens super mortuũ se collegit:qui cum in forma dei esset: formã serui ac-
Primo tẽpore alleuiata ẽ terra zabulon. ⁊c. cepit:huc illuc qꝫ ambulauit:quia ⁊ iudeam ⁊ iuxta positas regiones vocauit. Septies inspirat: quia per operationẽ diuini muneris gratie septiformis spũm in peccati morte iacentibus tribuit. Tunc autẽ nobilitatẽ mẽtis nostre ostendimus:si deum vt patrẽ diligimus: quẽ nũc serulli mente vt dñm formidamus. ¶ Igitur timor quidem necessari⁹ est sicut acus precedit linum:tamẽ perfecta charitas foras mittit omnẽ timorẽ. Quis inquit nõ timebit te o rex gentiũ? Hiere.10.c. Sed hec vox eis qui spũm seruitutis acceperant dicta est. Nos aũt clamem⁹ Abba pater.

¶ Ipse.n.spirit⁹ testimonium reddit spiritui nostro,ꝙ sumus filii dei. Si autem filii, & heredes. Heredes quidem dei,coheredes aũt christi, si tamẽ compatimur, vt glorificemur. Existimo.n.ꝙ non sunt condigne passiones hui⁹ temporis ad futurã gloriam que reuelabitur in nobis. Nam expectatio creature reuelationem filiorum dei expectat. Vanitati.n.creatura subiecta est non volens, sed propter eũ qui subiecit eam in spe, quia & ipsa creatura liberabitur a seruitute corruptionis i libertatem glorie filiorum dei. Scimus.n.ꝙ omnis creatura ingemiscit, & parturit vsqꝫ ad huc. Non solum autem illa, sed & nos ipsi primitias spiritus habentes, & ipsi intra nos gemimus, adoptionem filiorũ dei expectantes, redemptionem corporis nostri.

¶ Textus. Ipse.n.spũs testimoniũ reddit spũi nrõ:ꝙ filij dei sumus.] Hoc testimonio certificatus apo. ausus est dicere verbũ tante confidentie; quante nec ante eum nec post aliquis fortassis dixerit:scio ꝙ nec mors nec vita nec angeli nec aliqua creatura poterit nos separare a charitate que est in christo Jesu. Sicut igitur hoc vbũ dixit in persona totius ecclesie:videlicet poterit nos separare:sic nunc dicit ꝙ spũs scũs testimoniũ reddit spũi nostro: ꝙ sumus filij dei : vt omni confidentia vocemus deum patrem/si quid opus fuerit ab eo postulare:dicẽ- Matth.6.
tes pater noster qui es i celis. Nec ille.n.de spiritu suo nobis impartiret:nisi pro filijs haberet. Licet autẽ de lege cõi nullus sciat vtruꝫ amore vel odio dignus sit:tamẽ Eccle.9.
spũ scõ reuelãte apo.dixit verbum predictũ: scio ꝙ nec mors.⁊c. Potest etiam dici ꝙ.S.S.signis ⁊ miraculis reddit testimoniũ catholice fidei:per quam efficimur filij dei. Potest etiam dici ꝙ in ecclesia fit remissio pecca- xix.
torũ per spũm scũm. Unde.S.S.testificatur ꝙ iam sumus filij dei:qui amodo eramus filij ire sub pedagoga lege seruiẽtes in timore. ¶ Orig. potest ad discretionem Origenes.
eorum ꝙ spiritu seruitutis agũtur in timore ⁊ eoruꝫ qui spiritu filiorũ etiam illud assumi: ꝙ Abraam hereditatẽ quidem suam dedit Isaac:filijs vero ancillarũ dona dici- Gene.25.
tur tñ dedisse:in quo sine dubio hoc obũbrabat : ꝙ nec illi penit⁹ spernerẽtur qui adhuc in timore seruiũt deo: sed sunt illis dona ⁊ munera: hereditas tñ per quã christo conglorificantur eorum est qui adoptionis spũm merentur accipere. Mercedem.n.filius non expectat sicut seruus sed hereditatẽ: ita vt sedeant in.12.sedibus iudi- Matth.19.
cantes.12.tribus israel. Et forte illud etiam significauit ꝙ illi qui hora.11.mittũtur ad laborẽ:priores recipiũt he- Matth.20.
reditatẽ ⁊ tñ quantũ illi ꝙ vocati sunt hora prima. Hi.n. nouissimi erant filij qui spũm adoptionis acceperunt: ⁊ ideo magis ad recreationẽ missi sunt ꝙ ad laborẽ. Priores vero qui spũm seruitutis acceperũt:quasi serui portauerũt pondus ⁊ estuꝫ diei:⁊ nouissimi premiũ receperunt.equant tamẽ in premio primi cum nouissimis:qm̃ vtriqꝫ clamãt Abba pater:⁊ vtriqꝫ ex filijs ire per.S.S. xx.
adoptantur in filios gratie. [Si autẽ filij sumus:⁊ heredes:] licet nõ decedat deus. Et si decedit:decedit per fidem:succedit per speciem. Non autẽ decedit: quomodo fit in humanis hereditatibus: cũ patre defuncto hereditas diuiditur inter fratres: ⁊ tanto minor efficitur quãto multiplicantur heredes. Hereditas nostra nec augetur morte fratrũ:nec minuit copia heredũ: sed est deus omnia in singulis: ⁊ in oĩbus oĩa. De hoc alias. [Here- ꝑ.Cori.15.
des quidẽ dei coheredes aũt christi.] Dñs.n.pars hereditatis mee:hoc est dñs pars mea ⁊ hereditas mea ⁊ por- Psal̃s.15.
tio mea in terra viuẽtiũ. Hereditas quidem christus est sicut ⁊ pater:hec est.n.vita eterna vt cognoscãt te o pater ⁊ diligant super omnia: ⁊ quem misisti Jesum christum. Joan.17.
Qm̃ autẽ christus filius dei/est cõsubstantialis ⁊ coeternus patri:ex iure ſm ꝙ homo sibi debet hereditas. Erimus ergo nos heredes quidem dei:coheredes autẽ cum christo vnigenito suo. De hac hereditate dicit propheta. Psal̃s.126.
Cum dederit dilectis suis somnũ: ecce hereditatẽ dñi o filij adoptiui qui accepistis interim spũm ⁊ arrabonem huius hereditatis: ⁊ ꝙ sit hec hereditas sequit: Merces fructus ventris immaculati: castissimi intemerate virginis Marie. Hereditas igit nostra qm̃ excedit humana oĩa merita: datur pro mercede omniũ laborũ afflictionũ: ieiuniorum/vigiliarũ/persecutionũ/insidiarũ: collaphorũ: flagellorũ sputorũ ⁊ obprobriorum que pertulit vsqꝫ ad cõmẽdationẽ anime sue in manus patris ille dulcissim⁹ fruct⁹ vẽtris immaculati : vt de hoc arbore agmidalino:

Daniel.4. siue rubo:palma vel arbore vitę de quo in Daniele mere
mur gustare i gloria. ¶ Quo si filij:ꝛ heredes. Apud deū
que apud nos hereditas dicit donum est patris in filios
obedientes transfusum: vt viuus viuentis hęres sit me-
Ambro. rito proprio:nō necessitate defuncti. Unde ꝛ dn̄s nō ma
gis humana q̄ diuina ratione viuam viuentibus substā
tiā suā partitū esse:licet in parabola significauit. Luc.15.
ca, videlicet de filio prodigo. [Si tū cōpatiamur.i.simul
patiamur (lysi tamē assertiuū est) ꝛ socij simus ac ęmuli
passionū christi:vt ꝛ cō glorificemur. Ignominiā crucis
consequitur gloria resurrectionis:ꝛ crucifigi inter latro
nes ꝯsedere ad dexterā patris. Et patet. [Existimo enī:]
si stricte nobiscū ageretur ꝛ vt dicitur par pari referret:
ꝙ non sunt condignę passiones huius tēporis. (Ambro.
legit alicubi:indignę sunt. ꝛc̄.) Ad futuram gloriam que
xxi. reuelabitur in nobis: siue ad hoc vt futura gloria reue-
letur in nobis. Et sciendum ꝙ verbum existimo hoc est
λογίζομαι, pro eo positū est/quasi dicas perpendo/ꝛ ex
ploratum habeo/siue reputo. Nec.n.id opi-
nabatur Paulus quasi dubius: sed cert⁹ ita esse in ani
mo suo perpēdit. Quod ergo dicit/hoc est. Pręmia ęter
na ꝑrequirūt ęternos itē labores ꝑm iusticiam destribu-
tiuā:at nostri labores sunt momentanei respectu ęterni
tatis. Et quidem si labores essent ęterni: nunq̄ darētur
pręmia vel tēporalia saltem nostris laboribus:ęterno.n.
nihil succedit. Ergo vel laboribus tēporalib⁹ reddenda
sunt ęterna pręmia: vel laboribus ęternis pręmia tēpora
lia quod esse nō pōtest: vel pręmia debēt succedere labo
ribus:ꝛ itē pręmijs labores. Sed iam nō erit vltra neq̄
Apoc.21. luctus neq̄ clamor neq̄ dolor q̄m priora abierūt: ꝛ iam
Apo.14. dicit. S. S. vt requiescant a laboribus suis: ꝛ lętitia sem
Esaię.35.51. piterna super capita eorū: qui nō habēt requiē dicētes.
Apoc.4. קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ קָדוֹשׁ יְהוָה צְבָאוֹת מְלֹא כָל
הָאָרֶץ כְּבדוֹ Merita tū nostra ex se quidē perinde
Esai.64. sunt quasi pānus mēstruatę:quoniam autem elicisitur a
voluntate charitate in formata: spiritu sancto agente et
impellente volūtatē/condigna sunt ęterna remuneratio-
Apoc.18. ne ex pactione dei. Sciendū aūt ꝙ peccatorib⁹ ꝑm vias
suas dn̄s reddit:vt quantū glorificauit se in delitijs/tm̄
recipiat tormentorū:videlicet vt teneat iuditij veritatē.
¶ Cęterū in sanctis excedit modum clemētię:neq̄.n.con
xxij. dignę sunt passiones. ꝛ. Uno.n.intuitu visionis beatissi-
mę posset deus remunerare omnia merita nostra:ita est
excessiuū gaudium illius beatificę visionis. Sed qui se-
mel viderit: semper videbit. Et cuilibet seruo dicitur
Matth.25. siue multū siue per paucū lucretur cū Mna sibi tradita:
intra i gaudiū dn̄i tui:licet super pauca fueris fidelis. In
tra totus in gaudiū: licet totum non intret in te:immer
gere ꝛ inebriare a torrente voluptatis dei. Et omnibus ex
ęquo datur denarius (denarius valet tres obolos cū di-
Matth.20. midio: Obolus autē.20.pars est sicli. Exo.30.) Licet cuꝫ
alijs seruetur iusticia/cū dicitur tolle quod tuū est: ex cō
uētione diuina: cum alijs misericordia/sicut dicit:volo
huic tantundem dare. An non licet mihi facere quod vo
4.Esdre.2. lo? Omnes accipiūt palmas:binas stolas:ꝛ coronas. De
omnib⁹ dicitur: amē dico vobis ꝙ pręcinget se:ꝛ faciet
Luc.12. illos discūbere:ꝛ transiens ministrabit illis. Quid autē
illis ministrabit ille quē nosse vita est ęterna? Quē ama
re fruitio ęterna? Cui seruire regnare est: cui placere sū
ma felicitas est? Quomodo aūt trāsiet qui semper stat:
qui semper est quod est: ꝛ apud quem solum qui stat: is
Exo.33. non transit: sicut dicitur ad Mosen:tu aūt hic sta mecū?
¶ Transiens inquit ministrabit pincerna regis: candor
lucis. ꝛc̄. Cui milia miliū pręsto sunt vt ministrent:ꝛ de-
Dan.7. cies centena milia assistunt. Transibit igitur ꝛ pertran
sibit omnia vota nr̄a: omnia desideria oīes affect⁹ no-
Ephe.3. stros abūdantius q̄ petimus aut intelligimus:mēsuram
Luc.6. bonā confertā coactā pręter fluentē:redūdantē remetiēs

nobis:ita vt extasim passi ꝛ extra nos positi:ꝛ nesciētes
vtruꝫ in corpore an extrasimus dicamus:ꝛ vere dicam⁹: 2.Cori.12.
si forte tamē pręgaudio ꝛ stupore ꝛ extasi loqui potueri
mus/ꝛ non dicamus cū apo.nō licet homini loqui. Ma-
ior est gloria tua ꝛ opera tua q̄ rumor quē audiui. Nō
credebā narrāti mihi Paulo ꝛ dicēti:nō sunt ꝯdignę ꝛc̄. 3.Reg.10.
Donec ipsa veni ꝛ vidi oculis meis non iam posteriora:
nō per speculum q̄ nec oculus vidit mortalis: ꝛ probaui
ꝙ media pars mihi nūtiata non fuerit. Quomō media
pars: cū gaudiū illud partes nō habeat; sed q̄libet pars
est ęqualis toto? Uere q̄ hic audiuimus rumores sunt:vm xxiij.
bra de sole:gutta de abysso: instans de ęternitate: som-
niū de veritate:color de vino: rumores de his q̄ in cor ho
minis nunq̄ ascenderunt. Transiet igit̄ omnia vota no- 1.Cori.3.
stra:ꝑfundet gaudio corda nostra: cū ministrabit nobis
bona q̄ pręparauit diligentibus se. ¶ Trāseamus ꝛ nos
interim vt videamus vel mente visionē hāc magnā qua Exo.3.c.
re rubus nō cōburatur ꝛ ardeat. Deus noster ignis est Deut.4.c.
consumēs ꝛ illuminās. Consumit peccata illuminat pe-
ctora. Rubi nos sum⁹ peccatores ex peccatorib⁹ nati:quo Figura.
rum spinas cū hic ignis ille diuinus absumpserit:ibi na
turā nostrā a vitijs purgatā luminis sui radio penetra- Apoc.21.
bit:quomodo dicitur de ecclesia in apoc. ipsa ciuitas si- Apoc.12.
milis vitro mundo:ꝛ amicta sole ꝛ meritis apostoloꝝ.12
coronata:ꝛ oīs mutabilitas sub pedibus eius:cū mor p̄.Cori.15.
tale hoc induerit imortalitatē. ꝛc̄: Hoc igitur mō rubus
non cōburetur ꝛ ardebit:sed ęterna viriditate florebit.
Illi discūbent ꝛ o q̄ omnes resurgent in ordine suo or-
dinatissime. Hoc.n. etiā admirata est Regina Saba:ha
bitacula seruorū:stella.n.a stella differt ꝛ situ ꝛ claritate: Ibidem.
ꝛ ordines ministrātiū:vestesq̄ eorum. Rex cuius rubrū
erat indumentum: militum vestes asperse sanguine sed
agni: virgines stolis albis. ꝛc̄. Quin ꝛ pincernas admi
rata est. Et vere extasim passa esset:si vel modicū gustas-
set sicut Architriclin⁹: is.n.est qui dixit:dn̄e bonum est Matth.16.
nos hic esse. Mirata est ꝛ domū quā ędificauerat Solo-
mō cuius fundamēta in mōtibus sanctis:de qua glorio- Psal.86.
sa dicta sunt:ꝛ in qua mansiones multę sunt. Nos autē il Joan.14.
lam suspiremus quā sponsa requirebat dicēs:indica mi xxiiij.
hi vbi pascas vbi cubes ī meridie: ne vagari incipiam⁹
post greges hominū stultorū quęrentiū requiē vbi eam Canti.1.
non inueniēt. Quid autē tm̄ ostendere potest homo vir
tutis quod certet cum dn̄i liberalitate? Si Paulus qui p̄.Cori.15.
cotidie moriebatur ꝛ plus omnibus laborauit:adhuc di
cit:non sunt condignę. ꝛc̄. quid nos dicturi sumus q̄ nec
vulgarē quidem laborem pro virtute suscipere volum⁹; Chryso.
sed vndecūq̄ recreationes captamus: ꝛ hoc vnum consi
deramus/ne quid nobis accidat triste: cū sciamus (nisi
forte surda aure audiuimus) ꝙ oportebat pati christum
vt intraret in gloriā suam: ꝛ tu alienam stertens/ꝛ rōco Luc.24.
nare dormitās/ingressurū cōfidis. Ad hec Greg. Mer Gregori⁹.
cenarius cū faciēda opera conspicit: mentē protinus ex
lōginquitate ꝛ pōdere laboris deijcit. Cū vero lassescē-
tem animū ad cōsiderandū operis pręmiū reuocat:vigo
rem mox animi ad exercitiū laboris reformat: ꝛ qd gra-
ue perpendit ex opere: leue ęstimat ex remuneratione.
Grauia sunt q̄ apo. enumerat. 2.Corin.11.cap. et.2.Cor:
p̄mo, dicit:supra modū grauati ꝛ supra virtutē:ita vt te-
deret nos viuere:sed quomodo remunerationis linteo
sudores tanti laboris tergat: ipse ostēdit di,q̄m nō sunt
condignę. ꝛc̄. Sicut autem dicit. S. doctor: nullus alius Tho.
melius potuit de hac veritate testificari q̄ Paulus:ipse
enim vtrūq̄ est expertus: ꝛ labores innumeros: qui ꝛ
raptus est in paradisum vbi audiuit verba illa ineffabi
lia:ex quibus illud tm̄ licuit loqui: ꝙ non sunt condignę
passiones hui⁹ tēporis. ꝛc̄. ¶ Origenes. Si q̄s intueat̄ Origenes.
ꝙ pro eo vt quis efficiatur filius dei excelsi ꝛ heres bo-
nitatis eius christiq̄ cohęres:etiam si in omniū mādato
rum obseruantia ꝛ lege dei sine querela ꝑmaneat: ꝛ per xxv.

uigili in his mente perduret: si omnia etiā pęnarū gene-
ra q̄ inferri humanę naturę vel extrinsecus possunt: aut
etiam si quis illa sustineat que de Job scripta esse cōme
morātur in substantia filijs ꝛ in carne: vel si quis grauio
ra pati potest: eaq̄ conferat his que nec oculus vidit: in-
telligere poterit quomodo Paulus ista considerans di
xit:non sunt condignę. ꝛc̄. In quo.n. immortale mortali-
Actiones bus cōpares: aut trāsitoria ęternis: aut caduca ꝑpetuis:
passiones. vel ea que deus pręparauit amicis suis charissimis cuꝫ
his q̄ cōmunia sunt homini ꝛ iumentis: bonis ꝛ iniq̄s?
Si que tamē in pręsenti vita velut quedā possunt semi-
na glorię colligi futurę: ista inquit semina ex tribulatio-
nibus ꝛ passionib⁹ colligūtur: magis q̄ ex sapiētia: forti
tudine iusticia ꝛ ex cęteris virtutib⁹ que in actione vi-
dentur consistere. ¶ Qd autē ex tribulationū quantita
te mēsura quedam ꝛ magnitudo glorię colligatur: puto
ex verbis prophetę colligi posse cū dicit: ꝑm multitudi-
Psal.93. nem dolorū meorū in corde meo conso. tuę lętificauerūt
animā meā: vnde puto ꝙ in pręsenti vita consolatio que-
datur iustis: ꝑm mensurā cruciatus detur vulnerū: futu
rę vero glorię de qua apo. dicit ꝙ reuelabit̄ in nobis: nō
ꝑm mensurā passionū: hę.n. non sunt cōdignę: sed pręsen
tes passiones sicut diximus semina quedā sunt per que
pręparātur nobis que oculi non viderūt. Quod autē in
2.Cori.1. pręsenti detur cōsolatio iustis ꝑm mēsurā passionū dicit
xxvi. apo, alibi q̄m sicut abūdāt christi passiones in nobis:ita
ꝛ p christū abūdat cōsolatio nr̄a. [Nā expectatio creatu-
rę reuelationē filioꝝ dei expectat] Expectatio grece est.
ἡ ἀποκαραδοκία, quod nō significat simpliciter expe-
ctationē: sed expectationē vehemē
tem ꝛ anxiā. Est autē creatura hec homo: qui habet ali-
quid cōe cum omni creatura: esse: moueri: crescere: sen-
tire: intelligere: eo modo quo superius dictū est a creatu
ra mundi intellecta conspiciūtur. Siue hec creatura est
caro nr̄a ꝛ quicquid in nobis dolet cum carnē mortificā
mus. Et hec quidem expectat non quidem fore alteri⁹
naturę: sed tm̄ alterius qualitatis. Est.n. modo subiecta
Job.7.c. fami ꝛ siti: somno ꝛ lassitudini ꝛ quasi posita cōtraria si
bi: ꝛ facta sibi ipi grauis: repleta multis miserijs ꝛ fugēs
Job.14. velut vmbra: nunq̄ in eodem statu permanens/de infan
tia ad pue. a pueritia ad adolef. inde ad iuuētutē: a flore
iuuentutis ad senectutē ꝛ mortē: ꝛ cinerem ꝛ vermes:
Eccle.1. quod significauit aposto. dicens ꝙ vanitati subiecta est.
¶ Et quid vani⁹? Generatio aduenit: generatio ꝑterit:
homo transit: terra in ęternū stat. Quid est hoc? An ho-
mo non est terra? Quomō terra stat: ꝛ homo trāsit? Qua
Hugo. re terra stat in ęternū ꝛ tu stare non potes vel pūcto: qui
nunq̄ in eodem statu permanes/propter quē ꝛ terra fa
cta est ꝛ cęlum? Stat ad consolationē tui: imo ad nr̄am
confusionē: vt venientes mittāt: per trāseūtes portet: di
scedentes recipiat. De terra nati sumus in terrā reuer-
xxvij. temur. Stat quidem terra ad leuamē nr̄i laboris q̄m pa
nem producit: stat ꝛ in testimoniū miserię nostrę: quia ꝛ
spinas profert. Terra stat: ꝛ tu super terrā: illa stat: te con
ruēte. Si tu terra es ꝛ in terrā ibis: quare cum terra stā
te in ęternū nō stas vel anno vno? Aut nūquid homo in
Homo. firmior factus est terra illa de qua sumpt⁹ est? Quid er-
go in nobis operata est sapientia artificis: si non prouerit
opus in melius? Sed non est sic. Terram fecit stabilē te
autē immortalē. Terra cōseruat qd facta est ideo in eter
nū stat: tu aūt vitio tuo degenerās: nec saltem hoc seruas
vt terram matrē tuā saltē imiteris. Et tamē cū transieris
nihil aliud eris q̄ terra vnde sumptus es. Sed expecta-
tio creaturę illius propter quam cętera creata sunt expe
ctat. Quid? Reuelationē. Quorū? Eorū que oculus nō
vidit. Expectat reuelationē glorię filioꝝ dei adoptiuoꝝ:
expectat autē non reuelandā pro meritis suis: quoniam
non sunt condignę passiones ad hoc: sed expectat diuina
promissa cuius iam pignus tenet in ꝑsenti/per qd ado-

ptatur vt sit cohęres christi. Reposita est inquit hec spes Job.19.
mea in sinu meo. Interim autē vanitati creatura subie-
cta est (vide late in ecclesiaste: cap. 1.2.3. ꝛc̄.) Sicut exposi
tū est: subiecta non volens: mallet.n. esse cū christo: in pa
ce in id ipsum dormiere ꝛ requiescere: hoc ꝑeligeret ho Psal.4.
mo: sed tamē patienter fert permanere in carne: ad virtu
tis exercitiū ad vtilitatē fratrū ꝛ propter eum qui subie xxviij
cit eam non vt semper sit subiecta labori ꝛ erūnę: pericu
lis maris: ꝛ terrę: fratrū fictorū: plagis ꝛ carcerib⁹: non vt
semper vratur ꝛ discrucietur curis ꝛ sollicitudinib⁹ ec-
clesiarū. ꝛc̄. Quādo.n. redderet pręmia q̄ promisit: ꝛ adi-
remus hęreditatē que datur in terra viuētiū? Sed pro-
pter eū inquit qui subiecit eam in spe. Memor esto ver Psal.118.
bi tui seruo tuo in quo mihi spem dedisti: q̄m hec me cō
solata est in humilitate mea. Non volēs inquit: q̄m ꝛ si
Adā volēs peccauerit: nolēs tm̄ eijcit̄ de loco voluptatis
ꝛ nolēs morit̄: ꝛ nolens vanitati subijcit̄: ita ꝛ filij eius.
¶ Sꝫ tm̄. [Ipsa creatura liberabit̄ a seruitute corruptio
nis] videlicꝫ q̄rēdi victū ꝛ vestitū: ꝛ alia quib⁹ sine nr̄a Seruitus.
mortalitas nō subsistit. Hec vocātur seruitus corruptio-
nis q̄m nisi per singulos dies reparetur qd natura cor
ruptilis perditū dedit: vita humana non conseruat̄. Co
medimus hodie: dormiuimus quieuim⁹. Hec ꝛ similia
cras facturi sumus: ꝛ perendie/imo ꝛ cotidie dicimus: Matth.6.
panem no. cotidianū da nobis hodie. Liberabitur igit̄
ab hac seruitute ꝛ adducetur in libertatē filiorū dei. i. an
gelorū: cū in cęlo nec nubent nec nuptui dabūt: sed erūt Matth.22.
sicut angeli dei: qui cibo corporali non egent: sed fruunt̄
ligno vitę eternę quod est in medio paradisi: afferēs fru Apoc.22.
ctus. 12. per menses singulos reddens fructū suum: ꝛ fo
lia ligni ad sanitatē gentiū. Hūc irrigat fluuius aquę vi
uę splēdid⁹ tanq̄ chrystallus procedens de throno dei ꝛ
agni. [Scimus.n. ꝙ omnis creatura ingemiscit ꝛ partu
rit vsq̄ ad huc.] Occidit.n. de⁹ ꝛ percutit/in ꝑsenti nō
parcens/vt sanet in futuro: ꝛ ideo per istas pęnalitates
ꝛ flagella peccata nr̄a hic punit: vt merita remuneret in
cęlo. Interim autē vniuersa hec mūdi machina ꝛ fabri-
ca expectat veluti optans eum diem quo iam impleto nu
mero filiorū dei/reueletur eorum gloria: qui dum onerā
tur ad huc mortali corpore fame ꝛ multis doloribus: vi-
detur ꝛ ipse mūd⁹ quodāmō particeps infęlicitatis hu
manę. Propter qd terra/aqua/aer/ꝛ ipsa corpora cęle-
stia (deniq̄ ꝛ ipsi angeli oēs sunt administratorij) nō in Heb.1.
aliud cōdita sunt q̄ vt hominū necessitatibus inseruiāt.
Proinde nec ipse mūdus liber futurus est: donec perfe
cta libertas detur filijs dei: interim fert seruitutem non xxix.
volens: quandoquidē ꝛ rebus ratione carentibus inest
natiua quedam perfectionis secūdum genus suū appeti
cio. Et ipsis.n. promittitur pro suo labore ꝑmiū cuꝫ dici-
tur: erit lux lunę sicut lux solis: ꝛ lux solis sicut lux septē Esaię.30.
dierū: in die qua alligauerit dn̄s vulnus populi sui: quā
to magis iuuentus nostra renouabitur sicut aquilę. Or- Psal.102.
nantur.n. ꝛ serui in gloriā filiorum: sicut ex opposito pe-
cora ieiunare iubētur in Jona ꝑpter peccata Niniuita Cap.3.
rum. Interim autem cęlestia corpora: nunc festina nūc
tarda: nunc retrograda nūc stantia: nūc propinqua: nunc
remota: nunc plena: nūc obscura: nunc ad orientem: nūc
ad occidentem festinantia: nunc recedentia super polos
atq̄ accedentia: ordinationi dei deseruiūt: expectātia re
ue. glorię. fi. dei. Dicamus ꝛ illud. Mare pręter apertam
ac rapidā vim ventorū atq̄ abdytos fluctuū tumores in
certis vicibus alternātes: certos statutosq̄ fluxus ac re-
fluxus habet: cū multis in locis tū cōspectus in occasu:
que res dū manifesti mot⁹ latens causa quęritur mō mi
norē philosophoꝝ in scholis q̄ fluctuū ipso ī pelago litē
mouit. Quid qd nullū aīal bellis vacat: leo lupū: lupus
canē: canis leporē insequitur. Quorūdā vero canū tam
generosa ferocia ꝛ tā nobilis fert̄ elatio: vt vrsos aprosq̄
fastidiāt inq̄ solos elephātes aut leones dignētur irrue

re. Uulpina fallatia vna ex multis audita est: Piscatores cum ad vrbē piscē deferrent: qđ estate libenter noctu faciunt: aliquādo vulpē ceu exanimē calle medio transuersam habuisse: quā arreptā decoraturi: cuꝫ supra sarcinā proiecissent: illa vbi se piscibus affatim impleisset: subito prosiluisse: mirātibus cꝫ illis: atqꝫ idignātibꝰ effugisse. Jam qui oro alij vulpiū doli: qui luporū vlulatꝰ: qđ murmur ad caulas: q̄ coruorū miluorūqꝫ circa columbariū domos/ac pullorum nidos vigilātia. Quod inter se vt perhibēt naturale atqꝫ eternū odium: alter alterius inuadit nidum: effractisqꝫ ouis: spem prolis intermit. Nam cuculo non vnusquidē alterqꝫ est hostis: oēs fere auicule illi insultant profugo semper ꝛ querulo. Quot circa diuitū thalamos acumina furū. Quis venatorꝫ aut aucupum artes aut laq̄os explicet? Aut piscatorꝫ hamos ꝛ retia? Que muscarū estiua tedia? Que murū perēnis inquietudo: que culicū lis diurna: que anguiū ranarūqꝫ cum ciconijs: que pigmeorū bella cum gruibus? Basiliscus angues ceteros sibilo territat: aduētu fugat: visu interimit. Uipera cū pariendi tempus aduenerit: fetu multiplici p̄grauāte ꝛ vnoquoqꝫ q̄ primū erūpere festinante: discerpitur. Apiū aluearia contēplare: q̄ illa concursatio: qui strepitus. Que nam nō modo bella cum proximis: sed ciuiles (vt ita dixerim) discordie ac bella domestica. Colūbarū insultꝰ in alterutrū: eamqꝫ ob causam veneri sacrū

Digressio. erat. Quātis querimonijs ad optatū fertur: vt sepe colūbā circumit sepealis rostroqꝫ persequitur suus amans. Que aranearū insidie: q̄ vigil intentio: qui retium obtētus fallatijs ac rapinis? Quid brucus oleribꝰ? Quid segetibꝰ locusta: quid messibus seu anser aduena/ seu passer idigena? Quid horreis gurgulio: atqꝫ inopi metuēs formica senecte? Quis feruor ꝛ per exigui animātis inquietudo? Et dū brume sue consulit: nostrā turbat estatē. Pestis hec non tantū agros sed arcas ꝛ thalamos ꝛ p̄optuaria depopulatur. Animal sollicitum quidē/sed improbū: raptu viuens: nullius vsus. Et magno p̄cio parua oua vendētiū gallinarū concētus in conditus/sine cares. Stultorū risus: quo inepto res ineptior nulla est vt Catullus ait. Fori turbas: strepitū: altercationes mercātium ꝛ vendentiū iuramēta. Echinus semipedalis pisciculus nauim q̄uis immēsam ventis vndis remis velis actam retinet: puppi nauis adherens. Hoc experimēto cōprobatū est. Adde sentētiarū dissonātiā: sectarū varietates de virtute inuenienda deqꝫ beatitudine. ꝛc. De cōcordia discordantiū canonū q̄re Gratianū: testimoniūqꝫ egrorū sit de medicorū cōcordia. Que conflictus rethorum atqꝫ causidicorū pugne ꝛ altercationes dialecticorꝫ? Quāta p̄terea de sacris deqꝫ vera religione deformitas. Que magrātuū inferendis legibus: nautarū in capiēdo consilio disparitas? Qui ducū in ordināda acie discordia. Que puerorū rixa cū literis/quarū radices amare sunt: adolescentiū cum voluptatibꝰ? Que affectuū collisio? Que feminis puerperij difficultas q̄ntūqꝫ discrimē? Que viris cum paupertate atqꝫ ambitione certamina? Que rixa senū cū podagra/cū cecitate/cū morte? Itaqꝫ homo nusq̄ totus nusq̄ vnus: nūc vult: nūc nō vult: amat odit: blanditur: minatur: irridet: fallit fingit: iocatur: flet/ miseretur deijcitur attollitur dubitat: errat: inchoat: desinit: fallitur: obliuiscitur: meminit: inuidet: miratur: fastidit: desperat: suspenditur mente: ꝛ nunq̄ in eodem statu permanet: deniqꝫ ingemiscit: ꝛ parturit sicut dicit apo. quod tamē feminarū est: non itē virorū. Et sicut dicit ali-

24. ca. bi Esaias/confundet sol ꝛ erubescet luna: cernentes homines qui suo fruebantur lumine: nihil dignū dei bonitate fecisse. ¶ Hinc est q̄ mens nostra sine labore igno-

Augustiꝰ. rat: cum laboris studio eruditur: coacta erigitur: libens iacet: vix eleuata: protinus relabitur: anima sursum: cor-

Tho. 1. p̄te. q. 115. ar. 8. pus deorsum tendit: factus homo sibi met ipsi grauis: ꝛ sibi met contrarius: nec raro quid eligat ignorat. Sed ꝛ angeli pugnant vnusquisqꝫ pro parte sua: sicuti legimꝰ in Daniele: princeps regni persarum restitit mihi: erat de- Dani. 10. mon s̄m Hieronymū princeps iste. Et de hoc quere ibidem: ꝛ Paulꝰ discessit a Barnaba: ꝛ Abraam a Loth: ꝛ Actu. 15. Jacob ab Esau: quin ꝛ in celo factū est preliū magnū in- Gene. 15. ter draconē ꝛ Michaelem ꝛ vtriusqꝫ exercitū: omniaqꝫ Apoc. 12. fiunt sicut Heraclitus dixit per litē ꝛ amicitiā: pugnant enim elemēta inter se/ignis contra aquam: ꝛ aer cōtra terrā: sed ꝛ q̄ ex his cōstant sicut pisces inuicē deuorāt: Habac. p. lupi in oues: cōtra lupos canes ꝛ hi similiter ab alijs ca- Ecclesi. 13. nibus infestātur: etiā dicente scriptura: oē animal diligit sibi simile. Omis itaqꝫ creatura (ꝛ filij in parētes: domestici in domesticos insurgunt) ingemiscit ꝛ parturit siue condolet ad modū parturientis simul cū ipso ho-

xxx. mine: donec libertur a seruitute presenti: quā dei precepto tolerat. Potest autem omnis creatura referri ad patres veteris testamenti: qui eandē libertatē expectabāt quā ꝛ nos. [Non solum autē illa sed ꝛ nos ipsi primitias spūs habētes: ꝛ ipsi intra nos gemimus: adoptionē filiorum dei expectātes:] ꝛ sequitur appositiue: redēptionē corporis nr̄i. Pro redēptione grece est ἀπολύτρωσιν que proprie dicitur: cū dato precio: redimūtur captiui velut a pyratis: aut in bello capti. Corporis autē dixit: pro a corpore: qđ ante corpus mortis vocauit. Igitur adoptionem quam reuera expectamus nihil aliud est q̄ liberari a corpore sed passibili. Nō solum inquit oīa elementa cum labore sua explent officia: et oīs homo pro desiderio patrie celestis semper gemitꝰ innouat: ꝛ illi qui sunt in sinu Abrae quiescentes quodā Apoc. 6. modo pro secūda stola quam nondum acceperūt gemūt: [sed ꝛ nos ipsi in quos fines seculorꝫ deuenerūt qui pri- p. Cori. 10. mi omniū primitias spūs accipere meruimus: ꝛ ceteris abundātius: q̄ñ de plenitudine christi hausimus/parti- Joan. 1. ob varias huius vite necessitates: partim ob malorū turbam q̄ infinita est/cogimur cotidie malis alienis indole- Rom. 12. scere: flere cum flentibus: flere eos quoꝫ deus est vēter: flere q̄ timemus ne reprobemur: dum alijs p̄dicamus: Philipi. 3. ꝛ flere q̄ ꝛ si nihil nobis conscij sumus: non tamē in hoc 1. Corin. 9. iustificati sumus. Et anima quidē/christi sanguine iam 1. Cori. 4. redēpta: corpus adhuc in fluctibus maris huius naufragiꝫ patitur: ꝛ quasi medio corpore emergens: reliquo in fluctibus fluctuat. ¶ Orig. Cōsidera igitur necessita- Origenes. tes corporis appetētiam cibi: digestionū putorē: posteritatis reparande verecūdiā: vt seritur soboles: vt editur: vt nutritur: ꝛ vide in his quanta vanitas habeatur: quāta corruptio: cui anima rationalis ꝛ nobilis licet non vo-

xxxi. lens/subiecta est sed tamē in spe. Merito ergo oīa pugnāt ꝛ dolent: donec fiat omniū vnus grex ꝛ vnus pastor. Sciendū autē q̄ non omnis creatura dolet. i. habet causam gemitus: oīs tamē creatura condolet nobis dolentibus: ꝛ congemiscit nobis gemētibus. Angeli autē desuper agones ꝛ certamina nr̄a spectāt: ꝛ dolent (vt ita dixerim) cum vincimur: cū autē vincimus gaudent: ꝛ multo plus q̄ nobis: inest illis gaudere cum gau. ꝛ flere cū flentibus. Dolent ꝛ apostoli donec videāt eos quos mi- Tropyce. si sunt instituere in t̄m proficere: q̄ mereantur ꝛ ipsi in filios adoptari. Unde illa vox gemētis Pauli: filioli quos Gala. 4. iteruꝫ parturio. Ergo ꝛ donec nos qui instituimur ab alijs/negligimus ꝛ moramur: ꝛ emendationis nostre tēpus longius protelamus: donec nō inuisibilia querimꝰ: sed terrenis implicamur: dolores apostolis cōmouemꝰ: ac luctū vt ita dicam vniuerse creature ꝛ gemitus suscitamus. Uniuersa nāqꝫ creatura condolet duritiei hominis: dissimulationis nostre dāna suspirās. Unde est illa Actu. 9. vox: Saule Saule quid me persequeris? ¶ Quod dicit expect. re. cor. nostri: potest ꝛ sic intelligi vt: omne corpꝰ ecclesie cuius christus est caput redimendū speret apo. Nec putat posse dari q̄ perfecta sunt singulis quibusqꝫ mēbris: nisi vniuersum corpus in vnum fuerit cōgregatū. Uel hoc modo: vt q̄ñ non solum anime sed ꝛ corpora ventura sunt ante tribunal Christi: vt referat vnusquisqꝫ

2. Cori. 5. prout gessit: timendū est ꝛ gemendū: ne forte per presentis seculi negligentias non mereatur quis redēptionem cor. sui consequi: sed inueniatur cum ista sententia q̄ corpus ꝛ animā igni gehēne tradat.

xxxij. ¶ Spe. n. salui facti sumus. Spes autem que videtur, nō est spes. Nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod non videmus speramꝰ: per pacientiam expectamus. Similiter autem spiritus adiuuat infirmitatem nostram. Nam quid oremus sicut oportet nescimus. Sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibꝰ inenarrabilibus. Qui autē scrutatur corda, scit quid desideret spiritus, quia secūdum deum postulat pro sanctis.

¶ Textus. Spe. n. salui facti sumus.] Expectamus inq̄t redēptionē: sed a deo de illa certi sumus: quasi iam salui sumus: quomō superius dixit Job: reposita est hec spes

19. ca. mea ita certissima / quasi deus de hoc cautionē dederit subscriptā nomine suo: ꝛ hanc ego habeam in sinu meo: cuius signaculum est pignus spūs scti: Ostēditur aūt in his apostoli verbis q̄ in futuris bonis nihil eorum que videntur vel videri possunt sperare debemus. Unde dicit [spes. n. q̄ videtur non est spes] hoc est nullū horꝫ que oculis cernuntur/siue celum/siue terra/siue quecūqꝫ in terra sunt nō sunt ea bona q̄ credimus nos visuros/hec enim sunt in terra morientiū / illa aūt in terra viuentiū. Propterea ꝛ corpꝰ immortale recipiemꝰ ꝛ spirituale/ vt possit bonis inuisibilibus perfrui/q̄ modo non vide-

Josue. 15. mus sed per pacientiā expectamus. E a bona p̄ducit illa terra q̄ irriguo superiori perfunditur ꝛ inferiori. Spes igitur non habetur de his q̄ corā oculis cernimus. [Nā qđ videt quis/ cur vel quomodo sperat?] Uiso enim ꝛ spes nō stant de eodem simul ꝛ semel/ꝛ ex diametro pugnāt. Igitur absentia expectamus presentia tenemus. [Si aūt qđ non videmus speramus/gemētes speramꝰ]

Spes. ꝛ sperādo gemimꝰ. ¶ Spes vt est virtus theologica habet p̄ obiecto bonū summū inquātū absens. Importat enim spes motū anime tendentē in aliquod nō habitū. Perficitur autē viator omnis in via sufficiēter per tres

xxxiij virtutes theologicas quas ponit apo. infra. Circa ipsuꝫ enim vt immediate cognoscendū in via sufficienter perficit fides: quia de deo in via non potest haberi vlterior cognitio q̄ fidei/ꝛ hoc de iure cōmuni. Circa aūt ipsum vt diligibilē in se: sufficiēter perficit charitas. Et vt appetibilē vt bonū mihi sufficienter perficit spes. Charitas igitur perficit voluntatē in quantū est affectibilis affectione iusticie/ꝛ spes perficit eam in quātū est affectibilis affectione comodi/comodi inquam quod nec ocu-

p. Cori. 2. lus vidit. ꝛc. Et ideo comodū illud summū videlicet bonū per pacientiā expectamus/ꝛ gemimꝰ. Et sicut dicit Aug. ipsa corporalis creatura euidentius apparet in nobis/ que licet ex terra facta sit atqꝫ formata/insunt tamē illi ex oībus huius corporei mundi elementis quedā particule ad temperiē valetudinis. Nam ꝛ calore membra vegetantur qui est ab igne/cuius etiā lux ab oculis emicat/ꝛ aere venarꝫ discursus quas arterias vocāt/atqꝫ spiramenta pulmonis implētur. Et ipse sanguis humido lapsu alias venas replēs/quasi riuis ꝛ fluminibꝰ per cuncta diffunditur. Ita nullum est creature genus quod non in homine possit agnosci/ac sic oīs creatura in eo congemiscit. ꝛc. Et quid mirū de creatura? [Similiter enim ꝛ spūs auxiliatur infirmitatibus nostris] siue adiuuat infirmitatē nr̄am atqꝫ admonet auxiliū suū deficientibus: quasi manū porrigens laborantibus: videns nos deficere in remigando: pro eo videlicet q̄ tot ventos ha- Marci. 6. bemus contrarios. ¶ Non parū igitur putetis q̄ omnis Daniel. 7. vobiscū condolet creatura: ne parum videatur q̄ etiam Origenes. nos ipsi gemimus pro laboribꝰ vestris: ipsi. n. nature diuine etiam erga agones nostros inest quedā miserationis affectus. [Ipse. n. spūs adiuuat infirmitatē nostrā,]

xxxiiij inter dum. n. q̄ contraria saluti nostre sunt cupimꝰ infirmitate cogēte. Sicut. n. quis in egritudine corporis positus: non ea que sanitati conducūt: sed que pr̄is deside- 2. Corin. 12. rium suggerit poscit a medico: eodem modo cōtingit nobis. Si. n. Paulꝰ nescit quid oret: intelligimꝰ quid de nobis sentiendū sit. Uide autē si possumꝰ in istis gemitibus (gemit. n. omnis creatura: gemimus ꝛ nos: gemit ꝛ. S. S. pro nobis) multū fiducie ꝛ libertatis in cōspectu dei intelligere: q̄ oratio q̄ cum dolore ꝛ gemitu offertur 4. Reg. 20. deo (qualis fuit oratio Ezechie ꝛ Manasses filij eiꝰ) accipiat fiduciam a. S. S. ascēdendi ad deū. Infirmitas autem nr̄a illa est q̄ caro contra spūm pugnat. ¶ Et cū spiri- Gala. 5. tus sit prōptus caro tamē infirma. Infirmitas ergo nr̄a ex carne descēdit: que dū cōcupiscētias suas ingerit: puritatē spūs extingit: ꝛ synceritatē eius offuscat. Sed vbi Origenes. viderit spiritus dei laborarē spūm in aduersando carni hosti domestico: porrigit manum: ꝛ adiuuat infirmitatē eius. Et velut si magister suscipiens ad rudimēta disci- Analogia. pulum/ꝛ penitus litteras ignorātem: vt eum docere possit ꝛ instituere: necesse habꝫ inclinare se ad discipuli rudimenta: ꝛ ipse prius dicere nomē littere: vt respondendo discipulus discat: ꝛ fit quodāmodo magister incipiē- Quid orādum. ti discipulo similis: ea loquens ꝛ meditans: q̄ incipiens loq̄ debeat ac meditari. Ita ꝛ. S. S. vbi oppugnari spiritū viderit a perturbationibus carnis: ꝛ nescientē q̄d orare debeat: ipse velut magister orationē p̄mittit: quā noster spiritꝰ (si tamē discipulus esse. S. S. desiderat) prosequatur. Ipse gemitus offert quibus noster spiritꝰ discat ingemiscere: vt repropitiet sibi deum. ¶ Si vero spiritus quidem doceat: ꝛ mens nostra non sequat: suo

xxxv. vitio infructuosa fit magistri doctrina. Admonēdi tamē sunt qui prosperitatē sibi presentis vite: vel sanitatē: diuitias aut honores postulant a deo: quia quid orēt (s̄m quod expedit) nesciunt. Sepe. n. fit vt ad dānū anime vel opprobriū eius sempiternū concedātur presentia hec lu- Matth. 6. cra: ꝛ dignitates seculares: ꝛ ideo illud magis in oratione tenēdū est quod dn̄s nos docuit: fiat volū. tua. Et sciēdum q̄ ex hoc loco dixit Macedonius ꝛ Arrius heretici. S. scꝫm esse creaturā. Nihil igitur aliud est spūm. S. adiuuare infir. nostrā q̄ docere nos quomodo oremus: ꝛ quid oremus: ꝛ ad quē. Unde dicit. [Nā quid oremꝰ sicut oportet nescimus: sed ipse postulare nos docet ꝛ facit gemitibꝰ inenarrabilibꝰ] qđ dicit postulat grece est (ὑπερεντυγχάνει) Quod significat quoties quis cōuenit aliquem super negotio alterius: velut si quis adeat principē cōmēdaturus causam amici. Gemitꝰ autē dicūtur inenarrabiles: q̄ñ sunt de his bonis q̄ in corda hominū nō ascenderūt: nec aures

xxxvi humane de his bonis aliquid audierunt. Uel quod ipsi motus cordis sufficiēter enarrari non possunt. Quomō autē enarrabitur: quādo desiderat quod nescitur? Charitas igitur q̄ per. S. S. facta est in nobis: ipsa gemit et orat: contra quam aures claudere non nouit q̄ dicit/peti- Luc. 11. c. te: querite: ꝛ pulsate: gemite sicut columbe in foramini- Esaie. 38. bus: attenuētur oculi vestri suspiciētes in excelsum: donec dicat ecce adsum. [Qui autē scrutatur corda: scit q̄d desideret spūs:] scit inquā affectū spūs: vel scit quid desiderare nos faciat. S. S. ¶ Scit gemitus nr̄os ꝛ si nobis inenarrabiles: ipse tamen qui eos docuit/nouit: q̄a s̄m deum postulat pro sanctis: idest docet sanctos orare pro se ipsis ꝛ pro alijs: ꝛ vt mereantur exaudiri: ipse premittit quid orent: dicēs: sic orabitis: pater noster q̄ es in celis. ꝛc. Deus igitur non tam verba nr̄a in oratione

Psal.37. q̄ cor mentēq; perpēdit. Sepe enim gemimus: nil inte
rim postulantes: deo tamen dicimus: dñe ante te omne
desideriū meū/ et gemitus meus. Hec omnia q̄ de spiri
Origenes. tu scto exposita sunt ẜm mētē Origenis/ Nicolaus dicit
Math.18. posse exponi de angelo nobis ad custodiā dato: q̄ docet
nos orare et est sollicitꝰ de salute nostra: et orationes no
Actu.10.c. stras offertante deū/ sicut orationē Cornelij et Tobie: et
semper videt faciē patris: interpellans pro nobis gemi.
in enarrabilibus. Ceterū ordinaria de. S.S. exponit.
Quod si secūdum deum orant scti: sine dubio exaudien
di sunt: et si non ad votum: saltem audient: sufficit tibi
2.Cor.12. gratia mea.

¶ Scimus autem quoniam diligētibus deum
omnia cooperantur in bonum, his qui secū
dum propositū vocati sunt sancti. Nam quos
prescivit, & p̄destinauit (conformes fieri ima
ginis filii sui, vt sit ipse primogenitus in mul
tis fratribus) quos autem predestinauit, hos
& vocauit, & quos vocauit, hos & iustificauit
quos autem iustificauit, hos & magnificauit.
Quid ergo dicemꝰ ad hec? Si deus pro nobis:
quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo
non pepercit, sed pro nobis omnibꝰ tradidit
illum. Quomodo nō etiam cum illo omnia
nobis donabit? Quis accusabit aduersus ele
ctos dei? Deus qui iustificat, quis est qui condē
net? Num christꝰ Iesus qui mortuus est, imo
qui & resurrexit, qui est ad dexteram dei, qui
etiam interpellat pro nobis?

Thom.p.p. ¶ Textus. Scimus autē q̄m diligentibus deum oīa
q.22.arti.2. cooperant in bonū: his qui ẜm propositū vocati sunt.]
23.q.4.cum Vide.1.Reg.caplo.16. Ibi: dimitte eū. Et.2. Esdre.c.13.
disq. Et de In principio. Secundum grecū textū duplex est sensus.
penit.di.2. Vel quod spūs sctūs: oīa vertat in bonū suo auxilio:
talibꝰ.et.ca his qui vocati sunt ẜm propositū dei ad fidē. Vel q̄ om
plo. Apost. nia etiam q̄ mala sunt: adiumēto sunt sanctis ad felicitatē
et cap.citi. consequendā: sicut ecōuerso etiam ea q̄ sua natura bona
sunt: impedimēto sunt iniquis ad felicitatē. Non solum
igitur hoc facit. S.S. vt doceat nos cōducibilia ex postu
lare: sed facit diligentibus se et prospera et aduersa oīa
qua eiecerat .7. demonia: et ibi donec sterilis peperit se Marci.16.
ptē. Et leuitici. plenius de hoc habet/ capite.26. Sicut p.Reg.2.
autē Isaac nō meruit vt nasceret: et vt nasceretur secūdū
diuinam ꝓmissionē: vt ex eo christus sm carnē nasceret:
sic quicūqz adoptionis gratiā percipiūt/ non est ex eo ꝙ
sunt filij israel vel Abraā secūdum carnē.

¶ Promissionis.n.verbum hoc est, secūdum
hoc tempus veniam, & erit Sare filius. Nō so
lum autem illa, sed & Rebecca ex vno cōcubi
tu habens Isaac patris nostri. Cum.n. non dū
nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut ma
li (vt secundum electionem propositū dei ma
neret non ex operibus sed ex vocante) dictum
est ei, quia maior seruiet minori, sicut scriptū
est. Iacob dilexi, Esau autē odio habui. Quid
ergo dicem⁹? Nūquid iniquitas est apud deū?
Absit. Mosi.n. dicit. Miserebor cui misertus
sum, & misericordiam prestabo, cui misere
bor. Igitur nō volentis neqz currentis, sed mi
serētis est dei. Dicit enim scriptura Pharaoni.
Quia in hoc ipsum excitaui te, vt ostēdā in te
virtutem meam, & vt anūtietur nomen meū
in vniuersa terra. Ergo cuius vult miseretur,
& quē vult indurat. Dicis itaqz mihi, quid ad
huc queritur? Voluntati.n. eius quis resistit?

¶ Text⁹. Promissionis autē verba hec sunt] Gene.18. Genesis.
sm .70. Secundū hoc tēpus .i. hoc eodē tēpore anno euo
luto veniā ad te: et erit Sare filius: vel conceptus: vel in
lucē edit⁹ qđ magis videt: in vtero.n. nescit mater quē
serū genuerit. Qđ si deus hac forma ꝓmisisset: quicūqz
nati fuerint ex te: ad hos pertinebit mea promissio: iure
sibi vindicarēt hanc gloriā quicūqz ad progeniē Abrae
pertinerēt iuxta sanguinis cognationē. Nunc autē cū an
te ꝙ Abraā aliquē haberet filium/ dictū est ei a domino
Gene.15. Suspice celū et numera stellas si potes: sic erit
semen tuū: nihil tunc de diuinis promissionib⁹ audiuit
Abraā: sed infra .17. c. Dictū est ei: ex Sara dabo tibi fi
lium: cui benedictur⁹ sum. Et infra cap.22. Magis expli
cantur he bñdictiones: q̄ vt dictū est nō ad filios carnis
sed ad promissionis filios pertinēt. Hi sunt qui sunt ve
ri Israelite: fidē patris sui morib⁹ pre se ferētes. ¶ Vide
aūt ipsius Sare mirabilē ꝓbitatē. Audierat ab Abraā Chryso.
diuinū promissum: numera stellas. etc. Videbat se steri
lem et vetulā. Ne ergo discederēt sine liberis: ingredere
inquit ad ancillam meā si quo modo vel ex ea stellas pro
filijs suscipiā. Que mulier talia viro suo cōsuleret? Vel Gene.16.
ancille cōiugali toro cederet? Sed quia ab omī affectio
ne erant alieni: et vnus scopus erat ne absqz liberis disce
derent: factā est qđ tunc licitū fuit. Q.m̄ inquit dn̄s me
conclusit ne parerem: qui ponit mari ostia et vectes: et di
cit hucusqz progredieris. etc. Sicqz dn̄s semper et vbiqz Job.38.
iubet naturā qđ suū est operari: et eius suspendit opera
tionem cum vult. Scio quia ego in causa sum ꝙ non ha
beas filios: nolo te priuare solatio tuo. Et fortasse suspi
cabatur Sara: sterilitatē illam non a se solā esse: sed etiā Chryso.
ex patriarcha: ideo volens eū re ipsa certis coniecturis
edocere: ancille cessit: et veritas patuit: videlicz ꝙ Sara
sola esset in causa eo ꝙ esset et ānosa et sterilis. [Nō solū

autē illa] videlicet Sara filiū ex promissione suscepit et
Gene.21. lactauit: nō sine matris et vicinarū feminarū multo et mi
rabili risu: [sed et Rebecca ex vno conceperat patre
nostro Isaac. Grece sic est. ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα)
idest ex vno ꝯcubitū habēs.
hoc est ex vno Isaac patre nr̄o cōcubitū habēs .i. erat ha
bēs. Concubitū autem habēs: vel cubile habēs verecū
de dixit: pro eo quod est concepit. Sane grece κοίτης
xj. cubile significat nō concubitū. Nec potest legi κοίτης,
ex vno cōcubitu: quoniā ἑνὸς est hic generis masculini:
κοίτης vo generis femi nini. [Est aūt grece h̄ mō.
ἀλλὰ καὶ Ῥεβέκκα ἐξ ἑνὸς κοίτην ἔχουσα Ἰσαὰκ
τοῦ πατρὸς ἡμῶν,) quod ad litterā sic sonat. Sed et
Rebecca ex vno cubile habens
Isaac patre nr̄o. Duo igitur fratres nati sunt ex vno pa
tre vnaqz matre: vno die nati: vno die concepti: non autē
refert quoto coitu concepti sint/ qđ videt textus noster
sonare/ et patet. [Jungat autē sic textus cū sequētibus.
Non solū autē Sara: sed et Rebecca cū grauida esset ex
vno eoqz patre nr̄o Isaac (nondū.n. natis pueris cū nec
boni quippiā fecissent nec mali: vt sm electionē propo
Gene.25. sitū dei maneret: non ex operibus sed ex vocāte) dictum
est illi: maior seruiet minori.] Promissio igit facta Sa
re ostendit ꝙ caro non prodest quicquā .i. carnalis parē
tela: hec autē facta Rebecce ostendit ꝙ nec parentū me
rita/ nec filiorū/ sed gratia sola eligit: et ex gratia eligunt:
quicūqz sunt filij promissionis. Non.n. bonū fecerūt vel
malū pueri intra materna viscera: q̄uis et ibi collidebā
tur et recalcitrabāt: et ferebātur ad modū nauis. Nullus
enim huc vsqz dixit Jacob sanctificatū fuisse in vtero: et
acceleratū fuisse in eo rationis vsum p gratiā infusam/
sicut legimus de baptista Joāne et Hieremia: saltem de
gratie infusione. Quid sit autē dei propositū: ex precedē
ti capite patet. Ex grā igit dei vocantis predestinatos:
iustificātis vocatos: factum est ꝙ maior seruiat minori.
Quod sm litterā non est verū. Vide Gene.33.c. Nisi ꝙ
2.Reg.8. Dauid Rex fecit sibi tributariā Idumeā .i. descēdētes
ab Esau: cū Dauid esset ex linea Jacob. Maior tamē ser
xij. uiens minori/ est gens iudeorum primogenita/ q̄ modo ser
uit minori .i. christiano populo: qui ad fidē et cultū vnius
dei erat minor natu. Seniore.n. filio existente domi cū
patre: iunior discessit: et cōsumpta substātia: adhesit vni
Luc. ciuiū. etc. Que habes Luc.15.c. ¶ De hoc dicetur ad Ga
la. Cap.4. Scriptū est autē in Malachia .1.c. Dilexi vos
Malachi. dicit dn̄s: et dixistis. In quo dilexisti nos? Ea inquit te
meritate qua peccatis: respōdetis: obliti beneficiorum
meorū: in quo nos dilexisti? At cetera inquit taceā: et ꝙ
Thom.p.p. nuper de captiuitate Babylonica venistis: incunabula
q.23.arti.3. vr̄a tractabo. Ante ꝙ nasceremini: imo priusquā Rebec
de Jacob ca Esau et Jacob vtero suo funderet: in Jacob vos dile
Esau. xi: in Esau Idumeos odio habui. Secundū autē ꝙ dicit
Hierony⁹. Hiero. dilectio et odiū dei vel ex p̄scientia nascit futuro
rum vel ex operibus: alioqui noluimus ꝙ deus oīa di
Sap.11.c. ligat: nec quicqꝫ oderit eorum q̄ creauit: sed proprie eos
sue vindicet charitati: q̄ vitiorū hostes sunt et rebelles.
Econtrario autem illos odit qui a deo destructa cupiūt
3.Reg.16. reedificare: sicut qui reedificauit Hiericho/ quā inaudi
to miraculo expugnarat dn̄s. ¶ Dicit autem deus odire
ἀνθρωποπαθῶς, sicut dolere et ridere et multa huiusmo
di. Vter⁹ autē Rebecce ecclesia est vel
Figura. arca Noe: in qua est Esau et Jacob: Columba et Coru⁹: bo
ni et mali. Seruit autē numer⁹ malorū maior/ minori: nō
obsequēdo sed persequēdo: sic tn̄ coronas fabricāt mar
tyrib⁹: sicut malleus auro: lima ferro: mola frumēto: vē
xiij. tus aree vt separetur triticū a palea: et ignis ꝯsolidat va
sa/ q̄ postqꝫ ignem sustinuerint: secure per aquā trāseūt:
trāseūt.n. ad refrigeriū. Cum igitur dixisset apo. ex vno
Psal.65. patre et matre/ et eodem die cōceptos: fusosqz eadē hora

geminos: nullū locū reliquit vel illis qui de natalib⁹ na
scentiū: mores et euentus coniectant. Quod si dicant in Augusti⁹.
ictu pūcti constellationē permutari: tunc tot erunt facta
nascētis quot morule: magna est.n. mora natiuitatis cō
muniter. etc. Si igitur deus qui solus est bon⁹: qui om
nia diligit q̄ fecit: cui⁹ volūtas inobliquabilis/ vult om
nes saluos fieri: et tamē nunc dicit nullis p̄cedentib⁹ me p.Timo.2.
ritis vel de meritis: hunc Jacob dilexi: et hūc Esau odio Questio.
habui: vel nō oīa diligit: vel personas hominū accipit:
vel iniquitas est apud eum. Primū patet ꝙ videlicz nō
omnia diligat: nā Esau non diligit: imo et odit. Secūdū
patet: nam Jacob sine merito aliquo dilexit: cū eodē mo
do debuerat dilexisse Esau. Tertiū patet: ꝙ sine aliquo
de merito odit suam creaturā: quā ad imaginē suam cō
didit: odit.n. Esau. Quod si psonas respicere placet: parē
tes iusti vterqꝫ: et aui itē. Si ipsos fratres/ vterini sunt:
vtriqꝫ in peccatis concepti et nati: merita nulla sunt: vel
vterqꝫ est reprobādus vel vterqꝫ amplectēdus. Quid di
cem⁹? Absit inquit absit: aterūqꝫ absit ꝙ de⁹ nō oīa dili
gat: oīa.n. diligit. Absit et ꝙ deus sit psonarum acceptor: me
rita.n. respicit non personas: nec est iniqtas apud deū:
sed sunt vie eius inuestigabiles: et miserationes eius Psal.144.
super omnia opera eius. Mosi.n. dicit. [Miserebor cui
misertus sum.] Miserebor vocādo: cui misert⁹ sum pre
sciendo: et predestinādo. Et misericordiā prestabo: glori Exo.33.
ficādo et magnificādo: cuius miserebor iustificādo. Sciē
dum ꝙ ab eo loco videlicet: nunquid iniquitas est apud
deū vsqꝫ ibi: o homo tu quis es: non ex psona apostoli di Thom.p.p.
cūtur: sed ex persona eius quā Paulus fingēs introdu q.23.arti.5.
cit: vt cōtra dicat his que dicta sunt de electione Jacob
deqꝫ odio Esau ante ꝙ quicquā boni vel mali egissent: xiiij.
quasi per hoc deus videretur iniquus aut personarum
acceptor. etc. Multo tamen melius esset simpliciter im
peritiam nostram confiteri: et inter cetera que nescim⁹ Hierony⁹.
etiam huius loci obscuritatē refugere: ꝙ dum volumus
dei probare iusticiā: Pythagore et Platonis introduce
re dogma peruersum: vt dicamus animas lapsas de celo
esse: et pro diuersitate meritorū in his vel in illis corpori
bus: penas antiquorū luere peccatorum. Non est.n. iniqui
tas apud deū qui Jacob dilexit: Esau odio habuit. Hie
ronym⁹. [Sic ergo primū est textus ordinandus. Dicit
opponēs. Nūquid iniquitas est apud deū?] qui Jacob De penitē
elegit: Esau odio habuit? [Respōdit apo. Absit. Oppo tia dis.1.2.
nens dicit. Nōne Mosi dixit deus: Miserebor cui mise si enim.
rebor. etc. Respondet autē apo. sic scriptū est: sed absit vt
ex eo id consequat quod tu infers: videlicet igitur non Thom.3.p.
volentis neqꝫ currētis (attamē velle et currere nr̄i arbi q.p.ad.5.
trij est) sed miserētis est dei: quia deus volētes adiuuat
et currētes incitat. Opponēs. Scriptū est in Exodo de
Pharaone: quia in hoc ipsum excitaui te: vt ostēdā in te
virtutē meā: et anūtietur nomē meū in vniuersa terra: ex Exo.9.d.
quo sequitur manifeste ꝙ cuius vult deus miseretur si
cut de Jacob dixisti: et quē vult indurat: sicut hic de pha
raone dicitur. Respōdet apo. Absit. Deus oīm miseret:
nullū indurat. Iterū opponēs infert. Quid igit adhuc
deus de nobis cōquerit aut incusat: si ipse quos vult ad
virtutē propellit: et quorū vult corda indurat quasi lapi
des? Absit: vt de⁹ peccatorē inmeritū dānet: qui reddi Matth.16.
tur⁹ est vnicuiqꝫ sm opera sua. Tm̄.n. abest vt deus cor Psal.94.
da nr̄a obduret (nolite inqt obdurare corda vr̄a) vt dicat Heb.3.
per ꝓphetā: auferā cor lapideū de corde vr̄o et dabo vo Ezech.36.
bis cor carneū. etc. Vn̄ infert apo. sic opponēti et querēti
(vt dicit) ansam et occasionē captāti/ vnde liberū neget
arbitriū: et facinora oīa in bonorū omiū datorē retorqat
quinimo O homo caro et non spūs: tu q̄s es: qui respon
deas deo? Hucusqꝫ ordo littere. ¶ Hec igit et his simi
lia cōmouēti: atqꝫ in sanctissimi dei cubiculū proteruius
sese et importunius ingerenti: cū increpatione dignissi
me exclamationis occurrit et dicit.

¶Homo tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmētum ei qui se finxit, quid me fecisti sic? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere aliud quidē vas in honorem, aliud vero in contumeliam? Quod si deus volens ostendere iram, & notam facere potentiam suam, sustinuit in multa pacientia vasa ire aptata in interitū, vt ostēderet diuitias glorię suę i vasa misericordię, que pręparauit in gloriam, quos & vocauit non solum ex iudeis, sed etiam ex gentibus: sicut in Oseę dicit: vocabo non plebem meam, plebem meam & non dilectam dilectam, & non misericordiam consequutam, misericordiā consequutam. Et erit in loco vbi dictū est eis, nō plebs mea vos, ibi vocabuntur filii dei viui.

xv.
Hierony⁹.
Prouerb.

¶O homo tu quis es qui te in aulā regis immergis: & interioris cubiculi ausus es secreta penetrare? Idcirco & nos in his positi locis abditissimis: suspenso pede tanꝙ in aula regia positi: pauca sermone: plura silentio transeamus: Paulo verbi duce & magistro. Illud igitur sine dubio cōtradictio ista molitur ꝙ in homine nō sit libertas arbitrij vt prędictū est: nec habeat vnusquisqꝫ potestatem sui/vt saluetur aut pereat. Exponamus ergo oīa per ordinem. Nunquid iniquitas est apud deum? ¶Sit igitur hoc fixum atqꝫ immobile in mente sobria & fideli: ꝙ nulla est iniquitas apud deum: atqꝫ ita tenacissime firmissimeqꝫ credatur id ipsum: quod deus cuius vult misereri et quem vult indurare dicitur (modo infra exponēdo) esse alicui⁹ occultę atqꝫ ab humano modulo ininuestigabilis ęquitatis: q̄ in ipsis reb⁹ humanis terrenisqꝫ contractibus animaduertēda est: in quibus nisi supernę iusticię quedam impręssa vestigia teneremus: nequaꝙ in ipsum cubile secretissimū spiritualium pręceptorū nostrę infirmitatis suspiraret intentio. Quapropter cum dādo & accipiendo/inter se hominū societas connectatur: dent autē & accipiant debita vel non debita: quis non videat iniquitatis neminē argui posse: qui qd sibi debetur exigat: nec eum certe qui quod sibi debet donare voluerit? Hoc autē non est in eorū qui debitores sunt: sed in eius cui debetur arbitrio. Sunt igitur oēs homines sicut apo. dicit vna massa peccati: suppliciū debēs diuinę summeqꝫ iusticię: quod siue exigatur: siue donetur: nulla est iniquitas. A quibus autē exigendum & quibus donandum sit superbi iudicant debitores: quēadmodū conducti ad vineam iniustę indignati sunt cōtra vltimos: eo ꝙ omnes eundē denariū acciperent. Sed hi murmurātes quid aliud audierūt ꝙ/volo? Ita quippe erga alios fuit largus: vt erga priores nulla esset iniquitas. Isti tamen vtrique in bonis sunt: quia vtrique saluātur: licet alij quasi ex debito: alij ex misericordia pa. familias. Tamē quātū ad iusticiam spectat & gratiā: potest & de reo qui liberatur dici: volo: & de reo qui dānatur dici: tolle quod tuum est & vade. An nō licet mihi facere quod volo? Hic si ille qui dānatur sicut Esau/dicat: cur & nō mihi? Merito audiet [o homo tu quis es?] Qui respōdes tā impudēter deo: quē certe in vno vestrum benignissimū largitorē: in altero exactorē iustissimū: in nullo tamē cernis iniustū. Non reprehēditur ꝙ respondet: sed ꝙ impudenter respondet & impie: & nimis audacter. Cum. n. iustus esset etiam si vtrūqꝫ puniret: qui liberatur habet vnde grās agat: qui dānatur: non habet quid reprehēdat. ¶Sed si iam inquit hoc oportebat vt dānatis nō omnibus: quid omnibus deberetur ostenderet: atqꝫ ita gratius suā gratiam in vasis misericordię ostenderet & cōmendaret: cur

Thom. p. p. q. 23. ar. 5.
Augustin⁹.
Simile.
Ephe. 2.
Matth. 20.
xvi.

multiplicant qui pereunt super eos qui salui fiunt: sicut superat vnda maris immensi riuulum q̄ cito exaret: vel cur potius in eadem causa me potius ꝙ illum puniet vel ecōuerso? Hic nō dico si querīs quare: qr fateor me ignorare & nescire qd dicā: quoniā sicut in hac re magna est misericordia eius: sic iusta ira ei⁹: sic inscrutabilia iudicia eius. Ex duobus itaqꝫ paruulis originali peccato cōstrictis: cur iste summat: ille relinquatur: et ex duobus ętāte iam grandibus impijs: cur hic ita vocatur vt vocātem sequatur: ille autē aut non vocatur: aut nō ita vocetur vt vocantē sequatur: & ex duobus pijs cur vni datur perseuerātia vsqꝫ in finē: alteri vero non donatur: inscrutabilia sunt iu. eius. Illud est certissimū illum esse ex prędestinatis: hunc non. ¶Est autem prędestinatio pręparatio beneficiorū dei quib⁹ liberatur quicūqꝫ liberatur. Ceteri autē vbi nisi in massa perditionis diuino iuditio relinquuntur: Vbi Tirij relicti sunt & Sidonij: qui etiā credere potuerūt Matth. 11. c. si mira illa signa christi vidissent. Sed quia vt crederent non erat eis datū: etiā vnde crederēt est negatū. Ex q̄ apparet habere quosdā in ipso ingenio diuinū naturaliter mun⁹ intelligentię quo moueātur ad fidem: si congrua suis mētibus vel audiāt verba vel signa cōspiciāt: & tamē si dei iuditio a perditionis massa nō sunt gratię pdestinatione discreti: nec ipsa eis adhibentur vel verba vel signa per que possent credere: si talia audirēt vel viderent. Non potuerūt iudei credere: sed causam nō tacuit euāgelista: quoniā excęcauit dñs oculos eorum ne viderent & intelligerent. & conuerterētur & sanarētur. Cur autē alij trahūtur a patre: alij relinquūtur in stercore suo: in quo cōputruerūt quis cognouit mentē dñi? ¶Fuit quidam in quoddā monasterio q̄ corripientibus eum fratribus cur quedā nō facienda faceret & per oppositū: respondebat. Qualiscūqꝫ nunc sum vel sim: talis ero qualem me deus futurū esse pręsciuit: qui profecto & verum dicebat: & hoc vero non proficiebat in bonū: sed vsqꝫ a deo profecit in malum: vt deserto monasterio: fieret canis reuersus ad vomitum: & tamē adhuc qualis futur⁹ est: soli deo notum est. Igitur non est iniquitas apud deum. Sequitur illud de Mose: miserebor cui misertus sum. Hec sentētia similis est illi nisi dñs ędificauerit domū. &c. In hoc. n. ostenditur non ꝙ ędificans nihil agat: & ociosus sit: & ita eam ędificet dominus: sed ipse quidem quātum est in homine vim sollicitudinis & laboris expēdat: sic ꝙ obstaculis oīb⁹ amotis: opus veniat ad perfectū. Cum ergo per hec doceat ꝙ homo quidem laborem impēdat & sollicitudinē: deus autē successum operi tribuat & effectum: quomodo dicit apo. Ego plantaui: Apollo rigauit: deus incrementū dedit: pium & religiosum est ideo & bonū quod in se est operis summā deo magis ꝙ homini imputare: non ꝙ nihil agat qui ędificat aut plātat aut currit. Sed nisi dñs viā pręostēdat: extra chorū vt dicitur saltas: vel extra viam toto cęlo erras: & nisi dñs pręstet perseuerantiā: ne vn⁹ quidē accipiet brauiū. Vides quomodo q̄ currit aliqd facit: & qui vult: volentes. n. deus coronat nullum aūt inuitū. Sicut autē dicitur nō volentis neqꝫ currentis sed miserētis dei est: quod non est verū: ita nec est verū: nō miserentis est dei sed volentis ac currētis. Vtrumqꝫ igitur est necessariū & voluntas q̄ velle velit: & misericordia dei q̄ voluntatem pręueniat vt velit: volentē subsequatur ne frustra velit. ¶Ad illud de pharaone. Certū est deū non solum scire vnius cuiusqꝫ propositū ac voluntatem/ sed pręscire. Sciens autē & pręnoscens tanꝙ bonus dispensator & iustus: vniuscuiusqꝫ motib⁹ & proposito vtitur ad ea opera perficienda q̄ cuiusqꝫ animus ac volūtas eligit: veluti si verbigratia dicam⁹: paterfamilias si quis sapiens sit & iustus & habens multa seruitia: non ne quanta fieri sagacitate poterit: contēplabitur quorū ex his animus aptus sit ad rus colendum: & ipsos ruri deputabit:

Questio.
xvij.
Matth.
Esai. 6.
Joan. 6.
Exemplū.
2. pet. 2.
Psalm. 126.
xviij.
Origenes.
1. Corin. 3.
Prouerb.
Origenes.

xix.

cuius ad negocia vel ad pecora nutriendū: cuius vero ad ministerium & obseruādi cubiculi sui aptum probat ingenium: & ita vnūquēqꝫ cōpetētibus officijs vt pote sapiens mācipabit: Verū quia nō latet hūc regē ꝙ necesse sit interdum rebellare subiectos: & disciplinę iura corrūpere: & ob hoc correctiōe & verberib⁹ indigere: necesse est vt eligat ex oīb⁹ ad hoc ingenia: si qua illa sunt atrocius incitata: que suis quidē moribus ferātur: emēdationē tamē delinquētibus necessariā cōferāt. Ponam⁹ ergo vel patrē familias istum vel regem vidisse tēpus quo emēdari debuissent hi qui contra mores ac disciplinā multa cōmiserunt: & elegisse durissimū aliquē: & his ipsis qui corrigēdi sunt multo duriorē: qui pro sceleribus suis iam nō sit dignus emēdatione sed morte. Volens ergo interitū ei⁹ ad emēdationē proficere ceterorū: mittens eum ad illos qui morte eius corrigi cupit: dicit ei. Qr ad hoc ipsum te excitaui: currētē alias vt dicitur: vt qui malus eras quasi sopitus: per signa mea excitarē in maliciā tuā vt deterior fias. Vide enī qr nō dixit: ad hoc ipsum te feci aut creaui: alioqui ad cōditorē videret referri culpa: sed excitaui: hoc est vt per animi tui malitiā quā tibi in frunite & sine timore dei viuendo/acquisisti: & in alios irrogetur vtilis & fructuosa correctio: & in te ipsum ad posteritatis exemplū famosissim⁹ cōferat interitus. Sic legim⁹ in Esaia: ve Assur virga furoris mei. Et infra. Ponam circulum in naribus tuis. Hoc etiā genere antiqui medici in hominibus morte dignis vel mortis sententiā iam expertis requirebāt quomodo pdessent viuis: visceribus vz eorū patefactis: vt inde cognoscerēt ęgritudinis radices: sicqꝫ pęna morientis proficiebat ad salutē viuentiū: lauat enim iustus nō raro manus suas in sanguine peccatoris: quādoquidē & peccatores eas lauerūt in sanguine iusti dicētes sanguinis eius super nos. Porro pilat⁹ inter nocētes eas lauit &c. ¶De pharaonis obduratiōe dicimus (induratus est: sicut cōgelascit aqua per absentiā solis.) Noluit deus subitā & plenā dare in eum vindictā. Quāuis enim esset cōsummatę malitię: tamen per patiētiam suā nec ipsi facultatē cōuersionis excluserat: & ideo primū lenioribus: tum etiā paulatim ingrauescētib⁹ in eum verberibus vtebatur. Sed qd deus gerebat per patiētiam: ex hoc ille indurabat ad cōtemptū: maiorē sibi ipsi iram recōdēs: ita vt merito ei dicatur: an diuitias bonitatis ei⁹ contēnis? Deus est prior in amādo: mīa eius pręue. me: & vltimus in deferēdo. Vide. Esaię. 59. in principio. Nō ergo quē vult deus indurat: se qui patiēter obtēperare noluerit: induratur. Superfluū est ergo qd dicis: volūtati eius quis resistet? Hoc vtiqꝫ verū est: sed volūtas dei nisi iusta & rectissima esse nō potest. Vt enim boni aut mali simus nostrę volūtatis est: mal⁹ aūt ad cuiusmodi vbera & bonus ad cuiusmodi gl'iā destinet volūtatis est dei. Frequēter enī benigniores dñi demū ad eos seruos qui p multam patientiā & mansuetudinē dominorū insolentiores improbioresqꝫ fiūt/dicere solēt: ego te talem feci: ego te perdidi: mea patiētia te pessimū fecit: ego tibi causa huius tam durę & pessimę insolētię existo: qui te nō statim per singulas culpas punio pro merito delictorū: visitans in virga iniquitates tuas. Ie arcens autē nobis de⁹: errare nos facit de via sua: q̄ nō statim reuocat auersos: indurasti inqt cor nr̄m ne timerem⁹ te. Esaię. 63. Sicut equ⁹ si nō assidui sessoris patitur calcem: & frenis ora ferratis obterūtur: indurescit & recalcitrat. ¶Vnde dictū est: ponā frenū in maxillis tuis: & iterū laude mea infrenabo te ne pereas. Sic puerilitas si nulla plagę assiduitate curuetur: insolētē simul & ad vitia pręcipitē iuuenē reddit. Videamus deniqꝫ quomodo vno eodēqꝫ tēpore: & alteri⁹ quidē miseret & alterū indurat: non agens vt induretur qui induratur: sed dum ipse benignitate sua vtitur: his quidē qui eius patientiā ad contēptū ducunt: induratur cor: dum nō cito cōtra impios sentētia profertur: hi vero

Origenes.
Idcirco posui te: vt ostēdā in te fortitudinē meā.
Exodi. 9. c.
Esaię. 10. & 37. ca.
Psal. 57.
Matt. 27.
Distin. 45. de Judęis.
Roma. 2.
Esaię. 59.
Origenes.
xx.
Esaię. 37.
Esaię. 45.
Ecclesi. 8.

qui patiētiam eius ad occasionē pęnitētię accipiūt: mīam cōsequūtur. Dicit apl's ad Hebre. 6. ¶Terra que bibit frequēter super se venientē imbrem &c. Ecce vno eodēqꝫ dei opere quo pluuiā terrę largitur: alia quidē terra diligenter exculta fructus optimos affert. 100. 60. 30. Terra vero q̄ negligēter exculta est/spinas profert. Dicet quis. Ergo pluuia est i causa ꝙ bona terra fruct⁹ ptulit: & ego sum in causa ꝙ altera terra spinas protulit. Verū est quidem hoc: sed tamē & fructus & spinas pluuia produxit in terra. Culpa tñ nō ad pluuiā sed ad illos qui terrā suā nō excoluerūt reflectitur: qui cū possent frequēti aratro terrā scindere & oēs inutiles radices noxij germinis amputare: cultaqꝫ noualia vēturis imbrib⁹ pręparare: hoc quidē neglexerūt: desidię autē aptissimos fructus spinas messuerunt. Sic ergo accipiamus ꝙ ea signa virtutis que a deo fiebāt: imbres quidē erāt: & a deo de sup ministrati: propositū vero hominū & volūtates terra accipiēda est culta: vel in culta: vnius q̄dē naturę vt pote oīs terra cum terra: nō tamē vnius eiusdēqꝫ culturę. Ex quo fit vt cuiusqꝫ propositū vel induretur mirabilibus dei: si incultum est ferūqꝫ ac barbarū: & semetipso superbi⁹ ac spinosius fiat: aut mitescat ampli⁹: ac tota mēte se in obediētiam tradat: si purgatū a vitijs & excultū fuerit. Sequitur. [Quid adhuc cōqueritur deus] de nobis: si nō implem⁹ qd iubet: apponat ipse gratiā sicut dicit Aug. & sic iubeat quicqd voluerit. ¶Ad hoc Hierony. Qui dixerit deū impossibile aliquid pręcepisse: anathema sit. Sol oībus ęque lucet: si autē tu oculos claudis: merito cōqueritur deus de te/ꝙ ambulans in tenebris: nihil potes facere eorū que pręcepit deus. Aperis tu manū tuā: & imples omne aīal benedictione: qui vero nō impletur: est qr nō accessit vt illuminaretur. Sed quādiu te/o homo delirātem & ferre insanientem tolerabo? Tu quis es qui tot argumentis hinc inde cōgestis: & male expositis sacrę scripturę locis niteris ostēdere non esse in potestate hoīs vt saluus fiat: cū scriptū sit: apposui tibi ignem & aquā: vitā & mortem: elige vitā vt viuas? [Quis iquā es tu q̄ respōdeas deo?] Imo ex eo ꝙ respōdes & calūniā facis: & de scripturis tāta perquiris vt cōtra deū loquaris: & iusticiam volūtatis ei⁹ accusas: ostēdis te liberi esse arbitrij: & facere qd vis: & tacere vel loqui. Si enī in similitudinē vasis fictilis te a deo creatū putas: & illi⁹ nō posse resistere volūtati: hoc perpēde quia vas fictile nō dicit figulo quare me fecisti. [Si figul⁹ habet potestatē de eodē luto facere vas aliud in honorē aliud in cōtumeliā.] ita & multo magis deus. Ipse enī ęquali cūctos sorte generauit: & dedit vnicuiqꝫ arbitrij potestatē/facere qd voluerit siue bonū siue malū. In tantū autē dedit: vt vox impia disputet cōtra creatorem suū: & causas volūtatis ei⁹ perscrutet. Non est accusanda bonitas dei/ꝙ patiētia sua indurauit cor pharaonis & multo tempore pęnas distulit israel: vt diluuiū ante annos. 120. prędictū: post. 100m. annos induceret: vt iusti⁹ condēnaret quos tanto tempore sustinuerat: sed magis eorum duritia qui bonitate dei abusi sunt sicut dicit Job. ¶Alioqui vnus est solis calor: & secūdū essentias subiacētes alia indurat: alia soluit: alia cōstringit: alia arefacit: alia producit. Sic bonitas dei populū israel indurat per beneficia collata: vt fiant vasa ire apta in interitū: gentes autē saluat: sed nō absqꝫ iudicij veritate: sed causis pręcedentibus. Qui enī christū receperūt: acceperūt potestatem filij dei fieri: qui vero extra vineā eiectum crucifixerunt: dati sunt in reprobū sensum: donec auferatur velamen de corde eorū. Illud ergo satis fuerit nobis credere deū cum sit oīpotens: posse quicquid vult: sed eundē cum sit optimus: non velle nisi qd optimū est. Respōdere ergo deo non posse conuincitur quisquis hō vocatur: quia per hoc ꝙ d̄ humo sumpt⁹ est: diuina iuditia discutere dign⁹ nō est: nec etiā si angelus esset. [Quis enim nouit mētem dei?] Dei facta venerāda sunt: discutiēda nō sunt: iniusta

xxi.
Analogia.
Augustin⁹.
Hierony.
Psal. 144.
xxij.
Eccle. 15.
xxiij.
Capite. 24.
Solis natura.
Joā. pmo
Matth. 21.
Gregorius.
Esaię. 40.

Gregorius. enim esse nō possunt. Qui eni benigne qd nō erat fecit:
qd fecit: iniuste non deserit. Si enim asina Balaā dice-
ret deo/quare me fecisti asinam ⁊ nō hominē: quid audi-
Nũeri.22. tura erat ⁊ merito: nisi quis es tu/o irrationabile pecus
Hierony. vt questionē moueas deo? ¶ De hoc ita cōcludit Hiero-
nymus. Legi in cuiusdā cōmentatorijs super illud: nun-
quid iniquitas est apud deū: sic respōdisse aplʒ: vt magis
implicauerit ꝙ soluerit questionē. Ad oīa enim que pro-
posuerat/⁊ implicauerat/⁊ replicauerat aduersariꝰ: vno
verbo respōdet apls dicens/o homo ⁊c. Tu quis es qui
questionē audes facere deo: ⁊ fragile atqȝ testaceum vas
audes rebellare ꝯtra figulū tuū. (Vide Hiere.18.) eterno
igitur silentio cōticesce: ⁊ scito fragilitatē tuā: ⁊ deo ne
moueas questionē: qui fecit qd voluit iustus ⁊ clemens.
[Qd si deus volens.] Sciēdum ꝙ ad hāc orationis par-
tem nihil sequit qd respōdeat. Necesse est ergo vt ad su-
periora referatur: quasi iungamꝰ textū sic. [O homo tu
quis es q̄ respōdeas deo: si deꝰ (:alias siqͥdē deus) volēs
ostēdere iram suā: ⁊ notam facere potentiā suā: sustinuit
in multa patientia vasa irę aptata in interitū: vt ostēde-
Ordo litte- ret miam suā in vasa mię que pręparauit in gloriā:] Et
rę. est sensus. Nō debet culpari bonorū omniū largitor deꝰ:
xxiiij. si n͞ris malis bene vtitur: qd maxime est in eo bonitatis
argumētum ꝙ aliena mala vertat in bonū. Qui oīa fecit
bona ⁊ bona valde: non fecit nos vasa immūda: imo sicut
18.cap. scriptū est: sicut placuit ī oculis suis reparauit vasa que
cōfracta fuerāt super rotā/sicut dixit Hieremias. Si aūt
tu tuis demeritis fias vas pditū ⁊ cōtumelię: huiusmo-
di vasis alias inutilibus deus vtitur ad cōmodū iustorū
Supra.8.c. quibus oīa cooperātur in bonū. Nullū enim deus vel an-
gelorū vel hominū crearet quem malū esse pręsciret: nisi
pariter nosset eos quibꝰ bonorū vsibus comodaret. Ce-
terum illud videt mirabile ꝙ quibusdā deus gratiā nō
apponit: cū alijs eam cōfert quasi coactis. ¶ Vasa quidē
irę in multa patiētia sustinet deus quādiu nō implēt mē-
suram peccatorū suorū: qua impleta: iubētur hoīes dilu-
Gene.6.19. uio perire: Sodomitę incēdio: Amorrei exterminari de
⁊ Exo.17. terra: ⁊ memoria Amalech de sub cęlo. In his igitur qui
excedūt mēsuras mię dei/ostēdit deus iram suā: ⁊ notam
facit potentiā suam. Quāto enim diutius expectantur ⁊
sustinētur: tāto magis inexcusabiles sunt. Sed si in vasis
irę aptis in interitū ostēdit deus potentiā vindicādo: ⁊
patientiā diu tolerādo: in vasis mię electis: que ⁊ prępa-
rauit in gloriā suam: quid putas ostendit deus? diuitias
Psal.62. inquit glorię. i. quā diues ⁊ quā copiosa est mīa eius: de
qua dicitur: melior est mīa tua super vitas. Hec autē ele-
ctissima vasa nō solū sunt ex vocatis ⁊ iustificatis iudęis
quales fuerūt apli ⁊ Paulus vas electionis: sed etiā ex
Prouer.13. gentibus. Qd autē nō solum ex iudęis sed ⁊ ex gētibus
xxv. ecclesia congreganda esset. i. vasa mię: per Osee testatur
dn̄s dicens. [Vocabo nō plebem meā: plebem meā: ⁊ nō
dilectā meam/dilectā meā: ⁊ nō mīam cōsequutā: miseri-
cordiam cōsequutā. Et sciendū propter multa que dicta
sunt vel dicētur: ꝙ Osee nō accepit aliquā vxorē fornica-
riam ad litteram: sicut nec Hieremias potuit transire ad
Hiere.13. Assyrios vt ascōderet lūbare: qr ipse erat in ciuitate cō-
clusus que ⁊ erat obsessa: ⁊ via erat longissima: sicut nec
4.capite. Ezechiel potuit dormire ad litterā super vno latere.520.
diebus. Sed ⁊ cū Abraā iussus est accipere vaccā trien-
nē: in visione factū est. Hec sentētia Hieronymi est Osee
capite.1. Ubi ⁊ videre poteris quomodo captiuitas.10.
tribuū nunꝙ soluetur: nisi intrāte plenitudine gētiū: di-
cente dn̄o vnū verbū: voca nomē eius absqȝ mīa: qr nō ad-
dā vltra misereri israel: sed obliuione obliuiscar eorū. Et
sequitur de duabꝰ tribubꝰ. Et domui iuda miserebor: ⁊
saluabo eos in deo suo: qm̄ impęnitibilia sunt dona dei
que iurauit daturū se Abrahę. De hac vocatione dictū est
cap. pręcedenti. Ecclesia aūt nō solū vocatur in scriptu-
Deut.32.c. ris nō plebs sicut ibi: ego irritabo eos in eo qui nō est po
pulus: sed vocatur ibidē gens stulta: alibi vocatur deser- Regia saba
ta: inuia: solitudo: sterilis: vidua: Hierusalē que est sursum: Esaię.35.
Sara: filiꝰ adolescēs qui substātiā dissipauit. Emorrhoys- ⁊.54.
sa patiens sanguinis fluxū. Hic aūt nō populus: nō enim Luce.15.
acceperat legē a deo. Nō dilecta: qm̄ nō audierat: despon- Matth.9.
sabo te mihi ī iusticia ⁊ iudicio ⁊ mīa: regnat eni Hester
loco Vasthi ⁊c. Nō miam cōsequutā (ad quā vix vnꝰ pro-
pheta ꝯpulsus perrexit) qm̄ nullū sacrm̄ habebat in pctī
originalis remediū. Ceterū iste textus est in Osee cap.1.
scdm nos ⁊ fm interpretationē septuaginta. cap.2. scdm Hie-
ronymū textus ita habet. Et erit in loco vbi dicetur eis:
nō populus meus: dicetur eis filij dei viuētis. Superiꝰ
autē dixerat: voca nomē eiꝰ absqȝ mīa: ⁊ infra voca nomē xxvj.
eius nō populus meus. Sane quedā exēplaria habēt tā-
tum: nō dilectā: dilectam. Alia habēt tātum: nō miam cō-
sequutā: miam cōsequutā. Alia vtrūqȝ: ⁊ hoc modo ponit
hic. Scdm Hieronymū apls alterū tantū posuit: aliquis
autē offendens alterā lectionē in vno codice: alteram in
alio: vtrāqȝ cōiunxit: arbitratus in vtraqȝ scriptura particu-
lam orationis esse omissam. Sequit. [Et erit in loco vbi
dictū est eis nō plebs mea vos: ibi vocabūtur filij dei vi-
ui.] Hoc ⁊ ad iudęos cōuersos potest referri: de quibus
dixit dn̄s per Osee: vos nō populus meus: ⁊ nūc cōuersi
ad fidem vocātur filij dei viuētis. Melius autē intelligit
de gentibus: qui cū olim nō essent populus dei nec gens
vna: nunc vocantur populus dei ⁊ oues pascuę eius. Se- Psal.99.
quitur textus de iudęorum conuersione.

¶ Esaias autē clamat pro israel. Si fuerit nume
rus filiorum israel tanꝙ arena maris: reliquię
saluę fient. Verbū enim cōsumans & abbre-
uiās in ęquitate: quia verbū abbreuiatū fecit
dominus super terrā. & sicut prędixit Esaias:
nisi dominus sabaoth reliquisset nobis se-
men: sicut Sodoma facti essemus: & sicut Go-
morra similes fuissemus. Quid ergo dicemꝰ?
ꝙ gentes que non sectabātur iusticiam: appre
henderūt iustitiam: iusticiā autem que ex fide
est. Israel vero sectādo legem iusticię: in legem
iusticię non peruenit. Quare? quia nō ex fide:
sed quasi ex operibus. Offenderunt enim in
lapidē offensiōis: sicut scriptū est. Ecce pono
in sion lapidem offensionis & petram scādali:
& omnis qui credit in eum nō cōfundetur.

¶ Esaias autē clamat pro israel vel super israel. Si fue-
rit numerus filiorū israel tanꝙ arena maris in multitu- Capite.10.
dine ⁊ sterilitate: reliquię saluę fient (quas Moses stel-
las vocauit Deut. capite pmo. Deinceps generatio in-
quit peruersa est: ⁊ infideles filij:) pręstante deo paucis
qui secūdum electionē vocantur: quod generaliter pro-
missum fuerat semini Abraam: sicut scriptum est. Susce- Luce.1.
pit deus israel puerū suum sicut loquutus est ad patres
nros Abraā ipsi ⁊ semini eius in secula. Hebraice sic est.
כִּי אִם יִהְיֶה עַמְּךָ יִשְׂרָאֵל כְּחוֹל הַיָּם שְׁאָר
יָשׁוּב בּוֹ idest. Si eni fuerit populꝰ tuꝰ israel quasi
arena maris: reliquię cōuertent ex eo. De
his reliquijs dixit Esaias ⁊ cap.1. nisi dn̄s reliquisset no- Esaię.
bis semē: quasi Sodoma fuissemꝰ ⁊ Gomorra: quorū me-
moria sublata est de sup terrā. ¶ Semē autē hoc christꝰ xxvij.
est ⁊ apostoli ⁊ illi q̄ ex iudęis cōuersi sunt ex tot arenarū
cumulis: quasi cōparet semē multitudini segetū q̄ ex se-
mine pullulāt: infra autē vocātur ab apo. delibatio totius
cōspersionis ⁊ massę. Alibi ⁊ idē Esaias vocat cōuersos
ad fidē ex iudęis decimationē dicens. Multiplicabitur
que derelicta fuerat in medio terrę: ⁊ adhuc in ea deci-
matio. Semen sanctū erit qd steterit in ea. Esaię.6.cap.
Idē dicit infra.17.cap. Erit Iacob sicut qui cōgregat in
messe qd restiterit: ⁊ brachiū eius spicas leget. Et relin-
quetur in eo sicut racemus ⁊ sicut excussio oleę duarū vel
triū oliuarū in summitate rami: siue quattuor aut quinqȝ.
In cacuminibus eius fructus eius. Istę igitur reliquię
paucę quidē fuerūt numero in meritis: tamē pręciosissi-
mę: sunt enim delibatio vt diximus totius massę: ⁊ pri-
mitię ex omni agro ⁊ segetibus: ⁊ decimę repositę in do-
Matth.5. mo dn̄i: sunt oleę cōdientes ⁊ vngentes ⁊ lucentes: vnge
inquit caput tuū: vos inquit estis sal terrę: vos ⁊ lumina-
Infra.11.c. ria mūdi. Reliqui inqͭt mihi septē milia virorū. ¶ Ubiqȝ
ergo vocātur reliquię cōuersi ex iudęis: tamen cū intra-
uerit plenitudo gentiū oīs israel saluus fiet. [Deꝰ enim
erit cōsummās ⁊ abbreuiās verbū suū:] hoc est cōpēdio
pręstans qd patribus promisit. Textus Esaię sic habet.
Cōsummationē enim ⁊ abbreuiationē dn̄s deꝰ exercituū
faciet in medio oīs terrę. Esaię.capite.10. Paulus autē:
xxviij verbū eni cōsummans ⁊ abbreuiās in ęquitate: qr verbū
abbreuiatū faciet dn̄s super terrā. ¶ Dederat enim deus
Hierony. verbū prolixius legem vz ⁊ decalogū. Abbreuiatus aūt
atqȝ perfectus sermo euāgelicus est: qui pro cūctis laci-
niosę legis ceremonijs: dedit pręceptū dilectiōis ⁊ fidei:
Roma.13. vt qd nobis fieri nolimus ne fecerimus alteri: qui enim
Tobie.4. proximū diligit: legem impleuit. Charitas enim est pleni-
tudo legis. Cōpendio igitur fidei per grām saluātur: qui
per innumeras legis obseruātias nō potuerūt iustifica-
Origenes. ri. Vocat autem verbū abbreuiatū Orige. Symbolū: ꝙ
in eo cōtinetur breui cōpēdio totiꝰ legis summariū. Ab-
breuiata est ergo lex: reiectis ceremonialibus ⁊ iudicia-
libus: remanētibus moralibus/sed expositis in euāgelio:
⁊ exclusa est gloria operū legis: que nihil vnꝙ duxit ad
Matth.19. perfectionē debitā. Modo enim etiā verū est illud: si vis
ad vitā ingredi: serua mādata que ibidē ponit christꝰ. i.
decalogū: de iudicialibus vel sacrificijs nullā interim me-
moriā faciens. [Et sicut itē prędixit Esaias: nisi dn̄s sa-
baoth reliquisset nobis semen]. i. aplos ex quibus seges
ecclesię christi pullulauit: sicut Sodoma facti essemus: ⁊
sicut Gomorra similes: pares quidē in culpa: ⁊ similes in
pęna. Tales eni erāt quibꝰ Esaias idem loquitur. Audi-
te principes Sodomorū: hoc ad sacerdotes ⁊ reges: ⁊ au-
ribꝰ percipite populus Gomorrę: hoc ad populū ⁊ cōmu-
ne vulgus. Sodomorū regio olim quasi paradisus erat.
Gene.13. Nūc vo mare mortuū est. Unde ergo cū essent
tales ⁊ in culpa similes Sodomitis: nō similis eos vindi-
cta excepit: pro eo ꝙ sine pęnitētia sunt dona ⁊ promissa
dei sicut dicetur: neqȝ excidit verbū dei: qd ipse cū iura-
mento firmauit: sicut expositū est hoc eodē capite. Exhi-
buit ergo deus qd promisit: semen (qd est christus) eis
mittēs: vt in terra eorū verbū euāgelij seminaret: vt saltē
ex eis reliquias aliquas cōgregaret. Sed ve inquit mihi
Miche.7. qr factus sum sicut qui colligit racemos in vindemia: nō
Matth.21. est botrus: ficus pręcoquas desiderauit aīa mea: sed ficus
xxix. illa tota luxuriauit in folia. Exhibuit ergo pmissū: licet
ipsi essent indigni vita ipa quasi populꝰ Sodomorū. Re-
lictum est autem hoc sanctū semē: vt saltem iam ingressa
Luce.8. multitudine gentiū: vel ipsi tūc salui fiant. Qd autē euā-
Ioan.12. geliū semini cōparet: ⁊ christus grano frumenti se similē
dicit: ⁊ apli vocātur Messores: ⁊ credētes messis multa
Luce.10. operarij pauci: ⁊ ecclesia area: ⁊ dn̄s arę vētilator: cuius
Matth.3. ventilabrū in manu eius: ⁊ cęlū vocatur horrea: ⁊ māsio-
Ioan.15. nes multę in domo dn̄i: ⁊ iusti in cōspectu dei sicut pa-
Leui.24. nes propositionis ⁊c. quęre in locis suis. Dn̄s sabaoth
interpretatur vel exercituū: vel virtutū: siue dn̄s oīpotēs.
[Quid ergo dicemus?] vz si ex innumera arena vix pauci
salutē cōsequuti sunt: ⁊ ex omni massa delibatio quedā:
⁊ ex oībus segetibus primitię paruę. Dicemus vtiqȝ qd
veritas habet. Quid habet veritas: hoc vz [ꝙ gētes que
non sectabātur iustitiā] per opera legis quā non accepe-
runt: [apprehenderūt iusticiā] per fidē euāgelij: appre-
henderūt eam oblatā: quā iudęi repulerūt: ⁊ apprehēde-
runt eam subito ⁊ pręter omnē spem: cum essent sine deo Ephe.2.
sine lege: sine testamētis ⁊ promissionibꝰ: apprehēderūt
eam scientes scriptū: inuocate eum dū prope est: ⁊ tene Esaię.55.
qd habes: vt nemo accipiat coronā tuā. Apprehenderūt Apocal.3.
cū nō quęrerēt: parati tamē accipere si offerretur. Inuē-
tus inquit sum a nō quęrētibus: apparui his qui de me
nō interrogabāt. vide Esaię.55. capite. in principio. Ap- Esaię.65.
prehēderunt iusticiā non quācūqȝ: sed eam que habetur
ex fide vnius mediatoris iesu christi: de qua sępius dictū
est. Hec de gētibus. ¶ De israel autē quid dicturi sumꝰ?
Qd veritas clamat: vz ꝙ populꝰ israel sectādo iustificatio- xxx.
nes legis: in legē iusticię nō peruenit. Semper enim re-
trogradi fuerunt corde. Proinde sicut dicit Zacharias
facta est indignatio magna a dn̄o exercituū: ⁊ disperdam
eos per omnē terrā quā nesciūt. Que gens vel regnum Hierony.
est vbi aliqui eorū nō inueniūtur? Atqȝ vtinā in vno an-
gulo terre conclusi essent: ne semen nequā ⁊ filij scelerati
tanꝙ infructuosum gramen oīa repleret. Hec est gens Psal.147.
que quondam canebat: non fecit taliter omni nationi in
bonis vz. Nūc versa in caudā audit per Ezech. capite.5.
Ecce ego faciā in te in oculis gentiū que nō feci: ⁊ qui-
bus similia vltra non addā: quādo vētilauero reliquias
tuas in omnē vētū. Quōqȝ dicit: similia vltra nō faciā: pro
eo dicit ꝙ multo deteriora passuri sunt postꝙ miserūt ma-
nus in hęredem. Hec Hieronymꝰ. Sequebatur vmbrā: Hebre.10.
vmbrā enim habebat lex futurorū bonorū: sed vmbram
sequēs: nō vidit lucē que orta est habitātibus in regione
vmbrę mortis. Sequebatur inquā vmbrā: ⁊ inde nō cō- Esaię.9.
sequutus est corpus. Sequebat vmbras nō ipsas rerum
imagines: que sub vmbris latebāt. Timoris enim lex ve-
ram iustitiā pręstare nō potuit: licet eam ⁊ doceret ⁊ prę-
dicaret: sed nō peruenit in legem iusticię: qm̄ nō per viā
amoris currebat: vel qr credēs se iustificari in lege que
vsqȝ ad Ioānē tantū viguit: ⁊ inde cepit veterascere: euā- Ioan.9.
gelicā viam nō est ingressus dicens. Tu discipulus eius
sis: nos Mosi: hūc enim nescimus. Quare autē nō per-
uenit. [Qr quęrebat iustificari nō ex fide iesu christi]
quē nec suscepit tanꝙ prophetā: imo persecutus est quasi
Samaritanū: [sed quasi ex operibꝰ:] que nō magis iustifi-
care poterāt ꝙ vmbra lucere: ꝙ corpus potest viuificare. Roma.4.
Nō enim sequuti sunt illos quorū vox est: natus est rex
iudęorū. Lex enim iram operatur: non iustificationē aut Matth.2.
recōciliationē: peccata auget: nō remittit. Quęrētes igit
iustificari in lege: iusticiā legis statuere volentes q̄ iam
diu carie cōsumpta erat: legē euāgelij pessundātes: ⁊ di- 2.Regū.20.
cētes nō est nobis pars in filio Esai: quid aliud fecerūt:
ꝙ qd prędixit Esaias? [Offendere in christū lapidē angu-
larem:] paruū in iudęorū oculis: quas excęcauerat mali-
tia: magnū autē in virtute ⁊ potētia in oculis gētiū. Hic
enim lapis a deo paruus fuit in suo ortu cū de mōte prę- Daniel.2.
ciditur: vt vel grano sinapis ipse se similē faciat. Porro Matth.13.
Esaię verba sunt. Ecce pono in sion lapidē offensionis ⁊
petrā scandali: (sed beatus qui nō fuerit scādalizatus in Matth.11.
me:) ⁊ oīs qui credit in eum non cōfundetur. 28. capite.
Sciendū ꝙ noster textus ita habet Esaię.8. Erit vobis xxxj.
in sanctificationē: in lapidē aūt offensionis ⁊ petrā scādali
duabus domibus israel: ⁊ in laqueū ⁊ in ruinā habitāti-
bus Hierusalē. Et offendēt ex eis plurimi: ⁊ cadent: ⁊ cō-
terētur: ⁊ irretiētur: ⁊ capiētur. In capite aūt.28. ita ha-
bet. Ecce ego mitto in fundamētis siō lapidē: lapidē pro-
batū a deo: reprobatū a iudęis: cū dicūt: nō habemꝰ regē Ioan.19.
nisi Cęsarem: angularē: in quo est vera iustitia: fortitu-
do: tēperantia ⁊ prudētia: qui factus est nobis a deo sa-
piētia ⁊ iustitia sanctificatio ⁊ redēptio. ¶ Vides quattuor 1.Corin.1.
huius lapidis angulos: super quē accubuit Iacob: cum Gene.28.
scalā est cōtuitꝰ. Hic ergo lapis illiꝰ scalę fundamētū est:
fundamētū inquā quadruplicis pacis: vz dei cū hoībꝰ:

hominum cum angelis: Iudeorū cum gentibus: carnis
⁊ spirit⁹ ⁊ Inde lapis angularis hoc est
Tetragon⁹ vocatur: vndiq virtute stabi
lit⁹ ⁊ firm⁹. Jo quo magis est impulsus
vt caderet: eo fortius stetit ⁊ firmi⁹. De
hoc dicit ⁊ Zacharias. Ecce lapis quē
dedi corā iesu: super lapidē vnum septē
oculi sunt. Et ecce ego celabo sculptu-

Sanctificatio. Sapientia. Redemptio. Iustitia.

ram eius ait domin⁹. Celata est autem clauis ⁊ lancea:
Hierony. ⁊ spinis et cruce sicut dicit Hieronym⁹. capite.3. Dicēs
autē ꝓpheta: in fundamētis sion: ostēdit Sion iterū re-
xxxij. edificādaꝫ super hoc fundamēto nō in sanguinibus: sed
in sanguine christi. Cū autē fundamentū sub terra lateat:
nec in eo offendāt pretereuntiū pedes: apparet lapidem
in fundamēto positū non esse lapidem offensionis. Ipsa
ergo cōsequētia textus nos a cōmuni intelligētia repel-
Lapis christus. lit: ne hunc lapidem angularē probatū electū preciosum
qui fuit preciū mundi/materialiter intelligamus. Nō si
sic/quomodo intelligem⁹ qđ sequitur: in fundamēto fun
datuꝫ? Deinceps quis iubetur in lapidem credere: nisi
qui adorāt opera manuū suarū: Sequitur: qui credide-
rit: nō festinet: pro quo. 70. dixerūt: qui crediderit in euꝫ
nō cōfundetur. ¶ Pro electū ⁊ preciosum vel probatum
⁊ preciosum. 70. dixerūt: electū ⁊ honorabileꝫ. Christus
igitur vel propter parētes pauperes ⁊ humilē cōuersa-
tionē ⁊ ⁊ cōmunē inter hoīes sicut dicit Baruch: ⁊ ꝙ ex
Capite.3. humili loco ortus est vꝫ Nazareth: ⁊ qm̄ per totos.30. an
Luce.2. nos abstinuit ab edēdis miraculis ⁊ a predicatione: nō
mirū si quasi lapis paruus esset scādalo iudeis. Duode-
cim annoꝝ sedebat inter doctores: ⁊ mirabilis apparuit
eius sapiētia in tam parua etate: cū autē factus esset vir:
obmutuit ⁊ siluit a bonis: donec factus est vt dixi.30. an-
Luce.3. norū. Hoc enim tēpore baptizatus est a Joāne. Scādali-
zabātur ergo in eo. Nā sic auteꝫ cū fact⁹ sit mons magnus:
Psal. 103. adhuc est iudeis petra scādali: nobis autē erinatijs petra
xxxiij refugiū: ⁊ quo magis mireris: quo magis hic lapis dila-
tatur ⁊ diffunditur/⁊ exaltatur in gētib⁹: eo magis ceci-
tas crescit iudeorū: vt nō modo talpis similes sint: sed vel
leberide. i. exuuio anguis ceciores. Hic ergo lapis offen
sionis ⁊ scādali iudeis: nobis honorabilis est credētib⁹:
nec festinātibus: ⁊ quasi desperātibus: si nōdum reddit
Habac.2. qđ promisit. Veniet enim ⁊ nō tardabit: etiā si tibi morā
facere videatur. Nec tamē minores moras nectit iudeis
suus christus quē adhuc expectāt: sed erit in scādalū ⁊ in
offensionē: vt Antichristū verū offensionis lapidem susci-
piant: qui lapidē a deo probatū reprobauerūt: ⁊ extra vi-
Origenes. neam in ✠ occiderūt. ¶ Origenes. Scādalum dicitur
cum in via obex aliquis inuenitur: qui gressum incedē-
Scādalum. tis vel scandētis impediat: ⁊ inde scādalum tractum est.
Quia igitur hi qui erāt in suō vias nō bonas incedētes:
iter perditionis concito pede currebāt malis suis fauē-
Psal.9. tes inuicem: iuxta illud: Laudatur pctor in desiderio aie
sue ⁊ iniquus benedicit: veniēs dn̄s cepit arguere vias
eorū ⁊ dicere: veh vobis Scribe ⁊ Pharisei: ⁊ veh vo-
Matth.23. bis diuitibus: ⁊ tibi Hierl'm que occidis ꝓphetas ⁊ si-
milia: ⁊ impedire cepit vias perditiōis eorū ⁊ spinis eas
sepire sicut dixit quidaꝫ prophetarū ⁊ effectus est eis la-
Osee.2.ca. pis offensionis: nō sinens eos ingredi viam latā que du-
cit ad mortem. Ponam⁹ in exēpluꝫ Paulū apostolū: qui
acceptis quodā epl'is a sacerdotū primoribus: Damascū
Actuū.9.c. pergebat. Cum autē ageret istud iter peccati: occurrit ei
dn̄s iesus in via: ⁊ ad tēpus eum cecitate percussit: ⁊ fa-
ctus est illi quātum ad ipsum propositū spectat: quo ille
pergebat: lapis offensionis ⁊ petra scandali: vt illud iter
peccati quod tenebat: explere non possit. Sed conuer-
sus credidit ei qui viam suā excluserat: ⁊ quibusdaꝫ sen-
tibus cōminationis obstruxerat: ⁊ credens in eum nō pu-
defiet: neq cōfundetur: sed gloriabitur de cruce domini
Gala.6. sui quam prius quasi scandalum euitabat: ⁊ perseque-
batur pro sua virili. Non autem confundetur: quasi sua
frustratus spe ⁊ fiducia ⁊c.

¶ Decimum caput.

Fratres volun-
tas quidem cordis mei &
obsecratio ad deū fit pro
illis in salutem. Testimo-
niū enim perhibeo illis
ꝙ emulationē quidē dei
habent: sed nō secūdum
scientiam. Ignorantes enim iusticiam dei: &
suam querentes statuere: iusticie dei non sunt
subiecti. Finis enim legis christus ad iusticiā
omni credenti. Moses enim scripsit: quoniam
iusticiam que ex lege est qui fecerit homo: vi-
uet in ea. Que autem ex fide est iustitia: sic di-
cit. Ne dixeris in corde tuo: quis ascendet in
coelum. i. christum deducere: aut quis descen-
det in abyssum: hoc est christum a mortuis re-
uocare. Sed quid dicit scriptura? Prope te est
verbum in ore tuo & in corde tuo. Hoc est ver
bum fidei quod predicamus: quia si cōfitearis
in ore tuo dominum iesum: & in corde tuo
credideris: ꝙ deus illum suscitauit a mortuis:
saluus eris.

¶ Fratres volūtas quidē cordis mei. Pria
Insistit adhuc ap'ls vt consoletur reliquias que super
erāt ex domo israel: si quomodo prouocet eos ad emula-
tionem fidelium eorū qui ex gentib⁹ crediderūt. Que enī
in corde habem⁹: frequēter titillant affectū nostrū. Quia
enim vt ex precedētibus patet multis testimonijs aduer
sus israel visus fuerat prophetarū: ita vt diceret illud ex
Esaia: nisi dn̄s deus sabaoth reliquisset nobis semen ⁊c. Capite.9.
propterea nūc cōsolari volens rursus populū suū: ac per
hoc ad fideꝫ inuitare: dicit: [Fratres volūtas qđē cordis
mei.] Sentit autem ap'ls se prestare iudeis id qđ potest
propensam animi volūtatē ⁊ orationes apud deum. Per
hoc autē ostēdit ap'ls ꝙ nō ex odio loquutus fuerit cōtra
iudeos: nemo enim vnꝙ carnem suam odio habuit. Et Ephe.5.ca.
adiungit ap'ls causam quare pro eis obsecrat apud deū:
dicens. [Testimoniū enim perhibeo illis qr zelum dei Phinees numeri.25.
habent sed nō secūdum sciētiā. Licet malos tueri ⁊ lacta
re inquit Tulli⁹ idē sit qđ ⁊ male facere etiā secūdū sen- Helias.tertiū Reg.18.
tentiā ap'li. Roma.1.capite: Nō tamen vt hoc fugiēdum
est: ita habēduꝫ est religioni cōtrariū: nocētem ⁊ nefariū Mathathias.primo.
impiū aliquādo defendere. Vult hoc multitudo: patitur Macha.2.
cōsuetudo: fert etiā humanitas. Hūc igitur zelū habebat 15.q.1.quod
cui⁹ vox est: vt quid perditio hec? Huiusmodi erat zelus autem.
Pauli qui ⁊ Sauli loquētis de seipo: emulator paternaꝝ
mearū traditionū existens. Sed hic zelus nō erat secūdū
scientiā. Vide.2. Regū.16. de Abisai zelo cōtra Semei.
Quā autē erat error ex ignorātia: meruit veniā interue-
niente beato protomartyre Stephano. Sic hic secūdum Actuū.7.
Ambrosiū/hec Pauli oratio ad eos dirigitur: ⁊ pro his
qui christū ignorāter ad mortem expetierūt: de quibus Ambrosi⁹.
dixit Petrus. Scio fratres: qr per ignorantiam fecistis. Actuū.3.
Zelus igit ⁊ amor dei qui in me viget: sed ⁊ carnis pro-
pinquitas: ⁊ radix sancta que eos portat secūduꝫ carnē:

⁊ zelus dei qui in multis eorum est: licet alias pleni sint
inuidia zelo contētione: ⁊ omniū proborū genere: com-
pellit me vt semper eos habeā in memoria in orationib⁹
ij. meis apud deū. ¶ Quomodo autē zelū dei habeant sed
nō secūduꝫ sciētiā: sequit. [Ignorātes enim dei iusticiā
⁊ suā querentes statuere: iustitie dei non sunt subiecti.]
vnde vocati ad nuptias oēs ptenderūt verba malitie ad ex
cusandū excusatiōes in pctis. Quia enī meli⁹ hoc est to
Pbs. lerabilius est esse malū ex aliqua causa ꝙ ex nulla: sicut mi
vt seduceret populũ adorare eos: τ per hoc velut imposi 3.Regũ.12.
tis manibus suis excecauit oculos israel: ne videret impie
tatem suã: sed mitteret manũ in lumen illud qd paraue-
rat pater ad illuminationẽ gẽtiũ τ gloriã plebis sue. Re-
uera autẽ ceci erant quibus Moses velatus loquitur: τ
quorum vox est: an oculos nros vis eruere? Augustinus. Augustinus.
Nos autẽ sic habemus. Exceca cor populi huius τ aures
eius aggraua: τ oculos eius claude: ne forte videat ocu- Esaie.6.
lis suis: τ auribus audiat: τ corde suo intelligat τ con-
uertatur: τ sanẽ eum. Sicut autẽ dicit Hieronymus hoc Hierony.
loco: non est crudelitas dei sed mia vnam perire gentem:
vt omnes salui fiant: Judeorũ gentem excecari ex parte:
vt totus mũdus recipiat lumẽ. Juxta illud: in iudicium Joan.9.
ego veni: vt non vidẽtes videant: τ videntes ceci fiant. v.
¶ Ceterum hoc loco.70. ita dixerunt. Incrassatũ est cor
populi huius: τ auribus grauiter audierũt: τ oculos suos 70.
compresserunt: ne forte videant oculis suis τ auribus
suis audiant: τ corde intelligant: τ cõuertant se: τ sanem
illos. Et secũdum.70. quidem patet expositio quomodo
propheta predicit quid sit facturus populus. Ceterum
textus secũdum hebraicam veritatem: ea que vz habet.
הַשְׁמֵן לֵב הָעָם הַזֶּה וְאָזְנָיו הַכְבֵּד וְעֵינָיו
הָשַׁע פֶּן יִרְאֶה בְעֵינָיו וּבְאָזְנָיו יִשְׁמָע וּלְבָבוֹ
יָבִין וָשָׁב וְרָפָא לוֹ vel vt ponitur hic ab apostolo:
eo modo exponẽdus est sicut
illud: ego indurauí cor Pharaonis: τ illud: tradidit illos Roma.9. et
deus in sua desideria: in passiones ignominie: in repro- pmo capite.
bum sensum: τ qd sequitur/dorsum eorũ semper incur-
ua: τ illud: cecitas israel ex parte cõtigit. Acceperũt au-
tem Judei spiritũ cõpunctionis: inuidentie: amarulen-
tie τ liuoris: quoniã exacerbauerũt spiritũ sanctum dei.
Psal.77.τ.105. vt mordeãtur τ pungantur inuidia vi-
dentes gentes currentes in odorem vnguẽtorum christi:
cum ipsi interim immobiles permaneant quasi lapides.
Uel hoc spiritu inuidie potati sunt qui inuidẽtes dice-
bant. Uidetis q nihil proficimus: tu de te testimonium Joan.12.
perhibes: testimoniũ tuum non est verũ. Joan.8. Da glo-
riam deo: nos scimus q hic homo peccator est τc. Joã.9.
capite. Horũ ergo cor incircũcisum erat erat sicut dixit Capite.9.
Hieremias: τ incrassatum secũdum Esaiam capite.6. τ
aures eorum dexteras Petrus precidit. Matth.26.cap.
Oculos autẽ Moses velauit in figura: vt sic vidẽtes nõ Exodi.34.
videant: audientes nõ audiãt: ne cintelligant: malicia ex-
cecante mentes eorũ/qui noluerũt intelligere audita vt
bene agerent. Similia autẽ dicit τ Dauid de Judeorum
merita cecitate. [Fiat inquit mẽsa eorũ coram ipsis in la-
queum: τ in captionem τ in scãdalum: τ in retributionẽ
ipsis. Intellexit vxor Pilati dormiẽs: qd illi nescierunt
vigilãtes: sed miscuit eis dominus spiritũ soporis. Sa- Psal.68.
ne hec nõ optat propheta vt fiant: sed mens presaga per
spiritũ dei predicit que futura sunt. Mẽsam autẽ scriptu
rã sacrã appellat τ eloquia dei q Judeis tradita sunt ma
xime autẽ sacerdotibus de quibus dicitur Malach.2. Labia
sacerdotis custodiũt scientiã: τ legẽ requirẽt ex ore eius:
q angelus dñi exercituum est. ¶ Officium ergo sacerdo-
tũ est secũdũ Hieronymũ interrogatũ de lege respõdere.

Exodi.39. & Leui.8. vnde sacerdos rationale in pectore portat in quo est do-
ctrina & veritas: & ipsi sunt qui dicūt: Nūquid credidit
in eū aliquis ex principib⁹ aut ex Phariseis: Sed tur
ba hec que nō nouit legē. Joan.7. Sed qm̄ teste Hiere-
Joan.7. mia.capite.23. Sacerdotes & populi scribe qui legē dei
exponebant populo: peruerterunt verba dei viuentis:
dn̄i exercituum: dei nostri: facta est illis nunc & merito
mensa in captionem & in laqueum & in scandalū: quod
Capite.29. apertius Esaias describit dicens. Obstupescite & ad-
miramini: fluctuate & vacillate: inebriamini & nō a vino:
qm̄ miscuit vobis dn̄s spiritum soporis: claudet oculos
vr̄os: ꝓphetas & principes vr̄os qui vidēt visiones ope
riet. (Nā & ipsi alapas dederūt christo: negantes presen
tiam eius.) Et erit vobis visio omniū sicut verba libri
signati: quē cū dederis scienti litteras: a lectione cessabit
qm̄ inquit est signat⁹. Et dabit̄ liber legis nesciēti litte
ras vt legat: & is ingenue ignorātiam suā cōfitebitur. Et
sequit̄. Eo ꝙ appropinquat populus hic ore suo & labijs
suis glorificat me: cor autē eorū lōge est a me propter in-
credulitatē vr̄ā: & timuerūt me mādato hominū & doctri-
nis: vel secūdū .70. docētes mādata hominū atqꝫ doctri-
nas: ideo ecce ego addā vt admirationē faciam populo:
huic miraculo grādi & stupendo. Et sequitur miraculū:
peribit enim sapiētia a sapiētib⁹ eius: & intellectus pru-
dentium eius abscōdetur. Nunquid inquiūt aliquis ex
principibus credidit in eum: vt iuste viderētur nō credi
Ambrosi⁹. disse si multos cōspirationis sue fecissent socios: qꝛ qd̄ a
paucis defenditur: solet minus ꝓbatū videri. Igit̄ mēsa
que apposita est eis vt inde pascerētur: & populum pasti
pascerēt: versa est eis in venationē qua ipi caperētur ad
mortē: nā peruertētes legis testimonia: inde mortem &
cecitatē mentis incurrūt/vnde & ipsi & populus & vitā &
lumen erāt inuēturi. ¶ Scrutamini inquit scripturas:
qꝛ vos putatis in ipsis vitā eternā habere. Joan.5.cap.
Joan.5.ca. Luce.11.ca. Sed tulerūt secum clauem sciētie: nec populus introiret:
& nec ipsi introierūt. Sed si dicis quomodo intelligitur
illud (verbi gr̄a:) prophetā suscitabit tibi dn̄s de medio
Deut.18. fratrū tuorū &c. respōdēt eum fuisse Josue. Et illud ecce
virgo concipiet: exponūt de vxore Esaie. Si dicas illud
paruulus nobis est natus: exponūt de quodā Esaie filio
alias de Ezechia rege. Denique caput.50.&.53. Esaie que
ad litterā de christi passione & morte loquūtur Judeorū
sapientes interpretantur de Ezechia. Illud Michee.5.
Egressus ei⁹ a diebus eternitatis exponūt de predesti-
natione Messie: que eterna est: negāt tamen eius diuinā
naturā. ¶ Illud ex Zacha.9.capite. Exulta satis &c. expo
nunt de Esdra scriba &c. Illud ex Gene.49. Nō auferet̄
sceptrū. Exponūt de Nabuchodonosor qui Sedechiā ce
pit: ex quo tēpore cessauit Judeorū sceptrū. Nihilqꝫ est
in tota scriptura qd̄ de christo loquat̄ scd̄m vtrāqꝫ naturā
quod nō peruerterint vel volentes vel cecutiētes/vt fiat
mensa eorū coram ipsis cibus quo ad mortem capiātur.
¶ Ponamus exēplū. Sicut oculis corporis vtitur vnus-
Similitudo quisqꝫ ad videndū: siue bona siue mala: & in potestate ha
vij. bet vel leuare oculos ad celū: & per id qd̄ videt conditorē
eius agnoscere: & collaudare creatorē: vel cōferre ad spe-
Origenes. ctacula circi vel quarūlibet sordidarū oblectamenta vi-
sionum: quibus ad vitia inflāmentur: ita mihi intelligo
anime etiā oculos quibus alij quidem vtuntur ad bonū:
alij autē in cōtrarium exercētes semetipsos: cotidie inqui
rentes quomodo dogmata veritatis & fidem christi in-
fringāt. Ponam⁹ ergo aliquē orare pro ipsis qui perspi
caces & argumentosi sunt in falsa scientia & dicere. Det
illis deus oculos ne videāt peruersi sensus acumina: et
aures vt nō audiant mēdatij .i. magistros: & obscurētur
oculi eorū ne videant. Hoc modo cum viri sodomite vim
inferrent domui Loth: & dicerēt: te ipsū magis ꝙ ipsos
Gene.19. affligemus: iamqꝫ prope erat vt fores eius effringerent:
angeli introduxerūt ad se sanctū Loth: clauserūtqꝫ ostiū:

& eos qui foris erant percusserūt cecitate a minimo vsqꝫ
ad maximū: nō quidem vt nihil viderent: sed ne inueni-
rent qd̄ querebant: hoc est domus ianuā. ¶ Hanc & Ju- Figura.
dei querūt: sed vane querūt: ambulāt enī in circuitu tra
hentes molā cum Samson .i. legem Mosi grauissimā: nō Judicū.16.
in adiutorium sed in onus cecitatis sue: nec solum mo-
lam trahit synagoga: dignitate Nazareorum perdita: sed viij.
vtre vacuo sedet iuxta puteū viuētis & videntis: & inte- Gene.21.
rim siti periclitatur: pro eo ꝙ dereliquit fontē sapientie Hieremi.2.
christum: & excidit sibi lacunas que continere nequeunt
aquam. Nō igitur tibi videtur amplectēdus is qui ceci-
tatem optat Judeis per quā eorum peccata minuantur?
Multo enim melius est nō sapere ꝙ male sapere. Cogno
uit bos possessorem suum: & asinus presepe domini sui:
israel autē non cognouit nec populus meus intellexit vel
saltem sicut vnus ex bobus/aut stolidissimis asinis. Et Esaie pmo.
infra. ¶ Quomodo facta est meretrix ciuitas que olim
erat vxor charissima. Et quidē iusticia olim habitauit in
ea: nūc autē homicide. Ipsi sunt qui dicūt tolle tolle: cruci Joan.19.
fige. Argentū tuū versū est in scoriā: & vinum tuū mix-
tum est aqua. Non suffecit ꝙ homicide vitam dānarent
ad mortē: nisi & latroni illi Barraba vitā donarent tanꝙ
& ipsi homicide & latrones: insuper & legem dei puram
atqꝫ syncerā & vt ita dicam mera veritate sub nitam vio-
lauerūt: docētes mandata & hominū traditiones: lege dei
postposita: quā tamen & in fronte & brachijs semper por- Matth.23.
tabāt in rotulis. ¶ Omnisqꝫ doctor qui austeritatē scri-
pturarū per quam potest audientes corripere: vertit ad Hierony.
gratiam/vt nō corrigat sed vngat: & auribus pruriat: vi-
num sanctarū scripturarū violat atqꝫ corrūpit sensu suo: ix.
Cum per oppositū dn̄s aquas in vinū conuerterit: & ta-
le qd̄ architriclinus miret̄. Et regina Saba in conuiuio Joan.2.
Salomonis collaudat pincernas & ministros vini. Sed 3.Regū.10.
iam sacerdotes argentū eloquiorum dei in scoriam con-
mutauerunt .i. promissiones celestes que in lege conti-
nentur: in bona terrena: de quibus dicitur: bona terre co Esaie.1.ca.
medetis. Vinū autem mixtū non tacuit Ezechiel & Mi-
cheas quorū alter dicit: deceperunt populum meum di-
centes pax: pax: & ipse edificabat parietem: illi autem li-
niebant eū luto sed absqꝫ paleis. Sensus est ꝙ sacerdo Ezech.13.
tes & prophete falsi promittebāt populo pacem & impu-
nitatem & securitatem ab hostibus: nōdum enim capta
fuerat hierusalē a Nabuchodonosor: sed ierat Ezechiel
cum trāsmigratis: qui ducti sunt in Babylonē ante vn-
decim annos capte vrbis. Promittebant etiam in breui
cōplendam trāsmigrationem .i. post annos tres vel quat-
tuor: & tamen durauit spacio .70. annorū. De hoc vide per
totū terdecimū cap. Ezechielis. Micheas autem ita di-
cit. Nunquid nō vestrum est scire iuditiū: qui odio ha-
betis bonum: & diligitis malū? Mordent dentibus & pa
cem predicant. Propterea nox vobis pro visione erit: & Michee.3.
tenebre pro diuinatione. Uos estis qui edificatis Sion in
sanguinibus: qui violenter tollitis pelles eorū de super
eis simul cū carne. Principes eius in munerib⁹ iudi-
cabant: & sacerdotes eius in mercede docebāt: & vtinam
viam dei in veritate. Princeps postulat: & iudex in red- Ibidē.7.c.
dendo est. Qui optimus est in eis quasi paliurus & spi-
na de sepe. Et respondet Esaias. Non ergo dimittes
eis. Quid ergo? Respōdet Hieremias.capite.12. Con-
grega eos quasi gregem ad victimam: & sanctifica eos in x.
die occisionis. Et dn̄s. Et cōuertam manum meam ad te
& excoquā ad purum scoriam tuam: & auferā omne stan- Esaie.1.
num tuum: & restituam iudices tuos & consiliarios tuos
sicut fuerūt antiquitus. Ad hoc enim dn̄s percutit ceci-
tate vt nouum lumen inducat: percutit vt sanet; occidit
vt viuificet. Uocabat vos dominus ad fletum & ad plan-
ctum et ad caluitium et ad cingulum sacci: & ecce gau- Esaie.22.
diū & leticia: occidere vitulos iugulare arietes: comede-
re carnes & bibere vinum: comedamus & bibamus: cras

enim moriemur. Hec est doctrina eorū qui populū dei vi-
Ibidē.28. debātur regere. Sacerdos & ꝓpheta nescierūt pre ebrie
tate: oēs eorū mēse replete sunt vomitu ita vt nō esset lo-
cus vltra. Quē ergo docebit sciētiam & quē intelligere
faciet auditū: vel intelligere faciet auditū nisi ablactatos
a lacte auulsos a vberib⁹? Hi sunt apl̄i duodecim & simi-
les: ceteri enī merito excecati sunt: & obscurati oculi eorū
Ibidē.42. ne viderēt. Surdi audite: & ceci intuemini ad vidēdum.
Ex quo ostēditur ꝙ nō erāt surdi aut ceci a natura: sed a
volūtate praua. Unde sequit̄. Quis cec⁹ nisi seruus me⁹:
& surdus nisi ad quē misi nūtios meos? Quis cecus nisi
qui venūdatus est: quis cecus nisi seruus domini: qui vi
Ibidē.48. des multa nonne custodies: qui apertas habes aures
nonne audies: sciui qꝛ durus es tu: & neruus ferreus
ceruix tua: & frōs tua erea. Hec ad populū. Speculatores
xi. eius ceci oēs nescierūt vniuersi: canes muti non valētes
latrare: vidētes vana: dormiētes & amātes somnia. Ipsi
pastores ignorauerūt intelligētiā: a summo vsqꝫ ad nouis-
simū oēs ad auariciam declinauerūt: dicūtqꝫ. Uenite su-
mamus vinū & impleamus nos ebrietate: & erit sicut ho
Ibidē.57. die sic & cras: & multo amplius. ¶ Uos igitur o filij augu
ratricis accedite huc: semē adulteri & fornicarie. Super
quē lusistis? Nōne suffecit tenere patrū vestrorū limites
Matth.27. & mēsuras/nisi & filio dei insultaretis in cruce: dicētes: si
filius dei es: descēde & credemus? Super quē dilatastis
Joan.8. os: & eiecistis linguā? Nōne inquiūt benedicimus nos qꝛ
Samaritan⁹ es tu: & demoniū habes? De te ipso testimo
niū perhibes: testimoniū tuū nō est verū. Cōcepistis la-
Esaie.59. borē & peperistis iniquitatē: pedes vestri tandiu ad ma-
lum cucurrerūt donec effunderetis sanguinē innocētem
quē vel gētilis homo sup se suscipere extimuit/qꝛ audie-
Matth.27. rat ab vxore: hic hō iustus est. Uos autē palpantes sicut
ceci parietem. Esaie.59. Occidit enim vobis sol in meri-
die. Amos.8. Dixistis & o quā temerarie: sanguis eius su
Esaie.59. per nos. Multiplicate sunt iniquitates vestre corā deo:
pcc̄a vestra respōdebūt vobis. Et quid respōdebūt? Nū-
quid nō dixi vobis ait Pilatus: nolite peccare in puerū
Gene.42. & non audistis me? En sanguis eius exquiritur. Merito
igitur hec patiūtur: vt nutātes transferātur & mēdicent
Psal.108. ceci & incuruati: & vt quoties ad mēsam scripture accesse
rint: mortē in olla inueniāt nō refectionē. 4.Regū.4.cap.
Quoniā peccauerūt in fratrē suū vidētes augustias aīe
Luce.23. eius cū in .4. clamaret ad patrem: & nec vel ibi fratris sui
miserti sunt: nec audierūt eum dicētē pater ignosce illis:
quin potius cum clamaret sitiens: felle mirrhaqꝫ & aceto
Psal.108. siti eius succurrerūt. Merito igitur venit super eos hec
xij. tribulatio: vt in memoriā redeāt iniquitates patrū eorū
coram dn̄o: & mēsa eorū fiat eis in scandalū & in captionē
Psal.21. & laqueū quoniā & ipsi felle & aceto potauerunt eum qui
Psal.77. mēsā eis .40. annis parauerat in deserto: vt angelorū pa
nem māducarēt: cibū nēpe quē ignorauerūt patres eorū.
Deut.8. Et quoniā nō in solo pane victurus est homo: parauit eis
& alterā mensam legem vz & prophetas vnde & aīa verbo
Deut.32. dei pasceret̄. Heccine reddis dn̄o deo tuo o popule stul-
te & insipiēs? Cōstituit te dn̄s super excelsam terrā vt co
mederes fructus agrorū in quibus nō laborasti: vt suge-
res mel de petra oleūqꝫ de saxo durissimo. Butyrū de ar-
mēto & lac de ouibus cū adipe agnorū & arietū filiorū Ba
Ingratitudo. san: Et hircos cū medulla tritici & sanguinē vue biberes
meracissimū. Incrassatus es: recalcitrasti: dereliquisti
deū qui tāta tibi prestitit. Nec suffecit ꝙ eū prouocasti
in dijs alienis ad iram: nisi & suffixum in cruce mirrha &
aceto potares. Sed non impune: De vinea sodomorum
vinea eorū: & de sub vrbanis Gomorre. Uua eorū vua fel-
lis & botrus amarissim⁹. Fel draconū vinū eorū: & vene-
num aspidū insanabile. Hec enim de⁹ apud se cōdita ha
bet & signata in thesauris suis. Mea est vltio & ego retri
buā eis in tēpore: & vtinā hec esse dei flagella sentirēt vt
vel aliquādo resipiscerent: & cū iam nō sit vulneri locus:

dicēte dn̄o: super quo percutiā vos vltra addētes preua
ricationē: illi nihilomin⁹ attrita frōte dicūt: innocēs ego Esaie pmo.
sū: propterea auertatur furor tuus a me. Itaqꝫ maior est
impudētia qua cecitatē suā defendūt: ꝙ iniquitas qua le Hiere.2.
gem dei peruertūt. Cotidie legem dei legūt & relegunt:
diebusqꝫ ac noctibus indefesso ore meditātur: nō vt eam xiij.
intelligāt: sed vt ei calūniam faciāt: pertrahētes repugnā
tem ad eum intellectū vt ostēdant christū nōdū venisse:
hominē tantū futurū non deū: oēs legis & prophetarum
promissiones plenissime impleturū secūdum litterā occi
dentē: christū dn̄m nostrū deū non fuisse/nec in lege pro-
missum Messiam. ¶ Uerūtamen sola vexatio intellectū
dabit auditui eorū. Nolite ergo o viri illusores illudere: Esaie.28.
vobis imponitis nō nobis: ne forte cōstringātur vincula
vestra. Uides quomodo mēsa eorū facta est illis laqueus
captio: scādalū: cū legūt/sicut ouis ad occisionē duct⁹ est: Esaie.53.
cū sceleratis reputat⁹ est: quasi leprosus & vir sciēs dolo
res: qꝫ faciē suā nō auertit a cōsputētib⁹ in eū/quē Esaias
alibi.capite.11. & virgā & florē appellat: & Dauid speciosū Ibidē.50.
forma pre filijs hominū. psal.44. Sane retributionē cō-
dignā acceperūt vt q̄ eā velauerūt faciē quā angeli sum-
me desiderāt: & sublata claue sciētie veritatē in lege abscō Luce.11.
derūt: expectantes adhuc antichristū: versa vice par pari
reportātes. [Obscurētur & oculi eorū:] vt sit cecitas sup
cecitatē: ne videāt etiā si velint: qui cū possent videre no
luerūt. Appone inquit iniquitatem super iniquitatem
eorū: & nō intrent in iusticiā tuā. Hominē iustū odio ha-
buerūt: ecce vna iniquitas: dei filiū crucifixerūt: ecce al- Psal.68.
tera apposita super priorē. Quoniā autem tales fuerūt
vt curari nō mererētur: in ipsa malicia quodāmodo pro-
ficiētes: apposita est & iniqtas sup iniquitatē eorū: & ceci xiiij.
tas sup cecitatē: & pōdus super pōd⁹: vnde sequit̄: [& dor
sū eorū semp incurua:] vt qꝛ cessauerūt celestia cognosce
re: terrena semper meditent̄: sicut scriptū est. Esaie.29.
humiliaberis: de terra loqueris: & erit quasi Pythonis
de terra vox tua: & de humo eloquiū tuū meditabit̄. Ad
litterā loquit̄ de populo israel: optimeqꝫ cōgruit his qui
hoc tēpore dorsa sua ad terram incuruāt vt ne possint celi
creatorē aut ipsū celū aspicere: qui dn̄m celi crucifixerūt.
Qui ergo future vite spem nō intelligūt: cū in celo nullū
thesaurū reposuerint: cor ad terrena inuertūt q̄ tātopere
a suo Messia expectāt. Ab hoc morbo dn̄s synagogā libe
raturus est postꝙ p totos .18. annos sederit in terra sine Luce.13.
deo & sine rege & sine sacerdotalib⁹ indumētis. ¶ Obscu Osee.8.ca.
rētur oculi eorū. De⁹ qui occultorū est cognitor pro mul
ta benignitate sua differt multorū curas: & medicinā pro-
telat in lōgi⁹: atqꝫ vt ita dicā: curat eos: dū nō curat ne eos Origenes.
ꝓspera sanitas insanabiles reddat. Possibile ergo est: vt
apud eos qbus foris positis saluatoris nr̄i sermo fiebat:
pro eo ꝙ scrutās corda & renes: preuidebat nōdū aptos:
manifestioris eloquij recipere doctrinam: profundioris
sacramēti fidē velato sermone cōtegeret: (vt videntes in-
quit nō videāt: & audiētes non intelligāt: ne forte cōuer- Luce.8.
tātur & sanem eos) ne forte velociter cōuersi .i. pctōr re-
missione celeriter accepta: auersa facie: iterū in eundē re
ciderēt morbū: quē senserāt sine difficultate curatū. Nō
si fiat: dupliciter peccat̄: post cognitā veritatē tāꝙ canes
ad vomitū reuerti. Et quis dubitat meli⁹ esse differri: & 2.Petri.2.
interim relinqui: vt si forte sacietatē malitie aliquādo ce
perint: & horrescere potuerint sordes in quibus nūc vo-
luptātur: tūc cōpetēter eis sermo dei manifestet̄: & nō sta
tim canib⁹ mittat̄/& margarite ante porcos: & cōculcent Matth.7.
eas. Origenes. De Tyro & Sidone alias dicēdū. Hoc est
ergo qd̄ dicit apo. obscurent̄ ocli eorū &c. Et illd̄ si cogno
uisses & tu. [Dico ergo. Nūquid sic offēderūt vt caderēt?
Imo si ceciderūt sup lapidem offensiōis & petrā scādali:
quare nō adijciūt vt resurgant? Quare (dicit dn̄s) auer- Psal.40.
sus est populus meus auersione cōtentiosa? Aut nūquid
qui auersus est: non reuertetur? Apprehēderūt mēdatiū: Hiere.8.

τ noluerũt reuerti. Attẽdi τ auſcultaui: nemo qđ bonũ est loquitur. Nullus est qui agat penitẽtiã ſuper peccato ſuo dicens: quid feci? Oẽs cõuerſi ſunt ad curſum ſuum quaſi equus impetũ vadens in belliũ. Et vtinã vel bruta imitarẽtur animalia: quando τ miluus in celo cognouit tẽpus ſuũ: ſimiliter τ turtur: τ hirũdo τ ciconia. Popul⁹ autẽ me⁹ nõ cognouit iudiciũ dei ſui. Quomodo dicitis ſapiẽtes nos ſumus: τ lex dñi nobiſcũ est? Vere mẽdaciũ operatus est ſtilus mẽdax ſcribarũ. ¶ Audi ergo popule ſtulte qui nõ habes cor: qui habẽtes oculos nõ videtis: τ aures τ non auditis: nũquid ſi offendiſtis: non reſurgetis? Nõ inquit ſic offenderũt vt nulla ſit reliqua ſpes reſurgẽdi: quãuis ſcriptũ ſit: plaga inimici percuſſi te caſtigatione crudeli. Deſpabilis facta est plaga tua. Et illud Amos. 5. capite. Domus iſrael cecidit: τ nõ adijciet vt reſurgat. Virgo iſrael proiecta est in terrã ſuã. Sed ſermo dei exponit qđ dicit. Sequitur enim: vrbs de qua egrediebãtur mille: relinquentur in ea centũ: ecce electos τ preſcitos τ vocandos τ iuſtificãdos: τ de qua egrediebãtur centũ: relinquerẽtur in ea decem. Hoc modo intelligitur illud Apoc. ex omni tribu filiorũ iſrael. 12. millia ſignati. Abſit ergo vt caſus eorum irreparabilis putetur. Atq; in tantũ caſus eorũ nõ fuit inutilis: vt illorũ delicto gentes ſalutem fuerint cõſequute: quomodo dictũ est ſupra: q; deus in illa oĩa vertit in bona: nec permitteret Judeos cadere: niſi preuideret inde gẽtes ſalutẽ cõſequuturum iri. Lapſus igitur eorũ ad tẽpus fuit: τ tamẽ nobis feliciter ſucceſſit: quãdo illorũ caſus anſam nobis preſtitit ſalutem promerẽdi. Nũquid enim panis filiorũ daret canibus: niſi illi dicerẽt: Anima nr̃a nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſimo? Sermo inquit meus nõ vos capit qui erat de celeſtibus: aures autẽ illorũ nõ poterãt audire ſermonẽ qui nõ predicaret Moſen: cepe/alia/pepones τ ollas carniũ. Ut illos inquit emulẽtur: vt prouocarẽt ad emulandũ: vidẽtes Judei gloriã dei iſrael trãſlatã ad gẽtes. Emulabũtur autẽ cũ manus Moſi leproſa reuocata fuerit: τ Moſes noſter reuerſus fuerit ad matrẽ τ ad fratres. Et ſupra expoſuim⁹ illud de Maria ſorore Moſi τ Aaron que. 7. diebus reſperſa lepra electa est extra caſtra τc̃. [Qđ ſi delictũ eorũ diuitie ſunt mũdi:] ſi eorum cecitas licet ex parte mundum illuminauit: ſi illorũ paupertas τ caſus mundum ditauit τ erexit: τ ſi diminutio illorũ. i. abiectio τ vnius gẽtis iactura diuitie ſunt gentiũ: nõ per hoc q; illi permãſerũt increduli: ſed q; ex tam multis pauci cõuerſi ſunt: hi ſunt apl'i qui vbo τ exẽplo mũdum ditauerũt. Si igitur tam pauci tantũ vtilitatis τ diuitiarũ gentibus inuexerũt: quid erit quãdo earum plenitudo cõuerſa fuerit ad eccleſie vnitatẽ? Ex quo cõcludit/q; nec inutilis nec irreparabilis fuit caſus eorũ. Si. 12. tãtũ profuerũt vt tot eccleſias fundarẽt per orbẽ: cum eſſent pauperes τ illiterati: quãtum vtilitatis perceptura est eccleſia cũ omnis iſrael ſaluus fiet? quãto magis inquit plenitudo eorũ? ¶ Orige. cõſidera in his dei ſapientiã: quomodo apud eum nec ipſa quidẽ delicta τ lapſus inutilitati cedũt. Sed cũ vnuſquiſq; ex propoſito ſuo τ libertate deliquerit: diſpẽſatio diuine ſapiẽtie hoc ipſo in quo illi dãno ſue negligẽtie pauperes fiunt: alios diuites facit. Cũ enim diuideret deus gẽtes: ſtatuit terminos populorũ iuxta numerũ filiorũ iſrael: pars autem domini populus eius. Illis autem angelis quibus pars gentium est diſtributa de quibus idẽ dicit Orige. ſed eſt homo tẽpore infidelitatis ſue τ peccatorũ ſuorũ ex infidelitate naſcentiũ ſub angelis ſatane τ ſpiritib⁹ malignis τ immũdis demonus: ſeducẽtibus quodãmodo ſingulos quoſq; de parte dñi ac deprauãtib⁹: fecerũt eos offendere: (ita vt diceret dñs per prophetã: facta eſt mihi hereditas mea deſiderabilis in execrationẽ.) Neceſſarium fuit vt illa repudiata: eſſet alia pars dñi ſuper terrã que gloriã τ teſtamẽtum τ obſequia cultus dei (que oĩa diuitie erant partis dñi) ſuſciperet: τ pars dñi pro illa parte que offenderat vocaretur. Idcirco delictũ eorum nũc diuitie mũdi. Nũc enim non iam vna Hebreorũ gens: ſed totus mũdus pars domini effecta est τ qđ illis diminutum ablatũq; est: qui offenderũt: ad diuitias gentiũ collatũ est. Vide ad hoc Daniel. capite. 10. τ. 4. Regũ. capite. 5. de Archãgelis pugnãtibus pro cõmiſſis ſibi prouintijs. Vocatur autem populus iſrael ab aplo plenitudo. Eſaie aũt capite. 49. vocant feces: q; qđ deerat in portiõe dei: in nouiſſimis ipſe cõplebit. Quãuis enim nũc plenitudo gentiũ intret ad fidem: tamẽ ipa plenitudo quodãmodo cõplebitur: cũ omnis iſrael ſaluus fuerit. Sicq; ex gẽtium delicto in nouiſſimis intrabit Judeorũ plenitudo: ſicut in preſenti ex Judeorũ incredulitate intrat gentiũ plenitudo.

xv. — Hiere. 5. ca. — Ibidã. 30. — Eagite. 7. — Matth. 15. — Numeri. 11. — Joan. 8. ca. — xvi. — Exodi. 4. τ Pſal. 75. — Exo. 4. E. — Origenes. — Deut. 32. — Origenes. — Hiere. 12. — Judei plenitudo eccl'ie. — xvij.

¶ Vobis enim dico gentibus. Quãdiu quidẽ ego ſum gẽtium apoſtolus: miniſteriũ meũ honorificabo: ſi quomodo ad emulãdũ prouocem carnem meã: & ſaluos faciam aliquos ex illis. Si enim amiſſio eorũ reconciliacio est mundi: que aſſumptio niſi vita ex mortuis. Quod ſi delibatio ſancta eſt: & maſſa: & ſi radix ſancta: & rami. Quod ſi aliqui ex ramis fracti ſunt: tu autem cum oleaſter eſſes: inſertus es in illis: & ſocius radicis & pinguedinis oliue factus es: noli gloriari aduerſus ramos. Quod ſi tu gloriaris: non tu radicem portas: ſed radix te.

¶ Vobis enim dico gẽtibus: quãdiu quidẽ ego ſum apo. gẽtiũ miniſteriũ meũ honorificabo: quãdiu. i. quatenus ſiue inquãtũ. Vocat⁹ fuerat/vt vbũ dei gẽtib⁹ predicaret: ille vero τ Judeos vult ad fidẽ perpellere. Nimirũ hoc eſt qđ ſuperi⁹ dixerat: Optarem ego anathema fieri a deo ad tẽp⁹ pro fratrib⁹ meis τc̃. Quãdiu ergo homo in ſſa facit tãtum: ſeruus inutilis vocat. Luce. 17. donec eñ quis nihil ſup erogat: ſeru⁹ est. Si autẽ addat aliqđ p̄ceptis dñicis audiet: Euge ſerue bone τ fidelis. At qui virginitatẽ ſeruauerit q̃ precepta non eſt: ſeruus vocet τ vtilis. Dictũ fuit operarijs euãgelij dign⁹ est operari⁹ mercede ſua. Paul⁹ manuario labore querebat victũ: vt ſeruus vocet vtilis: hoc modo in preſenti loco dicit. Prouinciã gentiũ excolẽdam in ſorte accepi: τ ctabo vt etiã ex Judeis cõmodũ reportẽ: omnẽ mouebo lapidem noctes dieſq;: quaqua verſũ me cõuertã ſi forte vel in aliquo ſatiſfaciã deſiderio meo quo teneor: vt vel aliquos ſi nõ oẽs ſaluos faciã. Carnẽ ergo ſuã Judeos appellat: quos licet infideles τ icredulos diligebat tamẽ vt caro imo τ vt paternẽ ſciẽs qui eorũ pertineãt ad ſeptẽ millia quos reliquit dñs q̃ nõ curuauerũt genua Baal. [Si enĩ amiſſio illorũ: reconciliatio est mũdi: quid erit aſſumptio niſi vita ex mortuis:] Hec ſentẽtia eadẽ est cũ illa: illorũ delicto ſalus gẽtib⁹: τ ſi delictũ illorũ diuitie ſunt mũdi τc̃. Si igit vni⁹ gẽtis abiectio (τ adhuc nõ toti⁹) per occaſionẽ recõciliacio est mundi: q̃ñ dum illi a grã excidũt τ cõuiuium nuptiale reijciũt/gẽtes ad grãm τ ad cenam agni admittũtur: ſi capitis egritudo ſanitati pfuit pedũ: ipi enĩ erãt caput τ nos cauda: quãto plus bene fuerit: ſi qui nũc infideles ſunt τ increduli: aſſumpti fuerint ad eccleſie gremium quaſi quedã ex mortuis rediuiui: ſi mors illorũ. i. infidelitas vitam gẽtibus preſtitit: vita illorum. i. fides multo maiora eccleſie preſtabit: nihil enim iam tũc ſuper erit: niſi corporũ reſurrectio: τ hoc eſt qđ dicit: niſi vita ex mortuis. Si igitur queris quid eſt illud qđ ex reconcillatione iſrael mũdus acquirat: vitã inquit ex mortuis. Tunc enim erit aſſumptio iſraelite: quando iam mortui vitam accipient: τ mũdus ex corruptibili in corruptionẽ induet: τ mortales immortalitate donabũtur. Abſurdũ nãq; videretur: ſi vt offenſio ipſorũ recõciliationem mũdo donauit: aſſumptio ipſorũ nõ maius aliquid τ preſtãtius mundo largiretur. Sequitur. [Quod ſi delibatio ſancta eſt: τ maſſa tota:] vel primitie vocantur delibatio. Delibatio tamen illud eſt qđ ex re qualibet ſumitur ad experimẽtum vtrum reliquũ ſit cõditum competẽti ſale: hiſpanice vocatur (La ſalua). Igitur hec delibatio τ primitie τ collicida oleo conſperſa preſumpta ex tota maſſa apl'i ſunt: qui ex Judeis crediderũt: τ paſtores qui venerunt feſtinãtes in Bethlehen: ſicut τ gẽtiũ primitie τ delibatio fuerunt Magi illi qui ab oriẽtibus venerũt τc̃. Eiuſdẽ enim nature ſunt manipulus primitiarũ τ ager vnde ſumptus eſt: τ delibatio cum reliquo cõdimento: τ collicida cum tota cõſperſione. Unde ſequitur. [Et ſi radix ſancta:] Abraã Iſaac τ Jacob [τ rami:] hi ſunt. 12. filij Jacob τ oĩs eorum poſteritas. Sane cũ radix vna tantũ fuerit τ hec iuſtificata ex fide: hec inquã ſancta eſt: rami autẽ cum fuerint plures: multi quidẽ ſanctitatem τ radicis ſuccum cõſequuti ſunt: ſed non oẽs: quoniã non oẽs obedierũt. Nec dixit apl's omnes ramos ſanctos fuiſſe vel fore: ſufficit q; aliqui. [Quod ſi aliqui ex ramis fracti ſunt: tu tamẽ cũ eſſes oleaſter ad cuius radices iam ſecuris poſita erat:] inſitio tibi dedit qđ illis natura: inſert⁹ es enim inter illos neſcio quo caſu qua diuina diſponẽte prouidentia: loco ramorũ fractorũ: τ ſocius radicis τ pinguedinis factus es: cũ alias eſſes aridus quaſi mirice in deſerto in terra ſalſuginis τ inhabitabili inuia τ inaquoſa. Unde iam illo tẽpore quo oleaſtri ceperũt inſeri τ cũ ramis oliue participare ex oliue pinguedine: factus eſt murmur grecorũ aduerſus Hebreos τc̃. Actuũ. 6. Hi Greci Judei quidem erãt. ſed quoniã nõ erãt ex Judeis hierlm: quaſi inter gentes eſſent nati τ cõuerſati: deſpiciebantur ab eis qui in Judea nati ſunt τ creuerũt Judei. Et ſuperius diximus reprehẽſum fuiſſe Petrum a quibuſdam/q; ingreſſus eſſet ad gentes habẽtes preputiũ. ¶ Igitur tu gẽtilis τ ſi inſertus es. [Noli de hoc vane gloriari aduerſus ramos:] quoniã ſi oliua eſt putata: non eſt amputata nec euulſa: ſed ſicut alibi dicit ſcriptura: ſuccidite arborem: τ precidite ramos: excutite folia eius: τ diſpergite fructus eius: verũtamen germen radicũ eius in terra ſinite. Noli ergo inſultare malis alioꝝ: ideſt noli gloriari aduerſum ramos. [Qđ ſi ad huc vane gloriaris: vide q; nõ tu radicẽ portas: ſed radix te:] radix de aqua dicitur: oliuã vberem: pulchram: fructiferã: vocauit dñs nomen tuũ. Talis erat iſrael quãdiu ambulauit in dei preceptis. Nunc quercus eſt defluẽtibus folijs. Gens enim illa Judeorũ nihil habet a gentibus: niſi forte q; ab eis didicit adorare opera manuũ ſuarũ: qui nimo ſine forte ita eſt: gentes autẽ fidem quã habent/a Judeis habent. Vane ergo rami oleaſtri inſerti inſultant ramis fractis oliue. Hinc eſt q; cum gentiũ primitie regem nouiter natum quererent in iudea: non vbi eſt natus inquiunt rex gentiũ: ſed vbi natus eſt rex iudeorũ inquirũt quia oleaſter ad oliuã veniebat non oliua ad oleaſtrum. Rami tamen frangẽdi imo qui iam fracti erãt vt oleaſter inſereret nec Magis crediderũt: τ Pilato cõtradixerũt dicenti. Hic eſt Jeſus nazarenus rex Judeorum. Si vis igitur manifeſte videre quomodo ramus oleaſtri inſeritur ipſi oliue: intuere quomodo Raab adiũgitur iſraeli. Unde dicitur Joſue 6. capite. Raab vero meretricem τ domũ patris eius τ omnia que habebat fecit Joſue viuere: τ habitauerũt in medio iſraelis vſq; in preſentem diem. Deniq; ipſa Raab ex oleaſtro facta eſt oliua ex qua natus eſt Booz. Et ex vxore huius/Obed: τ hic genuit Jeſſe patrem Dauid.

Luce. 10. — Prouerb. — 3. Regũ. 19. — Luce. 14. — Deut. 28. — xviij. — 1. Corin. 15. — Luce. 2. — Matth. 2. — xix. — Roma. 10. — Matth. 5. — Hiere. 17. — Tho. 1. p. q. 49. arti. 1. — Actuũ. 11. — Daniel. 4. — Hiere. 11. c. — Vide Deute. cap. 7. — xx. — Matth. 2. — Joan. 19.

¶ Dicis ergo. Fracti ſunt rami: vt ego inſerar. Bene. Propter incredulitatem fracti ſunt. Tu autem fide ſtas. Noli altum ſapere: ſed time. Si enim deus naturalibus ramis non pepercit: ne forte nec tibi parcat. Vide ergo bonitatem & ſeueritatem dei. In eos quidem qui ceciderunt ſeueritatem: in te autem bonitatem dei: ſi permanſeris in bonitate. Alioqui & tu excideris. Sed & illi ſi nõ permãſerint in incredulitate inſerẽtur. Potens eſt enim deus iterum inſerere illos. Nam & ſi tu ex naturali excíſus es oleaſtro: & contra naturam inſertus es in bonam oliuam: quanto magis hi qui ſecundum naturam inſerẽtur ſue oliue? Nolo enim vos ignorare fratres myſterium hoc: vt nõ ſitis in vobis ipſis ſapiẽtes: quia cecitas ex parte contigit in iſrael: donec plenitudo gentiũ intraret: & ſic omnis iſrael ſaluus fieret: ſicut ſcriptũ eſt. Veniet ex ſion qui eripiat & auertat impietatẽ ab Iacob. Et hoc illis a me teſtamẽtũ: cũ abſtulero peccata eorum.

¶ Quod ſi adhuc proteruias ſtultiſſime dicẽs: quoniã certũ eſt ramos fractos eſſe vt ego inſerar: hoc quidẽ cõſequutũ eſt: vt illis fractis tu insereris: ſed nõ propterea fracti ſunt. Nõ enim deus precepit fieri mala nec permittit: vt inde veniant bona: ſed cũ ſit ſumme ſapiens τ ſumme bonitatis: e malis nr̃is elicit bona: τ multo plura q̃ fuerũt mala: vt vbi exciſi ſunt vel fracti centũ rami verbi grã: centũ millia pro eis oleaſtri inſerantur eidem oliue. Dinumerabo inquit eos: τ ſuper arenã multiplicabuntur. [Bene inquit.] Ita eſt τ verũ eſt: q; fracti ſunt: ſed nõ ideo fracti ſunt vt tu insereris: fracti ſunt autẽ propter ſuã incredulitatẽ: tu autem interim credens: inſertus es: ſed vide q̃ñ tu nõ merito tuo ſtas: ſed fidei merito. [Noli ergo altũ ſapere:] ramis inſultare: ne τ tu frãgaris per ſuperbiã: ſicut τ illi propter ſuã incredulitatẽ. Noli gaudere de caſu aliorũ: quãdo τ Paulus timet ne τ ipſe excidatur. i. reprob⁹ efficiat. ¶ Et ſequitur quare merito ſit nobis timẽdum. [Si enim deus naturalib⁹ ramis nõ pepercit:] nec patrũ prerogatiua quib⁹ facte ſunt diuine pmiſſiones.) Nec Job Noe vel Daniel proderũt filijs ſuis. Ezech. 14. Aut Moſes ſiue Samuel populis ſuis. Hiere. 15. Q̃ñ deus nõ eſt perſonarũ acceptor. Coloſ. 3. ca. Sed quelibet aĩa ſi peccauerit morieť: [nec tibi certe parcet.] Dicit autẽ forte/q; aliquãdo deus propter merita patrũ/miſeretur filiorũ cũ dicit. Propter Dauid ſeruũ tuũ: τ de hoc alias dicit. Ex his aũt q̃ hoc loco apo. dicit ita nobis occurri poteſt τ dici. Quomodo Paul⁹ oliuã bonã ponit τ oleaſtrũ: cũ vna ſit omniũ rationabilium creaturarũ natura τ ad ſalutẽ equaliter habilis: τ ad perditionẽ ſi negligat? Videť enim apl's oppoſitũ aſſerere cum alios dicit oleaſtros natura alios autẽ oliuã. Ad hec dicim⁹. Sicut oĩs materia corporalis cũ ſine dubio vnius nature ſit: per accidẽtes ſibi qualitates: diuerſas ſpecies profert: vel corporũ vel arborũ: Ita τ cũ omniũ rationabiliũ vna natura ſit arbitrũ equaliter libertate donata: vniuſcuiuſq; propriũ mot⁹ ex arbitrũ poteſtate prolati: vel ad virtutẽ vel ad vitia ſubiectã ſibi animã perducẽtes: vel in bone eam vel vel in male arboris format ſpeciem vt voceť vel oleaſter vel oliua. Aut facite inquit veritas arborem malã τ fructũ eius malũ: aut bonã τ fructus eius bonum. Per quod oſtẽditur arborem bonam vel malam non naſci: ſed fieri. Poteſt τ illud dici q; non omnes arbores ſunt eiuſdẽ durationis: ſed quedam diu durãt τ ſemper virẽt ſicut cedri cypreſſi τ oliue τ palme alie breue tẽpus cõſiſtunt: citoq; carie cõſumũtur: τ eo-

Pſal. 138. — xxi. — pma Cor. 9. — Eſaie. 37. c. τ Capi. 45. τ. 3. Re. 11. — Origenes. — Matth. 12.

xxij. de3modo possum⁹ intelligere de creatura rationali. Ta-
men qꝛ solius dei est nosse has arborū differētias: ꝛ quę
Psal.51. illarū ad paradisū delitiarū sunt trāsferendę: quę vero
ęterno igni sunt destinatę: nos interim studeam⁹ ex olea
Matth.25. stro oliua fieri in domo dei: vt cū vox illa insonuerit ecce
sponsus venit: nō aliūde mendicemus oleū quo lāpade
accensa occurramus obuiā ei. Hoc autem nō lateat nos
in hoc loco: ꝙ nō eo ordine apostol⁹ oliuę ꝛ oleastri simi-
litudinem posuit/quo apud agricolas habetur. Illi enim
magis oliuā oleastro inserere ꝛ nō oliuę oleastrū solent.
Paul⁹ vero apostolica autoritate: ordine cōmutato: res
magis causis ꝙ causas rebus aptauit. ¶ Secūdū autē
veritatem radix ꝛ trūcus oleastri amarus in folijs ꝛ ste-
Ephe.2. rilis in fructu homo est natura filius irę ex quo iam diu
degenerauit ab illa innocētia ꝛ rectitudine in qua condi
tus est. Huic igit̄ trūco alias sterili Verbū caro factū inser-
tum est: vt per hoc qđ oliua sumpsit ex oleastro carnem:
Jacobi.1. oleaster. i. homo particeps fieret pinguidinis oliuę: iux-
ta illud. Suscipite insitū verbū qđ potest saluare animas
4.Regū.2. vestras. Sic igitur ꝛ caro nr̄a reflo ret in verbo: sanatur
enim aqua sale immisso ꝛc. ꝛ verbū caro erat in femore
Abraā. i. caro verbi: sicut scriptū est: pone manū sub fe-
Gene.14. more meo: ꝛ iura mihi per deū cęli. Per illam igitur car
nem quā christus accepit de Abraā: ꝛ per fidem quā de
hoc habuit Abraā: Idem cū esset oleaster in chaldea: in-
sertus est in bonā oliuā. Inde ergo Abraā radix vocatur
xxiij. ꝛ oliua ꝛ pater fidei nostrę: ꝛ pater multoꝝ/quoniā prior
omniū fidē habuit de incarnatiōe verbi: exultauit enim
Joan.8. vt videret diem meū: vidit ꝛ gauisus est. [Uide ergo bo-
nitatem ꝛ seueritatē dei.] Bonitas virtus est hoc loco vt
quedā animi ꝓpensio: ad bene faciēdū oīb⁹: cui opponit̄
ἀποτομία, que ad verbū sonat resectionem: ꝛ ea est cū
Bonitas. ad viuum res exigitur: quā hic apostol⁹ se-
ueritatem vocat. ¶ Si igitur dei benignitas ꝛ indulgen
tia in te collata: resoluit animū tuū vt inaniter efferaris
de casu aliorū: seueritas eius te terreat. quā si semper no
Prouerb. biscū deus teneret: ꝛ vt dicitur oīa ad amussim regularet:
Psal.142. nō iustificaretur in cōspectu eius omnis qui viuit: nec
forte aliquis viuorū. Uide inꝙ seueritatē dei in eos qui
ceciderūt: quomodo nunc nutātes mendicant: eiecti de
habitationibus suis: ꝛ alieni diripiūt labores eorū: nec
Gene.4. est qui misereat̄ pupillis eorū: ꝛ vbiq̄ vagātur tremētes
cum signo qđ posuit dn̄s in Cain: quomodoq̄ disperijt
de terra memoria eorū: ꝛ si est eorū memoria in malū est
Psal.108. nō in bonū: eo ꝙ persequuti sunt hominē pauperem sed
deum diuitem: ꝛ quoniā dilexerunt maledictionē: venit
super eos: quorū peccatū non in libro aut in charta pānu-
Hiere.17. cea scriptū est: vt deleri vetustate aut dirūpi possit huma
na industria: sed sicut dicit Hieremias: peccatum Juda
scriptū est stillo ferreo in vngue adamātino: exaratū sup
latitudinē cordis eoꝝ. Si queras quomodo adamas exa
Matth.27. rari potuit. i. corda iudęorū lapidea: respondeo. Accepe-
runt super se sanguinē illum qui saxa scidit: ꝛ monumēta
aperuit: ꝛ totū naturę ordinem turbauit: cū manauit Jor
xxiiij. ꝛ Dan. i. sanguis ꝛ aqua ex latere christi dormiētis. Nō
ergo ad remediū acceperūt sup se sanguinē illū/qui oīa
peccata deleuit ꝛ destruxit chirographa: sed vt peccatū
matris eorū non deleatur sicut dixit Dauid. Omnis eīn
synagoga exclamauit: sanguis eius super nos. ¶ Uidisti
seueritatem dei in filios quondam primogenitos? Audi
quid de hoc preuiderit Moses legislator eorū. Deut.28.
Obsideberis inter portas tuas/in omni terra quā dn̄s
daturus est tibi: ꝛ comedes fructū vteri tui. Homo deli-
catus in te ꝛ luxuriosus valde: inuidebit fratri suo ꝛ vxo
ri que cubat in sinu suo: ne det eis de carnibus filiorum
suorū quas comedet: eo ꝙ nihil aliud habeat in obsidio-
ne ꝛ penuria/in qua vastauerint te inimici tui. Tenera
ꝛ delicata mulier que super terram ingredi nō valebat:
nec pedis vestigiū figere pre teneritudine ꝛ mollitie: in-
uidebit viro suo super filij ꝛ filię carnibus ꝛ illuuię secū-
dinarū que egrediūtur de medio feminū eius/ꝛ super li-
beris qui eadē hora nati sunt. Comedēt enim eos clam
propter rerum omniū penuriā. Et remanebitis pauci nu
mero qui prius eratis sicut astra cęli pre multitudine. Et
sicut ante lętatus est dn̄s super vos benefaciens vobis
atq̄ multiplicans: sic lętabitur disperdens vos atq̄ sub-
uertēs vt auferamini de terra. Dicēs autē dn̄s circūitis Matth.23.
mare vt faciatis vnū proselytū: significauit tacite: cito de
fecturū Judęorū genus qui prius erāt sicut astra cęli. Se
quit̄. Disperget te dn̄s in oēs populos a summitate terrę
vsq̄ ad terminos ei⁹. Ingētibus quoq̄ illis nō quiesces
nec erit requies vestigio pedis tui. Seruies dijs alienis
quos tu ignoras ꝛ patres tui. Dabit tibi dn̄s ibi cor pa-
uidum: ꝛ deficiētes oculos ꝛ animā cōsumptā merore: ꝛ
erit vita tua pendens ante te. Et secūdū Augustinū ni-
hil infelicius inter maledicta que pro merito superbię Augustin⁹.
suę Judęis acciderūt: ꝙ videre vitā suā. i. christum pen xxv.
dentem in ligno: ꝛ nō credere vitę suę sicut hic sequitur.
Timebis nocte ꝛ die: ꝛ nō credes vitę tuę. Mane dices
quis mihi det vesperum: ꝛ vespere quis mihi det mane/
propter cordis tui formidinē qua terreberis: ꝛ ꝓpter ea
q̄ tuis videbis oculis. Reducet te dn̄s classib⁹ in Egy-
ptum per viā de qua dixit tibi vt eam amplius nō vide-
res. Ibi venderis inimicis tuis in seruos ꝛ ancillas: ꝛ
non erit qui emat. Hec ibi: nec oīa retuli sed ex multis
pauca. ¶ Sicut autē dicit Josephus cum capta ciuitate Josephus.
distraherētur. 30. Hebręi vno denario: institores reple-
uerunt aliquas naues mancipiorū iudaicorū: ꝛ deuile-
runt in Egyptū in vrbem Alexādrinā: vt ibi carius ven-
derent. Deniq̄ disrūpebātur viscera miserorū vt expisca
rentur aurū vel pecunias quas ne in manus Romanorū
venirent ipsi malo suo vorauerāt. Nam ꝛ nocte vna duo
millia ꝛ eo amplius exenterati sunt. Sexcēta quidem mi-
lia cadauera per portas elata sunt priusꝙ ciuitas trade-
retur. Nam eorū qui sese precipites dederunt vel alias
alibi mortui sunt: incert⁹ est numerus qꝛ infinitus. De-
niq̄ ciuitate populata: in die natalitio Uespasiāi duo mi
lia Judęorū mancipia astante populo caueis inclusi mo-
re luporum cōfossa sunt: totidēq̄ bestijs obiecti: totidēq̄
a sese inuicem necari cōpulsi sunt. Inuenti sunt autē in
Hierl̄m in paschate qđ precessit vrbis desolationem Ju-
dęi numero. 2000000. Et eo amplius qui mūdi ꝛ purifi-
cati facerent phase. Itaq̄ hi oēs demptis paucis qui ad
Romanos trāsfugerunt vel gladio vel igne sublati sunt:
aut satis vili precio distracti. De que vide. 2. Mach. ca-
pite. 8. Uide ergo seueritatē dei/num omnia hec ad amu
sim quadrent cū his que nūc patiūtur Judęi: vt sint sem
per calūnias sustinētes: percussiq̄ plaga insanabili a plā
ta pedis vsq̄ ad verticem. Deniq̄ percussi sunt amentia
ꝛ cęcitate ꝛ furore mētis: ita vt palpent in meridie: sicut
palpare solet cęcus in tenebris. Uidisti seueritatē dei in
illis: vide ꝛ in te. [Bonitatem dei:] si permāseris in bo
nitate. Gratis presciuit predestinauit: vocauit per gratiā
iustificauit per mortem vnigeniti sui: adoptauit in filiū:
cōstituit heredē: dedit tibi fidē spem ꝛ charitatem quasi
quedam glorię futurę pignora gratissima: hec inquā oīa
maximā dei benignitatem testātur: cum tu interim esses
sine deo: non sine dijs ꝛ multis: cōsumens substātiam tuā
cum meretricibus: nonnūꝙ autē ꝛ pascens greges por
corum. Nunc autē videte qualē charitatem dedit nobis Luce.15.
deus: vt filij dei nominemur ꝛ simus: ꝛ qui filij erāt pri- 1. Joan.3.
mogeniti: venūdati sint in iniquitatibus suis. [Alioqui Esaię.50.
ꝛ tu excideris.] Non solum cōfringeris sicut illi: sed qđ
grauius est excideris. Per qđ ostēditur qđ grauior se-
ueritas dei manet illos qui cum essent oleastri ꝛ ex pec-
catorū silua collecti/postꝙ ad radicem fidei ꝛ ad paradi-
sum delitiarum adducti sunt: rursus amaros malitię
proferunt fructus. Jam securis ad radices apposita est.

Faber. Faber. Uides ergo quo pacto si q̄ non predestinātur ad
vitam: culpa ipsorū est. Et forsitan non omnes ad vitam
deum predestinare: tam a natura dei alienū est: ꝙ eum
aliquid ignorare: qui q̄ etiā ignorare dicitur: nouit. Ma
lum. n. dicit̄ ignorare: ꝛ bonū nosse: tamen in Osee dicit:
cognoui multa scelera vestra: ꝛ ego sum testis: ego vidi:
de quo ad plenū habes in Ezechiele capite octauo. Sic
ꝛ q̄ nō predestinata dicūtur predestinat. Et Paulus de
reprobis ꝛ qui nunꝙ inserētur dicit: si non ꝑmanserint
in incredulitate inserent̄: potens est. n. deus inserere il
los. Et de predestinatis: si permanseris inquit: alioqui
ꝛ tu excideris. [Sed ꝛ illi si nō permāserint in incredu
litate inserent̄.] Pronior est. n. dei clementia ad miserē
dum: ꝙ ad vindicandū. Et non solum de illis sed de quo
Ezech.18. cūq̄ peccatore scriptū est: si penitētiā egerit: vita viuet
ꝛ nō morietur. [Potēs est. n. deus iterū inserere illos:]
sꝫ hec potētia sero reducetur ad actū: quia de memoria
dei ęterna sunt obliuione deleti. Hieronym⁹. ca. 1. Osee
imo facilius videt̄ ꝓprię arboris ramos radici suę red-
dere: ꝙ inserere alienos. Fecit deus qđ difficilius: mul-
Hierony⁹. to facilius faciet ꝛ qđ facilius est. ¶ Hiero. ostendamus
in israel gloriā peregrinā: ꝛ benedictionis germen in li
Figura. gno fluxisse non suo. Dicimus Ruth: quo magis cōfun-
Cap.11. dātur in femina. Dicit Esaias virgā de Jesse radice ori-
turā pro nostra salute. Nunꝙ tamē flos cōscenderet qui
Psal.44. vel solus pleni agri odore fragraret pre consortibus: nisi
eum odore vnguentoꝝ super omnia aromata: eū inꝙ pa
ter vnxisset oleo leticię. Hic tamē Jesse Auiā nō israeli
ticam habuit sed Moabitiden: cui tamē peregrinę cōce
ditur quantū nulla de patriarcharū genere promeretur
vt suo vtero destinatę bn̄dictionis semē excipiat: ꝛ israe
li nō israelita parturiat dignitatē: cornuq̄ populi sui in
alteri⁹ populi bn̄dictionib⁹ aliena sustollat. Unde istud
promeruit? Credo ꝙ dixit: populus meus populus tu⁹:
Ruth pmo ꝛ deus tuus: deus meus. Ecce Abrahę fidem in circūcisę
gētis femina imitatur sicut altera Raab: ꝛ per aliena ve
stigia meritū iustificationis ingreditur: a quib⁹ maior
cęca hereditas deuiauit. Illa dijs suis desertis: deū verū
sequitur: ꝛ tu israel alienos suffurās. i. deos Labā cum
Gene.31. matre tua Rachel. Idcirco vsq̄ a deo bn̄dicit̄ hec/ab eo
xxvij. quem colere pręelegit: vt prophetarū tuorū mater vocet̄
ꝛ regū. Sic insertos agnoscimos oleastros in iudęorum
radice: etiam ante ꝙ ipsi rami deciderent. Radicē ergo
Apoc.22. hanc nullam aliam ego intelligo ꝙ eum qui ait ego sum
radix ꝛ genus Jesse stella splendida. Ipse est ꝛ primitię:
ꝛ delibatio sancta ꝛ primogenit⁹ omnis creaturę. Huic
omnis qui saluatur inseritur: ꝛ ex hac delibatione san-
cta omnis humana natura sanctificat̄. Sicut. n. modicū
fermentū carnis Adę totā massam corruptioni obnoxiā
fecit: ita per oppositū de christo intellige. Sciendū autē
ꝙ cū dicitur gentilis insertus contra naturā: deus nihil
contra naturā operatur: sed aut ꝓm naturam: aut preter
naturā: aut supra naturā. Ordo tamē naturalis est vt sur
culus insiticius fructū afferat arboris vnde est excisus:
non autē arboris cui inseritur. Gentes autē contra hanc cō
suetudinē inserti in oliua: non fructū oleastri referunt:
sed fructū oliuę: qđ in arboribus natura non fert. Et hoc
est qđ dicit. Itē. 2. nō tenet vsus vt oleaster inseratur oli-
uę: sed oliua oleastro: ꝛ tamē hic per oppositū factū est.
Diximus autē supra ꝙ oēs eramus oleastri ꝛ iudęi et
nos: licet illi priores ceperūt a deo excoli ꝛ ex oleastris
restitui in priorem naturam oliuę/in qua cōditi sunt in
Adam ꝛ illi ꝛ nos. Noe quidem oliua erat: ꝛ Sem ꝛ Ja
phet. Cham vero degenerauit in oleastrū. Imo oēs si
Psal.13. mul i vtiles facti sunt. ꝛc. De hoc ita habes Josue ca. 24.
xxviij hec dicit dn̄s deus israel. Transfluuiū habitauerunt pa
tres vestri ab initio: Thare pater Abraā ꝛ Nachor: ser-
uierunt dijs alienis. Tuli ergo patrē vestrū Abraā de
Messopotamię finibus ꝛ adduxi eum in terrā Chanaā.
Uide ergo ꝛ in te dei bonitatē: ꝛ noli altum sapere. Pro Hiere.3.
pter peccata inquit sua dimisi israel. Juda autē audiēs
que acciderant israeli: noluit ad me cōuerti. ¶ Orig. de Origenes.
nostris loquitur peccatis: qui legētes ea q̄ passus est po
pulus iudęorū: non timemus nec dicimus: si naturalib⁹
ramis nō pepercit: quāto magis nec nobis parcet deus?
Uide ergo dei bonitatē ꝛ seueritatē. Si benignus tan-
tū esset: cōtemneret̄: si seuerus tantū: desperatio nos sa
lutis propter peccata q̄ fecim⁹ precipitaret in vitia. Bo-
nitas ergo dei apponitur penitētib⁹: seueritas delinq̄n-
tibus. Cum ergo deberem⁹ exijs q̄ illi passi sunt ad me-
liora conuerti: ꝛ inspicere ꝙ illi propter peccata sua: du
cti sunt in captiuitatē vēditi ꝛ distracti: ciuitatibus eoꝝ
exustis: nihil horum curamus: sed ronco nare securi dor
mim⁹. Siquis seru⁹ nuper emptus domū emptoris in-
gressus fuerit: sciscitatur ab aliquo conseruo: siquis de
priorib⁹ seruis offenderit dn̄m suū: quid promeruerit. Analogia.
Et si voluerit in domo dn̄i perseuerare: cauet ea facere q̄
eos fecisse audiuit: q̄ verberibus ꝛ tormentis digni fue
runt: deinde diligētissime inquirens quid fecerunt illi
qui libertatē consequuti sunt a dn̄o suo: omni labore ni-
titur vt similia faciat vel meliora. Sicut igitur iudęi ele
ctis gētibus plantati sunt in terra aliena propter deme-
rita populoꝝ illorū: ita nunc illi deiecti de terra sua: eccle
sia dei inserta est radici. Deus. n. est qui trāsfert gētes ꝛ
regna. Transtulit. n. primogenita ab Ismael in Isaac: Daniel.4.
ab Esau in Jacob: a Ruben in Judā: a Saul in Dauid:
a Dauid non in Amnō aut Adoniā sed in Solomonē. ꝛc. xxix.
Deniq̄ a semine Dauid in Herodem. ꝛc. Ponamus aūt
verbi gratia vnū qui altum sapiebat. Et si omnes scāda-
lizati fuerint in te: ego nunꝙ. Considera ergo quomodo Pe- Matth.26.
trus per hec verba dn̄m mēdacē facere conabatur. ¶ Et
propter hoc sicut ego existimo: oēs quidem discipuli
scandalizati sunt in Jesum: Petr⁹ autē qui existimauit
mendacē facere veritatē: non tantū scandalizatus est: sed
etiam derelictus propter suam audacem promissionem.
Et qm̄ non solum inconsiderate sed pene etiā impie di-
xit: ꝛ si omnes. ꝛc: nec cogitans lubricā naturam huma-
nā: magnū protulit verbū: ideo nec ad modicū derelict⁹ Petrus.
est: sed abundantius/vt tertio negaret: vt arguat̄ auda-
tia eius per vnam ancillam: simplici sermone ꝛ forte mi
seratione pleno. Sed non dum apo. dixerat: noli altū sa-
pere. Poterat tamē a dn̄o hanc gratiā postulare: vt cęte
ris scandalizatis: ipse non scādalizaretur. Nec possibile
fuit Petro dicet aliquis inquit Origenes: Dn̄m nō ne Origenes.
gare: postꝙ dn̄s cum iureiurando dixit: amē dico tibi qꝛ
ter me negabis. Simile est illud ex Esaia: non poterant
credere: quia dixit Esaias excęcauit oculos eorum. Que
ergo culpa fuit iudęorū: si necesse est impleri sermonem
Esaię? Dicimus deū pręscisi futuroꝝ per prophetam pre
dixisse infidelitatē iudęorū: non fecisse. Nō. n. ꝓpterea
ad peccādū deus quenꝙ cogit quia futura hominū pec-
cata iam nouit. Sed inquit quod factur⁹ es. fac citius.
Quod ergo dicit: non poterāt credere: ideo dicit vt ostē
dat qm̄ impossibile est prophetā mētiri: non tamē impo
ssibile erat iudęos credere. Nō. n. hec predixisset si essent
credituri. Qđ vero excęcati sunt: ipsi hoc demeruerūt.
Hec sentētia est Aug. ꝛ Chriso. Et addit Ambr. Malo Augusti⁹.
negasse Petrū: ꝙ dn̄m fefellisse: cuius verba non transi Ambro.
būt. Tamē iuxta scholasticos per illam assertionē/amē
dico tibi/intelligit Origenes denūtiationē categoricā si
ue absolutā: q̄ semper impletur. Et sublato ly amē intel-
lexit hypoteticā siue conditionatā: q̄ impletur posita cō-
ditione: alias non. Hic igitur qui nūc altum sapuit: tan-
dem correctus timuit: cū tertio quesit⁹ de amore dei: res
pondit. tu scis dn̄e quia diligo te: vtrū aūt plus his: etiā
tui solius est nosse. Hec aūt seueritas dei ꝛ bonitas etiā Fig. Hier.
figuraliter ostensa est Hiere. 13. c. cum precipit̄ ei vt possi
deat lumbare lineum: ꝛ tādem abscondat eum in eufrate

Infoʒamine Petre. Non est autem putandum cinctoriū
xxx. abiiciente dn̄o: mansisse in cinctū: sed statim vt proiecit
iudeos: precinxit se gētiles. Sed nec nobis par fur⁹ est:
si non permanserimus in eo/ ⁊ in nobis verba eius. Est
igitur lumbare populus Israel: qui in lini similitudinē
assumptus de terra ⁊ illotus: nec molliciē habuit nec can
dorem: ⁊ tamē per illius misericordiā adhesit deo. Cūq
peccasset (rationale qppe est huiusmodi lūbare ⁊ linū)
ductus est trās Euphratē ad Assyrios: ⁊ ibi abscondit:
hoc est magnitudine magnarū gentiū et innumerabiliū
quodāmodo absortus ⁊ nihili reputat⁹ est. Post multū
tempus ipse propheta in typo dn̄i populum de captiui-
tate liberat. Qui reductus: ad extremū manus in here-
Psal's.72. dem mittēs: eterna maledictione cōtabuit. Caueat ergo
qui potest dicere mihi adherere deo bonū est: ne forte p
negligentiā a dei renibus separetur: ⁊ in tantam putre
dinem veniat: vt in vsum ⁊ cinctoriū dei vltra redire nō
possit. Hieronym⁹. [Nā si tu ex naturali excisus es olea
stro: ⁊ contra naturā insertus es in bonam oliuam] (mo
do superius exposito) quāto magis hi filii Abrae qui se
cundū naturā sunt oliua sed cōfracti: inserentur iterum
sue oliue ⁊ radici? Hec exposita sunt superius. [Nolo.n.
vos ignorare fratres mysteriū] hāc rem inquā arcanam
⁊ ad modum paucis cognitā: nec passim vulgandā [vt nō
sitis apud vos met ipsos prudētes.] Ego quidē p mea
sentētia melius silentio pretereundū putarem: nisi ad sa
lutē vestri omniū referret ex parte secretuʒ hoc aperire:
videlicet ne inaniter super efferamini sapientes altum:
eo q gētib⁹ prelati videmini. Insultare.n. lapsis: ⁊ glo-
riari aduersus cōfractos ramos nō fit per dei sapientiā:
sed per humanā stulticiā: que ignorat mysteriū dei. Est
aūt misteriū hoc qm̄. [Cecitas ex parte ɔtigit in israel]
Luc.10. non.n. omnes sunt excecati: nec omnes cōfracti: quia ad
Ibidē.2. quosdam dictū est: beati oculi qui vident q̄ vos: ⁊ vide-
runt oculi mei salutare tuū: quod parasti lumē in reue-
lationē gentiū: ⁊ gloriā nō tantum gentiū sed plebis tue
israel. Ex parte igitur cōtigit: q m̄ sicut superius dixim⁹:
manente parte dn̄i in statu suo: possibile non erat nos q̄
eram⁹ gētes introire in hereditatē dei: ⁊ in sceptri eius
Origenes. iura succedere. Id circo patitur deus ex parte. i. in aliq-
bus ex israel fieri cecitatē ab illis sine dubio angelis ma
lis obtentu inuidie ⁊ emulationis illatam/ qui ceterarū
gētiū sortiti fuerant principatū. Passus est ergo deus:
xxxi. ⁊ cum posset prohibere noluit: vt pro his qui cecitate de
cepti. i. cordis obtusione plapsi sunt: ipsorū qui istos de
ceperant portionē suam deus faceret: vt quodāmodo in
eo ipso quo ceperant caperent. Auertentes.n. ad se per
peccati illecebras dei plebem: locū fecerunt gentibus in
grediendi in hereditatē dei: deo cū ipsis cōmuni quod-
dam ⁊ equissimo iure habente iuditiū: vt donet illis ple
bem dei: quam in cecitatis captiuitate detinerēt: ⁊ qua
si ad vicē eorū quos ab initio ex portione dei ⁊ segrega-
ta eius hereditate subtraxerāt: gentiū numerus redde
retur. Cum vero plenitudo gētiū fuisset expleta: ⁊ emu-
latione salutis eorum cepisset israel discutere a se cecita-
tem cordis: ⁊ eleuatis oculis suis verū lumē aspicere se
cundū precedentes prophetias: salutem quam obcecat⁹
amiserat israel quereret instigatus (q̄.n. prius rogatus:
Luc.15. noluit intrare ad vitulū saginatū: modo famē patitur vt
canis) dicens illud: reuertar ad virū meū priorē: qm̄ me
Osee.2. lius mihi erat ante q̄ modo. Unde dicit dn̄s per Hie
Cap.31. remiā. Si exaltetur celum in excelsum ⁊ terra humiliet
deorsum (vtrūq est impossibile) ego nō reprobabo om̄e
genus israel pro omnibus q̄ fecerūt: sed nec pro his que
facturi sunt/ cum impleuerint mensuram patrum suorū.
Si ergo pro eo vt introiret gentiū multitudo cecitas fa
cta est in israel: pro omnibus q̄ fecerunt: sine dubio cum
ingressa fuerit multitudo: cecitas cessabit: ⁊ sic. [Om̄is
israel saluus fiet:] qui tūc inuētus fuerit: predicante He

lia qui conuertet corda filiorum ad fidem patrum suorum:
sicut scriptū in Malachia capite vltimo in fine. Om̄is aūt Malach.
israel pro multis ex israel intelligim⁹ dictū. Nec hoc ta
cuit Esaias: is.n. ita loquitur. 59.c. veniet ex Sion q̄ eri Esaie.
piat ⁊ auertat captiuitatē Jacob siue impietatē Jacob.
Ex sion exiuit verbum ⁊ lex dn̄i de Hierusalem. Christ⁹
aūt in Nazareth conceptus: natus in Bethleē: in Hieru
salem conuersatus est: docuit: miracula fecit: ⁊ tandē ibi
dem moriens: impietates totius mūdi auertit: qui sicut Psal's.73.
scriptū est: operatus est salutem nostrā in medio terre.
Uenit ergo ⁊ non est agnitus: ideo non omnes impieta
tes abstulit a populo: venturus est olim/ om̄isq israel sal
uus fiet quādo ⁊ eorū impietates ablaturus est: qui con
uersi fuerint ad corda patrū suorū. [Et hoc illis a me p
fectū testamētū: cū abstulero peccata eorum.] Text⁹ noster
ita habet. Ueniet Sion ipsi redēptor: ⁊ eis qui redeūt
ab iniquitate Jacob dicit dn̄s. Hoc fedus meū cum eis
dicit dn̄s. Hoc est igitur fedus vel pactū dei cum popu-
lo suo: q illorū auferat impietates qui voluerint ad eum xxxii.
reuerti per fidem: ⁊ penitētiā agere preteritorū delicto
rum. Uel sic. Tunc implebitur fedus meū quod pepigi
cum patribus gentis huius olim: cum ingressa plenitu- Synago-
dine gentiū: et horū impietates abstulero: sicut superi⁹ ga.
posuimus autoritatē Hieremie capite. 31. Quod aūt
intrāte plenitudine gentiū israel etiam ingressur⁹ est:
hoc ⁊ dn̄s presignauit qui super pullū asine sedit veniēs
Hierusalem: quē tamen sequebatur asina. i. synagoga q̄ Allegorice
sequetur pullū. i. populum gentium eius zelo stimulata.
Hoc ēm tres euangelistas: qui de solo pullo meminerūt
videlicet Marcus: Lucas: ⁊ Joānes. Solus Matthe⁹
qm̄ hebreis scripsit: meminit ⁊ asine quasi indifferent
dominus super asinam vel super pullū sederit: vel super Matth.21.
vtrū q successiue. Itaq qui modo sedet sup gentes ⁊ re
gnat in eis: sedebit aliquādo etiam super asinam. i. sup
iudeorū populo: qui tamen modo clamāt: non habemus Joan.19.
regem nisi Cesarem. Sede inquit a dexteram meam: do
nec positurus sum hostes tuos quasi thronū pedum tuo
rum: cum interim iudei non thronus sed scabellum sint Psal's.109.
pedū dei. Habent.n. modo albuginē in oculis sicut To-
bias quasi oui mēbranā: imo velamē super cor: sed hec
mēbranula alba est: quia candidi ⁊ iusti sibi videntur: Fig.cap.11.
donec reuelata iniquitate Antichristi: ⁊ fellis eius parte
posita super oculos eorū: agnoscant cecitatē suam. Hanc
autē reuelationē significat q piscis captus est ⁊ exente-
ratus a Tobia. i. a christo: ipse.n. eum interficiet spiritu
⁊ iussione oris sui. Unde.n. dura ceruix ⁊ cor incircū 2.Thess.2.
cisum populo huic: qui ex omni mūdo selectus est: qui
de seruitute decē miraculis meruit liberari: cui lex da-
ta est: nec factum est simile omni nationi: cui omnia ora- Augustin⁹
prophetarū militauerūt: ⁊ ex quo factus est ēm carnem
⁊ ad quos missus est christus? Ex eo q cōtra dn̄m fortes
fuerunt Gene. 32. Credentes petūt benedictionē ab an xxxiii
gelo: increduli claudicāt non vno tantū sicut Jacob: sed
vtroq pede. Quin inqt cecitas ex parte contigit: donec
intrarēt gentes. ⁊c. Cuius diuini cōsilii sacramēta per-
stringens q̄ q̄uis magnitudine reuelationū nouerat: tū
pro humana infirmitate succūbens/ etiam ille qui p per
secutionibus ⁊ blasphemiis meruit tertii celi secreta ri-
mari: miratus exclamat: o profundum diuitiarū. Cū illo
ergo quando de talibus queritur: admiremur: ⁊ manē-
te firma sentētia q nō sit iniquitas apud deum: si quid
est illud qd̄ queritur qd̄ modum nostri sensus excedit:
In illa iusticie misericordie p̄scientieq diuine plenitudi
ne permanere/ inconcussa equitate fateamur: ne de supe
rioribus diuine voluntatis arcanis aliter q̄ modus nr̄e
conditionis patitur disputātes dei iusticiā relinquam⁹
⁊ nostram volentes statuere: in ima contumacie voragi- Cap.10.
ne decidamus. Reuersura est manus ad sinū dei: ⁊ pristi
nū recuperatura colorē: interim tū expectat cuʒ asino ad Exo.4.c.

Gene.22. mōtis radices quādiu videlicet aries immolatur p Isa
ac. Sed postq adorauerimus reuertemur ad vos.
Secundum euangeliū quidem inimici pro
pter vos, secundum electionem autem chariſ
simi propter patres. Sine pœnitentia.n. sunt
dona & vocatio dei. Sicut.n. aliquando & vos
non credidistis deo: nunc autem misericordiā
consequuti estis propter incredulitatem illo-
rum, ita & isti nunc nō crediderūt in vestram
misericordiam, vt & ipsi misericordiam con
sequantur. Conclusit.n. deus omnia in incre-
dulitate, vt omniū misereatur. O altitudo di-
uitiarum sapientie & scientie dei, q̄ incōpre
hensibilia sunt iuditia eius, & inuestigabi
les vie eius. Quis.n. cognouit sensum domi-
ni, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis pri
or dedit illi, & retribuetur ei? Quoniā ex ip-
so: & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi ho
nor & gloria in secula seculorum amē.
Textus. Secundum euangeliū quidem inimici pro-
pter vos.) Diuidit igitur apo. iterum israel in duas
partes/ in israel ēm carnem ⁊ in israel ēm electionē. Hi
sunt filii Hismael ⁊ filii Isaac: filii Esau ⁊ filii Jacob: are
na ⁊ stelle: circūcisio ⁊ cōcisio: israel ēm carnem: ⁊ israel
dei. Priores horuʒ sunt qui hic vocātur inimici nostri:
primo quia christo non credunt quem nos predicamus:
Luc.15. secūdo q gētibus inuident eo q occiderit eis dn̄s vitu-
lum saginatū: cū ipsi nec hedū acceperint. Tertio quia
xxxiiii gentes accipiunt repromissiones factas patribus eorum.
Et sepe dictū est iudeos ex capite in caudam versos: gē
tes econtra. Deniq crux est illis scandalum ⁊ nobis glo
1.Corin.1. ria: qm̄ ēm q euangeliū predixit: ablatum est ab eis re-
gnū ⁊ datum gentibus. Non immerito q̄ ēm euangeliū
Matth.21. inimici sunt nostri: ⁊ propter nos inimici euāgelii. Cha-
rissimi aūt nobis hi qui stelle vocantur ⁊ filii promissio-
nis: ⁊ circuncisio ēm spiritū: ⁊ primitie: ⁊ delibatio san
cta ⁊ surculi oliue. Pars igitur q̄ confracta est: inimica
est christo: inimica ⁊ nobis: sed ad profectū ⁊ euangelii
⁊ nostrū: qui aūt perstiterunt sunt dilectissimi nobis: et
dilectissimi christo. [Nam dona quidē ⁊ vocatio dei ei⁹
modi sunt: vt eoruʒ illum penitere non possit. Quia gra
Ambro. tia in baptismate nō requirit gemitū: aut opus aliquod:
nisi solum ex corde cōfessionē: nec plus requiritur inter
primordia baptismatis. Ambro. Hec sentētia eadem est
cum illa: non q exciderit verbū dei: supra. 9. capite. Do-
Psal's.88. na hec promissiones sunt facte patribus cum iureiuran
do: de quibus supra dixim⁹: q̄ procedūt de labiis meis:
⁊ insuper ego iuramēto firmaui: ea qm̄ sunt mere dona
mea nec meritis reddenda: qm̄ et ante omne meritum
Abraā precognoui: vocaui: iustificaui ex sola fide: q̄ nu-
dis verbis meis fidē prestitit: et preter omnē spem ⁊ hu
manū meritū/ promisi in eius semine omnes gentes be
Gene.15. nedicendas esse: hec inquā omnia nō faciam irrita: simi
liter ⁊ illud perstat firmū ⁊ sine penitudine: numera stel
las si potes: sic erit semē tuū. Igitur electio/ ⁊ prescien-
xxxv. tia/ ⁊ vocatio/ ⁊ iustificatio/ ⁊ magnificatio filiorum Abrae
qui nati sunt ex repromissione: sine penittenia est: necef
sario implenda est. In huiusmodi.n. non cadit penitudo.
Gene.6. Dixit aliquando deus: penitet me fecisse hominē: ⁊ peni
tet me q cōstituerim Saul regem. Hec ⁊ his similia ex
1.Reg.15. loci circūstantia debent exponi. Deus.n. nō est quasi ho-
mo vt mētiatur: nec vt filius hominis vt mutetur. Dixit
ergo ⁊ non faciet? Loquutus est: ⁊ nō implebit Nume
Numeror. ri. 23. capite. Et tamē vt ipsuʒ Abraā securiorē redderet:
promissiones suas iuramento firmauit: ⁊ non penitebit

eum. Et de hoc ad Heb. 6. cap. dicendum est. Sequitur.
[Sicut enim aliquando ⁊ vos nō credidistis deo: nunc
aūt misericordiā consequuti estis: propter incredulitatē
istorum: ita ⁊ isti nūc non crediderūt in vestram miseri
cordiā: vt ⁊ ipsi misericordiā consequant.] Quod inqt
vos fuistis olim. i. increduli: hoc sunt illi nunc: ⁊ qd̄ vos
estis modo videlicet fideles ⁊ charissimi: hoc ⁊ illi etiā
futuri sunt. Unde.n. aliquādo gloriati sunt cum dicerēt:
nō est alia natio tam grandis que habeat deos appropin
quātes sibi sicut deus noster nobis adest ⁊ cunctis obse Deut.4.c.
crationibus nostris: inde vos nunc o gētes gloriamini.
Sed tamen ⁊ vos aliquando inimici fuistis dei sicut illi
modo. Superius aūt habitū est/ q deus nō permittit fie
ri mala aut iubet: vt inde eliciat bona: consequutū est ta-
men: vt gentes consequerētur misericordiā propter in-
credulitatē iudeorū: sed tamē ⁊ ipsi iudei aliquando mi
sericordiā consequent: hoc.n. promisit deus dono gratie
sue: dona aūt dei sine penitudine sunt. Consequētur aūt
⁊ ipsi misericordiā cuʒ emuli fuerint fidei ⁊ dilectionis
gentiū. [Cōclusit eīm de⁹ omnia alias om̄es] i. iudeos xxxvi
⁊ gentes in incredulitate: vt omniū miseratur. Ut tūc de
cretū donū a deo veniat: quando omnes diffidētia labo-
rabāt: vt gratia muneris esset gratissima. Non quo ipse Ambrosi⁹.
eis iniecerit incredulitatis propositū: sed ex ipsorum in
credulitatis proposito credendi aliis aditū qui prius in
creduli fuerant patefecit. Si pergas inquirere cū om 4.Re.17.c.
nes fuerint infideles: om̄esq declinauerint a cultu vni⁹
dei: ⁊ vnaqueq gens suū fabricauerit deuʒ: ⁊ israel ser-
uierit omni milicie celi ⁊ regine celi fecerit placentas ⁊ Luna est.
libamina obtulerit ⁊c. Cur alii vocant alii relinquūtur:
aliis datur gratia ⁊ aliis eque indignis negat: atq aliis Hiere.44
eque dignis: quid auditur⁹ es nisi o altitudo. In his igi
tur locis positus apo. intuens altius quomodo deus ma Origenes.
lum propositū non continuo recesset: sed cōpatitur ⁊ re-
seruat: prospiciēs quia aliquid boni in aliis facturus sit
per alterius propositū mali: ab his opinor de quibus lo
quebatur retulit oculos cordis sui ad ipsam malitie ori
ginem: q eā ex initio in his quibus oborta est quicūq
illi sunt pullulantē: ⁊ arbitrii libertate crescentem vtile
non iudicauerit resecare: sed permiserit eos vti proposi
to suo: sciens ⁊ prospiciens q multorū profectus ⁊ vtili
tas ex malicie illorum occasione cōsurgeret. Et in tantū
apud deum virtuti locus est: vt ⁊ malicie opus q̄uis illi
perniciosa sit de quo procedit: bn̄ficium tū prestare dis-
pensetur ei cui agones cōmouet: cū fuerit superata. Cō-
siderans ergo apo. tante esse bonitatis dei diuitias: ⁊ tā
tum diuine sapiētie op⁹ erga rationales creaturas: ⁊ tā
te bonitatis ⁊ patientie ⁊ lōganimitatis: repēre interio
ribus eam cordis oculis intuens: immēsitatēq earum
prospiciēs: stupore simul ⁊ pauore percussus exclamat.
[O profundū ⁊ sublimitatē diuitiarū ⁊ sapientie ⁊ sciē- De penitē-
tie dei: quā inɔprehēsibilia sunt iuditia eius: ⁊ in inue tia. Dist.4.
stigabiles vie eius.] Unde.n. humane mentis sensus ita si ex bono.
possit opinari: vt seruata vniuicq arbitrii libertate: alte
rius malicie opus vertatur alteri ad salutem: ⁊ vincēti
se malicia palmā conferat: q̄ vtenti se pernitiem prebet?
Reuera nō est inuētus nec in celo qui posset legere: vel
aperire: vel saltem respicere librum signatum sigillis. 7
nisi agnus qui tollit peccatū mūdi. Huius libri vnū aut Apoc.5.
alteruʒ caput Ezechiel legit: ⁊ sic de singulis prophetis
dicendum: omnes.n. ex parte prophetant. Tanta est.n. Cap.3.
inter iuditiū humanū de ipso iure ⁊ diuinuʒ differentia
sit Jāblicus vt ad illud oculi nostri noctue sint respectu Jamblic⁹.
solis. Saul ⁊ Achab reges fuerunt populi israel: ⁊ dum
misericordiā iis quos deus oderat prestiterūt: dei offen 1.Reg.15.
sam in opere pietatis incurrunt. E contrario phinees fi 3.Reg.20.
liiq Leui humana cede ⁊ suoruʒ parricidio meruerunt.
Uides quantū ab humanis sensibus per nostram impe Exo.32.
ritiā discrepat diuina sentētia. Quis hodie pr̄is Abrae

exemplo innoxiū volens filium trucidare: humano iudi
tio non crederetur insanus? Econtra quis in tactu arcę
diuinę imitatus Ozam: hominum sententia dānaretur?
Quis crederet ꝙ per apostolatꝰ gratiam lapidatū Ste-
phanū ille pręcederet: qui in morte omniū lapidantium
vestimēta seruauit? Uere ergo iuditia dei abyssus mul-
Psal'.18. ta: tamē iustificata in semet ipsa. Cum sin sententiam apo
Grego. stoli valde occulta sint iuditia diuina: in eo videlicet quur
in hac vita sępe bonis sit male ꝛ malis bñ: tunc occultio-
ra sunt cum ꝛ bonis hic bene est ꝛ malis male. Cū.n. bo-
Luc.16. nis mala: malis bona pręsto sunt: illud fortassis intelligi-
tur: quia ꝛ boni si q̄ue deliquerūt: hic recipiūt cū Lazaro
mala sua: quomodo ꝛ epuloni dictū est: recepisti bona in
vita tua. At cum bonis hic bene est: ꝛ malis male: incer-
tum valde est/ vtrum boni idcirco tēporalia hec pręsidia
percipiant: vt prouocati: ad ęterna rapiantur: an latenti
Psal'.68. sed iusto iuditio: deleantur de libro viuentiū qui se puta-
bant inter astra numerandos. Horū est illa vox: dñe dñe
aperi nobis. Et vtrū malos idcirco aduersa feriāt: vt ab
Matth.25. ęterna calamitate castigatos eximat: an hic eorum pęna
Gene.4. incipiat cū Cain: ꝛ eos ad vltima gehēnę tormēta ligatis
manibꝰ deducat. Unde fit vt sancti viri magis in hoc mū
Psal'.118. do prospera ꝙ̄ aduersa formidēt. Unde ille voces: bonū
Psal'.67. mihi quia humiliasti me: exaltatus autē humiliatus sum
xxxvij ꝛ conturbatus. ¶ Si igitur iuditia dei sunt abyssus mul
ta: sunt incōprehēsibilia ꝛ inuestigabiles vię eius: non
pergas cōprehēdere aut inuestigare: ne videaris reti ve-
Prouerb. nari ventos vt dicit: quia ꝛ ea q̄ sunt inuisibilia/ non mul
tum laboras oculis corporeis videre: nec magnopere cę-
cus de coloribꝰ perscrutatur: nec elinguis de Quintiliā
Chryso. ni rhetorica. Iuditia dei timenda sunt non perscrutāda.
Si.n. propheta qui dispositionē tm̄ visibiliū considerās:
exclamat: ꝙ magnificata sunt opera tua dñe: vir inquam
Psal'.91. tanto spū dei pręditꝰ: cui incerta ꝛ occulta sapiētię deus
Psal'.50. reuelarat: quid dicturi sumus nos: qui sumꝰ terra ꝛ spi-
Psal'.102. ritus vadens ꝛ non rediens? Nempe debemus cōtinuo
vultum submittere imo ꝛ alas cum quattuor animalibus
Ezech.1. ꝛ vultū demissum ꝺ perire cum Helia.3.Reg.19.
ꝛ cū Seraphim: ꝛ obstupescere creatoris magnitudinē.
Ecce.n. Paulus anima illa cęlo vagari solita: corpore cir
cūdatus cum incorporeis virtutibus certare solitus: cū
in vnam partē dispensationū dei incideret videlicet ꝙ ex
cisis ramis: inserti fuerint oleastri: ꝛ tamē omnes conclu
si sunt in incredulitate: sic secum dubitaret: ꝛ internorū
oculorū vertigine laboraret: exclamauit dicens: o altitu-
do diuitiarū. Uideamus igitur iuditia dei ꝙ̄ incōprehēsi
Figura. bilia sunt: licet sapiētia huiꝰ sęculi stulticia sit apud deū:
1.Corin.3. ac proinde nō expediat de illa maiestate humane vanita-
Exo.32. tis arbitrio disputare. ¶ Nudauit Aaron populū vt vi-
tulum cōflaret. Cur ergo nō in ipso vindicatū est: nec cū
Moses interfecit.23. milia a porta vsq ad portam: nec cū
xxxviij dñs percussit populū pro delicto eiusdem vituli: sed ipse
ꝛ filij eius abluti sunt ꝛ consecrati in sacerdotes? Ita no-
Dani.4. uit dñs cui parcat vsq ad cōmutationē in meliꝰ sicut Na
Exo.14. buchodonosori: ꝛ cui parcat ad tempus ꝙ̄uis pręscierit
eum in melius non mutari sicut Pharaoni: ꝛ cui nō par
Matth.26. cat vt mutationē eius expectet sicut Absaloni ꝛ iudę. Iu
ꝛ.27.c. das.n. cucurrit ad laqueū: Petrus autē ad lachrimas: ꝛ
Hiere.3.c. cui sępius parcat ꝛ tandiu donec reuertatur: sicut cuidā
dicitur: ꝙ vilis facta es nimis iterans vias tuas: tamen
reuertere ad me. ¶ Nisi autē essent iuditia inscrutabi-
lia: vnde Pharao induraṫ: ꝛ Nabucho. conuertitur? Hic
Dani.4. post dura flagella dei ita vt herbam comederet septē an
nis quasi belua: pęnitentiā meruit fructuosam: ꝛ ad re-
gnū quod amiserat restituitur: Pharao aūt ipsis flagel
lis durior effectus/ perijt. Cur ergo medicamētū vnius
medici arte confectum alij ad interitū: alij valuit ad salu
Augustiꝰ. tem? Quantū ad naturā ambo homines erant: quantū
ad dignitatē ambo reges: quātum ad causam ambo dei

populū captiuū tenebant: quantū ad pęnā ambo flagel-
lis clementer admoniti. Quid ergo fines eorū fecit esse
diuersos? Quia vnus manū dei sentiēs: in recordatio
ne proprię iniquitatis ingemuit: alter libero contra dei
misericordiā pugnauit arbitrio. Si aūt dicas Pharao-
nē non posse mutari: qr hoc ipsum pręscierat deus: scias
dei pręscientiā non cogere hominē vt talis sit qualē deꝰ xxxix
pręsciuit: sed talis pręscitur qualis futurus est: ꝙuis nō
talem fecerit deus. Quem si cogeret esse: hoc vtiq coge
ret quod non est. Quod si hoc pręsciret deus futurū qđ
non est: pręscientia non est: qđ de deo ꝙ̄ impie dicitur/
aduertit: q̄sq qui peccatis suis inde blāditur: ꝙ videli
cet eum deus peccatorē esse pręsciuerit: sed o profundū Apoc.3.
diuitiarū. Tu si accepisti remissionē peccatorū ꝛ pignꝰ
hęreditatis ęternę: tene quod habes: vt nemo accipiat
coronā tuā. ¶ Dicamus ꝛ illud. peccauit Beniamin in Iudicum.
dicū.20.c. Accingūtur reliquę tribus ad vltionē: nec si-
ne nutu dei: designauit.n. ipse ducē pręliaturis. Itaq ꝓ
liantur freti ꝛ manu validiori: ꝛ causa potiori: ꝛ qđ his Figura.
maius est fauore diuino: sed o iuditia dei inscrutabilia:
terga dedere hostibus sceleratis vltores scelerū: ꝛ mor-
tui sunt ex eis.22. millia. Sed recurrunt ad dñm. Et dñs
ad eos: ascendite inquit rursus. Ascendūt denuo: prius
tamē flentes coram dño: ꝛ tamē secūda vice fusi ꝛ cōfusi
sunt: ꝛ ex suis iterū.16. millia occisa sunt. i. in vtraq cęde
quadraginta millia. Ita deo primū quidē fauēte: secūdo
aūt ꝛ iubēte iusti iustū certamē inierūt: ꝛ succūbūt. Sed
quo inferiores certamine: eo fide superiores inuenti sunt.
Tertia.n. vice omisso ꝑlio: ita in hostes debachati sunt:
vt tribū Beniamin quasi ex toto delerēt desuper terrā:
paucisq seruati sunt: in quibꝰ erat apo. Paulus: qui erā
de tribu Bēiamin. ¶ Hoc iuditio dei iusto quidem sed
inscrutabili synagoga q̄ aliquādo dixit: osculetur me ab Canti.
osculis oris sui: pro eo ꝙ murmurauit cōtra Ethiopis- xl.
sam: olim nigrā nūc formosam sine macula: licet non sine
ruga: lepra est perfusa sicut superius diximꝰ. Et reuera Nume.12.
si consideres honorē illum priorem: cū pōtificalis apud Origenes.
iudęos ordo florebat: cum insignia sacerdotū: cū leuitica
ministeria: cū maiestas templi: prophetalis splendor et Figura.
cū cęlestibus super terram cōsortibus vtebantur: ꝛ qua
si ad manū haberēt responsa diuina: ita vt sine dei impe
rio nec pedē mouerēt: quis honor fuit ille? Que gloria?
Sed nūc cōspuit maritus in faciē vxoris: dato libello re-
pudij. Deut.25.c. Et expectabis me inquit: imo ego ex-
pectabo te. Osee.3. q̄diu igiṫ expectat dñs nolite obdu Osee.
rare corda vr̄a: sed dicitę: venite ꝛ reuertamur ad dñm:
quia ipse cępit ꝛ sanabit nos: percutiet: ꝛ curabit nos. Osee.6.
Sed percussos videmus: q̄ndo aūt curaturus est: inscru
tabilia sunt iuditia eius. ¶ Petrus negat: latro confite Matth.26.
tur: ꝛ Petrus in domo latro in cruce: Petrus corā vna
ancilla: latro astantibus principibus sacerdotū ꝛ vniuer
sa plebe. Sed o profundum diuitiarū dei: omes scanda
lizantur solus Iudas perit. Si igitur pergis quęrere q̄
sit hec ratio ęquitatis ꝛ iusticię dei omnia in infidelita-
te cōcludere: vt omniū misereaṫ cū tamē multo plures
sunt qui pereūt ꝙ̄ qui salui fiunt: nihil aliud auditurus
es ꝙ̄ o profundū sapientię ꝛ sciētię dei. inde illa inquit
Zacharias erit qđ super frenū equi est sanctū domino: ꝛ xli.
erunt lebetes in domo dñi quasi phialę corā altari: ꝛ erit
omīs lebes in Hierusalē ꝛ in Iuda scificatꝰ dño exer-
cituū. Zach.14.c. Lebetes igiṫ isti domus est israel: hi Zacharię.
enim tēpore futuro cū fiet vnū ouile ꝛ vnus pastor: ex le- Ioan.10.
betibus phialę fient dignę dilecto meo ad potandū: ꝛ ex
vasis irę ꝛ contumelię fient vasa misericordię ꝛ honoris. Cantico.7.
Sed q̄ndo hec erūt? O altitudo diuitiarū ꝛc̄. ¶ Hec aūt
tria demiraṫ apo. diuitias dei: qui tam beneficus fuerit
erga gentes: sapientiā: qui tantā eis sapientiā ꝛ sui noti
ciā impartierit: sciētiā qui prudenter inspiciat quid cui
expediat: terribilis in ꝯsilijs sup filios hominū: qui nūc Psal'.65.

subito ꝛ ex insperato ea q̄ iudęis peculiariter erant pro
missa ad gentes ante demonijs seruientes pręter omniū
spem ꝛ expectationē trāstulerit. Sed illi ꝛ isti vtriq om
nes cōclusi sunt sub incredulitate ꝛ in obedientia: vt om
niū misereatur. [Quis.n. cognouit mentē dñi: aut quis
cōsiliarius eius fuit?] Hinc ergo manifestū est vias dei
imperuias esse omni humano intellectui: quoniā mentē
dei quis nouit: Nemo nouit filiū nisi pater. neq patrē
Matth.11. nisi filius ꝛ spūs sanctꝰ ꝛ illi quibꝰ beatissima trinitas
cōsiliū suū duxerit reuelandū: sicut Paulo sanctorū mi
nimo reuelatū est misteriū hoc videlicet de gētiū voca
Ephes. tione ꝛ de iudęorū excęcatione ad Ephe.3.c. Et sicut di-
cit Amnos.3.c. quia nō faciet dñs deus verbū: nisi reue-
lauerit secretū suū ad seruos suos ꝓphetas. Intellectꝰ
Amos. tū noster ita se habet ad dei secreta atq mysteria noscē
da sicut oculi nicticoracis ad lumē solis. Quis autē fuit
cū eo in consilio in rerum productione: quasi ipse per se
Gene.1.et. minus sufficiens esset ꝛ egeret cōsilio alterius: sicut vꝫ
11.cap. cum dicit: faciamꝰ hominē ad imag. ꝛ simi. nostrā. Et il
lud: venite descendamus: ꝛ confundamus ibi linguā eo
rū: Sed deus nullius consilio eget: qui sapientia sua fir
mauit cęlos: cuius inquā sapientia attingit a fine vsq ad
finem fortiter: ꝛ disponit omnia suauiter. Omniū est.n.
xlij. artifex: omnibus mobilibus mobilior: cū eo eram cūcta
cōponens quādo appēdebat fundamēta terrę ꝛ librabat
fontes aquarū. Est.n. candor lucis ęternę: ꝛ speculū sine
macula dei maiestatis ꝛ imago bonitatis: ꝛ cum sit vna:
omnia potest: ꝛ in se permanens: oīa innouat: amicos
Sap.7. dei ꝛ prophetas constituit. Sap.7. ꝛ.8. capite. [Aut qs
prior dedit illi:] ꝛ retribuetur ei? Quid.n. potest pręsta-
re plasmatio suo creatori: in quo ꝛ per quē oēs moue
Actu.17. mur ꝛ sumus? Igitur siue dicas esse naturę siue gr̄ę: siue
vitam glorię ex ipso habemus: sine quo nec ad momētū
subsistimus. Auferēs.n. spūm eorū ꝛ deficient: ꝛ in pul
Psal'.103. uerē suū reuertenṫ. [Hic textꝰ sumptꝰ est ex Esai.c.40.]
Ibi ita dicitur. Quis adiuuit spūm dñi: aut quis consi
Thom.p.p. liarius eius fuit: ꝛ ostendit illi? Cum quo iniit consiliū ꝛ
q.21.articu instruxit eū ꝛ docuit eum semitam iusticię: ꝛ erudiuit
lo p̄mo. eum scientiā: ꝛ viam prudentię ostendit illi? 70. autē di-
centes: quis nouit mentē dñi. ꝛc̄. hoc intelligi voluerunt
ꝙ mens ꝛ ratio ꝛ sensus dei per quē facta sunt omnia ꝛ
sine quo factū est nihil/ ille sit de quo dicitur: verbo dñi
Psal'.32. cęli firmati sunt. ꝛc̄. Symmachus ita dixit. Quis para-
uit spūm dñi: ꝛ virū consilij eius quis ostendit ei? Cum
quo iniit consiliū deditq ei intelligentiā ꝛ docuit eum
Collo.2. viam iuditij: ꝛ instruxit illū scientia: ꝛ iter prudentię mi
xliij. nistrauit ei? Ipse aūt est spūs dñi ꝛ vir consilij eius in q̄
habitauit plenitudo diuinitatis corporaliter: qui ꝛ vo-
Esai.9. catur ad mirabilis consiliarꝰ. Nullus est igiṫ alius nisi
beata trinitas q̄ sibi soli nota ē ꝛ homini quē assumpsit.
Hebraice sic. מִי תִכֵּן אֶת רוּחַ יְהוָה וְאִישׁ עֲצָתוֹ יוֹדִיעֶנּוּ
Thom.p.p. [Quoniam ex ipso: et per ipsum: et in ipso sunt omnia.
q.44.arti- Ipsi gloria in sęcula amen.] Gregoriꝰ Nazi. Hoc ipsum
culo.2. quod dicimus ex: per: ꝛ in. Non naturam secamus: que
Grego. Na cū vnica sit: que diuiditur vt ita dicam in diuisibiliter
zi. in tribus: ꝛ cōfigitur diuisibiliter. Neq.n. ꝓpositionū
syllabę mutatę naturę veritatē mutabūt: sed vnius natu
rę sui cuiusq nominis proprietatē significat: sequiṫ.n.
Dionysius ipsi gloria. Dionysius. Sicut.n. in centro omnes circuli
lineę in vnione ꝑextiterūt: habetq pūctus oēs in se ipso
rectas lineas vniformiter iūctas ad se inuicē: ꝛ ad vnum
initiū ex quo processerūt: atq in ipso quidem centro per
fecte coniūctę sunt: modice vero ab ipso discedētes mo-
dice qs discernūtur ad inuicē: ex ipso tamē procedunt: ita
intellige de creaturis creatoris respectu: cuius cētrum
est vbiq. Quod.n. vnitas in numero: punctus in magni
tudine: hoc est deus in vniuerso. Est.n. vnitas numerus
cōplicatus: pūctꝰ complicata linea: deus cōplicatum vnī

uersum: sed nec vnitas est numerꝰ: nec linea pūctus: nec
vniuersum deus. Si.n. visilis sol sensibiliū species ꝛ q̄li Dionysius
tates per multas licet atq differētes ipse tamē vnus cū
sit ꝛ vniformē infundēdo lucem: renouat: nutrit: seruat:
perficit: discriminat: coniūgit: refouet: fęcūdat: auget im
mutat: firmat implet: sub stollit viuificatq: et quodlibet
ex omnibus modo sibi congruo vnius eiusdēq solis est
particeps: pluriūq participātiū sol vnus in se ipso cau-
sas ante vniformiter cępit: multo magis oīm exēplaria
rerū. i. ideas vna supsubstātiali vnitate in solis ꝛ omniū
causa ante subsistere est credēdū: q m̄ ex. ꝛc̄. Ex ipso om-
nia producente de non esse ad esse. Produxit autē ea in
primo esse cognoscēdo ea: non.n. essent ni a deo cognosce
rentur: ꝛ cognoscēdo producūtur in esse cognito. In no
bis aūt oppositū est. Per ipsum autē quantū ad sapien Ioan.1.
tiam idealem ꝛ exēplarē. Quod.n. factū est: in ipso pri-
vita erat: sicut dicitur a domo intra sit domus extra: totū
tamē hoc in ęternitate factū est. Et in ipso sunt sicut insi
ne conseruāte: in deo.n. omnia habēt ęternū esse: conser-
uātur autē in proprio esse ꝛ genere/ per bonitatē que at
tribuitur spūi scto. Ipse igitur oīa creauit: ꝛ creata im-
partitur: ꝛ donata custodit ꝛ ꝯseruat. Ex ipso igitur prin
cipiū creationis omniū denotat: ꝛ ꝙ hoc ipsum qđ sunt
ex eo esse cęperūt: per ipsum: ꝙ ea q̄ facta sunt per ipsum
dispēsantur: a quo subsistendi initiū habēt. In ipso: ꝙ hi Origenes.
qui iā correcti ꝛ emendati sunt in ipsius perfectione cō
sistunt: vt nullam hinc laudis portionē homo sibi vendi
care possit: cum ad deum pertineat principiū mediū ꝛ fi
nis. Adiungit autē Amen: vt intelligas hanc beatitudi
nem nos cōsequutū iri per eum qui dicit: in Apoc. Hec Apoc.3.
dicit qui est Amē testis fidelis. Ipsi igitur gloria in sę-
cula Amen. Gloriam.n. meam alteri non dabo ꝛ laudem
meam sculptilibus. Esai.42.c.

¶ Duodecimū caput.

Dom infra octabas epifanie

Bsecro ita
q ꝫ vos fratres p
misericordiā dei j.
vt exhibeatis cor
pora vr̄a hostiā
viuētem, sanctā,
deo placentē, ra-
tionabile obse-
quiū vr̄m. Et no
lite ꝯformari hu
ic sęculo, sed re-
nouamini i nouitate sensus vestri, vt ꝓbetis q̄
sit voluntas dei bona, beneplacēs & perfecta.
Dico.n. per gratiam q̄ data est mihi omnibꝰ
qui sunt inter vos, non plus sapere ꝙ̄ oportet
sapere, sed sapere ad sobrietatem, et vnicuiq si
cut diuisit deus mēsuram fidei. Sicut.n. in vno
corpore multa membra habemus, omnia au
tem membra non eundem actum habent, ita
multi vnum corpus sumus in christo, singu-
li autem alter alterius membra.

¶ Obsecro itaq vos fratres per mi
sericordiā dei: vt exhibeatis corpora vestra hostiā viuē-
tem. Uide leui.27.c. Ibi: ꝛ oīm is cōsecratio. Ecce aspi-
rante deo: secūdis velis maximā partē maris emensi su-

mus: ⁊ certe periculosiorẽ confragosiorẽq;: nũc quod re-
stat reliquũ quoniã planiꝰ est atq; mitius: remis velisq;
vt dicitur preter curramus. Postꝗ̃ ergo apostolus ostẽ
dit quomodo a iudeis ad gentes/a circũcisione ad euan
geliũ/a littera ad spũm/a filijs ꝭm carnẽ ad eos qui secũ
dum electionẽ sunt ꝓmissionis filij: ab vmbra ad verita
tem gloria dei: promissiones: ⁊ religionis summa trãsla
ta sit: ⁊ quomodo cecitas in israel cõtigerit ꝭm partem:
hoc dispensante dei prouidẽtia donec plenitudo gentiũ
intrat: qua ingressa: ⁊ omnis israel saluus fiet: q̃ tamẽ om
nia licet occulto nobis: tamẽ iusto dei iudicio facta sunt/
cuius vie inuestigabiles sunt ⁊ omnino ab hũano intel
lectu incõprehẽsibiles: ⁊ hec ipsa testimonijs cõpetenti
bus confirmauit: iam nũc spiritualis huius obseruãtie
ad quã cultus dei religionẽ docuit esse translatã/aggre
Psal.39. ditur mores ⁊ instituta sancire: dicitq;. Obsecro vos.
Scriptũ nostis fratres: sacrificium ⁊ oblationẽ noluisti:
holocaustũ ⁊ pro peccata nõ postulasti: quo.n. mihi mul
Esaie.1. titudinẽ victimarũ vestrarũ dicit dñs: plenus sum. Ple
nus inquã sum: ita vt incensum vestrũ abominationẽ du
cam non odorẽ suauitatis. Manus vestre plene sunt san
Michee. guine sacrificiorũ ⁊ victimarum: corda autẽ tumore ⁊ li
uore fratrũ. Lauamini lauamini. Et Micheas.6.c. quid
dignũ offeram dño? Curuabo genu deo excelso? Nũquid
ei offerã holocaustomata aut vitulos ãniculos? Nunqd
placari potest dñs in millibus arietũ: aut in multis milli
bus hircorũ pinguiũ? Nũquid dabo primogenitũ meũ
ij. pro scelere meo? Indicabo tibi o homo quid sit bonũ: ⁊
quid dñs requirat a te. Utiq; facere iudiciũ ⁊ diligere
misericordiã: et sollicitũ ambulare cum dño deo tuo. Et
Psal.49 Dauid. Immola inquit sacrificiũ laudis: quãdoquidem
deus non manducat carnes taurorũ: sed cor contritũ.⁊c.
Indicet ⁊ apo. quibus hostijs placetur deus: si his que
prediximus non delectatur. Obsecro inquit vos vt post
hac non immoletis pecudes boues ⁊ hircos qui mos est
iudeis ⁊ gẽtibus: sed corpora vestra: q̃ mactanda sunt et
2.Cor.6. mortificãda nõ occidenda: sed castiganda: ⁊ deo offeren
da in hostiã sanctã ⁊ viuentẽ: vt castigati ⁊ non mortifica
ti: ⁊ sequit̃ appositiue [rationale obsequiũ vr̃m.i.cultũ]
τὴν λογικὴν λατρείαν ὑμῶν. Rationale obsequium.
Sciẽdũ ꝙ Rhomphea
posita in paradiso contra hominẽ post lapsum: ad pecu-
des in lege translata est: q̃ propterea in lege occidebant̃
immolande deo: vt homines peccati causa morti subie-
ctos significaret. Nũc autẽ qm̃ per vnicam mortẽ filij dei
exẽpti sumus a iure mortis eterne: vitia perimere iube
mur nos vaccas. Itaq; morituro dño hostie mortue im-
molabant̃: viuẽti vero cui vltra mors nõ dñabitur hostie
viuentes offerũtur. Obtulit Jephthe ⁊ rationale obse-
Judi.11.c. quiũ sed nõ ꝭm scientiã: non.n. se ipsum obtulit sed suã:
quomodo ⁊ Abraã nõ vnicũ obtulit sed arietẽ. De quo
alias. Imo vnicũ obtulit ⁊ iuxta apostolũ viuẽtẽ obtulit: ⁊
rationale obtulit sed in sacramẽto.⁊c. Dicamꝰ ⁊ illud qr
⁊ Mutius Sceuola ⁊ ipse rationale videt̃ obtulisse ob-
sequiũ sed demonibus non deo: quia si tradidero corpꝰ
Ual.M. ita vt ardeã.⁊c. Teste aũt Ual.M. nullũ dij immortales
admotũ aris cultũ attẽtioribus oculis viderũt. Nimirũ
sunt sitientissimi supra ꝙ̃ credibile sit hũani sanguinis.
Uide.4.Reg.ca.3.in fine. Inde illud preceptũ toties re-
plicatũ in lege: non comedetis sanguinẽ. Genes.9. Leui.
17. Deut.cap.12.⁊ cap.15. Olim apud gẽtes dee Manie
capite humano litatũ est: ea erat lariuꝫ mater. Consultũ
est Apollinis oraculũ autore Junio Bruto ꝯsule: ⁊ respõ
sum est: vt capitibus pro capitibꝰ supplicaretur: sic allio
rum ⁊ papauerũ capitibꝰ sacrificari ceptũ est. Uocat au
tem cultũ rationalẽ: quia hucusq; dei cultus in pecudũ
irrationabiliũ corporibus cõsistebat: nũc autẽ inquit in
corpore rationalis hominis offeratur: ⁊ corpora magis
vr̃a ꝙ̃ pecorũ fiant holocaustũ deo. Ut quomodo Abraã
seruato filij corpore/arietẽ immolauit: ita vos nunc vice
versa: parcentes pecudibus: corpora vestra deo immole Gene.22.
tis. Hi.n. qui mẽbra sua mortificant ab incentiuo libidi-
nis ⁊ furoris. ⁊ actus corporis sui deo placitos habent:
hostiam viuentẽ sanctã deoq; placentẽ rationabiliter of
ferũt: ⁊ legem sacrificiorũ que in Leuitico lata est ꝭm spi Origenes.
ritualẽ intelligentiã complent. Ipse ergo homo est ratio
nale obsequiũ. Qui igitur supbiã sui corporis domat:
vitulum immolat: si irã superet: arietẽ iugulat: si libi- iij.
dinẽ vincat: hircũ offert: si vagos ⁊ lubricos cogitationũ
refecet volatus: colũbas ⁊ turtures immolauit. Illa est
ergo hostia viuẽs q̃ vitam hoc est christũ in se gerit ⁊ di
cit: mortẽ Jesu in corpore nr̃o circũferimꝰ: vt ⁊ vita Je
su in corpore nr̃o manifestet̃. Sanctã autẽ dicit: quia ta 2.Cor.4.
liũ corpora templũ sunt. S.S. talis hostia placebit deo
super vitulum nouellũ.⁊c. Psal.68. Obsecrat autẽ hec
apo. vt ostendat per hoc humano generi (:est.n. procliue
ad malũ) huiuscemodi hostias dei miseratione ꝓuisas:
quibus si aliquãdo lapsus acciderit: per rationale obse-
quiũ ⁊ hostias eo modo quo diximus immolatas: repa-
rari possit anima q̃ peccauit/ne moriat̃ in peccatis suis.
Augere autẽs sacerdotibus illius legis quanta diligen-
tia inspiciebat̃ hostia in lege offerenda: ne quid macule
haberet in aliquo membrorũ vel pede vel oculo vel aure. Augustinꝰ
¶ Aug. olim hostia occidebat̃ vt homines causa peccati
subiecti morti ostẽderẽtur: nũc q: a peccato sumꝰ liberi: 1.Pe.3.
viua hostia offertur in signũ vite eterne: qm̃ ⁊ christus
semet ipsum obtulit in ✠ mortificatũ quidem carne: vi
uificatũ autẽ spũ. Hodie tamen sicut dicitur in cõmuni Prouerb.
sermone Mãdrabuli more res succedunt. Is proinuẽto
thesauro aureã ouem obtulit deo: sequẽti anno argẽteã:
tertio anno ereã: quarto anno nullã. Quinto denicq; an-
no aureã abstulit quam dederat. Quod aũt aliqui expo
nũt: rationabile obsequiũ ꝓ moderata corporis macera
tione: verum est qm̃ deus tale obsequiũ expetit: qui no
bis lachrimas semper dat in mensura Psal.79. tamen Nequid nĩ
hec expositio nõ fundatur in textu: sed id qđ supra expo mis.
sitũ est. [Et nolite cõformari huic seculo.] Est.n. quedã
forma seculi huius q̃ preterit: qm̃ nunꝗ̃ in eodẽ perma ꝑ.Cor.7.
net statu: rerũ.n. trãsitu completur huius mũdi pulchri
tudo. Alia est autẽ forma venturi seculi. Et si qui sunt q̃
amãt presens seculum ⁊ ea q̃ in eo sunt: ꝭm formã seculi Apoc.13.
presentis aptãtur: accipiẽtes characterẽ bestie vel in ma
nu vel in fronte ⁊ de imagine dei facti pecunia cesaris: ꝑ.Cor.15.
de quibus apo. dicit ꝙ portãt imaginẽ terreni hominis.
Qui vero nõ respiciunt ad eam formã seculi q̃ vr̃: sed ad
bona eterna q̃ nõ videntur: priora obliti ad anteriora sem Philip.3.
per respiciẽtes: trãsformãtur ⁊ renouãtur ad futuri secu
li formã. Et inde fit vt non cognoscat eos hic mũdus: sed
odio habeat ⁊ persequat̃: sed agnoscũt istam formã an- iiij.
geli dei qui sunt de illo seculo vẽturo. [Sed reformamĩ
ni in nouitate sensus vestri:] siue transformamini reno
uatione mentis vel per innouationẽ mentis. Hoc aũt di
cit alludens ad reprobã illam mẽtem in qua traditi fue-
rant ante: idolis pro deo deferẽtes honorẽ. Imago.n. dei Imago.
ad quam formati sumus: sicut deformat̃ in nobis ⁊ qua
si aboletur ꝑ peccatũ: ita per gratiã dei ⁊ exercitiũ vir-
tutum: ⁊ meditationẽ legis dei renouatur. Nescio autẽ
si potest renouari sensus: q̃ piger est erga scripturas di-
uinas ⁊ intelligẽtie spiritualis exercitia: quibus possit
non solum intelligere q̃ scripta sunt: verũ applicatione: ⁊
opere ostendere in se ⁊ in alijs. [Ut probetis q̃ sit volun
tas dei bona: ⁊ bene placens: ⁊ perfecta.] ¶ Ut volũtas volũtas dei
dei in eo sit bona ꝙ mala prohibet: beneplacẽs ꝙ bona Deut.32.c.
precipit: pfecta: ꝙ vltra merita nr̃a remunerat. Sic qui
dem voluntas dei est bona ⁊ pfecta: qm̃ bona omnia ipso
volente fiunt. Mala vero nõ fiunt sine eius prouidẽtia:
qui producit mel de petra ⁊ oleũ de saxo durissimo. Ue- Deut.32.
rũ tamẽ non semper eius bona voluntate dispensari me

remur. Ut vngeretur Saul in regem fuit quidẽ volũtas
1.Reg.10. dei: sed non beneplacita atq; perfecta. Iratus.n. populo
qui refutauerat deũ habere super se regẽ: regem eis ho
minẽ iussit institui: quomodo scriptum est Osee.13.c. Da
Prouerb. bo tibi regem in furore meo: sed qm̃ volens nolens eum
Psal.80. dedi: auferã itẽ eum in indignatione mea. Hinc ⁊ illud:
⁊ dimisit eos ꝭm desideria cordis eorũ. Hoc.n. probare
debet homo: si volũtas dei in his q̃ permittitur agere sit
v. bona ⁊ benep. et perfecta: ⁊ nõ magis talis q̃ desiderijs
nostris indulgeat: non q̃ vtilitati nostre cõsulat. Si obe-
Grego. dientie palmã apprehẽdere nitimur: prosperis huius se
culi ex sola iussione: aduersis autẽ etiã ex deuotione col
Psal.72. la subdamus dicentes: vt iumentũ factus sum apud te.
Ceterũ quoniã que deus preparauit diligentibus se vel
sunt naturalia vel gratuita vel bona eterna: ꝭm hec dicit̃
voluntas dei bo. benep. ⁊ perfecta. ¶ Hoc modo apo. di
1.Corin.7. xit: tantum in domino nubat ⁊ est sensus. Concedit qui
dẽ deus nuptias: digamiã: ⁊ si necesse fuerit ἐξγάμιαν
prefert adulterio: sed nos qui corpora nostra
iubemur exhibere hostiã viuam sanctã: rationalẽ cultũ
nostrũ: non quid concedat deus: sed quid velit conside
Matth.19. remus. Dixit per volũtatẽ bonam: si vis ad vitam ingre
di: serua mãdata: dixit per voluntatẽ perfectã: si vis per-
fectus esse vẽde omnia ⁊ trade pauperibus: et sequere
Luc.11.c. me. Sic per voluntatẽ bonam dixit: quod superest date
Elemosinã: ꝑ voluntatẽ perfectã: abneget semet ipsum
Matth.16. ⁊ tollat crucem suam.⁊c. Hoc modo Abraã per volunta
Gen.12.17. tem bonã iubetur de terra sua exire: per beneplacentẽ/
et.22.cap. carnem suam circũcidere: per voluntatẽ perfectã etiam
vnigenito suo non parcere. [Dico.n. per gratiã que data
est mihi oĩbus qui sunt ⁊ versantur inter vos: non plus
sapere ꝙ̃ oportet sapere:] Hoc.n. desipere est contra oẽs
Seneca. sapere sicut dicit Seneca: sed sapere ad sobrietatẽ: sitis
serpẽtes ⁊ colũbe. Cesare existẽte in senatu cũ ceteris: lit
tere allate sunt ei. Cato putans illas a cõiuratis manare:
intonat: illas publice recitari debere. Cesar cũ eas a ser
uilia Catonis sorore habuisset: ꝙ amatorie fuerant sup-
primebat. Tandem instante Catone: illas ei legẽdas de-
tulit. Quibus lectis: in Cesarẽ eas reijciẽs: inquit: ⁊ tu
ebrie legas. Legit ergo Cato sed malo suo: ꝙ voluit sape
De peni. di re plus ꝙ̃ ad sobrietatẽ. Quod dicit: dico.n. nobis: dico
sti.5.adhuc. pro moneo positũ est siue iubeo. Sapere aũt hoc loco nõ
pertinet ad eruditionẽ: sed ad cogitationẽ et opinionẽ:
veluti cũ quis animo extollitur ⁊ magnifice de se sentit:
eo modo quo quidam stultus dicebat: nõ sum sicut cete-
Luc.18. ri homines adulteri ⁊ homicide.⁊c. Et alibi: audiuimꝰ
superbiã Moab: superbus est valde. Superbia eius et
arrogantia eius ⁊ indignatio eius plus ꝙ̃ fortitudo eiꝰ.
Esaie.16.c. Ex rebus autẽ ipsis sepe compertũ est nõnul-
vj. los eloquẽtes ⁊ eruditos viros nõ solum in sermone sed
in sensu prepotentes: cũ multa in ecclesijs dixerint: ⁊ in
gentẽ plausũ laudis acceperint: neminẽ tamẽ auditorũ
ex his q̃ dicta sunt cõpũctionẽ cordis accipere: nec exer-
citari ad timorẽ. i. excitari: sed suauitate quadam ⁊ dele
Origenes. ctatione auribus capta discedũt. Sepe autẽ viros nõ ma
gne eloquẽtie verbis simplicibus ⁊ incõpositis multos
infidelium ad fidem conuertere: superbos inclinare ad hu
militatẽ: peccatoribꝰ stimulũ cõpũctionis infingere. Se
cundũ ergo sentẽtiã apostoli: priores possunt dici loquẽ-
tes ꝭm humanã sapientiã: alteri vero per gratiã quam a
deo acceperũt sicut ⁊ apo. ipse. Sic eodẽ modo sunt ali-
qui qui ⁊ qđ dicunt ⁊ quod faciũt habet gratiã: ⁊ hi vo-
Eccl.45.c. cantur dilecti deo ⁊ hominibꝰ: alij autẽ interdum ⁊ pru
dentius loquũtur: et diligẽtius ac laboriosius agũt: nec
ingestis suis inueniũt gratiã. Quid ergo dicit apo. per
gratiã sibi datam: ⁊ de quo premonet Romanos princi
pio omniũ: Non plus sapere. ¶ Sensus est. Oẽs virtu-
Uirtꝰ ĩme- tes in medio consistunt: ⁊ si quid eis addas vel minuas:
dio est. virtus vitium fit. Unde inquit Orig. inde puto ꝙ serpẽs
in paradiso prudentior dictus est ceteris bestijs: hoc est
excedens prudentie mensurã: ⁊ in partes malicie prola- Gene.3.
psus. Et filij huius seculi sunt prudentiores filijs lucis.
Luc.16.c. Plus.n. sapiunt ꝙ̃ oportet. Est aũt mediũ ꝭm Origenes.
philosophũ qđ equaliter distat ab vtroq; extremo quod
est vnũ ⁊ idem in omnibꝰ: veluti si decem multa: duo pau
ca: sex mediũ capiatur in re: equaliter.n. excedũt ⁊ exce- vij.
dunt̃. Dicitur etiam mediũ respectu nostri qđ neq; exce
dit neq; deficit: hoc aũt nec vnũ nec idem est in omnibꝰ.
Non.n. si cui decem panes comedere multum est: duos
autẽ parũ: magister ludi sex ei tradet: est.n. fortasse ⁊ hoc Medium.
nimiũ aut parũ illi qui accepturꝰ est: nam Miloni parũ
est: alij vero nimiũ. Maxime autem oĩs sciens excessum
vitat atq; defectũ. Illa autẽ dicunt̃ recte facta quibus ni
hil demi aut addi potest: adiunctã prudentia serpentis
cũ simplicitate columbe. Et.n. delinquere multifariã est Phs.
recte aũt perficere vnice dicitur: qua propter alterũ faci
le: alterũ difficile est: facile quidẽ ab errare: difficile aũt
scopũ attingere. Igitur virtꝰ nihil aliud est ꝙ̃ mediocri-
tas duorũ vitiorũ alterius ꝭm excessum alterius ꝭm defe
ctum. Extremi.n. cõtendunt de media regione. Timidꝰ
enim fortem vocat ferocem: ferox vero fortem timidum
vocat. In capiẽdo igitur medio tota vis consistit. Atq; vt
circuli mediũ cõprehendere non cuiusq; est sed tantum
scientis: sic irasci ⁊ pecuniã dare facile est: ⁊ cuiusq;: sed
cui: ⁊ quomodo ⁊ quã ob rem: id non facile est nec cuiusli viij.
bet. ¶ Oportet aũt cum quis mediũ assequi vult: ante
omnia longius abire a magis contrario: nã extremorũ al
terũ magis alterũ minus peccat: cũq; mediũ assequi sum
me difficile sit: qđ secũdo loco est minima malorũ capiẽ-
da sunt: ⁊ habẽt rationẽ bonorũ. Itẽ in assequendo me-
dio considerãdũ est ad q̃ nos proniores sumus: nam alij
ad alia natura ferũtur: id aũt intelligemus ex voluptate
⁊ molestia q̃ nobis prouenit: in contrariũ autẽ nos met
ipsos retrahere ac reniti debemus. Longe.n. a delinquẽ
do recedentes: mediũ inueniemus: instar eorũ qui flexa
ligna rectificãt. Unde illud Prouer.4. Non declines ad Prouerb.
dex. vel ad sinistrã. Phariseꝰ ad dex. declinauit. Luc.18. 1.Cor.3.
Cain ad sinistrã. Genes.4. Illi dicitur: quid habes qđ
nõ accepisti: isti aũt: nolo mortem peccatoris. Ezech.18.
Unde Hieronyꝰ dicit ꝙ via regia est: non plus sapere: Hieronyꝰ.
sed sapere ad sobrietatem. Cũ igitur homo naturaliter
habeat boni maliq; scientiã: merito prohibetur de ligno
sciendi bonum ⁊ malum attingere. Gene.2. ne saperet
plus ꝙ̃ oportet: ⁊ de se maiora presumeret cum audiuit:
eritis sicut principes scientes inter bonũ ⁊ malum: ⁊ au
diret illud Job.15.c. Quid te eleuat cor tuũ: ⁊ quasi ma Job.c.
gna cogitans: attonitos habes oculos? Quid inquã tu
met contra deũ spiritus tuus. Cum videas Seraphim Esaie.6.
velare faciem suam: nec audere respicere dei maiestatẽ.
Sed sapere inquit sobrie: qm̃ scrutator maiestatis oppri
metur a gloria. Prouerb.25. [Et sicut vnicuiq; diuisit
deus mensurã fidei] dona que ecclesia continet diuisim:
sunt in christo coniũctim: qui non accepit gratiã ad men
suram. Habet fides suas mensuras ⁊ profectus: qr ⁊ apo
stoli dicunt: dñe ad auge nobis fidẽ. Luc.17. Et illud: cre
do dñe: adiuua incredulitatẽ meã. Marci.9. Tamẽ Pe-
trus super quẽ fundatur ecclesia vocatur modice fidei.
Matth.14. Et omnis fides ꝭm apostolũ comparatur gra-
no sinapis. Ceterũ Origenes aliter exponit dicens. Ut Origenes.
sciat vnusquisq; ⁊ intelligat que sit in eo mẽsura gratie
dei quã consequi meruit per fidem. Non.n. omnes sapiũt
omnia charitatis opera: sed alius sapit in misericordijs
pauperũ: alius circa debiliũ curam: alius circa hospitali
tatis curam ⁊ sollicitudinẽ: alius circa doctrinã ignoran
tiũ: que omnia diuisit deus vnicuiq; ꝭm mẽsuram fidei.
Sed si is qui accepit gratiã vnius istorũ tãtũ/puta cure
infirmorũ: ⁊ non intelligens mensuram gratie sibi date
velit sapere de sapientia dei ⁊ de verbo doctrine in quo

ix. gratiam non accepit: ꝛ non tam discere velit ꝙ docere q̄
nescit: iste cum minus sapiat: plus vult sapere ꝙ oportet.
Uerum hoc apo. euidentius in cōsequentibus exponit di
Distin. 89. cēs. [Sicut.n. in vno corpore multa mēbra habem⁹: om
singula. nia aūt membra non eundem actū habent: ita multi vnū
corpus sumus in christo Jesu: singuli autē alterius mē
Origenes. bra:] ordinatissime videlicet per hec componens omne
corpus ecclesie vt sicut membra corporis singula queq
proprios habent actus: ꝛ officijs suis vnū quodq deser
uit: nec tamen possibile est vt non cōsensu mutuo sibi in
uicem cedant: ita inquit ꝛ in ecclesia q̄ est corpus christi
diuersos singuli habem⁹ actus. Uerbi gratia: qui die no
Ecclesie cor ctuq in meditatione verbi dei persistit ꝛ in studio sapiē
pus. tie: est magni huius corporis oculus. Qui autē erga mi
nisteriū fratrū vt diximus adhibet curam: est sancti hui⁹
corporis manus: ꝛ sic de ceteris intellige. De hoc dicen
Scipio. dum est. 1. Cor. 12. cap. ¶ Dicit aūt Scipio ꝙ sicut in fidi
bus ꝛ tibijs in ipso cantu ac vocibus concētus quidam
tenendus est ex distinctis sonis: quē discrepantē aures
ferre erudite nō possunt quo vsq concors efficitur: aliā
chordam remittendo: aliā intendēdo: sic ex summis me
dijs ꝛ infimis interiectis ordinibus consonis/modera
tam rationis ciuitatē consensu dissimiliū cōtineri: ꝛ que
harmonia a musicis dicitur in concentu: eā esse in corpo
Analogia. re ꝛ in ciuitate cōcordiā. Quilibet.n. in ciuitate est vna
littera in sermōne: ſm Augustinū ꝛ vna fidicula in Mo
nachordio. Uerūtamē non omnes sunt vocales: sunt.n. ꝛ
consonātes: sunt ꝛ mute ꝛ liquide ꝛ aspirationes. Unū
est corpus vna est oratio: sunt vocales doctores cōsiliarij:
predicatores verbi dei: cōsonantes vero horum coadiu
tores ꝛ sic de ceteris: vt mutas litteras intelligas eos q̄s
Hierony⁹. Hieronym⁹ vocat sanctā rusticitatē: vocales vero doctā
sanctitatē. Uides ergo ꝙ necessario dixit apo. vnicuiq si
x. cut deus partitus est donū aliquod ſm mensuram fidei.
Dissoluit.n. maxime respublica ſm philosophū ꝓpter
Phs. transgressionē iusticie factam in reipublice rectorib⁹: vo
lentes vsurpare q̄ non acceperūt: qm̄ omnes seditiones
q̄ fiunt in ciuitatib⁹/cōmuniter fiunt propter lucrū ꝛ ho
norē ꝛ his cōtraria: dedecus videlicet ꝛ damnū. Nec pu
tandū est esse seruitutem: viuere ad formam reipublice
quam christus ecclesie sue tradidit obseruandā: sed salu
tem ꝛ pacem: ꝛ ea est quam in cōsequētibus ponit apo
stolus: exponēs qd̄ dixerat: sicut in vno corpore. ꝛc. Sin
dom̄ p̄ post epifania guli aūt alij alioꝝ membra: qm̄ caput regit pedes: ꝛ pe
des sustinent caput. ꝛc. Dicit ergo.

¶ Habentes donationes secundum gratiam
que data est nobis differentes, siue prophetiā
secūdum rationem fidei, siue ministerium in
ministrando, siue qui docet in doctrina, qui ex
hortatur in exhortando, qui tribuit in simpli
citate, qui preest in sollicitudine, qui miseretur
in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odien
tes malum adherentes bono, charitatē frater
deus: non reddens malum pro malo: quia ⁊ si iniquo pę
na mala videtur: per eam cōseruatur iusticia quod est bo
nū cōmune totius reipublicę. [Sed si esurierit inimic⁹ Prouer.25
tuus: ciba illum: si sitit: potum da illi.] Non quale dede 23.q.4.hec
runt inimici dn̄i qui mentiti sunt ei: de quibus dicitur: autem.
dederūt in escam meam fel: ⁊ in siti mea potauerunt me Psal.68.
aceto. ¶ Non autē simpliciter dicit: ciba: sed ψώμιζε,
quod est delicate pascere veluti frustulatim
cōminuto pane ⁊ insipato: quod aliquando fit erga eos
quibus fauetur in conuiuijs: cum alij interim esuriant.
Cum aliquādo Rex Sirię mitteret equites qui sanctū 4.Reg.6.c.
Heliseū captum ad se perducerent: orauit dn̄m vt percu
terētur cęcitate: quod ⁊ factum est. Dixit autem ad eos
Heliseus iā excęcatos. Non est hec via nec hec ciuitas: Figura.
sequimini me: ⁊ ostendam vobis virum quem quęritis.
Duxit ergo eos in Samariā. Cumq; essent ingressi: orā
te Heliseo aperti sunt oculi eorum ⁊ viderunt se esse in
medio hostium suorum. Cumq; rex Israel vellet eos per
cutere: nō inquit percuties: neq;.n. cepisti eos in gladio
⁊ arcu tuo: sed pone panem ⁊ aquam coram eis ⁊ come
dant ⁊ vadant ad dn̄m suū: et apposita est eis ciborū ma
gna pręparatio: ⁊ come. ⁊ biberūt: ⁊ reuersi sunt ad dn̄m
suū: ⁊ impletū est quod sequitur [in Textu apostoli: hoc
.n. faciens prunas ignis congeres super caput eius] Nō
enim vltra venerunt latrones Sirię in terram Israel.4.
Reg.6.c. Potest hoc intelligi secūdū superiora: ꝙ qui
locum dat irę dei non se ipsum defendens et vindicans:
sed pęnas dei reseruat iuditio: iste carbones ignis cōgre Esaię.
gat super caput inimici. Dicit Esaias cap.47. Non sunt
prunę: pro quo.70. dixerunt: habes carbones ignis: se-
de super eos. Hi erunt tibi in adiutorium. Fortassis er-
go et isti carbones ignis qui congregantur super caput
inimici: ad adiutorium ipsius congregantur. Potest.n.
fieri: vt amēs ferus ⁊ barbarus inimicus si sentiat bene
ficiū nostrū: si affectū: ꝯpunctionē cordis capiat cōmissi

penitentiā gerat: et ex hoc ignis quidam succēdatur qui
eum pro cōmisso cōsciētię torqueat ⁊ adurat: et isti erūt
carbones ignis qui super caput ei⁹.i. sup principale cor
dis ex vsu misericordię ⁊ pietatis opere congregantur.
xxxix [Noli ergo vinci a malo: sed vince in bono malum.] No
li vinci a malo. Socrates aliquādo collapho percussus: ni-
hil aliud dixisse fertur: nisi illud: valde molestum esse: q2
nesciāt hoīes quādo cū galea ⁊ buccula prodire deberēt.
Signū tamen irę in Socrate erat vocem submittere: lo
qui paucis. Cum autē Zephyrus ex Socratis philoso-
mia: multis vitijs hominē obnoxiū assereret: quasi qui
naturā ex forma prospiceret: derisus est a. cęteris: qui il-
la in Socrate vitia non agnoscebāt: a Socrate tamē lau
datus est dicēs: vere talia sibi in esse signa: sed inquit cō
Chryso. tineo me iuxta qđ apostolus dicit: noli vinci. ⁊c. Et hec
est omniū gloriosissima victoria inqt Chryso. qui potue
rit amare quod male odit: ⁊ odire quod male diligit. Sa
Seneca. ne iuxta Senecā sicut in beneficijs honestum est merita
meritis repensare: ita turpe est iniuriam iniuria retalia
re. Marcū Catonē in balneo quidā percussit imprudēs.
Quis.n. illi sciens faceret iniuriā? Postea satisfacienti:
non memini inquit percussum me. Melius putauit non
agnoscere ꝙ vindicare. Et inquies: nihil illi post tantā
petulātiam factū est: Imo multū boni: cepit enim Cato-
Ambrosi⁹. nē nosse. Magni animi est iniurias despicere. Ultionis
cōtumeliosissimū genus est: nō esse visum dignū ex quo
peteretur vltio. Ambro. beneficiū se putabat accipere
bone memorię Aug. Theodosius: cum rogaretur igno-
scere: ⁊ tūc proprior erat venię: cum fuisset cōmotio ma-
ior iracūdię: sic optabatur in eo qđ in alijs timetur: vide
licet vt irasceretur. Cū inquit iratus fuerit misericordię
Habac.3. recordabitur: Sic cum armatos lapidibus videret chri-
sti⁹ iudęos: cessit multitudini. ⁊c. Et exiuit de domo sua.
Adolescens quidam amore filię Pisistrati Tyrāni accē
xl. sus: in publico obuiā sibi factam osculatus est. Hortaba-
tur ab vxore: vt ab eo capitale suppliciū sumeretur. Et si
le si eos qui nos amant interficimus: quid faciemus ijs
qui nos oderunt? In hūc modum Tyrānus vincens in
bono malū: filię iniuriam tulit suam multo laudabilius.
Val.M. U. Max. Sane optima victoriarum sm platonem est se
ipsum vincere: pessima aūt vinci a vitio. Ille igitur vinci
tur a malo: cum reddit malum pro malo: ⁊ vtinā sic reta-
Deut.25.c. liās vel illud obseruet: iuxta mēsuram delicti: erit ⁊ pla-
garū modus. ¶ Usuram quęrere in vindicta sicut dicit
Augusti⁹. Augustinus: non hominis est qui ratione vtitur: sed Ti
grium ⁊ pardorū. Uerbū malum audisti: alapam repen-
dis: vel tantū rependē quantū accepisti. Si male inquit
Joan.18. loquutus sum: testimoniū perhibe: cum autem verū di-
xerim: cur ꝓ verbis alapam reponis? Percutiet inquit
te deus o sepulchrū dealbatum: q̄m sedens in loco iudi
Actuum. tū pro verbis omni mansuetudine plenis iubes me per
cuti. Actu.23. Certum est aūt hanc esse mali naturā vt ex
similibus sui augeatur et crescat: sicut ignis adiunctus
Origenes. igni: ⁊ nocti aer nubilus. Malum ergo et bonū non pro
ipsis hominibus accipitur: sed pro ipso beneficio aut in
iuria. Nescio aūt quo pacto hanc euangelicā doctrinam
pessundāt etiam illi qui eam professi sunt: non modo in
Prouerb. baptismate quod est omni credenti cōmune. Sed forte
mortuis verba facimus aut canim⁹ surdis. Illorum igi-
tur tantum est desperanda correctio contra quos habe-
mus occultam luctam: cęterorū nullius est desperanda
correctio: quia in eo ꝙ aliquis malus est: vtrum vsq; in
finem talis perseueratur⁹ sit nescimus. Et plerumq; cū
Esaię.6. videmur hostem odire: fratrem odimus nescientes. Cō-
gregemus ergo super eos carbones charitatis: vt quo-
modo de altari a Seraph sumpt⁹ Carbo labia Esaię mū
Hierony⁹. dauit: sic peccata inimicorū nostrorum purgentur: ⁊ ipsi
emolliantur: et ad misericordiā et penitentiā ⁊ mutuam
charitatem atq; concordiam lique fiant.

¶ Tertiū decimū caput.

Omnis anīa potestatibus subli- j.
mioribus subdita sit.
Nō est.n. potestas ni-
si a deo. Que autem
sunt a deo, ordinata
sunt. Itaq; qui resistit
potestati, dei ordina-
tioni resistit. Qui au
tem resistunt, ipsi sibi dānationem acquirūt.
Nam principes non sunt timori boni operis
sed mali. Vis autem non timere potestatē? Bo
num fac, & habebis laudem ex illa. Dei.n. mi
nister est tibi in bonum. Si autem malum fe
ceris time. Non.n. sine causa gladium portat.
Dei.n. minister est, vindex in iram ei qui ma
le agit. Ideoq; necessitate subditi estote, non so
lum propter iram, sed etiam propter conscie
tiam. Ideo.n. & tributa prestatis. Ministri.n.
dei sunt in hoc ipsum seruientes.

¶ Omnis anima potestatibus subli- 11.q.1. Ma
mioribus subdita sit. Non est.n. potestas nisi a deo.] Istul gnū qdē est
te ergo interrogāt sacerdotes christum: in qua potestate
hec facis? Matth.21.c. Etiam.n. vt legio demonū gregē Matth.8.c.
porcorū ingrederetur/a deo accepit potestatē. Id ipsum
iterum manifestissime patet in eo qđ de sancto Job tra
dit scriptura. Ecce vniuersa q̄ habz manu tuę.i. potesta
ti tuę tradita ex nūc noueris: tamē animā illius illesam
serua. Quoniā ergo Paulus intelligebat nōnullos chri Job.1.
stianorū sapere plusq; oportet: ⁊ pretextu religionis de
trectare principū ⁊ si ethnicoꝝ iussa: quod si fieret: futu
rum erat vt ordine perturbato/sursū ac deorsum oīa
miscerent: pręcepit vt quibuscūq; publice potestate pre
ditis obtemperēt: excepta fidei ⁊ pietatis causa. Et.n. si
ipsi mali sunt: ordo tamē bonus est ⁊ a deo est. Reddite Matth.22.
inquit q̄ sunt cęsaris cęsari. Unde dn̄s ad Petrū. Quid
tibi videt Petre? Reges terre a quibus accipiūt tribu Matth.17.
tum: a filijs an ab extraneis? Respōdit Petr⁹. Ab ex-
traneis. Ergo inquit filij liberi sunt. Sed ne scandalize-
mus eos. ⁊c. Sūt ergo aliqui reges terrę ⁊ eorū filij qui
non dant tributū: ⁊ alij pręter filios eorum extranei a re
gibus terrę ex quibus accipiūt reges tributū. Extranei
autem extra terrā suam liberi sunt. Propter eos autem Rom.8.
qui cum filij essent: seruituti subiecti sunt nō volentes:
sicut israel ipsis Egyptijs christus formā serui accepit: q̄
nullū opus seruile fecit aut luteum. Egyptij autē volun
tarie se seruituti dederūt ⁊ sua tempore Joseph. ¶ Chri Gene.47.
stus ergo quasi habēs formā serui: qui venerat ministra
re: ⁊ tributū soluit ⁊ censum. Hoc tamē nomisma quod
christus soluit ꝓ se ⁊ pro Petro: nō erat in domo Jesu: Origenes.
sed in ore piscis marini: quem ipsum piscem arbitror ad-
iuratū ascendisse ad hamū Petri: ⁊ cōprehensum ab eo
qui fuerat hominū piscator factus: in quibus erat q̄ nūc Matth.4.
moraliter dicitur piscis/vt tollatur ab eo nomisma quod
habebat imaginē Cęsaris: ⁊ fiat inter eos q̄ piscati sunt
eum. Qui ergo habet imaginē Cęsaris: subdit⁹ est po ij.
testatibus Cęsaris: vt reddat eis qđ suū est. Jesus autē
quoniā imaginē Cęsaris non habebat: venit.n. princeps Joan.14.
⁊ in me nō habet quicq;: propterea nō ex proprio sed ex
cōuenienti loco maris Cęsaris imaginē accepit: vt det eā

Auari. regibus terre: vt nec arbitretur qui tributū colligebāt:
esse christū debitorem regi terre. ¶ Auari autem seculi
huius qui nullam habent in ore suo vocem nisi pecunie:
Actu. 3. nec possunt dicere cum Petro: argentū ⁊ aurum non est
Iob. 1. c. mihi: nec cū Iob: nudus egressus sum: nudus reuertar:
tales qui semper sunt in mari ⁊ in salsis fluctibus huius
vite: eo magis sitiētes quo magis hauserint: his inquā
Origenes. dicit apo. omnis anima pote. subli. subdita sit. Siquidem
igitur tales sumus: qui coniūcti dño vnus cum eo spūs
sumus: dño dicimur esse subiecti. Si vero non dum tales
sumus: sed cōis adhuc anima est in nobis / q̄ habeat ali-
quid huius mūdi: vt interdum vocetur caro non spirit⁹
Matth. 11. Esaie. 51. c. huic inquā anime preceptū dat: vt q̄ iugū dñi
leue nō suscepit: suscipiat Cesaris iugum quādiu inscri-
ptionē habet in fronte vel in manu characterē. Apoc. 13.
Tandiu autē leges humane tolerāde sunt quā diu vt di
iij. ximus non pugnant cum dei iusticia. Has. n. leges sicut
christus non instituit: ita nec reprobauit: sed velut igno
rauit. Sicut. n. meliores sunt qui amore ad recta ducun
tur: ita multo plures qui metu ⁊ timore corrigūtur: vn
de vtraque necessaria sunt: quomodo dicitur: domine ecce
duo gladij hic. Et sequitur: satis est. Satis est: nō super
Luc. 22. est. [Non. n. est potestas nisi a deo.] Quomodo ergo di-
cit Osee cap. 8. ipsi regnauerūt ⁊ nō ex me? Hieronym⁹.
Possum⁹ hoc de Hieroboā intelligere ⁊ de ceteris prin
cipibus qui ei successerūt in imperio. Nec. n. statim q2
deus Salomoni iratus est: regnū eius diuidi voluit: et
idcirco israel bene suscepit regem. Debuerat. n. interro
gare dñm an vellet hoc fieri. Oportuit filiū hominis tra-
di: sed ve per quem. Dicendum est ergo cū Dauid. Viuit
dñs quia nisi percusserit eū: aut dies eius venerit vt mo
riatur: aut perierit in prelio nō mittā manū in christum
Val. Mar. dñi. 1. Reg. 24. Narrat ⁊ Val. M. de quodam qui plange
bat mortē aduersarij ꝙ videlicet maxime necessarius ⁊
vtilis erat rei publice: nec absimile legim⁹ de Dauid lu
gente videlicet Saulem ⁊ quidem fletu satis lamētabi-
li: non. n. respexit ꝙ mortuus esset hostis qui tantopere
sanguinem eius sitierat: sed ꝙ occubuisset is qui filias
israel coccino vestiebat: aquilis velocior: leone fortior:
cuius gladius a prelio nunquam rediit inanis: ac ꝓinde ipsis
hostibus omni fera formidabilior esset. Etiam. n. recto-
res tenebrarū harū: a deo acceperūt potestatem vt tene
bris preessent. Vide optime Luc. 4. c. Ibi: tibi dabo hāc
22. q. prima potestatē. ¶ Potestas igitur omnis est a deo: malus ta
mouet te. men vsus nō est a deo: sed a voluntate male cōcessis vtē
te: quoniam ⁊ omnes sensus corporis nostri a deo accepim⁹:
vti tamē illis ad bona vel ad mala in nostra situm est vo-
luntate. A me inquit factū est verbum hoc vt discederent
decem tribus a domo Dauid. i. desciscerent a Roboā fi-
lio Salomonis. Et capite vndecimo. Reg. 3. Tolle inquit
tibi decem scissuras: quia hec dicit dñs: ego scindā regnū
de manu Solomonis: ⁊ dabo tibi decē tribus: ⁊ regna-
bis super omnia q̄ desiderat anima tua: erisque rex super
Potestas israel. Ecce potestas a deo instituta est: ⁊ magis per vo-
ois a deo. luntatē dei quam cum eligitur Saul. Quare ergo nullus re
gum decem tribuū fecit qd placitū est deo: sed alius alio
Origenes. nequior: nullus bon⁹? Quia potestas quidem est a deo:
vsus autē malus, i. apetitus dominādi a volūtate praua.
Non haberes in me po. nisi datum tibi fuisset desuper.
Ioan. 19. ¶ Apparet autē ex hoc loco iudices maximam
partem dei legis implere. Omnia. n. crimina q̄ vindicari
non vult deus per antistites ⁊ principes ecclesiarum: per
mūdi principes voluit vindicari: qd sciens apo. eum dei
ministrū in consequētibus nominat: ⁊ iudicem in eum q̄
quod malum est agit. Quid est. n. quod legimus in actis
placuisse spūi scto ⁊ apostolis nihil ampli⁹ imponi chri-
Actu. 15. stianis quam ꝙ abstinerent ab idolothytis ⁊ sanguine ⁊ suf
focatis ⁊ fornicatione? Nunquid. n. cōcessum est illis adul
terium vel homicidium vel cetera crimina q̄ humanis vel di

uinis legib⁹ prohibentur? Non. Sed vide ordinationē iiij.
spūs scti. Quoniā quidē cetera crimina seculi legib⁹ iu
dicātur: superfluū est tūc ea diuina lege prohiberi: que
sufficienter humana lege prohibentur ⁊ puniunt. Sed
illa sola pro tunc decreuit / de quibus humana lex nihil
dixerat: q̄ ⁊ tunc religioni christiane videbant necessa-
ria. Unde illud, Hiere. 29. in pace Babylonis erit pax ve
stra. ¶ Narrat Val. Max. de Manilio Lepido ⁊ Tullio Val. M.
Flacco: qui vt cēsores creati sunt: qui prius inimicitijs
dissidebāt: publice recōciliati sunt. Cū aliquādo Roma-
ni cōsultarēt vtrū ex duob⁹ mitterēt ducē in Hispanias:
Scipio dixit nullū eorum debere mitti: quoniam inquit alter ni
hil habet: alteri nihil est satis: eque malam imperij ma-
gistram iudicans inopiam ⁊ auaritiam. ¶ Est autē ma-
xime necessaria sapientia in rege ⁊ quocunque in potesta-
te sublimi cōstituto: quomodo dixit Salomō: dabis cor 3. Reg. 3.
docile seruo tuo vt possit populū tuū iudicare: ⁊ discerne
inter bonū ⁊ malū: ne sit ceca speculatio: et incidat in illō
prouerbiū vet⁹: aut regē aut fatuū nasci oportet: Egyptij Prouerb.
sane cū principē significare volebant litteris illis Hiero
glyphicis: oculū pingebāt addito sceptro: hoc innuētes
illud esse principē in republica qd ocul⁹ in corpore: ⁊ sol Princeps.
in mūdo: ⁊ quod anim⁹ in homine: Horologiū ciuitate.

¶ Insigne Osiridis.



¶ Origo huius picture hec est. In quoddam tēplo Her Macrobi⁹.
culi dedicato erat cōlūna quedā marmorea in cuius me-
dio insculpt⁹ erat quidā trūcus quercus instar sceptri
multiplicis: in quorum sceptrorum summo duo ramuli faciūt
instar oculi: et erat insigne Osiridis filij Saturni Egy- Ciclops eo
ptij nepotisque solis vulcani. Is ꝓpterea multorum sceptrorum oculat⁹. ma
insigne presefert: quoniam in toto orbe regnauit: oculus autē n⁹ quoque
iusticiā in eo cōmendat. Scriptum autem erat ad sceptri versum por
radices: sum Osiris rex qui vniuersum peragraui orbē: rigebat: hu
nec fuit in orbe locus quē non adiuuerim: docēs ea quo iusmodi est
rū inuētor fui. Erat ⁊ Calathus pullis plenus super mar pnceps stul
morē in sculpt⁹: illud innuēs ꝙ Italos docuerit sub cōi tus et absque
republica viuere. Erant ore aperto pulli: quoniam Itali inuo- cōsiliarijs.

cauerūt Osiridis auxilium cōtra Tyrānos. Erāt ⁊ duo
accipitres supra oculū insculpti: qui significabant duos
exercitus missos in auxiliū Italorū. Erat ⁊ illa quercus
ex parte putata: ⁊ ad radices ei⁹ vitis exoriebat. Iste enī
docuit Italos artem omnem agriculture: eo tēpore quo
glande victitabāt nōdum reperto panis vsu. Erant ⁊ in
superiori parte colūne duo accipitres quieti custodien-
tes arborē ⁊ vitem ⁊ vuas. Hi erāt duo duces quos pa-
ce cōposita Osiris reliquit in Italia ad custodiam patrie.
Seculū au- ¶ Et sicut dicit Seneca summa gentium felicitas erat in
reum. quibus nō poterat esse potētior nisi melior: imo cū sapiē-
tes imperabāt: ⁊ Imperatores philosophabātur. Illud
erat aureū seculū quādo caput statue Danielis impera-
bat: cum nulla erat Monarchia: nulla regnādi cupiditas:
sed dij regebant orbem: quomodo Moses vocatur deus
Pharaonis: populus vero nō legibus que nulle erāt: sed
pudore ⁊ naturali lege tenebatur in virtute: domus vi-
mine: cibus in diem: nullius vsus pecunie: bella nec cogi
tata: nec inuēta arma: sed Ianus rex orbis binas claues
ferebat in manu: quas ipse adinuenit: insigne pacis pro
funde. Hac autem etate transacta que in Nebroth patre
Beli finē accepit: frustra Romani tēplum pacis constru-
xerūt. ¶ Cū igitur princeps in terra locū dei teneat quasi
vt alter homo ad imaginē factus dei: eo verius dei imagi
nem pre se fert quo magis ad suum prototypū accesserit.
Est autem deus vt quidam sapiens dixit: Mens immor
talis: insopi⁹ oculus: inscrutabilis cogitatio: qui nullis
corrūpitur affectibus: ita optimus vt nec nocere velit si
possit: nec possit si velit: omnibus benefaciens: raro pu-
niens: idque coactus: ⁊ heu inquit vindicabor de hosti-
Esaie. 1. bus meis: ⁊ vindictam summam. Qui autem pestilens
est: Antichristi refert simulacrum sicut Hieroboam:
Abimelech: Antiochus: Pharao ⁊ Nemroth. Hi non
vj. circūeunt orbē cū Osiride vt prosint plantent ⁊ edificēt:
sed cum Satana ⁊ Alexādro vt euellāt: ⁊ destruāt: disper
dāt ⁊ edificata demoliātur ⁊ dissipēt. Hi sane si sapiētes
Hiere. 1. sunt: vt faciāt mala sapiūt: q̄ cū semp noceāt min⁹ tū semp
nocent quam cupiūt. Dixit tamē Carneades nullam a regi-
bus artem recte addisci preter equitandi: propterea ꝙ
Carneades solus equus qui nō sentit principis aut serui discrimē
dempto Bucephalo Alexandri: nescit adulari Regi: sed
Idolū abo- excutit quicunque is fuerit: qui non apte nouerit insidere
minationis tergo. ¶ Nō est autem respublica cōmittenda stulto: vt
in loco san- regendo discat regere: qd si factum fuerit / audiat senum
cto stans. cōsiliū: ne pessundet rēpublicam cū sequutus fuerit cōsi
lia iuuenū. Et tamen qualescunque sint: quādiu tolerantur
a deo sicut Saul: omnis aīa potestatib⁹ subli. subdita sit.
Dicamusque cū Dauid. Propiti⁹ sit mihi dñs ne interfi-
ciam christū dñi. Viuit dñs: quia nisi dñs percusserit eum:
aut dies eius venerit vt moriatur: aut descēdēs in prelio
perierit: nō mittam manū meā in christū dñi. Non enim
est potestas nisi a deo. Unde probas de malis? Nō habe-
1. Reg. 24. res in me potestatē nisi datū tibi fuisset de super. Cum
autē dicit: Omnis aīa: ponitur pars pro toto: ⁊ patet. Nō
Ioā. 19. ca. est ergo potestas nisi a deo: qui regnare facit hypocritam
Iob. 34. ca. ꝓpter pcta populi. [Que autē a deo sunt: ordinata sunt.]
¶ Ordo quidē naturalis mortaliū paci accomodat⁹ hoc
vij. poscit: vt suscipiēdi Belli autoritas penes principes sit:
exequendi autē belli ministeria milites debeant prestā
¶ Bellum. re: paci salutique cōmuni cōsulentes. Cū ergo vir iustus si
Augustin⁹. forte sub rege hoīe etiā sacrilego militat: recte possit illo
iubente bellare ciuice pacis ordinē seruās: cui qd iubet
vel nō esse cōtra dei precepta certū est: vel vtrū sit certum
nō est: ita vt fortasse reum faciat regē iniquitas imperā-
di: innocentē autem militē ordo seruiendi: quāto magis
in administratione bellorum innocēter versatus est Iosue:
Bellare. qui deo iubēte belligerabat: quem male aliquid iubere
nō posse nemo qui ei seruit ignorat. ¶ Ubi autem venit
Gala. 4. plenitudo tēporis: demōstrādum erat esse aliam vitā pro

qua hec presens debet contemni. Huius veritatis testes
sunt oēs martyres. Nos si christ⁹ sicut patres antiquos
vellet adiuuare ⁊ armare: que regna nō cederēt vel que
gentes resisterēt? Sed nouo modo bellādi mittūtur sicut Luce. 10. ca.
agni inter lupos: quorum capillos dicit numeratos. Mat-
thei. 10. cap. ⁊ Petri gladiū recōdit in vagina. Matth. 26.
Iubet prebere alterā maxillā: ⁊ querit vtrū possint bibe Matth. 5.
re calicē quē ipse bibitur⁹ est. Matth. 20. Tamē quādiu
nō sumus cū matre nostra que sursum est hierlm libera:
omnis homo potestatibus supponatur excellis / si eccle- Gala. 4.
sie tenēt vnitatem: quoniam nō est potestas nisi a deo: que autē
a deo sunt: ordinata sunt. i. rationali ordine disposita: vt per
media infima reducātur ad summa. ¶ Potentia omnis viij.
a deo est: elationē potentie malicia nostre mētis inuenit.
Tollamus ergo qd de nostro cōtulim⁹: ⁊ bona sunt que Psal. 118.
dño largiēte possidemus: que enim a deo sunt ordinata
sunt: ordinatiōe enim dei perseuerat dies: quoniam oīa seruiūt Roma. 8.
ei: ⁊ in tantū: vt etiam ea que mala sunt: deo ordināte san
ctis cooperētur in bonū. [Itaque si secūdum predicta po-
testates ⁊ pastores locū dei tenent in terris. (Pasce in-
quit oues meas:) [Qui huiusmodi potestatib⁹ cōtradi- Ioan. 21. ca.
cit: ordinationi dei resistit:] Qui enim vos spernit: me
spernit. Luce. 10. capite. Et illud quo nihil manifestius:
audi vocem populi in oībus que loquitur tibi: nō enim 1. Regū. 8.
te / o Samuel abiecerūt sed me: ne regnem super eos. Ad
hoc item pertinet qd de Dathan ⁊ Abiron legimus, Nu-
meri. 16. capto. qui nolentes subijci regimini Mosi / cui Numerorum.
dñs tradiderat populi principatū: terra dehiscēte sub pe
dibus eorū absorti sunt: descenderūtque viui in infernum
operti humo: nouo sane stupēdoque miraculo: ⁊ perierūt
de medio multitudinis: quoniam qui resistit potestati: dei or-
dinationi resistit. [Qui autē resistūt: ipsi sibi dānationē
acquirūt.] Quomodo acquisierūt eam Dathan ⁊ Abiron:
in causa tū fidei: obedire oportet deo magis quam hoīb⁹. Hoc Actuū. 5. c.
enim modo nemo potest duob⁹ dñis seruire. Unde dixit
Nathan ad Dauid. Tu fecisti hanc rem ⁊c. 2. Regum. 11.
[Nā principes nō sunt terrori bene agētib⁹ sed male.] Matth. 6.
Iustis enim nō est imposita lex: cū plus prestēt quam iubeat
lex: iudices autē per legem iudicāt trāsgressores legum. 1. Matth. 1.
Itaque cū boni sint supra legem: principes nō timent: nisi
forte sunt Tyrāni. sed hi super corpus habent potestatem ix.
animā autē non possunt occidere. Qui autē male agit: ⁊
iudicem timet: ⁊ lucē odit. Ioan. 3. seipsum tamen fuge- Matth. 10.
re nō potest. ¶ Vocem inquit tuā audiui ⁊ abscōdi me: eo
ꝙ nudus essem. Fugit enim impius nemine persequē-
te. Prouerb. 28. Quā enim potestatem habebat Dauid Gene. 3.
rex super se: vt timeret Uriā seruū velque suū? Quanta fe-
cit vt lateret adulteriū? Inebriauit denique Uriā: ⁊ dein- 2. Regū. 11.
ceps occidit: nihilque profuit: sed cum coronā regiam por Chrisosto.
taret in capite: cōfusiōis obprobria gestabat in pectore.
Igitur principes nō sunt instituti a deo timori. i. ad timo
rem boni operis: sed mali. [Uis autē nō timere potesta-
tem?] Time deum. [Bonū fac ⁊ habebis laudē ex illa.]
Erūpet quasi mane lumē tuū: ⁊ ante ibit faciem tuā iusti
cia tua. Sed quomodo habebit aliquis laudē ex ea cum Esaie. 58.
iudices errata tantū corrigāt: nec sit eis vllus mōs non
peccantes laudare? Potest dici ꝙ in die iudicij habebit
etiā ex istis legibus laudem apud deū: is qui nihil cōtra
statutas cōmiserit leges: eiusmodi sunt ceremonie reli-
gionū. Habet etiā honorē inter quos viuit: qui inculpate Philip. 3.
vixerit scdm iusticiā que ex lege est: quomodo dicit apls.
cōuersatus sine querela. ¶ Sed o humanā demētiā. Qui
dam Carundus lege sancita cauerat ne contionem quis
intraret accinctus ferro sub mortis pena. Et hoc propter
maximas illi⁹ populi seditiones. Ipse igitur interiecto Exemplum.
tēpore e rure domū repetens gladio accinctus: subito vo
catus sic in cōtionem processit. Cumque esset admonitus
ab eo qui sibi proxime astabat: de solutione legis ab eo
institute: ego inquit legem resarciā: ⁊ protinus qd habe

bat ferro districto incubuit. Cū eñ liceret culpā vel dissimulare vel errore defendere: penā tamen rependere maluit ne qua fraus iusticie fieret: vt haberet laudem ex ea.
Lucretia Adultera fuit.
Sed nō apud deū. Similē laudē acq̄siuit sibi Lucretia: tamen vere adultera fuit. Hoc modo Seleucus laudem ex lege acquisiuit: qui cū legem tulisset: vt adulter vtroq; oculo priuaretur: & filius eiusdē adulteriū cōmisisset: vix ad hoc inductus est vt sibi sinister oculus filio vero dexter
X.
erueret: qđ & factū est: vindicatuq; est adulteriū & vtriq; relictus est vsus vidēdi. Habebis igitur laudem ex ea: sed huiusmodi laudes plus habēt Aloes q̄ mellis: sicut dicitur. [Dei enim minister tibi est in bonū.] Finis enim
Phs.
gubernationis reipublice virtus est. Et licet tunc maxime respublica dissoluatur: cū gubernatores legē & statuta transgrediūtur: errata tamē quedā eorū toleranda sunt nō enim tantū proderit qui corrigere pergit: quātum nocebit assuefactio superioribus nō parendi. Cū autē nulla lex vim habeat quo sibi stetur nisi ex more: mos autē non fit nisi tēporis longitudine: Sequitur ꝙ faciliter mutare leges in alias nouas: nil aliud sit q̄ infirmā facere vim legis. Sicut autē dicit phs: studiosi legum positoris est cōsiderare vrbē & naturā hominū/ & omnē aliā cōmunionem vite laudabilis quo ea quātum possunt precipiant/ que inducūt ad felicitatē. Sunt aūt sex necessaria in ciuitate. Primū circa rem diuinā cultus. Secūdū iudiciū pro cōmuni vtilitate & iusticia & maxime cōtrahentium. Tertium alimenta. Quartū artes. Quintū arma. Sextum pecunie: huic enim obediūt oia. Verūtamen vbi magis honoratur pecunia q̄ virtus: frustra instituta sunt le-
Patroni9.
ges & iudices q̄ hortētur ad bonū. ¶ Quid inquit quidam faciunt leges vbi sola pecunia regnat? Cum igitur omnis ars & omnis disciplina supplere velit id qđ deest nature: & melior mos sit causa melioris reipublice: quicūq; est dei minister in republica in bonū nobis est minister. [Quod si tu eo contēptor: male feceris: time.] Time inquā: quoniā nō sine causa gladiū portat qui semel con-
Matth. 18.
iectus in vinculis: nō inde exies donec soluas nouissimū quadrātē. Adeo aūt ad manū portāt gladiū quidā nō iudices sed insani: vt leui motu egredi possit & percutere sicut legimus de gladio Joab. 2. Regū. 20. capite. Ambro. A deo accepisti gladiū sicut & Moses virgā: nō tam vt maces & perdas: sicut de stulto legimus Balaam dicēte ad
Numeri. 22.
asinam que nihil ei nocuerat: vtinā haberem gladiū vt te percuterē: q̄ vt cōmineris: quem vtinā velut depositum quoddā incruētum & impollutū restituas cū Achimelec
1. Regū. 21.
cōmendāti Dauid: & nō sis alter Nēbrot robustus venator cōtra dn̄m. Suffecit Abrae ligasse filiū: exemisse gladiū: extendisse brachiū: & voluisse occidere vnicū. Confer Abrae Balaam: iste sine causa gla. portauit: ille non
Exemplum.
sine causa pergebat exarmatus. Narrat Seneca de quodam iudice insano qui ex ira dānauit tres milites inno-
XI.
cētes: vnum ꝙ redierat de via sine suo cōmilitone: imponens ei ꝙ eum occidisset: precepitq; alteri vt eum duceret ad supplicium: interim vero venit cōsocius: vnde qui
Scda. q. 7. Nos si: & 23. q. 5. nō solum Ex. 23. q. 8. epis.
iussus fuerat primū occidere reduxit ambos ad iudicem. Quos videns iudex iratus dixit primo: te iubeo interfici: q2 dānatus es: & te similiter dixit cōmilitoni q2 causam mortis alteri fuisti. Tertio dixit: te quoq; iubeo occidi: q2 iussus illū occidere Imperatori nō paruisti. Sic tres puniti sunt ob vnius innocētiam. Hic non sine causa gladium portabat. Quomodo? ¶ Cābises rex quidam mali cuiusdam iudicis e corpore pellem detractā sedi iuditiarie oppādit: & in ea filiū eius pro tribunali cōsedere fecit. Qui igitur huic similes sunt: nō sine causa gladium portāt: si similem regem inueniāt qualem ille iudex inue-
Dignum pastella opēz. Pro. fenum hāt ī cornu.
nit. Qm̄ igitur gladiū portant etiā qui vel seipsos occidere non formidāt secūdum vetus verbū: timendi sunt. Aliquādo enim Dauid incidet in manus Saulis: licet & semel & bis perlata sit lancea in pariete. primi Regū. 19. Gla-

dium tamē portat ad vindictā malefactorū laudem vero bonorum. Huic apostolice sentētie cōgruit illud veteris puerbū. [Tenedia securis.] Olim enim rex Tenedi securim gestās: lites audire cōsueuit: causasq; iudicata: pro-
Prouerb.
tinus eum qui fecisset iniuriā securi percutere. Hodie tamen versa vice cause iudicātur. Nō enim raro nocens cla-
Barabbas.
bitur quasi innocens: propterea ꝙ cause non in mensem sed in plurimos annos protelātur. ¶ Refert Valerius maximus: ꝙ quedā mater familias virū & filium viri interemit: q2 ab eis optime indolis filium iuuenem/ quem ex priore viro susceperat cōperisset occisum. Quā rem Dolobella cōsul ad se delatam Athenas ad Ariopagi cognitionē tanq̄ ad iudices grauiores exercitatioresq; delegauit: q2 nec ipse liberare duabus cedibus cōtaminatam: nec punire eam iusto dolore cōpulsam sustinebat. Sed & Ariopagite nō minus sapiēter inspecta causa: & accusatorem & ream post centū annos ad se reuerti iusserūt: eodē affectu moti quo Dolobella: sed ille trāsferēdo: illi differēdo: vtriq; sine causa gladiū portabāt. Sol quo maxime tollitur ad septētrionē: minime mouetur. Ita quo maior est potestas: hoc magis coercēda est animi temeritas. Non ꝙ raro videamus iuditia festinata penitētiam parere: (quia & christus anteq̄ de adultera pronūtiaret: scribebat in
Joan. 8. ca.
terra: et greci cum vrgentur ad sentētiam anteq̄ de causa liqueat: respōdent/ patres suos apud Antipodas solem
XII.
nō vidisse: sed expectasse semper donec & ipsis oriretur: properāsq; esse viatorem qui crassis adhuc tenebris iter aggreditur:) sed ꝙ iudici insano cui forte cōmissus est gladius impossibile est mediū semp tenere: vel recōdere gladium vel eximere: cū iuditij causa expostulabit. Hoc modo Pilatus christū cruci tradidit: latronē homicidā sedi-
Luce. 23.
tiōis autorē vita donauit. [Dei enim minister est:] siue iusticie dei ministrator: vindex in iram ei qui male agit.
Jmo petrus duos ostendit gladios christo quorū nullo opus est christo.
Petrus quidē dei minister erat: reuera autē gladium sine causa portabat: iubetur enim illum recōdere. Vindex est ergo propter irā dei vindicādam/ in eo qui qđ malum est fecerit. Dictū est enim superius quomodo iudices maximā partem dei legis implent. Ira enim dei que ventura est in die ire: nebule caliginis turbe: & miserie & tenebrarum: interim reuelatur de celo: cum deus per ministros
Sophōie. 1. Job. 21. ca.
suos siue angelos siue hoīes vlciscitur quorūdam manifesta delicta: occulta reseruans ad diē perditiōis: quomodo dicitur: id diē perditionis seruatur impius: & ad diem furoris ducetur. Potest intelligi in iram. i. ad punitionē eius qui patitur. Irascūtur enim qui puniūtur: etiam si infra mēsuram delicti sit mēsura plage. ¶ Nō enim omnibus
Luce. 23. ca.
est dicere: nos quidē iuste: nam digna factis recipimus. Dixit enim & meretrix quedā que diuaricauerat crura sua omni transeunti: cum flagellaretur a viro suo. Absq; pcco & innocēs ego sum: propterea auertatur furor tuus
Hiere. 2. ca.
a me. [Ideoq; necessitate subditi estote] (christus parētibus subditus fuit inquātū formā serui gessit:) nō solum
XIII.
propter irā: sed etiā propter cōsciētiā: qui vos enim spernit me spernit. Propter iram: vt eorū iram euitetis: quā necesse est incurrat qui potestates pessumdederit: propter cōsciētiā quoniā oīs potestas est a deo: & q resistit ei deo aduersatur. Igitur qui potestati resistit & iram dei incurret sicut legis in Balaam: & hominū. i. iudicū iram ac vindictā nō euadet. [Ideo enim & tributa prestatis.] De hoc superius habitum est: & modo dicetur. Prestatis igitur tributa qđ est subiectionis signū. [Ministri enim dei sunt in hoc ipsum incūbētes. Sint licet impij: publicam tamen administrāt iusticiā: & in hoc incūbunt & vi-
1. Corin. 8.
ces gerunt dei: & sunt dei ministri. Quoniā igitur nullus militat proprijs stipēdijs: & ipsi propter hoc ipsum tributum seruiūt vobis in patrie defensione: in iusticie administratione: qua remota: regna latrocinia fierēt: in republice necessariorū prouisione/ vos vice versa.

dom̄ 3 post epifania

¶ Reddite ergo omnibus debita. Cui tributum tributū: cui vectigal vectigal: cui timorem timorem: cui honorē honorem: Nemini quicq̄ debeatis: nisi vt inuicē diligatis. Qui enim diligit proximū: legem impleuit. Nā non adulterabis: non occides: non furaberis: non falsum testimoniū dices: non cōcupisces: & si quod est aliud mandatum: in hoc verbo
dom̄ jª in aduentu
instauratur: diliges proximū tuum sicut teipsum. Dilectio proximi malū non operatur plenitudo ergo legis est dilectio. Et hoc scientes tempus quia hora est iam nos de somno surgere. Nunc enim proprior est nostra salus q̄ cum credidimus. Nox precessit: dies autem appropinquauit. Abiiciamus ergo opera tenebrarum: & induamur arma lucis: sic vt in die honeste ambulemus. Non in cōmessationibus & ebrietatibus: nō in cubilibus & impudicitijs: non in cōtentione & emulatione: sed induimini dominū Iesum christum & carnis curam ne feceritis in desiderijs.

Vicecima tertia. q. 8. sine morte.
¶ Reddite oibus debita:] & hec omnia explicantur per partes cū infert. [Cui tributū: tributū reddite: cui vectigal debetis: timorē vel honorem: reddite singulis debita sua.] Reddite oibus. Nemo enim militat suis stipē-
XIIII.
dijs. Itaq; si debita sunt: reddite: si vi extorta: tolerētur exactores luti laterū & palearū Pharaonis quando et
Exodi. 5. Matth. 5. 3. Regū. 12.
iuxta euangeliū & tollenti tunicā: palliū est dimittendū: nisi sunt aliqui exactores qui dicūt cum Roboam: pater meus cecidit vos flagellis: & imposuit iugum leue: ego cedam scorpionibus: & aggrauabo iugū vestrū. Verūtamen si inuigilant colligendis tributis: Faxit deus vt vel vnā noctem ducāt in somnem cū Assuero: quo eis presentibus legātur annales. i. famulatus & seruorū obsequia: dicātq; vel sero: quid datum est Mardocheo honoris vel premij pro hac re? Et respōsum est nihil oīno. Vide capi-
Hester. Augustinus
te. 6. Tamē sciēdum ꝙ nō loquitur apls de his tributis que velut a mortuis exigūtur. Augusti. Quod ergo Cesar precipit faciendū est: tolerandū est: sed fit intolerabile: dum predā exactores accumulāt. Nā principio Pharao israel in terra optima collocauit: deinceps infantes
Figura.
iubet occidi secreto: deinceps edicto publico. Tum ad opus lateritiū cōpulit: demū & paleas negabat. Ita clamante populo propter exactores descendit dn̄s liberare populū suū: nec tamē eos vacuos abire passus est. Et qđ pace omniū dicimus olim sub Tyrānis nouitijs vel hec omniū erant cōmunia: Maria flumina: vie publice: fere & pōtes. Nūc quidā principes quasi ipsi soli habitēt super terrā oīa sibi vendicant. Ita vt si portus pons flumen aut via transeūda sint: soluendū sit aliquid: nec panem licet domi coquere: nec hospitio suscipere: deniq; neq; mortuū licet trāsferre: nisi soluas aliquid. Sed quid erit gratum in ecclesia quādo & sepulture venales sunt: Barba-
Hierony.
rus ille Ebron inquit Hierony. offert Abrae ignoto hospiti gratuitū sepulchri munus: & vix adduci precibus potuit
Gene. 23.
vt oblatā pecuniā reciperet. Hic forsitā aliquis Cyclops prescriptionem allegabit & moderamen inculpate tutele. Sed nos hec missa faciamus: q2 cum accepero tēpus: ego
Psal. 74.
iusticias iudicabo. Ordinat autē apls per hec ecclesiam dei: vt nihil aduersus principes seculi gerens: per quietem & trāquillitatē vite opus iusticie & pietatis exerceat.
Origenes.
Si enim ponamus verbi grā credētes in christo potestatibus seculi nō esse subiectos: tributa nō reddere: vectigalia non pensitare: nulli timorem: nulli honorē deferre:

nōne p hec rectorū & principū irā merito in semetipsos cōuerterēt: & persequutores quidē suos excusabiles/ semetipsos vero culpabiles redderēt? Nō enim iam fidei sed contumatie causa impugnari viderentur. Hec ergo
XV.
apls per immēsam sapiētiā prouidēs dicit: Reddite oibus debita. Hec tamē oia magis sunt dolēda q̄ scribenda: eo
Matth. 10.
ꝙ apls dicit: cui vectigal: vectigal: & cui tributū: tributum. De tributo superius dictū est: qm̄ & christus pro se
Matth. 17.
& pro Petro tributū soluit. Vtinam autē eius filij pastores vel nō exigant nō extorqueant: nō vel vtres vellicent: a soluēdo enim liberi sunt sicut superius dixi. Tributa quidē de bonis immobilibus dātur: vectigalia vero de mercedibus que vehuntur & transferūtur de regno in regnū. Hec igitur vectigalia: pedagia: tallie & alie innumere & multiplices impositiones: qm̄ nō sunt eedem in oibus regnis territorijs locis: possuntq; videri imposite iuste & ab antiquo: nō est de eis statim precipitāda sentētia: sed standū est precepto apli: cui vectigal & cui tributū. ¶ De honore autem & timore illud dicimus qm̄ si boni sunt: honorādi sunt & timēdi quasi qui vices dei gerunt in terris. Si autē mali: tolerādi: quomodo Dauid tolerauit Saul: & apls dixit. Actuū. 23. cap. Nesciebā fratres: scriptū est enim principi populi tui ne maledices. Potuit apls dicere: quare vos christū dn̄m crucifixistis & gliā tēpli & sacerdotū pphanastis &c. sed noluit: sed q̄uis in falsis & spoliatis sacerdotibus vmbrā tamē ipsam inanē sacerdotalis nominis cogitans: dixit nesciebam fratres.
Figura.
& patet. [Nemini quicq̄ debeatis: nisi vt inuicem diligatis.] Vnū erat opus in duobus cherubim. 3. Regū. 6. cap. In dilectione enim dei & proximi pēdet lex. i. botrus de terra pmissionis: fructus vel vite eterne. Hactenus prescripsi vobis quid Ethnicis magistratibus persoluere debeatis: nēpe tributa: vectigalia &c. Ceterum christianis fratribus nihil aliud debetis q̄ vt inuicem diligatis: qđ tamen debitū nunq̄ soluēdo soluitur: sed semp debitores sumus quātuncūq; dilexerimus. ¶ Vult ergo apls peccatū quidē omne debitū solui: permanere tamē & nūq̄ cessare a nobis debitū charitatis. Manebit enim charitas aucta in celo: cū spes inuenerit qđ fides credebat. Assignatur autē ratio quinquuplex quare ad hoc preceptū semp tenemur. Prima quia dilectionē proximo debemus propter deū: cui nunq̄ reddimus qđ debemus: nec enim vel parētibus ipsis possumus reddere qđ debemus: & multo minus nec deo. Scđo ꝙ ratio dilectionis que est similitudo nature & grē semper manet: eundē enim patrē oēs inuocamus. Tertio ꝙ charitas in diligēdo non deficit.
XVI.
Imo augetur & crescit. Quarto qm̄ nō de cellario istam eleemosynā implere iubemur sed de corde: & de ea chari-
Roma. 5. ca.
tate que effusa est in cordibus nr̄is a deo. Quarto ꝙ lex quā seruare tenemur in hoc solo precepto summatur & implet. Ad legē autē semp tenemur quādiu sub lege sumus: sumus autē quādiu hoīes sumus & ratione vtimur. Et hoc est qđ sequitur in textu. [Qui enim diligit proximū: legem impleuit.] Legem: sed nō euāgeliū. Nam hoc non adulterabis: nō furaberis: nō falsum testimoniū dicis & quecūq; sunt alia decalogi mandata: In hoc verbo
Origenes.
restauratur: diliges proximū tuū sicut teipsum.] De his decem preceptis cantat Dauid: in psalterio decachordo psallā tibi. Tres chordas tāgimus vni & trino deo: proximo vero septē. Omnis autē harmonicus cōcentus septē vocibus perficitur: vel. A. b. c. d. e. f. g. Septē enim ad hominē refertur: qui septenario numero constat: corpus enim ex quattuor cōstat elemētis: quattuor & humoribus: aīa tribus perficitur vel memoria: intelligentia: & voluntate. Pone autē per singula legis mandata dilectionē: & vide q̄ facile cuncta cōplētur. ¶ Quomodo enim occides eum quē diligis. Quomodo adulterio pollues torū eius quē diligis? Qui proximū diligit bona eius non furatur: nec falsum cōtra eum testimoniū dicit. Ceterū si diligentius

inspiciamus: quis est alius proximus noster: q̄ is qui
Samarites vocatur in euāgelio: qui iacētes nos ꝛ vul-
Luce.10.ca. neratos ꝛ nudos (Ve autē soli: quomodo enim calefiet)
Eccle.4. iumēto corporis sui supposuit: ipse interim pedes stetit:
ꝛ stabulario duos denarios ꝓtulit noui ꝛ veteris testa-
menti: ad curā nostrā: cū ipse prius vulneribus nostris
oleū infudisset ꝛ vinū? Hunc ergo proximū si diligamus:
totā legem implemus: qui autē cōtra hoc preceptū fece-
rit: fact⁹ est toti⁹ decalogi reus. Finis enim legis christ⁹
Roma.10. ad iusticiam omni credēti. Nec fieri vllo pacto potest vt
qui ex toto corde diligit christum: faciat aliquid qd non
placeat christo: qui enim non irascitur iuxta preceptum
christi: quomodo occidet? Qui mulierē nec respicit: quo
modo eā adulterabitur? Quomodo aliena diripiet qui
Matth.5. sua reliquit vt christū sequatur? Quomodo falsum testi-
moniū dicet: cuius sermo debet esse: est: est. Non: nō. Et
qui scit falso testimonio morti adiudicatū quem diligit?
Necessario autē qui christum diligit: diligit ꝛ proximū.
Hoc enim solo inditio christi discipulus esse designatur:
Joan.13.ca. si charitatē cum proximo habeat. ¶ Siquis autē non di-
xvij. ligit proximū: nescit christū: ipse est enim ꝛ deus noster
ꝛ proximus noster. Quare autē difficilius impleat pre-
Costatus. ceptū de proximi dilectione q̄ preceptum de dilectione
dei: multiplex ratio ponitur. Primū septem precepta po
nuntur de proximi dilectione: tria autē tantū de dei dile-
ctiōe. Tum a deo plura accepim⁹ bona q̄ a ꝓximis esse:
bene esse: beate esse: tum q̄ cū proximis sepe simultates
contraximus: nō autē cū deo. Superbia eorū qui te ode
Psal.73. runt: quomodo intelligitur? Tum q2 de dilectione dei ad
nos certificati sum⁹: qui ꝓprio filio nō pepercit non autē
de ꝓximorū dilectiōe: prauū est enī cor hoīs ꝛ despabi-
Hiere.17. le: dicis q̄ me diligis/o Samson. Tum q̄ a ꝓximis mul-
Judicū.16. ta incōmoda accepim⁹: a deo autē semp optima ꝛ vtilia.
Tho.2.2.q. Deinde cū proximo quē semel atq̄ iterū offendimus vix
27.ad septi ad verā amicitiā reformamur. Vide Amos ca.1. De⁹ libē
mū de dile- tissime oīa ꝓterita cōdonat: decē milia talenta remittit ꝛ
ctiōe inimi tegit: hec indens fecisti ꝛ tacui: ꝛ penitus obliuiscit qd
corum. est mirabile: semperq̄ de cōmuni lege ad maiora resurgi
mus bona: si vere peniteamus. Adiūgit enim pater stole
Luce.15. priori saginatū vitulum. De hoc alibi. ¶ Cum multa qui
Exodi.32. dem dn̄s Mosi loquutus fuerit: due tātū tabule lapidee
dantur ei: que dicūtur testimonij: q̄m cetera quecūq̄ lo-
quutus est deus ex illis duobus preceptis pendent que
in duob⁹ tabulis cōtinētur: hec sunt due catenule ex qui-
bus rationale pendet: imo lex ꝛ prophete ꝛc. Sicut ipsa
decem ex duobus: ꝛ hec duo ad vnum reducūtur: ipse est
christus deus ꝛ homo. [Unde dicit: q̄ dilectio proximo
malum non operatur:] ꝛ sequitur, [Plenitudo ergo le-
gis est dilectio:] quam tunc veraciter custodimus: quā-
do de profectu eius non deficimur: nec de ruina leta-
¶ Vigesima mur. Et tamē dicitur: letabitur iustus cū vide: ꝛc. Fun-
4.q.1.vbi dum ergo est timor dei: mediū amor proximi: plenitudo
saria. amor dei. Qd autē vna ꝛ eadē lex vni ꝛ eidem populo ab
xviij. vno ꝛ eodē deo: vno ꝛ eodē tēpore per vnū ꝛ eundē me
diatorē Mosen traditur: sed in duobus tabulis: illud fi-
gurabat: q̄ in illo dei pp̄lo essent qui legē spūaliter essent
intellecturi: ꝛ hi sunt stelle celi: essent ꝛ qui carnaliter tā-
tū: ꝛ hi sunt arena maris: ex vtero tamen Rebecce duo
Gene.25. populi ꝛ due gētes diuise sunt. Cū igitur dn̄s moritur⁹
pro inimicis venerit vt ex arenis ꝛ lapidib⁹ stellas susci
taret ipsi Abrae: positurū se animā pro amicis dicebat vt
ostēderet: q̄ cum diligēdo/lucrū de inimicis facere possu
mus: etiam ipsi amici sunt qui persequūtur. Plerumq̄
aūt reluctātē animū vincim⁹: si etiā pro inimicis oram⁹:
Gregorius. ꝛ vitā quidē inimicorū petim⁹: ꝛ tn̄ ne exaudiamur time
m⁹. Internus tamē iudex noster poti⁹ mētē q̄ verba cōsi
derat. ¶ Retinēda quidē essent q̄ in nos peccauit proxi-
m⁹: si remitēda nobis delicta nō essent q̄ in iudicē pecca
uimus. Aduocat⁹ autē noster precem nobis in causa nr̄a

cōposuit. Cuius ꝛ ipse est iudex ꝛ aduocatus. Aut ergo Matth.6.
nō faciēdo dicimus: dimitte nobis debita nr̄a ꝛc. Et hoc
dicēdo: nosmet amplius implicam⁹: aut fortasse hanc cō-
ditionē in oratione pretermittimus: ꝛ aduocatus noster
precem quā cōposuit nō cognoscit: atq̄ protinus dicit: nō
est ista oratio quā feci. Si igitur non vacat oēs paginas
perscrutari: tene charitatē in qua pēdent oīa: sine qua di Augustin⁹.
ues miser est pauper cecus ꝛ nudus. Apoca.3. Et cū qua
paup est ditissim⁹: est enim deus charitas: quā qui ha-
bet: tanq̄ nihil habens oīa possidet. Sciēdum ꝛ illud: q̄ 2.Corin.6.
cū dicitur: diliges deū ex toto corde: hoc nō refertur ad Deut.10.ca.
vltimū conatū voluntatis: sed ad modū dilectionis: vt vz
quecūq̄ in nobis diligimus ꝛ in proximis propter deū xix.
diligamus: vnūquodq̄ in suo gradu de quo dicitur: ordi Canti.p̄mo.
nauit in me charitatē. Hoc idem intelligitur de proximi
dilectione: cū dicitur: sicut teipsum: multis enim videtur
impossibile vt proximū in eodē gradu diligamus quo ꝛ
nos: sed sufficit q̄ ad eundē finem diligam⁹ quo nosmet
diligimus. ¶ Quattuor sane sunt diligēda per ordinem:
vz deus qui est supra nos: nos: ꝓxim⁹: corpus nostrū. De
secūdo autē ꝛ quarto nullū datur p̄ceptū: q̄m nemo vnq̄
carnem suā odio habuit: nec similiter animā suā: licet di- Psal.10.
catur: qui diligit inquitatē odit animā suā: hoc enim mo-
do ꝛ qui fornicatur: in corpus suū peccat. 1.Corin.6.cap.
Fugax enī animus ab incōmutabili bono nō potest nisi
se ꝛ corpus suū diligere. Unde sequitur q̄ naturaliter hō
magis inclinatur ad dilectionē sui: q̄ dei sui: patet. Nā de
secūdo datur preceptū nō autē de primo. Sed cū anim⁹ Maro.
seipsum diligat necessario: ꝛ per cōsequens secūdum vl-
timū nature conatū: quomodo potest plusq̄ seipsum deū
diligere? Et tamen tenetur ad hoc. Respōdetur q̄ plus vi
detur seipsum diligere quo ad actus intēsionem: nō ta-
men quo ad dilectionis ordinē ꝛ modū: sicut plus deus
creaturā diligit: q2 actu infinito q̄ creatura deū: tamen
quātum ad dilectionis ordinē ꝛ modū: plus debet crea-
tura deum diligere q2 fruitur illo: ille vero vtitur creatu-
ra. Homo igitur quomodocūq̄ se diligat ꝛ quātuncūq̄:
se tamen vt creaturā diligit: deū vero vt summū ꝛ bonū
omnis boni bonū. Charitas enim admodū ignis sursū
tendit in deū: pascitur autem deorsum in amore proximi
quasi in cera vel oleo. Origenes. Et proximū sicut teipm Origenes.
iuberis diligere. ¶ Dixit quidā diues ad christū, Ma- Marci.10.
gister quid boni faciens: viuā? Et christus: legem ꝛ pro-
phetas fac. diues feci inquit. Et christus. Vade ꝛ ven- xx.
de oīa que possides diuide pauperibus: ꝛ veni sequere
me. Cepit autē diues scalpere caput suū ꝛ nō placuit ei.
Et dn̄s ad eum. Quomodo dicis legē feci ꝛ prophetas?
Scriptū est enim in lege: diliges proximū sicut teipsum. Leui.19.
Et ecce multi fratres tui filij Abrae amicti sunt stercore
morientesq̄ fame: ꝛ domus tua plena est multis bonis: ꝛ
non egreditur aliquid oīno ex ea ad eos: quanto minus Matth.19.
ad extraneos ꝛ forēses. Et cōuersus dn̄s: dixit Simoni:
Petre, facilius trāsiet camelus per foramē acus q̄ diui-
tes in regnū celorum. ¶ Impossibile est enim ꝛ implere
mādatū in quo oīs lex recapitulat ꝛ esse diuitē: ꝛ maxi-
me tātas possessiōes habere. Quia oīs diues aut est ini-
quus aut heres iniqui. Est autē preceptū de proximi di-
lectione simile precepto de amore dei: q̄ est de eius dile-
ctione qui factus est ad imaginem dei ꝛ forsitan ad eius
similitudinem sicut hic dicit Origenes. Usq̄ ad christū
ignorabatur qd esset magnū legis mandatū. Quantum Origenes.
autē exceditur forma hoīs ꝛ imago ab essentia dei: tantū
debet excedere amor dei amorē proximi. Dicit autē do-
ctor sub.in.3.disti.27. q̄ in presenti seculo possum⁹ quidē
diligere deū super oīa ꝛ intēsiue: sed nō quātum ad oēs
cōditiones que in lege ponūtur cum dicit: ex toto corde:
ex tota aīa: ex omni mente: ex oībus viribus. Non enim
possumus in hac vita penitus interire vt viuamus deo:
quomodo dixit apl's. Gala.2.cap. Viuo iam non ego: ꝛc.

2.Corin.12. Et enim cum hec diceret: simul ꝛ illud dicebat: datus est
Augustin⁹. mihi stimulus Satane ꝛc. Unde Augusti. dicit: q̄ hoc
preceptū vz ex toto corde ꝛc. solum in patria implebitur.
Nūquid enim vel Paulus nō cogitabat de crastino: la-
borans vnde victū cōquireret? Nunc enim quātūcunq̄
Sapiētie.9. spūs prōptus sit: corpus corruptibile aggrauat animā: ꝛ
Ezechiel.1. deprimit mētem: q̄m ꝛ si animalia sequerētur impetū
spūs: reuertebātur tamē: licet in similitudinē fulgurum
xxi. coruscantiū. ¶ De amore autē tenero quo mater diligit
ꝛ de forti quo pater videtur diligere filios: quorū alter
erat in Joāne alter in Petro: Joānes tenerius dilige-
bat: Petr⁹ vero feruētius: quere Henricū. Uocatur au
tem hic amor tener dulcedo quedā qua deus paruulos
allicit ne deficiāt in via: que nō est actus elicitus a volūta
te: sed passio quedā actui attributa: p quā aliqui dicūtur
deuoti: qui tamē pro christo nec alapam forte sustinerēt.
Cāticor.8. Charitas aūt fortis ꝛ feruida iferno similat: que nihil ta
Roma.8. le interim sentit: ꝛ tamē dicit: scio q̄ nec mors nec aliqua
creatura poterit me separare a charitate dei. [Plenitu-
do ergo legis est dilectio. Et hoc sciētes tēpus: q̄m hora est
Seneca. iam nos de somno surgere.] Nam teste Seneca meliora
preteruolāt: deteriora succedūt. Quēadmodum enim ex
amphora qd primū effluit syncerissimū est: grauissimū ꝛ
turbidū qd subsidet: sic in etate nr̄a qd optimū est in prin
cipio est: idq̄ exhaurire in alijs patimur: vt nobis fecem
reseruemus. Ueniet certe properata malis inopina se-
nectus: nec sola ventura est: nec oībus si expertis credi-
Lelius. mus. Dixit Lelius cuidā dicēti. 60. annos habeo: vos in-
quit dicitis habere qd nō habetis. Quos inquit cepim⁹
Esaie.38. nō habemus. O q̄ multorū telas precidit athropos: dum
adhuc ordirētur. Hac inquit nocte repetēt animā tuam
Luce.12.ca. stulte. Quid bona reposita in annos multos cōmemoras?
Nō est iste somn⁹ ille de quo dicitur: adiuro vos ne susci-
tetis dilectam donec ipsa velit. Quādo autē volet cuius
inter amplexus spōsi somnū obseruat christus dicens: ad-
Cāticor.2. iuro vos ꝛc. Leua eius sub capite: dextera amplexatur
vbi pastor cubat in meridie. Plenitudo inquit legis est
charitas: idq̄ cū sciamus: nēpe tēpus adesse oportunum
persoluēdi proximo qd debemus: quasi dicat: scitote nūc
precipue proximū diligēdum: a somno surgendū: q̄m lex
euāgelica plus aliquid a nobis exigit q̄ lex Mosaica siue
lex naturalis. Tēpus autem hoc loco oportunitatē signifi
Esaie.55. cat ꝛ occasionē: quomodo dicitur: inuocate eū dum pro
Cāticor.5. pe est. Pessulū inquit ostij mei aperui: at ille declinaue-
Matth.25. rat iam atq̄ trāsierat. Fatue quidē virgines adhuc cla-
Horatius. māt ꝛ replicāt dn̄e dn̄e: ꝛ tamē hucusq̄ foris remanent.
¶ Horatius ita de occasione dixit. Tātā vim habet opor
tunitas vt ex honesto inhonestū: ex dāno lucrum: ex vo-
luptate molestiā: e beneficio maleficiū faciat: ꝛ pro vita
mortem inducat sicut patet in medicina: e contra breui-
¶ Nunc igitur proficiscar in Hierusalem ministrare sanctis. Probauerunt. n. Macedonia & Achaia collationem aliquam facere in sanctis pauperibus qui sunt in Hierusalem. Placuit enim eis, & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium eorum participes facti sunt gentiles, debent & in carnalibꝰ ministrare eis. Hoc igitur cū consumauero, & assignauero eis fructum hunc, per vos proficiscar in Hispaniā. Scio autem quoniam veniens ad vos, in abūdātia benedictionis christi veniam. Obsecro ergo vos fratres per dominū nostrum Iesum christum, & per charitatem spiritus sancti, vt adiuuetis me in orationibꝰ vestris pro me ad deum, vt liberer ab infidelibus qui sunt in iudea, & vt obsequii mei oblatio accepta fiat in Hierusalē sanctis, vt veniā ad vos i gaudio per voluntatē dei, vt refrigerer vobiscū. Deus autem pacis sit cum omnibus vobis amen.

¶ Textus. Nunc igitur proficiscar in Hierusalem mini
strare sanctis.] Interim inquit iā nūciter adorno in Hie
rusalem: vt ministeriū exhibeam his qui vēditis posses-
Actu.4.c. sionibꝰ suis sequūtur vestigia christi: quorū anima vna
est & idem cor. De his igitur summa erat apostolo cura:
erāt. n. delibatio ex massa & primitie ex agro: & flores ex
vinea: & os & caro apostoli Pauli: & quasi quedā iudeoꝝ
primitie deo dicate: de quibꝰ dicitur: soror nostra paruu
la est & vbera nō habet. Quoniā igitur ecclesia vbera nō
Cantico.8. habebat humane consolationis: Paulus sorori sue cōpa
tiens vndecūq ei alimenta subministrabat: vt qui a pa-
xxiij. store ecclesie acceperat spiritualia: ipse redderet q̄ acce-
perat cum vsura: gētibus seminans spiritualia: & ab his
carnalia metēs quibus interim sanctos pasceret, i. eccle
siam a qua Paulus fidei sacramenta primū acceperat:
Gala.6. quomodo Paulus alias pcepit: alter alteriꝰ onera por-
tet: sic. n. impletur lex christi. [Probauerūt. n. Macedo-
De religiosium Origine vide hic remig.c.35. nia (alias placuit Macedonie & Achaie) collationem ali
quā facere in pauperes sanctoꝝ qui sunt in Hierusalē.]
Approbauerunt inquam: & ita visum est illis: placuit in
quam illis: nō ego eos coegi: sed ipsi prōptissimo animo
hoc approbauerunt: vt intelligas: huiusmodi munera si
vltro offerantur: honeste accipi posse ab eis qui indigēt:
non autem extorquenda: quando & apo. Paulus pre ele
git labore manuali victitare: q alieno cibo viuere. Se- 1.Cori.4.
neca. Nulla. n. res carius cōstat: q que precibus empta Seneca.
est. Uota homines parcius facerent: si palam facienda es
sent a deo etiam vt deo cui honestissime supplicamꝰ taci
te malimus & clauso ostio supplicare. Ideo diuināda est
cuiusq voluntas: & cum intellecta est: necessitate grauis-
sima rogandi liberanda. Si non cōtingat preuenire: plu
ra rogantis verba intercidēda sunt: ne rogati videamur
sed certiores facti: statim promittamus. Ingratum est
quod diu inter manus dantis hesit. Ingentiū quorūdā
beneficia silentiū aut tarditas imitata grauitatē & tristi
ciam corrupit. Quanto melius adijcere bona verba bo-
nis rebus: vt illū castiges q tardus in rogando fuit. Cur
inquies tam diligenter rogasti? Cur aliū adhibuisti qua
si parū fisus mihi? Semel rusticitati tue ignoscitur. Du
re sunt ille voces inter amicos: expecta: re expecta. Cete
rum illa erūt in honore apud accipientē que aut nemo il
lis alius dedit: aut nos nulli alij. Alexandro Macedoni
cum victor Orientis animos supra humana tolleret: Co
rinthij per legatos gratulati sunt & ciuitate sua illum do
nauerūt. Cum risisset ille hoc officij genus: vnus ex lega
tis nulli inquit ciuitatē vnq dedimus alij q tibi & Her-
culi. Libens accepit delatū honorem: & legatos proinde
humanissime inuitauit. Cogitauit. n. non qui sibi ciuita
tem darent: sed cui dedissent videlicet Herculi: ad fortiū
enim honoris asperit: tanq celum quod mēte vanissima
cōplectebatur teneret: quia Herculi equabat. Itaq di-
cit apo. placuit Macedonibus hoc facere: et nullus eos
adegit: nullus compulit: tamen optime placuit: q hilarē
datorē & deus diligit & homines. Quod dixit in paupe- 2.Corin.9.
res sanctoꝝ: dicendū erat in pauperibus sanctis. Quod
autē sequitur in textu [placuit eis: & debitores sunt eo-
rum:] videtur apo. iūgere duo inter se pugnantia. Qui
enim sponte & bona animi voluntate offert: nō videt de
bere. Unde diuinā erga homines bonitatē et bnificētiā
εὐδοκίαν Paulus appellat. Et hic vbi dicitur: probaue
runt grece est εὐδόκησαν. Igitur in Macedo
nibꝰ et Achaicis prōpta volūtas fuit vt
facerent collectionē aliquantā pecunie: ad quod & si non
omnino tenebantur: quoniā que gratis accepit apo. gra
tis erat impartiturus: tamē vt cumq tenebātur. [Nam Decimas q̄ maxime extorquet.
si spiritualiū eorum participes facti sunt gentiles] pau
lo mediatore qui accepit ab ecclesia q̄ erat in Hierusalē
quod impartiretur gentibus: vtiq debent & in carnali-
bus ministrare eis. De hoc alibi dicēdum est. Per hoc
autem subtiliter & verecunde dum Macedones & Corin xxiiij.
thios laudat: hortatur Romanos ad opus cōsimile: faci
lius. n. deuote mentes ad benefaciendū exemplis q ser
monibus inuitantur. Hodie tamē multi sunt canes muti
non valētes latrare: speculatores sed ceci: duces claudi:
pastores mercenarij: imo lupi licet sub ouina pelle: qui- Esaie.56.
bus dicit apo. nesciebam fratres quia pōtifex est: qui cū
nihil seminent nisi forte zizania, Matth.13. tollunt cutē Prouerb.
desuper humeris ouiū suarū. ¶ Utinam. n. vel tantū tō- Actu.23.
derent vel mulgerent & non excoriarēt: & induerent hu Micha.3.
iusmodi indumēto cruēto: quale erat Melota, i. exuuiū
ouis Helie prophete. 4. Reg. 2. [Hoc autem cum consu
mauero:] idest perfecero hanc legationē in Hierusalem:
& assignauero eis fructum hūc: hoc est obsignatū reddi
dero: sic. n. reddi solet pecunia. Sentit. n. apo. se diligēter
ac nō greca fide imo greca / velle reddere pecuniā quam
collegerant & per eum mittebant Corinthij: eo q omnis Prouerb.
pecunie tractatio suspecta soleat esse pfertim iudeis de
quibus scriptum est: a minore vsq ad maiorem omnes Hiere.6.
auaritie student: & a propheta vsq ad sacerdotē omnes
sequūtur munera & retributiones. Notātur. n. iudei ma Distin.11.c.
xime de auaritia in sacra scriptura. [Tunc igitur: profi- quis nescis

ciscar per vos in Hispaniā. Tex. Sciēs inquā q veniēs
ad vos] nō vēturꝰ ero vacuꝰ sicut hodie multi pastores:
nō veniam vt expilem & deglutiam: & de lanis vestris in-
duam memet: non: vt lac vestrū comedam: vt me ipsum
Ezechiel. pascam: reliquaq pedibus meis cōculcem. Non vt cum
austeritate imperē & potētia: de quibꝰ vide Ezech.34.c.
[Ueniam autem in abundantia benedictionis christi:]
vt quod perierat requirā: & quod abiectum est reducā:
vt confracta alligem: infirma consolidem: pingue & forte
custodiā & pascam. De hac autem benedictione vide su-
pra primo cap. sub illis verbis: gratia vobis & pax a deo
patre. Hoc autem apo. non nisi per spiritū sanctū pollice
tur & gratiam prophetie: supra hominē namq est scire q
venturus sit in abūdantia benedictionis. Uide genesis/
Cap.30. benedixit te deꝰ ad introitū meū dixit Jacob ad
generū suū Laban. Quomodo autem pastor debeat limi
tes episcopatus sui visitare: vtrū prospere agant: ad imi
xxv. tationē Samuelis. Uide. 1. Reg. ca. 7. in fine. Potest & il
lud dici q iterum verecūde Romanos ad consimile opꝰ
2.Cori.9. inducit vt et ipsi quoq conferant sicut fecerūt Macedo
nes. Hoc autem modo Elemosynā ab eis colligendam
vocat apo. benedictionē iuxta illud: qui seminat in bene
dictionibꝰ: de benedi. & messurus est. Si. n. semē sanctū
est: & messis inde consurgens: & pullulans. [Obsecro igi
tur vos fratres per dūm nrm Jesum christum & per cha
ritatē spiritus:] si in vobis est charitas & vnitas quā spi
ritus sanctus facit in membris ecclesie: vt in orationibꝰ
vestris. i. per orationes quas ad deum patrem funditis:
postulāte pro vobis spiritu sancto gemitibus inenarra
bilibus Rom.8.ca. [Adiuuetis me.] Multi. n. qui sunt
alias exigui meriti: dum adunantur in vnū fiunt magni
& potentes: quoniā multoꝝ preces impossibile est vt non
impetrent. Si ergo eum videre cupiunt: vere autē sum-
me cupiebant: orent vt liberatum eum recipiāt cum gau
dio charitatis. [Ut liberer ab infidelibus qui sunt in iu
dea.] Forte pauperibꝰ sanctis timebat apo. ne videlicet
apostolo preriperetur pecunia tanto quesita labore: & cō
gregata charitate: & per tātam terre intercapedinem de
lata: ne videlicet in portu vt dicitur naufragium pateret.
Actu.21.c. De se autem illud dixit ad Agabū prophetam: ego nō so-
lum alligari sed & mori paratus sum in hierusalem. [Et
vt ministeriū meū quod exhibeo acceptū sit sanctis qui
sunt in Hierusalē.] Ministeriū vocat: q esset minister dū
taxat aliene liberalitatis. Ex hoꝝ catalogo erat qui dixit:
Actu.3. respice in nos: quoniā argentū & aurū frustra queris a
nobis: dabimus tamē ex eo quod habemus & c. Ministe
rium apostoli oblatio erat pecunie: esset autem maxime
acceptū: si integrā apo. traderet sicut acceperat a Corin-
thijs pecuniā. Ut veniā ad vos in gaudio:] qd nō esset si
incursus pateretur predonū: veniam autem deo volēte:
vt multis exhaustis laboribus & in terra et in mari et in
2.Cori.11. falsis fratribus: aliquantulū refrigerer vobiscum: quasi
inter amantissimos filios charissimus pater. Nullus igi
tur debet cōtēnere postulare orationes ecclesie: etiam si
Origenes. inferioris meriti esse videātur hi a quibus oratio postu
latur: quando Paulus apostolicis preditus meritis: nō
solū Romanos orare pro se: sed et Corinthios hortatur.
Uide autem & q validis eos astringat religiosisq sacra
mentis: per dominū Jesum & charitatem spiritus. Ego
quidem venturum me spero ad vos cum gaudio & bene
dictione: siue autem veniam siue non. [Deus pacis au-
tor largitor & amator qui & ipse est pax nostra sit cum om
nibus vobis amen. Par hec deus est: qui ideo cunctis
sui inseruit appetitū: vt per hunc bona nobis impartiri
valeret. Quod autē a superis cognitio quedā nascat in
nobis: ipsi dij manifesta sui psentia expositionibusq sa-
tis sepe declarāt: ostēdentes animis ordinem vniuersi:
atq precurrētes veluti duces in ipso itinere: atq fasces
Plato. quasi phanales in signū itineris suspēdētes.

¶ Sextum decimū caput.

j. Commendo autem vobis phœbem sororem nostram, q̄ est in ministerio ecclesie q̄ est Cenchreis: vt eā suscipiatis in dño digne sanctis, & assistatis ei in q̄cumq negotio vestri indiguerit. Et. n. ipsa quoq astitit multis & mihi ipsi. Salutate priscam & Aquilā adiutores meos in christo, qui pro anima mea suas ceruices supposuerunt, quibus non solū ego gratias ago, sed & cuncte ecclesie gentiū, & domesticā ecclesiam eorum. Salutate Ephenetum dilectum mihi, qui est primitiuus ecclesie Asie in christo Iesu. Salutate Mariam, que multum laborauit in vobis. Salutate Andronicum & Iuliā cognatos et cōcaptiuos meos: qui sunt nobiles in apostolis q & ante me fuerunt in christo Iesu. Salutate Ampliatum dilectissimū mihi i christo Iesu. Salutate Vrbanū adiutorem nostrum in christo Iesu, & Stachiū dilectum meum. Salutate Appellen probum in christo. Salutate eos qui sunt ex Aristobuli domo. Salutate Herodionem cognatū meū. Salutate eos qui sunt ex Narcisi domo q sunt in domino. Salutate Triphenā & Triphosam que laborant in domino. Salutate Persidam charissimam que multū laborauit in domino. Salutate Rufum electū in domino & matrem eius & meā. Salutate Asyneretū & Phlegontam, Hermem, Patrobam, Hermā & qui cum eis sunt fratres. Salutate Philologū et Iuliam Nereū & sororem eius, & Olimpiadem & omnes qui cum eis sunt sanctos. Salutate inuicem in osculo sancto. Salutāt vos omnes ecclesie christi.

¶ Commēdo autem vobis Phoebē
sororē nostram: q̄ est ministra ecclesie q̄ est Cenchreis:]
est autē Corinthi vnde hec epistola missa creditur & per
hanc eandem feminam Rome proficiscētem. Cenchreis
igitur hec optima femina forte ecclesiam suis sumptibꝰ
erexerat a fundamentis: & ibidē dei ministros similiter
pascebat. Forte autē tātum erat ministra illius ecclesie.
Hanc Paulus sororem vocat nō carnis cognatione: sed
vnitate religionis & professione christiana. Cōmēdo igi
tur vobis eam: vt suscipiatis in domino digne sanctis. i.
vt dignū est sanctos ac dei ministros suscipere: & quomo
do Abraā suscepit tres viros & illos homines certe puta-
bat. Si. n omnibus patere debent viscera misericordie: Gene.18.
quanto magis dei ministris: qui vos inquit recipit: me
recipit: & eum qui me misit. Suscipite ergo illam vt de- Matth.10.

cet sanctos suscipere. Quomodo Eliezer susceptus est a Laban Gene. 24. Similiter ⁊ illud adhortor vt assistatis ei in quocūq; negotio vestri indiguerit. Forte. n. aliqua negotia expedienda habebat in Cesaris Curia. Gide 4. Reg. 4. de hospita Helisei. [Nā ⁊ hec ipsa et multis sanctis adfuit: et mihi quidē ipsi.] Que ergo de multis bene merita est: meretur vt et ipsa adiuuetur a multis. [Salutate Priscam ⁊ Aquilam adiutores meos in christo Iesu. i. in predicatione euangelij christi Iesu: qui pro anima mea tuenda suas ceruices gladio supposuerunt.

ij.

Putat Origenes hos esse de quib⁹ legim⁹ in actis. 18. c. q; erant artifices tabernaculorū hoc est pelliones: ⁊ eiusdem artis erat apostolus. In actis autem nō Prisca sed Priscilla vocatur. Potest autem fieri: vt quia illo tēpore pulsis ex vrbe iudeis edicto Cesaris Cozinthū applicuerint: rursus edicti cessante iniuitia: Romā regressi: salutentur a Paulo. Quos tamē apparet iudeozū insidijs Paulo periclitāte: semet ipsos obiecisse vt ille liber ab eedē et sicut fecit aliquando Michol cū Dauid. Et thāc eozū laudē apo. nō tacet: sed omnibus eam ecclesijs admirandam tradit: ⁊ ideo dicit. [Quibus nō solum ego gratias ago: sed ⁊ vniuersę ecclesię gentium.] Unde apparet eos officiosos ⁊ hospitales extitisse erga omnes fratres fideles: non solum qui ex iudeis sed etiam qui ex gētib⁹ credidissent. Quis autem opum abundantia tantū de Paulo bene mereri potuerūt/vt eis omnes ecclesię gratias agerent? Non opum abundantia/sed affectionum. n. erant.

1. Reg. 19.

Sed quia pro anima mea inquit ceruicē suam supposuerunt. Qui. n. ducem exercitus/saluū facit: ⁊ milites saluos facit: ⁊ qui medicū vel gubernatorē fluctib⁹ eripuit nullū totam ex vndis liberauit. Sic inq; qui magistrum vrbis saluauerūt: vrbis quoq; totius fuerunt benefactores. Simile aliquid legim⁹ de duobus amicis Damone ⁊ Phitia. Cum. n. alteri hoc Dionysius Tyrānus diuersis necis destinasset: ⁊ is qui mortī adiudicatus fuerat paucos sibi dies cōmemorādos suoꝝ causa postulasset. i. ad res suas ordinandas: alter se vadem pro illo dare non dubitauit. Presente autem die: ⁊ ille non redeūte: omnes temerarij sponsorē damnabant: ille vero de amici cōstantia se non metuere asseuerabat. Denicq; hora a Tyrāno statuta alter rediit. Et vtroq; presente cōtendebāt ante Tyrānum quis eozū occidendus esset. Miratus Tyrannus eozum animū ⁊ amicitiā q; vterq; pro altero ceruicē parabat supplicij remisit: rogās vt se in tertiū sodalitatis gradum reciperent. Sed quando Tyrānus illē ceruicē pro amicis supponere: eum omnes exosos haberet: ⁊ ipse ab oībus timeretur. Pro bono autem forsitā quis audeat mori: qualis Paulus erat. [Salutate et huius domesticā ecclesiam:] hoc est oīes domesticos eius: qui ⁊ ipsi fideles erant ⁊ per omnia similes patrifamilias domi.

Chryso.

Exemplū.

iij.

Exemplū.

[Salutate Epenetū dilectū meū: qui est primitiuus ecclesię Asię in christo Iesu. Primitiuū. i. primo a me regenerātū in christo Iesu: vnde fuit alijs exēplū ad opus consimile. [Salutate Mariam q̄ multū laborauit in vobis: laborauit autēm aliquos in eo q̄ discordiam inter iudeos ⁊ Romanos oborta: cū alij alijs se preferebāt: alij alios pessum dabāt: ipsa ex parte sedauit: tum etiam ad apostolum retulit: tanq; ei qui posset prodesse et non obesse. [Salutate Andronicū ⁊ Iuniā cognatos sanguine ⁊ genere ⁊ religione: ⁊ cōcaptiuos meos: qui sunt insignes ⁊ nobiles inter apostolos: qui etiam fuerūt ante me regenerati in fide christi Iesu. Forte hi fuerūt ex numero. 70. christi discipulorū. Hi igit causa fidei passi sunt simul cū apostolo vincula ⁊ carceres. [Salutate Amplium dilectissimum mihi in dño: grece ἀμπλίαν dicit. [Salutate vbanū adiutorē nostrū in χριστῷ] euāngelij doctrina diffundēda que est de christo Iesu: et Stachin dilectū meū. [Salutate Apellē probum in christo. [Salutate eos qui sunt ex Aristobuli domo: eo modo q̄ dixim⁹ de domo Narcille ⁊ Aquile. [Salutate Herodionem cognatū meū: ⁊ gentē: ⁊ religione. [Salutate eos q̄ sunt ex Narcisse domo: qui sunt charissimi mei in dño. Narcissus presbyter erat: ⁊ forte tunc absens pro causis honestis vel fidei. [Salutate Triphenā: ⁊ Triphosam ⁊ Persidā charissimā meam: q̄ multū laborās exhausit p amore christi. [Salutate Rufum in dño electū: forte. n. fa cerdos erat aut iconom⁹ domus dei: ⁊ matrem eius carnemeā autem fide ⁊ religione: vel q̄ sepe Paulo tanq̄ altera vidua pelig de necessarijs puidit. [Salutate Asyncritū: phlegontam: Hermen: patrobam: Herman: ⁊ qui cuz eis sunt fratres: vt eadē pax ⁊ salus cōplectatur: quos eadem amplectitur fides. [Salutate Philologū ⁊ Juliam ⁊ Nereū ⁊ sororē eius ⁊ Olympā: ⁊ omnes qui cum eis sunt sanctos. Pater. [Salutate inuicē in osculo sancto. Sanctū osculū vocat quale est illud: osculetur me abosculo oris sui. Judas autē osculo filij hominis tradidit. Et Joab osculo occidit Amasan. 2. Re. 20. Et Absalō osculabatur populū. 2. Reg. 15. capite. Sic et mulier peccatrix osculata est pedes dñi Jesu. Legimus etiā Jacob osculatū fuisse Consobrinā suam Rachel quā postmodū accepit vxorem. Et pater osculatus est filiū de Lōginco venientē sicut refert Lucas. Cap. 15. [Salutāt vos oīes ecclesię christi] q̄ sunt in locis his que licet situ se inuicē sunt: charitatis vinculo cōnectitur sub vno capite ⁊ pastore Christo.

1. Reg. 19.

iij.

Cant. 1.

Luc. 22.

Luc. 7.

Gene. 29. c.

v.

¶ Rogo autē vos fratres vt obseruetis eos qui dissensiones & offendicula pręter doctrinam quam didicistis facitis, & declinate ab eis. Hu iuscemodi. n. christo domino nostro non seruiūt sed suo ventri, & per dulces sermones & benedictiones seducunt corda innocentium. Vestra. n. obedientia in omni loco diuulgata est. Gaudeo igitur i vobis. Sed volo vos sapientes esse in bono, & simplices i malo. Deus autem pacis cōterat Satanā sub pedibus vestris velociter. Gratia dñi nostri Iesu christi vobiscum. Salutat vos Timotheus aditor meus & Lucius & Iason, & Sospater cognati mei. Saluto vos ego Tertius qui scripsi epistolam i domino. Salutat vos Caius hospes meus & vniuersę ecclesię. Salutat vos Erastus Arcarius ciuitatis & Quartus frater. Gratia domini nostri Iesu christi cum omnibus vobis amē. Ei autem qui potens est vos confirmare iuxta euangelium meum & predicationem christi Iesu secundum reuelationem mysterii temporib⁹ eternis taciti, quod nunc patefactū est per scripturas prophetarum secundum pręceptum eterni dei ad obedientiam fidei in cūctis gentibus cogniti soli sapienti deo per Iesum christum, cui honor & gloria in secula seculorum Amen.

vj.

Philip. 3.

Matth. 10.

Osee.

Prouerb. 1. Thes. 5.

Josue. 5.

Apoc. 2.

Gene. 5.

Psalm. 37.

Luc. 12. Exo. 22.

Origenes.

Psalm. 136.

2. Reg. 12. Luc. 16.

3. Reg. 12.

¶ Tertius. Rogo autem vos fratres vt cōsideretis eos qui dissensiones et offendicula pręter doctrinam quam vos didicistis facitis: ⁊ declinate ab illis. Hos alibi apostolus vocat Canes: malos operarios: concisionē: angelos Satanę qui se angelos lucis mentiūtur. Nec tantū vitandi sunt quicūq; pseudo apostoli: falsi, pphetę: Satanę ve ministri qui vobis aliam doctrinā tradunt pręter eam quā semel imbuti estis: sed ⁊ si angelus de cęlo huic diuersam doctrinā afferret: claudendę sunt aures cātibus syrenarū: ⁊ surda aure trāseūdū: quoniam qui huiusmodi sunt. [Christo dño non seruiūt:] que sua sunt quęrūt nō que Jesu christi: seruiūt autē suo ventri quoꝝ deus venter est: non infundūt vinū super vulnera: sed oleum tantū palpant: nō adurūt ⁊ per dulces sermones ⁊ benedictiones seducunt corda innocentū] dicentes bonū malū et amarū lucemq; ponentes in tenebras et dulce acetum. Et per dulces sermones. Grece. χὰι διὰ τῆς χρηστολογίας χὰι εὐλογίας ἐξαπατῶσι τὰς καρδίας τῶν ἀκάκων. Idest qui per blandiloquentiam ac benedictionem seducūt corda simplicium. Sicut autem rhodie qui probe loquuntur: et improbe faciunt: q̄ χρηστόλογοι nomine peculiariter vocatus est pertinax Imperator: teste Julio Capitolino. ¶ Cum aliquādo Diogeni holera laudāti diceret Dionysius: si Dionysio Tyrānio adulari velles: non holera ederes: sed de mensa regis: ille respōdit. Imo ne sic quidē holera ederes: si velies ⁊ vesci his rebus vellibus: Dionysio non adulareris. De his qui misscebant legē euangelio: ⁊ ad questū suū predicabant: vbi gentes non pugnent: alias dicendū est. Curabāt contritionē populi mei. ⁊c. Ibi ere inig. 6. cā. [Vestra. n. obedientia in omnē locum diuulgata est:] de hoc vim⁹ Cap. 1. ibi: fides vestra annūciatur in vniuerso mūdo. Erant. n. Romani quasi in capite ⁊ medio totius ecclesiastice vnitatis. Unde sicut a capite ⁊ a cōde dimanat vita ⁊ sensus ad oīnes corporis partes: ita Romanoz⁹ prompta obediētia ⁊ fides firma: ⁊ nō vacillans: cōfirmabat fidem totius ecclesię: econtra autem si eoꝝ fides nutaret in aliquo. [Gaudeo igitur in vobis] sicut quosdam defectus in nīcos crucis christi: qui tanq̄ canes reuersi sunt ad vomi. suū. [Sed volo vos sapientes quidem esse ad bonū: sinceros autem ad malum.] Juxta qd dño dicit: estote prudentes sicut serpētes ne decipiamini: ⁊ simplices sicut columbe: ne alicui noceatis. Factus est inquit Ephraim quasi columba seducta non habens cor. Osee. 7. c. Subtiliter autem apo. indiscretam ⁊ facilem Romanoz⁹ obedientiā notat: eamq; asserit nō vbiq; laudatā sed promulgatā. Quoniā igitur vocauerat eos simplices seductoꝝ: ab illis qui nō christo sed suo seruiebant ventri: propter ea nūc dicit: volo vos sapientes esse in bono. ⁊c. Festina inquit lente. Nonne si spiritui ere dendum est: omnia sunt probanda: optima tenenda. Moster inquies: an aduersarios? Dixit Josue ad angelū principem exercitus dei viuentis. Blasphemaris inquā ab eis qui se dicūt iudeos esse ⁊ nō sunt: sed sunt synagoga Satanę. Apo. 2. [Deus autē auctor pacis cōterat Satanam sub pedibus vestris velociter.] Sicut in figura ecclesię olim repromisit deus dicēs: ipse cōteret caput tuū. Quid est quod dicit velociter? Cōtinuit. n. Dauid Satanę caput cum dixit: peccauī dño: sed illud sero fuit: quādo videlicet iam putruerāt cicatrices sue facie imipietatis sue: q̄m diu tacuit. Non. n. vigilauit ne perfoderetur domus sua. Unde iuxta legis edictū qui furē nocturnū in ipsa perfossione confoderit: homicida non estimatur. Quod si ortus fuerit sol super eum: reus est qui latronē occidit: ⁊ morietur pro eo. Qui. n. pro iusq; faciat malum: cognoscit malum: et configit in semet ipso: paruulos alli dens ad petrā: iste est qui configit latronē velociter subiscIens pedibus suis. Qui autem post q̄ fecerit malum: reprehēdit se ipsum: iā reus est mortis: sicut omnis anima que peccauerit. Audiet eq̄s: tu fecisti in secreto: ego faciam. ⁊c. ¶ Sili quidem huius seculi prudentiores sunt filijs lucis: semper. n. aliquid profundius ⁊ subtilius in ueniūt in malitia vnde plus noceant: in bono autem omnino cęci sunt. Talis erat qui ex cogitato cōsilio duos vitulos aureos fecit: ⁊ de hoc alios. Paulus autem vult vt simus quidem in bono sapientes: hoc est semper aliquid plus inuenire: plus exquirere ⁊ pfundi: excogitare videlicet qd faciam⁹ bonū: ista vt etiā si impediamur ab aliquo in bono per eius malitiā: nos q̄ sapientes sum⁹ in bono certemus vt malitiā illius nostra bonitate vincam⁹: ⁊ si opus non datur perficere: saltem bonū sermonē proferam⁹: sermo. n. dei non est alligatus. Quod si nec hoc datur: animus saltem non desit bonus. Simplices autē in malo ita simus: vt si malitia pulsemur: non simus callidi vel seruiūt: artes ⁊ argumenta frentes quibus redderē mali⁹ pro malo debeamus. Simus ergo simplices: non retaliantes iniurias: vt deinus loci et qui dicit: mihi vindicta ⁊c. Si quis ergo hoc modo tnauerit sapiēs erit: et simplex: cum inimicatus qui quasi agnus mansuetus portatus est ad victimā: nec operuit os suū nisi vt p transgressoribus oraret ne peritent: sub huius pedibus deus cito conteret Satanā. i. aduersariū qui semper visensiones operatur. Ipse est qui stetit cōtra sanctū Job: contra Dauid vt numeraret populū: stetit ⁊ coram Jesu sacerdote magno: vt aduersaretur ei. Ps est qui altercabatur cū angelo volēs renelare sepulchū Mosi iudęis: ⁊ nō est permissus. Is est qui missit in cor Judę vt traderet dñm suū. Joan. 13. Denicq; ipse est qui dixit: scietis bonū ⁊ malū. Gene. 3. ⁊ dño christo/precidens adoza me: ⁊ hec oīa tibi dabo tibi vaturus fuero. Denicq; ipsi Salomoni dñs suscitauit Satā vnū ⁊ alterū. 3. Reg. 11. c. Ipse quidem insidiatur calcaneo nostro: q̄a nostri gressus prepediuntur a Colubro: sed dñs cōteret caput eius per manus pueri sui Dauid: et iam armis suis, Homine autem Satanę eos intelligit apo. qui euāgelio dei legem admiscebant. [Gratia dñi nostri Jesu christi vobiscū.] Incubat autem apo. toties gratiā vt opera legis excludat. ⁊c. [Salutat vos Timothe⁹ frater ⁊ adiutor meus: Lucius ⁊ Jasō: ⁊ Sosipater cognati mei/genere ⁊ fide. [Saluto vos ego Tertius. Nomē ei⁹ proprium eius qui hanc scripsit epistolam. [Salutat vos Caius hospes meus: ⁊ vniuersa ecclesia in dño cui hic pręest Cai⁹.] [Salutat vos Erast⁹ Arcarius siue dispēsator ciuitatis: ⁊ Quart⁹ frater. Gratia dñi nostri Jesu christi cum omnibus vobis amē. Nec est subscriptio Pauli. [Ei autem qui potens est vos confirmare secūdum euāgelium meū: ⁊ predicationē siue pręconiū Jesu christi: iuxta reuelationem mysterij: temporibus eternis taciti: patefacti vero nūc ⁊ per scripturas prophetarū iuxta pręceptū eterni dei in obedientiā fidei in cūctis gentib⁹ notificati: soli sapienti deo per Jesum christum: ipsi honos ⁊ gloria in secula Amē.] Ei igitur qui potens est pręsc⁹tos vos vocare: ⁊ vocatos iustificare: iustificatos confirmare (vt ⁊ vos mecū vlcatis quis nos separabit a charitate christi) ipsi soli sapienti deo honor ⁊ gloria p Jesum christum in secula: potens est autem vos confirmare secūdum predicationē euāgelij mei: ⁊ prędicationē Jesu christi: mihil. n. aliud predico p Jesum christū potentem vos confirmare ⁊ quocūque vocauit ad fidem suam per gratiam: q̄ genti vocatio ⁊ cōfirmatio/mysterij taciti ab eternis temporib⁹: nūc autem iuxta pręceptū eterni dei patefacti est per scripturas prophetarū: vt obediatur fidei ab omnibus gentibus: cum eternis temporibus soli deo notū fuerit. Cum ergo hoc mysterij soli sapienti deo notū fuerit ab eterno: ex ipse cum et placuit illud per prophetas reuelauit ⁊ per prędicationem apostolo: ū vt omnes gentes fidei obediant: gratias ei agamus q̄ nostris temporibus tanta gratia exhibita est: ⁊ super peccatis digitū ozi nostro: nec inquiramus cur tātū tempus distulerit deus hoc mysterij reuelare vel cur tot gentes pertre permisit vel cur nūc maxima ex parte iudęi ⁊ infideles teneant: ita vt cum stultoꝝ infinitus sit numerus: grex christi valde pusillus sit: ne illud audiamus: scheme tu quis es qui respondeas deo? Qui vere diligit omnia que si non diligeret non cōseruaret. De hoc vide super illud vbi venit plenitudo reporis. Dicitur aūt tempora

Phillip. 2.

Phillip. 3.

Exemplū.

Esaię. 5.

Rom. 12.

Esaię. 53.

1. Paralip. 21

Zacharię. 3

Judę. ipo.

Matth. 4.

1. Reg. 17.

viij.

Sup. 12. c.

2. Thim. 2.

Rom. 8.

ix.

Ecclesi. 2.

Luc. 12.

Rom. 9.

eterna: quoniã eterna quæ mẽ fuerat diuina cognitio non intelligitur a nobis nisi per cõparationẽ ad tempus infinitũ. Tempus autẽ cum cęlo cepit. Cum motu eius.

Galatas. 6. Dum ergo tempus habemus operemur bonũ: quoniam iurauit angelus per viuentem in ſecula ſeculorum: quia tempus nõ erit amplius: ſed in diebus vocis ſeptimi angeli: cum cœperit tuba canere: cõſummabitur myſterium dei ſicut euangelizauit per ſeruos ſuos et prophetas: quorum vnus Paulus eſt ſeruus Jeſu chriſti ſegregatus in euangelium dei quod ante promiſerat per prophetas ſuos: Supra. 3. 6. cum ab eterno hoc euangelium tacitum fuerit et ſoli deo notum: nunc autem manifeſtatũ omnibus gentibus per Jeſum chriſtum cui ſit honor et gloria cum patre et ſpiritu ſancto ab omni creatura per infinita ſecula Amen.

Apoc. 10.

¶ Explicitur epiſtola beati Pauli apoſtoli ad Romanos.

¶ Argumentũ in epiſtolam priorem ad Corinthios.

Prouerb.

Ciendum iuxta vetus prouerbiũ q̃ nõ omnibus erat applicare Corinthũ. Corintho ſane olim Achaię metropolis erat ob portuũ cõmoditatem, eſt. n. ciuitas ſita inter duo maria. Habebat autem duos portus alterum aduerſus Aſiam alterũ Italię oppoſitũ, proinde ciuitas hec erat quaſi totius Aſię Emporium, negociatorũ frequentia opulẽtiſſima. Fere aut ſit vt eiuſmodi ciuitatũ mores multo ſint corruptiſſimi, qñ vndiq; ex omni natione nõ tã mercimonia & mores q̃ vitia ſoleant importari, & magnã vitę licentiã negociatorũ genus ſibi vindicat. Ferunt in eadem vrbe templũ fuiſſe Veneri ſacrum, adeoq; locupletatũ, vt plus mille puellas caperet (mirabile dictu, miſerabile viſu) quas Corinthii Veneri cõſecrauerãt vt in eius honore proſtituerẽtur, proh nefas. Itaq; harum gratia viſendarũ frequẽs in vrbem multitudo vndiq; confluebat, vnde ciuitas indies magis ac magis ditabatur nõ tam diuitiis q̃ corruptiſſimis moribus. Quin etiã negotiatores hoſpites ac Nautę propter vrbis luxũ atq; delitias im moderatos ſumptus facientes, exhauriebãtur, vt inde diceretur, non omniũ eſſe Corinthũ appellere. Ibidem inter portẽta cętera erat Lais quedã meretrix que ob elegantiã venuſtatẽq; formę grandem pecuniã de merebat, conuentuiq; ad eamditiorũ hominũ ex omni Grecia celebres erant, neq; admittebatur, niſi qui dabat quod poſcebat illa, poſcebat autem illa nimiã quantitatẽ. Vnde & hinc natũ etiam putant prouerbiũ, non omnium eſſe adire Corinthũ. Ad hanc ille Demoſthenes clam adiit, & vt ſui copiã faceret petiit. At illa decem mille numos petiit. Tali petulãtia meretricis atq; pecunię magnitudine ictus expauenſq;, Demoſthenes auertitur, & diſcedens, ego inquit pœnitere tanti nõ emo. Cum igitur vel ob periculoſam in Corinthũ nauigationẽ, vel ob luxus & delitias ciuitatis, vel ob perditos

Joan. 16. mores fœminarũ quas etiam patres proſtituebant, obſequiũ ſe putantes preſtare deo, nõ cuiuſlibet fuerit Corinthũ appellere, preuia tamẽ & comite diuina gratia Corinthũ Paulus deuenit

Hiere. 1. vbi accipiens adeo verba vitę, conſtitutus ſuper illud regnum & gentẽ, euulſit, deſtruxit, diſperſit & diſſipauit, non tam muros q̃ mores Corinthiorũ iuxta illud, verte impios & non erunt,

Prou. 12. c. & rurſus facto fundamẽto fidei, ędificauit templũ & ciuitatem ex lapidibus viuis & electis, de

3. Cor. 6. quo ipſe dicit, vos eſtis tẽplũ dei viui, qui prius eratis demonum inextricabilis labyrinthus. Proinde licet Corinthii tamet ſi predicatione apoſtoli, tam pridem euangelii doctrinã imbibiſſent, tamen adhuc vitę prioris veſtigia non nulla ac reliquię manebant, adeo vt periculum eſſet

Hiere. 13. ne per philoſophos crucis predicationẽ vt humilem & indoctam faſtidientes, & per falſos apoſtolos ad legem Moſaicã inuitantes, a chriſti fide alienarẽtur. Vſq; adeo ardua res eſt, ethiopem mutare veterẽ pellem, & ſi mutet, manent mores, ſicut & in vulpe videmus. Sed & Hieronymus teſtatur ſua etiam ętate apud Achaicos horũ que apo. Corinthiis obiicit extitiſſe reliquias, tantę molis eſt ex onagro gẽtili & ex lege, chriſtianũ inſtituere ſub iugo chriſti. Paulus igitur ſciẽs nõ minoris eſſe virtutis parta tueri q̃ paraſſe, filios ſuos quos magno labore chriſto genuerat, nam ſex qui annũ apud illos egerat, pari ſtudio ad chriſtum reuocat & in euãgelio confirmat, nunc ſeuiens, nunc blandiens, nunc exhortans. Nunc reprẽhẽſionis acrimoniã laude attemperans, & ſapientiũ medicorũ exemplo amarũ poculum circũlito melle condulcans, & quaſi mel le lito gladio, eorũ tumores tranſuerberans. Tumebant Corinthii opibus & ſapientia terrena. Inter feroces autem ſepe oriuntur factiones, maxime autem inter tumentes ſapientia humana, dum nullus alteri vult cedere. Porro negotiatorũ peculiaris eſt auaritia, ſicut diuitũ luxuria. Ex

1. Cor. 1. hoc igitur tumore ſunt ille voces, ego ſum Pauli, ego Cephę. &c. Vnde etiã in publica eccleſia

mulieres docebant. Luxus autem erat q̃ non iam dominicam cœnam: ſed ſuam quiſq; cœnabat in templo, pauperibus nõ expectatis. Tumoris erat q̃ quidam Paulum vt ineloquentem atq; humilem faſtidiebãt. Proprium vero philoſophię erat q̃ reſurrectionẽ mortuorum que Baſis eſt fidei noſtr̃e quaſi in dubio vocabant. Luxus erat q̃ indifferenter omnibus vtebantur cibis etiam cum ſcandalo infirmorũ. Libidinis erat q̃ quidam cum vxore patris ſui cõmertium habuit, & de hoc ſuperius dixim⁹ q̃ impune luxuria regnauerit Corinthi. Hinc illud q̃ viri comam nutriebant, fœmineq; vero nudato capite conſpicerẽtur in eccleſia. Auaritię erat q̃ non de fama ſed de re pecuniaria litigabant corã ethnicis iudicibus. De matrimonio inter ſe de multis diſſentiebant, quidam prohibentes omnino nuptias / ad apoſtolorum exẽplum qui vxores nõ habebant. Sed quoniã non omnes tales erant, his qui huiuſmodi morbis reliquũ gregem inſtcere poterant congrua remedia apponit. ¶ Primo igitur eos ab inani vento philoſophię ad cru-

5. Cap. cis humilitatẽ reuocat. Dicit ſe rectum & veriſſimũ feciſſe fundamentũ, cauendum ne peruerſi a falſis apoſtolis ea ſuperędificent que demolienda ſint, hoc eſt nequid Corinthii diſcant, quod

Prouerb. modo ſit dediſcendũ. Hortatur filios ne a patre degenerẽt, nec ſe tradant pedagogis, ne prouer-

bio ſubiaceant quo dicitur bis pueri ſenes. Et pueri centum annorum. Deinceps ſancit quid de

Matth. 5. inceſtuoſo agendum ſit / qui patris vxorem violauit. Tum de litibus admonet, & qui conſtituẽdi ſint in hoc iudices, licet melius eſſet tollenti pallium & tunicã dimittere q̃ cum fratre litigare charitate amiſſa. Tũ tractat de matrimonio: viduis: virginitate, & impari cõnubio, de diuor-

7. Cap. tiis. Deinde docet carnes idolis immolatas mundas eſſe mundis, & tamen propter ſcandalũ fratris ab his abſtinẽdum. Ab his & huiuſmodi vitiis deterret eos exemplo veterum iudęorum.

11. Cap. Coęquat ſe cęteris apoſtolis ac nonnũq; & preſert, qui ſolus omniũ Corinthiis euangeliũ predicauerit gratis. Docet qualiter ſe in eccleſia debeant gerere & viri & fœmine, & de Menſa dominica, de gratiis gratis datis, precipue tamen admittantur ad charitatem, ſine qua cętera a deo nihil conducunt, vt non nunq; etiam officiant. Charitas maior eſto omniũ donorum, ſequens vero eſt prophetia. i. ſacre ſcripture enarratio & interpretatio. In hac admonet vitãdam eſſe confuſionem, quod fiet ſi viciſſim & per vices pauci dicant. Mulieribus in eccleſia perpetuum impo-

15. Cap. nit ſilẽtium. Tandem de reſurrectione agit mortuorum quam variis aſtruit argumẽtis. Infine ſamiliaria quedam ponit de collatione pecunie in ſubſidiũ pauperũ, deq; ſuo ad Corinthios reditu. Poſtremo aliquantos illis commendat. Vnde autem miſſa fuerit hec epiſtola nec per quos non ſatis elucet. Huic autem epiſtolę ſicut & aliis ſalutationem preſcribit, & nomẽ ſuum quod celebre erat omnibus gentibus preponit, vt doctoris nomine audito acquieſcat correctioni: & quoniam eis viluerat, non apponit nomen ſerui ſicut ad Romanos: ſed nomen dignitatis & offi-

16. Cap. tii dicens: Paulus vocatus apoſtolus Jeſu chriſti.

¶ Incipit prior epla Pauli ad Corinthios.

¶ Caput primum.

Paulus vocatus apoſtol⁹ Jeſu chriſti per voluntatem dei & Soſthenes frater eccleſię dei q̃ eſt Corinthi ſanctificatis in chriſto Jeſu vocatis ſanctis, cum omnibus qui inuocant nomen domini noſtri Jeſu chriſti in omni loco ipſorũ & noſtro, gratia vobis & pax a deo patre noſtro & dño Jeſu chriſto. Gratias ago deo meo ſemp pro vobis in gratia dei q̃ data eſt vobis in chriſto Jeſu, quia in omnibus diuites facti eſtis in illo in omni verbo & in omni ſcientia, ſicut teſtimoniũ chriſti confirmatũ eſt in vobis, ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia expectãtibus reuelationẽ domini noſtri Jeſu chriſti, qui & confirmabit vos ſine crimine in die aduentus domini nr̃i Jeſu chriſti. Fidelis deus per quẽ vocati eſtis in ſocietatem filii eius Jeſu chriſti domini noſtri.

¶ Paulus ſedens in Cathedra ſenio-

2. Reg. 23. rum: ſapientiſſimus princeps inter tres. Ipſe eſt quaſi terrimus ligni vermiculus qui non octingẽtos tantum interfecit imperu vnius Niniue conuertit ad me-

Jone. 4. liorẽ frugem: in qua erant. 120000. hominum et iumẽta multa: ſed ab Hieruſalẽ Illyricũ vſq; omnia replenit euãgelio chriſti. Paulus pater patrię: arca teſtamẽti que vi-

Apoc. 11. ſa eſt in cęlo in qua erant tabule ſcientia vtriuſq; pagine Mãna diuine cõſolationis: et virga paſtoris. Paulus alter Noe qui arcam. i. eccleſiam que in cubito conſummatur

Gene. 6.

inter vndas huius seculi (ter naufragiū passus) vexit: et
dixerit ad portum eterne pacis: vocatus apostolus Iesu
christi. Habet.n. antichristus suos apostolos qui circuīt
⁊ per ambulat terrā quos mittit per orbem vniuersum:
vnus quorū maxima quidem impudentia dixit ad mini-
4.Reg.18. stros Ezechie. Nunquid sine dei voluntate ascendi ad lo
cum istum vt demolirer eum? Dñs dixit mihi (vere autē
mentiebatur) ascende ad terram hanc: ⁊ demolire eam.
Alter autē misit nūtios ad omes qui habitāt in Cilicia
⁊ Damasco ⁊ Libano ⁊ ad gētes que sunt in Carmelo ⁊
Cedar. ⁊c. Usq; in Hierusalē: sed quoniā hic anti christi
Judith.1. apostolus non libertatē sed seruitutē predicabat: omnes
vno animo cōtra dixerūt ei: ⁊ remiserūt ministros suos
vacuos ⁊ sine honore abiecerūt: sicut ⁊ legis. 2.Re.c.10.
ij. At Paulus apo. sed Iesu christi: quoniā nō Corinthio-
rū bona querebat sed ipsos Corinthios: nō sua sed que
Iesu christi: quasi alter angelus susceptus est ab eis ab
Apoc.7. ortu solis ascendens habens tū in fronte tum ⁊ in corde
Gala.6. signū dei viui ✝ videlicet in qua gloriat. Hic ergo Pau
lus vocatione quidem apostolus: sed Iesu christi per vo
luntatem dei patris: vnde excluduntur apostoli anti chri
sti qui cum non mitterentur: dicebant: nūquid sine volū
tate dei ascendi ad locū istū? Et illud Sedechie falsi pro
3.Reg.22. phete dicentis ad Micheam percutiēs eum in maxilla.
Per quam viam trāsiuit spiritus dñi a me vt loquere-
tur tibi? Habes ⁊ alium similem huic. 3.Reg.13.c. qui di
xit ad virū dei: ⁊ ego propheta sum similis tui: ⁊ angelus
cuius non ignoramus astutias loquutus est mihi in ser-
mone dñi dicēs: reduc eum tecū in domū tuam vt come-
dat: ⁊ fefellit eum: vt Hierobā qui in sordibus erat: sor-
Apoc. vi. des. adhuc. Cum igitur habeatis paulum angelū magni
Esaie.7. cōsilij vocatione dei apostolū: ⁊ per volūtatem dei patris
virū secūdum cor dei: segregatū vt vobis gentibus euā-
Osee.2. geliū predicet ⁊ ad cor loquatur: nō desideretis alios q̄
auribus vestris pruriant ⁊ mentes decipiāt per dulces
Rom.16. sermones. [Et Sosthenes frater] per hūc qui inter Co
rinthios versabatur creditur apostol9 culpas et discidia
Corinthiorū rescisse: quē fratrē vocando/ostendit ꝙ nō
Prouerb. gladiatorio vt dicit animo: sed matre charitate instigan-
Gene.37. te hec apostolo retulerit: videlicet rixam fratrū patri. Ha
bet.n. ⁊ charitas vulnera sua: quomodo dicit vulnerata
Cantico.1. charitate ego sum: siue amore lāgueo. Si.n. iust9 in terra
recipit: quanto magis impius ⁊ peccator. Prouerb.11.c.
Paulus igitur voc apo. per volun. dei ⁊ Sosthenes fra
iij. ter fide ⁊ religione scribimus hāc epistolam ecclesie dei
que est Corinthi: quam nuper voluntas dei beneplacēs
⁊ perfecta ex viuis erexit ⁊ electis lapidibus: nouam ac
celestem conuersationē in veteri vrbe plantans: ⁊ ex car
Philip.3. nali populo eum constituens cuius conuersatio in celis
est: terra inculta facta hortus voluptatis, Ezech.36.cap.
[Ecclesie igit dei: idest sanctificatis per christū Iesum
idest per fidem christi Iesu: vocatis ad sanctitatē] ex te-
nebris ad lucem: de seruitute ad libertatē: vocatis vt iu
stificētur ⁊ magnificētur. Istis igitur vna [cum omnib9
qui inuocant nomē dñi nostri Iesu christi in omni loco
ipsorū ⁊ nostro] istis inquam simul omnib9 hanc episto
lam scribimus ego Paulus ⁊ Sosthenes frater ⁊ coapo-
stolus in euangelio. Quod dicit in omni loco ipsorum
⁊ nostro: potest referri ad nomen dñi qui precessit: vt sit
sensus/nos ⁊ illos eundem habere dñm. Potest simpli-
citer accipi vt sit sensus: siue in suis locis in quibus agūt
siue in his in quib9 nos agimus. Potest sic exponi. In-
quouis loco siue ipsorū siue meo: aut ⁊ ipsorum ⁊ meo:
vt intelligamus Paulū omnē locum suū ducere in quo
sunt qui innocent nomen dñi: eo ꝙ inter christianos cha
ritas omnia faciat cōmunia. Similiter ꝙ licet Corinthij
essent immediate episcopis subiecti: nō min9 erant sub
iecti cure pastorali apostoli pauli quē premebat sollici-
tudo omniū ecclesiarū. [Gratia vobis ⁊ pax a deo patre
nostro: ⁊ dño Iesu christo. Ueniat inquā super vos gra-
tia que est pignus hereditatis nostre: ⁊ pax quam morte
sua nobis acquisiuit qui est pax nostra. Ipse est ac9 per
cuius foramen gentes ingredientes: pacem reperiunt. Matth.19.
Ac9 ista ex lino lanaq; sibi vestē aptauit. i. ex iudeis ⁊ gē
tibus: faciēs vtraq; vnū. [Gratias ago deo meo semper Ephe.2.
pro vobis: de gratia dei q̄ data est vobis in christo Iesu]
hoc est per christum Iesum tanq̄ per mediatorē nostrū
⁊ aduocatū: est.n. christus manus patris [ꝙ in omnibus
diuites facti estis in illo] cum in vobis essetis miseri et Apoc.3.
miserabiles: pauperes ceci ⁊ nudi: spem nullam haben-
tes futurorum bonorum. Facti inquam estis diuites [in omni iiij.
verbo ⁊ in omni sermone] hoc est in omni genere docen
di: exponendi scripturā: catechizandi rudes ⁊ exhortan
di/⁊ si qd est aliud genus linguarū. De hoc infra Ca.12.
[Quib9 rebus sic testimoniū Iesu christi cōfirmatū est
in vobis] et a deo cōfirmatū. [Ut nō desit vobis vlla gra
tia.] Quāuis.n. nec christū in carne vidistis: nec petrū
aut Ioānem precipuos apostolos eius: tamen nihil est
earum rerū quibus deus solet apostolorum confirmare do-
ctrinam: in quo videamini ceteris gentibus inferiores:
vbi illi verbū dei predicauerūt. Quid.n. vestra inter est
per quem ad fidem pelliciamini (quid.n. sunt Petrus ⁊
Andreas. ⁊c. nisi ministri et cophini quidam per quos
deus semē sparsit verbi sui) cū vtrobiq; idem sit effect9:
quoniā ⁊ inter vos me predicante: sermonē confirmauit Marci vltimo.
christus sequētibus signis. Uel nulla vobis desit gratia
earū que necessario requirūtur ad consequēdam vitam
eternam. Uobis dico qui colligentes fidem eorū que nō
videtis ex his pignorib9 immortalitatis que iam nūc a
deo accepistis dono [expectatis diem illum in quo reue 1.Cori.13.
labitur gloria dei] cū interim per speculū tātum videam9
⁊ a longe: magis opinātes (si dici licet) est.n. fides infra
scientiam: supra opinionem q̄ videntes. Hanc nō expe-
ctant de quibus scriptū est: Tollatur impius ne videat Esaie.26.
gloriam dei: quod si viderint: ad cōfusionē suā videbūt.
Confundentur.n. cū viderint triūphos christi ⁊ illum re
gnantē in maiestate/quem cruci affixerūt: ⁊ vocantē cō- Zacha.12.
tempserūt. Is ergo qui futurus est iudex viuorū et mor
tuorū: quē nūc aduocatū habemus apud patrem: ipse in
quam confirmabit vos vsq; in finem sine crimine: et si nō 1.Joan.2.
sine peccato: qui.n. putat se sine peccato posse vitam istā
trāsire ipse se seducit ⁊ veritas in eo non est. [Sane in 1.Joan.1.
cassum bonū agitur: si ante vite terminū deseratur: qm̄ ⁊
frustra velociter currit: qui pri9 q̄ ad metas venerit de- Gregori9.
ficit. Nemo.n. mittēs manū ad aratrū ⁊ respiciens So Luc.9.c.
domā/aptus est regno dei: nec ille qui egyptum respicit/
terram lacte ⁊ melle manantē videbit. Non est virile ter Exo.3.
ga dare laboribus: sed standū est fortiter super custodiā,
Habacuc.2. dñs.n. pugnat pro nobis Exo.14.c. Confur-
gendū est aduersus fortunā: ⁊ sciamus quecūq; aduersa Seneca.
se offerūt: non esse tam magna q̄ rumore iactētur: labor Prouerb.
enim improbus omnia vincit. Tu inquit poeta ne cede
malis: sed contra audentior esto: dabit etiam deus ⁊ his Poeta.
quoq; finē: interimq; confirmabit sine crimine quos vo
cauit per gratiā suam. Ecce.n. ego vobiscū sum. ⁊c. [Fide
lis deus per quem vocati estis in societatē dñi nostri Ie
su christi] qui igitur auersos vocauit facilius conuersos
confirmabit. Fidelis est: exhibebit quod ꝓmisit: sine pe
nitudine sunt dona ei9 ⁊ vocatio: fidelis ꝑmanet: se ipsum Rom.11.c.
negare nō potest. 2.Timo.2. per semet ipsum iurauit be
nedicendos multos ex oībus gētibus in semine Abrahe:
ex quib9 estis et vos vocati Iesu christi dñi nr̄i Rom.1. Gene.22.
fidelis igitur cum factus fuerit deus promissor: simus ⁊
nos exactores auarissimi: vt si non det q2 vocauit: det vel
saltem propter improbitatē nostrā. Dabit aūt nō lapidē: Luc.11.c.
nō scorpionē/ nō serpentē: sed panes quot quot habetis
necessarios. Alias petentis negligētia reprehendit: vbi
de dātis misericordia nō dubitat. Hucusq; prohemium.
[Obsecro

[Obsecro autē vos fratres per nomē dñi nr̄i
Iesu christi, vt id ipsum dicatis oēs, & nō sint
in vobis schismata: sitis aūt ꝑfecti in eodē sensu
& in eadē sciētia. Significatū est.n. mihi de vo
bis fratres mei ab his q sunt Cloes, ꝙ cōtētio
nes sunt inter vos. Hoc aūt dico, ꝙ vnusquisq;
vr̄m dicit. Ego qdē sum Pauli, ego aūt Apol
lo, ego vero cephe ego aūt christi. Diuisus est
christ9? Nūquid Paul9 crucifixus est ꝓ vobis
aut in noīe Pauli baptizati estis? Grās ago deo
meo, ꝙ neminē vr̄m baptizaui nisi Crispū
& Caiū: ne quis dicat ꝙ in noīe meo baptizati
estis. Baptizaui autem & Stephane domū, ce-
terū nescio si quē aliū vestrū baptizauerim.
[Textus. Obsecro autē vos fratres per nomē dñi nr̄i
Iesu christi: vt id ipsum dicatis omnes: ⁊ non sint in vo-
Isidorus. bis schismata.] Isidorus. Ingeniū boni doctoris est
incipe a laudib9 eorū quos salubriter obiurgatos corri-
gere cupit: sicut ⁊ hoc loco apo. facit: quoniā erant apud
vel inter Corinthios q̄ ⁊ laude ⁊ increpatione egerent.
Gregorius Prius ergo superborum brachia studuit laudū vinculis re
ligare: vt deinceps posset vuln9 dissensionis ferro corre
ctionis incidere. Ille vero indiscrete loquit: q̄ sic vtraq;
omnibus loquitur: vt omnib9 eadem cōgruere videant:
ac iuxta prouerbiū eūdem calceum omni pedi inducūt: si
cut est videre inquit Galenus in quibusdā medicis im-
Galenus. peritis: qui non habita ratione morborum: eadem reme
dia admonēt omnib9: curātes aurē pro calcaneo. [Ple
vj. rūq;.n. elatos vtilius corrigimus: si eorū correptionib9
quedam laudū fomenta misceamus. Samarites namq;
sapiētissimus ille/vinū quidē superinfudit vulneribus:
Luc.10.c. prius tamē oleū apposuit. Inferēda sunt eis aut aliqua
bona q̄ in eis sunt: aut dicendū certe q̄ poterāt esse ⁊ nō
sunt: ⁊ tūc demū resecanda mala q̄ nobis displicēt. Nam
equos indomitos prius blanda manu tangimus: vt eos
Similitudo. nobis plenius post modū etiam per flagella subdamus.
Addiciā multo maiora inqt: ⁊ deinceps non recedet gla
2.Reg.12. dius de domo tua vsq; in eternū. Hoc modo apo. retulit
que laude digna erant in Corinthiorum ecclesia: confirma-
uit spem vocationis eorum/fidelitate dei vocantis per gra-
tiam suā: nūc cōmemorat ea in quib9 Corinthios optat
Prouerb. apo. deinceps sui dissimiles esse: ne dicat eis et merito:
qm̄ quot capita tot sensus: et quot baptizati tot baptis-
mata: hoc.n. illi videbant asseuerare cum dicebant verbi
gratia: ego sum Pauli: ego Petri: ego Apollo: ego autē
christi. Una est fides: vnū item baptisma. Obsecro itaq;
vos per charitatē eius cuius estis ⁊ mēbra: si tamē non
arida propter schismata: vt id ipsum dicatis: sapiatis et
sentiatis de fide ⁊ vnitate baptismatis qd sentiendū est:
nec sint inter vos sectiones ad modū eorum qui sapiētiam
profitent humanā. Licuit.n. Platoni sentire cōtra So
cratē: ⁊ Aristoteli cōtra Platonē ⁊c. Tu discipul9 illius
sis inquit: nos aut Mosi discipuli sumus: ecce schisma.
Licuit autē quoniā omnes opinabant: ⁊ sequebant sen-
sum vani capitis sui: donec descēdit christus: et confudit
Gene.11.c. linguas eorum. Uobis autē quibus veritas misericorditer
illuxit: q̄ participatio est cū tenebris: cū Platone: cū So-
crate: Zenone: Anaxagora: Pythagora cū schismatib9 et
heresibus: vt alius dicat illud alius itē illud? Intus qui
dē dissentire impiū est: foris autē verbis digladiari fedū.
[Sitis autē perfecti in omni ⁊ eadem mente: eademq;
sciētia] vt idem corde credatis: idem opere exhibeatis:
vt sicut corde creditis ita ore sitis concordes: ne diuide
Joan.19. re videamini vestem desuper cōtextā per totū: hoc est q̄
indiuisibilis est: sicut et incōsutilis. Auelle inquā radiū
Ciprianus. a sole: diuisionē lucis vnitas non capit: ab arbore frange
ramū: fractus germinare nō potest. A fonte precide riuu- vij.
lum: statim arescit. Ecclesia.n. per totū orbē diffusa ⁊ lu
ce respersa: radios suos mittit: vnum tamē lumē est quod
vbiq; diffundit ne vnitas separet: vna arbor ⁊ vn9 fons.
Quod si vident in ecclesia esse zizania: non tamē impe- Augusti9.
diri debet fides nostra aut charitas: vt qm̄ zizania in ec
clesia nouim9: ab ecclesia recedamus. Secundū autem
Aug. in nullū nomē religionis verū vel falsum coagulari
homines possunt: nisi aliquo signaculorum vel sacramento Apoc.13.
rū visibiliū consortio colligerētur: quando ⁊ serui bestie
characterē accipiunt. ⁊c. Quorū sacramentorum vis pluri
mū valet: ⁊ ideo contēpta plurimū nocet: facit.n. sacrile-
gos. Sicut autem iudeis circūcisio data est in signaculū:
sic ⁊ nobis baptisma. Illa autē signa iudeis data propte-
rea nos non seruam9: quia cū essent signa: aliquorū erāt
signa: q̄ omnia iam christus impleuit: quia presente fru
ctu: decidūt flores. Sitis igitur perfecti eadem mēte et
eadem sententia: qm̄ non magis diuisionē capit fides q̄
sol aut veritas aut diuina natura. Nec.n. iudei circūcisio
nem diuidebant: sed a quocūq; fieret eandem obtinebat
vim. [Significatum est.n. mihi de vobis fratres mei ab
his qui sunt Chloes: ꝙ cōtentiones sunt inter vos.] Fi
dei causa nomen familie expressit: rursus nomina homi
nū suppressit: ne quid illis cōflaret inuidie. Quod bene
cōmenda memorie. Quidā dicūt Chloē nomen esse cu-
iusdā familie Corinthiēsis. Et tūc est sensus eius gētis
esse aliquos q̄ paulo hoc significauerūt. potest ⁊ Chloe
nomē esse loci qui pertinuerit ad dominiū Corinthiorum:
⁊ tūc est sensus: ab his q̄ sunt Chloe quasi dicas ab his q̄
sunt Rome. Tertio modo (⁊ qd verius videt) Chloe no-
mē est femine religiose: et tūc est sensus: ꝙ a familiarib9
et domesticis huius femine religiose qui pacē ciuitatis
sue diligebāt accepit apo. esse inter Chorinthios conten viij.
tiones ceu factionib9 quibusdā inter se repugnātibus.
[Utinā aūt sicut nō desunt Coryceī multi q̄ facta ⁊ in-
fecta: dictaq; auscultēt: ea referrēt ad eū q̄ posset ꝓdesse
et nō obesse: nō aūt ad eū q̄ vel si possit ꝓdesse nolit: qua Prouerb.
lis Doec idume9 erat. Nūquid inquit custos sum ego fra 1.Reg.22.
tris mei? Sciat ergo homo ꝙ quicūq; errātē fratrē a via Gene.4.
veritatis cōuerterit ab errore vie sue: saluat animā eius
a morte: ⁊ operit multitudinē peccatorum suorum. Plerūq; tū Jaco.5.c.
boni viri ꝓpterea sufferūt aliorum peccata: ꝙ sepe deserū-
tur publicis documētis: quib9 ea q̄ sciūt iudicib9 ꝓbare
nō possunt. His tū sufficit ꝓmonere maiores ⁊ illos quo-
rum interest vultū agnoscere pecorum suorum. Quid est.n. ꝙ Prouer.27
vno peccāte/super omnē populū venit ira dei? Hoc quō Josue.7.
accidit? Quando sacerdotes q̄ populo ꝑsunt erga delin 45.Distin.
q̄ntes beneuoli videri volūt: ⁊ verētes peccātiū linguas sed illud.
ne mala de eis loquant: sacerdotalis seueritatis imme-
mores: nolūt cōplere illud: peccātes publice corā oīb9 ar
gue: vt ceteri timorē habeāt. Liquāt sepe culicē/camelū 1.Timo.5.
glutiūt: maiorib9 cōniuēt: minima discutiūt. Sciamus
igit ꝙ impunitas est insolētie mater: radix impudicitie:
trāsgressionū nutrix. Nec caret scrupulo societatis occul Matth.23.
te: q̄ manifesto facinori desinit obuiare: ⁊ vitia trāsmittit
ad posteros q̄ presentib9 culpis ignoscit. [Dicebat aūt
Cato senior/malle se ꝓ collato bñficio grām nō recipere Cato.
q̄ ꝓ illata iniuria suppliciū nō subire. Unde Diogenes Diogenes.
optime dixit: sicut i bonis actib9 laudari vis: ita in deli-
ctis patiēter accipe si culperis. Nec solū peccātes corri-
gēdi sunt: sed peccaturi: nemo.n. prudēs punit q2 pecca-
tū est: factū enim nō potest esse infectū: punit ergo ne de Plato.
inceps peccet. Sicut autē nobilis equ9 vel vmbra virge
regit: ignau9 nec calcarib9 cōcitari potest: ita in nobis vi
dem9 accidere. Nō dixit apo. ꝙ resciuit fuisse inter corin ix.
thios schismata: sed ꝙ adhuc sunt. Ne ergo vlteri9 fiant
corrigit. Quātā aūt sollicitudinē ⁊ correctionē operata
fuerit in corinthios vel ipsa vt ita dicā vmbra ei9. i. prior
hec epla/altera epistola exponit Capite.7. Paul9 igit in

Seneca. corrigendo Corinthios tria seruat q̃ optimus iudex ser-
uare debet s'm Senecā: punit delinquentes: corrigit ab
sentes: & sublato malo e medio: ceteros securiores reddit.
Delinquentes sunt qui dicūt: Ego sum Pauli & c. absen
tes sunt: qui & si vnitatē seruabant: deinceps tñ poterāt
ad eūdem offendere lapidem. Malus sublatus is est qui
Infra.ca.5. vxorē pr̄is sui: & c. Et vide quomodo etiā orāte Samue
le pro Saul: non est exauditus: videlicet quia Saul ser
1.Reg.15. uauit viuū ipsum Agag Tyrānū: quia non aliūde mala
suppullulant in republica: nisi cū aliqui iniusticiā passi:
ad vindictā quorum interest negligētiores extiterint. Au-
Josephus. cupantur. n. gloriam benignitatis & patiētię: que latēter
hec pariunt. Josephus. & c. [Hoc autē dico q̄ vnusquisq;
24.q.1.sch'is vestrū dicit: Ego quidem sum Pauli: Ego aūt Apollo:
ma. Ego vero Cephe: Ego aūt sum Baptizat' baptismo chri
sti. Nūquid diuisus est christus?] Vna est columba mea.
Canti.6. 70. reginę. & c. Vnū corpus vno capite regitur: vno & eodē
spiritu viuificatur & potatur: vnam harmoniā & concen
tum facit in ecclesia. Quomodo autē vna est harmonia
cū alter dicat ego sum Pauli. & c.? Quattuor inquiūt sunt
voces in cōposita harmonia / acutus: grauis: altus: & te-
nor: & cū sint diuersa: seruata proportione adinuicē: con-
Musica. centū suauissimū faciūt. Igitur christus tenor est in har
monia & vnitate fidei / ad hūc velut ad scopum dirigendę
sunt cęterę voces: Paulus Apollos Cephas om̄es sunt
ex ęquo ministri: omnes huic tenori concinunt: non suū
opus peragūt: ministri tantū sunt. ¶ In apibus princeps
vnus: grues vnam sequūtur ordine litterato: imperator
Hieronymus. vnus. Roma vt condita est: a duobus fratribus simul re
gi nō potuit. In naui vnus gubernator: in exercitu vnius
signū expectatur. Hec vnitas addita. 99. integrat nume
rū centenariū ouiū. Et apposita. 9. perficit numerū. 10.
x. drachmarū. Vnde igitur istę voces ego suz: ego sum: ego
sum? Si iuxta prouerbiū vetus: vobis ipsis concinitis:
vestras laudes exquiritis: bene quidem: si ea q̃ sunt chri
Prouerb. sti: vnde ille voces ego sum Cephe? Diuisus est christus?
Si christus est diuisus: christus nō est christus. Qui er-
go dicit Ego sum Cephe: nihil aliud conatur q̄ christuz
diuidere: & de christo nescio qd aliud facere. Si summa
post summā vnitatem. i. trinitatē beatissimā diuisa est:
vbi vnitas quęrenda est in rebus? Ministeriū quidē ba
ptizandi dedit ministris suis christus: potestatē aūt re-
tinuit sibi: quā si vellet poterat seruis suis dare: vt tanta
vis esset in baptismo serui / quantā vim habet baptismus
a christo collatus. Et ideo nō refert quis sit minister: qui
cūq;. n. baptizat minister est: dñs autē ipse est qui bapti-
Matth.3. zat spiritu sc̄o & igne. Quid. n. est aqua nisi aqua? Acce
dit verbū ad elementū & fit sacramētū: non quia dicitur:
sed quia creditur. Et quod verbū accedit ad elemētum
vnde tantā vim habeat: vt corpus tāgat & mentē abluat?
Forte Pauli aut Cephe aut Joan. baptistę. Diuisus est
christus? [Nūquid Paulus p̄ vobis crucifixus est: aut
in nomine eius vel cęterorū baptizati estis? ¶ Accedit
Joan.1. igitur illud verbū quod erat in principio: et in tempore
caro factū est: accessit hoc verbū ad corporalitū & secretū: non
Psal's.63. ostendens quid nosset quis esset: accessit ad fluēta iorda
nis / vt tactu carnis suę mūdissimę sanctificaret & dedica
ret aquas: quas olim spiritus sc̄us cū superfererēt eis fę
Gene.1. cūdauerat vt ex spiritu sc̄o superferente et fecūdante et
virtutē regeneratiuā tribuente: & christo easdem aquas
carne sua tangente / & consecrante / & dedicāte quasi aptū
xi. elementū baptismati: & verbo dei patris superueniente
& columba. S. S. protestante: aquę omnes virtutē acci-
perent tangendi carnem: purificādi mentē / inuocato no
mine nō Pauli aut Cephe aut alicuius alterius creatu-
rę / sed nomine beatissimę trinitatis. p. f. & S. S. inde est
Luc.3. illud / q̄ Colūba. S. S. post christū baptizatū apparuit:
non q̄ christus in baptismate. S. sc̄um accepit: qui spū
Joan.1. S. repletus est non ad mensurā ex vtero intemeratę vir
ginis: in nobis autē secus. Om̄. n. in baptismate spiritū
S. percipimus: qui inuocatur vt aquas sanctificaturus ad
ueniat: inde post baptisma apparuit: significās om̄em q̃
in nomine beatę trinitatis baptizatur spūm. S. accipere.
Si igitur baptisma christi a passione eius virtutē habet
sicut & cętera sacramēta vtriusq; legis & nouę & veteris:
nec solū hoc: sed quecunq; peccata remissa sunt inquo-
cūq; tempore: vel cōdonata: & quicūq; a lapsu pręseruati
sunt sicut angeli & Beatissima virgo: om̄iaq; sanctifican
tur & recōciliātur deo virtute huius beatissimę mortis:
nūquid Paulus o Corinthij p̄ vobis sanctificādis & recō
ciliādis crucifixus est: aut in eius nomine baptizati estis?
Ad tollēdū hūc errorē institutū est in Grecia cuius vna
pars erat Corinthus: vt sub his verbis baptizaret. Bapti
zetur seruus christi in nomine pa. & fi. & spūs. S. ¶ Ha- Ordinaria.
bet autē christus respectu sacramentorū quadruplicē po
testatē. Prima q̄ solus sacramenta instituit. Secūdū q̄
potuit cōferre gratiā sine sacramēto: sicut patet in Joā- Thomas.3.
ne baptista: in Hieremia. Tertiū q̄ virtus passionis eius par. q. 64.
cooperatur in omnibus sacramētis. Quartū q̄ ad inuo- ad.3.
cationē nominis eius conferūtur sacramenta. Hoc vlti-
mū potuit cōmunicare ministris ecclesię: sed noluit q̄m
non decuit: ne fieret schisma in ecclesia: et tot putarētur
baptismata q̄t ministri. Semel detracta est costa Adę: Gene.2.
semel christi latus apertū est: & semel aquę viuę sunt a late- Joan.19.
re tēpli dextro scaturire sicut dicit Ezechiel. Si igitur p̄ Ezech.47
hanc occasionē gloriā q̄ christo soli debetur: partiendam
inter homines arbitramini. [Gratias ago deo meo q̄ ne
minē vestrū baptizauerim p̄ter Crispū & Caiū] & hi nisi
fallor: non dicūt ego sum Pauli: dicūt autē ego sum chri
sti / sicuti & Paulus christi est: cū tamē christus iam assi-
deret patri dexter in cęlo: quando ipse ab Anania bapti Actu.9.
zatus est visumq; recepit. Dicat igitur paulus: ego sum
Ananię: imo ego suz christi. Hos igitur duos baptizaui: xii.
ne quis dicat q̄ in nomine meo baptizati estis: de q̃ for-
tassis magis gloriā captaretis humanā. Illi quidē vt in-
fra dicet non dicebant ea nomina videlicet Paulus Ce
phas: Apollos: sed Paulus ea cōfinxit vt sub his nomi
nibus eorū errores corrigeret. Fortassis. n. patienter nō
erāt laturi: si eadē illis ingereret nomina de quibus inani
ter gloriabātur. [Baptizaui aūt et Stephanę domū]. i.
familiā cū matre familias: & hi similiter non sunt excon-
tentione vestra. Cęterū. [Non satis memini si quēpiam
aliū vestrū baptizauerim.] Agit igitur apo. gratias: quo
niam optabile est viris sanctis: ne ex bonis q̃ ipsi faciūt
alij sumant occasionē sui erroris. Cur autē apo. Paulus
tā paucos salutari vnda perfuderit ipse ostēdit cū infert.

¶ Non. n. misit me christus baptizare, sed euā
gelizare, non in sapientia verbi, vt nō euacue
tur crux christi. Verbū. n. crucis pereuntibus
quidem stulticia est, his autem qui salui fiūt. i.
nobis dei virtus est. Scriptū est. n. perdā sapiē-
tiam sapientiū, & prudentiā prudentiū repro
babo. Vbi sapiēs? Vbi scriba, vbi inquisitor
huius sęculi? Nōne stultā fecit deus sapiētiā hu
ius mūdi? Nā quia in dei sapiētia non cogno
uit mūdus per sapiētiā deū: placuit deo per stul
ticiā predicationis saluos facere credētes.

¶ Ter. Non. n. misit me christus baptizare sed prędica
re. Vas inq̄t est mihi iste: Luther siue Mare tēpli vt por Actu.9.
tet nomen meū corā gentibus & c. Baptisma. n. vel a quo
tūlibet inscio ministrari potest. Quis putas autem est
fidelis seruus & in hoc prudens / qui nouerit quando de-
beat proferre sermonē: instando impor. oportune: arguē 2.Thim.4.
do: obsecrādo: nūc proferēdo noua nūc vetera de thesau- Matth.13.
ro dei: vt det singulis de familia congruentē cibum in tē Luc.12.c.
pore oportuno? Messis multa baptizantes q̄ plurimi:

operarij q̄ paucissimi Luc. 10. c. sed sunt fere omnes ca-
xiii. nes muti (illud sępius replicantes: affer: affer) non tamē
ad extorquēdas decimas redditusq; episcopales. Ibi. n.
vel maxime latrantiq; tamen pace omniū dicimus. Mis
sus sum igitur euangelizare. [Sed non in sapientia ver
bi: vt non euacuetur crux christi:] hoc est inanis fiat. Vi
de autem q̄ sollicite apo. cauet vt euāgeliū christi puris-
simū ab omni humano pręsidio reddat: nequid inde vin
dicare sibi possit hic mūdus: a deo vt ne eloquētiam vo-
luerit adiūgere: aut sapientiam humanam. Ne euacuet
inquit ✠ christi. Fides. n. nō habet meritū si ei humana
ratio credēdorū prębet experimentū. Non. n. demōstrat
fides qd credit / sicut Geometria Perspectiua & Musi-
ca: & Phisica & Rationalis sciētia: persuadet tātū: sed ni
si credamus que nobis proponūtur credenda: non intel
Esaię.7. ligemus. Impossibile videt secūdum humanam sapien
tiam deum posse mori: mortuū resurgere: resurgentē su
per astra exaltari: virginē concipere: & sine viro et virgi-
nē parere & multa huiusmodi: que cū ratio humana non
ostendit: imo oppositū constāter asseuerat (ab habitu ad
priuationē. & c.) Si ea non credit: euacuata est ✠ christi:
hoc est vana sunt quecūq; p̄dicamus de mysterio crucis
passionis et mortis christi. Vt igitur non euacuetur ✠
christi: sed solida sint & firma q̄cunq; de mysterio crucis
credimus: apostolus summe sibi fugiendam censuit hu-
manā sapientiam: que quasi ex diametro pugnat cū fide
& mysterio crucis. Sed nūquid adhibita Rhetorice: de
mōstraret apostolus vera esse que credimus? Semper ea
que sunt fidei indemōstrabilia sunt: per speculū. n. vidē
1.Corin.15. tur. [Verbū. n. crucis pereūtibus quidem stulticia est:
Distin.38.si at nobis qui salutem consequimur potētia et virtus dei
iuxta ap'lm est. Sicomorus crux est: de qua Zacheus videt christuz
& distin.56. & videt.] Stulta. n. & insulsa & fatua indoctaq; res videt
Nasci de a- predicatio: cū dicimus christū qui cruci affixus est deuz
dultero. fuisse & hominē: in quo tamē & in nullo alio salus ęterna
consistit. ¶ Sed quibus tandē hec stulta vidētur & ina-
Gene.7. nia? His inquit qui pereūt. Quicūq;. n. inuentus fuerit
extra arcam Noę peribit per aquam: & qui inuētus fue
xiiii. rit extra domū Raab: peribit in gladio: & qui inuentus
Josue.6. fuerit extra societatem Loth peribit in igne: & qui non
Gene.19. fuerit inuentus signatus charactere crucis in fronte.
Exo.12. Ezech. 8. ca. peribit similiter in gladio. Et cuius memo
ria & volūtas & sensus perliti non fuerint sanguine agni
q̄ in ✠ effusus est: peribūt ab angelo exterminātē. Istis
ergo crux christi & quecūq; de cruce pręd icamus stulta vi
Joan.20. dentur: hi. n. nihil credūt nisi cū Thoma videāt clauorū
ficuras: hec est greca fides vt dicitur. His autem qui sal
Crux chri. ui fiūt crux christi lignū vitę est p̄ quod fit iusticia Sap.
14. ca. Sceptrū regis Assueri Hester. 5. c. clauis Dauid.
Esaię. 22. gubernaculū nauis ecclesię: ara sacrificij nostri:
Esaię.11.c. lectulus floridus sponsi vbi cubat in meridie Cāti. 1. Ve
xillū quod leuauit dñs in nationes: arcū ponam in nubi
bus cęli Gene. 9. scutū fidei ecclesiasticę Josuę ca. 8. gla-
dius quo perimitur Goliath. 1. Reg. 17. Deniq; ipsa est
arbor sub cuius protectione requiescūt omnes gētes et
reges Daniel. 4. & in ipsa sunt fructus vitę ęternę: quo-
Canti.7. modo dicitur / ascendam in palmam: & apprehēdam fru-
ctus eius. Vides quoniam ✠ credentibus virtus est et
Psal's.43. inuincibile scutū: sicut scriptū est: in te inimicos nostros
ventilabimus cornu: cornua. n. in manibus eius Habac. 3.
& vbi abscondita erat fortitudo eius: ibi est virtus & for-
Luc.11.c. titudo nostra: per hūc. n. gladiū fortis armatus caput ami
sit: & arma cętera in quibus confidebat. Arma infideles
sunt conuersi ad fidem: in qua verbo et exemplo milita-
Rom.6. uerūt: cū prius stipendia militię suę a tenebrarū harum
xv. principe perciperēt. Stip. peccati mors est. Scriptū est
enim. Hec dicit Nabuch. rex. i. rex Assyriorū: facite mecū
4.Reg.18. bñdictionē: & egredimini ad me & comedite vnusquisq;
vineam suam. & c. donec veniam et tollam vos ad terrā
que est vt terra vestra: frumenti & vini panū & vinearuz:
oliuarum olei ac mellis: & viuetis & non moriemini. Hec
sunt p̄missiones et stipēdia Regis sup filios superbię. Job.41.et
Viuetis inquit & non moriemini. Eandē vocem repetit
per satellites suos quam primo ipse dixit ad mulierē. & c. Gene.3.
¶ Terrę igitur fructus promittit: crux autem fructū vi
tę ęternę. Spolia sane ablata ab eo: captiuitas est quam
quadragenario expleto numero: deuicto mortis aculeo Psal's.67.
christus deduxit in celum. Quod autem nouo hoc et in
excogitato consilio placuerit dei sapientię mūdū instau
rare videlicet per stulticiā crucis: vt stultam ostenderet
sapiētiā eius qui dixit: scientes bonū & malū: Olim per Gene.3.
prophetā pędixerat Esaię. 29. capite. [Perdam sapien Esaię.
tiā sapientiū: & prudētiā prudentiū reprobabo.] Noster
Tex. ita dicit. Peribit. n. sapientia a sapientibus eius:
& intellectus prudentiū eius abscondetur. Ad litteram
loquitur de iudęorū sapientibus: non q̄ deus sit inimi-
cus sapientię cuius est pater: & per quem in omnibus est
sapientia: sed cū additamento posuit sapientiū illius po
puli. Et reuera grāde miraculū deus fecit in populo illo
secūdū cōsequentiā textus Esaię: vt vno eodemq; tēpo-
re: & arderet templū Hierusalem: & omnis magistrorum Hieronymus.
scientia tolleretur: vt non inuenirēt quem cotidie in lege
sua indefesso ore perlegūt: sed clausit dñs oculos eorum:
siue oculos suos: & prophetarū suorū per quos videre so
lebant. Facti sunt similes construētibus arcā Noe: ipsi
vero perierūt: ostēso alijs vite fonte: quoniam ipsi prius
clauserūt oculos: et velauerūt faciem christi ne viderent Genes.7.
eū aut viderētur ab eo. De hoc dictū est superius in epi-
stola ad Rom. ¶ Quod ergo de iudęis specialiter dictū Luc.22.
est: apo. generaliter refert ad omnes sapientes sęculi hu
ius. Perdidit igitur deus hoc est inanē esse ostendit sa xvi.
pientiam humanitus acquisitam q̃ est de speculabilibus:
& prudētiam que est de agibilibus. Frustra. n. conatur sa
pientia humana ostendere ab habitu ad priuationē non
posse fieri regressum cuius oppositū huius sit Basis fidei
videlicet resurrectio mortuorum. Quod si & illud affirmet
ex nihilo nil fieri: q̄ quā hec propositio in aliquo sensu cō
cedenda est: tamen q̄ ex nihilo hic infidus conditus fue
rit fides credit: ratio non ostendit. Prudentia autē car-
nis sicut alibi dicit apo. inimica est deo: semper. n. prępo
nit vtilitatē suā saluti proximi: iuxta illud: vim vi repel- Rom.8.
lere licet. ¶ Perdam ergo sap. sapientiū et reprobabo
prudentiam stultorū huius sęculi: qui miro quodā modo
acutius vidēt in tenebris q̄ filij lucis in meridie. ¶ Nō Exo.4.
sum inquit Moses eloquens ab heri et nudius tertius.
Donec Moses erat in Egypto erudiebatur om̄i sapiē
tia Egypti: non erat gracili voce nec tardus lingua: nec Origenes.
se profitetur ineloquentē. Erat. n. quantū ad Egyptios
omni sapientia Egypti doctissimus & eloquētię incōpa
rabilis. Vbi autem cępit audire vocem dei: & eloquia di
uina suscipere: tūc sensit gracilem & exilem vocem suam:
& tardam linguam. Tunc se profitetur mutū cū cępit co-
gnoscere verū illud sapientię verbū quod stultā fecit sa-
pientiam sęculi huius. Vtamur ad hoc tali similitudine.
Mutis animalibus q̄uis sit imperitus & indoctus ratio Analogia.
nalis homo si cōperetur: videbitur eloquens ad cōpara
tionē eorū que & rationis & vocis expertia sunt: si uero elo
quentibus & eruditis viris cōferatur: ineloquens & mu Prouerb.
tus videbitur: & tanq̄ asinus ad musas. Ad si ipsum qs
contēpletur diuinū verbū quante sit eruditionis & sapiē
tię: multo amplius q̄ apud nos sunt pecudes ipse apud
deū mutū se animal profitebitur dicens (& vere dicēs cū
alias sapientissimus esset sedens in cathedra princeps in 2.Reg.23.
ter tres) vt iumētū factus sum apud te. Incerta inquit & Psal's.72.
occulta sapientię tuę manifestasti mihi. Psal's. 50. quo-
niam delectasti me in factura tua. Psal's. 91. Sic & Moses
& omnes sapientes sęculi huius cōparatione dei non so-
lum stulti sed & muti putādi sunt. Moses autem quoniā

Nosce te ipsum.

in id intelligentię profecit vt agnosceret semet ipsum in quo est pars maxima sapientię iuxta Apollinis oraculũ: remunerat eum diuina dignatio. Ego inquit aperiam os tuũ ⁊ instruã te. Exo.4.⁊c. Isti autem sapiẽtes quoniam cũ maxime stulti essent euanescentes in cogitationibus suis: tumebat.n. contra deum eorum spiritus: placuit deo perdere eorum sapientiã ⁊ reprobare eorũ prudentiam/⁊ per stulticiã crucis mũdo salutem ęternã donare: ego inquit aperiam os tuũ: ego dabo vobis os ⁊ sapiẽtiam.

xvij.

Luc.21. Job.2. 3.Reg.21.

Non.n. omniũ ora aperit deus. Cuius.n. aperit os: illud ⁊ implet deus. psal.80. Non.n. aperuit os ei⁹ que dixit: benedic deuz ⁊ morere: et Naboth benedixit deũ ⁊ regem. ⁊c. [Ubi sapiens? Ubi scriba? Ubi inquisitor hui⁹ seculi?] Inquisitor videlicet ille est qui a cõstellationibus agi mũdum: ⁊ duodecim signis ortus ⁊ occasus fieri decernit calculis: nihil omnino sine horũ motu putãs fieri posse:

Athana.

dicẽs illud apostoli: quoniam vanitati omnis creatura subiecta est. Hoc veruz est: sed similiter

Boetius.

⁊ illud. Tu terrarũ celiq; sator: tẽpus ab euo ire iubes: stabilisq; manẽs: das cũcta moueri: imo in ipso inquit apo. mouemur: ⁊ sine ipso nihil fit vł futurũ est. Hebraice sic.

אֵיֵּה סֹפֵר אֵיֵּה שֹׁקֵל אֵיֵּה סֹפֵר אֶת הַמִּגְדָּלִים

Nos sic. Ubi est litteratus? Ubi legis verba ponderãs: vbi est doctor paruulorũ? Secũdũ consequẽtiam textus Esaię hic est sensus. Ubi sunt pharisei ⁊ scribę: qui verba legis trutinãtes: infęlicẽ populũ decipiebant? Paruuli

Esaię.65.

autẽ isti illi sunt qui vocãtur pueri.100. annorũ. Cũ ergo regẽ in sua maiestate conspexerint: tũc imprudẽtem populum non videbũt: populũ inquam iudęorũ vel sapientiũ huius seculi suas nenias impudenter ingerẽtes: populum alti sermonis ⁊ vix perceptilis: cum tamẽ totũ sit fumus vmbraq; scientię: et nullus fructus veritatis: vnde dicit inquo nulla est sapientia. Stultam.n. eam fecit deus: sed per aliam stulticiam saluos faciens credentes.

Baruch.

De hoc vide Baruch.3. capite latissime. Ubi est igitur sapiens cetus philosophorũ qui promittebant se sequẽtibus beatitudinẽ: ⁊ ipsi miseri vixerũt: miserius vita excesserũt nec ad beatitudinẽ peruenerũt? Sapientes igitur ad gręcos referunt: scribę autem ad israel: inquisito-

Eccles.3.

res seculi huius quorũ disputationi deus hunc mũdum tradidit ad vtrosq; refertur: ⁊ tamẽ defecerũt scrutãtes in scrutinio suo Psal.63. ⁊ omnis sapiẽtia eorum deuo-

Psal.106.

rata est a serpẽte Mosi. Exo.7.c. [Nõne stultã fecit de⁹ sapientiã huius seculi?] Hoc expositũ est in eo quod de Mose prędiximus. Quare autem deus stultam fecerit sapientiam huius seculi: Sequitur. [Nam postq̃ in sapiẽtia dei non cognouit mũdus per sapientiam deũ: visum

xviij.

est ⁊ placuit deo per stulticiam prędicationis saluos facere credentes.] Declarauerat ⁊ ante suam sapientiã de⁹: diuini eius inuisibilia: sempiterna quoq; virtus eius ⁊ diuinitas a creatura mũdi per ea q̃ facta sunt: per hoc pulcherrimũ mũdi spectaculũ summa conditũ sapientia in-

Rom.1.

telligi ⁊ conspici potuerũt: vt ex operis admiratione raperentur in amore opificis. ¶ Sed ea res cessit in contrariũ vitio eorũ: seruierũt.n. creaturę potius q̃ creatori. Non te phibet deus amare ista: sed nõ diligere ad beatitudinem: nec facere de via ⁊ scala mãsionem patriã ve.

Augustin⁹

Quẽadmodũ si sponsus faciat sponsę suę anulũ: ⁊ illa acceptũ anulũ: admirãs super eius pulchritudinẽ: plus diligeret anulũ q̃ sponsum. Nõne in ipso dono sponsi adultera anima deprehẽderetur? Quãuis hoc amaret quod dedit sponsus. Si diceret sufficit mihi anulus iste: faciẽ sponsi nolo videre: qualis esset? Quis non detestaretur hanc amentiã? Quis non adulterũ animũ conuinceret?

Prouerb.

Rem igitur eandem diuersa via aggressus est deus: imo vt dicitur: omnibus vestigiis salutẽ mũdi quęsiuit deus:

Luc.15.c.

omnibus q; neruis: donec inuenit drachmã perditam. Unde dicit. [Nã quia in dei sapientia.] Sensus est. Nã quia mũdi sapientes non cognouerũt deũ per sapiẽtiam in dei sapientia. i. non cognouerũt aut intellexerũt causam in suo effectu: vocatur.n. sapientia dei mundus iste visibilis: in quo tanq̃ in effectu suo quoniã non est cognitus deus a sapientibus seculi huius: placuit ei per stulticiam. ⁊c.

xix.

Rom.1.

Quid sit autem hec stulticia in consequentib⁹ aperitur. Quoniã autem ⁊ insipientibus debitores sumus ⁊ illud dicam⁹/quoniam ⁊ si multa nouerit vulpes: Echinus. i. Ericius vnũ tantũ nouit videlicet fieri stultũ vt saluus fiat. Uulpes.n. ⁊ si multi iugis se tueatur aduersus venatores: tamẽ non raro capitur: quo cõtra Ericius vnica tantũ arte tuetur se contra canũ morsus: ⁊ dicit: laqueus contritus est: nos liberati sumus/adiutoriũ nostrũ in nomine dñi.

Prouerb. Psal.123.

¶ Cum autem aliquando pardus vulpem cõtẽneret q ipse pellem haberet omi genis colorũ maculis distinctã: respondit sapientia seculi: sibi id decoris esse in animo q pardo esset in pelle. Erãt quidẽ philosophi illi antiqui ait Lactãtius veritatis cognitione dignissimi: propterea q eam tãtopere scire cupierũt: atq; ita vt eam rebus omnibus ante ponerẽt. Nam ⁊ abiecisse quosdam res familiares: et eruisse sibi oculos/et renũciasse voluptatibus constat: vt solam nudamq; veritatem nudi expeditiq; sequerentur: tantũ apud eos veritatis nomẽ atq; autoritas valuit: vt in ea omẽ summi boni prẽmiũ prędicarent: ⁊ tamen quoniam sine lumine fidei quęrebant: operam simul ⁊ industriam perdiderũt.

Lactanti⁹.

Prouerb. 1.Corin.13.

Latet igitur ⁊ modo veritas quoniam videmus ad huc per speculum. Hoc tamen vnũ scimus q ad veram sapiẽtiam peruenire non possunt: qui falsę suę sapientię fiducia decipiunt. Qui.n. sine saluatore salutẽ vult habere: ⁊ prudentẽ se fieri posse putat sine vera sapiẽtia: nõ sanus sed ęger: nõ prudens sed stultus/in ęgritudine sua laborabit assidue. ¶ Qm autẽ per stulticiã salus erat dãda credẽtib⁹: stulti similiter electi sunt q̃ hãc sapientiã stultã vel stultitiã sapientissimã prędicarent vt infra dicet.

xx.

¶ Qm̃ & iudęi signa petunt, & gręci sapiẽtiã quęrunt. Nos autem prędicamus christũ crucifixum, iudęis quidem scãdalum, gentibus autem stulticiam, ipsis autem vocatis iudęis atq; gręcis christum dei virtutem & dei sapiẽtiam. Quia quod stultum est dei sapientius est hominibus: & quod infirmum est dei: fortius est hominib⁹. Videte.n. vocationem vestram fratres, quia non multi sapientes secundũ carnem, non multi potẽtes, non multi nobiles, sed que stulta sunt mũdi elegit deus, vt cõfundat sapientes, & infirma mundi elegit deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi & contẽptibilia elegit deus, & ea que non sunt, vt ea q̃ sunt destrueret, vt non glorietur omnis caro in conspectu eius. Ex ipso autẽ vos estis in christo Iesu, qui factus est nobis sapiẽtia & iusticia & sanctificatio & redemptio, vt quẽadmodũ scriptũ est, qui gloriatur in dño glorietur.

¶ Textus. Quoniam ⁊ iudęi signa quęrunt: ⁊ gręci sapiẽtiam.] Sicut dicitur ad Regulum: nisi prodigia videritis non creditis. Utinam visis crederent. Et tamen in ipsis signis que iã diu in patribus suis acceperũt postẽ sum est: q per stulticiam salui fierẽt credentes. ¶ Stultum.n. videtur percussos a serpẽtibus insanabili morbo: vnico tantũ remedio posse sanari/si serpẽtem ęneũ ligno suffixũ aspiceret. Et tñ aspiciẽtes curabant. Stulticia.n. erat de mortuo ⁊ insensibili serpẽte vitã sperare: imo ab eo mortis autore videlicet (inuidia.n. serpentis mors in

Joan.4.

Num.21.c. et sapiẽtię. 16.ca.

trouit in orbẽ) vitã prestolari. Dictũ est tamẽ: fac serpẽtẽ: pignoq; pone super lignũ: qui pcussus aspexerit eũ: viuet. Signa quęrunt: habent vnicũ in quo est salus vniuersa mũdi. Cum inquit exaltaueritis filium hominis: tunc cognoscetis: nempe: q nullus salutem cõsequuturus est nisi qui aspexerit in serpentẽ exaltatũ. Pro signo.n. illis acceperũt patres vestri: sed nõ intellexerũt: ideo a serpẽtib⁹ icti: perierũt. Quicũq; ergo hoc signũ intellexerit: non aliud petat: in hoc vno innouata sunt omnia signa ⁊ mirabilia dei: ⁊ tamen adhuc ei contradicit stulta sapiẽtia gentium qui nec signis credit sed vanę sapientię suę. Adeo autem increduli erant iudęi et subuersores: vt cũ christus ementes ⁊ vendentes de templo eiiceret quod ipsi fecerãt speluncam latronum/dicerent: quod signum ostendis q hec facis? O summã dementiã. Quo.n. signo opus erat: cum malefacta corriperet: et dei domũ tanta purgaret ignominia?

Joan.8.

Joan.2.

Hierony⁹.

xxi.

¶ Zelus ille pro domus dei honore maximũ fuit virtutis signũ. Quid q etiã oblata signa respuit dicentes: non petã: ⁊ non tẽtabo dñm. Esaię.7.c. Deinceps: descendat de cruce: ⁊ videamus: ⁊ credam⁹: quasi non esset maius signũ quatriduanũ ascendere ab inferis ad superos ad vocem vnam tantũ: ligatũq; ambulare: q̃ viuũ adhuc christũ de cruce descendere. Sed ad huc signa petũt. Habent serpẽtem pro signo. Gentes aũt sapientiã quęrũt. Sed quoniam per sapientiam decepti sumus: scientes inquit inter bonũ ⁊ maluz: per stulticiã saluamur. Prudentissimus animaliũ vocatur serpẽs: ⁊ merito: nullũ.n. animal loquelam accepit: quoniam ipse igitur prior omniũ animaliuz loquutus est imo per eum Satan serpens vectis: sed tortuosus: idcirco sapientissimus dictus est. Hũc iudęi dicũt vocatũ Camael siue Caean: dicuntq; venisse equitem super dorsum colubri cum Euam seduxit: sed tamen stultissimus erat et equus et eques. Equus. i. serpẽs: q talẽ sessorem admisit: eques vero. i. Satanas: q sapientiam quam a deo accepit cõseruare nesciuit.

Matth.27. cap.

Joan.11.c.

Gene.3.

Esaię.27.

Satan.

Ezech.28.

Tu inquit signaculũ similitudinis plenus sapientia: pfect⁹ decore in delitiis paradisi dei fuisti: omnis lapis preciosus operimentũ tuũ. Et infra. In medio lapiduz ignitorũ ambulasti perfectus in viis tuis: a die conditionis tuę: donec inuenta est iniquitas in te. Et infra. Perdidisti sapiẽtiam tuam in decore tuo: in terram proieci te. Ezech.28.c. proiectus ergo in terra accusator

Apoc.12.

fratrũ nostrorũ: perdita sapientia quam a deo conditore accepit: promisit vitam ⁊ scientiam homini/quem deus ad imaginẽ suam condiderat ac per hoc immortalem: et ad similitudinẽ: ac per hoc summe sapientem sed boni. ¶ Quoniã autem per desideriũ sapientię inter bonũ et malũ: dereliquit fontem sapientię: inueterauit in terra

Baruch.3.

aliena: ⁊ coinquinat⁹ est cũ mortuis: placuit deo per stulticiam restituere vitã ⁊ hanc ęternã. Frustra igitur gręci sapientiam quęrũt: cũ nos nec signa ostensuri sum⁹ iudęis: nec gentibus aliam sapiẽtiam quam eam q̃ erat apud patrem verbũ in principio: ea est: Jesus ⁊ hic crucifixus. Cęterũ signa petere ad laudem dei gloriamq; potẽtię eius nõ vsq;quaq; reprehẽsibile videtur: cũ Abraã dixerit: in quo scire potero q possessur⁹ sum terrã hanc: ⁊ super hoc signũ accepit: sicut patet Gene.15.c. similiter

Gene.

⁊ Moses sine signo serpentis ex virga facti non descendit in Egyptũ Exo.4. ⁊ Gedeon signũ accepit in vellere

xxij.

suę futurę victorię Judicũ.6.c. Ita autẽ compositi sum⁹ vt nos cotidiana etiã si admiratione digna sint trãseant.

Seneca.

Contra minimarũ quoq; rerũ si insolite prodierint: spectaculũ dulce fiat. Hic itaq; cętus astrorũ quibus immẽsi corporis pulchritudo distinguitur: populũ non cõuocat. At cũ aliquid ex more mutatum est: omniũ vultus in cęlo est. Sol spectatorẽ nisi cum deficit non habet: nemo obseruat lunam nisi laborãtem: quanto illa maiora sunt: q sol totidem vt ita dicã gradus quot dies habet. Seneca.

Exo.7.

Gentes autem signis non credebant: multa fecerũt vel vera vel falsa Magi pharaonis: multaq; facturi sunt antichristi ministri: ita vt ignem de cęlo deponant: vt (si fieri posset) iusti in errorẽ inducãtur. Sapientiã ergo quęrunt. Non q omnes vel sapientię crederent. Fuerũt.n. philosophi Academici vocati: quos aliquando Augustinus sequutus est.7. annorũ spatio: qui asseuerabant et hoc multis argumentis nullam esse veritatem: sed tamẽ aliqua esse verisimilia.

Matth.24.

¶ Unde dicit Augustinus cum iam decernerẽ Manicheos relinquere: ⁊ more Academicorũ de omnibus dubitarẽ: volebam eorũ que non viderem ita me certũ fieri: sicut certus erãm q septẽ ⁊ tria decem sunt. Eueniebat mihi sicut euenire assolet: vt malum medicũ expertus: etiam bono timeat se cõmittere: nec mirũ cũ per.9. annos deceptus sim per multa mẽdatia ⁊ insanias falsas. Trãsierat igitur Augustin⁹ ex vno extremo ad alterũ.

Augustin⁹.

Fides.n. ⁊ si multa credit esse vera: nullum tamen credendorũ ita clare ostendit esse verum: sicut intellectus videt q septem ⁊ tres sunt decem vel q vnũ: duo: tres: sunt partes senarij aliquotę. Et sicut dicit philosoph⁹: eius qui eruditur est eatenus in vno quoq; genere certitudinẽ exigere/quaten⁹ eius rei natura recipit. Quando.n. sensui humano ea que sunt fidei ostensurus es: vt ita certificetur sicut de hoc.1.2.3. sunt sex? Cũ fides ea promittat que nec in cor hominis ascenderunt?

Esaię.64.

Non est ergo certitudo eodem modo quęrenda in omnibus. Alia est certitudo scientię: alia opinãtis: alia fidei. q si oculus noster. i. intellect⁹ noster se habet ad ea que sunt omniũ naturę manifestissima: sicut oculi noctuę ad lucẽ solis: quid putas de his que sunt secretissima ⁊ soli nota deo?

Phs.

xxiij.

Thom.22. q.1.ad.5.

Non est autẽ possibile q aliquis pręcognoscat quod addiscere debet. Nec non cognoscendi veritatem causa est in rebus: sed in nobis. Sed hoc verũ est in necessariis ⁊ impossibile aliter se habentibus: in eo autẽ q placuit summę sapiẽtię per stulticiã saluos facere credentes: nullus potuit scire cõsiliũ dei: nisi is qui hoc abscondit a sap. ⁊ prudẽtibus ⁊ reuelauit paruulis. Reuelauit.n. euangeliũ Paulo: in quo continetur hec prędicatio quam prędicauit videlicet Jesum crucifixũ.

Matth.11.c.

1.Cori.13.

¶ Quoniam igitur non sumus scientes: videmus.n. adhuc per speculũ: nec tamen sumus opinantes: vt vni parti assentiamus cum formidine alterius: sumus autẽ credentes: multo magis curandũ nobis est de veritate: quẽadmodũ infirmo existente/q̃ sano de sanitate. Relictis igitur iudęis qui signa quęrũt: ⁊ sapiẽtibus/qui vel de omnibus dubitant: vel nihil credũt nisi quod cõcluditur ex per se notis principiis: via media via regia incedam⁹: ⁊ hec est fides que prędicat per Jesum crucifixum constare salutem nostram: sed hec prędicatio. [Judęis parit scandalũ (sed beat⁹ qui nõ fuerit scandalizatus in me) gentib⁹ autem stulticia videtur.]

Matth.11.c.

Et vere scandaluz est eis petra offensionis: salutẽ ⁊ vitam ab eo prestolari quem patres sui morti tradiderũt: ⁊ cuius sanguinem super se acceperunt: quasi parũ esset vitam occidere: nisi peccatũ suum transmitterent ad posteros. Inde ergo infideles scandalũ passi sunt: q post tot miracula ⁊ signa: ita vt morti imperaret: demonib⁹: ventis ⁊ mari: eũ morientẽ viderũt: resurgentem ad huc negant.

Esaię.8.

Matth.27.

xxiiij.

Matth.8.c.

¶ De stulticia sane gentiũ minus mirandũ est: ipsi.n. nullum horum viderunt: scripturas non acceperũt: propheta ad eos nullus est missus Excepto Jona. De ęternis nil audierãt nec de primi hominis lapsu: ea tantum credebant que oculis visuntur. Quid inquiunt est Jesus crucifixus? Si filius dei erat quomodo pater filium in ✠ dereliquit? Et tamẽ christ⁹ non videt nisi desuper sicomoro. Non igitur prędicam⁹ Mosi cũ deo colloquia: nec angelos descẽdentes per scalam Gene.28. solem stãtẽ in cęlo Josuę.10. nec mare diuisum in diuisiones. Exo.14.⁊c. De quibus gloriantur iudęi: nec rursus orbiũ motus: siderũ vires: fulminũ causas: naturas animãtiũ: generationes intelligẽtiarũ: siue

Simõ qui crucem portat post Jesum gẽtilis erat non iudeus.

Luc.19.

idearū rationes:halonis ꝛ iridis:ecclipsis causas:ꝛ co-
metarū generationes:niuis:grādinis:ꝛ pluuię:ventoꝝ
ortus:maris fluxus ꝛ refluxus ꝛ principia rerum:qua-
rum rerum cognitione sapiētes Grętię turgent:sed chri
stum deum ꝛ hominem crucifixū: per cuius mortem vi-
ta restituta est: cuius ob probria gloria nostra sunt. Hec
prędicatio prima quidē fronte stulta videt̄ ꝛ scandalosa/
sed incredulis iudęis ꝛ stultis sapiētibus:cęterū.[Voca
tis ad fidem siue ex iudęis siue ex gentibus: prędicam⁹
hūc esse dei virtutē ꝛ dei sapientiā.] Pręceperat Jesus
apostolis suis: vt nemini diceret ꝙ ipse esset Jesus chri
Matth.17. stus. Si.n.apostoli qui semper iuxta eum fuerūt: ꝛ vide
rūt miracula vniuersa q̄ fecit: ꝛ testimoniū perhibuerūt
Joan.6.c. verbis eius ꝙ verba vitę ęternę haberet: scandalū passi
sunt in ea nocte qua tradebatur:quid arbitramur passu
ros eos fuisse qui primuȝ audiebant: si audissent ꝙ ipse
xxv. erat christus? Viderēt autem ipsum postea mori ꝛ sepe
liri? ¶ Unde apo. Atheniensib⁹ ad huc rudibus consti-
Actu.17. tutis:nō christū anūtiat filiū dei: sed virū quēdam hoc
modo. Tempora ignorātię quasi dissimulans deus:nūc
denūtiat omnibus penitentiam agere:eo ꝙ statuit orbē
terrę iudicare in ęquitate:in virū per quem statuit prę-
Origenes. stare fidem omnib⁹:resuscitans eū amortuis. Post pas-
sionem autem eius quādo rebus ipsis quod dicebat po
terat probari: Paulus christū ꝛ hunc crucifixū predicat
gentibus. Ante passionem ergo prędicatur esse christ⁹:
non autem filius dei: ne videntes eū post mori:scandalū
paterentur inde credentes. Post crucem autē: ꝛ christ⁹
ꝛ filius dei ꝛ mortuus ꝛ crucifixus: quoniam cōfusionē
crucis iam aboleuerat gloria resurrectionis. Necessaria
res est ergo prędicare christū Jesum crucifixum. Inuti
le autē est ipsum quidem prędicare: crucē autem eius ta
cere/per quā triūphati sunt principes tenebrarū. Et nō
sic in vtilis mihi videtur:qui Jesum quidem christū di-
cit: tacet autē natiuitatē eius ex virgine:aut stellam nati
uitatem eius ostendentem:aut alia eius q̄ fecit miracula
xxvj. quomodo qui christū quidē deū dicit:crucifixū autē eū
abscōdit. ¶ Et.n.viuens duos vel tres mortuos suscita-
uit:paucos demoniacos sanauit:mortuus autem:vitam
Collos.2. omnibus restituit qui credūt in eum crucifixū: ꝛ contra
rias potestates debellauit:spoliās princi.et potestates.
Sane dicens apostolus ꝛ hunc crucifixū:quasi illum no
bis ante oculos ponit: ꝛ ostēdit velut digito suo. Crucis
Luc.19. christi sub vmbra alij sedēt:crucem cū Zacheo alij cōscen
Canti.8. dunt:crucis christi alij cū spōsa fructū apprehendunt:in
Gala.2. cruce christi alij cū christo confixi sunt. Qui sint autē vo
cati ꝟm dei propositū superius expositū est. Ipsis igitur
vocatis ex iudęis ꝛ gentibus christus est virtus ꝛ potē-
tia dei in eo ꝙ mortem vicit: est ꝛ dei sapientia:in eo ꝙ
hostem callide superauit nō potētia sed iusticia. Nemo
ergo contēnat christū crucifixū: inde.n.effulsit potentia
dei ꝛ sapientia eius vel maxime. Crux quidem gentib⁹
stultitia iudęis scādalū est:nobis vero gloria est. Si ergo
obprobriū christi gloria nostra est: quāta erit gloria chri
Augustin⁹ sti? Eius igitur glorię participatione quid erimus:cui⁹
sum⁹ obprobrio gl'iosi? Si tantā gloriā dedit penis sui⁹:
Ambrosi⁹. quantā seruat electis suis? ¶ Non fuit petro scādalū ✠
christi:qui tantū ei glorię dedit: vt inuersis christū hono
raret vestigijs:metuēs ne si ea specie crucifix⁹ esset qua
dn̄s:affectasse dn̄i sui gloriam videretur. Quis autē at-
tinget ad illam incōmutabilitatē essendi quam deus ha
Augustin⁹ bet? Sic est sicut de videtē patriā suam a longe: et mare
interiacet: videt quo eat:sed nō habet qua eat. Sic ad il
lam stabilē mansionē nostrā interiacet mare huius mun
di: vt esset qua iremus/venit inde ad quē ire volebam⁹:
ꝛ instituit lignū quo mare trāseamus. Nemo potest trā
sire: nisi cruce portatus. Exiguo ligno cōmittunt homi-
3.Reg.17. nes animas suas. Sap.14. Capite. Sed misterium ✠ gē
tibus est stulticia. Mare transeundum est ꝛ lignum con
temnis? Hoc sibi lignū vidua illa colligebat que Heliam Figura.
pauit. Hanc stultitiā prefigurauit ꝛ Noe nudat⁹ in taber 3.Reg.17.
naculo suo Gene.9.c.irrisus a filio suo ham. ꝛc. Ipsis au
tem vocatis ex iudęis ꝛ gentibus idest Sem et Japhet
christus dei virtus ꝛ dei sapiētia fuit. Hi sunt qui reuer
tentes percutiebant pectora sua: ꝛ dicebant: vere hic ho Luc.23.c.
mo iustus erat. Unde christus in scriptura vocatur liliū
repandum. Fuit.n.ante passionem liliū clausum:cum in
miraculis clarus effulsit: post resurrectionē vero repan
dum se liliū gentibus ostendit ꝛ aperuit qui ante quasi Exo.25. Et
clausus intra iudęā erat:sed in assumpta humanitate po in.3.Reg.7
tentiam diuinę claritatis quam habuit prius q̄ mūdus Capite.
fieret ostendit. Unde ego flos campi: ecce dei virtus: ꝛ Joan.17.c.
liliū conuallīū: ecce dei sapiētia. [Quia quod stultū est Cāticoꝝ.2.
dei siue stultitia dei sapientior est hominibus: ꝛ quod in
firmū est dei robustius ꝛ fortius est hominibus.] Quid
morte infirmi⁹ (fortis vt mors dilectio) sed cum mors et xxvij.
vita duello mirando cōflixissent:inde mors victa est:vn-
de vicisse putabatur. Victus inquam vicit mortem/quā
nullus gigas euasit. Infirmitas igitur dei passio ei⁹ est
ꝛ mors: ꝛ quod cū iniquis deputatus est. Stultitia aūt Esaię.53.
dei:siue quod stultū est dei ꝓdicatio est passionis ꝛ mor-
tis christi: quę stulticia videbatur gentibus ante q̄ gra
nū illud sinapis tereretur. Cum autem calorem suū viui Matth.13.
dū diffundere cępit:venerūt filij Tyri delōge Psal.44.
ꝛ filię tuę surrexerūt a latere: venit ꝙ regina Saba audi Esaię.60.
re sapientiam Salomonis/non ex ore sapientiū stultoꝝ Matth.12.
huius sęculi:sed ex ore pellionū ꝛ piscatorū:quibus non
solum deus dederat os sicut Mosi:sed ꝛ stulticiam quā Exo.4.
dam sapientissimā Luc.21. cui resistere non potuit om-
nis humana sapientia:nec omnis potētia Tyrānica: sed
nec portę inferi pręualuerūt aduersus eā. Infatuauit igi Matth.16.
tur deus sapientiam sęculi huius non in sapientia sua.
¶ Neq.n. dignatur sapiētia dei ad mūdi sapientiā con
uincendam tota descendere:sed modicū quid: hoc est in
carnationis mysteriū: vt hoc quasi paruo fatuo dei infa
tuaretur mūdi sapiētia. Fingamus paulisper me (qui q̄ Origenes.
dem aliquid inter vos putor scire) cum insipiēte aliquo
ꝛ in erudito conferre sermonē. Nunquid opus mihi est
ad istus stulticiam coarguēdam dialetice artis callidita-
tem ꝛ profundorū sensuū acumina adhibere? Nōne ad
vnius sermonis factū:qui tamē illius intelligētię videa
tur accerrimus fatuū eum ꝛ insipientē conuincam? Sic
ad mūdi sapientiam stultificandam:nō opus fuit totam
dei sapiētiam descendere:sed sufficit fatuū dei:sic ad po xxviij
tentiam sęculi iugo fidei subiugandam non totus mons
descēdit:sed paruus quidā lapis abscisus est de monte: Daniel.2.
qui statuā totam cōminueret ꝛ coęquaret terrę. Sic ad
illuminandam nostram cęcitatem nō fons ipse luminis
descēdit:sed fumus quidam vt ita dixerim quo templuȝ Esaię.6.
dei repletum est. Hanc tamē stulticiam dei Joānes ple-
nitudinē vocat Primo.ca.cum dicit:de plenitudine ei⁹
om̄es accepimus. ¶ Requieuit.n.super eum sicut supe Esaię.16.
rius dictuȝ est fons septiformis spiritus dei. Unde ꝛ in
canticis christus alligamētū myrrhę siue guttę vocatur.
Vide autem si forte dei filium in carne guttam dictum/ Cantico.1.
ꝛ quasi breue aliquid ꝛ exiguū nominatū possum⁹ dice
re. Decebat.n.vt qui cōgregare venerat gētes que sicut Esaię.40.
gutta reputatę sunt et sicut stilla situlę: exinanire semet Origenes.
ipsum dei formā: ꝛ effici nihilominus ipsum guttam:ex
cuius indumento Myrrha et gutta et cassia proflueret.
Myrrha caro christi est:gutta autē/ exinanita diuinita- Figura.
tis forma:seruilis suscepta dignatio formę. Cassia autem
q̄ aquis indesinētibus nutriri dicitur: anima eius est q̄ Psal.44.
in redemptionē nostram data est:que non accepit gratiā
ad mensurā:semper ex dei verbo viuēs/cui copulata est.
Quid igit̄ nō nobis fact⁹ est? Nos inanes:ille se ipsum
exinaniuit. Nos stulti:ille factus est stulticia prędicatio
nis. Nos peccatores:ille fact⁹ est pro nobis a deo patre

2.Corin.5. peccatū. Omnia factus est: vt ab omnib⁹ caperetur. [Vi
detis.n.vocationē vestrā fratres] Videte per quos voca
xxix. ti estis ad fidem [ꝙ non multi sapiētes secūdū carnē: nō
multi potentes:nō multi nobili ꝛ claro generi nati] ele-
cti sunt a christo vt christū crucifixū prędicarēt:sed amo
do viuentem in sęcula: nequid huius laudis q̄ potentię
dei debetur:humanis pręsidijs ascriberetur. Non autē
dixit:nulli:sed nō multi:quod forsan pro se solo dixit qui
Philip.3. solus inter apostolos sęcularīū litterarū peritus:legem
Beda. dei edoctus ad pedes Gamalielis:terrenarū opū diues:
Romanę dignitatis parentela conspicuus fuit. Tamen
Paulus nihil horum vsus est:manibus laborabat:nihil
aliud prędicabat q̄ Jesum crucifixuȝ: cęteraꝙ omnia vt
stercora arbitrat⁹ est vt christū lucraretur. Ex.12.tamen
qui a christo in terris agente electi sunt nullus eminuit
potentia sapientia aut diuitijs vel genere. [Sed q̄ stulta
erant ꝟm sęculum elegit deus: vt confundat sapientes: ꝛ
infirma ꝛ imbecilla elegit deus: vt cōfundat fortia. De-
prębēdis: cū causam. Ignobilia mūdi ꝛ contēptibilia ele
git deus: qualis erat publicanus ille contriti cordis: et
ea q̄ non sunt: vt ea q̄ sunt destrueret] vt rursus a funda
1.Corin.10. mētis ecclesiā reędificaret supra petrā: Petra aūt erat
christus. Hoc autē qđ dicit: ꝛ ea que non erāt: Hyperbo
lice dictum est: potest tamē intelligi secundū illud quod
Rom.4. dictū est supra: vocat ea que non sunt tanq̄ ea que sunt.
Reliquus inquit est paruul⁹ ꝛ pascit oues. Mitte inq̄t
1.Reg.16. ꝛ aduc eum. Paruulus erat inter fratres suos septem vi
delicet: sed facies eius desuper ipsorū septem: pollebat
enim arte psallendi: fortissimus erat robore: vir bellico-
sus: prudens in verbis: vir pulcher et rufus: et dn̄s erat
cum eo. Et hic talis ac tantus contemptui erat fratribus
suis. Et hic cōtēptibilis puer tertio vngit̄ in Regē. Hoc
idē est videre in fig. inseruo Amalechite: quē dn̄s eius
Gregorius lassatū reliquit in via. Hunc Dauid cibo reficit: ducē sui
itineris facit: hostem persequitur: epulantē reperit: fun
dit⁹ interimit: ꝛ cū prędaad sua reuertitur. Is ergo qui
Amalechitā sequi non valuit: refectus cibo: dux Dauid
efficitur: quia is quem indignū mūdus deseruit non so-
lum conuersus dn̄o hospitiū pręparat: sed eum etiā vsꝙ
ad aliena corda deducit: iuxta illud: in indumeam exten
Psal.107 dam calciamentū meū: quoniā mihi alienigenę amici fa
cti sunt ¶ Legimus in actis apostolicis: videntes princi
pes sacerdotū ꝛ sapientes illius populi Petri cōstantiā
ꝛ Joānis: cōperto ꝙ homines essent sine litteris ꝛ idio
Actu.4. te: admirabantur. Paulū autem verborū satorem voca-
bāt Actuū.17. quasi doctrina eius nihil soliditatis conti
Prouerb. neret: sed verba tantū ꝛ fumos venderet. Quid autē im
becillius Petro: qui ad vnam vocem ancillę timuit? ꝛc.
xxx. Matth.26. Sed post modum cęsus: vires principū com
pressit. Quid infirmius femina? Ipsa sapientes Maxētij
ad martyriū perduxit. Tale autem mihi videtur cū infir
Chryso. mi apostoli: stulti ꝛ pauperes mittūtur per orbem: sicut
si cū maria surgant: cū tenebris aer obductus sit: cuȝ cre
bro super aliam alia nauis naufragio demergatur: cū in
ter se omnes nautę qui in nauibus sunt dissideant: cū se
rę de profundo emergant vnaꝙ cū fluctibus nauigātem
Jonam arripiant: cum fulmina iaciantur: piratę insidien
tur: nulla fides inter nautas sit: ignariꝙ nauigandi gu-
bernacula teneant: cū classis maxima simul ꝛ instructissi
ma ex aduerso aggrediatur vnam habētibus nauiculā ꝛ
eam misere apparatā: in aduersam ꝛ maximā classem in
surgere iubeat: ac ei victoriam polliceatur: dicens: ego
Luc.22. rogaui ꝓ te vt non deficiat fides tua: ꝛ si quando dormio
in puppi nauis Marci.4. cor meū vigilat Cāti.5. ¶ De
his interrogat Esaias: qui sunt isti qui vt nubes volāt:
ꝛ sicut columbę ad fenestras suas? Vidit.n.eos in spiri-
Esaię.60. tu terrena despicere: mente cęlestibus propinquare: ver
bis pluere: miraculis coruscare: ꝛ quasi columbę quę ni
Gene.8. hil in hoc mūdo concupiscūt: nec inuenūt vbi pes eorū
quiesceret. Ipsi sunt qui vocātur sal terrę: per quod ostē
dit dn̄s omniū hominū infatuatā esse naturam vnde mit
titur per orbem vt sale sapientię suę omnē respergerēt Matth.5.
mūdum: ne de cętero ea q̄ sunt carnis sapiant. Ipsi sunt
vasa noua in quib⁹ ad sanādas aquas misit Heliseus sal. 4.Reg.2.
Ipsi sunt luminaria mūdi: ꝛ cęli per quos fabricator cę-
lorum intonuit: quo tonitruo mundus tremuit. Stulti
igitur electi sunt: imbecilles ꝛ ignobiles: sed induti vir xxxi.
tute ex alto/naturam adamātis induti sunt. [Ut non glo
rietur omnis caro.i.carnalis potentia in ꝯspectu eius.]
Nomine autem carnis homo significatur: sicut superi⁹ Rom.13.
dixit: omnis anima potestatibus excellentibus subdita
sit. Qui igitur gloriari voluerit deinceps: in dn̄o glorie
tur. Non autem glorietur sapiēs in sapientia sua: quam
ego per stultitiā infatuaui: nec fortis in fortitudine sua:
quoniā ego ea q̄ infirma sunt elegi vt confunderē fortia: Hiere.9.
nec diues in diuitijs suis: quoniā ego ea q̄ nullius erant
momēti elegi vt cōfunderē omnem potentiā sęculi. Sed
in hoc glorietur qui gloriatur/scire et nosse me. Hec est Infra.2.c.
enim vera ꝛ summa sapientia scire Jesum et hūc crucifi
xū. [Ex eodem autem vos estis in christo Jesu] vos in-
quit necestis ex diuitibus nec ex sapientibus: sed indif
ferenter ex eodem ꝛ sine discrimine. Vel ꝟm Ambro. ex
eodem patre estis: filij dei per Jesum christum: vnde nō
est cur alius aliū paruipendat. Non igitur refert quales
fueritis vel ex quib⁹ ante q̄ vocaremini ad vnitatem fi-
dei videlicet siue ex sapiētibus / siue ex nobilibus / siue
ex pauperibus aut infirmis: cum omnes sitis amodo filij
dei ꝛ cohęredes per christū Jesum. [Qui factus fuit no
bis sapientia a deo: iusticiaꝙ: ꝛ sanctificatio ꝛ redēptio] Esaię.53.
Christus fons est ascēdens de terra sicienti ꝛ inuia. Et
mirabile videt̄: vt de terra sitienti: fons ascendat qui di Gene.2.
uidit̄ in quattuor flumina. Fons signatus: puteus aqua
rum viuentiū. Quare viuentiū? Exciderunt sibi cister Canti.4.
nas aquę mortuę amarę: frigidę: salsę ꝛ pessimę: me dere
licto fonte aquę viuētis. Est aūt in dodona Jouis fons: Hiere.2.
qui cū sit gelidus: ꝛ immersas faces extinguat: si admo-
ueris extinctas: accendit. Quid est quod dicimus? Chri
stus fons est: nubis ęstuātibus: ignis columna ijs de qui
b⁹ dicitur refrigescet charitas multorū. Hec igitur sunt
quattuor euāgelia: imo sunt sapiētia: iusti. sanctificatio: xxxij.
redemptio. Hec sunt vnguenta quibus christus vnctus
venit ad nos. Unde dicitur: quoniā virtus de illo exibat Luc.6.
ꝛ sanabat om̄es: sicut cū stare fecit sanguinis fluxū in fę- Luc.8.
mina Emorrousa. Sicut vnguētū in capite quod descē Matth.6.
dit ꝛ in barbā Aaron: ꝛ in orā vestimenti eius. ¶ Sūt ꝛ Psal.132.
hec quattuor flumina: sudor de toto corpore eius qđ est Luc.22.
ecclesia eius: sanguis ꝛ aqua de latere eius: ꝛ lachrymę
quas effudit cū clamore/ ꝛ exauditus est pro sua reuerē- Joan.19.c.
tia Heb.5. Factus est nobis sapientia in tēpore qui erat
verbū in principio. Sic sancti. iust. ꝛ redemptio. Fact⁹
est nobis in tēpore quod erat angelis in cęlo. Qui.n. ere
xit hominē lapsum: dedit stanti angelo ne laberet̄: dedit
ꝛ immaculatę suę vt sine peccato conciperet̄: eo ꝙ decēs
fuit virginē ea puritate nitere qua maior sub deo nequit
intelligi. Igitur sapientia nobis factus est in sua prędi
catione: iustitia in peccatorū remissione soluens in ✠ q̄ Psal.68.
nō rapuerat: quomodo dicit̄: disciplina pacis nrę super Esaię.53.
eū. Sanctificatio in sua cōuersatione: nō.n. ęgebāt sani
medico Matth.9.c. sed male habentes. Quāta autē vitę
innocētia cōuersat⁹ est vel illud ostendit: ꝙ vix duo falsi Origenes.
testes inuēti sunt cōtra christū ꝛ hi nō facta eius calum
niabant̄ sed verba nēpe illa possuȝ tēpluȝ dei demoliri. ꝛc.
Redēptio quidē in sua morte fact⁹ est: redemptionē.n. Matth.26.
misit dn̄s populo suo Psal.110. Illuminauit sedētes in
tenebris Psal.106. vinctos mendicitate ꝛ ferro: redu Psal.106.
xit erroneos: occurrens filio venienti de longinco. Recō Luc.15.
ciliauit reum: ipse est.n. pax nostra Ephe.2. Frustra igi-
tur sapientes sęculi de quattuor fontibus tam plura di-

gerunt: cum eum nescierint qui factus est nobis sapiētia donans prudentiā.i. prudentiā docens: et iusticia delicta donans: in se puniens capite quod puniendū erat in corpore: sanctificatio in exemplū temperantię continenter viuens: et redēptio: in exemplū patiētię fortiter moriēs:
Joan.18. et pro inimicis orans: et inimicis occurrens: et petro iubēs recondere gladiū. Matth.26. Sunt autem quattuor gradus virtutū. Prior grad⁹ moderari passiones: irasci
Psal.5. mini et nolite peccare: et sol nō occidat.etc. Secūdus eas
Psal.136. extirpare: exinanite vsque ad fundamentū in ea. Tertius passiones obliuisci: delebo memoriā Amalech de sub ce
Exo.17. lo: et mihi mun. crucifix⁹ est et ego mūdo. Quart⁹ in deo
Plotinus. est in quo sunt idee omniū virtutū.etc. Plotin⁹. Christ⁹ quidem dñs potuit patri pro nobis satisfacere per bonū velle oblatū patri: ꝙ autē mori voluit: processit ex amore intēso finis nostri/ quo dilexit nos propter deū. Scriptū est.n. quoniā copiosa apud eum redemptio. Psalo.129.

¶ Loquebantur.n. Moses et Helias Luc.9.c. de excessu quē Jesus cōpleturus erat in Hierusalē. Incęteris quidem christ⁹ dñs quodāmodo limites tenuit: vt fieret nobis sapientia: sed eo modo quo caperetur a nobis: iusticia: delicta condonās: aliquali tamē satisfatione a nobis prestita: dictu inquit prior iniqtates tuas (Amplius no
70. li peccare) vt iustificeris. Esaię.43. ſm.70. sanctificatio: sic docens perfectionis viam: vt tamē latam viam non intercluderet: que dicit: si vis ad vitam ingredi: serua mādata Matth.19. In redēptione tamē mēsuras omnes excessit: mori voluit et eo mortis genere quo nullū probrosius: maledict⁹.n. qui pēdet in ligno Galatas.3. Quod autem christus mortē suam anticipauit: forte idcirco anticipando excessit a corpore/ vt illud seruaret: ne ei cū latronibus crura frangerentur: quia predictū erat: os nō
Exo.12. comminuetis ex eo. Et tamen cū ipse in ✠ felle est et aceto potatus: nobis fructū vitę inuenit. Dixi inquit ascendā
Canti.7. in palmā. Proposuit ascensurū se ante secula: et exhibuit qd promisit: et factus est nobis redemptio et vitę fructus/
Joan.19. cum interim pēdens in palma: sitio exclamaret. Denique Nudus pendet: latus tibi ostendit vnde manauit redem
Adimpleo ea q̄ desunt passionum christi ī carne mea Collos.1. ptio copiosa. Cū.n. sanguis in vita effusus et liuores eius sufficerent: etiam de mortuo: fons manauit aquę et sanguinis. Unde ꝯcludit apo. [Ut sicut scriptū est Hiere.9. capite: qui gloriatur: in dño glorietur.] Qui factus est hoc est cepit esse nobis: sap. iusti. scificatio et redēptio. Qui igitur gloriari vult non glorietur in potētia sapientia et nobilitate generis: q̄ omnia infatuauit deus: habet in quo glorietur: et de quo. In quo: in eo qui factus est nobis sapientia et iusticia.etc. De quo: in eo quod vocatus
Rom.8.c. est ad veram vitam/ per eū qui misit filiū suū in similitu
Joan.14.c. dinē carnis peccati: et fact⁹ est nobis via veritas et vita.

¶ Secundum caput.

i.
Et ego cuz venissem ad vos fratres, veni nō ī sublimitate sermonis aut sapiētię, anūtians vobis testimoniū christi. Nō.n. iudicaui me scire aliquid īter vos, nisi Iesum christum, & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate & timore & tremore multo fui apud vos, & sermo meus & predicatio mea non in persuasibilibus humanę sapiētię verbis, sed in ostēsione spiritus & virtutis, vt fides vestra non sit in sapientia hominū sed in virtute dei. Sapientiam autem loquimur inter perfectos. Sapientiam vero non huius seculi, neque principum huius seculi qui destruūtur, sed loquimur dei sapientiā in mysterio, que abscondita est: quā predestinauit deus ante secula in gloriam nostram: quā nemo principum huius seculi cognouit. Si.n. cognouissent: nunquam dominum glorię crucifixissent. Sed sicut scriptū est: qd oculus non vidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascenderunt que preparauit deus his qui diligunt illum.

¶ Et ego cum venissem ad vos fratres: licet optime legem dei callerem/ quippe quā totis conatibus didici ab adolescentia: veni tamē non insublimitate sermonis aut eminētia: ne lumē viderer soli mutuare vt dicitur: aut quod verius est cicada cum Musis cō-
Prouerb. tendere: non veni ergo in eminentia sermonis: aut sapiētię humanę fumoturgēs: anūtiās vobis testimoniū christi ne vt dixi/ viderer pic⁹ cum luscinia decertare: et docere pisces artem natandi: veni aūt pingui vt dicitur Minerua veritatē simplici incultoque vobis sermone tradēs. Adeoque rhetorū flores fugiendos putaui/ ne videretur euangelij virtus et efficatia non in sensu magis autem in verbis cōsistere vt. [Nihil aliud iudicauerim me scire cum essem apud vos/ ꝙ Jesum christum] non illud interim de eo anūtians ꝙ sit splendor patris/ et character ex
Heb.1.c. pressus substātię dei: candor lucis eterne: et speculū sine
Sapientię 7.c. macula portans omnia verbo virtutis suę: illud tantū curaui tradere quomodo crucifixus fuerit ex infirmitate:
2.Cori.13. et nunc viuat ex virtute potētię suę. De hoc diximus precedenti cap. Qd igitur in illo est humilius et abiectius: et quasi stultū eius: inde ego predicationē meā sum aus-
ii.
picatus: cum tamē ſm preceptū inanis rhetorice: in principio aliquid firmū debeat proponi quo moueatur auditor. Ego autem mortē vnius hominis iusti vobis proposui et crucifixi ex infirmitate: a sua gēte et populo: a pro
Matth.26. prio discipulo. 30. distracti argenteis: q̄ tamē vt dixi nūc viuit et regnat ex virtute. Potest et hic esse sensus. Non estimaui me alicuius pretij ob id ꝙ scirem aliquid inter
Collos.2. vos. Sunt quidē in christo omnes thesauri sapiētię dei: sed ego nihil horum interim cōmemini: sed ea tātū q̄ ad ✠ eius pertinere videbantur: videlicet mortē: sepulturāque eius: per hec.n. mysteria salus nostra cōsumata est iuxta quod scriptū est: et ego si exaltatus fuero a terra: omnia
Joan.12. trahā ad me. Uide ad hoc precedēti cap. super illud nos predicamus etc. optime. [Et ego in infirmitate et timore et tremore multo fui apud vos: et sermo meus et predicatio mea nō erat in persuasorijs humanę sapiētię verbis: sed in ostensione spiritus et virtutis. ¶ Uide mecū si potes celsitudinē infirmitatis Pauli. Qualis erat habit⁹ corporis humilis et abiectus: imbecillis et tenuis aspectus: periculis omnib⁹ expositus ac inimicorū insidijs: talis erat et sermo eius siue ad omnes: quod predicationē vocāt: siue ad singulos quod vocat sermonē: Hucusque Paulum aliquem ignotū et sine nomine putares hominem: et sapientię humanę q̄ alienū: vbi autē cepit Jonas
Jone.3.c. predicare itinere diei vnius: ostēdit apostolus in efficatia et virtute et miraculis quod Rhetores ostēdere solēt in nudis verbis. Quid inquit si ipsam bestiā cōmutam sua verba resonantē audires: Cum.n. quondā Eschynes

rhetor quidā Rhodi exularet: et legeretur illa Demosthe
Hierony. nis orō quā aduersus eum habuerat pro Thesiphonte mirātibus cūctis: atque laudātibus suspirās ait. Quid si
iii.
ipsam audissetis bestiā sua verba resonātem: Paul⁹ ad
Philip.3. pedes Gamalielis legē Mosi doct⁹ et prophetas gl'iatur: et tamē hec oīa pretermittens: de iesu crucifixo cōcionatē ad populū rudo quidē in cultoque sermone: habēte tamen nescio quid latētis energię qd exitus post modū indicauit. Nec ab re. An experimētū inquit queritis eius qui
2.Cori.13. loquitur in me christi: Adde ꝙ loquēte christo per organum Pauli: sequētibus signis: et testimoniū perhibētibus doctrinę aplice: plus effecit Paul⁹ inter Corinthios sexqui anno quo fuit apud illos: ꝙ septē Grecię sapiētes per omnē vitā: cū vnū vl' paucos fecerūt platonicos siue Peripateticos aut Pythagoricos. Erant enim verba tantum que venditabant: medullę nucleique nihil habebāt vel solidi cibi: sed tantū auribus prurietes. Qd dicit apl's in ostēsiōe: grece est: ἐν ἀποδείξει πνεύματος, qd fere sonat ostēsionem. Unde rhetores orōnes quas ostētādi ingenij grā recitant auditoribus ἀποδείξεις vocāt. Similiter et dialectici syllogismū e principijs collectū rem certam colligentem vocant ἀποδείξειν. Igitur vt diximus qd illi in Urbis solēt ostēdere: Hoc Paulus ostēdit in spū et virtute. [Ut fides vrā nō sit in sapientia hoīm: hoc est nō innitatur sapiētię humanę tanquam
Psal.61. parieti inclinato et macerię depulsę: nō tribuatur solertię humanę: sed sit in virtute et potētia dei: attestāte veritati euāgelij et signis et prodigijs: vt re tam incredibili prima vt aiunt frōte: vobis tamen persuasa: nemo alij q̄ virtuti
iiii.
diuinę possit attribuere. Sequitur. [Sapiētiā autē loquimur inter perfectos. Sapiētiā vero nō seculi hui⁹: neque principū huius seculi qui abolētur aut destruūtur: sed loquimur dei sapientiā in mysterio recōditā: quā predestinauerat deus ante secula in gloriā nostrā: quā nemo principum seculi huius cognouit.] Ex hoc loco apparet quid intellexerit apl's cum tribueret deo stulticiā: nimirū ad collationē huius sapiētię quā apl's loquebatur inter perfectos. ¶ Sapiētia quidē dei ita indiuisibilis est sicut et ei⁹ essentia: que tota vbique est nō diffusa per partes sicut fumus aut lux: sed potius sicut ipa sapiētia que ita est tota et tanta in paruo corpore sicut et in grandi. Absit enim vt qd potest in corpore qualitas creata: nō possit in seipsa
Augustin⁹. essentia creatoris. Non se diuidit per singulos sicut lux per fenestras: sed potius sicut quilibet son⁹: cū corporea res sit et trāsitoria surdus nō capit: surdaster non totū capit: atque in his qui audiūt cū pariter ei propinquēt: tanto magis alius alio capit quāto est acutioris auditus: tātoque min⁹ quāto obtusioris: cū ex parte soni nulla sit differētia. Quāto excellētius de⁹/ natura incorporea: eterna stabilitate in seipso manēs totus adest rebus oībus potest et singulis tot⁹: quāuis in quib⁹ habitat habeāt eum pro suę capacitatis diuersitate alij amplius alij min⁹: quos ipse sibi dilectissimū tēplum grā suę bonitatis edificat.
Tho.p.p.q. 8.arti.3. Est deus in oīb⁹ per potētiā: inquātū oīa potestati eius subijciūtur: est per presentiā: cui oīa nuda sunt et per via. Est per essentiā: ꝙ adest oīb⁹ vt causa subsistēdi: agens: mouens oīa verbo potētię suę: copulans et cōnectens ad inuicē principia rerū: quattuor vz q̄litates etc. Uide itez scēm Thomā.p.p.q.18.arti.4. Paul⁹ igitur vas electionis
Matth.13. tāq̄ opulētissim⁹ pater familias pro modulo captuque et mensura vniuscuiusque: alijs noua alijs vetera pfert: hos pane cibario et grossiore cibat: illos adipe frumēti satiat et mānate. Sciendū tamē scōm cōsequentiā textus ꝙ apl's eandem doctrinā vz christū crucifixum vocat stultitiā et sa-
v.
piētiam. Perfecti enim in charitate christi crucifixi doctrinam summā putāt esse sapientiā/ et ita est: at rudes et in fide adhuc catechumini: aīa nra inquisit nauseat super cibo isto leuissimo. Numero.21.cap. Loquimur igitur sa-

pientiā non quā tradunt sapiētes seculi huius: hec enim vt diximus preter verba quib⁹ fauces demulcētur nihil soliditatis habet: syrenarū cant⁹ sunt. Nec loquimur sapientiā principū seculi huius: ipsi sunt cōditores humanarū legū et ciuiliū: que postq̄ subrepētib⁹ vitijs in Tyrānidez regna cōuersa sunt: institutę sunt et inuētę. ¶ Solō Atheniensibus leges tulit: et Licurgus Lacedemonijs et Seleucus Locrēsibus: et Romanis Numa Pompilius: sed horū omniū leges qm̄ erant arenearū telę/ perierunt
Lactātius. cū sonitu: simul cū suis autorib⁹. Ubi (vt verbi grā dica-
Tertullian⁹ mus) sunt illę leges Romanorum necessarię quidē: sumptū et ambitionē cōprimentes: que centū grana non amplius in cęna subscribi iubebāt: nec ampli⁹ q̄ vnā inferri gallinā: et eam nō saginatā: que Patriciū ꝙ decē pōdo argēti habuisset pro magno titulo ambitiōis senatu submouebāt: Ubi sunt leges que theatra stāprādis moribus orientia statim destruebāt: Modo nec singula satis nec nuda esse. Nā ne vel hyeme voluptas impudica frigeret: primi La-
vi.
cedemonij penulā ludis excogitarūt. Uidemus inter matronas atque prostibulas nullū in habitu esse discrimē. Aurum nulla femina nouerat preter vnico digito quem spōsus oppignerasset pronubo anulo. Sub Romulo legim⁹ feminam que vinū attigerat impune a Mecenio marito trucidatā. Idcirco propinquis oscula offerre et necessitas erat: vt spiritu iudicaretur. Ubi est illa felicitas matrimoniorum de moribus vtique prosperata: que per annos ferme. 600. ab vrbe cōdita: nulla repudiū dom⁹ scripsit: Nūc idest tempore apl'i feminis pre auro nullū leue erat mēbrū: pre vino nullū liberū osculū: repudiū vero et votum erat quasi vz matrimonij fructus. Leges quidem optimę erāt ingenia autē et mores pessimi: vnde et leges et legumlatores: et cuiuscūque vanę sectę inuētores: sicut Epicurei: et Cynici: et Platonici simul oīa de memoria hominū sublata sunt. Quid igitur loquitur apl's audiamus. Loquimur sapientiā dei: et hanc superi⁹ vocauit stulticiā dei: que licet nunc manifestata sit per predicationē nostrā et aliorū qui missi sunt ad oēs gētes quibus promissa est benedictio in semine Abrahę: olim tamē abscondita erat in secreto dei mysterio: cum dicebat Esaias.cap.24. Secretum meū mihi: secretū meū mihi: secretū incarnati verbi: secretū passionis verbi incarnati sub multiplicibus figuris velati. ¶ Abscōditū igitur erat et ꝙ deus fieret homo: et ꝙ per hunc hoīem deū sapientissime redimeretur homo. Dum enim princeps seculi huius mortez intulit christo
Tobie.6. quasi homini: vnde cepit: capt⁹ est: carnē inuasit.i. piscis
vii.
Tobiā et hamo diuinitatis captus est. An extrahere poteris inquit Leuiatā hamo: Job.cap.40. Hic est de quo et in Tobia legimus dñe inuadit me. Hic ergo Leuitan in hoc mari spacioso in quo reptilia sine numero: ad omnium mortē inhians: huc illucque aperto ore ferebatur. Sed
Gregorius ad mortem ceti istius hamus in hac aquarū profunditatem caliginosa linea est mira dispēsatione suspēsus. Huius hami linea illa est p euāgeliū antiquorū patrū propago recēsita. Nā cum dicitur: Abraā genuit Isaac et sic cōsequēter vsque Mariā Joseph interposito: quasi quedam
Matth.1. linea torquetur: in cuius extremo incarnatus dñs.i. hamus iste ligaretur quem in his aquis humani generis dependētem: aperto ore iste cetus experteret. Et tamē cum
Osee.13. capere voluit capt⁹ est: iuxta illud: ero mors tua/ o mors. Latebat enim hamus in carne.i. diuinitas in humilitate. Nūc quidem christus nō mortem intulit ceto sed morsum tantū: de quo dicitur: armilla perforabis maxillā ei⁹. Quis vero semel raptus ore maxillā eius euaderet: nisi perforata esset: An nō in ore tenuit petrū cū negauit: Sic et Paulū sic et David. Cauendū est nobis ne ceti huius ore rapiamur. Et tamē rapti: adhuc foramē habem⁹ in maxilla quo egrediamur. Ante culpā iusticiā dei metuam⁹
Psal.40. post lapsum audiamus: nūquid qui cecidit nō resurget: Potest et illud dici: ꝙ eos sub maxillis cōterit quos ten-

2.Corin.12. tare permittitur: vt sit maxilla ceti stimulus Paulo dat⁹: tunc vero deglutire dicitur sicut Jonā: cum ad cōsensum
Psal.85. pertrahit: ⁊ tamē eruisti aīam meā ex inferno inferiori. Hanc igitur sapiētiā licet nūc reuelata sit: deus eā tamē ab eterno preordinauerat explicādam ⁊ propalādam cū
Gala.4.ca. venit plenitudo tēporis: ad gloriā nostrā: ⁊ gloriā plebis
Luce.2.ca. sue israel. Quāta enim gloria est nature humane: creatorem nō angelū mittere in redēptionē facture sue: sed ecce
Esaie.52. inquit qui loquebar adsum. In sanguine tui testamenti eduxisti vinctos ⁊c. Zacha.9.capite. Hāc igitur sapientiā nemo principū huius seculi cognouit. Hi sunt principes ⁊ oratores ⁊ phi alioqui docti: qui olim in republi. regnabāt. Nō igitur eam cognouerūt qm̄ venit abscondita in mysterio. Latebat enim deus in hoīe: sapiētia in stul-
Hiere.1.ca. ticia: ⁊ vita in mortali carne: ⁊ dicebat. A.a.a. dn̄e ecce nescio loqui puer enī sum: qui tamē angelos docet in celo. Quidā sane principes hui⁹ seculi Rectores tenebrarū harum intelligūt: vel principes sacerdotū ⁊ scribas Judaici populi: ꝑpter illud qd̄ sequitur: qd̄ plane ad Annā ⁊ Cayphā ⁊ pilatū: ⁊ demones harū tenebrarū rectores sine controuersia refertur. [Si enim cognouissent: ne-
Tho.3.p.q.47.ad.5m. quaq̄ dominum glorie crucifixissent.] Vere enim nunq̄ diabolus suggereret Judeis illū crucifigi: per quem ius
Roma.5. perderet regni sui: imo Tyrānidis sue: qua mors regnauit ab Adā vsq; ad Mosen ⁊c. Sicut autē dicit doctor subtilis in.3.distin.20. Hoc qd̄ dicit apl's si cognouissent
viii. ⁊c. Nō loquitur de Judeis sed de rectoribus tenebrarū harū: qui si sciuissent eum esse deū uerū: nō instigassent hoīes ad eius mortem: propter bonū inde cōsequutū v3 redēptionē humani generis. Unde quādo primū ignorauerūt: impulerūt Judeos ad hoc: cū vero scierūt eū esse deū verum semper tamē cōiectādo: oppositū persuaserūt
Matth.27. Pilato per vxorem suā dicētes. Nihil tibi ⁊ iusto illi ⁊c. Judei autē licet scirent eum esse deū per vnionē: ad hūc potuissent eum occidisse. Sicut autē dicit Hieronymus
Matth.21. super illud: Ecce heres: venite occidam⁹ eum: manifeste dn̄s probat ex his ꝟbis Judeorū principes nō per ignorantiā sed per inuidiā dei filium crucifixisse. Ambrosius
Sapiē.2. dicit demones vel sero cognouisse: principes vero ignorasse. Super Luc.cap.1. De hoc ita scripsit sapiētia dei. Circūueniam⁹ iustū qm̄ inutilis est nobis: ⁊ cōtrarius vijs nr̄is: ⁊ improperat nobis pctā legis: ⁊ diffamat in nos peccata discipline nr̄e. Promittit se scientiā dei habere ⁊ filiū dei se nominat. Fact⁹ est nobis ītraductionē cogitationū nostrarū. Grauis est nobis etiā ad videndū: qm̄ dissimilis est alijs vita illius. Tāq̄ nugaces estimati sumus ab illo: ⁊ abstinet a vijs nr̄is tanq̄ ab immūdicijs: ⁊ gloriatur patrem se habere deū. Videam⁹ si sermones illius veri sunt: ⁊ tētemus que ventura sunt illi. Si enī est vere dei filius: liberabit eū de manib⁹ inimicoꝝ. Cōtumelia ⁊ tormēto interrogemus eum: vt sciam⁹ reuerētiam eius ⁊ probemus patientiā illius. Morte turpissima condēnemus eum: erit enim respectus ex sermonib⁹ illius: quibus dixit. Soluite tēplū hoc ⁊c. Hec cogitaue-
Joan.2.ca. rūt ⁊ errauerūt: excecauit enim eos malicia eoꝝ: cū cepit christus predicare regnum celoꝝ: interim nō tacens peccata eoꝝ. Et nescierūt sacramēta dei: qd̄ auferendum erat ab eis regnū ⁊ dandū gentibus ⁊c. Ignorauerūt tamen sacramēta dei: nesciētes quot sacramēta aperta sunt ⁊ cōsummata cū christ⁹ dixit: cōsummatū est. [Sed sicut scriptū est.] Intelligendū est ꝙ hoc aduerbiū: sed: cōiunctione: cōnectit sermonē cū superioribus hoc modo. Nō loquimur sapiētiam huius mūdi que cū suis euanescit autorib⁹: sed ea loquimur que oculus nō vidit: nec auris
מחכה audiuit nec in cor hoīs ascenderūt: que ⁊ preparauit de⁹
Diligere. his q̄ diligūt illū. Hic locus est Esaie.64.ca. Hebraice sic.
עַיִן לֹא רָאָתָה אֱלֹהִים זוּלָתְךָ יַעֲשֶׂה לִמְחַכֵּה לוֹ
Nos ita. A seculo non audierūt: neq; auribus percepe-
runt: oculus nō vidit deus absq; te: que preparasti expe- 70.
ctātibus te. 70. autē ita dixerūt. A seculo nō audiuimus Tho.p.p.q.
neq; oculi nostri viderūt de⁹ absq; te: ⁊ opera tua que fa- pīma.arti.1.
cies expectātibus miam. Illud igitur qd̄ est in textu apl'i מאהבה
v3 quod oculus: li quod / vertendum est in que / numeri Expectauit
pluralis noīatiui: generis neutrius: quodq; sequit: ascēdit: legendū est ascēderunt. Paulus igit magis sensum Hierony.
ꝓphete accepit q̄ ꝟba: sicut dicit Hieronym⁹. Siquis autē a nobis expostulet que sunt illa que nec oculus vidit ⁊c. Similis est illi q̄ dicit. Loquere mihi ineffabilia ostēde oculis meis inuisibilia: narra aurib⁹ meis inaudibilia: ⁊ ea que hō nūq̄ cogitauit. Promisit deus vt virga Numeri.17.
eius germinaret quem in pōtificē eligeret. Attēde ergo si possum⁹ liberalitatē largitoris dei: etiā ipsis suis promissionibus largiorē ostendere. Si forte ⁊ ex his illam Origenes.
ineffabilē bonitatem dei que in scripture littera semper X.
tegitur: inuestigare potuerimus: cū eū largiorē in prestādo q̄ in promittēdo videamus. Promisit virgam germinaturā: vbi vero ad rem vētū est: germinauit quidē virga: Figura.
sed ecce produxit ⁊ frondes: protulit ⁊ flores: germinauit ⁊ nuces. Unū tantū est promissum: ⁊ quattuor exhibita sunt. Sicut ergo deus in his promissionē suā in quadruplū reddidit: ita ⁊ in futuro intellige: qm̄ nec oculus vidit absq; te ⁊c. Uide ergo quāta sunt que promissa sunt nobis: non enim sunt ex his que humano sensu percipi possunt: ⁊ quocūq; modo ad humanā noticiā peruenire possunt. Trāscēde ergo hec oīa que cogitare potes vel audire vel loqui: ⁊ illud scito esse repositū his qui diligūt eum: qd̄ nec ad cogitationē cordis humani quiuit ascendere. Unde ⁊ ego arbitror nihil in huiusmodi promissionibus de rebus corporalibus cogitādū. Ratio enim materie corporalis nō vsq;quaq; sensum humane cogitationis effugere potest: sed illa sunt que in sola dei sapientia continētur. Pctā quidē nr̄a reddit in tertiā ⁊ quartā ge-
Exodi.20. nerationē: miam autē suā facit in millia millium. Potest ⁊ hoc dici ꝙ omne qd̄ in cor hoīs ascēdit infra cor hoīs est: ⁊ que huiusmodi sunt tēporalia sunt. Eterna autem qm̄ supra cor nostrū sunt: cor nostrū ascendit ad ea: nō autem ea descendūt ad nos. Pax dei enim que datur nobis in illa beatitudine: si exuperat omnē intellectū: quanto magis omnem sermonē nostrū: etiā si linguis loquamur angeloꝝ. 1.Corin.13.cap. Qd̄ ergo nulli donatū est experiri: Philip.4.
nullus conetur effari: ne videatur solē de celo deponere velle. Qd̄ si alicui datū est: reuersus tamē inde: non licet inquit homini loqui: vel ipsa arcana verba que audiuit. XI.
quanto minus licet de rebus illis que omnē intellectum fugiūt sermonē cōtexere. Mēsurā bonā dabūt in sinū 2.Corin.12.
nostrū: ⁊ nomen qd̄ nemo scit: nisi qui accipit. Et vere Apoc.2.
ita est: qd̄ enim deus preparauit diligētibus se fide nō capitur: spe non attingitur: charitate nō apprehēditur. Desideria ⁊ vota nr̄a trāsgreditur: qm̄ acquiri pōt: estimari nō potest: nemo scit inquā nisi qui accipit. Facilius enim Augustin⁹.
possumus dicere in illa eterna beatitudine quid nō sit: q̄ quid ibi sit. Hoc tantū scimus ꝙ ibi erit deus nobis oīa. Infra.15.ca.
Licet autē summū bonū summo labore assequēdū esset: si labor esset eternus: nūq̄ impleretur qd̄ orādo dicimus: Matth.6.
adueniat regnū tuū: ideo necessario cōsequitur vt labor sit tēporalis quidē: gloria autē eterna: que nihil aliud est Boetius.
q̄ status omniū bonoꝝ aggregatione perfectus.

¶Nobis autem reuelauit deus per spiritū suū. Spiritus enim omnia scrutatur: etiam profunda dei. Quis enim scit hominū que sunt hominis: nisi spiritus hominis qui in ipso est? Ita & que dei sunt nemo cognouit nisi spiritus dei. Nos autem nō spiritū huius mundi accepimus: sed spiritū qui ex deo est: vt sciamus que a deo donata sunt nobis: que & loquimur nō

in doctis humane sapientie verbis: sed in doctrina spiritus: spiritualibus spiritualia cōparantes. Animalis autem homo non percipit ea que sunt spiritus dei. Sulticia enim est illi: & non potest intelligere: quia spiritualiter examinantur. Spiritualis autem iudicat omnia: ipse a nemine iudicatur: sicut scriptum est. Quis enim cognouit sensū domini: aut quis instruxit eum? Nos autem sensum christi habemus.

Tho.p.p.q.12.arti.13. ¶Nobis autē reuelauit de⁹ per spiritū suū.] Reuelauit nobis de⁹ pater spū scto suo misso de celis eā sapiētiā q̄ in mysterio venit abscōdita quā nullus principum seculi hui⁹ cognouit. Si queris quare hāc diuinū cōsiliū abscōdit a sapiētibus ⁊ prudētib⁹: ⁊ reuelauit paruulis: nihil
Matth.11. aliud respōdem⁹ q̄ ita pater: qm̄ sic cōplacuit tibi. Volū-
Joan.16. tatis autē dei nō est vlterior causa querēda. Nō autē mireris ꝙ spūs sanct⁹ hec soli deo nota mysteria nobis reuelauerit. [Spūs enī oīa scrutat: etiā ꝓfunda dei.] Ipse est enī de quo scriptū est: cū autē venerit ille docebit vos omnē veritatē. Unde ⁊ illud. Est spūs ītelligētie sanct⁹:
XII. vnicus: multiplex: subtilis: disertus: mobilis: incoinquinatus: certus: suauis: amans bonū: acutus: humanus: benignus: stabilis: omnē habēs virtutē: oīa prospiciens ⁊c.
Sapien.7. que habes. Sapientie.7.cap. Ipse est qui amicos dei ⁊ prophetas cōstituit: omniū est enim artifex: ⁊ cū sit vnus in essentia multiplex est in operatione: sanctus: qr sanctificat mentem quā inhabitat: subtilis: qm̄ quo vult spirat. Etiā intra vterū inclusos spū scto suo replens ⁊ prophetas cōstituēs. Luce.1.⁊ Hiere.1. disert⁹: aperiēs etiā os asine. Numeri.22. cū op⁹ subest: os itē infantiū ⁊ pueroꝝ
Capite.13. qualis erat Daniel: mobilis: qm̄ charitas si Xpa est ociosa nūq̄ est: repēte enim venit de celo ⁊ impleuit totā domū.
Actuū.2. Est ⁊ acutus: habēs ignis naturā qui semp sursum penetrat: nūq̄ quiescit: incoinquinatus: nō enim habitat aīam pctō subiectā: fugiūt enim a facie eius pctā sicut cera a fa-
Psal.67. cie ignis: certus: scrutatur enim etiā dei ꝓfunda: suauis:
Joan.20. nihil enim charitate suaui⁹: amor enim oīa quecūq; grauia sunt ⁊ immania: suauia facit: ⁊ ego eū tollā. Amator bonoꝝ: human⁹: vnde gaudem⁹ cū gaudētib⁹: ⁊ cū flen-
Roma.8. tib⁹ flemus. Roma.12.cap. Benign⁹ in parcēdo: stabilis cōfirmando: quomodo apl's dicit. Quis nos separabit a charitate dei? Deniq; omnē habet virtutē omnē potentiā omnē scientiā: oīa prospicit: oīa gubernat: oīa scrutatur ⁊c. [Quis enim scit hominū que sunt hoīs nisi spi-
Hiere.17. ritus hoīs ipsius qui in ipso est?] Cor enim deo excepto omni homini dicit desperabile ⁊ ꝓfundū. Utrū autē angeli nouerint corda hominū aut demones: alibi dicendū est ad Hebreos.4.cap. Sicut ergo spūs hoīs pro eo qd̄
XIII. est sibi cōsubstātialis nouit quecūq; sunt in corde hoīs: ita de dei spū intelligendū est. Faciē hoīs nō solus homo nouit: cor autē sibi soli notū est. Eodē modo visibilis hic mūdus oībus expositus est: que autē sunt in corde dei: solus spūs dei rimatur qui eiusdē est substātie cū patre ⁊ filio ⁊ hoꝝ triū eadē sapiētia idē cōsiliū ⁊ omnipotētia. [Itaq; eodē modo ⁊ que dei sunt nemo cognouit nisi spiritus dei.] Et quibus voluerit spūs dei reuelare. [Nos autē nō spiritū huius mūdi accepimus:] vt doceamur sa-
Baruch.3. pientiā seculi que stulticia est apud deū: de qua dicitur:
Luce.16. filū Agar qui exquisierūt prudentiā que de terra est: in qua prudētiores sunt filijs lucis: sunt enim Argi centoculi: viam autē sapiētie nescierūt: ⁊ propterea perierūt. [Sed accepimus spiritū qui ex deo est:] accepimus autem ad hoc. [Ut sciamus per eum que a deo dono accepim⁹.] Quāto enim maiora sunt hoibus beneficia cōstituta: tāto grauiora in gratis supplicia. Cessat etiā gratiarū discursus: vbi recursus nō fuerit. Nec modo nihil augetur ingrato: sed qd̄ accepit: vertitur ei in pernitiē. Uide Genesis.41.cap. ibi: cōfiteor peccatū meū. Et.2.Paralip.24.cap. ibi: ⁊ nō est recordatus Joas rex. Infidelis enim in modico: cēsetur indignus munere ampliore: qd̄ ne aplo Paulo cōtingeret: nō reposuit acceptā mnam in sudario. [Sed que inquit: ⁊ loquimur ⁊ tradimus nos] Luce.19.
vicissim alijs qui ad fidē christi vndequaq; veniūt. Non quidē in doctis verbis humane sapiētie: que stulticia est ⁊ aurā tātū percellēs: sed in doctrina spiritus: loquebant enim varijs linguis prout spūs sanct⁹ dabat eloqui illis. Actuū.2.
Doctrina igit spūs est que docet spiritū dei. [Spūalibus spiritualia cōparātes.] Grece συγκρίνοντες Idest cōferētes: spiritualib⁹ autē nō ad hoīes Refertur: sed ad res spūales quibus accomodādam apl's putauit intelligentiā item spūalē. Uideret enī absurdū celestem illā doctrinā humanis verboꝝ flosculis cōmendari. Qd̄ si sic interpreteris: spūalib⁹ spiritu cōferentes: idest sacramēta euāgelij cū sacramētis legis veteris cōferētes: nō perinde quadrat ad intētionem apl'i. Spūalia autem que a deo accepim⁹: ⁊ spū scto reuelāte cognouimus dona sunt gratis data ⁊ gratuita: ⁊ oīa que habem⁹ in spe: quoꝝ accepimus in presenti pignus ⁊ arrabonē. Nos XIIII.
igitur spū scto reuelante scimus que nobis a deo donata sunt: que ⁊ alijs vicissim tradim⁹: ne ingrati inueniamur gratie dei. [Animalis autē homo:] caro ⁊ non spūs: qui Actuū.19.
nec si spūs sanct⁹ est vnq̄ audiuit: homo inquā cuius aīa ancillatur: cui⁹ caro dominat: hō inquā qui virtutis quidē nullū vestigiū relinquere potuit: vbiq; signa sue vane stulticie pre se ferens qui nō posuit deum adiutorē suum sed sperauit in vanitate sua: hic talis qui nihil habet de Psal.51.
hoīe preter nomē figuramq;: intus autē cōparatus iumē- Psal.48.
tis ac per oīa illis similis. [Nō percipit ea que sunt spūs dei.] Sequit enim affect⁹ humanos: ⁊ diuina opera metitur sciētia acquisita. Cū enim tumeat carnali sapientia irridet ⁊ pro stultis ducit: ea oīa que sola fide tenemus. [Unde dicit. Stulticia enī sunt illi.] Secūdū humanū sensum: resurrectio mortuoꝝ: part⁹ virginis: gloria crucis ⁊ nouoꝝ demonioꝝ videt inquit antistitor. [Et ideo nō Actuū.17.
potest intelligere:] hec v3 mysteria. [Qm̄ spūaliter examinātur] idest diiudicātur. Quomodo enim intelliget mysteriū incarnati verbi: virginalis partus: sacramētum resurrectionis: qui nihil credit nisi id qd̄ videt: ⁊ adhuc tangens cū Thoma: Joan.20.cap. Dicit vox Jacob: sed manus Esau sunt. Hec igitur mysteria spūaliter diiudi- Gene.27.
cantur. Qualis autē vnusquisq; est talem sibi finē cōstituit: et vnusquisq; optim⁹ iudex est eoꝝ que nouit. Ma- XV.
le autē iudicat cecus de coloribus: ⁊ palatū amarū de saporibus: margaritas porcus non curat. Eodē modo aīali homini spūalia stulta videtur. [Spūalis autē homo iudicat oīa:] nō quidē certa cognitione qd̄ est proprie cōprehensoꝝ: sed certissima fide: que futura bona ⁊ occulta mysteria quasi corā oculis ponit. Itē spūalis diiudicāt oīa tēporalia ⁊ que retro sunt obliuiscens / ad eterna suspirāe: Philip.3.
terga vertēs Egypto: faciem ad terrā viuentiū. In mōte Gene.19.
inquit saluū te fac. [Et ipse a nemine iudicatur.] Cecus enim quomodo iudicabit videntem: aut sapientē stultus? Nisi forte aliquādo bon⁹ dormitet Homerus: quādo nō oēs oībus sapiunt hoīs: ⁊ asina stulta ⁊ aīalis coarguat prophete vesaniā: qui cadit: ⁊ tunc aperiūtur oculi eius. Nume.22.
De aīalib⁹ hominib⁹ qui nō percipiūt ea que sunt spūs dei: scriptū est Numeri.32. Nūquid fratres vestri ibūt Figura.
ad pugnā: ⁊ vos hic sedebitis? Ruben ⁊ Gad ⁊ dimidie trib⁹ Manasse hereditas que per Mosen datur ⁊ extra iordanē determinat in.12. tribub⁹ israel: occultis quibusdam ⁊ mysticis rationibus totius humani generis figuram cōplectitur: vel omniū saltē qui ad agnitionē veritatis venerūt. Hoꝝ ergo pars aliqua extra iordanē heredi- Origenes.
tatem cōsequitur per Mosen: pars vero trans iordanē

xvj. hereditatē suscipit in terra fluēte lacte τ melle per Josue. Et illi quidē qui extra iordanē hereditatē acceperūt: oēs sunt primogeniti: Ruben primogenit⁹ Lie: Gad primogenitus Zelphe: Manasses primogenitus Assenez vxoris Joseph. Oēs isti primogeniti sunt: τ ideo priorē populū designāt qui nō per iesum christū sed per Mosen hereditatem acceperūt extra iordanē. Causa fuit q̄ habebāt multa iumēta. Et hec est causa q̄ prior ille populus ad terrā fluētem lacte τ melle nō potuit peruenire: nec verbū carnem factū potuit agnoscere q2 multa habebat pecora. Nā

Psal. 48. sicut hic apl's dicit: τ verū dicit: animalis hō ex quo assimilatus est iumētis τ similis factus est illis / nō percipit ea que sunt spūs dei. Pro his ergo iumentis quibus est assimilatus: extra iordanē hereditatē accipit: τ terra sancta se fecit alienū. Spūalis autem diiudicat non quidem oīa que cōtinet diuina scientia: sed oīa que cōducunt ad iusticiā τ optimos mores: q̄ τ sufficiūt ad cōsequēdā vitam eternā. Nō autē animalis homo nō percipiat ea que sunt spūs dei: sed tanq̄ stultus de singulis dicit: durus est

Joan. 6. ca. hic sermo: quis poterit portare eum? Esaias testatus est dicēs. Quis cognouit sensum. i. mētē dñi aut quis instruxit eum? Nos autem inquit: mētem christi habemus. Habemus autem reuelāte spū sancto qui etiā scrutatur profunditates dei. De hac autoritate diximus in fine capitis vndecimi ad Romanos.

¶ Tertium caput.

Et ego fratres nō potui vobis loqui quasi spiritualibus: sed quasi carnalibus: tanq̄ paruulis in christo lac vobis potum dedi nō escam. Nondum enim poteratis: sed necnūc quidem potestis. Adhuc enim carnales estis. Cū enim sit inter vos zelus & cōtentio: nonne carnales estis: & secūdum hominem ambulatis? Cum enim quis dicat: ego quidem sum Pauli: alius autē ego Apollo: nōne homines estis? Quid igitur est Apollos? Quid vero Paulus: nisi ministri eius cui credidistis: Et vnicuiq; sicut dominus dedit.

Pria ¶ Et ego fratres non potui loqui vobis quasi spūalibus: sed quasi carnalib⁹: quomodo dicit Joānes. Jesus autē nō se credebat eis. Capite. 2. Quis

2. Cori. 12. enim ferre potuisset: si raptus in tertiū celum: τ arcana verba audiens que eloqui hoībus nō liceat: tam immēsos sciētie sinus aperiret? Sed sicut scriptuz est: ascendens dñs petri nauim: τ a terra perpusillū seiuncta: docebat turbas. Nauis hec eccl'ia est: de qua dñs vt turbis

Luce. 5. ca. predicet: a terra paululū reduci iubet: nec tamen in altū maris deducit: illud significās verbi dei satores rudi populo nec alta nimis de celestibus nec tamē terrena predicare: sed sicut dicit: sicut aquila prouocans ad volandum

Deut. 32. pullos suos: τ super eos volitans. Et illud: omnia poma noua τ vetera serua ui tibi. Sensum inquit christi τ mētem eius nouerā reuelante spiritu sancto: vt si essetis idonei τ viri pfecti: maiora vobis de secretis scripturarū τ mysterijs abditis tradidissem: quod si facerem: videbar operam perditurus: nihilq; aliud facere q̄ laborem ferre vt dicitur: vnde nihil comodi essem reportaturus preter laborē. Quomodo enim traderē margaritas carnalibus cōtra dei preceptū: quas cū nihili ducerēt: cōculcaturos nouerā? Animalis enim homo τ carnalibus assuet⁹ doctrinis: nō percipit ea que sunt spūs dei: in his Talpa cecior. Cum igitur euangelium habeat sua rudimenta corticem vz: habeat τ fastigiū. i. medullam: τ predicatoris sermo ad omniū captū auditorū accomodād⁹ sit: sicut Heliseus cōmensuratus est puero: quādo primū inquit vos a dū libratis viribus vestris que plane paruulorū erant nō virorū perfectorū. [Tanq̄ paruulis nuper renatis in christo lac vobis potū dedi: nō escaz.] ¶ Lac secūdum doctorem subtilem ea mysteria sunt fidei nre que cōmuniter τ cotidie in ecclesijs predicātur: vz cōceptus τ partus virginis: christi passio mors τ resurrectio τ ascensio: que quātūlibet simplices in ecclesia ex terminis intelligunt. Sic Paulus nunc officio patris fungens: τ si multos inquit pedagogos habeatis: nō inquit parētes: in christo enim iesu per euāgeliū ipse vos genui: nūc vero officio matris: lacte pascit quos genuit: refugiens vel illud maxime ne alienis vberibus nutrirētur. Ita apl's qui sapientiā loquit inter perfectos: nūc cum infantibus quasi dimidiata verba eloquitur: τ vt ita dicā cū balbis balbutit: sicut Dauid apud Achis stultus fit: τ Saul inter prophetas prophetizat. pmi Regū. 19. capite. Induit enim Paulus naturā cameleontis: homo sane omniū horarū polypi mōrem obtinens: pro tēpore τ personis aliaz atq; aliam doctrinā tradens: alium atq; aliū vultū assumens. [Nōduz enim poteratis. Quomodo christus iuxta virtutem vniuscuiusq; vni dedit. 5. talenta: alij duo: alij vero vnū. Poterā ego maiora tradere: atq; eructare de thesauro meo τ noua τ vetera: sed vos nōdum capatiores eratis altioris τ solidioris cibi: nec mirū q̄ tunc non poteratis: illud miruz quomodo qui iam ob tēpus deberetis esse magistri: vt alios nutriretis: adhuc tamē nec potestis. Quomodo autē vobis tradā verbū qd erat in principio apud deū: τ qd factū est in ipso vita erat: si ne nunc quidem potestis vel illud intelligere: paruulus enim natus est nobis τ filius: cuius imperiū super humerū eius τ vocabitur nomē eius magni cōsilij angelus? [Adhuc enim carnales estis: nihil inquit respiciūt oculi vri nisi Man. Memores salis aule regie. pmi Esdre. 4. ca. Nihil suspiratis preter ollas carnis quas in Egypto reliqstis: quarū odor adhuc est in naribus vris: τ nidor: nōdum carnales affectus plene exuistis: adhuc mugitis pro reclusis vitulis. vadā inquit post amatores meos qui dāt panes mihi τ aquas: τ linū τ lanam τ oleū meū. Et dñs. Ecce ego lactabo eam τ ducaz in solitudinem τ loquar ad cor eius. Osee. 2. capite. Judei enim ppterea introducti sunt ad terrā fluētem lacte τ melle: q2 nōdum poterāt capere solidiorē cibū. Hieronym⁹. Qui ergo adhuc carnales sunt: lactātur verbo dei: donec grādescant τ occurrāt in virum pfectū: τ tūc ducūtur in solitudinē cū Ezechiele vt videāt dei visiones: τ loquatur dñs ad cor eorū: reuelans eis secreta cordis que τ apl's nouit per spiritū sanctū. Qui autem adhuc hoīes sunt: lacte pascūtur: dat enim dñs etiaz escā iumētis τ pullis coruorū inuocātibus eum. Hi sunt Corinthij adhuc carnales τ carnaliū parentū filij: τ vt dicitur mali corui malū ouum. Nō si nō sunt adhuc carnales. [Unde inquit inter vos zelus τ cōtentio:] Atq; vtinam cōtēderetis quis maior futurus sit in regno celorū. Optima autē est τ illa cōtentio qua quis cōtēdit vt vilior fiat in oculis suis: vel qua quis cōtendit intrare per angustā portā in regnū celorū quādiu ianua patet. Cōtētiones tamē tēporis hui⁹ alie sunt a cōtētiōe Thebeorū vz quis propior assideat τ vtinā ad dexterā christi. O ambi-

(Margin: Prouerb. — Matth. 7. — 4. Reg. 4. — Trigesima quinta. q. 5. quedaz lex. de peni. τ remis. deus qui. — Infra: 4. c. — Infra — pmi Re. 21. — Prouerb. — ij. — Matth. 25. — Hebre. 5. — Joan. 1. ca. — Esaie. 9. ca. — 1. Regū. 8. — Osee. 2. ca. — Hierony. — Ephe. 4. — Ezechie. 1. — Psal. 146. — Prouerb. — Luce. 22. — iij. — 2. Regū. 6. — Luce. 15. — Matth. 20.)

Hester. 6. tio ambientiū crux: quomodo oīb⁹ placens: oēs crucias. Quid enim aliud ambitiosi cogitant nisi qd Aman: vz q̄ nullū aliū rex honorare vellet nisi ipsum. Exitus tamen rei docuit / zelus τ cōtētio quid pariat. Cū enim inquit [Sit inter vos zelus τ cōtentio: nōne carnales estis: τ secūduz hominē ambulatis?] Dic inquit fratri meo vt diuidat mecū hereditatē: diuisus est christus? Luce. 12. cap. Exponit autē apl's zelū eorū τ contentionem (non zelum

4. Reg. 10. vtiq; Phinees. Numeri. 25. Aut saltē ipsius Hieu) cū dicit. [Cū enī quis dicat ego sum Pauli: ali⁹ ego Apollo.] Perinde est ac si dicatis: ego suz Cynicus: ego autē Platonic⁹: τ hec dicēdo. [Nōne hoīes estis?] Ergo sicut ho

Psal. 81. ca. mines moriemini. Ego autem dixi dij estis: τ filij excelsi oēs: vos dicitis: ego sum Apollo vel Cephe. Hec quidez transfigurauit apl's in se τ in Apollo: non q̄ essent aliqui qui dicerēt: Ego suz Pauli τc. Sed sub noīe suo ppo nit discordiā Corinthiorū: vt res sic magis inuidia vacaret. ¶ Si autē Paulus τ Apollos qui vel precipui erāt dei ministri: nihil tamen amplius erāt q̄ ministri ceteri quo ad ministeriū vz baptismatis: multo minus alij inferiores Paulo. Ministri sunt enim tantū per quos deus bona sua largitur: canales sunt nō fontes: fluuij nō mare. Nubes nō pluuia: cophini nō frumētuz: lumē de luce que illuminat omnem hoīem τc. Deniq; nisi accedat verbū ad elemētum: quidem est Paulus nisi Paulus: τ quid est aqua nisi aqua? Accedit ergo Xbū eius qui inuisibiliter regenerat τ fecūdat: τ fit illud sacramētū. Moses inuictus mittitur ad Pharaonē: τ Jonas ad Niniuitas: τ Ananias Saulo. Ministri enim sunt velint: nolint: serui non dñi. [Quid igitur est Apollos? Quid vero Paulus / Petrus / Joānes: quid ceteri apl'i: nisi ministri per quos credidistis? non sunt inquā autores munerū: non ipsi panes multiplicāt aut pauculos pisces: multiplica

Joan. 6. ca. tos tū apponūt turbis: organa sunt / τ muta nisi spūs dei

iiij. aperiat τ impleat: τ perflet: era sunt tinnientia: nisi spūs intellectū tribuat: ministri sunt eius cui credidistis: non tamen equales ministri / stella enim a stella differt: sed vni

Infra. 15. ca. cuiq;. [Sicut dñs diuisit mēsurā fidei τ ceterorū que ministri nisi accipiāt: nō habent. de gr̄a autem que in sacra

Vide Luce capite. 9. de quodā eijciente demones qui tamē christuz nō seqbat. mēto baptismatis infunditur: nō loquimur: vt vel detur maior vel minor secūdū differētiā ministrorū: candez enī mēsuram acceperūt quos baptizauit Judas quā quos lauit τ diluit Petrus. Cetera dona vz fidem: charitatem: sapientiā: propheciā τ similia nō eque partitur deus: sed diuidit singulis prout vult.

Infra. 11. ca. ¶ Ego plātaui: Apollos rigauit: sed deus nūc incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat est aliquid neq; qui rigat: sed qui incremētum dat deus. Qui plantat autem & qui rigat vnum sunt. Vnusquisq; autem propriā mercedem accipiet secundum suum laborem. Dei enim sum⁹ adiutores. Dei agricultura estis. Dei edificatio estis. Secundum gratiā dei que data est mihi: vt sapiens architectus fundamētum posui: alius autem superedificat. Fundamētum enim aliud nemo pōt ponere preter id quod positum est: quod est christus iesus. Siquis autem super edificat supra fundamētū hoc aurū: argentum: lapides preciosos: ligna: fœnum stipulam: vniuscuiusq; opus manifestum erit. Dies enim domini declarabit: quia in igne reuelabitur: & vniuscuiusq; opus quale sit ignis probabit. Si cuius opus manserit: quod superedificauit mercedē accipiet. Si cuius opus arserit: detrimētum patietur: ipse autem saluus erit: sic tamen quasi per ignem.

¶ Ego inquit apl's verbi gr̄a plantaui] fidem non super alieno fundamēto. Quid est autē illud: oīs plātatio quā nō plātauit pater me⁹: eradicabitur? Sed dei inquit ministri sumus. Ego inquā predicaui / τ vos catechuminos institui: credēda interim nudis tradens verbis τ pingui minerua: deinceps Apollos rigauit: baptismatis vnda diluens τ quasi cōfouens doctrina sua: que ego semina mādaueram terre vre: hucusq; potest esse ministra industria humana τ coadiutrix dei: deus autē incremētum dedit. Est enim Paulus homo positus in paradiso vt operaret τc. Sicut enim per Noe τ tres filios eius hominum genus multiplicauit vniuersi cōditor deus: ita τ per vndecim piscatores illitteratos τ idiotas qui neq; os aperire audebāt: omnem sibi orbē cōciliauit τ de nouo plātatuz secus decursus aquarū auxit. Ipsi sunt qui obturauerūt philosophorum ora: τ percurrerūt orbem quasi penata aialia: pristinas affectiones reuellētes: christiq; euāgeliū vbiq; plantantes manu τ cultu regio. Cū enim essemus oleastri τc. Et neq; q̄ pauci erāt: illitterati: quiq; austera docebant τ insolita: pregnia tamē iussione eius qui dixit: Ecce ego mitto vos: orbis subiecerūt pedibus christi. Deus igit est qui dat incremētū. Et tamē plus dat per vnū q̄ per aliū: qm apl's Paulus vnus erat: sed plus oībus laborauit. ¶ Illuminat enim omnē hoīem venientem in hunc mundū: nō tamē oēs eque illuminant: sed vnicuiq; sicut deus dedit: nemo tamē plus accipit q̄ vt sit dei minister. Non tamē oēs eque fideles ministri sunt sicut Moses in omni domo dei fidelissimus. [Itaq; neq; qui plātat est aliquid neq; qui rigat:] foris tantū agit quicquid est qd administrat: aliquod adiumentū impēdit: vterq; tamē homo est: deus est autē qui incremētum dat. Ad hoc pertinet q̄ cū diceret Rachel marito suo Jacob: da mihi liberos: alioqui moriar: respōdit Jacob cū ira. Num pro deo ego suz: qui priuauit te fructu vētris tui? Homo plātare τ rigare potest: generare nō potest: qd dei est solius. Ipse est qui crescere fecit sub vna nocte hederā super caput Jone: cuius iterum maledictione ficus exaruit. Seuit τ Jsaac in terra Palestinorū: τ miserāte deo q̄ incremētū dat: inuenit in ipso anno centuplū: sed hordeum. Nec dum enim granū frumēti in terrā deciderat. Hinc τ illud Aggei primo. Seminastis multū: τ intulistis paucū. Comedistis τ nō estis saciati. Inferte igitur dicit Malachias omnē decimā in horreū meū: τ probate me super hoc: si nō aperuero vobis cataractas celi: τ effudero vobis benedictionem vsq; ad abūdantiā τ increpabo pro vobis deuorātē: τ non corrūpet fructus terre vre: τ beatos vos dicēt oēs gentes. Deus est igitur qui incremētum dat: a quo habemus τ initiuz salutis nre: τ expectamus coronā laboris nostri. Nostri: an τ sui τ nri? Sine illo enim nihil possumus. Laborauit enim τ ipse vsq; ad mortē pro iniquitatibus nris. Qui plātat igit τ qui rigat, vnū sunt:] τ Paulus τ Apollos τ ceteri hoīes cōditione nature: officio ministri vnius domini. Operarij sunt cōducti a patre familias: nō sunt autores fidei vre: opus peragūt alienū non suum. Gratiā sicut τ gloriā dñs dat nō autē Paulus aut Apollos. [Vnusquisq; autē propriā mercedē accipiet secūdū suū laborē.] Posuit enim deus hoīem in paradiso vt operaretur in eo. Quicquid delitiarū habet agricultura: tunc vtiq; lōge amplius erat: qn nihil accidebat aduersi. ¶ Non enim est credibile q̄ deus hoīem ante peccatū dānaret ad laborē. Erat igitur opus illud exhilaratio volūtatis: cum ea que deus creauerat humani corporis adiutorio latius feraciusq; prouenirēt. Quō enim maius mirabiliusq; spectaculuz est aut vbi magis cum rerū natura ratio quodāmodo loqui potest: q̄ cū positis seminib⁹: plātatis surculis: trāslatis arbusculis: insitis mal-

(Margin: Distin. 19. secūdū eccl'ie consuetudinē. τ. 23. q. 4. ipsa pietas. — Gene. 2. ca. — Apostoli. — Hester. 1. — Chrysosto. — Matth. 10. — v. — 1. Corin. 15. — Joan. 1. ca. — Numeri. 12. — De cōse. di. 4. baptism⁹ de decimis. cū nō sit. — Gene. 30. — Jone. 4. ca. — Matth. 21. — Gene. 26. — Malach. 3. — vj. — Joan. 15. — Esaie. 53. ca. — Matth. 20. — Psal. 83. — Gene. 2. ca. — Augustin⁹.)

vij. leolis:tãq̃ interrogat queq3 vis radicis τ germinis quid
possit. Quid in ea valeat numerorum inuisibilis inte-
Plantare. riorq3 potẽtia: quid extrinsecus adhibita diligẽtia: in q3
ipsa cõsideratione prospicere: q neq3 qui plãtat est aliqd
neq3 qui rigat:sed qui incrementũ dat deus:qm̃ τ illud
opus qd accedit extrinsecus:per illũ accedit quem nihil-
ominus creauit τ regit atq3 ordinat inuisibiliter deus.
Igitur hõ non oĩno nihil agit cũ plantat τ rigat:qm̃ sicut
apl's dicit. [Dei adiutores alias cooperatores sumus.]
Qui igitur adiuuat τ cooperatur deo:τ cui deus coope-
Psal.118. ratur:sicut dicitur:adiuua me τ saluus ero:τ illud:cõfor-
Esaie.41. taui te τ auxiliatus sum tui: aliquid agit: vnde mercedẽ
accipiet secũdum suũ laborem. Utitur enim deus in salu-
tem suorũ irrationabili creatura:tanq̃ iumẽto vel instru
mẽto que expleto opere nusq̃ erũt:vtitur creatura ratio
Esaie.10. nali sed maliuola quasi discipline virga (ve Assur virga
furoris mei) que correcto filio igni traditur. Utitur τ an
gelis τ hoĩbus bone volũtatis tãq̃ coadiutoribus suis:
Luce.22. quos peracta victoria faciet recũbere super mẽsam suaz
in regno : τ tamẽ vnusquisq3 mercedẽ accipiet secũdum
suũ laborem. ¶ Qd optime prefigurauit ille qui vocatus
Gene.43. est saluator mũdi:quando cenaturus cuz fratribus: oẽs
ordinate sedere fecit: primogenitꝰ iuxta primogenita: τ
minimus iuxta etatẽ suã:ipse est Beniamin.i.apl's Pau
Figura. lus dei adiutor:qui plus oĩbꝰ laborũ exhausit. Unde ma
ior pars venit ipsi Beniamin: ita vt in.5.partibus exce-
deret:vnde ceteri qui assidebãt τ assistebãt sumptis par
tibus mirabãtur nimis:dicẽtes. Hic nouissimꝰ venit ad
Matth.20. laborẽ: τ parem illũ nobis fecisti. Par quidẽ factus est
apl's ceteris apl'is in ministerio apostolatus:par qm̃ me
ruit thronũ.12.possidere: in laboribus autem forsan in
quinq3 partibus excessit ceterorũ singulos. Dei igitur ad
iutores sumus.[Uos autẽ dei agricultura estis:dei edi-
ficatio estis.] Uos igitur estis tẽplum qd ille inhabitat:
vos palmites : τ ille agricola : vos τ ager cui benedixit
Matth.16. deus quem inhabitator colit. ¶ Huius edificij christus
viij. fundamentũ est quod τ posuit Petrus piscator τ apud
Corinthios Paulus:huius τ agri christus est frumenti
granũ:qd mortificatũ:multiplicatum est. Joan.12.capite.
Cãticor.8. De hoc edificio scriptum legimus : si murus est:edifice-
mus super eũm propugnacula. Ecclesia que prius sine
vberibus intra vnius cõclauis locũ metu Judeorũ se cõ-
tinebat: misso spũ sancto de celo: vadunt apl'i gaudẽtes a
Actuũ.5. cõpectu concilij qm̃ digni habiti sunt τc. Ecce qualis mu
rus facta est ecclesia: que modo tenerrima nec pedem cu-
iuslibet gradiẽtis sine sui lesione gerit: modo vero acce-
pto spũ sancto vniuersi exercitus principũ tenebrarũ ha-
rum impetũ secura contẽnit. Sed quare murus vocata
est vel paries: τ nõ potius domus : templum vel ciuitas?
Quãdiu ecclesia in Judea erat murus tantũ erat:τ pa-
ries vnus qui domũ claudere nõ potest. Cũ autẽ hinc ve
Luce.2.ca. nerũt pastores.i.Judei de ppe:τ Magi.i.gẽtes de lõge
Matth.2.capite, tanq̃ duo parietes ex diuersis partibus
vnum ouile τ vnam aulam vnum tẽplum vnũq3 edificium
constituerunt de quo dicit apostolus dei edificatio estis.



Sed q2 linee due recte nullã figurã
claudũt : est enim figurarũ recti li-
nearũ prima triangulus: addit pa-
Luce.15.ca. ries tertius angelorũ exercitus.i.
nonaginta nouẽ oues deserti: τ fit
tẽplũ triangulũ qd inhabitat is qui
est trinus : iuxta illud : mansionem
apud eum τc. Hoc edificiũ non solũ
augmentũ summit ministerio bonorũ dei ministrorũ: sed
sicut ecclesia loquitur: supra dorsum eius fabricauerunt
Psal.128. peccatores. Oĩa enim ecclesie cooperãtur in bonũ. Et q ma
Roma.8. gis mireris:plus dilatatur tribulatiõibus q̃ prosperita-
tibus: sicut scriptũ est. Psal.4. In tribulatione dilatasti
me:qui cũ infirmor:fortior sum. ¶ Dicamꝰ τ illud. Tan-
tam in rabiem persecutionis tẽpore Tyrãnorum feritas ix.
excitata est: vt etiã cõciliabula nr̃a destruerẽt: diuinos li
bros igni traderent: oẽs insule metalla carceres cõfessorꝰ
τ martyrũ catenatis gregibus implerẽtur. Quis eo tẽ-
pore crederet rursus ecclesias cõstruendas ab his ipsis ¶ Ecclesia.
qui ante destruxerãt? Non q ijdem hoĩes fuerint: sed q
eadẽ regalis potestas que priꝰ sedebat in insidijs cũ di- Hierony.
uitibus. Psal.9. Et quasi exsenatus cõsultu christi nomẽ
conabatur extinguere: nũc expensis reipublice ecclesias
extruat: τ exaltet summa fastigia: vt non solũ laquearia τ
tecta fulgentia auro decoret: sed parietes diuersi mar-
moris vestiat crustis: τ diuinos libros quos prius trade
bat incendio: nũc deauratos τ purpuratos τ gemmaruz
varietate distinctos in custodiã Romani venereturꝰ sta-
tus? Ego inquit fundabo te in sapphyris : sed venerunt Esaie.54.
structores tui. Ecce in manibus meis descripsi te:muri
tui corã oculis meis semper. Et sicut.70.dixerũt: super Esaie.49.
manus meas depinxi muros tuos: τ corã me es semper. 70.
Structores igit qui venerũt Paulus τ ceteri ministri
τ coadiutores dei sunt. Eccl'ia est edificatio dei: que olim
paupercula erat τ tẽpestate auulsa τ pusillus grex: de-
inceps murus: tum ecclesia: nũc autẽ turris cũ propugna
culis: vnde mille clypei pẽdent τ oĩs armatura fortiuz τ Cãtico.4.
theatron dei τ angelorũ: τ huius turris angeli sunt custo
Infra. 8. c. saturitate ferociebāt: ⁊ recalcitrabāt: diuitijs tumebāt: scientia. n. inflat: ⁊ regno erant seditiosi: dicētes ego sum huius: ego illius: ego autem christi. Sed vtinā inquit re
ix. gnetis: ⁊ non magis iterū iugo seruitutis subijciamini: cū ego vos in libertatē vocauerim. ¶ Et nos inquit vobiscū regnabimus: regnāt apud vos qui iacto fundamēto: superstruūt lignū ⁊ fenū: cur non ⁊ nos qui vobis primū christū annūtiauimus? Quod si ita est. [Puto ꝙ (ira to deo) nos apostolos nouissimos hoc est abiectissimos ostēdit atq; omniū infelicissimos ⁊ q̄si morti obnoxios:] more eorū qui iuxta Romanā cōsuetudinē inclusi caueis spectante populo: bestijs obijciebant: quasi vita indigni.
21. Cap. Sicut sunt destinati ad mortē Helias ⁊ Enoch secūduz prophetiā Apocalypsis. Quod etiā apo. Ironice dicit. Puto inquit ego ꝙ ita sit: nō tamē ita est: cū nomina no
Luce. 10. ca. stra scripta sint in celis: deq; nobis scriptū sit: omnis qui vos interficit arbitrabit se obsequium prestare deo: sed
Joan. 16. hec facient vobis: quia nō nouerūt patrem neq; me: qui
Heb. 11. c. bus inquit dignus nō erat mūdus. Cū sapiens quidam ꝙ quēdā Tyrānū acri⁹ carperet: pulsus esset patria sua: huic dū quidā conciuis occurreret diceretq;: priuat⁹ es
Exemplū. patria tua: minime inquit: imo ipsi priuati sunt presentia mea. [Nec tantū hoc existimo: imo ⁊ illud qd veritas habet: ꝙ spectaculū facti sumus mūdo ⁊ angelis ⁊ hominibus.] Mundo qui transit cū cōcupiscētia sua. 1. Joā. 2. mūdo de quo dicitur: mūdus eum non cognouit. Joā. 1.
Joan. 15. mūdo/de quo christus: si mundus inquit vos odit: ⁊ me prius odio habuit. Homines autē illi sunt: qui terrena sapiūt: qui in terra scribentur: homines de quib⁹ dicit:
Psal. 58. vniuersa vanitas omīs homo viuēs. Angeli sane illi sunt in quibus deus reperit prauitatē. Job. 4. qui se in ange
Prouerb. los lucis trāsformāt: harū tenebrarū rectores. Ephes. 6. c. cū quibus nobis est perpetuū bellū et implacabilis inimicitia: qui nostris malis oblectantur perinde quasi can
x. tharides in bouino stercore. ¶ Et o rerū nouitatē in diuersuz inuersam (adhuc autem Ironice loquitur.) Nos stulti propter christū: vos autē prudentes in christo. Hodie inquit increuerūt serui qui fugiūt dn̄os suos. 1. Reg. 25. Et illud. Hec est tua spes: p qua elemosynas facies: bas? Tobie. 2. vide. 1. Reg. c. 21. de Dauid insaniente sed sobrie. Predicamus. n. christū crucifixū iudeis scan. Gētibus autē stulticiā: vos autē prudētes sed apud vos met ipsos: apud vros pseudapostolos ⁊ baptistas: reuera autē nō prudētes in christo sz stulti. Sic ergo intellige textū: nos prudētes in christo: vos autem stulti ⁊ insipiētes a christo. Reuera autē quid aliud q̄ ludere videmur: cū quod seculares appetūt in hoc seculo: nos fugimus: ⁊ qd
Bernard⁹. summe cauent amplectimur? More videlicet ioculatorū qui capite deorsum misso: pedibusq; sursum erectis preter humanū vsum stāt manibus ⁊ incedūt: sicq; in se om
2. Regū. 6. nis oculos defigūt. Prospectat ⁊ Michol e fenestra ludētem ante arcam regē Dauid. Sed ⁊ dn̄s Jesus lusus fact⁹ est ministris Pilati: cū genu flexo dicebāt. Matth. 27. aue rex. Uiuim⁹ inter bonos ⁊ malos spectaculū omnibus facti: qui nos amāt: querūt quid laudēt: q̄ nos oderūt: querūt quomodo de nobis detrahāt. Hoc modo Jo
1. Reg. 19. ⁊ 22. nathas multa bona retulit de Dauid ad Saul patrē suū. Doec autem idumeus multa de corde suo finxit mēdatia

contra eūdem virū secūdum cor dei: ⁊ pro his cantat⁹ est Psal. 51. quid gloriaris in malicia. ¶ Angeli sane expe Psal. 51.
ctant victoriā nostrā ⁊ agones: angelorū dn̄s presidet: corona certaminis preparata est. Uide autem quantus ho Chrysost.
nor ⁊ gloria est: quātaq; cautela opus est: quando is qui pro nobis animā suā posuit: ipse est probamentū iuditiū q; certaminis. Olympiaco nāq; certamine ⁊ friuolo per xj.
ditoq; spectaculo/ impositor coronarū in ipso cōtētionis examine preesse cōsueuit: ⁊ in medio theatro consistēs: nulli parti fauorabilis venire ꝓcurat: sed ipsi⁹ certaminis expectat incertū. Ita ⁊ dn̄s inter nostrū ⁊ diaboli certamē media lance cōsistit: sed nobis si vicerimus: celum preparauit: diabolo autē post victorias suas: gehēna est preparata. Unde serpens post q̄ parentes nostros seduxit: non de victoria premia reportauit: sed iubetur super pect⁹ ambulare: terrā comedere: ⁊ sub maledicto esse cū Genes. 3.
ctis diebus. Erant aūt apud antiquos qui pētagonij vocabantur: hi erant q̄ pugnis: cestu: cursu: saltu atq; luctatione pugnātes vincebāt. Hi apud grecos non auro aut argento donabātur: sed corona in texta ex folijs arborū: vt certamē esset pro gloria nō pro auro. Unde quidā Ar Exemplū.
tabani filius dixit Mardoni ductori exercit⁹, pape Mardoni in quos viros induxisti nos ad pugnandū: qui non pecuniarū certamē agitant: sed virtutis. Adducā super eos Medos: q̄ non aurū querant. ⁊c. Esaie. 13. c. Uictores enim in Olympico certamine coronabātur oleastro: in Pithijs ludis lauro: in Isthmiacis pinu: in Nemeis apio. ¶ Quidā Epaminūdas Theban⁹ Lacedemones vincēs: letaliter vulnerat⁹ est: relatusq; in castra semianimis ibiq; vocē spiritūq; recolligens: a circūstantib⁹ requisiuit nū cadenti sibi scutū ademisset hostis: qd vt seruatū audiuit: allatūq;: velut laborū glorie sociū deosculat⁹ est. Iterū q̄siuit vtri vicissent. At audiuit Thebanos vicisse: bene habere rem dixit: atq; ita velut gratulabūd⁹ patrie: expirauit: vitam cū sanguine effluere cernens. Sed ⁊ Lacene mulieres eūtibus filijs ad bellum porrigebāt clypeū dicētes: aut cum hoc aut super hūc. Et isti quidē pro corruptibili corona certabant: nobis autem reposita Infra. c. 9.
est corona iusticie. 2. Timoth. 4. interim aūt spectaculū facti sumus. ⁊c. [Nos velut stulti reputati sum⁹: vos autē prudentes] sed carnis prudētia que inimica est deo. [Nos infirmi ⁊ imbecilles: vos autē fortes] Paulus tamen cū infirmatur: tunc fortiores vires recuperat quasi alter Antheus. Fortitudo autē vestra insanie q̄ proxima Antheus.
est. [Uos nobiles ⁊ clari ⁊ genere ⁊ diuitijs: nos autem ignobiles] ⁊ contēpti: ⁊ pelliones ⁊ obscuri: ⁊ infames. Ad Job percussuz vix amici tres venerūt: eo vero sanato: quicūq; eū noue. ⁊c. Uide Job. c. vltimo: cui ⁊ munera obtulerūt. Quid vltra? Nos gregem pauimus: alij lanis induūtur: nos feminauim⁹: alij laborib⁹ nostris pascunt: nos militauim⁹: alij stipēdia percipiūt: imo alij regnātes cum ad nos nihil preter laborē ⁊ molestiā redierit. [Denique ad hanc vsq; horā ⁊ esurim⁹ ⁊ sitimus.] Lysimach⁹ obsitim coactus se dedere Cythis: deinde cū frigidā bibisset aquā: dij boni inquit: q̄ breuis voluptatis causa quantā deposui felicitatē. Ita ⁊ ille ꝓdigus breuis voluptatis causa ex filio fact⁹ est subulc⁹ ⁊c. Sic Esau ꝓpter cibū lētis (pulchrū bellariū) p̄mogenita vēdidit: tū ⁊ par Genes. 25.
uipendit: ꝙ vēdidisset: refect⁹ huiusmodi Mānate siue Phil. 3.
Ambrosia. Et nudi sum⁹: ⁊ collaphis cedimur: ⁊ subinde loca mutam⁹. Nō habebat hic ciuitatē pmanētē quē Heb. 13.
sollicitudo oīm ecclesiarū premebat. Nō ergo mireris si vestigiū nauis. i. ecclesie nō inuenit in mari cui⁹ in celo cōuersatio est. Hinc helias fugiēs a facie Jezabel. abijt Prouer. 30
quocūq; eū ferebat volūtas: cuius lingua celū ⁊ clausit ⁊ 3. Reg. 19.
reserauit. C. Cesar inqt Ualeri⁹ Maxi. cui⁹ v̄tutes aditū sibi in celū instruxerūt inter prime iuuētutis initia p̄uatus Asiā pergēs: a maritimis predonib⁹ except⁹. 5c. Ual. M.
se talētis redemit. Parua igitur summa clarissimū mūdi

fid⁹ in piratico mio'parone repēdi fortuna voluit. Quid
est ergo qḋ amplius de ea re requirā: si ne cōsortib⁹ qui-
dem diuinitatis sue parcit deus? Et putes te non Vale.
Maxi. loqui: sed apostolū Paulū exclamare: O profun-
Seneca. dum sapientie dei ⁊c. Nos autē vt inquit Seneca nusq̃
sumus: q2 vbiq3 sum⁹. In peregrinatiōe vitā agentibus
hoc euenit: vt multa hospitia habeant amicitias nullas.
Nihil eque sanitatē impedit q̃ remediorū crebra muta-
tio. Nō cōualescit planta que sepius trāsfertur. Jactatio
animi egri est subinde loca mutare. Celum enim muta-
mus: onus nobiscū circūferim⁹. [Et laboram⁹ manibus
nostris.] Ubi est ergo fruct⁹ agri quē verbo dei cōseui-
mus? Ubi lac quo pascitur pastor? vbi lana qua induūtur
qui curā gregis gerunt? Ubi honor qui parētibus debet
lege nature? Ubi deniq3 est tēplum illud sanctū qui estis
Natura du ce. ⁊ vos: cuius ego prima rudimenta ieci? Deniq3 nec hoc
ostēdistis pietatis parēti qui vos in christo per euāgeliū
Prouerb. genuit: qḋ ciconie ostēdūt parētibus: sed laboramus ma
In actis. nibus nostris: officio manuario nobis ipsis victū paran-
tes. De hoc vide in actis. 15. cap. ⁊. 2. Thessalo. 3. capite.
Deniq3 vt omnē impleamus iusticiā filijq3 dei nomine-
mur ⁊ simus. [Si maledicimur: nō iniuriā iniuria reta-
liamus: sed benedicimus: si persecutionē patimur: susti-
Marci. 6. nemus.] Caput Joannis impune petijt Herodias: et
impune iussit eum decollari Herodes. Ita est. Sustine
mus nos impios: at nō item ille cuius imperio percussus
Actu. 12. ab angelo: obijt diem suū cōsumptus a vermibus. Chari
tas enim que in nobis regnat. oīa sustinet: est enī inuin-
cibile scutū. Infra cap. 13. Deniq3 cū [blasphemamur: ob-
secramus:] cū Stephano imo cū christo/pater ignosce
Luce. 23. ca. illis: nesciūt enim quid faciunt. Non autem raro contin-
git vt reluctātez animū vincam⁹: ita vt etiā pro inimicis
xiij. orem⁹. Et vitā quidē inimicorū petim⁹: ⁊ tamē ne exau-
Gregori⁹. diamur timem⁹. Sed qm̄ intern⁹ iudex mētē potius q̃
verba cōsiderat: pro inimico nihil postulat: qui pro eo ex
charitate nō orat. [Tanq̃ purgamēta huius mundi facti
sumus omniū peripsema vsq3 ad huc.] Hinc illa perfido-
Actū. 22. ca. rum vox Judeorū: Tolle de terra huiuscemodi: nō enim
fas est eum viuere. Adeo q̄ vociferantibus Judeis et
proijciētibus vestimēta sua: puluerem iactarēt in aerem:
qm̄ ⁊ ipse ⁊ ceteri cōmilitones sui: quorū noīa cōscripta
sunt in celis: facti sunt omniū peripsema in terris: quib⁹
Luce. 10. tamē dignus nō erat mūdus. Est autē tale quiddā apud
Grecos peripsema quale apud nos quisquilie/aut sterqli
niū siue solee subactū coriū: vel illud qḋ abijcit in mari vt
nauis sit incolumis: aut puluis vestimētorū: aut reticulū
quo sudātes sudorē abstergūt. Deniq3 ⁊ scoria ferri vel pur
gamētū pomi ⁊ similia peripsema vocātur. περίψημα
xiiij. ¶ Sed qm̄ apls nō seipsum solū sed mul-
tos tales dicit secū esse vel fuisse in mūdo: audiamus vel
Gene. 12. ca. vnū. Ueni inquit in terrā quā mōstrauero tibi. Indefini
te ergo audiēs Abraā in terrā quā mōstrauero: oīa mēte
circūibat atq3 lustrabat: dicēs cū aplo: ⁊ instabiles sum⁹:
Psal. 35. ⁊ cum Dauid aduena ego sum ⁊ peregrin⁹. Caim autem
prim⁹ omniū ciuitatē cōstruxit in terra tāq̃ mūdi huius
Gene. 4. ca. cōciuis. Itaq3 neq3 sistere cogitationē poterat: sed suspi
cabat plurima: ⁊ credi pōt ad orbis terre fines oceaniq3
ipsum se profecturum sperasse: ⁊ ita ad oīa paratus erat:
Abraam. quasi oīa iussus esset lustrare. Postq̃ tamē Palestinam
peruenit: fames eum maxima cepit. Unde cōpulsus est
Chrysosto. ad Egyptū proficisci: quo cū peruenisset: veluti malorū
finē inuēturus: alia illū rursus fame tristior ac acerbior
clades inuasit: adeo vt periclitari de vita cogeretur: atq3
eo timoris deductus est: vt qḋ humana estimatione gra-
uissimū est omniū: vxorē suā aliene libidini exponere me
tu coactus eligeret. In tātā enī tūc necessitatem deuenit
vt etiā hypocrisi submitteret: quo quid dici miserabili⁹
Gene. 12. potest? ¶ Quo enī illū aīo fuisse existimas: cū vxori ita
cōsulere cogeretur ⁊ diceret. Noui q̄ pulchra sis mulier

(⁊ o doloris magnitudinē ⁊ telū morte grauius) cū te vide
rint: dicēt vxor illi⁹ est: me occidēt: te seruabūt. Dic ergo
q̄ soror mea sis. Tu patieris stuprum: ego sustinebo a-
dulteriū: dū̄ modo vitā seruet incolumis. Q̄ si Zeloty- Cāticor. 8.
pus vir (dura enī vt inferi⁹ emulatio) ita excandescit: vs
qui tātis pressus est incōmodis vt cogeret eis etiā adu-
lari q̄ se cōtumelijs afficerēt: ⁊ in quos vlcisci debuerat:
cūcta facere vt sua vxore pfruerētur: quid pōt dici mise-
rabili⁹? o qualia cōsulere ⁊ suggerere vir vxori ausus est:
⁊ quale cōsiliū accepit mulier. Et tū Abraā maxima ala- xv.
critate relicto patris sepulchro in Aran paternaq3 do-
mo: festinat pergere/nesciens quo/sicut alter Helias aut 3. Regū. 19.
Paul⁹: cū interim cogeret sepi⁹ in vili diuersorio mane-
re: ⁊ famē extremā pati. Potuitq3 dicere. Heccine est qḋ
dicebāt dn̄s veni in terrā ⁊c. faciāq3 te in gentem magnā:
pulchra scilicet preludia: quid suaue post hoc expectādū?
Nihil tale dixit: sed tota alacritate festinat iussa capesse-
re: fact⁹ omniū Egyptiorū peripsema atq3 palestinorū: do
nec repromissiōe acceptā: pater gētiū vocat⁹ est: sicut nūc
vocat ⁊ Paulus. ¶ Omniū inquit peripsema: minimus Infra. 15. ca.
inter predicatores sol⁹ sine sumptib⁹ euāgeliū predicat.
Is est de quo dn̄s dixit: vas electissimū est mihi hic qui
se fatet omniū peripsema. Ipe est de quo dicit Job. 5. ca. Actuū. 9.
Qui vocat aquas maris: ⁊ effundit eas super faciē terre.
Paul⁹ apl's quasi turbo violēt⁹ ⁊ seua tēpestas ⁊ tumē- Paulus.
tes maris gurgites opprimere nitebat ecclesiā dei. Uere
ergo tunc omniū peripsema. Uocat⁹ a dn̄o: effusus est sup
faciē vniuerse terre: vt predicaret euāgeliū ab Hieroso-
lymis vsq3 ad Illiricū ⁊ vsq3 ad hispanias veniēs: ⁊ amari
rubro imo ⁊ ab oceano vsq3 ad oceanum curreret imitās
eum de quo dicit: A summo celo egressio ei⁹ ⁊ occursus: Psal. 18. ca.
vt prius eū terra deficeret q̃ studiū pdicādi. Ipe est q̄ di
cit ⁊ verū dicit: Facti sumus mūdo spectaculū cōtumelie
(Nā q̄ psperitas multis nocuerit: vide q2 de multis regi-
b⁹ dicit: cū roboratū esset regnū ei⁹: fecit mala hec ⁊ illa.)
Stulti: ignobiles: esurim⁹ ⁊ sitim⁹ ⁊ collaphis subijcim⁹
colla: ⁊ incertis vagamur sedibus: vixq3 nr̄o vt dicit Mar
te nō tamē absq3 Theseo nostris laborib⁹ victitam⁹: (Pe
tr⁹ redit ad piscationē: Mathe⁹ vero ad telonei lucra nō
resedit) maledicimur ⁊ blasphemamur: ⁊ facti sum⁹ to-
tius mūdi peripsemata: quo vos o Corinthij regnetis cū
christo ⁊ nos vobiscū. Dicamus ⁊ illud. Quādiu paruuli Hierony.
sumus ⁊ putamus sufficere nobis iusticiā Phariseorū. xvj.
Matth. 5. Oculū pro oculo ⁊ maledictū pro maledicto re
ponim⁹. Si vero iā aliquātulū profecim⁹: nōdum tamē Origenes.
perfecti sum⁹: ⁊ tacem⁹ ⁊ ferimus cōuitia patienter: nec
quicq̃ oīno respōdemus: interim silētes etiam a bonis.
Psal. 38. Si vero pfecti sum⁹: cū maledicimur ⁊c. Et qm̄
qui hec audiūt: ⁊ pro maledictis benedictiones referūt
⁊ orones: videtur hoībus velut pecudes ⁊ purgamēta:
tāq̃ qui sensum iniurie nō habeāt: propterea dicit apl's:
Facti sum⁹ omniū peripsemata. Nos aūt timeri volum⁹
⁊ iudiciū dei preuenire: qui dicit: Mihi vindictā. Igit Ezech. 9.
si nō potes reddere bona pro malis: nō reddas mala pro
malis: obmutesce interim cū Dauid: custodiēs vias tuas.
Psal. 35. vt nō delinquas in lingua tua. Beat⁹ enim qui
nō est lapsus ṽbo oris sui. [Nō vt suffundēs vos rubore
hec o Corinthij scribo: sed vt filios meos charissimos mo
neo.] Certi estote nō ad erubescētiā vestrā hec me litteris
mādare vobis: cū ⁊ filij sitis: ⁊ mei: ⁊ charissimi: quos ego
tenere diligo quos nuper per euāgeliū christo non mihi
genuerim: suscitās semē fratris mei. i. fratri meo defun-
cto: is est Moses. ¶ Synagoga enim septē viro: sterilis Deut. 25.
obijt diem suum. Matth. 22. capite. Pro patrib⁹ inquit
tuis nati sunt tibi filij. Pro Mose et ceteris patriarchis: Psal. 44.
nati sunt ecclesie que ⁊ ipsa filia est synagoge filij: hi sunt
Apostoli: ⁊ ex his rursus primogenitis filijs: nati ⁊ re-
nati sunt christo filij: horum fratres sunt Corinthij. Apls
igitur tanq̃ cautissimus medicus miscet aspera blandis:

xvij. ⁊ nunc rursus dura mollibus lenit. Quomodo inquit
putatis me hec ad cōfusionē vestrā atq3 erubescētiam di-
cere? Cum ego sim pater nō pedagogus: vos filij nō serui
aut extranei: pro quibus christo regenerādis tāta passus
sum. Monēdo dixi: ⁊ quasi expergiscēs vos ceu dormitā
tes ⁊ alias obliuiosos. Alapas ceu pueris intuli: nō liuo
Esaie. 57. res aut cōtumelias. Mētita es inquit ⁊ mei nō es recor-
data: nec cogitasti in corde tuo: q2 ego tacens: ⁊ quasi nō
Gregorius. videns. Esaie. 57. capite. Nōnulla quippe subditorū vi-
tia dissimulāda sunt: sed q2 dissimulātur iudicandum: vt
cū delinquens ⁊ deprehendi se cognoscit ⁊ perpeti: has
quas in se tacite tolerari considerat augere culpas eru-
bescat. Seseq3 iudice puniat quē sibi apud se rectoris pa
tiētia excusat. Ego inquit tacēs ⁊c. Et dissimulauit ergo
culpas ⁊ ignouit: q2 ⁊ cōtra peccātem tacuit: ⁊ hoc ipsum
q̄ tacuerit dixit. Moneo inquit apls nō cōfusionē inge-
ro: cum tamē vos vere cōfusione digni existatis. Tacens
igitur loquitur apl's ⁊ non cōfundens pudefacit. [Nam
si decem milia pedagogorū habeatis] qui vos perducāt
ad christum: quo verbo eos tanq̃ paruulos ⁊ adhuc lacte
egētes notat: ⁊ qui nōdum pānos infantie exuerint: vixq3
imbiberint fidei rudimēta: cum tamē Corinthij quasi sa
turi solido cibo: nausearēt ad doctrinā apli. [Nō tamen
habetis multos patres;] imo vnicū tātum: ⁊ is sum ego
qui. [Ipsi christo iesu per euangelium vos genui. Tul-
lius primus omniū hoc cognomine donatus est a. S. R.
pater. vz patrie propter detectā Catiline cōiurationem.
Matth. 6. Unus est pater vester ⁊ omnium nostrū qui est in celis:
xviij. pinde q̄ ego vos genuerim/nō mihi: nō sanctitati vel po
testati mee tribuēdū putetis sed christi euāgelio: quasi
diuini seminis ṽbo. Multū aut interest inter pedagogū
⁊ patrem. Pedagogi olim serui erāt: quibus parentes
liberorū moderādorum curā mādabant: ⁊ hi seruiebant
pueris pro patrum imperio. Ceterū pater si necesse est:
vitam pro filio impendit. Unde dixit apl's: impēdar pro
2. Corin. 12. oibus vestris: licet minus diligar a vobis q̃ patres ceteri
diligi solent natura duce a filijs. Et sicut nullus optaret
viuere: si ita puerili mēte futurus sit in vita: vt ex his re-
bus voluptatē capiat quibus pueri capere maxime vi-
dētur: Ita nullus puto optaret filios generare: si non dili
geretur ab eis: viuere tamē oēs appetūt. Moneo igitur
nō alienos sed filios meos: quos videor mihi videre: per
falsos apostolos ad legis obseruantias paulatim relabi.
Prouer. 15. ¶ Sicut autē gloria patris est filius sapiens: ita filiorum
iactura ad patrē reddit. Quis inquit det mihi vt ego mo
2. Regū. 18. riar pro te/o Absalon fili mi? Predixi inquit ei: q̄ non
1. Regū. 3. expictur peccatū ei⁹ muneribus: eo q̄ nouerat filios suos
iniq3 agere: ⁊ nō corripuerit eos. Proinde/o Corinthij si
patrē agnoscitis: si nō estis filij alieni ⁊ degeneres ⁊ noti.

¶ Rogo ergo vos imitatores mei estote: sicut
& ego christi. Ideo misi ad vos Timotheum:
qui est filius meus charissimus & fidelis in do
mino: qui vos commone faciat vias meas que
sunt in christo iesu: sicut vbiq3 in omni eccle-
sia doceo. Tanq3 non venturus sim ad vos: sic
inflati sunt quidam. Veniam autem ad vos
cito: si dominus voluerit &: cognoscam non
sermonem eorū qui inflati sunt sed virtutem.
Non enim in sermone est regnum dei / sed in
virtute. Quid vultis? In virga veniā ad vos:
an in charitate & spiritu mansuetudinis?

¶ Rogo vos estote imitatores mei: nō pseudapostolorū:
sicut ⁊ ego christi.] Paruuli adhuc estis ⁊ pulli implu-
mes: christū sequi nō potestis: sequemini forsitā ⁊ postea:
interim vel mei imitatores estote. Qḋ si nec me assequi
potestis donec grandescatis: vel eorum imitatores estote
qui fide ⁊ patiētia hereditauerūt diuinas promissiones. Hebreo. 6.
Cur ab alio geniti: alios quosdam sequimini victricos?
Quare inquā fouet ⁊ nutrit perdix que nō posuit oua? xix.
¶ Aiunt autē naturales hanc esse perdicis naturā vt oua Hiere. 17.
alterius perdicis furetur ⁊ eis incubet foueatq3: ⁊ cumq3
pulli adoleuerint a volare ab eo: ⁊ alienū parentem relin
quere. Utinā ⁊ vos velicti vt dicitur sapiatis: ⁊ agnita Prouerb.
voce patris qui christo vos genuit: alienos relinquētes
vel sero ad patrem vestrū reuertamini. Rogo igitur vos:
voluntarios volo non coactos: filios alioquor non seruos:
estote imitatores mei: qui semel agnita veritate: retror-
sum non abijt: q̄ nemo mittens manū ad aratrum ⁊ aspi-
ciens retro ⁊c. Nō parū quidē refert ait Theophrastus: Luce. 9. ca.
que sit regionū ratio ad fructuū productionem: tamē si-
cuti dicitur annus producit nō ager. Et enim si imbres Prouerb. 3.
serenitates ⁊ hyemes accidant oportune: cuncta felicius
atq3 vberius prouenient etiam in salsuginosis ⁊ infrugi-
feris terris. Et eodē modo ad virtutē dicimus/educatio
nem lōge plus afferre momēti q̃ genus: ac plane parui re
ferre quibus simus parētib⁹ nati: sed multo magis qui-
bus simus parētibus educati quibusq3 rationibus. Nā
celum velut educat qḋ terra progignit: vt sit terra ⁊ car-
nales parētes velut Nouerca nostra ⁊ pedagogus: Pau
lus autē nos in christo genuit. ¶ Alexāder quippe care- Alexāder.
re non potuit incessu magistri sui Leonidis. Quāto au-
tem plus valeat institutio q̃ genus: Lycurgus elegāter Exemplū.
ostendit: prolatis apud multitudinem duobus canibus:
quorū alter ingenerosa matre nat⁹: propter institutionē xx.
gnauiter est ferā insequutus: alter generosis ortus parē
tib⁹: qm̄ institut⁹ nō erat: turpiter relicta fera: ad odorē
cibi restitit. Sic Esau vagus ⁊ venator: parum de patris
doctrina ⁊ institutione cepit: alter domi semper: mores Gene. 25.
patrios expressit. Quos igitur genui in christo video
fascinatos ⁊ morti vicinos: pro eo q̄ lignū miserūt pseu
dapli in panem eorū: vt tanq̃ nutrientes occiderent: ego Hiere. 11. ca.
sane leonū more clamore tādiu excitabo: ⁊ lingua medici
nalis exhortationis tandiu linguā: donec iterū christus Gala. 4. ca.
formetur in vobis. [Ideo enim misi ad vos Timotheū
qui est filius meus charissimus ⁊ fidelis in dn̄o: per filiū
charissimum amātissimos, item commonefaciens filios.
[Ipse ergo cōmone faciet vobis vias meas: que sunt in
christo iesu:] hoc est secūdum doctrinā quā nobis tradi- Actuū. 1. ca.
dit christus iesus: qui non solū cepit facere: sed ⁊ docere.
[Quas tamen] non in angulis ⁊ tenebris sed palā vbiq3
[In omni ecclesia doceo.] Quod dixi vobis in tenebris
predicate super tecta: ⁊ que absconse audistis publice lo-
quimini. Aque enim furtiue dulciores quidē sunt: non Prouerb.
tamē saniores. Prouerb. 9. Sunt enī melle illitus gladi⁹
vt dicit in cōmuni sermōe. De huiusmodi inquit Eccle.
capite. 8. Sunt impij qui ita sunt securi: ac si iustorum
facta habeant. Hi nō sospitate sed insania erigūtur: phre
neticorum vz sensibus similes: qui insaniā qua preualet
virtutem putāt: ⁊ quasi creuisse se virib⁹ estimāt, dum ad
vite terminū per augmēta lāgoris appropinquāt: flent ⁊
ridēt: cum interim ⁊ ipsi deplorētur ab amicis: ab extra-
neis irrideātur. Quo cōtra de eo qui omnia potest in eo Roma. 7.
qui sese confortat scriptū est: q2 captiuus ducitur a lege pec
cati: etiam nolens. Ille timet reprobari in quo christus
viuebat/illi vero tanq̃ habeāt iustorū opera securi sunt
dormiētes rōco nare cū Jona ⁊c. Illud autē maxime mira
ri libet quomodo [perinde qdā inflati sunt tanq̃ nō sim ve
turus ad vos.] Solent enim serui in absētia dn̄orū inso-
lentius agere: ⁊ discipuli in absētia magistri: sic ⁊ patre xxj.
absente filij licētius se gerūt. ¶ Unde illud Luce. 12. cap.
Si dixerit seruus ille in corde suo: morā facit dn̄s meus
venire: ⁊ ceperit percutere seruos ⁊ ancillas: ⁊ edere et
bibere ⁊ inebriari: veniet dn̄s serui illius hora qua non Marci. 13.
sperat: nescit enī an mane: an galli cātu: an in secūda vigi-

illa veturus sit: ⁊ nisi cōfestim aperiat: diuidet eum: ⁊ par
tem ei⁹ cū infidelibus ponet. Unde igit̄ insaniunt quidā
inter vos dicētes: ego sum Cephe ⁊c. scindentes ecclesie
tunicā: nec timētes deū aut saltē hoīes reuerētes: ⁊ ta-
mē licet [In expectat⁹ veniā visur⁹ vos cito ⁊ ꝓpe diē:
deo volēte:] ⁊ permittēte: voluit eñ apl's ⁊ ꝓposuit sepe
Roma.1.ca. venire Romā ⁊ prohibit⁹ est: fugiebat Jonas ne iret in
Jone.1.ca. Niniuem ciuitatē: ⁊ cōpulsus est ire quo nolebat. Si igit̄
dñs ꝑmiserit: vestris etiā coadiuuātibus meritis: veniā:
sicut legim⁹ merita Cornelij hoc obtinuisse/ vt ad se acer-
Actuū.10. siu Petrū audiret ab eo verbū vite. Ueniens autē: cum
presto fuero. [Cognoscā nō sermonē eorū qui inflati sunt:
Phs. sed virtutem. ¶ Etenim si in verbis cōpositis ⁊ sermone
ornato felicitatis summa cōsisteret sicut dicit ph's: maxi-
mā partē felicitatis rhetores ⁊ causidici reportarēt. Do-
ctrina autem euāgelica maxime virtutibus ⁊ opere con
firmatur in quibus isti inanes sunt: verbi satores predi-
catores: dicētes ⁊ non faciētes: quibus illud de Triuio
Prouerb. merito dicitur: medice cura teipsum. Qui aliū doces: te
Roma.2. ipsum nō doces. Uerba importāt: fumos vendūt: capita
Prouerb. sunt: sed cerebrum non habent: hi sunt qui aureo qui-
dem hamo piscātur: sed nudo: gladiū plūbeum intra argē
xxij. team vaginā deferētes. [Nō est autem in sermone regnū
dei:] imo nec in miraculis: nec in fide ⁊ spe: nec in ange-
Infra.13.ca. lorū linguis: nec in tradēdo corpus martyrio: nec si oēs fa
cultates pauperibus distribuātur: est autē regnū dei in
virtute.] Uita igitur p̄rimū queritur in docēte: tum de-
inceps ⁊ doctrina. Bonitatē disci, ⁊ sciētiā doce me. Uēn-
rus igitur cū sim: vestrū est efficere: vt seuer⁹ veniā vel
Sapien.5. lenis ⁊ māsuetus: ⁊ plus. Stabunt enim iusti in magna
cōstantia: ⁊ letabūtur cū viderint vindictā. Psal. 57. cap.
Et gladij ancipites in manibus eorū: cum impij dicent
Apoc.6.ca. montibus cadite super nos: ⁊ desiderabūt mortē ⁊c. vere
De penite- igitur veniā: vos autem quid horū duorum vultis? [In
ntia distin.1. virga veniā ad vos: an in charitate ⁊ spū māsuetudinis?
Importuna. Absit autem vt pij filij dicerēt. Si in virga veturus es:
Augustin⁹. noli uenire. ¶ Melius est enim erudiri in virga patris:
ꝙ perire in blandimento predonis. Unde illa vox blan-
dientis nō seuientis patris filios perdidit: ⁊ patrē occi-
dit: quare filij facitis res huiusmodi quas ego audio res
pessimas ab omni populo. Nō enim est bona fama quam
1.Reg.2. ego audio: vt trāsgredi faciatis populū dñi. Et tamē dixit
dñs ad Samuelē: Heli nouerat filios suos inique agere
⁊ nō corripiebat eos. Nō bene notabis. Tūc autem si-
Gregorius. cut dicit Gregorius: summus locus bene regitur: cum is
Disti.44. qui preest: vitijs potius ꝙ fratrib⁹ dominatur. Languēte
omnis. autem capite: in cassum mēbra vigent: ⁊ in exploratione
hostiū frustra exercitus velociter sequitur: si ab ipso duce
Job.29.ca. itineris erratur. Unde ⁊ illud Job. 19. capite. Si quādo
ridebā ad eos: non credebāt mihi. Sic prelatus ridens
timeri: ⁊ iratus amari debet: ne nimia licētia vilem vel
immoderata seueritas odiosum reddat. Unde in arca cū
tabulis virga simul est: cum māna: hoc est cū scientia sa-
cre scripture in pectore rectoris/ virga districtionis ⁊ mā
na dulcoris. Uirga quidē non vult vti apl's sed tamē ostē
dit virgā se etiam habere. Habet ⁊ spiritū māsuetudinis
xxiij. ⁊ charitatis: sed electionē ponit in manu filiorū suorum.
Ridere autem dei est: sanctorū viam prosequente fauore
prosperare. Sed redēptori nro ridenti nō credimus: q:
multis iam donis eius testātibus: gratiā fauoris eius ac-
cepim⁹: ⁊ tamē adhuc sub eius iuditio de nra infirmita-
Exodi.7. te titubamus. Hinc ⁊ Moses mittitur cum virga vt esset
et.4.cap. quidē Pharaonis deus: populi autem israel princeps ⁊
dux: vt Egyptijs veniret in virga: ad populū autē dei in
spiritu māsuetudinis. Unde illud prouerbū virgula di-
Prouerb. uina. Hac enim Mercurius quibus visum est demulcet
lumina somno: atq; alijs rursum dissoluit lumina som-
Poeta. no. Unde illud poete. 6. Ene. ¶ Tunc virgam capit: hac
alias ille euocat Orco: pallantes alias sub tristia tartara
mittit: dat somnos adimitq;: ⁊ lumina morte resignat.
Necipsa Circe ad sua monstra peragenda virga defuit
cum socios Ulixis mutauit in sues. Deniq; hac educta est Nume.20.
aqua de petra que pri⁹ versa fuerat in serpētem. Et inde
est ꝙ regib⁹ olim virga tribuebat: que sola permissa est
apl'icū dicitur: nihil tuleritis in via preter virgā: deniq; Marci.6.
in virga erecta Assueri intelliges timorē regiū: in inclina-
ta autē ad Hester spiritū māsuetudinis. Habes ⁊ in deo Hester.5.
virgā cum dicit. Ego occidā: habes: ⁊ spiritū māsuetudi-
nis cū dicit: Ego viuere faciā ⁊ sanabo quos ꝑcussi. Isti Deut.32.
sunt duo gladij in manu petri pastoris ouilis dominici. Luce.12.
Quecūq; retinueritis retēta sunt: ecce virga: quecūq; re Math.16.
miseritis remittūtur eis: ecce spūs dilectiōis. Et de scto ⁊ Joā.20.
Dauid legimus ꝙ mensus fuerit duos funiculos vnū ad 2.Regū.8.
occidēdum alterū ad viuificandū. Igit̄ ⁊ virgā ⁊ baculū
defert apl's. Quē prouidētiū patrū ⁊ amātiū: ⁊ predonū
decipientiū cōtrarij sunt effectus. patres enim filijs pe-
dagogos preponūt ⁊ timorē incutiūt: ⁊ illa etate trāsacta:
illos in honoribus cōstituūt. At vero plagiarij faciūt si-
cut venatores ⁊ piscatores escā quidē preponētes: quam
mors subsequit̄. In virga igit̄ si deus in presenti veniat
ad nos: qm̄ flagellat omnē filiū: veturus est tādem in spū
māsuetudinis. Uirgā celebraturi pascha tenere iubētur
vt in lege timoris. Sed vide q: nō baculus Helisei susci- 4.Reg.4.
tauit puerū: sed cōplexus pastoris ⁊ osculum. Seneca. Seneca.
Nihil eque gl'iosum est principe impune leso: sicut excelsi
animi est iniurias in summa potētia pati. Irā enim natu
ra inermem Regi apū reliquit. Pudeat ab exiguis ani-
mātibus nō trahere mores: cū tāto hominū moderatior
esse debeat anim⁹: quāto vehemēti⁹ nocet. Utinā quidē
eadē lex homini esset: ⁊ ira cū suo telo frāgeret: nec sepi⁹
liceret nocere ꝙ semel: nec alienis virib⁹ exerceret odia:
reliquias dissensionū trāsmittens ad posteros. i. ad par-
uulos suos. Ceterū nō minus turpia sunt principi multa
supplicia ꝙ medico multa funera. Reuera tamē verecū-
diā peccādi facit ipsa clemētia regētis: cum dicit: in virga
vultis veniā? Animaduersurus Nero in latrones duos:
Burus prefectus Neronis vir egregius exigebat ab eo
scriberet in quos ⁊ ex qua causa aiaduerti vellet: sepe
dilatū: vt aliquādo fieret instabat. Inuit⁹ inuito cū char
tam protulisset traderetq;: exclamauit Nero: vellē nesci-
re litteras. Seneca infert. O dignā vocem quā audirent Seneca.
oēs gētes que Romanū imperiū colūt: quęq; iuxta iacēt
dubię libertatis. O vocem in cōtionem omniū mortaliū
mittēdā: in cuius verba principes ⁊ reges iuramentū fa
cerent. O vocem generis humani innocentia dignā. Cui
redderet antiquū illud seculū. Simile est illud: heu vin-
dicabor ⁊c. Hic tamen postea dixit: me viuo terra cōfla-
gret: cū alter diceret: me mortuo. Fulmē est enim vbi cū
potestate ira inhabitat: ⁊ amica potestati pene semp impa
tiētia est: quātumq; preualent: tantū sibi in subditis esti-
māt licere. Grego. Stephan⁹ virgā exhibuit dicēs dura Gregorius.
ceruice ⁊c. Spiritū vero māsuetudinis cū flexis genib⁹
pro eis orauit. Actuū. 7. cap. Mā ⁊ in arca virga erat simul
⁊ māna. Siquis autē inquit lex abierit cū amico in siluā
ad ligna cedēda: ⁊ ligni securis fugerit manū: percussum
ꝙ amicū occiderit: hic ad vnā ciuitatum refugij cōfugiat. Deut.9.ca.
Ad siluam imus: quoties ad resecanda amici vitia ferro
iuste vltionis accingimur: sed securis manū effugit: vel cū
gladiū puero tradimus: vel cū non iuxta delicti mēsuram
imponit plagarū modus. Hic itaq; cōfugiat ad vnā ciui-
tatē: qui incaute proximū lesit: dicatq; cū Lamech: virum Gene.4.ca.
occidi: feram putabā: fera enim deuorauit Joseph: pro-
desse volui non obesse. Hinc est ꝙ pastor ille pastorū non Joan.2.ca.
virga sed funiculis negotiatores de tēplo expulit: cui di-
citur. Propter veritatem ⁊ mansuetudinē ⁊ iusticiā ⁊c. Psal.44.
Dixit aliquādo Antonius cognomēto Pius imperator.
Malo Scipionis exēplo vnum ciuem seruare: ꝙ mille
hostes occidere.

¶ Quintum caput.

i.

Omnino au-
ditur inter vos forni
catio: & talis fornica
tio qualis nec īter gē-
tes, ita vt vxorē pr̄is
sui aliquis habeat.
Et vos inflati estis, &
non magis luctū ha-
buistis, vt tollatur de
medio vestrum qui hoc opus fecit. Ego qui-
dem absens corpore, presens autē spiritu iam
iudicaui vt presens eum qui hoc operat⁹ est in
nomine domini nostri Iesu christi congrega
tis vobis & meo spiritu cū virtute domini Ie
su tradere huiusmodi hominem Satanę in in
teritū carnis, vt spiritus saluus sit in die domi-
ni nostri Iesu christi.

Uide Eze- ¶ Omnino auditur inter vos forni-
chiel.21. ibi catio: ⁊ talis fornicatio qualis nec inter gētes. Nominat̄:
verecūdio- ὀνομάζεται nō modo non cōmittit̄: sed nec vel nominat̄.
ra. Per quod apo. ostēdit Corinthios vel maxi
me virga indigere: seuerissimoq; flagello: cū ⁊ peccatū gra
uissimū fuerit: a deo vt nulla gēs huic ꝓbro audiatq; obno
xia: adeoq; publicū vt nulla posset tergiuersatiōe celari.
Chryso. Est autem multitudo iuxta Chryso. mater seditionis ⁊
contumatię: quia quicquid a multis peccatur: plerunq;
manet inuindicabile: paucitas autem magistra est disci
plinę. Unde Roboā vocatur. i. multitudo populi: is q̄ ex
tribub⁹. 12. decē amisit. Dicēte populo: q̄ pars nobis. ⁊c.
Gregori⁹. 3. Reg. 12. Gregori⁹. Maiora crimina nō sunt cito credē
da: sed prius descēdendū ⁊ videndū si iuxta clamorē. ⁊c.
Genes. 19. sunt igitur vel digito ostēdenda: quomodo di-
8.Cap. cit ad Ezech. Certe vidisti fili hominis. Uidisti oculis
tuis. Et quia non est iusti iudicis perdere iustos cū im
pijs: signari iubet. T. super frontes gemētium: ⁊ educi
Genes.19. de ciuitate filias Loth etiam nolentes. Ceterū qm̄ non
est personę respectus apud deū/ sacerdotes primū/ deīn
de feminę tū ⁊ lactentes omnes gladio feriūtur. Uerūta
Habac.3. mē qm̄ cum iratus fuerit pastor/ misericordię memor esse
debet: sequitur in Ezechiele: ⁊ cęde ꝯpleta: remāsi ego:
Seneca. corruiq; in faciē meā. Sicut autē dicit Seneca: bonis no
cet qui malis parcit. Et alij quidem veniā flagitāti alias
roganti remittendū est vsq; 490. nobis autē neq; semel.
Math.18. Nonsolū inquit gens alia hoc facinus non perpetrauit:
verū nec nominatur inter gentes quantūlibet a deo alie
nas. Iam quid opus est testibus: cum publica illud fama
decantet? Quo supplicio dignū putatis huiusmodi cri-
Figura. minosum: cū Adonias eo ꝙ postulauit in vxorem Abisac
que licet dormierit cū patre nec tamē cognouit eam: nec
quasi vxorē accepit: sed tantū fouebat regem: nec eam ex
petijt viuente patre: sed iam vita functo: precepto Salo-
3.Reg.2. monis capite plexus est? Legim⁹ etiā Ruben semel sed
furtim ascendisse ⁊ maculasse torū patris: congressumq;
Gene.35. cum Bala patris concubina. Gen. 35. semel fecit: furtim
fecit: ⁊ concubina erat non vxor precipua: ⁊ tamen audi
nit ⁊ merito nō crescas: qm̄ ascēdisti cubile patris tui ⁊
Gene.49. maculasti stratū ei⁹: ⁊ effusus es sicut aqua: vnde digni
tas primogeniturę ⁊ regalis fastigij ad quartū filiū vide
licet Judā deuoluta sunt: tū ⁊ portio duplex ad Joseph:
sacerdotiū ad Leui. Quāto autē dissimile est crimen qd̄
omnino auditur inter vos. Quāto grauius tamē crimē
Absalon: qui astante populo introiuit ad oēs concubi
nas patris sui. 2. Reg. 16. Non opus est vt descendā ⁊ vi
deam vtrū clamorē qui venit ad me opere perfectū sit: ⁊
hoc vobis tacentibus ⁊ vel exequētibus vel cōniuētib⁹: Gene.19.
totius. n. prouintię vestrę angulos rumor hic nefandus
impleuit. Diximus superius qm̄ patiētia in criminib⁹: Rom.1.
cōsensui proxima est. Notius igitur est ꝙ negari queat:
et grauius ꝙ ferri debeat: et perniciosius ꝙ vt eius cu- ij.
ra differri possit sine magno dispendio reliqui gregis.
¶ Agentes sane ⁊ consen. par culpa cū implicet: par se- Regula.
quutura est ⁊ correctio. Habebat igit̄ ille quisquis erat
publice Nouercā vxorem patris sui in vxorem. Et cū tā-
tum crimē inquit sit inter vos. [Uos inflati estis] vento
superbię: dicentes (inique autē) nunquid custos fratris
mei ego sum? Ante ruinā exal. Cor. vide Danielis. 4. ibi Genes.4.
nōne hec est Babylon. Uere autē fratres nō estis: si mē-
bro male sanorsic compassi estis: vt ⁊ vos simul cū illo nō
cōpassione infirmemini: sed eadē laboretis lepra ⁊ egro
tatione. [Et non magis luctū habuistis] flendū erat cū
flente: sed cōpatiendum naturę non vitio. Potius igitur
erat lugendū: [⁊ tamen tollendus de medio vestrum qui
hoc opus fecit.] Hoc modo legimus in Esaia: verba aūt 1.Cap.
sunt dei viuentis. Heu: ego consolabor super hostibus
meis. i. vindicabor de hostibus meis: ne videlicet vindi
cta ex ira videatur procedere sed ex amore. Inde est simi
liter ⁊ illud: ꝙ cū Joab interfecisset Abner percussum
in inguine: hoc audito ait Dauid: Mūdus ego sum ⁊ re 2.Reg.3.
gnū meū apud deum vsq; in sempiternū a sanguine Ab
ner filij Ner. ⁊c. Et infra. Scindite vestimenta vestra: et
accingimini saccis ⁊ plāgite ante exequias Abner. Rex
autem sequebatur feretrū/ flēte populo simul cū ipso re Historia.
ge ⁊ infra. Cūq; venisset populus vt caperet cibum cla-
ra adhuc die cū Dauid videlicet: iurauit ille dicēs. Hec
faciat mihi deus ⁊ hec addat: si ante occasum solis gusta
uero panē vel aliud quicquā. Omnisq; populus audiuit: iij.
et placuerūt eis cūcta q̄ fecerat rex in conspectu populi.
Et cognouit omne vulgus ⁊ vniuersus israel in die illa
qm̄ non actum fuisset a rege vt occideretur Abner filius
Ner. ¶ Cum igitur isti nullū horū fecerint: sed magis in
flati: dissimulabant se scire quod publica fama sonabat:
merito audierunt: inflati estis: cū magis deberetis ⁊ fle-
re cū Dauid: vt vos immunes a tanto facinore ostēdere
tis: ⁊ vindicare cū eo qui dixit: vindicabor de hostibus
meis. [Ego quidem absens corpore: presens autē spū:]
mētis sollicitudine tanꝙ alter Heliseus. 4. Reg. Cap. 5. 4.Reg.
sunt. n. pleriq; qui absentes adsunt: sicut ⁊ quidam pre
sentes absunt. Hoc modo Corinthij presentes ab erant:
cū crimē publicū non puniebant: Paulus autem quē pa
storalis cura premebat: etiā absens aderat dicens: ne for Job.1.c.
te benedixerint filij mei deo in cordibus suis: nocte vre
bar gelu et per diem estu: recedebatq; somn⁹ ab oculis
meis: quomodo alibi dicit: sollicitudo omniū ecclesiarū. Gene.31.c.
2. Cor. 11. ca. Hodie tamē pastores nostri: vigilantes dor-
miūt: nec possunt dicere cum apo. Ego dormio ⁊ cor meū
vigilat. Isti filios quos vigilantes lactare consueuerant: Canti.5.
dormiētes suffocāt: vigilāt sciētia: dormiūt vita. 3. Re. 3.
Absens igitur apo. cura autē presentissim⁹: iā: [ego iu-
dicaui inquit quasi presens essem ⁊ corpore vt is q̄ hoc iiij.
crimen patrauit (a deo publicum ⁊ nefariū vt nullam ex-
cusationem admittat) in nomine dñi nostri Jesu christi
cōgregatis vobis ⁊ meo spiritu vna cū potestate dñi nri
Jesu christi (iuditia. n. multorū sepe meliora sunt ꝙ vni⁹.
Phs) tradatur Satanę ad interitū carnis: quo spiritus
salu⁹ sit:] sicq; qui autor fuerat huiusmodi nequitię: ipse Math.16.
flagellū fieret disciplinę (hac. n. intētione correctio est fa
cienda) in die dñi nri Jesu christi] qū reddet vnicuiq; se
cūdū opera sua. Dicit autem congregatis in vnū: vt ostē
dat hanc tam seuerā sententiā: non profectā ab ipso tātū:

sed ⁊ a communi ecclesie consensu: cui ⁊ aderat ipse spiri
tu presens. vide. 4. Reg. 5. ca. in fine optime. ¶ Tradere
autẽ Satane nihil aliud est ꝙ a cõmuni ecclesie gremio
expellere: admonitionẽ ab illo suspendere: et liberũ illi
facere ire in interitũ carnis: hoc est tradere eũ desiderijs
Rom. 1. suis: nõ quidẽ amaritudine odij: sed ea intentione vt ali
quando resipiscat in die dñi. i. si quando recedẽte Sata
na a corde eius: visitet eum dñs vt redeat ad ouile. Hinc
Gene. 4. dñs expellens Cain a conspectu suo: posuit in eo signũ
ne occideretur: sed punitus in septuplũ: aliquando erra
tum suũ corrigeret. Quod autẽ dicitur apostolis habuis
se hanc potestatẽ vt traderet huiusmodi facinorosos ve
xandos corporaliter a demone: quousqȝ resipiscerẽt: nõ
multũ habet ponderis: credat ꝗ voluerit. Hoc autẽ scimꝰ
Marci vltimo. apostolis dictũ esse vel de apostolis ⁊ credẽtibus: in no
mine meo demonia eijcient: demonibus autẽ tradere cre
dentes: non itẽ legimus: licet apo. quẽdam iudeũ cecita
Actu. 13. te percusserit: demeritis suis exigentibus. Eodem autẽ
modo apo. seuijt in hũc scelerosum: sicut Moses in culto
Exo. 32. res vituli: paucos quidẽ in presens occidit: in posterio
v. res autẽ disciplinã sanxit. ¶ Sic Helias ignẽ fecit descẽ
dere super duos quinquagenarios: per quõ et metꝰ alijs
4. Reg. 1. c. incutitur: ⁊ idem peccatũ nõ iudicabit dñs bis. Nau. 1. c.
Unde hoc exemplũ Helie non reprehẽdit dñs in discipu
Luc. 9. c. lis suis: sed qm̃ odio nõ amore correctionis/vindictam
ignis desiderabant in eos qui sibi hospitiũ non prebue
Actu. 5. c. runt. Hoc modo et Petrus vltus est peccatũ Ananie et
vxoris eius. Traditus est ⁊ Saul Satane vt torqueret
per quasdam intercapedines: vt iram dei anteuerteret
1. Reg. 16. c. quam per peccatũ inobedientie incurrerat: cũ non dele
uit de sub celo memoriã Amalech: qđ peccatuꝫ scriptura
vocat quasi peccatum ariolandi. Et videtur ex hoc facto
Saul. Saulis illud consequi: ꝙ recedẽte spiritu dei ab aliquo
propter demerita sua: statim traditur spiritui nequã tor
quendus. Sic. n. legimus. 1. Reg. 6. c. spiritus dñi recessit
Ibidem. a Saul: ⁊ exagitabat eum spiritus nequã a dño. Spi
ritus autẽ dñi recedens a Saul: directus est in Dauid a
die vnctionis sue ⁊ deinceps. Sequitur.

¶Non est bona gl'iatio vestra. Nescitis ꝙ mo
dicum fermẽtum totam massam corrumpit?
Expurgate vetus fermentũ vt sitis noua con
spersio, sicut estis azimi. Et. n. pascha nostrum
immolatus est christus. Itaqȝ epulemur non
in fermento veteri, neqȝ in fermẽto malicie &
nequitie, sed ĩ azimis synceritatis & veritatis.
Scripsi vobis ĩ epistola ne cõmisceamini for
nicarijs, non vtiqȝ fornicarijs huius mũdi aut
auaris aut rapacibus, aut idolis seruientibus,
alioqui debueratis de hoc mũdo exisse, nunc
autem scripsi vobis non commisceri. Si is qui
frater nominatur inter vos est fornicator aut
auarꝰ aut idolis seruiẽs: aut maledicꝰ aut ebrio
sus aut rapax, cum eiusmodi nec cibum sume
re. Quid enim mihi de his qui foris sunt iudi
care? Nonne de his qui intus sunt vos iudica
tis? Nam eos qui foris sunt deꝰ iudicabit. Au
ferte malum ex vobis ipsis.

¶ Textꝰ. Non est bona gloriatio vestra.] Que. n. gloria
Matth. 27. fuit Pilato lauare manus: dicẽs/innocẽs ego sum a san
guine iusti huius: vos videritis? Uos autem ita dicitis:
innocẽtes sumus a crimine scelesti huius: ipse viderit.
Non est bona gloriatio vestra. Minus dicit ⁊ plus signi
ficat. Forsitã inquit dicetis. Esto ꝙ vnus peccauit: quid
vj. nostra refert qui oues sumus? Pastoris interest ⁊ oleuꝫ
⁊ vinũ plagis infundere: alias audituri sumus ab eo qui
peccauit: quis vos constituit iudicem super me? ¶ Sed
non est ista. Si. n. vno egrotãte membrorũ: cetera condo Exo. 2.
lent ⁊ cõpatiũtur: quanto magis hoc fieri debet in corpo
re mystico ecclesie: quod non humano sed diuino spiritu
vegetatur ⁊ regitur? Nec suffecit ipsi Ruben vt diceret Gene. 42.
fratribus: nolite peccare in fratrem: ita. n. sanguis Jo
seph exquirebat de manu eius sicut de manu ceterorũ:
cũ potuerit eripere eum de manibꝰ fratrũ: vel saltem rẽ
patri nũtiare. Sicut. n. qui cõuerterit fratrẽ errantem a
veritate: saluat animã suam a morte: ⁊ operit multitudi Jacobi. 5.
nem peccatorũ: ita si dicente dño ad impiũ: morte morie
ris: ⁊ ille cuius interest nõ anũtiauerit ei: neqȝ loquutꝰ
fuerit vt auertatur a via sua mala ⁊ viuat: ipse quidẽ im Ezech.
pius in iniquitate sua morietur: sanguinem autem eius
de manu speculatoris requirã. Ezech. 3. Quoniã igitur
quisqȝ se ipsum emendare non potest: nõ magis ꝙ medi Chrysost.
cus se ipsum curare cũ egrotat: res. n. proximorũ acutius
videmus ꝙ nostras: nos alios custodiamꝰ: ⁊ nostrã illis
custodiã mandemus: et hoc pulchrũ faciamus certamẽ: Gala. 6.
inuicem onera portãtes. Iniqua igitur est gloriatio ve
stra qua vos huius criminis expertes putatis: ꝙ nõ par
ticipatis cũ eo in scelere: nescientes quod scriptum est:
Josue. 7. Non ero vltra vobiscũ: donec conteratis eum: Josue. 7.
qui huius sceleris reus est. Unde ⁊ apost. infert. [An
ignoratis ꝙ Paululũ fermenti totã conspersionẽ fermẽ
vij. tat] atqȝ accidam reddit? ¶ Paruũ inconueniẽs cõniuẽ
do transitur: magnũ vero in oculis heret. Pro. Modicũ
fermentum fuit aliquando heresiarcha ille ἐλευτέριος Hereticus.
vel Arrius: at hodie quãtam masse vim fer
mentauit? Simile quiddam legis. 2. Reg. cap. 20. de Se Tho. 22. q. 64. ad. 2.
ba rebellante contra Dauid: cuius caput ni sapiens mu
lier cito amputatũ per muros mitteret ad Joab: paulu 2. Reg. 20.
lum fermẽtũ totam ciuitatẽ in precipitiũ traheret ⁊ rui
nam. Igitur quod fermentũ in cõspersione: hoc est ouis Uide osee
morbida in grege: putridũ mẽbrũ in corpore: ⁊ scelero septimo.
sus in cõmunitate. Conspersio ⁊ azima idem sunt. Sciẽ
dum etiam ꝙ sicut ex azimo fit fermẽtũ: sic ex optimo fit
pessimus: vel ex syncero: iniquus: admixtione tamen ali
cuius fermenti: citius azima acescit. Sic et homo cũ ex
se habeat libertatẽ ⁊ ad virtutes ⁊ ad vitia: admixtione
tamẽ societatis praue citius in vitia defluit: qm̃ qui tã
git picẽ inquinabit ab ea: ⁊ qui cõmunicat superbo: in Eccle. 13.
duet cõfusionẽ: ⁊ qui iuxta viperam cubat: perfundet ve
neno. Quid ergo faciẽdũ sit apo. docet cũ infert. [Expur viij.
gate vetus fermentũ: vt sitis noua cõspersio.] Uetus fer
mentũ vocat apostolus suspiria iudeorũ pro cepis pepo
nibus ⁊ egyptijs carnibus: omnesqȝ reliquias vite secu
laris: illudqȝ respicere retro vxoris Loth: Gene. 19. quo Num. 11. c.
niam ⁊ filij israel non prius acceperũt panẽ angelorũ de
celo: ꝙ deficeret farina quã in pallijs ligatam detulerãt
ex Egypto. Fermẽtuꝫ fuistis: cũ eratis tenebre Ephe. 5. Exo. 12.
azima estis nũc/⁊ lux in dño: expurgate igitur vetus fer
mentũ expellentes malũ de medio vestri: quod hic apo.
fermentũ vocat: quod ni expellatur citius: in totã cõmu
nitatẽ celeriter lepra serpet ⁊ virꝰ. [Et enim pascha no
strũ pro nobis immolatus est christus. ¶ Exponit apo. Ibidem.
quod dixerat sub similitudine azime: cõspersionisqȝ no
ue ⁊ fermẽti. Figuris inquit ⁊ vmbris mysticisqȝ sacra
mentis lex hoc ipsum prefigurauit: vt transito mari: sub
mersis Egyptijs: liberati ab Egyptiaca captiuitate: iu
dei agnũ quot annis in huius rei monimentũ iuberent
immolare: septẽqȝ diebꝰ vesci panibꝰ azimis/nulloqȝ fer
mento corruptis: sicut fecerant in nocte precedente diẽ
quo fugerant ex Egypto. Interim tamen farinã secũ de
tulerũt: fermentũ omne egyptijs reliquerũt. Eratqȝ cau
tũ diuino precepto: ne fermẽtũ inueniretur omnino per
illos septẽ dies in omni populo Israel. Habebant igitur Ibidem.
illi suũ pascha: quo immolato: linitisqȝ postibꝰ sanguine
agni: transiens angelus (vnde pascha transitus dicitur)
פסח hebraice pesach: reuerit sanguinẽ illũ: intacta domo p
Exodi. 12. transibat: vlterius percutiens omne primogenitũ tã ho
minũ ꝙ pecorũ ⁊ iumentorũ: sed ⁊ in cũctis dijs egypti
Prouerb. faciã inquit iuditia. ¶ Habebãt suũ azima: ⁊ suas agre
stes lactucas: sed similes habent labra lactucas: ⁊ lactu
ix. ce similia labra: qualesqȝ iudei erãt: tale pascha iussi sunt
celebrare videlicet carnale ⁊ irrationale pecꝰ: pascha au
Pascha. tem nostrũ immolatus est christus. Pascha in sacra scri
ptura multipliciter accipit. Primo pro solẽnitate diei azi
Mẽsis primi morũ que erat Luna. 15. Secũdo pro vespere illius diei
quo immolabatur agnus/ꝗ erat. 14. Luna. Tertio pro ho
ra immolationis agni. Quarto pro agno qui immolaba
tur. Quinto pro panibus azimis. Sexto pro illis septẽ
diebus quibus azima comedebant. Sciendũ ꝙ tempo
re Leonis pape fuit constitutũ vt conficeretur infermẽ
to: sed fuit ad tempꝰ ad obuiandũ heresi Hebionitarũ:
qui asserebant necessariũ fore ecclesiam iudaizare ⁊ per
consequens pascha suũ in azimo conficere: sicut ⁊ iudei.
Cessante tamen causa: sublata heresi ea de memoria ho
minũ: ecclesia rediit ad priorem cõsuetudinẽ: de qua di
citur nũc. [Itaqȝ epulemur (alias festũ agamꝰ) nõ infer
mento veteri] egyptiorũ quod est fermentũ phariseorũ.
Uidẽ Osee. ca 7. [Neqȝ in fermento malitie ⁊ nequitie:
sed in azimis synceritatis ⁊ veritatis.] Illi igit epula
bantur in azimis panis materialis lactucarũ agrestiũ:
comedentes agnũ assum quidem/sed festinanter/⁊ stan
tes. ⁊c. Nostre autẽ epule paschaqȝ nostrũ veritas est do
ctrine: synceritas vite: ⁊ agnus qui tollit peccatũ mũdi.
Luc. 15. Uitulus saginatus cum symphonia. ¶ Opponit autem
apo. synceritatẽ ⁊ veritatẽ malitie ⁊ neqtie: vt synceritas
vite vincat nequitiã. i. prauas inclinationes ex male acq
sitis habitibꝰ: ⁊ veritas vincat malitiã: veritas. n. omĩa
vincit. 3. Esdre. 3. Dicit autẽ epulemur: quod grece dicit.
ἑορτάζωμεν, hoc est festũ agamus diẽ. Solẽt. n. hi dies
solẽnibus epulis ⁊ abũdantius solito cele
brari. [Scripsi vobis in epistola: ne denuo cõmisceamini
cũ fornicarijs] quod forte alias fecistis ante ꝙ nomina
daretis christo. Nam quia senes illi malorũ dierũ mutuo
cõfessi sunt cõcupiscẽtiã suã: scabiẽ suã alter alteri affri
cuit. Daniel. 13. Uide itẽ. 2. Reg. Cap. 13. de Annõ. Com
misceri autẽ non solũ est rem habere cum eis: verũ etiã
habere consuetudinẽ ⁊ cõmertiũ. Difficile. n. erat versa
ri inter tot illecebras illius regionis: nec allici ad peccã
dum. Quod autem sequitur. [Non vtiqȝ fornicarijs hu
ius mũdi] mũdũ hũc Greciã intelligit: ac precipue Corin
thũ: cuius corruptissimi mores etiam prouerbio notati
Dionysius sunt. Uide in argumẽto huiꝰ epistole. Nec cõmisceamini
auaris: aut rapacibꝰ: aut idolis seruiẽtibꝰ. Huiusmodi
erat qui pateras ⁊ coronas ꝗ simulacrorũ porrectis mani
bus sustinebant tollebat dicens: per quam stultum esse
a quibus bona precamur: ab ijs porrigentibus nolle su
mere. Idem Dionysius mensas argenteas atqȝ aureas a
tẽplis abstulit: quodqȝ in his more grecorũ scriptũ erat:
bonorũ deorum eas esse: vti se eorũ bonitate predicabat.
Nec mirũ quando nec pallio Jouis pepercit: nec barbe
Esculapij. Hi sunt pisces maris qui per ambulant semi
tas maris huius falsissimi: vorantes inuicẽ iuxta Haba
Capto. 1. cuk: etiã in ipsis silicibus propter assiduos cursus et re
cursus vestigia imprimentes. Est quoddam formicarũ
genus apud Indos ꝗ cornua gerũt. Egerũt autẽ aurum
ex cauernis terre in regione septẽtrionali. Habent colo
rem feliũ: magnitudine luporũ Egypti. Aurũ igitur ab
ijs hiberno tempore erutũ, Indi per estatẽ furãtur: illis
propter feruorẽ solis in cuniculis latentibus: ꝗ tamẽ odo
re sollicitate peruolãt: ⁊ crebro raptores lacerant quãuis
velocissimis camelis fugientes: tanta est eius animalis
cũ amore auri feritas. Non ergo mireris homines rapa
ces (propter aurũ videlicet) cui teste sacro eloquio omĩa
obedit. Cũ huiusmodi igitur nec cibũ sumamꝰ: nisi su 2. Capto.
mus Ezechiele sanctiores qui cũ scorpionibus poterat
habitare: quãdo ⁊ Esaias confitet quia vir pollutus est 6. Cap.
nil refert.2.an.3.sit: quia desinit esse Monogamꝰ. Om-
nia licēt: sed beatior erit. ꝛc. Hieronymꝰ. Quodq; dicit: Hieronyꝰ.
tantū in domino nubat: potest intelligi q᷑ cum fideli con
trahat: vel q᷑ nō nubat turpitudinis gratia: sicut dixim
de ea que.22. viros habuit. [Puto autem q᷑ ꝛ ego spiri
tum dei habeam.] Hominis linguam audiris: verba au-
tē eius sunt videlicet q̄ multa per se plurima per seruos
suos ꝛ apostolos ꝛ prophetas loquutus est vobis. Virgi
nitas igitur in consilio est: similiter ꝛ secundę nuptię: si
autem virgo nupserit non peccat: nec similiter vidua si
secūdo si tertio deniq; nubat: tantū in dn̄o. Ambro. Ra-
chel ex toto osculo fleuit: nec desiisset: donec consobrinū
agnouit Jacob videlicet. Genes.29.ca.

¶ Octauum caput.

i. e his aūt
que idolis sacri-
ficantur scimus
quia omnes scie
tiam habemus.
Sciētia īflat, cha
ritas vero ędifi-
cat. Siquis autē
se existimat scire
aliquid, nōdum
cognouit quem
admodum oporteat eum scire. Siquis autē di-
ligit deum, hic cognitus est ab eo. De escis au-
tem que idolis immolātur, scimus q᷑ nihil est
idolum in mūdo, & q᷑ nullus deus nisi vnus.
Nam & si sunt qui dicūtur dii siue in cœlo si-
ue ī terra (siquidē sunt dii multi & dn̄i multi)
nobis tamen vnus deus pater, ex quo omnia
& nos in illo, & vnus dominꝰ Iesus christus,
per quem omnia, & nos per ipsum. Sed non
in omnibus est scientia. Quidam autem cum
conscientia vsq; nunc idoli quasi idolothytū
manducāt, & conscientia ipsorum cum sit in
firma polluitur.

¶ De his autem que idolis sacrificā
tur. Sane de hac materia satis superq; dictū est ad Ro-
manos.14.capite. Qd̄ ergo dicit hoc est. Eque vos me-
cum scitis q᷑ licite possumus vesci de his que idolis im
Titum.1. molata sunt: q̄m oīa mūda mūdis si cū gratiarū actio-
ne sumantur. Horum igitur omniū sciētiam multi ex vo
Infra.13.c. bis habēt: sicut ꝛ nos habemus. Sed quid prodest sciē-
tia: siue dicas angelorū linguas: vt noueris mysteria om
nia: ꝛ spiritu pphetico plenꝰ sis: sine charitate? [Scię-
tia inflat: charitas ędificat.] Qui ergo vult impleri cha
ritate: euacuet aere quo turget. Quid tumet cōtra deū
spiritꝰ tuus? Aer eleuat: charitas humiliat. Sciētia in-
flatiua est: charitas autem est que infirmos ędificat ꝛ di
cit: ne scandalo sim fratri meo: non māducabo carnes in
ęternum. Panis solus nociuus est: similiter ꝛ vinū sine
aqua: sic scientia sine charitate inflat: non ędificat: oīa
Eccles.4. enim sola insuauia sunt ꝛ nociua: quia ꝛ ve soli: charitas
etiam non est ad seipsam, pōdera. Isti itaq; non cōpatiē
Amos.6. tes super contritione Joseph fratris sui minoris post
minimum: sed male freti scientia sua: nec memores cha
ritatis Christianę: passim nulloq; delectu facto in cibis
idolis immolatis/ se ipsos vsq; ad nauseam replebāt. Hi
inquā bene iudicabant de re ipsa: sed hec scientia infla-
tiua/ scandalo erat infirmis ꝛ in fide nouitiis siue ex iu-
deis siue ex gentibus. Melius est autem scire infirmita
tem nostram q̄ naturā rerum: quam sciētiam qui appo-
Eccle.2. nit: apponit ꝛ dolorem ex desiderio patrię. [Siquis aūt
se existimat scire aliquid: nō dum cognouit queadmodū
oporteat eum scire.] Magna.n. pars scientię abesse vide
tur his qui nesciunt quatenus sit vtēdum scientia. Hoc
autem sola charitas edocet: q̄ nunq̄ querit cōmoda sua
sed q̄ aliorū sunt. Qui ergo pręsumit se scire plus q̄ scit:
Infra.13. vel qui nescit vti sua scientia ad proximorum vtilitatē ꝛ ędi
ficationē: sed magis in scandalū pusillorū qui in Christo
credūt: iste in veritate non dū cognouit: quomodo opor
ij. teat eū scire: vel nō dū quicquā nouit. ¶ Sane ratio sciē
Bernardꝰ. di in tribus videt cōsistere vt videlicet sciamꝰ quo ordi
ne: quo studio/ q̄ fine quęq; nosse oporteat. Quo ordine:
vt id prius qd̄ maturius ad salutē. Quo studio: vt id ar-
dentius qd̄ vehemētius ad amorē. Quo fine: vt non pro
pter inanē gloriā ꝛ curiositatē: sed ad dei gloriā ꝛ proxi-
mi ędificationē. Sicut aūt dicit Seneca: plus homines Seneca.
oculis q̄ auribꝰ credūt. Longū iter est per pręcepta: bre
ue ꝛ efficax per exēpla. Plato ꝛ Aristoteles ꝛ omnis tur
ba sapiētiū plus ex moribꝰ q̄ ex verbis Socratis traxe-
runt. Uerē autē sicut dixit ꝛ Seneca: sicut cęterarū rerū
ita ꝛ litterarū in tēperātia laboramus. Principalis igit
pars scientię est nosse rationē sciēdi ne inflati sciētia nr̄a
perdamꝰ fratrē pro quo Christꝰ mortuus est. [Siquis
autē diligit deū: hic cognitus est ab eo.] De cęteris dicit
nescio vos. Diligit aūt deū qui proximū diligit: ꝛ huius
intuitu scientiā suā attēperat: vt interim psit fratri pro
quo Christus descēdit de cęlo: nō ostendēs quid nosset:
sed omnia agēs vt pdesset. Quomodo autē dn̄s pręsciat
ꝛ pręcognoscat aliquos: ꝛ alios nesciat: dictū est ad Ro-
ma.8.capite. Non ergo approbat a deo q̄ habet scientiā
sine charitate (sicut q̄ dixit: quis est meus primꝰ?) Ma Luc.10.
gis autē is pbatus est deo ꝛ ab eo cognitus: qui ꝛ deum Sancta ru-
diligit ꝛ pximo cōpatitur: quarūcūq; ignorātia scriptu sticitas.
rarū laboret: sępe.n. charitas intrat vbi stat sciētia foris:
sciētia inquā que inflat. Alioqui sancta rusticitas solum
sibi pdest: ꝛ q̄ntū ędificat ex vitę merito ecclesiam Chri iij.
sti: tantū nocet: si destruētibꝰ nō resistat. Qui autē docti
fuerint fulgebūt quasi splēdor firmamēti ꝛ q̄si stellę in p Daniel.12.
petuas ęternitates. [De escis aūt q̄ idolis immolantur
scimus q᷑ nihil est idolū in mūdo.] Non q᷑ nihil sit verbi
gratia aurū: argentū: siue ęs lapis vel lignū ex quo fit ido
lum: hec.n. omnia creaturę dei sunt ꝛ in mūdo sunt: sed
formā stulticia hominū dedit. ¶ Igit idolū nihil est in
mūdo. i. nullius rei q̄ sit in mūdo similitudinē habens.
Uel q᷑ ęstimabāt idolū esse personā subsistentē ex simula Pmetheꝰ
cro ꝛ spiritu pręsidēte. Idolū.n. hic appellat apo. speciē pmus sta-
quā non videt oculus: sed animꝰ sibi fingit. Ideo in lege tuarū inuē
distincte dictū est: non facies idolū vel sculptile: nec om- tor.
nē similitudinē que est in cęlo desuper: ꝛ q̄ in terra deor
sum: nec eorū que sunt in aquis sub terra. Exodi.20.ca. Exodi.
idolū ergo penitꝰ nihil est. i. nullius entis imaginē pręse
fert. Similitudo vero est cū aliquid ex his q̄ sunt in cęlo
vel in terra format: vt puta solis ac lunę figurę vel stella-
rū quarūcūq;: pisciū: volatiliū aut quadrupedū. Scimꝰ
ꝛ illud itē. [q᷑ nullus est deus nisi vnus.] De cuius vni
tate dicēdum est ad Ephesios cap.4. [Nā etiam si sunt q̄
dicātur dii siue in cęlo siue in terra: quēadmodū sunt dii
multi ꝛ dn̄i multi: nobis tn̄ vnus est deus q̄ est pater: ex
quo omnia: ꝛ nos in illū: ꝛ vnus dn̄s Jesus christus per
quē omnia: ꝛ nos per illū.] Sciēdū q᷑ Ptolomeꝰ Euer
getes aliquādo diripiens regnū Egypti: inter cętera q̄
iure pręlii abstulit: diripuit deorum simulacra aurea ꝛ argē
tea duo milia q̄ngenta. Hieronymꝰ. Primū omniū Assy Hieronyꝰ.
regnasse Ninū Belli filiū omnes grecę narrāt historię: q̄
Niniuē cōdidit sui nominis ciuitatē: cuius vxor Semi-
ramis/ muros extruxit Babylonios. Hic aduersus Zora
stem magū Regem Bactrianorum forti certamine dimica
uit: ꝛ in tantā peruenit gloriā: vt patrē suū Belū referret
in deū/ hebraice Bel. phenices ꝛ Sidonii appellāt Baal
inter ponentes Hain. Didicimus exordiū demonū imo y
hominis in deū cōsecrati. Oīa.n. idola ex mortuorum erro
re creuerūt. Quodq; dicit Osee vocabit me vir meus ꝛ
nō Baali: sciēdū q᷑ lingua hebrea Baali significat id qd̄ בְּעָלִי
habēs me. Sic.n. vxores vocabāt viros Baali. i. habēs me
videlicet in cōiugio. Itē is virū significat hebraice: Issi אִישִׁי
vero vir meꝰ. Cū ergo vtroq; sermone appellet maritꝰ:
videlicet Baali aut Issi: tātū inquit odi nomina idolorum:
vt etiā qd̄ benedici potest pter ambiguitatē ꝛ verbi si
militudinē nequaquā velim appellari: sed vocari me Issi
magis q̄ Baali: ne dn̄s aliud loquit: aliud recordet: ꝛ vi
rū nominās: idolū cogitet. Bel autē ipse est Saturnꝰ: et

dicitur idolū ab idea: deus tamē vnus est. De hoc ita di-
Dionysiu cit Dionysius. Quēadmodū si animā vellemus corpora
li specie effingere: partesqʒ ipsi indiuiduę applicare cor-
poreas: aliter cogitarem⁹ in ea partes circūdatas: ab in
diuiduo animę nō discedēdo: vt caput quidē intelligētiā
ceruicem opinionē/vt in medio rationalis atqʒ irrationalis
positā: pectus irā: ventrē cōcupiscētiā: crura τ pedes na
turā diceremus: nominib⁹ partiū virtutū signis vtentes:
Deus. multo sane magis in eo q̄ super eminet omnibus alteri-
tatē formarū atqʒ figurarū: pijs τ deo cōgruis sacratiori
busqʒ explanationib⁹ vt purgem⁹ oportet. Cū.n. deus in
cōprehēsibilis semp permaneat: cuius nec sensus vllus
est: nec imaginatio: nec opinio: nec nomē: nec sermo: nec
tactus: nec sciētia: quomodo de eo loquemur: cū omi vo
cabulo careat atqʒ omne nomē excedat? Dicēte Salomo
Prouer.30. ne: qd nomē eius filijqʒ eius si nosti: super substātiale tū
illud diuinū quicqd est omnia desiderāt. Et tamē cū ca-
reat omni nomine: cuius nomē est qd est: dicit leo: lapis
splēdor: speculū: imago: verbū vita: character: ignis: ru-
bus: nubes Electrū. τc. Que magis ipa sunt vera exqui
bus dicunt istę similitudines nō proprietates. Et cū sit
Hiere.23. intra omnia extra omnia est. Et cū difficile inueniat vbi
est: difficilius vbi nō est: cęlū.n. τ terrā ego impleo inqt.
Greg.Naz. G.Nazi. De diuinitate hoc solū cōprehēdimus q cōpre-
hēdi non potest. Itē illud: q qui erat: α. factus est. ω. Et
essent rota in rota. i. de⁹ in virgine. Quicūqʒ igit siue in
Psal.81. cęlo siue in terra dicūtur dij: quia ego dixi dij estis: τ ego
Exo.7. te cōstitui deū Pharaonis: τ in medio aūt deos dijudi
cat deus stans in synagoga deorū: isti tū de nominatiue
dicunt dij τ fm qd: sicut homo pictus dicit homo. Sed
sicut nō est vllus deus pręter vnū: ita non est idolū quod
deū aliquē pręseferat. Si.n. qui vere est deus: τ tū vn⁹
deus: nec cogitari potest nec reprȩsentari aut imaginari
iiii. quō facietis imaginē vel quā ei qui nullū esse habet om
nino? Idolū igitur nihil est omnino: licet omnes creden
tes acceperint a deo potestatē filij dei vocari et esse sicut
1.Joan.1. dicit Joānes. ¶ Sane deus tripliciter dicitur. Natura:
τ sic vnus tm̄ est deus. Adoptione: τ sic dij vocātur san-
cti τ angeli: nūcupatiue: et hoc modo sunt dij multi in cę
lo quos gentes cęlites vocāt: Saturnus Jupiter: Mer-
curius: τ in terra itē sunt dij multi q vocant Manes de
quibus multa diximus ad Rom.1. Nobis autem vnus est
deus pater: ex quo omnia sunt per creationē: τ nos sum⁹
in illo gratię suę participatione. Est τ nobis vn⁹ dñs Je
sus christus deus vnus cū patre: τ homo nobiscū in tem
pore: per quē tanqʒ per mediatorē et ꝓpitiatorem pater
largitus est nobis omnia τ vitā τ gratiā τ peccatorū re-
missionē τ spē vitę ęternę: per quem omnia facta sunt: τ
nos inter illa omnia: τ sup illa constituti quasi quidā dij
Democrit⁹ in terris. Sciendū autē q Democrit⁹ negauit dei proui
dentiā: quā opinionē cōfirmauit Epicur⁹. Ante hos au
tē Pythagoras dubitauit deos esse aliquos: Diagoras
autē affirmauit nullos esse deos: Socrates vero irride-
bat deorū multitudinē: τ in cōtumeliā eorū per canem:
Augustin⁹ quercūqʒ iurabat. Unde dicit de eo. Aug. Socrates au-
dacior cęteris perhibet: iurādo per canem vel lapidem
τ quicquid iuraturo esset in prōptu: τ quasi ad manū oc
currisset. Credo q intelligebat qualiacūqʒ opera naturę
que ad ministrāte diuina prouidētia gignerētur: multo
v. q hominū τ quorūlibet opificum esse meliora: τ ideo di
uinis honorib⁹ digniora/q ea q in tēplis celebrātur: et
inde mors est sibi illata: videlicet q noluit iurare p deos
Apollinē τ Uulcanū τ cęteros: missusqʒ in carcerē: com
pulsus est bibere venenatū poculū. ¶ Nemo est tū ho-
die tā rudis: tā feris morib⁹: qui nō oculos suos in cęlū
attollens: tā τ si nesciat cuius prouidētia dei regatur to
tū hoc omne qd cernit: aliquā tū esse intelligat ex ipsa re
rū magnitudine: motu dispositione: cōstātia: vtilitate: τ
Lactātius. pulchritudine. Deū tamē vnū esse tātū: hinc patet: qm̄ si

deus est/perfect⁹ est: ita vt in eo sint omnia: τ per ipsum
oīa: τ sine ipso nihil. Deorū igit cęterorū virtutes ac pote-
states: infirmiores sint necesse est: qm̄ tantū singulis de
erit: qntū in cęteris fuerit: ita qnto plures tāto minores
erūt: a deo vt vnus pręferat ianuę domus. Alter ipsius
ianuę pessulo: tertius cardini ipsius ostij. De hoc quęre
Aug. Quid q illa summa rerū potestas ac diuina vis:
nec semel quidē diuidi potest. Quicquid.n. capit diui-
sionē: τ interitū capiat necesse est. Non vident qui deos
esse multos credūt: fieri posse vt aliqd diuersum velint: τ
ex qua re disceptatio inter eos τ certamē oriat: sicut Ho
merus Bellantes inter se deos finxit: cū alij Troiā capi
vellent: alij repugnarent. Unius igit arbitrio mūdū re-
gi necesse est. Si.n. in vno exercitu tot fuerint impera
tores quot Legiōes: quot Cohortes: quot Cunei: quot
Unitas. Alę: primū nec instrui poterit acies: vno quoqʒ periculū
recusante: nec regi facile: q suis proprijs consilijs vtant
vi. omnes: quorū diuersitates plus noceant q prosint. Dice
re autē multorū arbitrio regi mūdū: tale est quale siquis
affirmet in vno corpore multas esse mētes: qm̄ multa et
varia sunt ministeria membrorū: vt singulos corporis sen
sus singulę mētes regere credant. Quod si in vnoquoqʒ
corpore tantarū rerū gubernationē: tantorū affectuū mo
derationē mens vna possideat: et vniuersis simul intēta
est: cur aliqs existimet mundū nō posse ab vno regi a plu
Heb.1. ribus posse? ¶ Unus ergo deus vnus rector: cęteri admi
nistratorij spirit⁹ sunt. Si quęras hic deus quomodo vo
cat: qm̄ omes dij gētiū nomina sunt sortiti: respōdo: deo
Exo.3. huic nomē nō est: quia solus est qui dicit ego sum q sum:
nec op⁹ est ꝓprio vocabulo: nisi cū discrimē exigit multi
tudo: deo autē q semp vnus est: ꝓpriū nomē est deus pa
ter: filius spūs scūs. Si igit vna aīa pręsidet in vno cor-
pore: τ vn⁹ homo ꝓlat⁹ est omni creaturę q sub cęlo est:
ita vn⁹ est deus q pręsidet τ in cęlo τ in terra/ꝑ quē oīa
Tullius. facta sunt. Dixit autē Tullius in de natura deorū. Deus
qd aut qlis sit forte roges me? Autore vtar Simonide: a
quo cū qsisset idē Tyrānus Hiero: deliberādi causa sibi
vnā diē postulauit. Cū idē ex eo postridie qreret: biduū
vii. petiit. Cum sępius vero duplicaret numerū dierū: admi
rāsqʒ Hiero qreret cur ita faceret: q quāto indt diuti⁹
cōsidero: tāto res mihi videt obscurior. ¶ Quā igit sibi
veniā sperare possunt impietatis suę: q nō agnoscūt cul-
tū dei: quē prorsus ignorari ab hoīe fas nō est? Nā τ cū iu
rāt τ cū optāt: τ cū gratias agūt: nō Jouē aut deos multos:
sed vnū deū nomināt: a deo ipsa veritas cogente natura
etiā ab inuitis peccatorib⁹ erūpit. Qd quidē nō faciūt
in ꝓsperis reb⁹: nā tūc maxime deus ex memoria hoim
Actu.17. labit: inq tm̄ τ mouemur τ sum⁹: τ sine q esse non possu
m⁹. Sed tū impossibile est deū honorē suū ꝑdere: aut.n.
peccator soluit spōte qd debet: aut de⁹ ab inuito accipit.
Ergo nihil agis ingratissime mortaliū: q te negas aliqd
deo debere sed naturę: natura.n. sine deo nihil est. Deū
aūt vniuersitatis tā difficile est inuenire ait Plato: q in
uētū impossibile digne ꝓfari. Oēs igit dij gētiū aut sunt
Plato. demonia: aut hoīes fuerūt q aliquādo in terra regnaue-
rūt: quorū simulacra hoīes colere cęperūt: aut sunt imagi
nes corporū cęlestiū aut aīaliū terrestriū: aut idola ꝯficta
de corde infideliū: de⁹ aūt nr vn⁹ est quē nosse τ diligere
vita ęterna est. [Sed nō in oīb⁹ est sciētia.] Nō oēs sciūt
ex integro q vn⁹ de⁹ tm̄ sit: τ qd idolū nihil: ac ꝑinde car
nes idolo immolatę nulla immūditiā ꝯtrahāt aut scificā
tionē. [Quidā.n. cū cōsciētia simulacri vsqʒ ad hoc tēp⁹ vt
simulacris immolatū edūt: τ ꝯsciētia illorū infirma cū sit
polluit.] Sēsus est: q qdam ex nouiter cōuersis cū edoti
aparētibus ꝑsuasum haberēt idolū esse aliqd diuinū: ad
huc cū hac sciētia idoli. i. credentes q idolū aliqd habeat
numinis: māducant idolothyta. i. carnes idolis immola-
tas: qsi vz caro illa aliqd ꝯsecrationis habeat ab idolo cui
immolata est: nō nihil sperās aut timēs ne idolū illud vel
quicūqʒ

quicūqʒ in illo pręest demon vel prosit vel obsit. Hic igit
cum te quem putat scientia pręstare viderit cum Genti
bus accūbentē: τ ex sacris illis (vt illi putant) carnibus
indifferenter vesci: putans te eodem animo vesci quo et
illi qui ritum gentis suę sequūtur: absqʒ dubio offendit
τ scādalizatur exemplo tuo: τ imitatur factum tuum sed
perperā: cum tu alio id facias animo: τ aliud ille arbitre
tur: τ qui paulo ante tantillum erat superstitiosus: nūc
exemplo tuo confirmatur in sua superstitione: quā a ma
iorib⁹ aceptam: nō dum penitus exuerat: sic corpore po-
sito extra Sodomā: mens eius. i. caput: ad Sodomā ite-
rum respicit. Unde dicit: τ consciētia ipsorum cum sit in
firma: τ cui nōdum persuasum est plene quoniā idolū ni
hil est: polluitur: credens te illis carnib⁹ vesci quasi san
ctificatis: cum tu id alio facias animo: sciens omnia mū
da mundis. Sed inquiet quis.
¶ Esca autem non nos cōmendat deo, Neqʒ
enim si māducauerimus abundabimus, neqʒ
si non manducauerim⁹, deficiemus. Videte au
tem ne forte hec licentia vestra offendiculum
fiat infirmis, Siquis.n. viderit eum qui habet
scientiam in idolio recūbentē, nonne conscię
tia eius cum sit infirma ędificabitur ad man
ducandum idolothyta, & peribit infirmus in
tua conscientia frater propter quem Christus
mortuus est. Sic autem peccantes in fratres, &
percutientes conscientiam eorum infirmam,
in Christū peccatis. Qua propter si esca scan
dalizat fratrem meum, non manducabo car-
nem in ęternū ne fratrē meū scandalizē.
Rom.14. [Esca non cōmēdat nos deo] non est.n. regnum dei esca
τ potus: sed iusticia τ pax: τ charitas ex corde puro τ fi-
de non ficta ꝑma Thimoth.1. omnia autē creata sunt ad
vsus hominū que mandi possunt: τ omnia sunt mūda et
sanctificata per verbum dei: sed. [Uidete ne hec licentia
vr̄a alias potestas vestra. ἐξουσία ὑμῶν offendiculum
6.Cap. fiat infirmis: quoniam se- cundum supe
rius dicta multa quidem licent: que tamē non expediūt:
non quia mala: sed quia non ędificant proximū: imo de-
struūt fratris consciētiam adhuc teneram et in firmam.
Neqʒ.n. [Si nō māducauerim⁹ deficiem⁹: neqʒ si mādu
cauerim⁹ abūdabim⁹. Si.n. vescaris ex idolothytis nō
eris sanctior: nec impurior si non māduces. Esca igit cū
ix. nihil vobis prosit ad dei gratiam promerendā: infirmis
fratrib⁹ etiam obest. [Siquis.n. viderit te] qui habes
scientiā sed sine sale adiūcto discretionis: cum tamen do
Leui.2. minus iusserit vt in omni sacrificio offeratur sal: viderit
autē [recūbentē in idolęo (est autem locus simulacrorū:
aut mensa in qua carnes sacratę proponebantur) Nōne
conscientia eius cum sit infirma: nec dum plene exuit ve
teres ac paternos mores: ędificabitur per te. i. exemplo
tuo qui similiter in idolęo accumbis τ vesceris carnib⁹
sacris: ad māducandū idolothyta]? Ita indubitāter fiet.
[Et o frater (quod cum pōdere legēdum est) si tamē fra
tris nomē mereris qui fratri tuo infirmo scandalum po
nis vt offensus intereat: peribit infirmus in tua sciētia
(vidit.n. te qui sapiēs es similiter vesci de idolothytis)
propter quē Christus mortuus est] Peribit autem cre
dens aliquā esse virtutē τ diuinitatē in idolo: cum vt di
ctum est idolum nihil sit aliud q humana adinuētio. Et
De adulte- patet. [Sic autem peccātes in fratres: τ vulnerātes illo
rijs significā- rum conscientiam infirmam] cum magis mederi expedi
ret: τ omnia facere per que eorum consciētia proficeret:
τ ędificaretur [in Christū peccatis] cuius membris offi
citis: cuiusqʒ templum destruitis: τ regnū diminuitis:
τ expediens erat vobis magis vt suspensa ad collum mo

la asinaria demergeremini in maris profundum: q vnū
Matth.18. ex his minimis fratrib⁹ perdere pro quo Christus mor
tuus est. Si.n. vnus ędificet videlicet Christ⁹: τ alter de
Eccle.34. struat τ diruat opus eius: quomodo proficiem⁹ in tem-
plum dei: quod non solū ex lapidibus preciosis quadris
τ sectis erigitur sed etiam ex rudibus τ impolitis: qua
Luc.11.c. les sunt qui conscientiam adhuc habent infirmam? Ipla
ne qui non est mecū: contra me est: τ qui non colligit me
cum spargit. [Quapropter inquit apost. si esca scandali
zet fratrem meum] quātūcunqʒ licita sit: τ cōmunibus
x. omniū vsibus deputata: non manducabo carnem nō mo
do idolis immolatam: sed quācūqʒ aliam carnem in ęter-
Porphiri⁹ num. Usus carniū ad sanitatem minime confert: potius
autem impedit: quoniam per que recuperatur sanitas:
De noui o- per eadem perseuerat. Recuperatur autem per victum
peris anun- tenuissimū et carnibus abstinentem: qua propter et hoc
tiatione cuz modo sanitas conseruatur. Quod si ad Milonis robur
ex initicto. animalium abstinentia minus confert: certe neqʒ robo-
ris adiumēto opus est Phō vt ne dicā christiano: si mo-
do contemplaturus est. Porphirius. ¶ Non q mala sit
esca munda vel immunda cōmunis vel sacra aut propha
na: sed ne fratri meo inquit scandalo sim. Quod autem
peccans in fratrem: in Christum peccare cōuincatur au
di. Uenit domin⁹ per noctem ad Abimelech τ dixit ei:
en morieris propter mulierem quam tulisti: habet.n. vi
rum. Et ille nō tetigerat eā: ait: qʒ / in simplicitate cordis
Genes.20. mei τ in mundicia manuū mearum hoc feci. Et domin⁹.
Figura. Ego scio q simplici corde feceris: τ ideo custodiui te ne
peccares in me: τ non dimisi vt tangeres eam. Uides er
go q peccans in Abraam tollens vxorem suam: in deum
dicitur peccare: τ non tantum in proximum quem lędit.
Cętera satis patent.

¶ Nonum caput.



On sū liber? Non sū apostol⁹? Nōne christū Iesum dominū nostrū vidi? Nōne op⁹ meū vos estis i domino? Et si alijs nō sum apostolus, sed tamen vobis sum. Nam signa
i.
culum apostolatus mei vos estis in domino.
Mea defensio apud eos qui me interrogāt hec
est. Nunquid non habemus potestatem man
ducandi & bibendi? Nunquid non habem⁹
potestatem sororem mulierculā circunducē-
di, sicut & cęteri apostoli & fratres domini &
Cephas? An solus ego & Barnabas nō habe-
mus potestatem hoc operandi.
¶ Non sum liber: nō sum apostol⁹?)
Parum est inquit apo. si vos verbo tantū adhorter τ nō
Luc.17. exemplo. Scitum est illud ex euangelio: qui tātum ea fa
cit que iussus est: et ad que tenetur ex dei pręcepto: ad
huc seruus inutilis est: nihilqʒ super erogat pro cura in-
Joan.15. firmorū. Quod igit me videritis facere hoc facite: exē-
plū.n. dedi vobis. An inquit non sum ego liber? Queret
Judicū.9. forsitā aliquis q vetetur sua vti libertate: τ vesci ex om
nibus que deus creauit. Sed videte quoniā nō semper

respiciendū est ad id quod decet: aliquādo ⁊ ad id quod
expedit vera charitas oculum tendit: non querēs quod
sibi vtile: sed quod aliis. Alioqui multa erant inquibus
licebat Paulo quod ceteris apostolis licuit: sed magis
respexit ad cōmunē vtilitatē ecclesie: ꝙ ad propriam: ⁊ de
his inferius dicetur per singula. [Si nō sum ⁊ ego apo
stolus.] Non. n. defuerūt qui dicerent Paulum aposto
lum non esse qui Christū in carne nō vidit vel si vidit nō
est sequutus. Hac ratione nec Matthias erit apostolus
sed qui putat Paulū nō vidisse dñm Christū in carne: au
diat quod sequitur. [Nōne dñm nostrū Iesum christum
vidi?] Quod si est non vidit moriturū ⁊ morientē in ter-
ris: vidit eum regnantē in celis: cum audiuit illa arcana
verba hominibus ineffabilia. 2. Corin. 12. de qua visione
suo dicetur loco. Si autem nō est apostolus: vnde est illa
vox spūs scti dicentis: segregate mihi Saulum ⁊ Barna
Actu. 9. capite vide. bam. Actu. 13. c. in opus ad quod assumpsi eos. Si nō au
diuit euangeliū ex ore Christi predicātis: audiuit illud
in reuelatione: dicente apostolo cū Samuele. 1. Reg. 3. c.
Gala. 2. loquere dñe quia audit seruus tuus. Qui. n. operat⁹ est
Petro in apostolatū circuncisionis: operatus est ⁊ mihi
ij. inter gentes. ¶ Cum igitur sim liber ⁊ apostolus ⁊ apo.
gentiū: ⁊ in hoc assumptus a spū scto: et Christum vide-
rim regnantem: ⁊ euangeliū eius per reuelationem acce
perim: quare non itē licet mihi de euāgelio viuere: sicut
ceteri viuūt? Liber erat ergo apo. vt acciperet corporalia
ab area quam triturabat: ⁊ tamē non accepit: vt exēplo
fieret Corinthiis: abstinere etiam ab his que licent: q̄m
sicut quidam sapiens dixit: cito decidet in illicita qui nō
aliquando a licitis abstinet. [Nōne opus meū vos estis
in dño?] Si inquit nō sum apostolus: vnde factū est vt ci
uitas vestra facta sit amodo discipula veritatis: que ante
erat quasi altera Babylō mater cōfusionis? Nec. n. vrbs
illa min⁹ erit muro circūdata. si quis eā optimis viris
Lycurgus. non laterib⁹ cinxerit. Lycurgus. An nō simile opus pe-
regi ego in Corintho ciuitate cultui demonū addicta: et
omniū sordiū atqꝫ vitiorū Nouerca: quod legimus fecis
Iosue. 6. se Iosue in Hiericho: vt septem diebus circūdata nouis
sime ad sonitū tubarū sacerdotaliū corruerint muri ei⁹:
vt nec lapis super lapidē remaneret? Et illi quidē euer
Apoc. 12. sa ciuitate: deleti sunt de superficie terre. Vos autem ⁊
euersi estis: ⁊ conuersi ⁊ sic conuersi: vt merito de vobis
Apoc. 17. dicatur: vidi ciuitatem sanctam descendentē de celo: Be
stia. n. que erat iam non est. Hoc est ergo quod dicit apo.
nonne opus meū vos estis in dño? Eius. n. gratia coope-
rante ipsi apostolo: euertit Corinthū: vt nō sit amodo qđ
erat: nec sit vltra habitatio demonū: sed populus dei: et
oues pascue ei⁹. Romā vocat Petr⁹ Babylonē. 1. pe. 5.
[Et si aliis non sum apostolus: sed tamē vobis sum.] Et
hoc ostēdit per ea que sequūtur. Nam signaculū aposto-
lat⁹ mei vos estis in dño. Quasi dicat quia forma ⁊ cha
racter sigilli mei. i. doctrine mee in vobis expressa est et
impressa: deleto ⁊ abolito signaculo ⁊ chara: tere Bestie
Apoc. 13. quod acceperatis et in manu ⁊ in fronte. Suū
cuiqꝫ pulchrum: ⁊ patrie fumus igne alieno luculentior
videt. Ita. n. soleo respondere his qui me interrogant:
iij. quod signū ostendis apostolatus tui? Ecce inquā Corin
thus presefert formā expressam doctrine mee non tātum
verbis ꝙ moribus. Quid. n. aliud fecerūt ceteri apostoli
Christi in gentibus quibus euāgeliū Christi predicaue-
runt? In ciuitatibus veteribus nouū populum institue
runt iuxta quod dicitur: quasi modo geniti infantes: ra-
1. Petri. 2. tionabiles ⁊ sine dolo: lac concupiscite: vt in eo crescatis
in salutem. ¶ Vos genus electū: regale sacerdotiū: gēs
sancta: popul⁹ acquisitionis: vt anūtietis virtutes eius
Scipio Africanus: vn q̄ de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suū. Qui
aliquando non populus dei: nunc autē populus dei. ⁊ c.
sibi cognomē accepit. 1. Pe. 2. Hec illi fecerūt apud ceteras nationes: hec ⁊ in
vobis facta cernitis. [Denique mea responsio apud eos q̄
me interrogāt/alias defensio aduersus eos q̄ me explo-
rant: hec est] videlicet ꝙ signaculū apostolatus mei vos
estis in dño. [Nūquid igitur non habemus potestatē si-
cut ceteri apostoli manducandi ⁊ bibendi] hec est viuē
di e stipendiis vestris quibus militamus: ⁊ quorū vtili
tatibus deseruimus? Et hec inferius exponūtur. Sane Luc. 10. c.
dign⁹ est mercenarius mercede sua: nisi ipse gratis tra-
dat operam suam. [Nunquid non habemus potestatem
sororem mulierem circūducēdi] que corporis nobis ne
cessaria de facultatib⁹ suis suppeditet: queadmodū ⁊ ce Dist. 31. cō
teri apostoli: ⁊ fratres domini ⁊ Cephas? Aut solus ego sitemur.
⁊ Barnabas non habemus potestatē hoc operandi? Nō
habemus potestatem non operandi? μὴ ἐργάζεσθαι,
opere videlicet manuario: quod licet
ceteris. Que oīa eo tendūt vt ostendat apostolus om
nia sibi licere: q̄ ceteri apostoli licite faciebāt: cum eque
cum illis sortitus fuerit ministeriū apostolatus sicut ex-
positū est: ⁊ tamē in multis non est vsus hac potestate: q̄
nec matronā circūduxit cuius alimoniis pasceretur: nec
ab eis sumptus accepit quibus predicauit: sed labores
manuū suarū manducauit: vt esset seruus vtilis fidelis ⁊ Psalꝰ. 127
prudens: vtqꝫ haberet etiam ex corporali labore vnde ne
cessitatem patienti tribueret. Vide distin. 31. cōfitemur.
In decretis. Sororē sane mulierculā quidā interpretan
tur ꝙ apostoli vxores suas qui habebant ante ꝙ vocarē-
tur ad apostolatū circūducere solebānt: sed quas iam ha iiij.
berēt sororū loco. Verū melius exponitur vt Mulier sit
nomē sexus: soror autē nomen religionis: quasi dicat mu
lierē christianā ⁊ fidelem. Legimus autem ⁊ dñm femi-
nas habuisse in comitatu suo: ne viderentur aliene a salu Luc. 8.
te: que ⁊ ministrabāt ei. Habuit ⁊ loculos. Ioā. 13. c. is q̄
pascit pullos coruorū. Psalꝰ. 146. ⁊ dat escam omni ani-
mali in tēpore oportuno. Per hoc autē ꝙ permisse sunt Psal. 144
mulieres sequi dñm Christū: ostēdit domin⁹ quid a po-
pulis deberetur his qui annūtiant verbū dei. Fratres au
tem dñi vocantur Ioānes ⁊ Iacobus. ¶ Subdūcit autem
apo. in consequētibus exēpla vndecim per que ostendit
vnam ⁊ eādem conclusionē videlicet ꝙ licitum est predi
catori viuere ex sumptib⁹ eorum quibus verba vite mi-
nistrat: vocās eos. 1. Predicatores. 2. Milites. 3. Vinito
res. 4. Pastores. 5. Boues. 6. Aratores. 7. Trituranto-
res. 8. Seminatores. 9. Architectores. 10. Altaris mini-
stros: tandem hortorū cultores.

¶ Quis militat suis stipēdiis vnqꝫ? Quis plā-
tat vineam, & de fructu eius non edit? Quis pa
scit gregem, & de lacte gregis non manducat?
Nunquid secūdum hominem hec dico? An &
lex non dicit? Scriptū est. n. in lege Mosi. Non
alligabis os boui trituranti. Nunquid de bo
bus cura est deo? An propter nos vtiqꝫ hoc di
cit. Nam propter nos vtiqꝫ scripta sunt, quo-
niam debet in spe qui arat arare, & qui tritu-
rat, in spe fructus percipiēdi. Si nos vobis spi
ritualia seminauimus, magnum est si nos car
nalia vestra metamus? Si alii potestatis vestre
participes sunt, quare non potius nos? Sed nō
vsi sumus hac potestate. Sed omnia sustinem⁹
ne quod offendiculū dem⁹ euāgelio Christi.

¶ Textus. Quis militat suis stipēdiis vnqꝫ?] Ergo mi
lites erant apostoli. Ecce inqt ego mitto vos sicut oues
in medio luporū. Quibus armis instructos mittis? Vē Matth. 10.
dat inquit tunicā suam ⁊ emat gladium. Luc. 22. Quid v.
est hoc quod audiuimus? Petro dicitur: recōde gladiū
in locum suū. Non illum quo separatur parens a filio et Matth. 26.
nurus a socru: quali vsi sunt Leuite contra cultores vitu

li: quando manus suas consecrarūt dño. Hic precepit vt
diuēdita tunica gladium emant apostoli. Nudis velleri-
Matth. 5. bus oues solo gladio munite inter lupos mittunt: ⁊ duo
decim inter luporū cateruas. Cur inquā emere me iubes
gladiū qui ferire me prohibes? Imo parare alteram ma
xillam. Cur habere precipis quem vetas promi? Nisi for
Ambrosi⁹. te vt sit parata defensio: nō vltio necessaria: vt videar po
tuisse vindicari: sed noluisse. Lex quidem que bella per
misit: referire nos nō vetat: ⁊ ideo fortasse Petro duos
Luc. 22. gladios offerenti: sat est dicit: quasi licuerit vsqꝫ ad euā-
gelium: vt sit in lege equitatis eruditio. in euāgelio bo-
nitatis profectio. Duo igit gladii qui satis super q̄ sunt
Iudi. 7. militibus euāgelicis: qui tubis potius verbi celestis et
lampadibus pugnauerūt ꝙ armis sciētia est vtriusqꝫ in
strumenti: huic. n. nihil deerit armorū celestium quē sciē
tia veteris ⁊ noui testamenti munierit: ⁊ hec scientia du
plex: siue gladius biceps: vocatur doctrina morū: ⁊ ve
ritas credendorū: que fulgere debent in pectore sacerdo
Actu. 22. tis. Paulus sane legē ad pedes Gamalielis didicit: euā
gelium per reuelationem accepit: ⁊ q̄m duplici pugna-
uit gladio: abūdantius oībus laborauit suis etiam sti
pendiis. De hac quidem pugna alibi dicemus videlicet
ad Ephe. 6. c. ¶ Ad Dauid dictū est: prelia dñi tu prelia
1. Reg. 25. ris: sed nō suis stipendiis preliat⁹ est: accepit. n. Regnū
israel: pro stipendiis sui laboris. Similiter legimus Eze
Ezech. chiel. 26. c. fili hominis Nabuch. Rex Babylonis serui-
re fecit exercitū suū seruitute magna aduersus Tyrum.
Omne caput decaluatū ⁊ oīs humerus depilat⁹ est: ⁊
merces nō est reddita ei neqꝫ exercitui eius de Tyro: p
vj. seruitute qua seruiuit mihi aduersus eam. Quid ergo?
Nemo. n. militat suis stipēdiis: Ecce inqt dñs ego dabo
Nabuchdonos. regē Babylonis in terra Egypti: ⁊ acci-
piet multitudinē eius: ⁊ depredabitur manubias eius:
⁊ diripiet spolia eius: ⁊ erit merces exercitui illi⁹: ⁊ ope
ri quo seruiuit mihi aduersus eam. Dedi ei terrā Egy-
pti: p eo ꝙ laborauit mihi ait dominus. Simile habes
Iosue. 14. c. ⁊. 19. cap. de Caleph filio Iephone Cenezeo:
⁊ de eodē Iosue. Vide ibidem. Vix. n. inuenies qui suis
stipendiis pugnet: quod tamen Paulus fecit. Sequit.
Supra. 3. c. [Quis plantat vineam: ⁊ de fructu eius nō edit?] Ego
inquit apo. plantaui: at fructus vinee mee aliū deuorāt.
Esaie. 7. ¶ De hac vinea dicit Esaias. Cantabo dilecto meo can-
ticū patruelis mei vinee sue. Vinea facta ē dilecto meo
vij. in cornu filio olei: ⁊ sepiuit eam: ⁊ lapides elegit ex ea: ⁊
plantauit vineam electam siue Sorek. Quod est genus
vitis pulcherrime ⁊ fructus perpetui. Et edificauit tur
rim in medio eius. Et torcular extruxit in ea. Et expecta
uit vt faceret vuas (sunt. n. arbores quedā que belle flo-
rēt: verum nullum afferunt fructum) ⁊ fecit labruscas: in
de dicte ꝙ in labris vinearum nascuntur. Hebraice sic.
וַיְקַו לַעֲשׂוֹת עֲנָבִים וַיַּעַשׂ בְּאֻשִׁים: Aquila
autē dixit σαπρίας idest fruct⁹ pessimos. Symmach⁹
viij. ἀτελῆ, hoc est impfectos: Septuaginta autē dixerūt
idest spinas. Fecit igit dñs quicqđ vis huma
Hierony⁹. ἀκάνθας, na fieri potest. Plātauit in loco vberrimo: cir
cūdedit maceriā: elegit lapides: ⁊ flagella eius hastilib⁹
calamisqꝫ subrexit: vitis quoqꝫ ipsa nō fuit vna de pluri-
b⁹: sed electa. Edificauit firmissimā turrim: in q̄ fruges
recōderet: ⁊ de qua insidiantes bestias fructibus contē
plaretur: extruxit ⁊ torcular: vt in eodem potissimū loco
sacre scripture populo exponētur. Quid vltra debui fa
cere? Expectaui (cedri qui florent: fructū non ferūt: que
vero fructificāt: non florent) ⁊ diu expectaui vt redderet
fructū in tēpore suo: ⁊ pro fructu dedit spinas: ⁊ Labru-
Psalꝰ. 1. scas: ⁊ fructus pessimos: ⁊ acerbos q̄ faciunt obstupe-
scere dētes. Deniqꝫ de his vuis acerbis potum dederūt
dño in ✠ ⁊ ex his spinis coronatus est. Quid ergo? Di-
ruam maceriā eius ⁊ erit in cōculcationē: non putabit ⁊
nō fodiet (imo oēm palmitē non ferentē fructū tollet ⁊ c̄) Ioan. 15.
⁊ nubibus celi mandabo ne pluant super eā. ¶ Audi vo Actu. 13.
cem putantium ⁊ excolentiū ⁊ pluentiū super vineā do-
mini sabaoth. Quia indignos vos iudicastis vite eter-
ne: ecce trāsgredimur ad gentes. Hec vox Pauli aposto
li est et Barnabe ad iudeos qui habitabant Antiochie.
De quo vide Actu. 13. c. Et sequitur post hec verba. Sic viij.
enim precepit nobis dñs. Posui te in lucem gētium: vt
sis in salutem vsqꝫ ad extremū terre. Audientes autē gē
tes gauise sunt: ⁊ glorificabant verbū dñi: ⁊ crediderūt
quotquot erant preordinati ad vitam eternam. Deserta
igitur vinea dñi Sabaoth sicut vmbraculū in vinea: vi- Esaie. 1.
nitores collectis fructib⁹ ex ea: ⁊ expresso botro de ter-
ra promissa in area crucis. Num. 13. c. trāslati sunt ad gen
tes vt ibidem nouellas plantarent vineas: harūqꝫ vinea
rū Paulus non solum custos fuit (cū de eo dicatur: po-
suerunt me custodem in vineis: iuxta quod ipse dicit: sol Canti. 1.
licitudo omniū ecclesiarū: ⁊ vineam meam nō custodiui 2. Corin. 11.
videlicet legem Mosi quam iam quasi stercora pessum
dedi) sed ⁊ vinitor ⁊ plantator: ⁊ maxime eius vinee que
conserta est Corinthi. Vineā igitur plātauit: sed de fru-
ctu non comedit: quin in sudore vultus sui manducauit
panē elaborationis. [Quis pascit gregem: ⁊ de lacte gre
gis non manducat? Atqꝫ vtinam pastores nostri tēporis
(quod tamen pace omniū dixerim) lacte contenti essent.
Vtinā ⁊ lacte ⁊ lanis: ⁊ vel gregi ipsi parcerent. ¶ Sed Actu. 20.
scio inquit apo. ⁊ bene scio: ꝙ post discessum meū intra-
bunt ad vos lupi rapaces: sed in veste ouina: non parcen
tes gregi. Quomodo non parcentes gregi? Nonne inqt
satis vobis erat pascua bona depasci? Ezech. 34. Lacte
medebatis: lanis operti estis: occidistis ⁊ possedistis: 3. Reg. 21.
insuper ⁊ reliquias pascuarū vestrarū conculcastis pedi
bus vestris: vt cum purissimā aquam biberetis: reliquā
pedibus vestris turbastis. Et oues mee his que concul
cata pedibus vestris fuerant pascebantur: ⁊ q̄ pedes ve
stri turbauerāt bibebant. Et sequitur. Pro eo ꝙ lateri-
bus ⁊ humeris impingebatis: ⁊ cornibus vestris venti
labatis oīa infirma pecora: donec dispergerent foras:
saluabo populum meū: ⁊ non erit vltra in rapinā: ⁊ iudi
cabo inter pecus ⁊ pecus. Et suscitabo super ea pastorē ix.
vnū: non qui tondeat: mulgeat: ventilet/⁊ pascua concul
cet: relinquēs post se exempla mortifera: sed qui pascat
ea: seruū videlicet meū Dauid. His sane pastorib⁹ expe-
diens fuerat vt mola asinaria apposita collo demergeren Matth. 18.
tur potius in profundū ꝙ vel vnam ex ouibus macilētis
scandalizarent. Non erat qui animā poneret: qui congre Hierony⁹.
garet dispersa: qui confracta cōsolidaret: sed bene qui tō
deret. ⁊ c̄. Imperantes cum austeritate: impigētes corni
bus: honorē putantes se cōsecutos non autem onus. Re
quiret ergo eas bonus pastor: et hec erit mercenariorū
pena vel maxima: ne sub occasione ouiū se ipsos pascant:
⁊ opes congregent: ⁊ requiret verus pastor ouem cente Luc. 15. c.
nariam q̄ perierat. ¶ Et o vos pastores: si tamē pastores
⁊ nō lupi graues: nōne satis vobis erat ꝙ bonis scriptu
rarū pascuis vescebamini? Ut quid reliquias conculca-
stis? Docentes: non facientes: scripturas praue exponē-
tes imo vt apertius dicam: qđ erat pauperibus dādū se
cundū illud: quod superest date elemosinā: dedistis ca- Luc. 11. c.
nibus ⁊ histrionibus. Iudicabit igitur verus pastor in
ter pecus ⁊ pecus: nō inter nomina dignitatū quibus tu
ment prepositi: sed inter hominē ⁊ hominē: ⁊ apparebit
quis pastor mercenarius: vel lupus extiterit. ¶ Reuera Chrysost.
a sit natura ipsa compertū est vt regentiū mores vulgus
imitetur: ⁊ quasi in imagine in vita presidētiū incēdēs:
studeat illorum ꝙ potest fieri simillimus. Quod cum ita
sit: quomodo tumens sacerdos cōprimet aliorum tumo-
res? Nam errores pastorum abscondi minime possunt
oculis: sed exigua eorum celeriter innotescunt. Paulus
autē veri pastoris imitator/tantū absuit vt de lacte ouiū

pasceretur: vt potius ipse vice versa oues sacro lactaret vbere doctrine sue. Lacte inquit vos alui: donec idonei
Supra.3.c.
essetis vesci solido cibo. [Numquid secundum hominem hec dico?] Hec inquit que predixi videlicet quod consuetudo humana non habet vt quis suis stipendijs militet, etc. Non
15.q.1. Quod autem.
tantum habent autoritatem ex communi hominum vsu: sed etiam ex lege diuina videtur idem ostendi. hoc ipsum enim precipit lex cum dicit. [Non alligabis os boui trituranti.]
Deut.25.
Deut.25.cap. Hebraice sic. לא תחסום שור בדישו Hi sunt boues de quibus scriptum est. Esaie.1.cap. Cognouit bos rationalis possessorem suum: et ad quos eorum possessor alloquitur:
Matth.11.
tollite inquit iugum meum super vos. Hi sunt qui portant pondus diei sulcando terram: et pondus estus laborantes in aree tritura: quam aliquando ventilabit cuius ventilabrum est in manu eius. Luc.3. Hi sunt inquam.12.
3.Reg.17.
boues super quorum dorsa mare collocatum est precepto dei in vestibulo templi Salomonis: quorum posteriora intus latebant: facies vero trium respiciebant ad orientem: trium ad occidentem: trium ad meridiem: trium ad septentrionem: quibus dicitur predicate euangelium omni creature: quod pertinet ad mugitum: baptizantes eos in nomine patris et filij et spiritus sancti quod pertinet ad mare quod supportant.
Marci vltimo.
Hiere.15.
Deut.17.
¶ Separant etiam preciosum a vili per trituram sicut dixit Hieremias. i. euangelium a lege: promissiones terrenas ab eternis carnem a spiritu: discernentes inter lepram et lepram: et quasi e palea et spica legis enucleantes granum quod latebat in vilitate littere. Hi diuidunt vngulam per discretionem predicantes quidem
2.Thim.4.
importune et indefesse: sed oportune: non eadem omnibus: sed alijs lac alijs cibum solidum impartientes. Ruminant
xj.
per continuam legis meditationem vt habeant vnde proferant noua et vetera: et sint parati omni petenti rationem red-
Matth.13.
dere, 1.Pet.3. Quomodo inquit dilexi legem tuam domine: tota die meditatio mea est. Psal.118. Stulti autem non ruminant sed integra omnia deglutiunt: quorum vox est: anima nostra arida est: nil respiciunt oculi nostri nisi Man. Quibus dicitur. Ruminate et scrutamini scripturas in quibus putatis vos habere vitam eternam. Sed sustulistis clauem scientie: et ipsi non introistis: et intrare volentes. i. credere prohibuistis Luc.11.c. pedes horum pedes recti. Ezech.1. quod eorum vestigia ad sequendam prauitatem non sunt retorta: pergentes et mugientes: sed a
Num.11.c.
Ioan.5.
1.Reg.6.
via non declinantes arcam dei portantes. Et scintille quasi eris candentis procedebant ex aspectibus eorum: hoc est verba ignita et inflammantia audientium corda: ita vt compuncti audientes dicerent: quid faciemus fratres? etc.
Actuum.2.
Apostoli.
Hi sunt boues quadrifrontes: predicantes Christum natum: passum: resurgentem et ascendentemque. ¶ Denique omnis
Noticia dei quadruplex.
noticia que habetur de deo quadruplex est videlicet per creaturas: per scripturas: per reuelationem propheticam: et facialis in celo. De quibus non est modo disserendum. Habent et alas quibus in aera leuantur etiam vsque ad tertium
2.Cor.12.
celum: vt alter dicat audiui arcana verba: alter in principio erat verbum. Ioan.1. alius autem tu es Christus filius dei viui. Matth.16. alius dominus meus et deus meus:
Thom.p.p. q.103.arti.5.
Ioan.20. alius inuenimus Messiam. Ioan.1. De his igitur bobus maxime cura est deo. [Numquid inquit de bobus cura est deo?] Vere de bobus cura est deo. Si.5. passerculi in obliuione non sunt coram deo: quomodo de bobus non est ei cura: cum vtique bos passere preciosior sit?
Thom.p.p. q.113.ar.2.
Sed aliud est cura aliud scientia. Denique numerus capillorum non in actu computationis sed in facilitate cognitionis accipitur. Non.n. sollicitam deus cure numerantis in-
Ambrosius.
tendit excubiam: sed cui cognita sunt omnia quasi numerata sunt omnia: qui numerat multitudinem stellarum. Est igitur cura de bobus et capillis: sed per prius de ijs qui mare sustinent: et de capillis nazareorum. Est cura deo de pullis coruorum: deque lilijs: precipue tamen de his inter que pasci-
Matth.6.

tur ipse ecclesie pastor. etc. De quibus dicitur: sicut lilium inter spinas: sic amica mea. Vide vltima verba historie Ione prophete: licet scriptum sit: facies hominum sicut pisces maris: et sicut reptilia non habentia ducem. ¶ Licet tamen deus omnium habeat generalem prouidentiam: cursusque rerum et ordo ab eo dispositus sit: verbi gratia quomodo nascatur piscium multitudo in aquis et quadrupedia oriantur in terra et quibus alantur cibis: tamen absurdum est ad hoc dei maiestatem deducere vt sciat per momenta singula quot nascantur culices: quot demoriantur: que cimicum et culicum et muscarum sit in terra multitudo. Quanti pisces in aqua natent: et qui de minoribus maiorum prede cedere debeant. Non sumus tam fatui (inquit Hieronymus) adulatores dei: vt dum potentiam eius ad ima detrahimus: in nos ipsos iniuriosi simus: eandem rationabilium et irrationabilium boum prouidentiam esse dicentes. Numquid igitur de bobus cura est deo? Est vtique: sed hoc preceptum legis: hec inquam verba non alligabis os boui laboranti in tritura nos proprie respiciunt: et propter nos scripta sunt. [Quoniam debet in spe qui arat arare: et qui triturat: in spe fructus percipiendi.] Multos est tamen videre formicis ad similes ab alijs videlicet parta suffurantes. Et.n. cum agricola semina cum multo labore collecta seminauerit: siquis ignarus ea que fiunt aspiciat: nonne ad ipsum seminantem dicet. Quid hic homo tandem facit? Collecta dissipat: nec dissipat tantum: sed et terre cum multa cura commiscet: ne facile colligi possint. Insuper et optat fieri pluuiam vt proiecta omnia marcescant: imo et putrefiant: et turbabitur cernens pluuias fulgura et coruscationes: agricola vero qui non presentia sed futura respicit: manipulos computat: et aree ventilationem: et vernantes spicas: et ideo non turbatur: sciens quod in spe debet arare quicumque seminat. Et sciendum quod Romani virum bonum non alium iudicabant: quam qui bonus esset Colonus: quo modo dicebat Cato: imperatorum manus colebant agros: et scindi se laureato vomere terra gaudebat. Serentem inuenit data dictatura Quintium Cincinatum vel tria iugera terre trans Tiberim. Gloria denique a farris honore adoriam veteres appellauerunt. Ideo.n. adoriam gloriam vocabant: quod gloriosum eum putabant esse: qui farris copia abundaret. Vide de Saul concidente vtrumque bouem in frusta. 1.Reg.11.cap. Sicut autem narrat Vale. Maximus: etiam Attilium hi qui ad eum accersendum a senatu missi erant ad imperium populi Romani suscipiendum: semen spargentem viderunt. Sed ille rustico opere attrite manus salutem publicam stabilierunt: atque ingentes copias pessum dederunt. Queque modo arantium boum iugum manus rexerant: triumphalis currus habenas retinuerunt. Nec fuit huic rubor Eburneo scipione deposito: agrestem stiuam aratri repetere. ¶ Et potest quidem pauperes consolari Attilius: sed multo magis docere locupletes: quod non sit necessaria solide laudis cupiditati anxia diuitiarum comparatio. Hoc modo apo. E triuio sumptus et perductus in paradisum dei: siue in corpore siue extra deus scit: inde rediens ad labores pristinos: seminauit euangelium Christi quod in reuelatione acceperat: incipiens ab Hierusalem donec veniret Corinthum: non ad presentia respiciens: in frigore et nuditate et in ieiunijs multis: sciens quoniam cui credidit: potens est depositum apostoli seruare intactum in illum diem. Qui.n. arat in spe arat: futura respicit: presentia despicit. sequitur. [Et est conclusio intenta ab apostolo. Si nos vobis seminauimus spiritualia: magnum est si nos vestra carnalia metamus?] Date inquit: et dabitur vobis. Luc.6. Hoc modo vidua semel quidem pauit Heliam: non quidem delitijs aut bellarijs sed pane tantum et aqua: et ab ea pastus est donec dominus pluuiam daret super terram. [Si alij potestatis vestre participes sunt: quare non potius nos?] Si alij qui vir vndecima hora venerunt ad vinee vestre culturam: accipiunt mercedem operis sui: cur non hoc ipsum licet

Canti.2. — Habac.1. — xij. — Hieronymus. — Chrysosto. — Cato. — Exemplum. — xiij. — 2.Cor.11.c. — 2.Thim.1. — De prescriptionibus cum ex officij. — Tho.22.q.187.ad.4. — 3.Regum.17. — Matth.20.

et nobis: qui fecimus fundamenta: et nocte dieque laborauimus: die ad vestram vtilitatem: nocte ad nostram sustentationem: ne quem vestrum grauaremus? Potestatem igitur eorum vocat apo. bona temporalia que Corinthiorum subiecta erant po-
Prouerb.
testati et ordinationi. [Sed non vsi sumus hac potestate:] quoniam iuxta communem sermonem: boni pastoris est oues pascere non iugulare. Et hoc inter est inter principem et Tyrannum: pastorem et mercenarium: quod princeps regni querit vtilitatem
Tyrannus.
etiam cum dispendio sui. Tyrannus autem suis commodis inhiat etiam cum detrimento populi. ¶ Sic legimus de
Exemplum.
quodam Tyranno pisistrato nomine qui decimas exigebat ab Atheniensibus eorum que in agris prouenissent. Itaque
xiiij.
cum aliquando obambularet videretque senem quendam in locis petricosis laborantem: rogabat quos nam fructus inde colligeret. At ille respondit: dolores inquam et sphacellos. i. tormina articulorum: atque horum decimas exigit Pisistratus. Tyrannus vero admirans hominis libertatem decimas Atheniensibus remisit. [Sed nos inquit non
Exodi.
vsi sumus hac libertate.] Precepit dominus Exo.28.c. vt portaret Aaron iniquitates eorum que obtulerint et sanctificauerint filij israel in cunctis muneribus et donarijs suis. Sed Proh dolor: quidam donaria accipiunt: imo exigunt:
1.Reg.2.
imo et violenter diripiunt carnes de caldaria antequam adoleatur adeps in sacrificium domino: nolunt.n. carnem coctam: sed more luporum crudam: iniquitates tamen populi non asportant: nec castigant: imo augent: nescientes officium sacerdotum ad populum: cum ob hoc tantum debeant sumere carnalia: quod spiritualia ministrant. Non igitur vsi sumus hac potestate: quoniam nec vestra carnalia messuimus: cum interim in graui fuerimus rei familiaris inopia: nec sororem mulierem circumduximus: quorum vtrumque ceteris apostolis licuit. Non autem putetis interim inquit quod aliunde victus suppeditauerit nobis: imo in necessitatibus et pauperie maxima fuimus apud vos. [Sed omnia sustinemus: ne quod offendiculum demus euangelio Christi.] Sustinemus: idest capimus ad morem vasis. Grece. στέγομεν. Si enim apostolus carnalia meteret: putarent pseudapostoli hoc et illis licere similiter: forsitan et Corinthij auari erant: vel se licentiam peccandi putarent emisse: quod non raro fit. Plus.n. accepit pecuniarum Demosthenes aliquando vt taceret: quam alter orator vt causam di-
xv.
ceret. Ore.n. pleno et ventre similiter: canes non valent latrare. Hinc illud quod superius de Diogene retulimus: si velles Dyonisio adulari: oleribus non vescereris. etc.

¶ Nescitis quoniam qui in sacrario operantur, que de sacrario sunt edunt, & qui altario deseruiunt, cum altario participant? Ita & dominus ordinauit his qui euangelium annunciant, de euangelio viuere. Ego autem nullo horum vsus sum. Non autem scripsi hec vt ita fiant in me. Bonum.n. est mihi magis mori, quam vt gloriam meam quis euacuet. Nam & si euangelizauero, non est mihi gloria. Necessitas.n. mihi incumbit. Ve.n. mihi est, si non euangelizauero. Si.n. volens hoc ago, mercedem habeo, si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Que est ergo merces mea? Vt euangelium predicans, sine sumptu ponam euangelium, vt non abutar potestate mea in euangelio. Nam cum liber essem ex omnibus, omnium me seruum feci vt plures lucrifacerem.

Sacerdotes Bel vide Dani.14.
Job.40. to inquit belli: nec vltra addas loqui. Tāto te sub flagel
lo patris exhibe tacitū: dumq̄ non estimes quicquid ex
terius pateris sciens per hos externos cruciat9 qm̄ ab
eternis flagellis eximeris. Pellē.n. propelle.&c. De hoc
X. vide per totū cap.16. Numerorum: vbi & ex his qui murmu
rauerūt cōtra Mosen et Aaron cōsumpta sunt.14. milia:
exceptis qui perierūt in seditione Chore. Sciendū aūt
Nume.12. q̄ ppter murmurationē Aaron & Marie cōtra Mosen:
Maria lepra est percussa.7. diebus: Aaron autē non est
penitētia publice imposita: qm̄ erat dei sacerdos: & hoc
idē hodie obseruatur in ecclesia. Et sicut hic dicit Aug.
de nulla re magis deuz offendisse ille populus iudaicus
dicitur q̄ q̄ contra deum sepe murmurauerit. Et.n. qui
contra sibi supra positam potestatē murmurat: liquet q̄
illū redarguit qui eandem potestatē homini dedit: iuxta
illud quod alibi deus dixit ad Samuel: nō te abiecerūt
8.Reg.8. sed me: ne regnē super eos. Qui autem pro peccato suo
percutitur: nisi murmurando renitatur: eo ipso iam iu-
stus esse inchoat: quo ferētis iusticiā non accusat. [Hec
autem omnia in figura contingebant illis. Scripta sunt
autem ad correptionē nostrā in quos fines seculorū deue
nerūt.] 2. Paralip.12. legim9 q̄ Roboā proscutis aureis
erea posuit: hoc est pro virtutibus virtutis vmbras. i. ce
remonias: qm̄ quidem iam statue cuius caput aureum
erat soli pedes & hi terrei consistunt. Nos.n. sumus in
quos fines seculorū. &c. Et optimū est quidem iuxta ve-
Prouerb. tus prouerbiū: aliena insania frui: vt videlicet ex aliorū
erratis ipi cautiores efficiamur: & alienis periculis red
damur prudentiores. Felix.n. quē aliena pericula faciūt
cautū iuxta quod scriptū est: letabitur iustus cum viderit
Psal.57. vindictam: manus suas lauabit in sanguine peccatoris.
Heb.9. ¶ Horrendū est ergo nobis incidere in manus dei viuē
XI. tis: qui.n. maiora dona percepim9 maiora meremur tor-
menta si fuerimus ingrati misericordie vocātis. Nec.n.
Genes.3. vltra audituri sum9 puluis es: & in puluerē reuerteris:
si semel renati per lauacrū regenerationis & renouatio-
nis: iterū atq̄ iterū Egyptias carnes suspirem9: aut for
nicemur cū idolis: aut murmurem9 dicētes: deū difficī-
Matth.3. lia p̄cepisse: sed plane illō: omnis arbor q̄ nō facit fructū:
exciditur: & in ignem mittit & ardet: & nisi abundauerit
Matth.5. iusti. vestra plusq̄ scribarū: non intrabitis in regnū celo
rū. Unde illud Amos.1.c. super tribus sceleribus Gaze
Amos. & super quattuor non conuertā. In.3.&.4. generatione
peccata patrū se dn̄s cōminatur in lege filijs redditurū:
non inequalitate iuditū vt alij peccent: alij puniātur: sed
Hierony9. magnitudine clemētie: dum semper expectat penitētiā:
& quod in prima generatione delinquit nō prius corri-
pit & emendat nisi.3.&.4. generatio aduenerit. Expecta
ui inquit multo tēpore vt agerent penitentiā: & ideo no-
lui punire peccantes: vt aliquādo reciperēt sanitatē cō-
uersi: verū quia tertio & quarto eadē faciūt: cogor muta-
re sententiam: & plagis corrigere delinquētes. Unde et
Amos. Amos.4. dicit. Qua propter hec faciā tibi. Et cū dicat
faciam tibi: quid facturus sit tacet: vt dum ad singula pe
narū genera israel pendet incertus: q̄ ideo terribiliora
sunt qm̄ omnia suspicantur: agat penitentiā: ne deus in
Hierony9 ferat quod minatur. ¶ Et vide maximā dei clemētiam:
Malach. reuertimini inqt ad me: & ego reuertar ad vos. Mala.3.
par pari repromittit: vt in qua mensura mēsi fuerint re-
metiat eis. De hoc vide Leui.26.c. Que omnia propter
nos scripta sunt inquit apo. Sed illis par pari redditum
XII. est: temporaliter.n. tantū puniti sunt s̄m Hieronymi sen
tentiā superius expositā: nobis maiora timēda sunt: qui
bus maiora donata sunt. Et tamē conqueritur deus per

prophetā Hiere.8. dicens. Quare auersus est populus
iste auersione contētiosa? Quo magis ego inquit ad pe
nitentiā prouocaui: tanto illi plus recesserūt: abutentes
dei clementia: non tam peccandi studio: q̄ me superādi:
qui quasi de industria recesserūt a me. Intelligamus igi
tur nos dei clementiā mirabilē vel ex hoc q̄ iam captiui
tate vicina: & Babylonio exercitu vallante Hierusalē: ni
hilominus populū ad penitentiā prouocat: malens salua
re conuersos: q̄ punire delinquētes. Uigilat.n. virga dei Hiere.1.
idest iusticia eius peccata considerās nostra: licet iniqs
& inutilib9 seruis dormire videatur: sed cor eius semp
vigilat: & tamē dissimulat se videre: qui tamen non omī Canti.5.
bus dormit sicuti dicitur: sed vēturus est sicut fur in no
cte: quomodo venit cum interfecit primogenitos in tota
terra Egypti. ¶ Hec aūt ppter nos scripta sunt. Post Exo.12.
tres inquit dies & Niniue subuertetur. Tāta est deo cu
ra cōuersionis nostre vt vel ante tres dies prophetā mit
tat ad exteros: cum tamen.100. anni nihil profuerint his Jone.3.
qui perierūt diluuio. Genesis.6. que omnia propter nos
scripta sunt in quos fines seculorū deuenerūt. Proinde
inquit apo. [Qui se existimat stare: videat ne cadat.]
Oportet.n. hominē humana sapere: & in alienis calami-
tatibus p simili cōditione sui quodāmodo misereri: opor
tet etiam eū qui adhuc in hac presenti luce versatur nō
solum ea timere que bona putantur in seculo: sed etiam
que vere bona sunt: quia magna nō possumus sustinere.
Ecce Dauid ante peccatū Urie beatus homo erat: & secū Origenes.
dū cor dei. Quia vero conscius sibi vite innocentis: lo- Psal.16.
quutus est qd̄ non debuit: dicens: exaudi dn̄e iusti. meā
tentatus est & nudatus auxilio: vt videret quid possit hu
mana infirmitas. Unde ille castissim9 qui tanq̄ insidus 1.Reg.21.c.
a muliere: acceperat eucharistiā: nō potuit perseuerare:
& in eo repert9 est crimine: in quo sibi quasi cōtinēs ap-
laudebat. Origines. Oportet inq̄ cōsiderare naturā pec Peccati natura.
cati velocē: rapidam subrepticiā: & ob hoc incerta esse q̄
futura sunt: & valde dubia & tam periculosa: vt dicat apo.
timeo ne reprobus efficiar: ex vobis aūt qui se putat sta XIII.
re: videat inquā ne cū filijs israel prostrat9 in deserto se- Chrysost.
culi huius: terrā pro qua tam diu laborauit non videat.
Sicut medicus egrorū terrens ait illi: talis & talis infir-
mus frigida vsus mortuus est: vel quia carniū desiderio
estuans permissus est eis vesci s̄m appetitū suū: sed mor
tu9 est inquit. Hoc modo apo. dicit: qui stat qui putat se
stare: videat ne eadem appetēdo q̄ illi appetierūt: & eadē
perpetrando q̄ illi cōmiserūt: incidat in eādē foueā quā Psal.7.
illi foderūt: & eo profundius: quo nos illorū tormenta &
vltio diuina non ad meliora prouexerūt. Et vidit inquit
preuaricatrix soror eius Juda: q̄ pro eo qd̄ Mechata es-
set auersatrix israel: dimisissem eā: & dedissem ei libellū
repudij: & non timuit ipsa: sed abijt & fornicata est etiam Hiere.3.
ipsa: cōtaminauitq̄ terrā: & Mechata est cum lapide & li
gno: adeoq̄ deteriora cōmisit: vt iustificauerit animā suā
auersatrix israel cōparatione preuaricatricis iuda. Q̄ si
illi sunt israel: & nos iuda: nec intrabim9 terrā promis
sam nisi precedant merita nostra illorū iusticiā: quid no Matth.5.
bis timendū est quis non videat: cū plures eorū iustifica XIIII.
ti sunt cōparatione nostri: in quos fines etatū venerunt?
Ac proinde q̄ se putat stare: videat ne cadat. Unde illud
Hiere.2.cap. Ego te plantaui vineā electam: omne semē Hiere.2.
verū. Quomodo cōuersa es mihi in prauū: vinea aliena?
Hieronymus. Nullus itaq̄ securus sit: si & plantatio dn̄i Hierony.
& semen verū & vinea Sorek in tantū suo vicio cōuertat
& cōmutet: vt per amaritudinē recedat a dn̄o: & fiat vitis
aliena. ¶ Scim9.n. & oleastrū naturā induisse oliue fru
ctifere: & oliuā degenerasse in quercū de fluentib9 folijs.
Unusquisq̄ igitur se ex suis viribus non ex imbecillita Esaie.5.
te alteri9 metiatur. Alioqui que est ista iusticia: ramos
oleastri insultare ramis oliue qui propter infidelitatem
fracti sunt? Tu igitur si stas & audisti cum Mose: tu autē Roma.11.

hic sta mecū: vide ne cadas. Deut.5.c. [Tētatio vos nō
apprehendit (εἴληφεν preteriti tēporis) nisi humana.]
Depeni.di- Iā incidistis intentationē sed humanā & tole-
stin.2. inter rabilem: quandoquidē iudeorū tētationes non humane
hec. erant sed diabolice cum contra deū obloquuti sunt: deos
adorauerūt: cum alienigenis fornicati sunt: & illarum dijs
se ipsos deuouerunt. Peccastis inquit hactenus: quis
3.Reg.8.c. est.n. homo qui non peccet? Sanabile ac medicabile est
malum vestrū: sed videte ne minima spernentes: incida
tis in deteriora. [Fidelis autem deus est qui nō patiet
vos tentari supra id quod potestis: sed faciet cum tētatio
ne prouentū & exitum: vt possitis sustinere] hoc est is q̄
sinit vos incidere intentationē: idem faciet vt tentatio
bene eueniat. Qui.n. dat tentanti licentiam: dat & tenta
to misericordiā: vt possit sustinere tētationis impetum:
Psal.4. protegens nos scuto bone voluntatis sue. At quarto die
nō patiat tentari q̄ scit vltra nō posse q̄ triduo tolerare.
Job.2. Tentanti dicitur: animā illius serua: tētato autem: viri
Psal.26. liter age & sustine dn̄m. Inclinauit.n. ex hoc in hoc: incli-
Psal.74 nat: sed non vsq̄ ad fecem dignatur effundere: ne pleni-
tudinē & impetū hostis ferre nō possent. Quod ergo in
XV. clinat: cēsura est: qd̄ nō totū euacuat: misericordie. Aūt di
cit: fex nō est exinanita. Humana tētatio est: cū ex ignorā
Actuū.3.c. tia peccat: sicut peccauit apo. Paulus: & iudeorū plebs
quibus dicitur: & nūc scio q̄ per ignorātiā fecistis: sicut
& principes vestri. Actu.3. capite: aut ex humana fragili
Matth.26. tate: sicut cum omnes apostoli relicto pastore fugerunt:
spiritus.n. prompt9 erat in eis ad cōmoriendū Christo:
caro autem infirma. Diabolica autem tentatio est impu
gnatio veritatis agnite: diabolus.n. non grauatur carnis
infirmitate: nec cum primo peccauit tenebatur ignorātia
Job.34. veritatis sed sciēter & ex industria recessit a deo: & eadē
Gene.3. scientia homini dixit: eritis sicut dij: vnde vocatur men
datū pater & inuentor. Joan.8. Secundū autē Aug. hu
mana tentatio est aliter sapere q̄ res se habet & cum sim
plici animo. Nimis autē amando sentententiā suam vel
Augustin9 melioribus inuidendo vsq̄ ad precidende cōmunionis
& condendi schismatis peruenire discordiam: diabolica
presumptio est. In nullo autem aliter sapere q̄ res se ha
Matth.22. bet: angelica est perfectio. Et quia homines sumus: sed
spe angeli quibus in resurrectione equabimur: si nō est
in nobis pfectio angeli: nō sit p̄sumptio diaboli. Quid
enim tam humanū q̄ nescire cor humanū? Sed plerūq̄
aliud q̄ quod ibi agit suspicari. Quāq̄ in his tenebris
cogitationū alienarū: & si suspitiones vitare nō possum9
qm̄ homines sumus: diffinitiuas sentētias cōtineam9.
Quādo ergo non erratur in rebus vt recta sit improba
tio vitiorum: ac veritatis approbatio: profecto si erratur
in hominib9: venialis est & humana tētatio. ¶ Per has
XVI. autem humanorū cordium tenebras res multum miran
da & multum dolenda contingit: vt eum nōnunq̄ quem
iniustum putamus & tamen iustus est: & iusticiam in eo
nesciētes quam diligimus deuitemus: & hominē bonū
tanq̄ malum affligimus: quem nescientes amamus. De
niq̄ humana tentatio est qua plerūq̄ in cogitatione tan
gimur etiam nolētes: quia vt nōnunq̄ illicita ad animū
veniant: hoc vtiq̄ ex nobis met ipsis & ex carne corrupti
bili habemus. Jam vero diabolica est: cum ad hoc quod
carnis corruptio suggerit per cōsensum se animus astrin
git. Unde scriptū est: in foribus peccatū tuum aderit: ob
Genes.4. serua fortiter ad fores ostij tui. Et quod dn̄s dicit: nō eij-
XVII. ciam simul omnes habitatores terre huius a facie tua: ne
multiplicentur bestie contra te: mirū si non bestiales cu
Exodi.23.c. piditates & libidines intelligi voluit: q̄ solent de repenti
no successu terrene felicitatis existere. ¶ Non.n. deus
Figura. homines exterminare poterat: & bestias nō poterat. Et
Augusti9. vtiq̄ poterat deus paulatim eijcere inimicos eorum de
terra: qui simul eiecti non sunt ne bestie multiplicarent
sed dimissi sunt: etiā filijs israel in multitudine & nume

ro crescentib9: si ipsi eius preceptis fuissent obediētes.
Sed habitātes inter chananeos Amorreos & Palesti-
nos & Jebuseos: duxerunt filias eorum. Isti autem ideo
permissi sunt inter iudeos habitare vt in illis experiret
vtrum in lege dei ambularent an non: dimissi inquam vt Judicū.2.
in eis exercerētur israel: non autem vincerentur: nisi ipsi
manibus suis se hostib9 traderēt: quomodo fecit israel
quādo fornicatus est cū Madianitis. Uasa.n. non dicunt Nume.25.
figulo: cur nos arbitrio flāmarū examinas: que nisi tran
seāt per aquam & ignem. Psal.65. vsui esse nō possunt.
Nihil nobis imponit deus quod excedat librati ponde-
ris qualitatē: nec ingerit quod excessu transcendat ido-
neitatem nostre seruitutis. Cum autem oramus: ne nos
inducas in tentationē: non oramus ne tētemur: quod est Matth.6.
impossibile: sed ne in tētationē inducamur. Inducimur
autem: si tales acciderint: quales ferre nō possumus. Ne
mo tamen frangitur aduersa molestia: qui prosperarū XVIII.
dilectione non capitur. ¶ Sicut autē dicit Orig. in lucta Origenes.
minibus non indifferēter qui presunt: eos qui ad certa-
mē veniunt inter sese sinunt inire certamina: sed diligē
ti examinatione: prout corpora viderint vel etates: equis
sima comparatione iungētes equalem suo equali. Uide
ad hoc.2.Reg.2.ca. de agro robustorū. Ita ergo intelligē- 3.Reg.2.
dum est de diuina prouidentia: q̄ omnes qui in hos vite
humane descēderint agones iustissima moderatione di
spēset: secundū rationem vniuscuiusq̄ virtutis quā ipse 2.Parali.6
solus nouit qui solus nouit corda hominū: vt alter quidē
pugnet aduersus carnem talem: & alius quidem in tantū
tempus alius vero in tantū: & vt alter instiget carnem in
hoc vel in illud: alius vero in illud peccatum: tum vero vt
alius resistat vni aduersario alius vero duobus vel plu-
ribus. Et hoc est quod dicit apo. quia deus non patietur Origenes.
nos tentari supra id quod possumus: sed librato congres
su tētamur. Fidelis autem deus. Hoc est autem qd̄ ora-
bat propheta dicēs. Feci iudiciū & iusticiam: non tradas
me calūniantibus me. Hominē se esse cognouit: impar si
bi bellum contra spirituales nequitias: raptum Enoch Ambrosi9.
ne malicia mutaret intellectū eius: Noe inebriatū: ince-
stum Loth: sacerdotē primū cum sorore tētatum: Mo
sen de vita periclitantē: nisi circūcisione filij ei9 vxor om
ne ab eo periculum depulisset. Tradit9 est Satane qui
vxorē patris violarat: petrū expetit Satanas vt cribret:
Job in potestate sed cū moderatione accepit. Sed fide-
lis deus. &c. Non tamen quia ita est: putādū est q̄ in om
ni genere debeat vincere qui tētatur. Deus itaq̄ librat
vires nostras: vt vero hoc quo posse nobis ipse dedit vel
strenue vel segniter impleam9: in nobis est. Permittit
igitur nos tentari: non tamen supra id quod possumus:
pro virib9.n. nostris tentamur. Nisi.n. equalis fuerit cer
tantiū virtus: nō erit iusta palma victoris: nec iuste cul-
patur vict9. Dubiū.n. non est q̄ in omni tentatione adest
nobis tolerandi virtus: si tamen nos cōpetenter vtamur
virtute cōcessa. ¶ Non.n. idem est habere virtutem vin- XIX.
cendi & vincere: sicut ipse apo. cautissimo sermone signa
uit dicens: quia dabit deus exitum vt sustinere possitis:
non vt sustineatis. Multi.n. sustinent: sed in tentatione
vincuntur. Adeo aūt datur non vt sustineamus: alioqui
nullum videretur iam esse certamen: sed vt sustinere pos
simus. Si.n. totum hoc nobis detur vt omni genere supe
remus: & nullo modo vincamur: que iam superest causa
certandi ei qui vinci non potest? Et apo. quidem inuinci Rom.8.
bilis videbatur cum dixit: quis nos separabit a charita
te dei: vinci tamen timuit cum postea dixit: ne forte ipse
reprobus efficiar. Fidelis est igitur deus. Homo.n. ten Supra.9.c.
tat arma sicut legimus in Dauid cum fuerat aggressur9
Goliath.1.Reg.17. vires autem deus examinat: sicuti su
perius dictum est: proba me domine & tenta me. Et sequi Psal.16.
tur conclusio intenta. [Propter quod charissimi fugite
ab idolorū cultura.] Non solum inquit a cultu simulacro

1. Thessa.5. rum est abstinendū/quod est manifestum crimen:sed ab
omni specie mala est abstinēdū: hoc est ab esu ⁊ communi
catione eorū qui sacris simulacrorū inter sunt:⁊ ab ido-
lothytis: ⁊ quocū⁊ cōmertio infideliū: quod potest ge-
nerare scandalū fratribus ad huc in fide nouitijs. Supe
rius pręfati sumus ꝙ qui parua contēnunt: incident in
grauiora.[At prudētibus loquor: vos ipsi iudicate que
dico.] Nō est inquit opere precium hec vobis multis ver
bis replicare:cum pro vestra prudentia: rem optime te
Eccle.2. neatis:prudentibus loquor: quorū oculi in capite sunt:
vos igitur ipsi iudicate:num verū sit quod dico. Dixi au
tem fugiendū ab omni idolorū cultu:⁊ nō solum ab eorū
cultu:sed ⁊ a cibis eis dedicatis:fugiēdū est:nec cōsistē
dum in idoleo aut recūbendū:ne inde nascatur in deum
tētatio:⁊ scādalū proximo:pro quo Christus mortuus est,
[Calix benedictionis cui benedicimus:nonne communi
catio sanguinis Christi est?] per quod ostēdit apo. ꝙ sic
qui participat corpꝰ ⁊ sanguinē Christi:fit vnū cū Chri
sto per amorem:⁊ incorporatur corpori Christi vt viuat
de spiritu Christi: iuxta quod scriptū est:qui māducat
Joan.6. meā carnē ⁊ bibit meū sanguinē : in me manet ⁊ ego in
eo:sic qui de calice simulacrorū bibit:⁊ vescitur idolothy
tis:fit vnū cum illis. Videtur.n. qui huiusmodi est:agno
xx. scere cōmunē religionē:qui cōmunibus escis ⁊ vt illi exi
stimant sanctificatis vescitur. Quid inquit aliud signifi
cat ꝙ omnes eūdem calicem sacrosancti sanguinis Chri
sti haurimus quem cum gratiarū actione benedicimus
⁊ consecramus:nisi ꝙ omnes eodem pręcio eodem san
guine Christi sumꝰ redēpti:sicut scriptū est:tu quo⁊ in
Zach.9. sanguine testamenti tui emisisti vinctos tuos de lacu in
quo non est aqua.[Et panis quē frangimus:nōne parti
cipatio corporis dñi est?] Ita est quū accidentia frangū-
tur:sed corpus dñi semper integer perseuerat. Si.n. di-
uiditur in sacramēto altaris: diuisus est ⁊ cum homo fa-
ctus est vt esset dimidius apud patrem ⁊ dimidius apud
virginē. Sed quis talia dicere audeat? Integer est ergo
vbi⁊ Christꝰ:nisi forte quis in sepulchro nō erat anima
eius:ibi⁊ Christus non erat homo:Christus tū heri ⁊
Heb.13.c. hodie ipse ⁊ in ęternū. Quid ergo arguit fractio corpo-
ris Christi inter fratres,i.inter omnes fideles nisi illud
quod sequitur videlicet. [ꝙ vnus panis ⁊ vnum corpus
multi sumus:nam omnes ex eodem pane vitę participa
mus:] participamus inquam:sed in hac sacra participa
tione:pars ęqualis est toti incōtinendo:nec totum exce
dit quālibet partem minimā huius totius:quod propte
rea fit ꝙ totus panis cōuertitur in totū corpus Christi:
non autem pars panis in partem corporis. De hoc infra
dicendū est. Omnes igitur de vno pane de vno sacramē-
to participamus:gratia tamen non est vna ⁊ eadem que
nobis in hoc sacramēto cōmunicatur. Sicut autē panis in
quo hoc sacramentū consecratur ex multis aggregatur gra
nis:ita ecclesia que est corpꝰ Christi ex multis cōstituitur
membris,i.fidelibus:quam mater charitas connectit ⁊
agglutinat:fides fermentat:decoquit tribulatio q̄ patiē
Rom.5. tiam operatur : sic vnus panis ex multis granis cōfectꝰ
apponitur in mēsa Christi cum in regno suo nobiscū bi
bet nouū vinū. Matth.26. de quo alias.

¶Videte israel secūdum carnem. Nonne qui
edunt hostias,participes sunt altaris? Quid er
go? Dico ꝙ idolis immolatū sit aliquid? Aut
ꝙ idolum sit aliquid? Sed que immolant gen
tes,demoniis immolant & non deo. Nolo au
tem vos socios fieri demoniorum. Non pote
stis mēsę domini participes esse & mensę de-
moniorum. An ęmulamur dominum? Nun
quid fortiores illo sumus? Omnia mihi licēt,
sed nō omnia ędificāt. Nemo quod suum est
querat,sed quod alterius. Omne quod in ma
cello venditur māducate, nihil in terrogātes
propter conscientiā. Domini est terra & ple-
nitudo eius. Siquis vocat vos infideliū ad cœ
nā & vultis ire, omne quod apponitur vobis
manducate,nihil interrogantes propter con
scientiam. Siquis autem dixerit, hoc immola-
tum est idolis, nolite manducare propter illū
qui indicauit, & propter conscientiam. Con-
scientiā autem dico non tuam sed alterius. Vt
quid.n. libertas mea iudicatur ab aliena cōsciē
tia? Si ego cū gratia participo, quid blasphe-
mor pro eo quod gratias ago? Siue ergo man
ducatis siue bibitis vel aliud quid facitis,omīa
in gloriam dei facite. Sine offensione estote iu
deis & gētibus & ecclesię dei , sicut & ego per
omnia omnibus placeo , nō querēs quod mi
hi vtile est, sed quod multis vt salui fiant.

¶Tertius. Videte israel secūdū carnem.] Ostendit idē
quod dixerat exēplo sacerdotū veteris testamēti. ¶Nō xxi.
ne inquit qui edunt victimas: participes sunt altaris?
Et.n. sacerdotes legis Mosaicę non admittebant ad im
molati agni esum nisi iudaicę religionis cōsortes. Exo. Exo.12.
enim.12. capite habetur ꝙ nullꝰ incircūcisus admittere
tur ad vescendum de carnibus agni paschalis. Dicebantur
etiam altaris participes qui viuebant de hostijs in alta
ri oblatis:que diuidebātur inter altaris ministros iuxta
legis pręscriptū. Mane inquit rapiet prędā:quod de al-
tari sacrificiorū exponitur:⁊ vespere diuidet escas:diui Genes.49.
debantur.n. vt dixi inter ministros altaris in vespa diei:
que filij israel obtulerant mane tam in sacrificiis q̄ in pro
peccatis ⁊ cęteris populi oblationibus. Non minus igi
tur inquit apo.ad eundem cultum ⁊ religionem videntur
pertinere qui de idolis immolatis vescuntur: q̄ sacerdo
tes Mosaicę legis qui ex eisdem oblationibus vescebā-
tur:q̄ ꝙ totus israel qui ad hostiam agni paschalis nullū
alterius religionis admittebat. [Quid ergo dico? Ido-
lum esse aliquid:aut immolatū idolis esse aliquid?] Ne
quaq̄ hoc loquor. Superius.n. dixi idolum nihil esse in
mundo. Sed hoc magis dico videlicet ꝙ. [Que immo
lant gentes:demonijs immolant ⁊ non deo.] Et a genti
bus acceperūt filij israel hanc eandem cōsuetudinē iux-
ta quod scriptū est: immolauerunt demonijs ⁊ non deo: Deut.32.
dijs quos ignorabant:noui recentes⁊ venerūt quos nō
coluerunt patres eorū. ¶Et conqueritur dñs per prophe.
Hiere.cap.2.dicens. Transite ad insulas Cethim.i. Ita Hiere.
lię:cuius dū erāt Cranus: Razeunꝰ: Vadimonia ⁊ Hor
chias:⁊ videte: ⁊ in cedar mittite ⁊ cōsiderate vehemē xxij.
ter si factū est huiusmodi: si mutauit gēs deos suos. No
nos quidem receperūt:veteres autem ⁊ quos a proauis
acceperūt non reliquerunt : populus vero meus muta-
uit gloriam suam in idolum, Sane iuxta legis pręceptū
Exo.22.c. Qui immolat dijs occidetur/pręter dño soli:hoc Exodi.
sibi soli reseruauit deus : cū alias homines adorari per-
miserit:⁊ vocari deos sicut Mosi dicitur:ego te cōstitui
deum Pharaonis. Unde cum ob factum miraculū Ly- Exo.4.
caones vocarent Paulum Mercuriū Barnabā aūt Io-
uem:permiserunt interim. Cum autem sacerdos Iouis
qui erat ante ciuitatē voluisset sacrificare eis tauros:et
coronas imponere:ibi Paulus ⁊ Bar. concisis tunicis
exierunt in turbas clamantes. Viri quid hec facitis? Et
nos mortales sumus: similes vobis homines:annūtiātes Actuū.
vobis ab his vanis cōuerti ad deum viuū. ⁊c. Et hec di

centes:vix sedauerūt turbas ne sibi immolarent. Actu.
cap.14. Quoniā igitur demones superbissimi sunt:ma
xime ꝙ appetunt diuinos honores/ex eo iam tempore q̄
princeps eorū dixit: super astra exaltabo soliū meū ⁊ si-
Esaię.14. milis ero altissimo:ad inuenerūt modum per quem eos
consequerētur:dantes responsa in simulacris:⁊ prędicē
xxiij. tes quedam futura contingētia: q̄ multa experientia di
dicerūt:⁊ ex naturalibus q̄ in eis integra remanserunt.
¶Hi secūdū Augustinū sunt honoris cupidi:a iusticia
Demones. penitꝰ alieni:superbia tumidi:inuidia liuidi:fallacia cal
lidi:qui in hoc quidem aere habitant tanq̄ in cōgruo si
Augustinꝰ bi carcere dānati. Diabolꝰ dicitur a verbo διαβάλλεσθαι
quod est,deferre:siue infamē reddere si
Esaię.27. cut ibi: nunquid Job frustra.⁊c. Vocatur aūt ab Esaia
serpens vectis. Symmachꝰ dixit serpens concludens:
Theodotio serpēs robustus:cōcludit .n. suo carcere mul
tos ⁊ suę subijcit seruituti: tortuosus est ꝙ in se nihil re
ctum habet:sed semper incedit serpēdo : vectis propter
indomabilē eius superbiā. Huic igitur gentes immolant:
vos autem putantes ꝙ idolum nihil est (vere autem ni-
hil est) indifferēter vescimini ex his q̄ idolis immolata
sunt:nescientes ꝙ quecū⁊ gentes immolant non idolis
immolant:q̄ nihil sunt:sed demonijs que hostes sunt hu
mani generis:ac sanguinis humani sitientissimi. Ego au
tem. [Nolo vos socios fieri demoniorū] ⁊ hoc.n. pericu
losius est q̄ si socij tantū essetis simulacrorū. Et sequitur
ratio persuasiua ⁊ competens ad hoc. [Non enim pote-
stis calicem domini bibere:⁊ calicem demoniorum:nec
34.q.2.Nō potestis mensę domini participes esse ⁊ mensę demonio
scitis. rum.] Quod superius vocauit apo. idoleum nunc men
sam demoniorū vocat. Sciendū propter illud quod in le
ge scriptū est: sanguinē non comedetis: ꝙ sicut dixit qui
Genes.9. dam doctissimus hebręorū sanguis erat demonū cibus
secūdū opinionē idololatrarū. Et quicū⁊ eum edebat:
xxiiij. putabat per visum apparituros sibi demones qui ei re-
uelarent multa futura contingētia. Quidam autem san-
guine non vescebantur:sed fundebant in fossa terrę:ac cir
Leui.17. cūcirca sedentes epulabantur: credentes aduentare illic
demones ⁊ socios fieri ac participes mensę eorum:pro-
pterea lex dixit: qui comederit sanguinē: obfirmabo fa-
ciem meam cōtra eum . Cętera patent ex prędictis. [An
ęmulamur : hoc est prouocamꝰ ⁊ iritamus dñm?] Deus
cuius irę nullus resistere potest:sub quo curuantur qui
Job.9.c. portant orbem . Male inquit prouocamꝰ iram dei:⁊ eiꝰ
patientiā que sępe lęsa fit furor per talem participationē
mensę idolorū ⁊ demonū. [Nunquid fortiores sumus il-
Job.13. lo?] Contra foliū quod vento rapitur ostendis potentiā
tuam: ⁊ stipulā siccam persequeris: Patet igitur ꝙ non
sumus illo fortiores: ⁊ tamē omnia possumus in eo qui
Philip.4. nos confortat. [Omnia mihi licent:sed non omnia expe
diunt.] De hoc habitū est supra. Cap. 8. ⁊ ad Romanos
Cap.14. Omnia igitur licent iure naturę excepto sangui
ne:sed non omnia expediūt infirmis pręsentibꝰ ⁊ patet.
[Omnia mihi licent per libertatē euangelij dicēte dño]
Matth.15. non quod intrat in os cōmunicat hominem:⁊ quod deus
sanctificauit:tu ne commune dixeris. Actu.10. Sed nō om
nia ędificant. Et hec omnia sępius exposita sunt. Sequitur.
Infra.13.c. [Nemo igitur quod suū est querat] charitas.n. non quę
rit que sua sunt:sed querat ea q̄ alteri prosint:nec sibi ob
xxv. sint:quale est ab aliquibus etiam licitis abstinere ad tē
pus:donec Christus plene formetur in proximo/qui ad
huc propter infirmitatē holus iubetur māducare. [Om
1.q.4.Tur ne igitur quod in macello venditur manducate:nihil in
batur. terrogantes propter conscientiā.] Nec queratis inquit
a vendente vel a ministrante vtrum caro sit immolaticia
nec ne. Propter conscientiā inquit vel vestrā ne inscru-
pulum aliquod incidat vel aliorū qui assident ne scanda
lizentur: si viderint vos vesci de immolatis carnibus si-
mulacris gentiū cū scientia. Comedite igitur si libet ex
omnibus:quoniam. [Dñi est terra ⁊ plenitudo eius] nec Psal.23.
possunt esse cōmunia que dñi sunt et deꝰ sanctificauit di
cens:crescite ⁊ multiplicamini ⁊ replete terram. [Si te si
quis vos vocat infideliū ad prandium: ⁊ vultis ire man Genes.1.
ducare ex omnibus que apponūtur vobis:nihil interro
gantes propter conscientiam] quod eodem modo expo-
nitur. [Porro siquis vobis inter epulandum dixerit ex
assistentibus: hoc est immolatū simulacris: hoc casu no-
lite manducare:⁊ propter illum qui indicauit ⁊ propter
conscientiā:] non inquam ꝙ immūdus sit cibus quantū
cū⁊ sit immolatus simulacris: sed propter eum qui sub
indicauit:ne si cum sciētia viderit te de idolothytis ede
re:offendatur inde conscientia eiusdem:putās te hoc in
veneratione idoli facere:sic⁊ confirmabitur in suo erro-
re exemplo tuo: vnde dicit:cum dico propter cōscientiā:
non tuam intelligo/sed conscientiā eius qui indicauit si
bi carnem illam immolaticiā esse. [Vt quid enim liber- xxvi.
tas mea iudicatur ab aliena conscientia?] Melius legitur
ab alia q̄ ab aliena. Cur inquit apo. quod innocenter fa-
cere possum ⁊ cum proximi ędificatione:cū tanta sit om
niū rerum copia quas deus in nostros vsus creauit (dñi
est.n. terra ⁊ omnis eius plenitudo) ego abutens hac li
bertate mea: ⁊ vescens coram infirmis fidelibus vel gen
tilibus: iudicor ab illis vel idolorum cultor vel non fide-
lis christianus:sed retinens ad huc aliquid de veteri fer
mento gentilis? Ego inquam sum in causa; qui possem ex
immolatis secreto vesci cum gratiarū actione:quod pu-
blice faciens cum scādalo facio:iudicatur q̄ mea conscię
tia ab alia:sed merito: cum ab omni specie mali abstinen 2.Thes.5.
dum sit. Quāuis.n. cōscientia tua dicat ⁊ verum dicat:
dñi est terra ⁊ plenitudo eius; hoc tamen non dicit con-
scientia infirmi/qui nō credit omnia esse mūda mūdis.
[Si. n. ego cum gratiarū actione vescor : cur ob id mihi
male dicitur : cur inquā blasphemor pro quo gratias ago?]
Errat quidem ille qui conscietiā iudicat meam: que ex
omnibus vescitur cum gratiarū actione: sed cedendum
est ad tempus infirmitati proximi: qui exteriora tantū iu
dicat que videt:nescit⁊ quo nam animo de idolothytis
vescaris . Consulendum est inquam conscientię alterius:
⁊ cedendum errori:nec dāda est occasio vt habearis tā xxvii.
q̄ blasphemus: volens abuti libertate tua. [Siue ergo
manducatis:siue bibitis:siue aliquid aliud facitis:om- 26.q.5.Nō
nia in gloriam dei facite] vt non solum voces nostrę reso licet. Et.q.
nent diuinas laudes : sed concordent vocibus opera: et 7.Non ob
hoc modo illos imitaberis qui incessabili voce clamant: seruetis.
nec habent requiē dicentes. S. S. sanctꝰ dñs deus. ⁊c. Esaię.6.
Turpe est autem vt lingua ⁊ labijs laudes personēs dei:
vita autem ⁊ moribus blasphemes nomen sanctū eius. Apoc.4.
[Et sine offensione estote iudeis ἀπρόσκοποι] hoc est
tales vt nemini sitis offendiculū ⁊ genti
bus:quinimo ⁊ omni ecclesię dei:id⁊ meo facite exem
plo qui. [Omnibus per omnia placeo:placeo autem] hoc
modo. [Non querens quod mihi vtile est:non abutens
libertate mea] sępe abstinens etiam ab his que mihi li-
cebant tanq̄ militi:pastori:prędicatori. serenti ⁊ tritura
ti aream dei:querens proinde vtilitatem multorū. Tex.
vt salui fiant. Quod autem dixit apo. siue quid aliud fa-
citis:secundū Origenem inuerecunda coniugij negotia Origenes.
apo. verecundo sermone notauit : ostendens etiam ipsa
ad dei gloriam geri:si posteritatis solius cōtemplatione
procurentur. Felix autem qui sic pugnat contra aduersa Hieronyꝰ.
riorum libidinem meriti magnitudine: vt contra illum
nec fingi quic⁊ sinistrū possit. Nullus.n. fingere audet
quod a nullo putat esse credendum. Quod si id assequi
difficile est:nec Momo satisfacere possumꝰ vt dicitur:sal
tem hanc adhibeamus vitę nostrę diligentiam : ne malę
mentes occasionē inueniant detrahendi:sunt enim mul
ti qui cum tubera sua non videat: etiam in iunco nodum
querunt.

¶ Undecimum caput.

i.

Imitatores mei estote, sicut et ego Christi. Laudo autẽ vos fratres q̃ per omnia mei memores estis: & sicut tradidi vobis pcepta mea tenetis. Volo autem vos scire, q̃ omnis viri caput Christus est, caput autẽ mulieris vir, caput vero Christi deus. Omnis vir orans aut prophetans velato capite, deturpat caput suum. Omnis autem mulier orans aut prophetans nõ velato capite, deturpat caput suum/vnum est.n.ac si decaluetur. Nam si nõ velatur mulier, tõdeatur. Si vero turpe est mulieri tonderi aut decaluari, velet caput suum. Vir quidẽ non debet velare caput suum, quoniam imago & gloria dei est, mulier autẽ gloria viri est. Non enim vir ex muliere sed mulier ex viro.

¶ Imitatores mei estote sicut et ego Christi.] Et qui preimus et vos qui sequimini eundem ducẽ sequimur: qui nos precessit cũ exultauit ad currendam viam: sed nos qui robustiores sumus sequimur vel a longe dñm Christũ: sicut de Petro legimus quem charitas vrgebat: retrahebat timor: currebant et duo simul: sed Joãnes precucurrit citius Petro non q̃ plus amaret: sed q̃ tenerius diligeretur a Christo. Olim autem nobiles principes nunq̃ imperabant quod ipsi non facerẽt: sicut de Cesare legitur q̃ nunq̃ dixerit militib⁹ ite: sed venite: qm participatus cum duce labor: videtur militibus minor. Hoc idẽ legimus de Hierobaal.i. Gedeone. Quod me inde videritis facere: hoc facite. Non precedit armẽta degener Taurus: sed qui magnitudine et autoritate ceteros vincit: Elephãtiũ greges maximus ducit: inter homines autẽ maximo proxim⁹ optim⁹ est / sic Paulus Christi imitator: Paulus quidem nomine/maximus in re et in meritis et in laboribus. Et summa gentiũ felicitas erat: vbi non poterat esse potentior nisi qui sapientior et melior erat. Leone duce: pugnãt cerui: ceruo duce: fugiunt Leones. Sic occiso Goliath: fugerunt palestini: et interfecto Holofferne: fugerũt Assyrij. Imitatores igitur mei estote: sicut et ego Christũ imitor viribus et posse: cui etiam cõcrucifixus sum. [Laudo autem vos fratres q̃ oĩa mea memoria retinẽtis ὅτι πάντα μου μέμνησθε.) Idest q̃ oĩa mea meministis. Preparat.n.animos illorũ laude ad sequẽtẽ admonitionẽ: quasi diceret: sicut in ceteris tenetis mea precepta: ita et in his que consequẽtur tenete: et imitamini patrẽ sicut charissimi filij: et amantissimos discipulos non pigeat sequi apostolũ Christi. Tenetis inquã memoria precepta mea sicut ea vobis ego viua voce tradidi. [Volo autẽ vos scire q̃ omnis viri caput Christus est: caput autem mulieris vir: caput vero Christi deus] ita tria corpora videlicet femine: viri: Christi: tria habent capita. Sic tamẽ q̃

Psal. 18. Matth. 26. Joan. 20. Cesar. Judicũ. 7. 1. Reg. 17. Judith. 15. 33. q. 1. sicq. Et q̃stione. 1. cũ caput.

ij.

deus ita est caput Christi q̃ est caput hominis et mulieris itẽ caput. Christ⁹ aũt et hominis videlicet et femine caput est: homo autem femine tantũ est: quoniã ex viro fabricata est: et prior ille creatur. ¶ Est autẽ Christ⁹ ecclesie caput qm sicut vnguentũ quod est in capite Aarõ descendit in Barbã et in oram indumẽti eius: ita de plenitudine et fonte septiformis gratie q̃ descẽdit super Christum ad fluenta Jordanis insigno visibili: et cum cõciperetur in vtero immaculate virginis in veritate inuisibiliter (descendit autem a capite deo) accepimus oẽs: et gratiam pro gratia/vidimus.n.eum plenum gratia et veritate: in hominibus autẽ gratie sunt dispartite sicut in sequentibus dicetur: quod insinuatur in eo quod dicit q̃ vnguentũ quod erat vnitum in capite summi sacerdotis: diuiditur per pilos Barbe Aarõ. Unde alij datur sermo sapiẽtie: alij prophetia. etc. Est et Christus ecclesie.i. viri caput: qm sicut caput influit in ceteris mẽbris sensum et motum corporalem: sic Christus ecclesie sensum et motum gratie: hoc est fidem spem et charitatem: charitate.n.mouemur ad eterna/dilectio.n.motus est et vita est: fide autem et spe credimus subsistere ea ad q̃ tendimus: et cõcupiscimus vt bonum nobis. Homo autem dicitur femine caput: quia prior creat: et femine dicitur: sub potestate viri eris: et in adiutoriũ hominis creatur nõ econuerso: videlicet ad procreãdũ prolem: tum quia homo est perfectior in naturalibus: femina autem est mas occasionatus: et homo se habet actiue in generatione prolis: et homo nõ est seductus: denique deus homo in sexu viri factus est: et homo reb⁹ creatis nomina imposuit: et homo vxorem sibi accepit feminã dicens: propter hanc relinquet homo patrẽ. Denique et de homine dicitur: faciam⁹ hominem ad imag. et simi. nostram vt presit cunctis animantibus omnique reptili quod mouetur super terrã. Illudque annotandũ q̃ Adam vxorẽ suam tunc Euam.i. vitam vocauit vt esset viuentiũ mater: quando iam sententiã mortis super se acceperat: et mortales fetus parere destinata est. Sed forte illos fetus attendit scriptura quos cum doloribus pepererit: fiet illi conuersio ad virũ suum: hoc est cum sensualitas subdita fuerit rationi: sic.n. est illa vita: materque viuorũ. An potius illa est vita cui dicit: dic q̃ soror mea es: vt viuat anima mea gratia tui. Gen. 12. Sed et homo pauciores maledictiones accepit quã femina: ideo vir merito caput vocatur mulieris. Deus autem dicitur caput Christi: secũdũ deitatem quidem quoniã genuit eum ex vtero secretissimo substãtie sue: ante luciferum.i. ante omnẽ creaturã intellectualẽ q̃ nomine lucis significatur. Secundũ humanã autẽ carnẽ deus dicit caput Christi: quoniã creator est: et cũ sit omniũ vnus creator: tamẽ per excellentiã dicit creasse hanc carnẽ assumptam a verbo et hanc animã qua mediãte verbum carnẽ assumpsit: iuxta quod dicitur: creauit dñs nouum super terram: femina circũdabit virum: quicquid.n. ibi factũ est: totum fuit gratia: veritas: et nouitas. In qua quidem mirabili creatione tota simul trinitas spetiali modo est operata: virtute altissimi obumbrante: et prestante refrigeriũ virgini: et spũ sctõ superueniẽte: cui et virgo coopta est: et filio dei carnem sibi vniente: quando in sole ponẽs tabernaculũ suũ: decursis. 9. mensib⁹: egressus est tanq̃ spõsus de thalamo suo. Caput ergo femine vir est: caput viri Christus est: caput Christi deus est. His prelibatis que necessaria videbãtur ad sequentia: sequitur. [Omnis vir orans aut prophetãs velato capite] siue aliquid habens in capite vt puta vel pileum vel comam: grece κατὰ κεφαλῆς ἔχων, talis inquit deturpat caput suũ] quod est Christus dñs. Apud veteres hec erat omniũ consuetudo lugentiũ/tondere cesariem: sicut habes Hiere. 7. et Job cap. 1. At nũc comam dimittere luctus indiciũ est. Hieronym⁹. Orare autẽ in presenti loco significat pñso esse altario in facie ecclesie.

Prophetare:

Psal. 132. Luc. 3. Joan. 1. Christ⁹ caput. Charitas. vide ibi: spiritu feruẽtes. Vide in genesi. c. 2. et 3. Psal. 109. iij. Hiere. 31. Psal. 18. Vide Gen. cap. 28. c. Hierony⁹.

iiij.

prophetare: nihil aliud significat q̃ verbum dei populo exponere. Is igitur quicunque est hoc modo orans autẽ scripturas referans: si velato capite id faciat vel comatus: indecẽter exercet tale officiũ: cum preter Christum: nullũ agnoscat dominũ: velum autem signum est subiectionis. Nec minus inquit vir iniuriam facit Christo capiti suo orans velato capite: q̃ femina deturpat caput suum idest virum suum: si oret aut prophetet in ecclesia intecto capite: hoc est sine signo subiectionis quam debet viro q̃ est caput eius. [Tãtidem enim valet: ac si decaluetur.] Hec autẽ omnia q̃ forte fiebãt olim in ecclesia Corinthiorũ iã nũc abolita sunt: et vbique terrarũ tenet ecclesia consuetudines suas laudabiles in his q̃ nõ sunt contra fidẽ et bonos mores. Nũc.n. qui pphetãt.i. proponũt verbũ dei populo in ecclesia: et si comã nõ nutriũt: tectis tñ capitib⁹ declamãt. Delatũ est aliquãdo ad Romanã sedẽ a fide dignis q̃ quedã Abbatisse predicabant populo: et audiebãt in cõfessione peccata subditarũ suarũ: sicut habes de peni. et remissionib⁹. Deus. Quod si hec intectis faciebant capitibus: quis non videat quanta erat turpitudo. Unum est ergo ac si decaluetur. [Nam si nõ velatur mulier: tondeatur inquit.] Quod si non vult decaluari: hoc enim turpe est omni mulieri: tonderi videlicet: quoniam naturale est femine vt comam nutriat: habet enim ad hoc dispõnem ex humiditate nature: que maior est in feminis q̃ in viris: velet caput suum. Nec obstat q̃ religiose femine tondẽtur: quoniam per votum virginitatis efficiũtur libere a subiectione viri: et immediate subdũtur Christo. ¶ Hinc habes q̃ Absalon qui comã nutriebat: per comam suspensus est. Et Samson qui comã suã domino consecrauerat: sublata coma: et ipse sibi mortem consciuit. Huic enim capilli erant pro velamento et ornatu quãdiu virgo fuit: cum autem accepit vxorem: perdidit consecrationẽ et inuenit mortẽ. Adolescẽtib⁹ apud Romanos comam nutrire mos erat quãdiu imberbes erant: alioqui deformes habebantur. Adulti vero cũ primum tondebant barbam: etiam criniũ longitudinem deponebant: eosque in arbore suspensos: dicabant deo: quasi depositis adolescẽtie illecebris: iam virilitatem ingredi viderentur. Simili modo et primã barbam consecrabãt quẽadmodum Neronem barbam suam: alioqui ferreã aurea pixide preciosis margaritis ornatã capitolino Jovi dicasse (pulchrum donum) Suetonius refert. Alius fuit iudeorum mos: sicut colligitur ex. 2. Reg. cap. 10. [Igitur vir non debet velare caput: quia imago et gloria est dei] gloria aũt dei et imago eius eminere debet semp: nõ autem velari. Imago dicitur homo summe illius et incircunscripte essentie dei: quoniam ad eius imaginẽ fact⁹ est: vera tamen imago dei anima Christi est: homo autẽ secũdũ quandam imitationem. Et si enim de luto substãtia sit corporis nostri: et corpus ipsum ossib⁹ intexatur et neruis: ac quasi lac sit coagulata caro humani corporis tamen q̃ sumus preciosissimum opus dei nemo dubitat. Nam et fabricam ipsius humani corporis siquis consideret: nihil poterit in terra preciosius inueniri: et cum in exteriori forma omnia animalia excedat in pulchritudine: in eo tamen est pulchrior quõ non videtur. Sed et hoc pretereundum non est q̃ euanuerat rerum natura: nisi qui ea vteretur diuina prouidentia esset adiectus. Cetera verbo condidit: et prono spectãtia corpore terram: homo cum creatur: specialis quidam dei accedit hortatus: vt tanq̃ laborantis dei in huius munere creature significet operatio. Manus dei bestias non fecerũt aut aues aut angelos: aut celos: homo aũt speciale opus dei dicitur. Unde dixit propheta. Manus tue fecerũt me et plasmauerũt me. ¶ Illum autem hominem scriptura vocat qui ad imaginem dei conditus est: qui autem honorem perdidit peccando: non homo sed mulus aut equus in chamo et freno constringendus vocatur. Manus inquit

32. q. 4. esse et dist. 30. q̃ cũque mulier. 2. Reg. 18. v. Judicũ. 16. Suetoni⁹. 33. q. 5. Hec imago. Tho. p. parte. q. 92. ar. 2. et. q. 93. ar. 1. Job. 10. Ambrosi⁹. Psal. 118. Psal. 31.

vj.

tue fecerunt me: cum celum vna formauerit manu sicut scriptum est: celos palmo ponderauit. Esaie. 40. Ad ministeriũ creantur angeli omnes: homo ad imaginẽ. Esto et angeli ad imaginẽ: scriptura tamẽ de homine loquuta est: q̃ sit ad imaginẽ: imo et apo. dicit q̃ homo sit imago et gloria dei. Habemus enim aliquid quod fortasse angeli non habeant. Nobis natus est Christus de virgine: nobis carnem imo et nos in illa suscepit. Non legimus angelos in dei sede nisi circũstantes et ad ministeriũ paratos. Uita nostra cepit ex inspiratione diuina: sed vita hec sectione anime a corpore soluitur: inspiratio diuina non soluitur: que ad imaginem dei condita est. Quoniã igitur imago dei in anima tãtum est requirenda: videam⁹ et de anima quid senserunt illi qui sapiẽtes vocati sunt. Augustinus quidem multum laborauit inuestigans originem anime protoplasti nostri Ade: et tãdem durum est inquit dicere filiam esse angelorũ: sed multo durius esse filiam corporum super celestium. Tolerabiliusque est dicere animã primi hominis cum operibus que simul creauit simul creasse q̃ dicere esse creatã causaliter in aliqua alia natura: sicut anima bruti producitur de potẽtia materie. ¶ Hoc dixit Augustinus: tenẽs illud: q̃ qui viuit in eternum creauit omnia simul. Sed quid tunc diceret de ceteris animabus que secundum veritatem non sunt ex traduce? Ex hoc autẽ dicto Augustini sequitur q̃ deus potest creare animam extra corpus. De hoc quoniã iam nobis illuxit veritas: q̃ anime immediate creanẽ a deo: ad reliqua properemus. Dicit domin⁹. Ego sum qui impleo celũ et terrã. Sic anima tota est in toto corpore et tota in qualibet eius parte: non tamen tota singulis membris ad ministrationis sue eadẽ munera tribuit: sed oculo tantum videre et non audire tribuit: sic et ceteris mẽbris. Membrũ autem cui donũ vegetationis subtrahit: stolidum et inutile remanebit. Sic deus per omnia diffusus: singulis totus coassistit: nõ tamen singulis cuncta dona gratie sue tribuit sed singulis secundũ beneplacitũ suum vt lapidi tantum esse: arbori crescendo viuere: iumento sensus cũ vita: homini et angelo cognoscere. Quare autem anima nostra in modum oculi omnia videat: se ipsam non videat: difficilis est questio. Ad hec Archita Tarentinus. Anima ad exẽplum vnius condita est: que sic illocalis dominatur in corpore: sicut vnũ in numeris. Porphirius. Anima est essentia inextensa immaterialis: immortalis in vita/habẽte a se ipsa viuere: imo ab eo qui inspirauit eam in faciem hominis. Et sciẽdũ q̃ creatis luce: plantis luminaribus: volatilibus et bestijs: ad singula subiecit Moses: vidit deus q̃ esset bonũ: de homine autem nil tale legimus: quoniam iuxta Ambro. ceterorum que condita sunt omnis pulchritudo a foris est hominis autem secus est. Unde et enumeratis singulis sponse membris videlicet capite: capillis: maxillis: dentibus: vberibus: vẽtre cruribus, etc. Intulit Spirit⁹ sanctus: absque silentio et occultis tuis: omnis enim gloria filie regis ab intus: nam alioqui nolite inquit considerare me quod fusca sim. etc. Quamq̃ non minima pars laudis est in homine q̃ vtraque manu dei formatur: licet homo laudem non habeat sine femina: dicente Spiritu sancto: non est bonum hominem esse solum. Queres forsan de loco animi in corpore: et quam faciem habet. Sempiterna virtus dei et inuisibilia eius per ea que facta sunt intellecta cons. Cum hec enim omnia que oculis nostris subijciuntur cernimus: possumus ne dubitare quin his presit aliquis cõditor vel effector: si hec nata sunt vt placet Platoni vel si semp fuerunt vt placet Aristoteli moderator tãti operis et muneris? Illud ergo videto vt desinoris: et si eius ignores et locum et faciem. Sic animum tuum tibi notum esse oportet: etiam si eius ignores et locum et formã. Dicit tamen Spirit⁹ sanctus q̃ forma eius est imago dei et gloria. Est tamẽ anima per q̃ similis cen

Esaie. Daniel. 7. Genes. 2. Augustin⁹ Eccles. 18. Hiere. 23. vij. Anima. Archita. Porphirius Gene. 2. Roma. 1. Plato.

tro Circuli. Est enim centrum principium circuli: mediū circuli: ꝛ finis omnis lineę que fit intra circulū. Est igit̃ anima principiū vitę in corpore: factus est homo in animā viuētē: principalius viget in



corde: de corde enim exeunt cog. male. ꝛc. Est enim primū mēbrum qđ formatur in homine. Deniqȝ homo est finis oīm ſm Phm: ꝛ omnia subiecit sub pedibus eius ꝛc. Idcirco igit̃ imago est dei: ꝙ deus est omniū principiū: omniū finis: Omniū finis: omnium medium per essentiam: α καὶ ω. ꝛ Cetera. De quo alias. Verissimile est autem inquit Guillielmus sapientiā creatoris non oēs simplices ac spūales substantias licet eiusdē speciei creasse per oīa ęquales: sicut et in omni specie sensibiliū videmus. Nullus enim equus alteri est p oīa similis ꝛc.

Anima. Vide Magistrū in. 2. Distin. 29. ꝟ. Anima igitur ad similitudinē totius sapiētię facta: omniū rerū in se gerit similitudinē. Habet enim in se vires quibus omnia apprehēdit ꝛ inuestigat: omniūqȝ rerū similitudinē gerit cum sit vna. Similis terrę per sensum: aquę per imaginationē: aeri per rationē: firmamēto per intellectū: cęlo cęlorū per intelligentiā: lapidibus per essentiā: vegetabilibus per vitam: animalibus per sensum: angelis per intellectum deo per imaginē. Deniqȝ similis est materię primę p capacitatē: ꝛ dei capax est: ꝛ quicquid minus est eam nō implet. ¶ Sane in quibusdam sensibus animalia nos superant.

Bruta. Iustum autem fuit vt Brutis animalibus aliquid daretur in sensu quibus nihil dādum erat in intellectu. Homini autem tanto maior incumbit necessitas exercēdę rationis: quanto maiorem defectum patitur sensualitatis.

Ratio. Ratio autē inde incipit: vnde aliquid occurrit qđ nobis cum animalibus non sit cōmune. Quedam autē sunt infra rationē: sicut dura mollia ꝛ quattuor qualitates: quędam iuxta rationem: vt sunt ea q̄ ratione percipimus

Augustinus videlicet: bona ꝛ mala: cōmoda ꝛ in cōmoda: vera ꝛ falsa: iusta ꝛ iniusta: quędam supra rationem sicut ea q̄ ad fidem pertinent: que nec sensu nec ratione comprehēduntur. Ratio autē est quidam animi motus visum mētis acuens vera a falsis distinguens.

Deus. Deus est rerum vniuersitas: ita ꝙ nulla singularū: ꝛ ideo motibus rationis non subiacet: quia ratio nō est nisi de re aliqua.

viij. Vis vitalis est in corde que ad temperādū feruorem cordis aerē hauriēdo atqȝ reddendo: vitā toti corpori tribuit. Vere nanqȝ puro sanguinē purificatū per totū corpus impellit per venas pulsatiles q̄ arterię vocātur: ex quarum motu tempera. atqȝ distēperātiā totius corporis ꝛ cordis physici cognoscunt.

Sensus. Quinqȝ autem sensus quia in sola facie locati sunt: ideo scriptū arbitror: inspirauit in faciē eius

Genes. 1. spiraculum vitę. ꝛc. In prima parte capitis est phātasia siue imaginatio: vbi rerum omniū similitudines cōtinētur. In media parte est vis rationalis: vbi anima iudicat ꝛ examinat ea q̄ per imaginationē repręsentātur. In vltima parte est memoria: ibi. n. sunt recōmēdata ea que a ratione iudicata sunt. ¶ Anima autē maximo affectu coniūgitur corpori. Unde licet eius societate per graue-

Prouerb. Augustinus. tur: ineffabili tamen cōditione diligit illud: amatqȝ carcerē suū ꝛ cōpedes ꝛ si aureos: ꝛ ideo libera esse nō potest. Doloribus eius vehemēter afficitur formidat interitū: q̄ mori non potest: nec a se deficere.

Anima. Coniūgunt autem adinuicē in suis extremitatibus anima ꝛ corpus. i.

ix. in phantastico animę quod corpus non est: sed propinquū corpori: ꝛ in sensualitate carnis q̄ fere spiritus est: quia sine anima nō fit. Sicut. n. suprēmū animę. i. mens imaginē gerit sui superioris. i. dei: vnde ꝛ eius susceptiua esse potuit ad vnionē personalē: sic suprēmū carnis. i. sensualitas animę gerens similitudinē ad personalē vnionē eius essentiā suscipere potest. Sunt vero quattuor gradus vitę in Brutis vitā intellectiuā imitātes. Primus gradus corporeę vitę sensificatio est. Secūdus per sensum ingrediens imaginatio. Tertius per imaginationē conceptorū memoria. Quartus secundū sensum passiones quędā sine discretione ꝛ prouidentia in qua quidē quasi rationis imago est ꝛ nulla ratio est. In his omnibus corporea vita vitā spiritualē imitatur. ¶ Mira societas carnis ꝛ animę: limi ꝛ spiritus: mirabilior carnis ꝛ verbi. (Vita brutorum.)

Homīs corpus. Humanū corpus ex quattuor elementis cōpositū: sed in carne ꝛ ossibus maxime terra apparet: aqua in humoribus: aer in pulmone continetur: idcirco semper in motu est: quia vētilabrū cordis est: ne nimio calore cōsumatur cor ꝛ dissoluatur.

x. Sedes ignis in corde: vnde inferius est latū ꝛ superius acutum quā formā ignis retinet.

Imago animę. Itaqȝ licet mens non sit eius naturę cuius est deus: Imago tn̄ illius naturę qua natura nulla melior est: ibi quęrenda est ꝛ inueniēda in nobis quo etiam natura nostra nihil habet melius. Ita est. n. mēs in homine suo modo sicut deus in vniuerso: pręsidens: viuificās: operās: regēs: continens ꝛ mouēs: cū ipsa non moueatur nisi per accidēs. Et sicut deus nec crescit nec decrescit cum creaturis: ita anima non est maior in maiore ꝛ minor in minori corpore. Nihil autē tā nouit mens ꝙ id qđ sibi pręsto est. Nec magis mēti quicꝙ pręsto est ꝙ ipsa sibi. Nam nouit se viuere: intelligere: reminisci: cogitare iudicare. Hec oīa nouit intra se: nec ea imaginatur quasi extra se posita aliquo sensu corporeo attigerit: sicut corporalia queqȝ tangūtur. Quicquid ei de se remanet hoc solum illa est. Nihil. n. tā in mente ꝙ ipsa eadē mens: nec quicꝙ sic mētē cognoscit sicut ipsa mens. Cum. n. querit mens quid sit mens: nouit ꝙ seipsam querit: ꝛ nouit ꝙ ipsa sit mens q̄ se ipsam querit.

Deus. Cū autē querit de se quid antea fuerit vel qđ futura sit vel qualis modo sit: illud querit ꝙ similis vel dissimilis deo sit: ꝙ scia vel quā impura.

xj. ¶ Sed tamē quia in istis est corporalibus q̄ cum amore cogitat ꝛ cū quibus amore assuefacta est: non valet sine imaginibus eorū videre semetipsam. Unde ꝛ phātasijs corporaliū deformat imaginū: q̄ ad imaginē dei facta est: eisdēqȝ alte impręssis: etiā soluta a corpore nō exuit. Si. n. corporaliū affectionū corruptione hic nō mūdat: corpore exuta:

Anima. corporalibus tenet passionibus. Quid est autē ꝙ homo non statim cū nascitur: ingredit̃ rectus: sed quadrupes primū: Illud nēpe ꝙ ratio corporis huius vitę pręsentis

Tertullianus. cōmunis est nobis cū multis animalibus: sumus. n. mortales sicut illa. Quod autē post homo erigit̃ ꝛ lingua eius soluit̃: post omniū mēbrorū officia: ꝛ mutum animal esse desinit: illud ostendit tūc hominē immortalē fieri: cū ex deo viuere cęperit. i. iusticiā sequi cęterasqȝ virtutes. Ad

Gene. 1. primū pertinet qđ dictū est: formauit deus hominē de limo terrę: ad secūdū qđ sequit̃ / factus est homo in aīam viuentē.

Aristoxenus ¶ De aīa autē hę fuerūt opiniones. Aristoxenus negauit esse animā aliquā. Sed sicut in fidibus ex intēsione neruorū effici cōcordē sonū quē gręci harmoniā vocāt ita in corporibus ex cōpage mēbrorū ac viscerū ꝛ vigore vim sentiēdi existere.

Varro. Varro dixit aīam esse aerē cōceptū ore: deferuefactū in pulmone: tepefactū in corde diffusū in corpore: itaqȝ homo nil aliud videt̃ ꝙ vter plenus aere feruefacto.

Plato. Plato dixit animā esse essentiā vel numerū sese mouentē: q̄ cōponit̃ ex q̄ttuor numeris vnitate. Dualitate: ternario: quatternario. Vocat aūt intellectū vnitatē: scientiā dualitatē: opinionē ternariū: sensū quatternariū.

xij. Sic ergo dicit animā habere intellectū: scientiā: opinionē: ꝛ sensum. Secūdū veritatē aīa est vna numero: nō habet vnitatē: cōponit̃ ex actu ꝛ potētia receptiua ꝛ habet dualitatē: est ad imaginē dei per memoriā intellectū ꝛ volūtatē: sic hꝫ ternariū: regit corpus qđ ex q̄ttuor cōstat elemētis: ꝛ ipsa q̄ttuor affectionibus ducit̃: sicqȝ hꝫ q̄tternariū.

Democritus Democritus dixit aīam esse ex atomis spicis q̄ sunt

in aere: q̄ non videntur nisi in radijs solis. Vīa. n. inuisibilis est per se: q̄ non videt̃ sine lumine intellectus: ideo ponebat eam inuisibilem sed nō simpliciter. Dicebat au-

Empedocles. tem omnia fieri per litem ꝛ amicitiā. Empedocles dixit animam esse ex igne aere aqua terraqȝ ꝛ lite et amicitia.

Eraclitus. Eraclitus dixit animā esse scintillam stellaris essentię.

Seneca. Alter Eraclitus dixit animam esse lucem. Seneca dixit animā esse spiritum intellectualem ad beatitudinem in

Pythagoras. se ꝛ in corpore ordinatū. Pythagoras dixit animā esse harmoniā. Forte iste respexit ad dictū Platonis. Oīs enim harmonica consonantia reperitur in quattuor pri-

Diogenes. mis numeris videlꝫ in vnitate dualitate. 3. 4. Diogenes

Hyparens. dixit animā esse aerem sicut ꝛ Varro. Hyparēs dixit ani-

Hyppocrates. mā esse igneū vigorē: iuxta illud. 6. Eneidos. Igneus est illis vigor et cęlestis Origo. Hyppocrates dixit animā

Pāpilonius esse spiritū tenuē per corpus diffusum. Pamphilonius dixit animā esse ideam. Hic autem tangit animę capacitatem: est. n. sicut superius diximus omniū rerum habens

xiij. similitudinē: quam Phs vocat Endelechiā. i. actum corporis organici in potētia vitam habentis: per quod ostēdit animā fore immortalē ex quo vitam potest alteri da-

Thales. re: aliter esset processus in infinitū. Thales dixit animā lapidem idest magnetē habere / quoniam ferrū mouet.

Alcimon. Alcimon dixit immortalem esse propter hoc ꝙ assimilatur immortalibus: in hoc ꝙ semꝑ mouetur sicut Sol Lu-

Hyppus. Cretias. na cęteraqȝ astra. Hippus animā aquam esse dixit: Cretias autem animā sanguinē esse asseuerabat. Secundū

Phs. veritatem autem sanguis sedes est animę. ¶ Itē Phs. anima est qua viuimus ꝛ sentimus ꝛ mouemur ꝛ intelligimus primū / est ꝛ principiū alterationis: augmenti et decrementi in homine. Et intelligere quidē semper est in animę potestate: sentire autem nō: nisi adsit sensibile. Est autem anima sicut manus: que est organum organorum. Existimandū est autem constare animal quēadmodum ciuitatem bene legibus institutam. Sicut enim in ciuitate quando bene stabilitus fuerit ordo: nihil opus est separatim principē ad esse per singula eorum q̄ fiunt: sed quilibet facit vt ordinatū est: ꝛ hoc fit post hoc p consuetudinem: ita in homine idem fit per naturā: quia nata est vnaqueque pars facere propriū opus: et nihil opus

Anima. sit in vna quaqȝ esse animam: sed in quoddam principio corporis existere maxime: vt sit ipsa centrū totius corporis organici quod vocat̃ Microcosmos: sicut aranea in medio telę suę: sicut deus est sphera cuius centrum est vbiqȝ circūferētia nusꝙ. Multa diximus de anima: nec tamen diximus quid sit anima: nescimus. n. quid sit anima cum tamen anima optime sciat se ipsam. Hoc autem

xiiij. scimus ꝙ homo est imago dei: est. n. primus homo ab vno deo vnus homo creatus: non ab alio homine: sicut deus pater non est ab alio deo. Unus creatus est qui pręsit in terra: sicut vnus deus in cęlo. Itē homo est suo modo liber sicut deus. Et sicut vnus deus est principium omīs creaturę: ita vnus homo totius generis humani. Deniqȝ sicut deus est finis omniū: ita omnia creata sunt propter hominē. Sumus. n. nos quodāmodo finis omniū sicut

Phs. dixit Phs. Tullius. Animus secundū me diuinus est:

Tullius. secundū Euripidem vero deus est. Animorū. n. in terra nulla origo inueniri potest. Diuinū est enim quod ꝛ pręterita tenet: futura prouidet ꝛ pręsentia cōplectitur. Ita quicquid illud est quod sentit: sapit: vult: vigetqȝ: cęleste tamē diuinūqȝ est. Alioqui quis primus (quod summę sapiētię Pythagorę visum est) omnibus rebus imposuit nomina aut qui dissipatos homines cōgregauit: ꝛ ad societatem vitę cōuocauit? Aut quis sonos vocesqȝ qui infiniti videbātur paucis litterarū notis terminauit: Aut quis errantium stellarum motus cursus: progressiones institutionesqȝ notauit? Oēs magni etiam superiores qui fruges: qui vestitum: qui tecta: qui cultum vitę: qui pręsidia contra feras inuenerūt: a quibus mansueti ꝛ ex culti a necessarijs artificijs ad elegantiora deluximus. Nam ꝛ auribus delectatio magna ex parte est inuēta ex temperatura varietate ꝛ natura sonorū. Et astra suspeximus: tum ea que infixa sunt certis locis: tum illa nō re sed vocabulo errantia: quorū conuersiones omnesqȝ motus qui animo vidit: is docuit similem animū suum esse eius qui in cęlo ea fabricatus esset. Nam cum Archime- (Archimedes.)

des Lunę: Sol. 5. errātiū stellarū motus in sphęrā alligauit: effecit id quod ille in Timeo Platonis mūdū ędificauit deus: vt tarditate ac celeritate dissimillimos motus vna regeret conuersio. Quod si in hoc mundo fieri sine deo non potest: ne in sphera quidem eosdem motus Archimedes sine diuino ingenio potuisset imitari. ¶ Ex fine igitur hominis qui est ad beatitudinē: ex principio quoniam est a solo deo: ex capacitate quoniam anima capax dei est: omnis scientię omnisqȝ virtutis: ex modo existendi: quoniam anima est tota in toto ꝛ in qualibet parte: ex immortalitate quoniā dat vitam corpori: ex harmonia totius corporis: ꝙ cum sit vna facit omnes sensus in corpore: ex eius quiditate quoniam est idea omniū rerū: ꝛ cum omī ente participat ꝛ ex cęteris que dicta sunt patet aliquantulum quomodo homo imago dei est ꝛ gloria quoniam per hominem illustratur ꝛ clarescit gloria dei: in eo enim principaliter viget ratio ꝛ ius prelationis. (Anacephaleosis dictorum.) Deniqȝ sicut de latere Christi dormiētis in cruce origo ecclesię fluxit in figura: sic de latere Adę nata est sibi spōsa charissima. Et sicut Christus pręest ꝛ regit ecclesiā: ꝛ ecclesia subseruit ei: ita vir pręest: ꝛ obsequitur mulier: proinde mulier est gl'ia viri ex quo est: ꝛ cui subseruit. Potest dici rationem esse virum: fęminam sensualitatem: q̄ sub esse debet non pręesse. Alij dicūt sensualitatem serpentem esse: portionem inferiorem fęminam: superiorē vero virum. Si sola autem delectatio est in peccato / non autem consensus: fęmina tantum manducauit. Sed de hac portione alibi dicetur. 33. q. 5. Nec illud. [Non enim vir ex muliere: sed mulier ex viro:] sicut postea vice versa cum venit plenitudo temporis: nō mulier ex viro: sed (Gala. 4.) vir homo deus ex muliere. Et sicut Eua fuit imago ꝛ glo- (maria.) ria Adam: ita dicēdum ęstimo ꝙ Christus dominus sit imago ꝛ gloria intemeratę Virginis.

¶ Et enim non est creatus vir propter mulierem sed mulier propter virū. Ideo debet mulier velamen habere super capter suum & propter angelos. Veruntamen nec vir sine muliere, nec mulier sine viro in domino. Nam sicut mulier de viro, ita & vir per mulierē. Omnia autem ex deo. Vos ipsi iudicate, decet mulierem non velatam orare deum? Nec ipsa natura docet vos. ꝙ vir quidem si comam nutrat, ignominia est illi, mulier vero si comā nutriat gloria est illi: quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. Siquis autem videtur contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus neqȝ ecclesia dei.

¶ Textus. Et enim non est creatus vir propter mulierē que nōdum erat:] sed mulier in adiutoriū viri. ¶ Vidit enim deus ꝙ non esset bonum esse hominē solum: vnde dixit: faciamus ei adiutoriū ꝛ patet. Quoniā igitur posterior creata est: ꝛ tamē ad pręuaricationē prior est inuēta: ideo. [Debet mulier velamen habere super velamē] naturale supra caput suū / in signū subiectionis non solū propter sacerdotes: non tantum propter confluentiā populi: sed ꝛ propter angelos: de quibus scriptū est: pręuenerunt principes coniuncti psallentibus in medio iuuencularum tympanistriarum: cum me laudarent astra matutina. Job. 38. capite: et iubilarent omnes filij dei. xv. (Psalm. 67.)

Glosa cuiusdam quem pro honore non nominamus. Angelos inquit malos hoc est incubos: quorum libidinem pulchritudo capillorum muliebrium vehemēter dicitur inflammare. Hic sensus mirabilis est et mihi et apostolo Paulo: imo et ipsis spiritibus immundis. Si igitur mulier nec sacerdotes reueretur nec populum: saltem ob angelos testes caput operiat: exemplo illarum sanctarum feminarum que cum irent ad sepulchrum/portātes aromata que parauerant vt vngerent dnm Jesum: et essent mente consternate q sepulchrū vacuū reperissent: videntes interim duos angelos in veste fulgēti: declinauerūt
Luc.24. vultus suos in terram. Sic Sara post ostium tabernaculi erat Genes.18.c. cū dn̄s.i.angelus loqretur ipsi Abrae de conceptu Isaac. Sciendum autē q non dixit apo. mulier est imago viri: sed tantū gloria: vt designaret q tam
xvj. vir q̃ femina sunt ad imaginem dei creati fm naturā intellectualem. Nec dixit q mulier est imago dei sed vir tantum: cū tamen eadem sit natura intellectualis in vtroq. sed propterea sic dixit apo. qm̄ fm illud homo factus est ad imaginē dei q p̄eest bestijs terre: mulier autem subiecta est ab initio sicut diximus: vir aūt in omnibus dominatur. Ceterū qm̄ Eua os et caro est Ade/quod de vno dicitur: de vtroq intelligitur. Et sciēdum q sicut in omnibus pecoribus nō est inuentū viro adiutoriū simi-
August.9. le illi: nisi de tractū de illo incōiugiū formaretur: ita menti nostre qua supernā consulimus veritatem nullum est ad vsum rerum corporaliū quantū nature hominis satis est simile adiutoriū ex anime partibus quas cum bestijs cōmunes habemus. Sicut autem caro Ade et caro Eue vna caro est sed sunt duo in carne vna: ita mulier cum viro suo est vna imago dei. Cum autē ad adiutoriū distribuitur/quod ad solā mulierē pertinet: non est imago dei quod autem ad virum attinet imago dei est/tam plena et tam perfecta q̃ in vnū coniūcta muliere: sicut de natura humane mētis diximus: quia et si tota cōtēpletur veritatem imago dei est: et cum ex ea distribuit aliquid: et quadam intentione deriuatur ad actionē rerum temporaliū nihilominus ex qua parte conspectā consulit veritatem: imago dei est: ex qua vero intēditur in agenda inferiora
xvij. non est imago dei. Velatio autē viri significat cohibitionē portionis superioris a suo obiecto: q̄ nunq̄ debet fieri. Velamē femine significat cohibitionē portionis inferioris a suis obiectis: et hec sepius est fienda et non illa
Luc.10. quoniā vnū tantū est necessariū. [Verūtamē neq vir sine muliere:] potest fieri pater: nec mulier sine viro potest fieri mater: excepta immaculata virgine: sed illud nesci-
Matth.1. uit vsus: qm̄ quod in ea et de ea natum est: de spū scto est. Qd autē dicit in dño: hoc intelligit q sepe vxor indiget officio mariti: sepe et marit⁹ eget vxoris ope. Vel illud in dño/potest exponi a dño: quoniā nec viri generātur sine muliere: nec mulieres fecundantur sine viris q̄uis dn̄s
Genes.30. vtrobiq cooperet. Unde illud: da mihi liberos: alioqui moriar. Et Jacob: deus inquit priuauit te fructu vētris tui. Agnoscat igitur femina in quo viro inferior est et iubetur sub esse potestati eius: tamen quantū ad religionis cōsortiū ad paria iudicātur: et ex equo iugum ducūt. [Nam sicut mulier in principio de latere viri formata est: ita et modo omnis vir per mulierē nascitur] etiam dn̄s Jesus christus. Quid est autem q femina de latere facta est? Esto.n. quod propter ipsius coniūctionis vim cōmendandā hoc ita fieri oportuit: nūquid etiam vt dormiēti fieret eadem ratione necessitas flagitabat: vt osse detracto: caro suppleretur? Et certe qui tā multis additis potuit costam in mulierē edificare: potuit hoc ipsum de pulpa facere vel costam pro costa reponere: si pro femina costa erat detrahēda: deniq edificauit inquit costam non finxit: sed tanq̄ domū fabricauit. Mirabilis deinde manus artificis qui dormienti costam detraxit: nec sensit penitus quod factum est in ipso et de ipso: vt fieret qd

factum est de ipso: vita: sic enim eam appellauit Euam. Eua.
[Omnia autē ex deo] et corpus et anima: et quicquid habemus: a deo accepim⁹. [Vos ipsi iudicate: num deceat mulierē non velatam orare deum.] In suo quisq animo
perpendet quis piam: hoc q̄ indecens sit: nec ipsa inqt xviij.
natura docet vos. Imo oppositum docet: quādo femina naturaliter habet velamentum a natura: sicut satis ex superioribus liquet: et femine naturalem habent inclinationem ad comam nutriēdam. Leui.19.ca. vide de coma non attondenda in rotundum. etc. Vos igitur constituo iudices huius rei: si tamen vel naturalem iuditium non amisistis. [Quod vir quidem si comā nutriat: ignominia est illi: et patet. Capta tamen in bello per mysterium Deut.21.
iubetur tonderi. etc.] vir si comam nutriat: ergo et parturiat inquit Ambro. et pariat: qui crispat comā sicut femi Ambrosi⁹.
na. Vel memor sit Absalonis qui per capillos pependit. 2.Reg.18.
His tamen temporibus si viueret apo. forte aliud precepisset: quando tam superflua cura est feminis de nutriēda coma: vnde placeant viris atq vtinam vel suis tantū.
Cum enim dominus dicat: non potestis facere vnum ca Matth.5.
pillum album vel nigrum: ille ad vincendum domini sui vocem: volūt se esse potiores audaci conatu et sacrilego
contēptu. Crines suos inficiunt malo presagio futuror: Ambrosi⁹.
capillos sibi iam flāmeos auspicantes. Sed operam ludimus. [Siquis autem videtur contentiosus esse: nos talem consuetudinē nō habemus neq ecclesia dei] idest nec iudei nec ecclesia de gentib⁹: imo nec ipsa natura docet et tenet q mulier intecto capite oret in ecclesia. Ne transgrediaris ergo terminos patrum tuorum: quoniā dissipantē sepem mordebit eum coluber. Acondita vrbe
Massiliensi gladius est ibi quo noxij iugulantur: rubigi Val.M.
ne quidem exesus et vix sufficiēs ministro. Sed vt sciat iudex in minimis quoq rebus omnia antique consuetudinis monimenta esse seruanda. Qui enim parua contemnit incidet in maxima. Alioqui iuxta prouerb. iucūda vicissitudo rerum: varietas.n. tantā in omni re vim habet: vt cōmendatione nouitatis interdum et pessima pro optimis placeāt. Verbi gratia. In Affrica referēte Valerio Maximo fanū est Veneri sacrum: in quo se matrone conferebant: atq inde procedentes ad questum dotis: corporis iniuriam contrahebant. In fami enim cōmertio lucrabantur dotem quem maritis traderent. Proh pudor.

Hoc autem precipio non laudans, q nō in melius sed in deterius conuenitis. Primū quidem cōuenientibus vobis in ecclesiam audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nam oportet & hereses esse, vt qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam nō est dominicam cœnā manducare: vnusquisq enim suam cœnā presumit ad manducādum. Et alius quidem esurit, alius autē ebrius est. Nunquid domos nō habetis ad manducandum & bibēdum? Aut ecclesiam dei contemnitis: & confunditis eos qui non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo. Ego enim accepi a domino quod & tradidi vobis, quoniam dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panem & gratias agens, fregit & dixit. Accipite & manducate, hoc est corpus meū quod pro vobis tradetur, hoc facite in meam commemorationem.

Hoc autem precipio non laudans] melius sic legitur.

Hoc autem precipiens siue denuncians: non laudo. Laudauit autem q omnia precepta sua memoria tenerent: nunc non laudat in hoc quod cogitur precipere de concordia: quasi dicat: hoc nō laudo quod precipio. Quod
xix. igitur nō laudo: (minus autem dicit et plus significat:) hoc est: q non in melius conuenitis: sed in deterius: eo enī mores vestri delapsi sunt: vt non cenam dn̄icam imitemini: in qua sūma christi Charitas maxime apparuit modestia equalitas et cōtinentia: sed epulas eorum qui sederunt quidē manducare: et bibere: et finito conuiuio
Exo.32. surrexerūt non gratias deo acturi: sed ludere et illudere: vt p̄staret non conuenire: q̄ hoc modo dn̄icam cōmemorari cenam. Deteriores enī domos vestras repetitis: quā existis: sobrij existis: ebrij reuertimini ab ecclesia. [Primū quidem cōuenientib⁹ vobis in ecclesiam: audio scissuras esse inter vos et dissidia: et ex parte aliqua sine partē aliquam credo. Nūeri.16. ita habes: Thuribula que sctificata sunt in mortibus peccatorū deducito in laminas ductiles: et circūda ex eis altare: vt sint in testi-
origenes. moniū rebellium et supbor. Thuribula hec que dicunt erea imaginē tenent scripture diuine: cui scripture heretici ignem alienum imponētes: sensum videlz per errorem et intelligētiā alienam a deo et veritati cōtrariam introducētes: incēsum dn̄o non suaue sed execrabile offerunt. Ista ergo thuribula erea idest hereticorū voces si adhibeamus ad altare dei vbi diuinus est ignis et vera fidei doctrina: melius ipsa veritas ex falsorum cōparatiōe fulgebit. [Oportet igit hereses esse.] Et fortassis he secte et dissidia ex illis vocibus orta sunt: Ego sum
Joan.19. Pauli: ego Apollo: ego Cephe. Qui igit tunicam inconsutilē Christi rumpit: qd nec crucifixores fecerunt:
Infra.13.c. etiam si tradiderit corp⁹ suum ita vt ardeat: non euadet ignē eternū: qui parat⁹ est ei qui primū seminauit discordiam inter Abel et Cain. Qd autem dicit: ex parte cre
Genes.4. do: ostendit apl's psuasum quidem esse q essent secte inter Corinthios: sed nō inter om̄es: quorum vox est illa: Ego autē Christi. Nam oportet et hereses esse atq se-
ẞ.q.iij.sal- ctas: sed adeo bon⁹ est deus: vt non pmitteret fieri tma-
uator.c.24. la multa q̄ fiunt: nisi ex eis eliceret multo maiora bona.
q.iij.ideo. Quid enī ipsa morte deterius que hoiem maximo bono.i. vita priuat: vn̄ vocat vltimū terribilium: et tamē per ipsam efficiūtur gliosi martyres. Quomō inquit cōfra-
Hiere.50. ctus est malleus vniuerse terre? Malleus est Sathanas non cōminuens sed pficiens vasa aurea et argentea que
xx. sunt in thesauris domus dn̄i. Et illud. Supra dorsum
ps.118. meū fabricauerūt pctōres: tantoq creuit corona Dauid
ps.4. quanto Saul plongauit iniquitatē suam: in tribulatione enī non est angustiat⁹: sed dilatasti me inquit: vt ca-
Mat.18 pacior essem donor dei. Hoc aūt qd dicit oportet hereses esse: eo mō exponit quo et illud: necesse est vt veniant scādala: nō enī simpliciter est necessariū: est tamē rebus stantib⁹ vt nunc: qn̄ dormiētibus eccl'e prepositis: quib⁹ dr per pphetam imo a dn̄o: fili hominis spe-
Ezech.3. culatorē dedi te domui Isrl': et tn̄ speculatores sunt ceci: (vide optime p̄.Reg.26.ibi. nōne respōdebis Abner?) secure inimicus homo supseminat zizania in agro ecclesie. Et cum messes multa sit Luc.10.ca. non tritici sed zizaniorum: operarij pauci sunt: virq inuenit in om̄i domo Israel vnus Samson. Judic.15.ca. qui has pessimas segetes cōburat simul cū autorib⁹ suis trecentis videlz. Habet enī Sathanas suum ternariū numerū multiplicatū per centū: quo cū impugnet ecclīam.i. vineam p̄sisami. ias: sicut habet et Gedeon.i. Christ⁹ trecētos qui in.T. littera cōtinent. Judic.7.ca. quib⁹ castra hostium impugnet et cōturbet. Non enī Christ⁹ pugnat in gladio et arcu: sed ignē venit mittere in terrā et quā vult vt ardeat.
Luc.12.ca. Qui ergo hoc igne nō illuminant. qui latebat aliqn̄ in lagena Gedeonis etc. tradunt incēdio ignis eterni per
Mat.18.ca. man⁹ Sāsonis. Oportet igit hereses esse: veh autē illi p

quem scandalū venit. [Necesse est tn̄ vt sint hereses: vt et qui vz probati sunt inter vos manifesti fiant. Appa- xxi.
reāt qui sunt palea: qui triticū: qui sequūtur Dathan et Nume.16.
Abirō: et qui sequūt Mosen. Qui sequūt Sebam et qui 2.Reg.15.
Dauid.1.Reg.10.ca. Qui sequūt inquā sanctū Dauid et qui sequūt Absalonē. qui sequūt Christū et qui sequūt
antichristū. [Cōuenientib⁹ igit vobis in vnū: si tn̄ hic cō Turris babel.
uentus pōt vocari et non cōfusio. Cōueniētib⁹ tn̄ in vnū: non quidē in vnū cor et in aīam vnam: qd ex sequentib⁹ patebit: et tamē in vnum cōuenientib⁹ locum: non licet dn̄icam cenam mādūcare.] Quare aūt non licet mādūcare dn̄icam cenā? cum tn̄ in hoc ipm cōueneritis in eūdem locum: [Pro eo inquit q vnusquisq ppriam cenā
occupet in māducādo.] Scdm Josephū non min⁹ q̄ de Josephus.
cem comedebāt agnū in pascha.i. phase. Christ⁹ dn̄s iā Joan.13.
iamq discessur⁹ et iturus ad patrē: quo magis infigeret et arcti⁹ cordibus suor amor quo eos dilexit in fine: cenauit cum discipulis suis. Ille vnā instruxit: vestrum autē vnusquisq suā cenā instruit. Et qd magis dolēdum est:
iam cena vr̄a/ipsa est in temulentiā: qm̄ quidē [hic alter esurit: alter autē ebri⁹ est.] Non oportet aūt nos ignora xxij.
re q quēadmodum illi de pmitiua eccl'ia credētes: simul Chryso.
oēs vescebant: et simul om̄ia possidebāt: ita codē modo
eo tēpore quo hec scripsit apl's fieri cōsueuerat: min⁹ tn̄ Act.2.et 4.
exacte et indiligenti⁹ id obseruabat. Nam veluti quedā cōmunis illi⁹ vict⁹ reliquie supessent: et ad posteros vsq deuenerāt. Verū vbi euenit vt ex his alij diuitias possiderent: alij ad inopiā deducerent: non iam vlteri⁹ bona sua om̄ia ex vetere cōsuetudine in medium pponebant. Sed certis vt equū erat diebus legitimis ac solēnibus mēsas cōmunes ac publicas pparabāt: et post mysteriorum coīonem egregio cetu om̄es simul in cōmunia conuiuia descēdebāt. Et qui diuites cēsebant: epulas atq obsonia bellariaq in medium afferebāt: et paupes ac nihil habētes ad publica ac in cōmune posita prādia cōuocabātur: atq vna eodē cōuiuio vescebant. Hucusq sane dn̄ica videbat cena. Verū morem hūc etiā in posterū aboleuerūt: et hui⁹ rei nō aliā causam afferre est q̄ q in diuisas factiōes inciderant: atq alij et alij alior se esse pfitebant: sicut patuit in pncipio huius epl'e. Non est ergo iam dn̄icā cenam mādūcare. Ipsa inquit hui⁹ forma speciesq cōuent⁹ lōge ab amore et frat'na charitate cene dn̄ice diuersa est. Unus sane vos excipit locus: mēsa vero cōuentui facta est dissilis. Cena enī Christi non tm̄ habuit diuites et paupes accūbētes simul: sed deū et homines: magrm et discipl'os: pastorē et oues: Christū et pditorē: cui et idē Christ⁹ cibos obtulit. De eodē pane agno et calice oēs participauerūt: om̄es simul pacto cōui
uio gr̄as egerūt: et hymno dicto exierūt: In vr̄o autē cō Mat.26.
uētu: alij esuriūt: alij euomūt: alij ebrij sunt: alior lingua
siti exaruit: null⁹ gr̄as agit. Hec est forma cene vr̄e: non p̄.Reg.1.ca.
Christi. Quare aūt Christ⁹ saturis apl'is tradidit mysteria corpis et sanguinis sui: et eccl'ia statuerit a ieiunis
tm̄ posse hec sacrosctā mysteria coicari: euidens est rō: xxiij.
quia illic successit pascha nouum veteri agno: et cōiun-
ctum est initiū noui testamēti fini veteris: dicēte dn̄o Mat.26.
Hic calix mei noui testamēti. Scitis inqt q post biduū pascha fiet: hoc est dicere post biduum nouū pascha fiet.
Nec enī dixit: pascha erit: aut veniet: vt ne ostēderet il- Origenes.
lud pascha futurum qd fieri solebat fm legē. Sed pascha fiet. hoc est quale nunq̄ fuerat factū: vt per hoc nouum pascha: illud succidat antiquū. Deniq qd si illō pascha ipse aperit cū infert: et filius hoīs tradet: nō iam aries:
sed ipsemet Isaac: imo nō Isaac nec aries: sed agn⁹: sed Gene.22.
qui tollit pctm̄ mundi. Tradet aūt non vt imponat sup struem lignorum et vinculis colliget quasi iacens: sed vt
crucifigat: et quasi pendeat botrus promisse terre in vi- Hieron.
te quinimo in ligno vite. Prius q̄ igitur hic agnus traderet immolādus in ara crucis: seipsum tradidit in cibū

charissimis filiis ⁊ pignorib⁹ suis: alienis eos vberib⁹
nolēs pascere, sicut multę faciūt matres: sed amor Chri-
Esaię.49. sti teste Esaia superat etiam amorem parētum. Et si illa
inquit oblita fuerit: lacte alieno tradens nutriendū in
fantulū suū: ego nō obliuiscar te: proprio cruore pascā te.
Esaię.63. ¶ Igitur ⁊ ante ꝙ botrus ille tradere͂ calcandus in cru
ce: sicut scriptū est: torcular calcaui solus: ⁊ aspersa sunt
sanguine omnia indumenta mea: nē vel gutta vna tantū
Joan.19. eius sacro sancti sanguinis contingeret perire: totus. n.
erat effundendus in sua passiōne/donec exiret etiā aqua
ipsum botrum ipse miro quodāmodo prius expressit in
Matth.26. poculo immortalitatis ⁊ tradidit dilectis suis dicēs: hic
calix nouū testamentū est: nouū testamentū inchoat: no-
xxiiij. uū testamentū cōfirmat: vetus abolet: vetus abrogat ve
tus reuocat ⁊ cancellat. Bibite igitur ex eo oēs: qui iā
ex vetere calice bibistis. ⁊c. Nobis autem quibus iam
diu vetera trāsierūt ⁊ noua facta sunt omnia: ieiuni illud
Esaię.43. accipimus: quia nemo mittit vinū nouū ⁊ sacramēta no
uę legis noua miranda stupendaqꝫ atqꝫ omni reuerētia
dignissima in vtres veteres. Matth.9.c. Igitur ⁊ Corin
thy sumentes forsan argumētum ex hoc facto/ꝙ saturis
nota- apostolis Christus corpus suū tradiderit: conueniebāt
ad ecclesiam cōmunicaturi mysteria Christi: sed non po
terant cōmunicare: qm̄ iam suam quisqꝫ cenā cenauerāt:
Ambrosi⁹. ⁊ sic non erant ieiuni. ¶ Ambrosius ita dicit. Munus
oblatū totius sit populi. i. vniuersis cōmunicari debet: qꝛ
in vno pane omnes signantur. Hoc ergo notat apo. ꝙ in
ecclesia vbi causa vnitatis ⁊ mysterij cōuenit: suas obla
tiones causa dissensionis (quam pseudo seminauerāt) si
bi vendicabant. Tantas. n. dissensiones inter eos pseu
dapostoli seminauerāt: vt suas zelarent oblationes: ⁊ vē
dicarent: cum vna eademqꝫ prece omniū oblationes be-
nedicerētur. Et hoc ita faciebant vt cęteri vnde offerrēt
non habentes: non sumentes partem: confunderētur: et
xxv. hoc tam cito: vt superuenientes nihil inuenirent. [Nū-
quid domos non habetis ad manducandū ⁊ bibēdum?
Vide Eze- Aut ecclesiā dei contemnitis et confunditis eos qui nō
chiel. ca.8. habent?] Nunquid facitis ex domo orationis domū po
tationis: Nisi forte excidit vobis memoria quid fecerit
Joan.2. Christus ijs qui vendebant ⁊ negociabantur in templo.
Abijcite inquit ista hinc: ⁊ nolite facere domū meā: do-
mū negotiationis. Si negociationis non debet fieri nisi
quid fiet dom⁹ ebrietatis ⁊ temulētię? Talis erat dom⁹
Bel in qua sacerdotes eius noctu surgētes secreto cum
vxoribus ⁊ filijs suis ea deuorabant q̄ idolo apposita fue
rant vt vescere͂: facientes ex templo dei sui domū conui
uij ⁊ potationis: vnde ⁊ meritas pęnas dederūt. [Quid
Daniel.14. dicam vobis? Laudem vos?] Utinam esset quod possem
laudare in vobis in hac re: sicut illud laudaui ꝙ oīa mea
Esaię.5. memoria retinetis. Quomodo. n. laude prosequar: ꝙ ⁊
contēnitis templū dei viui: ⁊ mēbra corporis Christi. i.
fideles pudefacitis: prętendentes pietatē: factis autem
Chrysosto. negātes: Libet mirari sapiētiā Pauli. Postq̄. n. tot ge-
nera transgressionū ⁊ criminum aperuit: cōtumeliam in
cęnam dn̄icam: ꝙ quisqꝫ suam cęnabat cęnam: contume-
liam in ecclesiam: contumeliā in pauperes quos confun
debant: ⁊ aperuit ebrietatē ⁊ despectū quomodoqꝫ om-
nia perturbato ordine faciebāt: remissiori tono increpa-
tionis vtitur dicens. Laudo vos in hoc? Certe nō laudo.
Cū. n. explicita criminū indecentia: vehementiori incre
patione ⁊ acriori morsu opus esse videatur: oppositum
fecit apostolus: remissione. n. potius ⁊ respiratione qua
dam vtitur. Quenam est autem hui⁹ rei causa? Cū eos
grauius momordisset: ac accusationē exaggerasset: velu
Prouerb. ti medicus miscens amara iucūdis: ⁊ vt dicitur melle li
to calice potionis amarę: nō simul sed mutuo ⁊ per inter
Tho.3.par. capedines vulnerib⁹ ferrum adhibet. [Ego. n. accepi a
q.75. cū se- dn̄o: quod ⁊ tradidi vobis: quoniā domin⁹ noster Jesus
quētibus. christus in qua nocte tradēdus erat: accepit panē ⁊ gra-

tias agens: fregit ⁊ dixit. Accipite ⁊ manducate. Hoc est
corpus meū: quod pro vobis tradetur: hoc facite in meā xxvj.
cōmemorationē] hoc est ad renouādū mei memoriā. Hāc
si potestis memoriā renouate. Uidetis. n. vnam ⁊ eandē
mensam cōmunē esse omnibus: eundem panem partitū:
eodem calice propinatos omnes: nullum pręuenire aliū
nec mittere inuerecūde manū ad mensam: sed tradita tā Exo.12.
tum a Christo manducare. Nec. n. renouatis cęnam agni
paschę veteris quam stantes accincti celebrabāt cum la
ctucis amaris (comedentes festinanter: quod hodie nō Nota.
raro faciunt sacerdotes:) sed eam qua pascha nostrū im-
molat⁹ est Christus. Si ergo hoc nouū pascha ad memo- Genes.43.
riam reuocatis: quomodo confunditis fratres vestros?
quod nec Christus fecit in Juda: nec Joseph in fratres
suos qui eum vēdiderūt: sed cęnans cum eis in cōmuni
prandio: omnes cum eo biberunt inebriatiqꝫ sunt: ebrie Psal.22.
tate tamē sobria: quomodo dicitur: calix meus inebrians
q̄ pręclarus est. ¶ Sciendū autem ꝙ cum dicitur in qua Origenes.
nocte tradebatur: forte dicet aliquis quoniā pater qui-
dem tradiderit filiū sed principi sęculi huius: deinde ab
isto vel istis traditum esse in manus hominū qui eum oc Job.
ciderunt. Uerbigratia. Job primū traditus est a deo in
manus diaboli: sicut dictum est: tamen animā illius ser-
ua. Accipiens autem diabolus omnia bona eius in pote
state: tradidit prędonibus ⁊ equitibus qui fecerūt tria
cornua. Uide ergo ne forte sicut bona Job diabolus tra
didit in manus prędonū: accepta prius potestate a deo:
sic ⁊ aliqua operatione princeps potestatis aeris q̄ ope Ephe.2.
ratur in filijs diffidentię tradiderit eum in man⁹ homi-
nū: in quibus hominibus erat ⁊ Judas in quem post pa
nem. Joan.13 ingressus est Satanas. Pater autem non
simpliciter tradidit filiū cō rarijs potestatibus: sed pro
pter misericordiā suam vt saluaret gen⁹ humanū. Prin
cipes autem tenebrarū non pro salute aliqua eum tradi Origenes.
derunt: sed quantū ad se: quia nemo eorum sciebat sapiē
tiam in mysterio absconditā: tradiderunt eum: vt inimi xxvij.
ca eius mors subijciat eum sibi sicut omnes homines q̄
moriebātur in Adam. Sed ⁊ homines qui occiderūt eū
horum voluntatē habebant non autē dei patris volunta Sap.2.
tem: dixerunt. n. Morte turpissima condemnemus eum.
¶ Traditus est autem: vt per hanc suam traditionem ⁊
mortē destruat eum qui habebat mortis imperium: non Heb.2.
istius mortis cōmunis de qua dicitur: morte morieris:
Gene.2. ⁊ quis est homo q̄ nō videbit mortē. Psal.88.
sed mortis illius q̄ contraria est ei qui dixit ego sum via Joan.14.
ve. ⁊ vita: ⁊ viuo ego dicit dn̄s. Num.14.ca. Et anima q̄
peccauerit ipsa morietur. Ezech.18. Traditus est autem
ab illis in mortem: sed qui habitat in cęlis irridebit eos Psal.2.
quoniā consilia sua non potuerūt stabilire. Psal.20. ne
sciētes ꝙ in dissolutionē proprij regni ⁊ principatus sui
omnia agebant: tradētes eum in manus hominū: sur re-
xit. n. tertia die solutis inferni doloribus. ꝙ autē aposto- Actuū.2.
li cōtristantur audito ꝙ tradendus esset ⁊ occidēdus: ex
hoc erat ꝙ non considerabant quis esset cui ad destruen
dam mortem trium dierum tempus sufficiebat: quos et
breuiores fecit: ita vt ex.72. horis: in quadraginta tantū
hostes vicisse videatur. Ante igitur q̄ traderetur tradi
dit ecclesię suę hoc memoriale perēne: figurarum veterū
impletiuū in quo simul venit cum dono donator: miracu
lorum a se factorū maximū/imo summariū omniū suorū
tam veterum q̄ nouorū mirabiliū: de que sua absentia
solatiū singulare. Unde dicit in mei memoriā facietis.
Uetus. n. pascha ideo transitus vocatum est: quoniā nō
diu erat permāsurū: sed cū transeuntibus hebręis: tran Exodi.12.
siturum erat: succedente nouo ⁊ ęterno testamēto q̄d fir xxviij
mauit deus homo: nō homo. Uetera igitur trāslata sunt
superuenientibus nouis: cessauit memoria veteris agni Psal.77.
occisi in Egypto: cū iam agnus dei operatus sit salutē in
medio terrę. ¶ Sicut autē memorię nostrę ea potissimū

verba mādamus q̄ nos audire cōtingit ab his qui in hu
i⁹ vitę discessus articulo cōstituti sunt: ac defunctorū hęre
des siquid pręter eorū mādata temere cōmittere audēt:
impēse excitare solem⁹ ac dicere: reuocate in memoriā
Chryso. atqꝫ aduertite vobis hāc a patre vltimā vocem emissam
hęc ab eo illa nocte qua emissur⁹ erat spiritū vobis fuis
se mandata: ita hoc loco apo. orationi suę plenos cuiusdā
horroris stimulos addere cupiens: recordamini inquit
quia in nocte qua tradebatur in mortem: hęc ab eo sunt
instituta mandata: instituta ⁊ renouata sacramēta: dictū
ꝙ est omnibus ⁊ singulis: hoc facite ad renouādam mei
memoriā. Unum corpus dedit multis vt vnitatē signifi
Esaię.53. caret. Sed cum fregit: illud significauit: qm̄ oblatus est
quia ipse voluit. Dedit sub alia specie: vt fides locum ha
beret: dedit sub specie panis ⁊ vini vt nutrimentū signi
ficet vitę spiritualis. Sane species in hoc sacramento sa
cramentum sunt tātum. Caro autem Christi ⁊ sanguis ⁊
sunt sacramentū: ⁊ res sacramento velata: Mystica autē
caro Christi. i. ecclesia q̄ significa͂ in hoc sacramēto (q̄d
ex multis granis ⁊ ex multis botris cōstat panis ⁊ vinū)
res est nō autem sacramentū. Sane dedit hoc sacramētū
Eucharist. Christus sub duplici specie: vt figuraret ꝙ totam nostrā
xxix. naturam assumpsit: nā anima omnis in sanguine est: cor
pus refertur ad panem. ¶ Quęrēda essent multa circa
Questiōes hoc sacrū mysteriū: videlicet quem situm tenet Christ⁹
in hostia: quid frangitur cū frangitur hostia: a quo moue
tur sacramentū hoc cum mouetur. i. res cōtenta in sacra-
mento: vbi sunt accidentia: si nutriūt vel generāt substā-
tiam. Quando incipit Christus pręsens esse sacramēto:
quare verba Christi sine intentione nō operantur sacer-
dotis: vtrū Christus videat vt in sacramento est: vtrū sit
visibilis ab oculo alicuius beati prout est in sacramēto.
Quomō est in multis locis simul ⁊ semel: ⁊ in vno mo-
uetur sursum in alio deorsum: ⁊ sic de cęteris motibus:
quomodo nec consumi͂: nec augetur: nec tāgitur manu
corporali. Quomō est totus in tota hostia ⁊ totus in qua
libet eius parte. Hęc ⁊ multa ⁊ pene infinita de hoc pos
Canti.2. sent quęri: sed credere iubemur nō perscrutari maiesta-
tem dei/que stat post parietem nostrū: quasi prospiciēs
⁊ eminens per retia. Cur tamē in hoc sacramento quęri
Ambro. mus naturę ordinem: cum ⁊ Christi conceptus ⁊ ortus
ex virgine pręter naturā sit? Si ordinē quęris viro mix
ta fęmina generare consueuit: itē si ordinem quęris non
fęmina de latere viri sed ex vulua fęminę cōsueuit progre
di vir. Si ordinem quęris ex vulnere sanguis fluit non
aqua. ¶ Quęre vnde multiplicauerit Christus costā in
fęminā: ⁊.5. panes vt super essent.12. Cophini. Joan.6. et
4.Reg.4. vnde Helias multiplicauit farinā: ⁊ Helise⁹ viduę oleū:
⁊ multa his similia q̄ reperire facile est in veteri instru-
mento: ⁊ tunc intelliges quomodo Jesus est nobiscū in
hoc sacramento. Dicamus autem hanc conclusionem de
Doct.nr̄. inente Docto. sub. in.4. Disti.10. q̄st.4. ꝙ videlicet etiā
ante incarnationem Christi potuit ita vere eucharistia
xxx. fuisse sicut ⁊ nunc: ⁊ hoc tam quantū ad significationē q̄
quantū ad rem signatam ⁊ contentam. Itē ꝙ nūc posset
corpus Christi desinere esse sub modo naturali vt pote si
vidisset corruptionē: ⁊ tamen Eucharistia vere manere.
Sciēdum autē ꝙ corpus Christi voluntate fuit mortale
⁊ passibile: naturaliter nec mortale nec passibile: quantū
ad rem videlicet: quia potētia nunq̄ reduceret ad actū:
simpliciter tamē omne corpus suis principijs derelictū
mortale est. Datum est autem corpus Christi discipulis
immortale ⁊ impassibile: licet tunc esset passibile: nec est
Christ⁹ mo- mirandū si mortalibus manibus se immortalem ferebat
ritur⁹ se im quando in transfiguratione quādo etiam mortalis erat:
mortalē de se immortalē discipulis ostēdit. Et sciendū ꝙ si in triduo
dit discipu cōsecratū fuisset: fuisset ibi vera res Eucharistię: ⁊ tamē
lis. non fuisset ibi anima Christi. De hoc vide Docto. nostrū
in.4. Dist.10.q.4. ¶ Et assignatur ab eodē doctore no

stro quadruplex differentia inter hoc sacramentū ⁊ cęte
ra: quarū triplex est in significando. Prima quia est sim Differētia
pliciter veracissimū in signādo. Alia enim sacramēta ve q̄druplex.
racia sunt quantū est ex se: tamē quādoqꝫ non sortiuntur
suū effectū propter indispositionē suscipientię: istud au Ad ministri
tem nunq̄ caret suo signato. Secūdū est quia quod signi
ficat hoc realiter cōtinet: cętera tantū significāt. Tertiū xxxj.
ꝙ cętera significant gratiam accidētalem inhęrentē ali
cui: istud autē verū corpus Christi ibi subsistēs. Quar-
tū est ꝙ cętera sacramēta cōsistunt in vsu ⁊ in fieri: ita ꝙ Cōlcare.
ibi idem est sacramentū: ⁊ perceptio sacramēti: sed hoc
sacramentū est quoddā permanens etiā ante vsum. Ma
ior tamen gratia cōmunicatur in perceptione huius sa-
cramenti q̄ in eius consecratione cęteris paribus: perce
ptio. n. significat nutritionē spiritualē que est per gratię
collationē: quoniā qui manducat me: viuet de me in me Joan.7.
⁊ propter me. ¶ Et sciēdum ꝙ singulos fruct⁹ figuralium
sacrificiorū veteris testamēti affert Eucharistia ⁊ horū Eucharis-
maiores: pro quanto est viuifici sacrificij in ✠ oblati me tię fruct⁹
moria in quo ver⁹ Moses eleuatis manib⁹ deuicit Ama quattuor.
lech hostem populi sui. Sunt autem hi fructus quattuor Exodi.17.
sicut quattuor erant genera sacrificiorū in lege videlicet
hostia pro peccatis: ad remissionē peccatorum: hostia pa
cis: ad pacis stabilitatē: holocaustum ad internā cum do
mino vnionem: iuge sacrificiū ad gratiarum actionē. Ha
bes ergo hic remissionē peccatorum: cum dicitur qui ꝓ
multis effundetur in remissionē peccatorū. Cuidam exi Matth.26.
stenti in captiuitate illis diebus vincula excidebāt e pe
dibus quibus pro eo quasi pro mortuo vxor sacrificiū ve
rę pacis per manus sacerdotis offerebat. Grego. Idem Gregori⁹.
de eo qui intra specum latēs: post annū egressus: dixit se
cotidie refici de oblatione vxoris: quā pro eo per manus
sacerdotis ipsa offerebat. Habes sacramētū summę vnio
nis ⁊ pacis: reconciliati. n. sumus. Rom.5. per mortē hu
ius agni Paschalis q̄ ⁊ ipse est pax nostra. ⁊c. Habes ho Ephe.2.
locaustū: de quo dicitur: cresce ⁊ māducabis me: nec mu
tabis me ⁊ cōsumes: sed tu mutaberis in me. Qui man Joan.6.
ducat me: in me inquit manet ⁊ ego in illo. Eleuatio ma
nū mearū. ⁊c. Habes iuge sacrificium cum audis: hoc fa
cite ad semper innouandā mei memoriam. Cum autem Matth.26.
dicitur: mei: ly mei magis est cogitādum q̄ loquendū.
Quis est enim homo quia memor es eius. Job.7.cap.
Et apponis erga eum cor tuum?

¶ Similiter & calicem postq̄ cœnauit dicēs.
Hic calix nouum testamentum est in meo san
guine. Hoc facite quotiescunqꝫ bibetis in meā
cōmemorationē. Quotiescunqꝫ. n. manduca
bitis panem hunc, & calicem bibetis, mortē
domini annuntiabitis donec veniat. Itaqꝫ quis
cunqꝫ manducauerit panem, & biberit calicē
domini indigne, reus erit corporis & sangui
nis domini. Probet autem seipsum homo, &
sic de pane illo edat & de calice bibat. Qui. n.
manducat & bibit indigne, iudicium sibi mā
ducat & bibit, non diiudicans corpus domi-
ni. Ideo inter vos multi infirmi & imbecilles
& dormiunt multi. Quod si nos metipsos di
iudicaremus, non vtiqꝫ iudicaremur. Dum iu-
dicamur autem, a domino corripimur, vt nō
cum hoc mundo dānemur. Itaqꝫ fratres mei
cum conuenitis ad manducandum, inuicem
expectate. Siquis esurit, domi māducet, vt nō
in iudicium conueniatis. Cętera autem cum
venero disponam.

Thom.p.q. 80.ad.4. ¶ Textus. Similiter ⁊ calicē postꝙ̄ cenauit dicens: hic
calix nouū testamentū est in meo sanguine.] Nouū quo-
niā noua ⁊ eterna promittit: ⁊ vocatur sanguis testamē
XXXIJ. tū quoniā testamentū in morte cōfirmatur: vnde sangui
ne eo effuso ⁊ tradente filio animam patri: cōfirmatū est
⁊ consūmatū nouū testamentū/sicut superius expositū
est. Potest autē sic legi textꝰ. Hic calix .i. cōtentū in hoc
calice est nouū testamentū per meū sanguinē: quia euan
geliū confirmatū illo sanguine promittit hereditatē eter
nam quod est nouū promissum. ¶ Vel hic calix est meꝰ
sanguis/quo effuso cōfirmatū est nouū testamētū. Cum
ergo accesseris ad tremēdū calicem: vt ab ipsa bibiturꝰ
Chryso. Christi costa ita accedas. Chryso. Tanta est autē differē
tia inter promissa legis ⁊ euangelij quanta inter sangui
nem vitulorꝫ ⁊ hunc sanguinē quo effuso: reserata est vi
ta eterna. Non bibam inquit de hoc genimine vitis pa-
sche veteris amodo: instituto iam paschate nouo in azi-
Genes.40. mis synceritatis ⁊ veritatis. Est autē Christus dominꝰ
vitis vera in qua tres propagines eminēt/ deus: anima
⁊ caro: vnus tamē calix ⁊ vnū poculū constituit ⁊ hoc sub
Joan.15. vna nocte videlicet ante diem festū pasche: de quo prior
omniū rex ipse bibit dum esset in accubitu suorum ⁊ fi-
Psal.127 lij sicut nouelle oliuarū. Vide.2.parali.cap.30. per totū.
Hoc autē poculū immortalitatis qđ confectū est de infir
mitate nostra ⁊ virtute diuina habet quidem in se vnde
Psal.129. omnibus prosit: sed si non bibitur non proficit: q̄uis licet
copiosa sit apud eum redemptio: non tamē omnes de fa-
Augustinꝰ cto redimuntur. [Hoc facite in meam cōmemorationē.]
Que verba apo. exponit p̄sequētia dicēs. [Quotiescū
q; .n. māducabitis panem hunc: ⁊ calicem bibetis: mortē
dn̄i annūtiabitis] idest memoriā mortis eiꝰ renouabitis
Psal.140. et recoletis pro vobis oblatā in odorem suauitatis et in
sacrificiū vespertinū patri eterno: ⁊ hoc donec Christus
idem qui pro vobis vltro mortē obijt veniat iudicaturꝰ
Psal.95. orbem terre in equitate: qui per iniquū iudiciū cum sce
leratis reputatus est. Esaie.53. Per quod illud etiā ostē
ditur quomodo hoc sacramentū est confirmatio testamē
ti eterni: ex quo vsus eius nō cessabit donec veniat regnū
dei. [Itaq; quicūq; māducauerit panem hunc ⁊ biberit
calicē dn̄i indigne: reus erit corporis ⁊ sanguinis dn̄i.]
Reus inquam erit apud dn̄m: ac si vnigenitū eius pro-
prijs manibus occidisset. Indigne autē māducat: qui cū
conscientia peccati mortalis ad sacramentū summe vni-
tatis ⁊ pacis accedit: sicut alter Judas. Joā.13.c. Nō.n.
bucella dn̄ica venenum fuit Jude: tū cum accepit: statim
XXXIIJ intrauit in eū Satanas: non quia malū accepit: sed quia
bonū male malus accepit. Potio.n. sumpta cum indige
sto stomacho: non salutem sed mortē accelerat. Unde hic
cito post sacramētū perceptū laqueo se suspēdit: quomō
Matth.27. inferius dicetur: ⁊ dormiunt multi: de sumētibus autē
digne dicitur: qui manducat hunc panē viuet in eternū.
¶ O sacramētū pietatis: signū vnitatis vinculū charita
tis: qui vult viuere: habet vnde viuat: accedat: credat: in
corporetur vt viuificetur. (Ut leones.n. flammas spirā-
tes sic ab illa mēsa discedimus: terribiles facti diabolo.
Sed inquit in memoriā obediētie mee vsq; ad ✠ hoc fa
cite.) Legimus ꝙ priusꝙ̄ Jacob israel sortiretur nomē
Genes.32. ad tactum angeli πλατῦ νεῦρου eius emarcuerit. Et
Moses cū audisset angelum siue dn̄m
Hieronyꝰ. loquentē in rubo: nequaꝙ̄ valuit ad eū accedere: nisi sol
uisset corrigiam calciamenti sui: ⁊ abiecisset vincula nu
Exodi.3.c. ptiarū. Nec mirū hoc de amico dei ⁊ eius legifero: cum
omnis populus accessurus ad mōtem Sina: auditurus
decalogum: tribus diebus sanctificari iubetur ⁊ ab vxo
Exo.19. ribus abstinere. Et Dauid acceptu rꝰ a sacerdote panes
propositionis: mūdi sunt inquit ad eū sacerdos dei pue-
ri a mulieribꝰ maxime? Et ille ab heri ⁊ nudiustertius
1.Reg.21. Panes.n. propositionis quasi corpus Christi de vxorū
cubilibus surgentes manducare non possumus: ne iudi
cium nobis ipsis māducemus. Et notādū quod dixit ab
vxoribus: videlicet ꝙ ad munditiā corporis Christi: om
nis coitus immūdus sit. ¶ Et s̄m opinionem hebreorū
propter hanc eandem causam Oza percussus interijt: cū
arcam dei tetigisset quā inclinauerāt boues in plaustro 2.Reg.6.c.
ꝙ videlicet eadem nocte congressus fuerat cū vxore. Cō
flemus autem nos qui sepe indigne accessimꝰ ad myste Gregorius
ria corporis Christi in lachrimis duritiā mentis nostre:
formemus ⁊ in proximis gratiam benignitatis: ⁊ audē- XXXIIIJ
ter dico ꝙ salutari hostia post mortem non indigebimꝰ:
si ante mortem deo ipsi hostia rationabilis ⁊ sancta fue- Roma.12.
rimus. Quid igitur agēdum nobis est ne indigni acce-
damus ad tantū sacramentū: qui scimus q̄m sine pecca-
to esse non possumus: cum cotidie iubemur orare ⁊ dice
re: dimitte nobis debita nr̄a? Matth.6. Qualis fiebat Chrysost.
examinatio in his qui ad certamē olympiacum admitte
bant. Ne forte inquit preco sit seruus aut fur: aut ebrio
sus. ⁊ c̄. Pondera bene. Nunquid digniores sumus eo
q̄ dixit: exi a me quia homo peccator sum? Luc.5.cap. aut
eo qui dixit: non sum dignus vt intres sub tectum meū?
Matth.8.c. Aut eo qui dixit: procūbēs soluere calciamē-
ta eius? Joan.1. Uere omnes sumus indigni tanti sacra
mēti: quādo ⁊ immaculata Uirgo dixit: ecce ancilla dn̄i:
sed si soli digni ⁊ immaculati accessuri sunt: paucos aut
nullos inuēturꝰ est deus. Quid ergo? (De conse. dist.2.
Qui scelerate. Et ca. Quid est. Et scd̄a. Et.16.q.2. Quū)
p̄bet inq̄t apo. [Se ipsum homo: ⁊ sic de pane illo edat:
⁊ de calice bibat.] Et si inq̄t apo. Supra.4.c. non in hoc
iustificati sumꝰ vt vere iusti dicamur: ꝙ nihil nobis con
scij sumꝰ: hoc est nullius nos peccati mortalis conscien-
tia mordet: sufficit tamen deo qui nouit figmētū nostrū. Psal.102
Nec.n. exigit a nobis impossibilia. Sufficit si dicamus:
Esaie.38. memento ꝙ ambulauerim coram te corde perfe
cto: ⁊ tamen quis est homo qui non peccet? 3.Reg.8.ca.
¶ Conscientia.n. sicut dicit Chryso. iudex est incorru- Consciētia
ptus. Et cum homo peccat peccatū ad mortē. 1.Joan.5.
statim aduersus hominē insurgit: clara voce clamat ⁊ ac Chryso.
cusat: ⁊ ante oculos depingit peccatorꝫ imaginem. Hanc
deus homini ab initio indidit accusatricē perpetuam: q̄
decipi ⁊ deceptionē ferre posset nunꝙ̄. Licet ergo homo
homini peccatū celet: non tamen conscientie sue quā se-
cum vbicūq; pergit circūfert. In omni loco ⁊ tempore ⁊
actu peccatorē laniat: ⁊ obturbat: ⁊ reluctāti: peccata ad
memoriā reuocat. Proinde verissimile est ꝙ qui tam in
corrupto iudice non dānatur: secure accedit ad sacramē
tu corporis Christi: dicente Joāne: si cor nostrū non re- XXXV.
prehēderit nos: fiduciam habemus ad deum. Quod
si reprehenderit nos cor nostrum in minimis videlicet:
maior est deus corde nostro: ⁊ nouit omnia. 1.Joā.3.ca.
Monit autem ꝙ cum timore accedimus: fragiles ⁊ infir-
mi: scientes ꝙ maior est ille corde nostro: ⁊ solus est qui Job.14.
mundos potest facere eos qui ex immūdo concepti sunt
semine. Probet igitur se ipsum homo: ⁊ sic cum timore
⁊ reuerentia de pane illo angelicis preparato manibus
edat ⁊ de calice bibat. [Qui.n. māducat ⁊ bibit indigne Vide num.
iuditiū sibi manducat: non dijudicās corpus dn̄i.] Ille cap.9. satis
ergo non dijudicat corpus dn̄i: qui ita immundus acces optime.
sit ad sacramentū ac si accederet ad cōmunē mensam non
lotis manibus: panem māducare: cum tamē vt superius Matth.15.
diximus/panes propositionis non tradidit sacerdos: ni-
si mundis etiam a proprijs vxoribus. Et Judas nō vitā
sed mortē inuenit in fructu ligni vitalis. ¶ Siq̄ras vtruꝫ
cotidie sit cōmunicandū: Zacheus libēter suscepit dn̄m
hospitio: Centurio dixit: nō sum dignus. Matth.8. reue
ra autē vterq; erat indignus tanto hospite ⁊ tamē ad do
mū Zachei non inuitatus introiuit: ad domū Centurio
nis: eodē nolente vt ita dixerim ⁊ repugnante perrexit:
sed quia vterq; se indignū agnouit: vterq; dn̄m hospicio
habere meruit. Require de sancto Bonauētura exēplū.

Sapi.16. Manna illud celeste: sicut scriptum est omne delectamē
tū in se habebat ⁊ omnis saporis suauitatē: ⁊ propterea
Nume.12. sacramentū corporis Christi cuius figurā Manna illud
preferebat/contēptū non vult: sed desideriū: sicut fasti
Tho.3.p.q. dientibus: Manna vertebatur in nauseam. Quādiu igi
80.ad.10. tur desideriū habemus accedamus: aperiamus os nr̄m
Psal.102. Psal.80. dn̄s illud implebit: qui replet in bonis desi-
deriū tuū. Si autem anima nostra arida est: dicamus/
Hiere.10 c. quis non timebit te o rex gentiū: ne forte iudiciū nobis
manducemus: non discernentes inter cibū ⁊ cibū. Nun
XXXVI qđ carnes sancte auferent a te malitias tuas? Hiere.11.c.
[Ideo inter vos multi infirmi ⁊ imbecilles: ⁊ dormiunt
multi.] Sicut inquit qui fastidito Mānate carnes suspi
rabant Egyptias: eas cum accepissent: malo suo accepe
Num.11.c. runt: adhuc.n. esce erant in ore ipsorum ⁊ ira dei venit su
per eos. Psal.77. ⁊ occidit pingues eorum ⁊ electos
ex israel: sic q̄ impremeditati ac imparati nec discernen
tes inter sanctum ⁊ pollutū accedunt ad cōuiuiū Magni
Hester.5.⁊ Assueri induti sacco fraterni odij/aut ambitionis: mēsa
7.cap. vite fiet corā eis in laqueū. Psal.68. ⁊ in scandalum
⁊ in mortē: sicut legimus de superbo Aman: qui de mē-
sa regia sublatus est ad patibulū. Vide historiam in He
ster: quoniā optime congruit. ¶ Ideo inquit inter vos
multi laborant cotidianis febribus ⁊ longa valetudine:
quin ⁊ multi sublati sunt de hoc seculo per mortē corpo
ralē: sicut Judas ⁊ Oza ⁊ hic Amā: quoniā nō dijudica-
uerunt corpus dn̄i: ⁊ hec omnia initia sunt malorū futu-
rorum. Proinde sicut dictū est in superioribus: optimū
est apprehēdere correctionis disciplinā in alieno capite
Psal.2. nequando irascatur dn̄s: ⁊ pereamꝰ: sicut in multis ex-
perti estis q̄ dormiunt inter vos somnū mortis: ⁊ ad huc
multi viuūt qui laborant egrotationibus varijs. [Quod
De penitē- si nos met ipsos dijudicaremus:] cōscientiā nostram iu
tia di.1.tres sta examinatione (quod propter scrupulosos dicitur) pu
sunt. rificando: sufficit.n. ꝙ nihil nobis conscij sumus: nec re
XXXVIJ quiritur maior et sollicitior examinatio ad digne cōmu-
nicandū: ꝙ̄ ad exeundum de hac vita mortali: sicut dicit
Doct.nr̄. Doctor noster: ad hoc autem/sufficit quod dictū est. Ver
ba autem eius hec sunt in.4. Distī.9. Percepturus sa-
cramētū pacis: tenet se examinare secūdū diligētiam no-
stre fragilitati possibilem. Post talem autem inquisitio
Psal.18. nem contritus ⁊ confessus: si moreretur saluus esset: nō
autem requiritur maior examinatio ad cōmunicandum/
ꝙ̄ ad secure moriendū. Alias autem quilibet se expone-
ret periculo. Delicta.n. quis intelligit? Et nemo scit ex
Eccle.9. certa scientia vtrum odio vel amore dignus sit. Tunc.n.
si necessario requireretur ꝙ cōmunicans sciret se esse in
charitate: nō esset hoc sacr̄m viatoris: talis.n. certitudo
non cōuenit de cōmuni lege viatori. Hec ille. Igit̄ si nos
met probaremus hoc modo: non vtiq; iudicaremur a do
mino/quō dictū est de multis q̄ sunt inter vos ⁊ multis
Psal.54. qui vos precesserunt: morientes propter hoc non in tem
pore suo. Eccl.7. viri.n. dolosi nō dimidiabūt dies suos.
[Dum iudicamur autem: a dn̄o corripimur: vt nō cū hoc
mundo dānemur. Hinc est ꝙ cum tribus Beniamin car
Gregoriꝰ. nis horrendo stupro fuisset obruta: collecte tribus cetere
vlcisci iniquitatē voluerunt: habētes quidē zelū dei sed
Rom.10. non secundū scientiā: vnde factum est vt semel ⁊ iterum
terga hostibus darent: tertio tandē hostes in fugam con
uerterent. Quid est ergo ꝙ in vltionē sceleris inflāmā-
tur: ⁊ tamē ipsi prius prosternunt̄: nisi ꝙ prius ipsi pur
gandi sunt per quos aliorum culpe feriūtur alioqui au-
dituri: eijce primuꝫ trabem. ⁊ c̄. Sed ⁊ prestat inquit hic
Matth.7. interim puniri per corporales passiones: dum modo se-
quatur correctio: quia non semper deus hic corripit vt
Hiere.30. emendet: quomodo dicitur: plaga inimici percussi te: ca
stigatione crudeli: insanabilis facta est plaga tua. Induāt
tur sicut diploide confu. sua: ⁊ duplici contritione con-
tere eos. Et illud: frustra percussi filios vestros: discipli
nam non acceperunt. Hiere.2. Legimus autem ꝙ vir dei
Abdo videlicet propheta quia comedit contra dei prece 3.Reg.13.
ptum audiuit (Cum tū seductus fuerit a falso propheta)
non inferetur cadauer tuū in sepulchro patrum tuorum.
Sed ⁊ cum comedisset ⁊ abijsset viam suam: inuenit eū
leo in via: ⁊ prefocauit: cadauer tamē eius nō attigit/imo
custodiuit simulq; ⁊ asinum/quo vir dei vectabatur: do-
nec venit qui traderet sepulture. Hic correptus est a dn̄o XXXVIIJ
ne cum hoc mundo dānaretur. Hoc modo correptus est
qui ligna colligebat in sabbato: ⁊ q̄ accepit a deo stimu- Nume.15.
lum carnis angelum Satane. 2.Cori.12. ⁊ cui missus est
propheta. 2.Reg.cap.24. vt eligeret vnum e tribus. A ti Esaie.26.
more inquit tuo cōcepimus ⁊ quasi parturiuimus spiri
tū salutis. In hoc ⁊ pater noster destinatꝰ est ad labores
vite presentis: donec reuerteretur in terram suam peni- Genesis.3.
tentia peracta delicti sui.] Itaq; fratres mei cum conue
nitis ad manducandū: inuicem expectate.] Olim.n. co-
tidie cōmunicabāt fideles sub vtraq; specie. Deinde cha
ritate frigescente: dn̄icis tantū diebus. Procedente tē-
pore ⁊ crescente ecclesia non tantū merito quantū nume
ro: statutū est vt in tribus festis pasche Pentecostes ⁊
natiuitatis Christi cōmunicarent fideles. Modo autem
semel in anno. Nec desunt qui secum dispensent vt se-
mel tantū in vita cōmunicent: in quorum consilio non ve Genes.49.
niat anima mea. [Sane si quis tam incontinēs cibi est]
vt dilationē non ferat sicut legimus de Esau: qui pro ci
bo vilissimo primogenita vēdidit dicens: en morior. ⁊ c̄. Genes.
Gene.25.c. hic inquam famē non ferens: domi māducet:
illud interim sciēs: q̄m pro hoc cibo vili qđ preoccupa-
uit: iam particeps esse non poterit mense dn̄ice pro illo
die. Domi igit̄ māducet hic homo quicūq; est: [vt nō in XXIX
iuditiū cōueniatis] hoc est ad condēnationē vestram: si
ad eundem modum hanc sacram cenam cōmemoremini:
sicut predictū est [Cetera cum venero disponā ⁊ patet.]

¶ Duodecimū caput.

E spūali
bus autem no- I.
lo vos ignora-
re fratres. Sci-
tis autem ꝙ cū
gētes essetis ad
simulacra mu
ta prout duce-
bamini eūtes.
Ideo notū vo-
bis facio, ꝙ ne
mo in spiritu dei loquēs, dicit Anathema Ie
sum, & nemo potest dicere dominꝰ Iesus nisi
in spū sancto. Diuisiones vero gratiarū sunt,
idem autem spiritꝰ. Et diuisiones ministratio
num sunt, idem autē dominus. Et diuisiones
operationū sunt, idē vero deus qui operatur
omnia in omnibꝰ. Vnicuiq; autem datur ma
nifestatio spiritꝰ ad vtilitatem. Alii quidē per
spiritum datur sermo sapientie, alii aut sermo
scientie secundum eundem spiritum. Alteri fi
des in eodē spiritu: alii gratia sanitatū in vno
spiritu, alii operatio virtutū: alii prophetia alii
discretio spirituum, alii genera linguarū, alii

interpretatio sermonũ. Hec autem omnia ope
ratur vnus atq; idem spiritus, diuidens singu
lis prout vult.

¶ De spiritualibus autem nolo vos
ignorare fratres.] Ideo autẽ nolo ignoretis dona sancti
Seneca. spũs q̃ a deo accepistis: quia sicut dicit Seneca: Magnũ
ingratitudinis gen⁹ est: ignorare beneficia accepta. In-
gratus est qui non reddit cũ vsura: ingratissim⁹ qui obli
tus est. Quid.n. retribues dño pro omnib⁹ que accepi-
sti: psal. 115. si nescis q̃ acceperis: semper ore patẽti in
hians ad alia ⁊ alia: priorũ penitus oblitus? Quod pro-
prium est non hominis grati: sed canis impudici ⁊ vora
Prouer. 30. cis replicantis illud: Affer: Affer. Cur.n. tanta in nobis
contulit deus immeritis ⁊ confert ⁊ in futurum se colla
turũ promisit: nisi sicut dicit Seneca idẽ vt ex ingratis
⁊ aduersarijs faciat gratos ⁊ amicos? Quomodo dicit
ad Dauid: ⁊ si parua sunt que in te contuli: adijciã multo
1. Reg. 12. c. maiora. Ingratus inquit aduersus vnum beneficiũ: non
est aduersus aliud. Duorũ oblitus: tertiũ in eorũ memo
ria q̃ exciderit reducet. Ne cessaueris: op⁹ tuũ perage:
aliuz re: alium fide: alium gratia: alium consilio: aliũ pre
ceptis salutaribus adiuua: quĩ nullum est tam ferum et
immansuetũ animal quod non cura mitiget: ⁊ beneficẽ-
tia in sui amore conuertat. Veh autem illi cui beneficia
excidunt: herent iniurie. Hoc est ergo quod dicit. De spi
ritualibus q̃ a deo accepistis nolo vos ignorare: ne forte
ignorantia hec exiccet fontẽ a quo bona cũcta vobis lar-
giuntur: vnde efficiamini pauperes ceci ⁊ nudi. Apoc. 3.
[Scietes: hoc est scitis fratres:] illud in p̃mis volo vos
meminisse inquam o fratres q̃ cum gẽtes ⁊ pagani esse-
tis: ad simulacra muta prout ducebamini eũtes hoc est
dictu: q̃ pro superstitione vestra: in morem simulacrorũ
quocũq; ducebamini: illuc ibatis. Simulacra.n. si nõ du
cantur aut baiulẽtur immobilia sunt quasi lapides: lapi
ij. des.n. sunt: lignum stannũ aurum aut es. ¶ Eratis igiẽ
euntes in morem pecorum que ducuntur pro voluntate
Psal. 113. possidentis: imo sicut scriptum est: similes illis fiant qui
confidunt in eis: imo si ignoras te o homo, nesciens crea
torem tuũ: egredere de consortio hominũ: ⁊ sequere ve-
Canti. 1. stigia gregum. Vel sumẽta interroga: qui lapides colis:
cognouit.n. asinus presepe dñi sui. Esaie. 1. ⁊ Bos posses
sorem suum. Ducebamini igitur vt adoraretis talpas ⁊
Esaie. 2. vespertiliones vel instinctu demonũ vel errore hominũ
hoc persuadentiũ vel cecitate mentis vestre. Tunc igiẽ
Ephe. 2. ducem erroris vestri habuistis eum qui nũc operatur in
filijs diffidentie: nunc autem spiritũ Christi spiritũ veri
tatis: sapientie: cõsilij: scientie pietatis: timoris domini.
Esaie. 11. c. [Quapropter notũ vobis facio: q̃ nullus in
hoc spiritu dei loquens:] hoc est edoctus ab hoc spiritu
veritatis magistro [dicit Anathema Jesũ. i. dicit Jesum
esse Anathema:] hoc est maledicit ⁊ execrat dñm Jesuz:
cũ Spũs sctus ⁊ Jesus christ⁹ dñs noster eiusdem sint
essentie/paris voluntatis: atq; vnius ⁊ eiusdem potẽtie
cũ patre. [Et nemo potest dicere dñm Jesum] corde vi-
delicet credendo: ore confitendo: ⁊ operibus exprimẽdo
[nisi in spũ scto] sicut per oppositũ dixit: nemo in spiritu
Jacobi. 2. dei loquens dicit Anathema Jesum. Sane Jesum pos-
sunt ⁊ demones nominare: imo ⁊ credunt: sed non in spũ
scto. Quid inquiũt demones nobis ⁊ tibi Jesu? venisti
Matth. 8. ante tempus torquere nos. Et illud: Jesum scio: ⁊ Pau
lum noui: vos autem qui estis? Actu. 19. c. Nõne ⁊ impij
iij. ac scelerati qui venerunt comprehensuri dñm Christũ:
Joan. 18. quesiti quid quererẽt: respõderunt tota confidentia: Je
sum Nazarenũ: Tamen in spũ scto qui Jesuz nominat:
Matth. 7. moribus doctrine eius non cõtradicit. ¶ Multi autẽ di
cturi sunt aliquando: in nomine tuo multa signa peregi
gimus: ⁊ repulimus etiam demonia: sed audient nescio
Joan. 11. c. vos. Illud mirabilius: q̃ cum. S. S. dixerit per eos Cay
phe: expedit vt Jesus moriatur: hoc tamẽ Cayphas nõ
dixit in spũ sancto sz in spiritu blasphemie: sic in lingua 2. Thess. 2.
eius erat. S. S. in corde autem spũs mẽdatij et spiritus
inuidẽtie ⁊ erroris qui eleuatur super omne qđ dicitur
de⁹. Accepit irrationale animal verba rationabilia: nec
tamen in rationabile aĩal permutatũ est. Hec autem di-
cit apo. vt ostendat omne datum optimũ ⁊ omne donum
a spũ scto esse: qui est digitus manus patris: ⁊ distribu- Exo. 8. c.
tor spiritualiũ charismatũ: ita vt nec dicere dñm Jesum
possimus sine. S. S. nec cogitare aliquid qđ sit placitũ
ante deum ex nobis: sed omnis nostra sufficientia ex spi 2. Corin. 3.
ritu scto est/qui vnus est de⁹ cũ patre et filio: et per hoc
excludere vult opiniones in Corinthijs de quibus supe
rius dictũ est. Omnia.n. ex deo habemus: licet Paulus
Apollos Cephas ministri sint. Et patet. [Diuisiões aũt
donorũ sunt: sed idem spũs] quasi dicas/vnus fons ascẽ-
debat de terra sed diuiditur in quattuor flumina. Vnus Genes. 2.
est aer qui sonat per organa: sed soni diuersi sunt: ita
vt quo minores sint in longitudine: eo vox sit acutior cla
riorq;. Idem est medicus ⁊ eadẽ est medicina: sed diuer
sa impartitur genera sanitatis. Idẽ est sol ⁊ tamen diuer
sa generat ⁊ producit imo ⁊ contraria cum alia arefacit:
alia liquefacit: alia producit. ⁊c. [Et diuisiones ministe Spũs. S.
riorũ sunt: ⁊ idem dñs:] patet in domo regia: q̃ cum vn⁹
sit rex cui seruitur: seruitia multa sunt tam int⁹ q̃ extra.
[Et diuisiones operationũ sunt: sed idẽ est deus q̃ ope-
ratur omnia in omnibus.] Hoc qđ dicit diuisiones ope
rationum sunt: et grece est διαιρέσεις ἐνεργημάτων,
ita sonat quasi dicas diuisio
nes efficatiarũ. Significat.n. ἐνέργεια, non simplici-
ter operationẽ: sed vim quãdam ⁊ efficatiam qua deus
agit in nobis. Effectus.n. ⁊ vis siue efficatia spirit⁹ san-
cti: non eque viget atq; agit in omnib⁹: quia ⁊ anima cũ
sit vna ⁊ eadem: non eque ministrat omnibus membris iiij.
vitam ⁊ sensum: ministrat tamẽ tantum quãtum necessa
rium est pro conseruatione vite ⁊ operationibus necessa
rijs. ¶ Eodem autem modo intelligẽdum est de spiritu
sancto qui efficatiam virtutis sue differenter ostendit in
fidelibus suis. Sol.n. omnib⁹ eque lucet: sed stella astel- Infra. 15. c.
la in claritate differt: posito hoc q̃ omnes stelle illuminẽ
tur a sole. Ponit autem apo. tres gradus siue differen-
tias donorũ ac charismatũ spiritualiũ: videlicet Gratias:
Energias: Ministrationes. Est autem differentia inter
gratiam gratis datam: ⁊ gratiã gratum faciẽtem in hoc/ Gratia.
q̃ gratia gratum faciens principaliter datur ad vtilitatẽ
recipiẽtis: vt per eam fiat dignus vita eterna. Gratie au
tem gratis date principaliter dantur ad vtilitatem eccle
sie. De his dicitur. 1. Pe. 4. ca. Vnusquisq; sicut accepit 1. Pet.
gratiã in alterutrũ illam administrãtes: sicut boni dispẽ
satores multiformis gratie dei: dispensator.n. non pro se
sed pro familia accipit ea quorum dicitur dispẽsator: de
gratia autem gratificãte scriptum est: tene quod habes:
vt nemo accipiat coronam tuam: ⁊ dabo ei calculuz/⁊ in Apo. 3. ⁊ 2.
eo nomẽ nouũ quod nemo scit nisi qui accipit. Nemo.n.
scit q̃ sunt in homine nisi spiritus hominis qui est in eo:
imo nemo scit vtrum hanc acceperit gratiam: nisi qui po
test dicere cũ apostolo: qs nos separabit a charitate dei? Rom. 8.
Gratie igitur date sunt in multiplici differentia: ⁊ in vna
quaq; earum sunt gradus. Verbi gratia. ¶ Gratia sani
tatũ gratia est gratis data: sed hec aliter fuit in Heliseo 3. Reg. 17.
aliter in Helia aliter in Petro. Helias viuus suscitauit
puerũ: Heliseus mortuus suscitauit hominẽ: accepit.n. 4. Reg. 13.
spiritũ duplicem respectu sui magistri. Petrus autẽ in
triplici proportione accepit: cui⁹ vmbra sanabat: verbo Actu. 5. c.
q; eius mors obediebat. Mirabilius.n. videtur solo ver
bo interficere Ananiã ⁊ eius vxorem: q̃ oratione ad vi-
tam reuocare. Sic datis duobus predicatorib⁹ Paulo v.
⁊ Timotheo: efficatior virtus operabatur in Paulo q̃
in Timotheo. ¶ Sic possunt conferri ad inuicẽ: sex Dia Actu. 6.

Actu. 6. cones cũ Stephano qui plenus gratia ⁊ fortitudine fa-
ciebat signa magna in populo. Sic potest conferri Zelus
Joãnis baptiste cuz Zelo Helie: ⁊ põtificalis ordo Aarõ
cum sacerdotio Gregorij: ⁊ sciẽtia atq; interpretatio ser-
monũ Hieronymi cũ Cypriano ⁊ sic de ceteris. Que ta-
mẽ omnia ministrãt quidem apostoli ⁊ ceteri dispensato
res multiformis gratie dei: sed vnus est omniũ autor et
largitor: diuidens singulis fm beneplacitũ suũ. Non au
tem dixit/ q̃ deus omnia operatur in vno nisi intelligas
Christus. de Christo qui non accepit spiritũ ad mẽsuram: summa
.n. gratia possibilis creari data est ei etiam sine meritis:
hoc inquã excepto: omnia quidem operatur spũs sctus
sed in omnibus: vt quod nõ habet quis in se habeat in al
tero: quia ⁊ manus videt per oculos: ⁊ oculi operantur
per manus: ⁊ sic de ceteris intellige: sic manet concordia
Psal. 67. ⁊ vnitas in ecclesia simul cũ humilitate: faciẽte hoc deo/
qui habitare facit vnius moris in domo. De his igiẽ tri
bus generib⁹ gratiarũ videlicet charismatũ spiritualiũ:
Ministrationũ: operationũ dicitur in consequentibus.
vj. [Vnicuiq; autem datur manifestatio spũs] i. gratia gra
tis data ad vtilitatem. i. ad id quod ecclesie expedit. Nec
enim oculus accepit vt videret p̃ se: quod patet: quia se
ipsum non videt/nisi forte radio reflexo. Accepit autem
vt dirigeret totum corpus ⁊ cetera membra que luce in
digent in sua operatione: sic de ceteris. Quod autẽ dicit
ad vtilitatẽ: ostendit q̃ hec dona non danẽ meritis eius
qui recepit: sed vt edificetur ecclesia: alioqui nunq̃ Ba-
Nume. 24. laã acciperet spiritũ prophetie: nec Cayphas: nec eiice-
rent demonia ⁊ virtutes multas facerent: qui audituri
sunt. Matth. 7. c. discedite a me operarij iniq̃tatis. Fece
Job. 41. rũt ⁊ miracula vel vera vel falsa Magi Pharaonis. Exo
di. 8. vt qui in sordib⁹ erat. Apoc. vltimo: adhuc cor eius
induraretur quasi lapis. ¶ Nullã ergo ansam superbiẽ
di relinquit apo. Corinthijs: cũ omnia que habẽt dona:
Rom. 21. gratuito habeãt/non a se sed a deo: nõ suis meritis ⁊ ad
suam vtilitatẽ: sed per voluntatẽ dei bonã beneplacentẽ
⁊ perfectam: ad ornamentũ ⁊ vtilitatẽ ecclesie. [Alij qui
dem datur per spiritũ sermo sapientie: alij autem sermo
scientie secundũ eundem spũm.] Sapientia nihil aliud
Phs. est q̃ intelligentia de diuinis. Sicut autem dicit Phs:
nihil erit melius scientia ⁊ intellectu nisi deus: virtus.n.
intellectus organũ ipsius dei est. Illos sane vocabãt an-
Sapiẽtes. tiq̃ sapiẽtes puta Anaxagorã Thaletẽ ⁊ similes: prudẽ-
tes vero minime: quoniã propria quidem comoda igno
rabant: ⁊ illa que sunt eximia ⁊ admirãda ⁊ difficilia ac
vij. diuina callebant: inutilia tamẽ vt ipsi putabant: eo q̃ nõ
humana querebant bona. Primã autem sapientiã circa
primas causas ⁊ principia existimãt omnes. Omnis aũt
scientis signũ est posse docere: ⁊ quoniã solus homo sa-
pientiam accepit: non sibi sed ad aliorum vtilitatẽ: acce-
pit ⁊ cum sapientia sermonẽ scientie: solus.n. homo acce
pit sermonẽ naturaliter. Sapiẽtia igitur ad seipsum est:
scientie sermo vt alios doceat qui hoc donũ spirit⁹ acce-
pit: quod proprie pertinet ad apostolum Paulũ de quo
apostolus Petrus epistola. 2. Cap. 3. in fine. ¶ Scientia
autem fm Philosophũ est habitus eorum q̃ cum demõ
Scientia. stratione sunt. Sapientia vero ex intellectu ⁊ sciẽtia cõ
posita est: est.n. circa principia ⁊ q̃ ex principijs sunt de-
mõstrata. Sapiens quidem natura nullus est sicut dicit
Phs. 11. de animalib⁹. Et licet de immaterialib⁹ ⁊ diui
nis habeamus minimã cognitionẽ: tamen illa est deside
rabilior cognitione magna q̃ potest haberi de materiali
bus/ que est magna in cõparatione ad illa cognoscibilia:
Psal. 18. quomodo dicitur in ps. Preceptũ dñi lucidum illumi-
nãs oculos ⁊ cetera: ⁊ hec omnia desiderabilia super au
rum ⁊ lapidem preciosũ multum ⁊ dulciora super mel.
Hoc modo visio aquile de sole est simpliciter perfectior
respectu solis: q̃ visio nostra respectu cãdele. Et hoc mo
Doct. nr. do perfectissimũ cognoscibile a nobis etiam naturaliter
est deus. Et in hoc etiam ponit Phs summã felicitatẽ Phs.
sicut habes. 10. ethicorũ. Qui igitur accepit sapientiã a
deo (vt enim diximus nullus natura sapiẽs est: ⁊ qui di viij.
xit sapiens efficiar Salomon videlicet: in eo ipso sapien
tia longius facta est abeo: est enim donũ dei ⁊ precipuũ Eccle. 7.
quidem) ipse est tanq̃ sol in mundo: qui autem scientiã
accepit vt possit docere: quasi luna est: Minora aũt dona
que tamen ⁊ ipsa necessaria sunt: stellis comparantur: q̃
autẽ continet omnia firmamento assimilatur. ¶ Potest
sapientia referri ad contẽplatiuos: sciẽtia ad vitam acti
uam exequẽtes: ⁊ dirigentes statũ reipublice. [Alij da-
tur fides in eadẽ spiritu: alij gratia sanitatũ.] De fide di
ximus ad Rom. 12. capite: de gratia sanitatũ diximus de
apostolo Petro: Helia Heliseo. ⁊c. Juxta quod scriptũ
est: super egros manus imponẽt ⁊ bene habebunt [Alij
Marci vlti. datur gratia operandi virtutes ⁊ mirabilia:] sicut Mo
si: Samueli: Josue: Helie. Helias.n. fecit descẽdere ignẽ
de celo: clausit celum ⁊ aperuit oratione sua. 3. Reg. 17.
Josue fecit stare solem per integrũ diem. Josue. 10. c. Sa
muel sonare tonitrua ⁊ apparere fulgura ⁊ in estate de-
1. Reg. 12. scendere abũdantissimas pluuias. De Mose manifesta
est hystoria. Donũ autem prophetie in vtroq; testamẽto
multi acceperunt etiam illi qui non sunt scripti in libro
Genes. 2. vite. Primus prophetarũ Adam qui in sacramento ma
gno dixit: propter hoc relinquet homo patrẽ ⁊ matrẽ. ⁊c.
Abraã etiã vocatur propheta. Gene. 20. ca. Jacob: vidẽs
Genes. 28. scalam pertingẽtẽ celum: Moses maximus prophetarũ
Deut. 34. c. Job sanctus quo nullus manifestius de re-
surrectione disseruit. 19. ca. Samuel qui ait loquere dñe
1. Reg. 3. quia audit seruus tuus. Dauid qui super senes intelle-
xit. Salomõ pacificus qui nuptiale epithalamiũ per spi
ritũ sanctũ descripsit. Esaias plus euangelista q̃ pheta:
Hieremias qui desolationẽ ciuitatis dei quadruplici la
ix. mentaẽ alphabeto. Ezechiel habitans inter scorpiones
qui visiones dei vidit vix explicabiles humano intelle-
ctui: Daniel vir desideriorum. ⁊c. ¶ Sane qm̃ lex ⁊ pro
phete vsq; ad Joannẽ. i. vsq; ad Christũ: post aduentum
Christi non ita necessaria fuit prophetia presente verita
te: sicut cum promittebaẽ ventura. Quoniã.n. summus
iudex veniebat multos precones precedere necessariuz
fuit. Alij. [Datur discretio spirituũ:] nã Satanas nõ ra-
ro trãsformat se in angelum lucis. 2. Cor. 11. c. Venena.n.
non propinanẽ nisi in optimo vino: sicut dicitur in cõmu
Prouerb. ni sermone: letale mulsum: siue mellitum venenũ. Dic in
Matth. 4. quit vt lapides isti panes fiant. Probate inquam spiri
tus vtrũ ex deo sint. 1. Joã. 4. ⁊ modo.n. Antichristi mul-
2. Thessa. 2. ti sunt: ⁊ iã mysteriũ operatur. [Alij dantur genera lin-
guarũ] quod donum fuit propriũ apostolorũ: cum. S. S.
descendit super eos in igneis linguis: ⁊ loquebantur va
rijs alijs atq; alijs linguis, put. S. S. dabat eloqui illis.
Actu. 2. Ecclesia.n. que dispersa est in cõfusione Babylonice tur
ris: congregãda erat ex omnibus linguis: ideo apostoli
omnibus loquebantur linguis vel forte in vna intellige
Grego. M. bantur ab omnibus: vtrũq;.n. possibile fuit. Alij datur.
[Interpretatio sermonũ.] Hoc donũ accepit Joseph et
Daniel q̃ somnia exposuerunt alter Pharaoni: alter ipsi
Genes. 41. Nabucho. Daniel. 2. ⁊ pronepoti eius Balthasar Cap. 5.
sed ⁊ Paulus vocat⁹ est dux verbi Actu. 14. ⁊ doctores
x. ecclesie qui exponũt sacram scripturã quorũ nullum no
Joan. 5. minatim exprimo quia notissimi sunt. Exponũt.n. hi ea
que prophete clausa tradiderũt dicente dño: scrutamini
scripturas. ⁊c. Licet ⁊ ipsi pphete aliqua ex multis clau
Esaie. 5. sis aperuerint: sicut illud: vinea aũt dñi Sabaoth dom⁹
israel est. Et illud Hiere. 18. c. descẽde in domũ figuli. ⁊c.
Canti. 1. De his.n. dicitur: distinctiones auri faciem⁹ tibi vermi
culatas argento quãdiu rex est in accubitu suo. ¶ De his
Origenes. ita dicit Origenes in canticis. Similitudines auri fuit
tabernaculũ/candelabrũ/arca testamẽti/altare ⁊c. Omis
ergo Judaicus cult⁹ similitudines sunt auri quas fece-

rũt spõse amici et sodales eius vt ex illis similitudinib⁹
cõmonita ⁊ prouocata: veri auri desideriũ caperet. Sũt
tamẽ in his parue quedam distinctiones argẽti: inditia
videlicet sensus spiritualis verbi ⁊ interpretationis mo
ralis: sed valde rara ⁊ exigua. Ante aduentũ nãq; dñi vix
est vbi prophetarũ aliquis paruz quid occulti sermonis
Ezech.23. aperuit: vt illud de vinea dñi Sabaoth ⁊ illud Ezechiel.
de duab⁹ sororibus Oolla ⁊ Ooliba. Sed has similitu
dines auri ⁊ distinctiones argenti tandiu accepit spõsa
ecclesia: quandiu rex erat in accubitu suo: cum autem vi
Apoc.5. cit leo de tribu Juda non iam similitudines sed verum
aurum tradidit sponse sue: lex.n. ⁊ prophete vsq; ad Joã
nem. Matth.11.ca. Hoc modo ecclesia intelligit ꝙ petra
Christus est: mare baptismus; nubes spũs scũs Mãna
verbũ dei: ⁊ agnus pasche saluator: sanguis agni passio
Christi: ⁊ velum quo diuina illa ⁊ arcana tegebantur ca
ro immaculata Christi. [Hec autẽ omnia operatur vnus
xi. atq; idem spũs: diuidẽs singulis prout vult.] Ubi est er
go gloriatio vestra? Exclusa est. Unde exclusa? Spũs san
ctus est q̃ operatur omnia ⁊ singula nulli omnia dat: sed
diuisim singula: nõnulli ⁊ singulis plura: nulli omnia: nõ
propter nostra merita: sed prout ipse vult qui omniũ ha
bet prouidentissimã curam. ¶ Unde ergo tu superbis
quasi non acceperis: aut vnde tu merore cõsumeris / qua
si ille acceperit ⁊ nõ tu? Spũs scũs diuidit vt vult cui⁹
voluntas inobliquabilis est: ⁊ suorũ operationũ regula.
Quod ille accepit: pro te accepit: quod nõ habes in illo
habes qui accepit. Tene inquit vnitatẽ charitatis ⁊ tua
Augustin⁹ sunt quecũq; ego accepi. Ita dicit Augustinus. Diuidit
ergo deus vnicuiq; sicut vult. Non.n. cogitationes mee
Esaie.55. cogitationes vestre dicit dñs. Cõsiderate inquit vel illõ
ꝙ multa inter mea ⁊ vestra sit differentia: ⁊ quãta natu
re tanta voluntatis diuersitas. Uos autem homines sepe
promissi penitẽtes; veterem voluntatem nouella volũ
tate subuertitis. Deus quicquid decreuerit iustum est:
non potest immutari. Homines cogitant sepe q̃ non pos
Psal.20. sunt stabilire: vie autem dñi inscrutabiles sunt: volunta
tis autem eius nulla causa querenda est: audies.n. Ami
Matth.20. ce oculus tuus nequã est ego bonus sum: cui soli licet fa
cere quod voluerit. Ostendit autem apo. Insimili quo
modo idẽ geritur in corpore naturali: quod videmus fie
ri in corpore mystico Christi vnde dicit.

¶ Sicut enim corpus vnũ est, & membra ha
bet multa, om̃ia autem membra corporis cũ
sint multa, vnũ tamẽ corpus sunt, ita & Chri
stus, Etenim in vno spiritu om̃es nos, in vnũ
corpus baptizati sumus siue Iudei siue Genti
les, siue serui siue liberi, & omnes in vno spiri
tu potati sumus. Nam & corpus nõ est vnum
membrum sed multa. Si dixerit pes, quoniã
non sum manus, non sum de corpore, nũ ideo
non est de corpore? Et si dixerit auris, quoniã
non sum oculus, nõ sum de corpore, nũ ideo
nõ est de corpore? Si totũ corpus oculus, vbi
auditus? Si totũ corp⁹ oculus, vbi odoratus?

¶ Textus. Sicut.n. corpus vnũ est: ⁊ mẽbra habet mul
xii. ta: omnia autem mẽbra corporis cum sint multa vnũ ta
mẽ corpus sunt: ita ⁊ Christ⁹ voluit fieri in ecclesia sua]
q̃ est corpus eius: cuius corporis ipse est caput. De hoc
diximus ad Romanos.12. capite. ¶ Nunquid nosti ordi
Job.38. nem celi inquit dñs ad Job: ⁊ rationẽ eius pones in ter
ra? Tunc autem ratio celi ponitur in terra: cũ nostra con
uersatio est in celo. Philip.3.c. ⁊ respublica ecclesiastica
imitatur celestem: ⁊ vita beatorũ inuenitur in terra. Cũ
membra pro se inuicem deseruiũt: pro se mutuo sunt sol
licita: mutuo se fouent ⁊ contegunt: sese inuicem ornant
deformitates ⁊ inhonesta abscondunt proximorũ. nec
percussa repercutiunt. Si.n. cytharedus ⁊ alij fidicines Ordo celestis vite.
multa diligentia procurant quomodo ob errantis chor
de compescant vitium: ⁊ eam vnanimẽ reddant: faciant
q; dulcissimã dissidentiũ cõsonantiã / chordis non ruptis Analogia.
sed tensis ꝓportionaliter ⁊ remissis: quomodo nõ Chri
stus caput corporis ecclesie nunc rigore iustitie nunc re Psal.74.
missione misericordie. (Amos.7. de Trulla cemẽtarij:)
alios exaltans alios deprimẽs: singulis impartiens ꝓut
nouit: faciet quasi discordantiũ ministerio vnam perfe
ctam ⁊ maximã melodiam? Ex pariter.n. intẽsis ⁊ remis
sis fidibus ⁊ quasi cõcordibus nulla fit harmonia: sed ex
graui ⁊ medio ⁊ acuto sonnis: ⁊ propterea diuidit sin
gulis prout vult: sic.n. videmus fieri in corpore nostro.
[Et.n. in vno spiritu nos om̃es in vnum corpus baptiza
ti sum⁹ siue iudei: siue greci: siue serui siue liberi: ⁊ om
nes in vnum spiritum potati sumus.] Sensus est. Nos xiii.
omnes baptismate facti sumus vnum corpus: ⁊ hoc per
spiritũ sanctũ omnibus cõmuniter sese impartientẽ. In
hoc.n. nullus est personarũ respectus apud deum: in ba
ptismate.n. ex vi sacramenti omnibus equaliter infun
ditur fides spes ⁊ charitas: omnesq; ex equo accipiũt po
testatẽ vt filij dei nominentur ⁊ sint / sicut dicit Joãnes. 1.Joan.3.
¶ Potest ⁊ sic exponi. Et.n. in vno spiritu nos omes su
mus. Erat.n. eis cor vnum ⁊ spiritus vnus: ⁊ in eodem
spiritu baptizati sumus tam iudei q̃ greci: serui ⁊ libe Joel.2.
ri: ⁊ om̃es in vno spiritu potamur: de quo dicitur: effun
dam de spiritu meo super omnẽ carnem. Et illud Joã.2.
seruasti bonũ vinuz vsq; adhuc: ⁊ sponsa: introduxit me Canti.1.
rex in cellam vinariã: ordinauit in me charitatẽ. Sane
omnes eodem spiritu potamur: sed non omnes per ean
dem mẽsurã vt ita dixerim: quod patet q̃ alij accipiũt Num.11.c.
de spiritu Mosi videlicet septuaginta senes / per quos
intelligimus prophetas veteris testamenti: septenarius
enim numerus ad legẽ refertur propter sabbatũ: alij au Exo.18.c.
tem accipiunt de plenitudine Christi: sicut scriptum est
de plenitudine eius omnes nos accepimus ⁊ gratiã pro Joan.1.c.
gratia. Unde apostoli ebrij putant. Itẽ inter propheras
veteris testamenti sunt gradus. Unde de Mose dicitur
non surrexit vltra propheta in israel sicut Moses: quem Deut.34.c.
nosset dñs facie ad faciem. De alio scriptum est: super se
nes intellexi. Psal.118. Esaias plus videtur esse euan
gelista q̃ propheta: sicut dicit Hierony⁹. Stella enim a Infra.15.c.
stella in claritate differt. Stephan⁹ plenus.S.S. Ma
ria plena.S.S. baptista plenus spũ scõ: sed mẽsura nõ Actu.9.
eadem. Idem de apostolis. ⁊c̃. Sequit. [Nam ⁊ corpus
non est vnum membrũ sed multa.] Et cum sint multa di
uersitate ministerij: vnum sunt quia vnius corporis vtili
tati deseruiunt. Multa per diuersitatẽ operis: vnũ in ra
dice charitatis. [Si dixerit pes q̃ñ non sum manus (vi
de quomodo ⁊ pedes loquitur) nõ sum de corpore: num
ideo non est de corpore?] Quomodo.n. pes nõ est de cor
pore: cũ pedes ipsi sint totius corporis Bases? Ipsi sunt
quasi fundamẽta huius naturalis edificij: iuxta quod di
citur: consolidate sunt Bases eius ⁊ plante: ⁊ continuo Actu.3.c.
exiliens ambulabat: hi sunt pedes de quibus dicit Chri
stus: angeli eorum semper vident faciem patris mei qui
est in celis. Matth.18. cap. Pusilli inquit sunt s̃m seculi xiiii.
estimationẽ ac velut respublice corporis pedes: sed an
geli eoꝝ. ⁊c̃. Saule Saule quid me persequeris? [Et si
dixerit manus q̃ñ non sum oculus: non sum de corpore Actu.9.
num ideo non est de corpore?] Quasi dicat qui pedes est
in exercitu: quia non sum miles aut dux exercitus: ideo
non sum de exercitu. Sed non sic est / ex vtrisq;.n. constat
exercitus ⁊ ex militib⁹ ⁊ ex peditibus. [Et si dixerit au
ris q̃ñ non sum oculus: non sum de corpore: num ideo
non est de corpore?] Ac si dicat qui iudex est in ciuitate
⁊ est quasi auris in corpore (iudicat.n. secundũ allegata
⁊ probata: si aliunde veritas nõ constet) quia nõ sum ocu

lus: hoc est cõsiliarius imperatorie maiestatis: ideo nõ
sum de corpore ciuili vel de regali familia. [Si totũ cor
pus oculus: id est consiliarius: vbi auditus vel auris.i. iu
dices?] Si oẽs essent pastores in ecclia qui essent gre
ges quibus preferrent? [Si totum corp⁹ auditus: vbi
odoratus?] sane odoratus ad discretionẽ spirituum re
fert.i. ad discretionẽ boni et mali: quod ꝓprie ꝑtinet ad
eos qui exercitatos habẽt sensus in omni virtute: quo
p.Thessa.5 modo dicit: omnia ꝓbate: tenete optima vel saltem me
Canti.7. liora. ¶ Nasus inquit tu⁹ sicut turris Libani: que respi
cit contra Damascũ. Talis nasus erat apls qui quasi sa
gacissimus canis ouilis dñici: ꝑsentiebat quasi a longe
aduẽtantes lupos: cum dicebat. Ego scio ꝙ post disces
Actu.20. sionem meã intrabũt lupi rapaces in vos: non parcẽtes
gregi: ꝓpterea attendite vobis ⁊ vniuerso gregi in quo
posuit vos spũs sanct⁹ epõs regere ecclesiã dei quam ac
xv. quisiuit sanguine suo. Et exponẽs quid intelligeret per
hos lupos: infert. Ex vobis ipsis exurgent viri loquẽtes
peruersa: vt abducãt discipulos post se. Talis nasus erat
Deut.31. Moses qui morti appropinquãs: cõuocato cetu filiorũ
Israel: ita eos alloquit. Noui ꝙ post mortem meam ini
que agetis: et declinabitis cito de via quam precepi vo
bis: ⁊ apphẽdent vos omnia mala que scripta sunt in vo
lumine legis huius. de Jacob. vide Gene.49. cap̃.

¶ Nunc autem posuit deus membra vnum
quodq; eorũ in corpore sicut voluit, Q̃d si es
sent om̃ia vnum membrũ: vbi corp⁹? Nunc
autem multa quidẽ membra vnum autẽ cor
pus. Non potest oculus dicere manui: opera
tua non indigeo: aut iterũ caput pedibus: nõ
estis mihi necessarii. sed multo magis que vi
dent mẽbra corporis infirmiora esse: neces
saria sunt. Et que putam⁹ ignobiliora mẽbra
corporis: his honorem abundantiorẽ circũ
dam⁹. Et que inhonesta sunt nostra: abundã
tiorem honestatẽ habent. Honesta autem no
stra nullius egent.

¶ Nunc autem disposuit deus membra vnũquodq; eo
rũ in corpore sicut voluit: qui finxit sigillatim corda eo
rum adaptãs ea ⁊ cõnectens singula singulis: et singu
la toti corpori ꝓuidẽtissima et rõnabili volũtate sua: qõ
de vtroq; corpore potest intelligi: videlz tam de corpore
naturali q̃ de corpore mystico ecclie. [Quõ si essent om
nia vnum membrũ: truncus videret: non corpus. Nunc
autẽ multa quidem sunt mẽbra: sed adeo inter se mutua
vnitate cõnexa] et coaptata iuncturis ⁊ neruis indissolu
bilibus vt vnũ penitus efficiant corpus. [Non põt autẽ
Respubli. dicere oculus manui: opera tua non indigeo: aut iteruz
caput pedibus: non estis mihi necessarij.] Respublica
enim s̃m pħm ex contrarijs constat: sicut ex diuitibus ⁊
Phs. paupibus ex agricolis ⁊ artificib⁹: ex egrotis ⁊ medicis:
et quasi ex inferiorib⁹ mediis supioribus ⁊ supmis vo
cibus siue chordis vna consona cõstat harmonia: imo in
quit apls: tantũ abest vt pedes nõ sint de corpore ⁊ ope
ra eorũ caput non indigeat: [vt multo magis que vidẽ
tur mẽbra infirmiora esse in corpore: ea sint vel necessa
ria.] Quid infirmius vẽtre ac miseri⁹: qui nec ad ho
Puer.30. ram satur est: semp dicẽs affer affer? Ceterũ quid aliud
est q̃ sentina nauis corporis nostri: et altera stercorarij
Cantic.7. in arca Noe: et tamẽ venter comparat aceruo tritici vñ
necessaria toti corpori subministrãtur. Item Cantic.5.
venter eius eburneus ⁊c̃. Quid pulchrius oculo et vti
xvi. lius? At sine oculis multi viuũt: adeo vt quidam sibi ocu
los eruerit ꝙ impedimento essent ad philosophãdum.
Quid ventre putidius ac fedius: at sine ventre non vi
uit. ¶ Sublimis ⁊ excelsa Sacra. C. C. M. sed huic ca
piti sacro necessariũ sunt pedes terrei: hi enim percussi
statua collabit: ⁊ reuertit in puluerẽ suum: venter ⁊ col Daniel.2.
lum: sine his eñi caput non erit caput. [Et que putam⁹
s̃m vulgi opinionẽ ignobiliora esse mẽbra corporis: his
honorem abũdãtiorem circũdamus:] quod q: non fecit
Cham: ꝑpetua maledictiõe mulctat. [Et que inhonesta Genes.9.
sunt nostra abũdantiorẽ honestatẽ habent.] Absit autẽ
vt in membris sanctoꝝ aliqua sit turpitudo. Sed dicũ Augustin⁹
tur inhonesta: quia nõ habent speciem decoris: quã ha
bent ea que in ꝓmptu sunt. Uel propter legem mẽbro
rũ que de peccato venit vsus membroꝝ illicitus est non Roma.7
ipsa membra. Non enim sicut dicũt Manichei a pudẽ
dis ⁊ infra creauit diabol⁹: ⁊ ab vmbilico ⁊ supra crea Manichei.
uit deus: sed manus tue fecerũt me et plasmauerũt me: Matth.
totum: totũ inq̃ in circuitu ait sanct⁹ Job. Possunt in
telligi etiam mẽbra infirmiora vt dixim⁹ ipsa corporis Job.10.ca.
intestina: quia citius leduntur: difficilius curant: et tamẽ
magis necessaria sunt q̃ ea que videntur fortiora ⁊ pul
chriora. Cõtegimus pedes ⁊ pudenda: et cetera mẽbra
egestioni ac generationi deputata: faciem aũt et oculos
⁊ pectus nuda ostẽdimus. ¶ Que autẽ exterminant fa
cies suas mentita pulchritudine: fingẽtes honestiorem
vultum q̃ acceperũt a deo: nõdum legerunt apl̃m dicẽ Matth.6.
tem: [Honesta autẽ nr̃a: nullius honoris appositicij in
digent.] Quid eñi potuit deus facere: qõ pudeat nos
edicere? Quare pudeat hoiem alicuius operis qõ non xvii.
homo sed deus fecit in homine: cum oẽs opifices quãto
possunt labore et industria id agant: ne de suis operib⁹ Augustin⁹
erubescãt? Imo videt deus de opere suo quasi gloriam
captasse: cum videns cuncta que fecerat esse valde bona:
quasi artifex optimus qui opus mirabile sex dierũ nu Genes.1.
mero ꝓduxisset in lucem: requiesse dicit: sed in semet
ipso. Gene.2. tradens mũdum hunc disputatiõi nostre: Eccli.3.
ipse interim quasi alter Appelles latens post op⁹ suũ: Appelles
eminens tamẽ per retia et cãcellos: et auscultans quid
quis de hoc tam ꝑclaro dei opere sentiat. Sola inquit
apostolus pudẽda cõtegimus: sed non opus dei tegim⁹:
sed illõ nos pudet non qõ fecit deus: sed maliciã quam Genes.3.
fecit homo. Illud inquã quod puduit primos parẽtes:
quãdo pudẽda texerũt. ¶ Illa est pena plaga vestigiũq;
peccati: illecebra fomesq; peccati: lex in membris repu
gnãs legi mẽtis. Huiusmodi nos pudet ⁊ merito. Nam
si hoc non esset: quid nobis esset ingratius? quid irreli
giosius: si in mẽbris nostris nõ de vitio vel de pena no
stra: sed de dei cõfunderemur operib⁹? Sane sciendum Augustin⁹
ꝙ femina non motũ visibilem texit: sed cũ in eisdem mẽ
bris tale quid sentiret occulti⁹ quale vir senserat: ambo
senserunt: et vel vnusquisq; sibi vel alter alteri erube
runt: ⁊ vtriq; simul ad vocem dñi deambulãtis in para
diso se abscõderunt. Occulta ergo cõscientia que primos Genes.3.
parentes mordere cepit: fecit eos a cõspectu dei sub ar
bore abscondi: cõfusione autem corporis factũ est vt pu Roma.5.
denda texissent: que nulla gens aliquãdo repta est quã
tumlibz effera barbara ⁊ incultis moribus que non cõ xviii.
texerit: omnes eñi in Adam peccauerunt.

¶ Sed deus temperauit corpus: ei cui deerat
abundantiorẽ tribuendo honorem: vt nõ sit
schisma in corpore sed in idipm pro inuicem
sollicita sint membra. Et si quid patit vnum
membrũ: compatiunt om̃ia mẽbra siue glo
riat vnum membrũ: cõgaudent omnia mẽ
bra. Vos autem estis corp⁹ Christi & mẽbra
de membro. Et quosdam quidẽ posuit deus
in ecclesia. primũ apostolos: secũdo ꝓphetas:
tertio doctores: deinde virtutes: exinde grãs

curationũ: opitulationes: gubernationes: genera linguarũ: interpretatiões sermonũ. Nũquid omnes apostoli? Nũquid omnes pphete? Nũquid oẽs doctores? Nũquid omnes virtutes? Nũquid omnes habent grãm curationũ? Nũquid oẽs linguis loquũtur? Nũquid omnes interptant? Emulamini autem charismata meliora: & adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

¶ Sed deus semel temgauit corpus: et cui deerat copio
siorẽ addens honorem: ne sit schisma & dissidium in cor
pore: sed in idipsum pro inuicem sollicita sint mẽbra: hoc
est miscuit omnia mẽbra quadam temperatura vt sibi mu
tuo sint auxilio: parq; sit omnium membrorũ sollicitudo p
inuicem. Et sequitur: [Et & si quid patitur vnum membrũ
compatiuntur oĩa mẽbra:] quia dum caput egrotat: ce
tera mẽbra flent: sicut et cum gaudente gaudent: [sic si
glorificatur vnum membrũ / hoc est glorificatur. i. honore affi
citur: cõgaudent cetera membra.] Nulli autem dubium
quin in naturali corpore ita vsu veniat. ¶ Sepe autem
Rom. 12. videmus: nec enim raro fit multos gaudere cum flentibus
& cum ridentibus cõsumi merore. Iusticia inquit eius
manet in sclm. Cornu eius exaltabitur in gloria. Quid in
Ps. 111. de faciet peccator & inuidus qui carnes suas mãducat?
videbit gloriam fratris? cõgaudebit? imo irascetur: fre
met & cõtabescet. Et per oppositum scriptum est de im
Ps. 51. pio: ppterea inquit deus destruet te: euellet & emigra
re faciet de tabernaculo tuo: et radicẽ tuam de terra vi
Daniel. 4 uentiũ (Nabuchodonosori radices iubentur relinqui) Et
iusti quid inde facturi sunt? condolebunt? Absit. Vide
bunt iusti & timebũt: et super eum ridebũt & dicent: Ec
ce hominẽ vanum (arundinẽ vento agitatam: inopem ad
Mat. 11. suffragandũ: vacua enim est / facilis ad nocẽdum: instabi
lis. n. est / nodis plena & folijs: fructu inanis:) qui spera
uit relicto deo in diuitijs suis: & preualuit in vanitate sua.
imo & manus suas lauabunt in sanguine peccatoris. Sed
Ps. 57. quorsum hec o Paule? vel ista que tam diffusius de cor
pore disseruit naturali: quid ad nos ptinẽt? multũ per
omnẽ modum. [Vos enim estis corpus Christi: et mẽbra
de membro: & quasi que ab inuicem dependetis: qd ma
xime apparet in dorso. Grece tamẽ non est Membra ex
xix. mẽbro: sed membra ex parte μέλλη ἐκ μέρους. quod
ppterea dicit quod Corinthij nõ erant
Matth. 14 omnia mẽbra corporis Christi: sed pars: quãdo corpus
Christi cuius ipse est caput ad quod et cõgregande sunt
Aquile ex quattuor orbis partibus cõgregãdum est que
in nomine Adam figurantur: videlicet Anatole: Dissis: Mes
sembrio & Arctos: idest Oriens: Occidens: Meridies
Septẽtrio. de hoc alias dicemus. Sane he quattuor lit
tere videlicet α. δ. α. μ. que cõtinentur in nomine Adam a
quibus incipiũt nomina quattuor partium or
bis numerũ. 46. cõtinent. A. enim valet vnum. D. valet
quattuor. a rursus vnũ. M. valet. 40. secundũ computũ
Joan. 2. Grecorũ. Isti sunt quadraginta & sex anni de quibus di
citur. 46. annis edificatus est templũ hoc. i. corpus huma
num in vtero matris: quod modo solutũ iacet in pulue
ribus per quattuor partes orbis: quod suscitandũ est a
Christo post triduũ legis nature scripture et gre. Qua
dragies. n. senies sex sunt. 276. tot dies numerantur a die
annũciatiõis vsq; ad diem natiuitatis Christi. Huius er
go corporis vos estis membra ex parte: siue membra ex
mẽbro: plus enim potest gratia quam natura ipsa. ¶ Et na
tura ex multis mẽbris vnum conflauit & coaptauit cor
pus: sic & vna fides vnumq; baptisma ex multis fidelibus
vnum cõstituit corpus cuius Christus caput est. Unde cõ
cludit apostolus dicens. [Et alios quidem cõstituit primo
loco: nempe apostolos. alios secũdo loco: nempe pphetas.]
Tẽpore precedunt apostolos pphete: at dignitate & me
rito apostoli precedunt: quibus dicitur: Beati oculi qui vi Luc. 10. ca.
dent que vos: imo beati vos qui me videtis: Non vos
me elegistis sed ego vos. Joan. 15. Accipite spiritũ san xx.
ctum quorũ remiseritis peccata: remittuntur eis. Vos amici
mei estis iam nõ serui. Joan. 15. Hec quotiescunq; fece Joan. 20.
ritis &c. sedebitis inquit super sedes duodecim. Matth.
19. iudices assessores: in quo ostẽditur quod maior in eccle Luc. 22.
sia dei gradus est apostolorum: deinceps pphetarũ qui sunt
quasi auricularij a secretis: sicut scriptum est Amos. 5.
Quia non faciet dñs deus verbũ: nisi reuelauerit secre
tum suum ad seruos suos pphetas. ¶ Isti sunt. 24. se Amos.
niores qui sedebãt in thronis ante sedẽ dei et agni: sed Apoc. 4.
post apostolos qui primũ locum tenent in celo. [Tertio loco
posuit deus doctores:] inter quos apostolus Paulus pri Gala. 1.
matũ obtinet & merito qui non ab homine accepit euã
gelium suũ: ea enim que didicit ad pedes Gamalielis pes
fundat vt stercus: vt priorũ oblitus: extẽdatur ad euãge Actu. 22.
lium eternum predicãdum gentibus: sicut scriptum est
Apoc. 14. Vidi alterum angelũ volãtem per medium ce
lum: habentẽ euãgeliũ eternũ: vt euãgelizaret sedenti Apoc.
bus super terrã: et super omnẽ gentem & tribum & lin
guam et populũ &c. Accedit autem ad cõparandam leti xxi
ciam animo docẽtis: quod cõsiderat qui amore id solius dei
facit: de qua erroris morte in vitam fidei trãseat homo. Doctor.
Et si vicos vsitatissimos cum benefica hilaritate transea
mus: quãdo alicui forte qui errando laborauerat demõ Augustinus
stramus viam: quãto alacrius & cum gaudio maiore in
doctrina salutari etiam illa que ppter nos retexere nõ
opus est pambulare debemus: cum animã miseram & er
roribus seculi fatigatam per itinera pacis ipso qui nobis
eam prestitit iubente deducimus. Heliseus hostes suos ad
viam reduxit. 4. Reg. 6. cap. Visitauit enim nos ille pa
stor sollicitus oriens ex alto: vt illuminaret eos qui in te Luc. 1.
nebris & vmbra mortis sedebant / longe a patria & extra
viam: & dirigeret pedes nostros in viam pacis. ¶ Dicit
autem Origenes loquẽs de ordine dilectiõis: quod post deũ Origenes.
illi sunt summa charitate psequẽdi qui docent nos eam
viam que Christus est: & maxime cum ipsi nos precedunt
faciẽtes quod docent: Hic enim magnus vocabitur in re Mat. 5.
gno celorũ. [Deinde virtutes.] Virtutes vocat eos qui
expellunt demones e corporibus: de quibus legimus: Ec
ce dedi vobis virtutẽ calcandi super serpẽtes & scorpio Luc. 10. ca.
nes. & non vobis nocebunt: sicut Dauid pellebat spiritũ xxij.
tangens cytharam: quorum vox est: Dñe etiam in nomi
ne tuo demonia subijciuntur nobis. [Exinde quinto in lo
co sunt qui acceperũt gratiam medendi egrotis aclan
guẽtibus: de quibus dicitur: Super egros manus impo Marci. vlt.
nent: quomõ legimus in Anania imponẽte manus Sau
lo. Actu. 9. et bene habebũt. Diximus de vmbra Petri:
et Paulus quẽdam iudeum filium Iesu cecitate pcus
sit. Actu. 13. ad eãdem enim potestatẽ & artem ptinet per
cutere & sanare: sicut diximus & de Saphira & eius ma
rito. Virtutesq; nõ modicas faciebat deus per manum
Pauli: ita vt etiam super languidos deferrentur a corpore
eius sudaria & recedebant ab eis languores: & spiritus
nequã egrediebantur. vide in Actis. ca. 19. [Post hos se
quũtur opitulatiões.] Sumus enim coopatores & coadiu
tores dei: habemus & coadiutores homines: sicut Pau
lus accepit Barnabã: et Moses fratrem suum Aaron.
Deniq; illi septuaginta senes ad hoc acceperunt de spũ
qui erat in Mose Item Exo. 18. cap. vt partito cum eis
onere Moses leuius ferret. Numeri. 11. cap. et ipsi essent
officio Marthe: ille autem intenderet vni et necessario Luc. 10.
tantũ. [Deinceps sunt & in ecclesia gubernationes:] qd
proprie ptinet ad eos qui presunt reipublice: de quibus
dixit apostolus: Omnis anima potestatibus supercellẽtibus
subdita sit. Rom. 13. Non enim solis nobis nati sumus: sed

Tullius. partẽ nostri amici / partẽ respublica vsurpat. ¶ Nec mi
noris cure mihi est ait Tullius qualis futura est respu
blica nostra quam qualis nunc est. Etenim paucis videtur na
tus fuisse qui presentis tm̃ curat: & dicit illud pverbium
pverb. sed quo nihil impius dici potest: Me mortuo: terra mi
sceatur incendio. Nero tñ dixit: me viuẽte: alludens ad vr
bis incẽdium: qd iussu suo factum est pcedente tẽpore.
¶ De quo tñ dicit Tullius: quamq; & illa vox inhumana
& scelerata dicitur eorum: qui negant se recusare quo minus
ipsis mortuis: terrarũ omnium conflagratio cõsequatur. Un
de & Seneca dicit: Multas voces magnas sed detesta
biles in vitam humanã peruenisse: celebresq; in vulgo fie
ri: sicut illa: Oderint dum metuant: et qd diximus: Me
mortuo &c. Sunt & in ecclesiastico ordine alia dona spiri
tus sancti vt puta [Genera linguarum: & interptationes
xxiij. sermonum.] de his dictum est in superioribus. Hoc dono
prediti sunt. 70. interptes de quibus mira dicit Augu
stinus: quanq; aliter sensit Hieronymus: cuius sententie in
Hierony. hac parte subscribo: De hoc ita dicit Hieronymus. Et ne
scio quis primus autor. 70. cellulas Alexandrie mẽdacio
suo extruxerit: quibus diuisi eadem scriptitarint: cum
Aristeus eiusdem Ptolemei hyperaspistes: et nõ mul
to post tẽpore Josephus nihil tale retulerit: sed in vna
basilica cõgregatos contulisse scribant non pphetasse:
quod tamẽ Augustinus asserebat: sed forte errore dece
ptus alicuius historie &c. [Nũquid omnes apli: pphete /
doctores: virtutes aut omnes grãm curationũ habent?
aut omnes diuersis linguis loquũtur:] aut verba dei in
terptantur populo dei cui presunt? vtinam vel vnam lati
nam mediocriter callerent: qm̃ multos nouimus similes
Numeri. 22. asine Balaam: loquẽtes quidem sed sine intellectu: et
forte nec illam imitantur: sed sicut scriptum est / loquebantur
filij Israel non omnes sed multi ex media parte Azoti
ce: exq; altera Judaice: et tamẽ occupant cathedrã Mo
si. vide. 2. Esdre. cap. vlti. Sunt igitur dona dei infima:
sunt & media: sunt et suprema. Vos igitur o Corinthij ex
optimis meliora pelegite. [Emulamini inquit charis
mata meliora: quod hucusq; nõ fecistis. Et adhuc excel
lentiorẽ viam vobis demonstro:] eximiam inquit et egre
giam: in qua recapitulatur tota lex pphete et euangeliũ.
Quibuslibet enim spũs sancti donis pfulgeant quicunq;
Mat. 7. ca. Christi nomine censentur: si charitatẽ non habent: illud si
ne dubio audituri sunt: Discedite a me operarij Sata
ne: a quo nos custodiat dominus Christus.

¶ Decimũtertiũ Caput.

I liguis hoim loquar / & angelorum: charitatem aũt nõ habeam: factus sum velut æs sonans / aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiã: & nouerim mysteria oĩa & omnẽ sciẽtiam: & si habuero omnẽ fidem, ita vt montes transferã: charitatem autẽ non habuero: nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperũ omnes facultates meas: & si tradidero corpus meum, ita vt ardeam: charitatẽ autem non habuero, nihil mihi prodest. Charitas patiens est: benigna est. Charitas non emulatur: non agit pperam, non inflatur, non est ambitiosa: non querit que sua sunt, non irritatur, non cogitat malum. Non gaudet super iniquitate: cõgaudet autẽ veritati. Omnia suffert: oĩa credit: omnia sustinet: charitas nunq̃ excidit.

¶ Si linguis hominũ loquar et an i.
gelorũ.] Aggreditur apostolus charitatis encomia: qui ni
mirũ totus factus fuerat charitas quasi ferrũ missum
in ignem: cui & dicitur in figura illud Ezech. ca. 10. Ingre Ezech. 10.
dere in medio rotarũ que sunt subtus Cherubim: (for
tassis autem & ipsos quoq; cherubim prtransiuit apostolus:
qui etiam tertiũ celi secretiora penetrauit. 2. Cor. 12.)
et imple manũ tuam prunis que sunt inter cherubim &
effunde eas super ciuitatẽ. Vide Paulum spargẽtem
prunas igniti eloquij vehemẽtis super Corinthiorum ci Ps. 118.
uitatem. Qui ante sane igne luxus estuabãt quasi alte
ra Sodoma: nunc pluit super eos apostolus verba flãmãtia.
Ingressus est enim in medio rotarũ illarũ nempe de qui
bus dicitur: Et opus earũ quasi sit rota in rota: qd mani Ezech. 1.
festius dñs dixit ad Philippũ. Joan. 14. cap. Non cre
dis quod ego in patre & pater in me sit? Nec tamẽ Paulus
manus tm̃ impleuit: impleuit & cor et precordia: et nimi 2. Cor. 6.
sto plenus / cõtinere nequiẽs quo plenus erat: Os inquit
nostrum patet ad vos o Corinthij: cor nostrũ totum effe
ctum est ignis. Dilatamini & vos si eandẽ charitatẽ ha
betis. Sane de charitate tanta dici possunt / quanta de
deo: deus enim charitas est. ¶ Et hec est summa laudum 1. Joan. 4
de charitate: qm̃ deus charitas est. Quid igitur dicit apo
stolus de charitate dono dei maximo quod est idẽ cum
datore? Si linguis hoim loquar: que vt ferunt sunt se
ptuaginta due de quibus habetur Genes. 10. capi. He sunt
generatiões filiorũ Noe: filij Japhet quattuordecim: fi Genes. 10.
lij Sem. 27. filij Cham vnus et triginta: in quo & illud ij.
datur intelligi plures esse malos quam bonos. &c. Ab his
diuise sunt gentes in terra post diluuiũ. Si igitur horum
omniũ linguis & idiomatibus loquatur apostolus: loquatur &
angelorum linguis: qui tamẽ modus loquẽdi hyperboli
cus est et figuratiuus: non enim angeli loquũtur linguis
nisi forte in assumptis corporibus: de hoc enim sepius le
gimus. Possunt autẽ intelligi hoc loco angelorũ nomi
ne sapiẽtissimi qui sunt in ecclesia. ¶ Dicũt autem hic
cõmuniter doctores (licet forte de hoc apostolus hoc loco ni
hil tale cogitauerit) quod in angelis est duplex cognitio: al
tera de verbo & in verbo qua vident diuinam essentiã:
& de hac nullus angelus alterũ docet: qm̃ oẽs imme iij.
diate perficiuntur hac benefica visione. Altera cognitio in
est angelis de ceteris que deus non sunt: quecunq; illa
sunt. Et hec est duplex. Prior quidẽ de ministerijs di
uine puidentie circa rationalẽ creaturam: & de his in
feriores edocentur a superioribus: nõ autem ecõuerso. Al
tera est de cõceptibus pprijs: et hoc modo idest de his
vtriq; docentur ab alteris. Si igitur inquit apostolus loquar
vi eductus ex vtero: vel non perductus ad debitā quanti
tatem. Ad illud autem tertium pertinet quod sequitur
in textu [: ego enim sum minimus apostolorum: quoniā nō
sum dignus qui vocer apostolus si pręcedentia mea me
rita imo de merita attēdantur: qm̄ persequutus sum ec
x. clesiā dei:] τ propterea non queror q vltim⁹ omniū do
minū viderim: magnū est q videre meruerim: τ eo tem
pore quo ecclesiā dei deuastabā: putans tamē me in hoc
obsequiū pręstare deo. Joan.16. Quo autē sensu apo. se
minimū vocet sanctorū: vide ad Ephe. Capi.3. ibi: Mihi
enim omniū sanctorum minimo. ¶ Sciendū est autem q si
cut electi hoc semper in alijs attendunt quod a deo alijs
melius acceperūt q̄ ipsi: vt eos sibi in cogitatione pręfe
Gregori⁹. rant: ita reproborū mens nunq̄ cōsiderat quid alter bo
ni potius q̄ ipse: sed quid boni ipse amplius q̄ alter ha
beat. Et cū oīpotēs deus ad hoc virtutes singulas di
uidat: vt alterū alteri in cogitatione humiliet: ad hoc re
probi pertrahūt bonū qđ acceperūt: vt ex eo in elatione
perdantur. Agit ergo deus in cordib⁹ hominū/quod fa
cit in regionibus terrarū: quoniā si omnes omnib⁹ abū
darent: cōmunicatio inter gentes non esset. Dixit τ Da
uid ad vxorē suam Michol. Ludam τ vilior fiam: eroq̄
2.Reg.6. humilis in oculis meis. Intuere quāta virtutū munera
Dauid acceperat: τ in his omnibus quomodo humilita
tem retinebat. Quem enim non extolleret ora leonū fre
1.Reg.17.c. gisse: vrsorum brachia dissipasse: vno lapide Goliath stra
uisse: a rege pposita extinctis Allophilis numerosa pręputia reportasse: promissum tandem regnum percipere:
1.Reg.16. cunctūq̄ israel sine contradictione possidere: cū ipse mi
nimus esset inter fratres sicut Paulus inter apostolos
τ tamen horū omniū quasi oblitus: cum arcam reduce
ret in Hierusalem: populis admixtus quibus erat pręla
tus: atq̄ tertio in regem inunctus: primo.1.Reg.16. scđo
2.Reg.2.ca. tertio.2.Reg.5.ca. totis viribus ante eam

saltat. Et quia vt creditur mos erat ante arcam saltare:
se ipsum per saltū rotat. ¶ Ecce quem dñs electis singu 2.Reg.7.c.
lariter prętulit: dans ei nomē secūdū nomen magnorum
qui sunt in terra: se sub eodem dño exequando minimis xj.
τ abiectū contēnēdo/quasi cum apo. dicit: ego sum mini
mus omniū regū israel. Ego quidem Dauid plus saltan
tem admiror q̄ pugnātē: q in pugna alios: hic se ipsum
vicit/q̄ victoria secundū Platonē optima omniū est. Vn
de dixit: ludā τ ero humilis in oculis meis. Sunt enim
qui de se humilia sentiūt: qui in honoribus positi nihil
nisi puluerē fauillamq̄ se esse perpēdunt: sed coram ho
minibus viles apparere refugiunt: τ contra hoc qđ de
se interius cogitant: quasi rigida exterius venustate pal
liantur. Et sunt qui videri ab hominibus viles appetūt
τ omne quod sunt deiectos se exhibendo contēnunt: sed
apud se quasi ex ipo merito ostensę vilitatis intumescūt
τ tanto magis in corde elati sunt: quanto amplius in se
elationē premūt: sed Dauid vtrūq̄ cauet dicēs: ludā et
vilior fiā: ego sum minimus: nō sum dignus vocari apo.
nec minim⁹ quidem. Et sequitur: eroq̄ humilis in ocu
lis meis: ostēdens q per hoc q se exterius humilem ex
hibuit: non intus intumuit: quasiq̄ dicat: qualē me exte
rius exhibeo: talem me interius attēdo. Sicut apo. Mi
nimū se vocat apostolorum: quod ad humilitatē pertinet ex
teriorē: agnoscit se nō esse idoneum qui vocetur aposto
lus: quod pertinet ad humilitatē interiorē. ¶ Minim⁹ Matth.14.
Paulus abūdātius omnibus laborauit. Petrus super
aquas ambulans non est mersus: Paulus vero ter nau 2.Cor.11.c.
fragiū pertulit: τ in vno eodēq̄ elemēto τ Petrus iter
fecit: τ Paulus cum naui ire non potuit: sed illorum cō Gregorius
par est meritū in cęlo: cum virtus eorum non fuerit com
par in miraculo. [Gratia autem dei sum id quod sum: τ xij.
gratia eius in me vacua non fuit.] Sum inquit apo. non
meritis meis: que nulla pręcesser t: sed gratia eius qui
me de cęlo vocauit. Post q̄ autē misericordia eius.i. vo
cantis τ iustificantis me: pręcessit: τ pręuenit: non segni
ter exequutus sum destinatū munus meū. [Gratia eius 23.q.4.q̄s
ociosa fuit in me τ sine fructu vacua: sed cęteris abūdā nos potest.
tius laboraui.] Nectamen dixit apo. plus omnibus pro Et de renū
fui: quod esset insolentię verbum: sed plus laborū exhau ciatione ni
si: vnusquisq̄ autem mercedem accipiet secundū suū la si cū pridē.
borem: non sm prouentū fructuū. Postremus in ordine Supra.3.c.
temporum/hora vndecima vocatur ad vineę culturam: τ ta
men gratia dei pręeūte: τ comite/ cęteros ante vertit in Matth.20.
cursu. [Nō autem ego: sed gratia dei mecū:] idest gratia
dei que mecum est pręuia comes: gręce enim sic dicit.
ἀλλ' ἡ χάρις τοῦ θεοῦ ἡ σὺν ἐμοί, sed gratia dei q̄
mecum est. Corrigit enim apo. qđ modo dixerat se plus
omnibus laborasse: imo inquit nō ego sum is qui hoc fe
ci: vnde enim mihi tantę vires? Sed gratia potius dei q̄
mihi pręsto fuit: vt intelligamus totū hoc deo ferri acce
ptū. Laborauit autē plus cęteris in tribus: τ quia euan
geliū gratis prędicauit: interim victitans de labore ma
nuū suarū: τ q plures est perpessus labores terra mariq̄
τ in falsis fratribus: τ qm̄ eum premebat pluriū ecclesia
rum sollicitudo. ¶ Sciendū q charitas dicitur qua ha Gra τ cha
bens eam: habet deum charū: ita q respicit deum nō in ritas.
ratione diligentis sed in ratione diligibilis. Gratia aūt xiij.
est qua deus habet aliquē gratū: ita q ipsa respicit deum
acceptantē siue diligentē non autem dilectū. Itaq̄ chari Doct.nr.
tate diligimus: gratia diligimur. Est autē gratia triplex
videlicet generaliter sumpta: specialiter: τ proprie. Pri
ma sic diffinitur. Est adiutorium diuinum creaturę gratis
impensum τ indifferenter ad quęcūq̄ actum: sine cui⁹
adiutorio nihil possum⁹ facere: imo nec subsistere: qm̄ Actu.17.
in ea mouemur τ sumus. Secūda gratia sic diffinit. Est
donū gratis datum/quo se homo pręparat ad percipien
dum. S.S. donum.i. charitatē huius gratię partes sunt

renocare liberum arbi. a malo: excitare ad optima: sine
qua nullus sufficienter facit quod in se est/ vt iustificari
mereatur. Tertia gratia est donũ a deo datum diuinitus
ad vitam ęternam promerendam: sine qua gratia in va-
nũ currimus: viam non ingredimur: nec ad patriam per
ueniemus. De prima gratia dicit apo. gratia dei sum id
quod sum: de secunda: ꝛ gratia eius in me vacua nõ fuit
de tertia autẽ quod sequit: sed gratia eius semper in me
manet: vel sicut dicitur in textu: gratia dei que mecũ est:
simul cũ libero arbitrio: quod se habet ad gratiam sicut
equus ad sessorem: qui si instinctũ sequatur regentis ꝛ
monẽtis/ perueniet quo pergit: si autem feratur impetu
suo/ ruet in pręceps. Nec enim timẽdũ est vt gratia sit cę
Num.22. cus dux qui asinã per viam latam deducat sicut legimus
Psal.72. in Balaã: sed potius sicut scriptũ est: tenuisti manũ dex
teram meam: ꝛ in voluntate tua deduxisti me: ꝛ cũ gloria
xiiii. assumpsisti me. [Siue igit ego siue illi sic pręcicauimus
ꝛ sic credidistis.] Siue inqt illi pręcellant: siue ego illis
potior sim in euangelio pręcicando: vtriq; tamen pręci
cauimus Christũ mortuũ ꝛ sepultũ: ꝛ resurgentẽ tertia
die/ secũdũ quod ꝛ p scripturas hec mysteria pdita sunt
sic ꝛ vos credidistis. Qñ ergo semel ad aratrũ missa ma
Luc.9. nu: qđ semel omniũ consensu estis amplexati: nũc in du
bium vertitis: non omnes sed quidam ex vobis: vtrũ ve
re omniũ resurrectio sit futura? Nos gratia dei comite
pręcicauim⁹: vos eadem gratia pręueniente credidistis
Christũ mortuũ ꝛ sepultũ ꝛ resurgentẽ morte deuicta.

¶ Si autem Christus prędicatur q̃ resurrexit
amortuis, quomodo quidam dicũt in vobis
quoniam resurrectio mortuorũ non est? Si au
tem resurrectio mortuorũ non est, neq; Chri
stus resurrexit. Si autem Christus non resurre
xit, inanis est prędicatio nostra inanis & fides
vestra. Inuenimur autẽ & falsi testes dei, quo-
niam testimoniũ diximus aduersus deum q̃
suscitauerit Christum quem non suscitauit, si
mortui non resurgũt. Nam si mortui non re-
surgunt, neq; Christus resurrexit. Quod si
Christus non resurrexit, vana est fides vestra:
adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo & q
dormierunt in Christo perierunt. Si in hac vi
ta tantum in Christo sperantes sumus, mise-
rabiliores sumus omnibus hominibus. Nũc
autem Christus resurrexit a mortuis primitię
dormiẽtium, quoniam quidem per hominẽ
mors: & per hominem resurrectio mortuorũ.
Et sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in
Christo omnes viuificabuntur.

Tho.3.par ¶ Textus. Igitur si Christus prędicatur q̃ resurrexit a
te.q.56.ad mortuis: quomodo quidam dicunt inter vos: q̃ resurre
primũ. ctio mortuorũ non est futura?] Sicut enim nobis est na
tus: nobis dat⁹: nobis mortuus: ita ꝛ nobis resurrexit.
Ad hoc enim resurrexit vt imaginẽ nobis futurę resur-
rectionis pręmonstraret. Nisi enim ꝛ corpus sequatur:
quorsum attinebat caput resurgere? [Igit si resurrectio
mortuorũ nõ est (ad impossibile enim sequit quodlibet)
nec Christus resurrexit. Si autem Christus nõ resurre
xit: quod videtur sequi ex posito antecedente licet falso:
ergo inanis est prędicatio nostra: inanis est ꝛ fides vr̃a]
Scđm quidẽ consequentiã formalẽ: ista consequentia
nulla est: si mortui non resurgẽt: nec Christus resurrexit
quia quocũq; impossibili dato de futuro: ista tamen est
necessaria: Christus resurrexit: licet aliquando fuit con-
tingens. Potuit enim Christus mori ꝛ non resurgere:
ex quo autem surrexit: non potest non resurrexisse vices
rus in ęternũ: siue mortui resurgant siue non resurgant.
Sed nec ante Christi resurrectionẽ ista cõsequẽtia erat XV.
necessaria: si Christ⁹ non resurget: mortui non resurgẽt.
Potuit enim Christ⁹ nõ mori: potestatẽ. n. habeo põ. ꝛc.
potuit nõ assumere carnẽ: potuit mori ꝛ non resurgere: ꝛ
tñ poterãt mortui illo nõ moriente resurgere. Tenet igi
tur hec consequẽtia eo modo quo arguitur a tota condi
tionali cum destructione consequentis: ad destructionẽ
antecedẽtis: quasi arguamus hoc modo. Si Christ⁹ mor
tu⁹ est ꝛ resurrexit: ꝛ mortui resurrecturi sunt: sed mor
tui non sunt resurrecturi per te: ergo nec Christus resur
rexit: nec mortuus est: ꝛ fides nostra q̃ hec omnia pręci
cat inanis est: ꝛ fides vestra similiter q̃ hoc credit: inniti
tur enim fundamẽto falso: huic videlicet q̃ Christus sit
mortuus ꝛ resurrexerit. Destructo enim vnico fidei fun
damẽto: qua illud vnũ negatur: eadem ratione ꝛ cętera.
¶ Unde non dixit apo. inanis est prędicatio nostra ꝛ fi-
des vestra quã tenetis de resurrectiõe: sed simpliciter:
inanis est fides vestra ꝛ pdicatio nostra: nec enim Chri-
stus conciperet: nasceretur ꝛ moreretur: nisi esset resur
recturus tertia die: qua resurrectione spem cõfirmaret
membrorũ corporis sui/ quod est ecclesia in pręcestinatis Augustin⁹
vocatis: iustificatis ꝛ magnificatis. Imo si Christus nõ
resurrexit: adhuc illud sequitur. [Quod inuenimur falsi
testes dei] non inanes modo: sed ꝛ falsi [quoniã testimo
niũ diximus aduersus deum: q̃ suscitauerit Christũ: quẽ
non suscitauit/ si mortui non resurgũt. Nam si mortui nõ
resurgunt: nec Christus resurrexit] sed mendaciter asse
ruim⁹ surrexisse eum: ꝛ veri inueniũtur illi qui dixerũt Matth.vl.
accepta pecunia: nobis dormiẽtibus discipuli eius fura
ti sunt eum. Hoc casu esset error posterior peior priore.
Prior est: Christus non resurrexit: posterior: non omnes
resurgemus. Itaq; si Christ⁹ [Non resurrexit: vana est
fides vestra.] Hoc autem est impossibile/ cum cõfirmata
fuerit operibus diuinę potentię. Quod si non sic est cõ-
firmata: illud est maximũ mirabiliũ quomodo hoc psua-
sum fuerit ꝛ sapientibus ꝛ insipiẽtibus: regibus ꝛ Ty
rãnis: Judęis Gręcis ꝛ Barbaris ꝛ omni nationi q̃ sub
cęlo est: de quo vide ad Roma. ca. decimo. Sane Sarra
cenorũ secta armis nõ miraculis ingesta est: maxime aũt
q̃ ea concedit q̃ faciunt ad carnis oblectamentũ. Lex au
tem Mosaica iam diu euanuit: quam forte nec iudęi re-
ciperent: nisi prius depręcarent Egyptios: ꝛ deinceps
sicut scriptũ est: diuideret illis deus regiones gentiũ: ꝛ
labores populorũ eis traderet possidẽdos vt custodirẽt Psal.104.
iustificationes eius: ꝛ legem eius requirerent. ¶ Euã-
geliũ autem maxime paupertatẽ cõmẽdat/ pudicitiã: so-
brietatẽ cibi ꝛ potus: vigilias ꝛ carnis macerationẽ: co-
tidie portare crucem: ꝛ abnegare seipsum: ꝛ mundo esse
crucifixũ. Odisse parentes: vxorem: filios fratres ꝛ soro-
res: adhuc ꝛ animã suam: ꝛ tamen creditũ est: ꝛ persua- Luc.14.
sum: audito illo verbo: animã autem non possunt occide
re: quoniã capilli capitis vestri omnes numerati sunt: et xvii.
illud: ego resuscitabo eum in nouissimo die Joan.11. cap. Matth.10.
Non est ergo vana fides nostra: ꝛ tamen vana est si mor-
tui non resurgũt: ac vtriq; operam lusimus: nos pręcicã
do ꝛ vos credendo. Nec minore sed maiore fortassis sce-
lere in deo laudatur falsitas q̃ vituperat veritas. Utriq;
igitur credendum est vel vtrũq; negandũ. Quin ꝛ illud
(quo nihil absurdius dici potest) inde cõsequitur: vide
licet q̃ si Christus non resurrexit [adhuc estis in pecca- Rom.4.
tis vestris] Mortuus est quidem Christus propter pec
cata nostra abolenda: ꝛ resurrexit propter iustificationẽ
nostram: ꝛ tamen dato q̃ non resurgeret/ nõ minus pec
cata nostra donata nobis essent: deleto Chirographo p Collo.2.
sanguinẽ suũ: ꝛ data anima sua in pręcium nostrę redem
ptionis principi mortis: sicut alias diximus: sed quoniã
per fidem dicimur iustificari a deo gratis: fides nullius Rom.4.

effectus est si falso innititur fundamẽto. Tu inquit cre
dis q̃ Christus mortuus est ꝛ resurrexit: ꝛ per hãc fidẽ
remittũtur tibi peccata tua. Si autẽ hec fides falsum as
seuerat: falsum pręcicat ꝛ credit: ita ꝛ tuorũ peccatorum
remissio nulla est. Sic in peccatis totus nat⁹: doces nos
insanias vanas. ¶ Potest et sic intelligi. Si Christus
non resurrexit: morte detinetur: ergo ꝛ in peccato quod
fuit causa mortis. Sed si in peccato detinet: peccata nr̃a
xviii. remittere non potuit: ꝛ ita adhuc estis in peccatis vr̃is.
A quo enim remissa sunt: si non ab eo qui resurrexit p-
Luc.10.c. pter iust. nostrã? Ergo ꝛ [qui dormierunt in fide Christi:
perierunt?] Quorũ tamen nomina scripta sunt in cęlis: ꝛ
numerati capilli: quibus dictum est: sedebitis iudican-
Matth.19. tes duodecim tribus israel. Et dico vobis amicis meis
ne terreamini ab his qui vos persequũtur. Luc.12. cap.
[Si in hac vita tantũ sumus sperantes in Christo:] hoc
est si nostra spes quam habemus in Christo non porrigi
tur vltra terminũ huius vitę: non modo non sumus fęli-
ces: verum ꝛ miserabiliores omnibus qui vel hoc sęculo
Esaię.22. fruũtur: comedentes ꝛ bibentes: morituri sicut ꝛ nos:
sed illi ducẽtes in bonis dies suos: cũ nos interim fame
discruciemur: frigore caumate: gelu ꝛ ęstu. Multũ lucra
Plato. rentur impij inquit Plato: si resurrectio non esset futu
ra: atq; ecõuerso omnis iustorũ labor periret/ de quo alias.
Magn⁹ quidem labor est cognoscere quomodo ꝛ deus
August. curet res humanas: ꝛ bñ sit malis: ꝛ laborent boni. Sed
tamen tota hec massa conditionis humanę vẽtura est ad
libram ꝛ ad limã. Appendentur ibi opera hominũ: nam
cuncta modo nubes inuoluit: vixq; pauci vix vnus scit le
Daniel.5. gere sentẽtiã contra impios prolatam: nisi forte Daniel
qui spiritũ sanctorũ habet. ¶ Si aũt sic non esset: si vnus
esset interitus hominis ꝛ iumenti: vt cunq; verum esset
Eccles.3. q̃ iustus sine causa iustificaret cor suũ: ꝛ flagellaretur to
ta die Psal.72. videns pacem peccatorũ: cum ipse coti
die toleret bellum carnis contra spiritũ suũ: castigetq; ꝛ
Supra.9.c. in seruitutem redigat spiritus corpus suũ: in sudore vul
Psal.127 tus sui vescens laboribus manuũ suarum. Uere enim si
mortui non resurgũt: iusti miserabiles essent: licet alias
virtus ipsa per se esset expetenda magis q̃ corporales de
litię: ad maiora enim nati sum⁹: q̃ vt simus mãcipia cor-
Plato. poris nostri. Impius igitur hoc lucraretur q̃ ꝛ a corpo-
re ꝛ a prauitate simul cum animo liberaretur in morte.
Tullius. Unde dixit Tullius. Quod si in hoc erro q̃ animos homi
nũ immortales esse credo: libenter erro: nec mihi hunc
xix. errorẽ quo delector dum viuo extorqueri volo. [Nũc au
Thom.3.p. tem Christus resurrexit a mortuis: primitię dormiẽtiũ.]
q.53.ad.1. Uocatur autem Christ⁹ manipulus primitiarũ. Hic est
Leui.23. manipulus quẽ adorauerũt fratres Joseph. Joseph me
rito manipulo cõparatur: quippe qui famẽ depulit ex egy
pto: sicut ꝛ Christus satiauit esurientes lacte ꝛ melle ꝛ
Genes.37. adipe frumenti. Illi vero culmi erãt sed inanes: inuidia
enim cõsumpserat grana eorum. Fortassis autẽ ꝛ ipsi eo
tempore stellę erant vndecim: sed postq̃ per inuidiam di
straxerunt iustum: facti sunt arena maris: ꝛ non popul⁹
dei: ꝛ sine misericordia. Osee.ca.1. Quando igit hic ma
nipulus surrexit: qui falce mortis deciderat: impletũ est
Judicũ.14. illud: de comedẽte exiuit cibus idest de ceto egressus est
Jonas.3. die/ siue comedens hic: piscis est inuadẽs To-
biam: aut Leo quẽ discerpsit Samson: in cuius ore erat
examẽ apum: de quibus dicitur: in sang. testamenti edu
xisti vinctos de lacu. ꝛc. De quo ita legim⁹ ꝛ Leui.23. ca-
pite. Cum ingressi fueritis terrram quam ego dabo vo-
bis: ꝛ messueritis segetem: feretis manipulos spicarũ
primitias messis vestrę ad sacerdotem. Qui ꝛ eleuabit
Exodi.3. fasciculum coram dño: ipse est Christus dñs. Terra aũt
ꝛ ager proferens manipulũ hũc illa est que fluit lacte et
melle in qua verbũ caro factum est: siue ager ille plenus
Genes.27. cui deus benedixit per os Gabrielis Archangeli: terra
inquam in qua videtur rubus ardere Exo.3. non autem
cõsumi: vt sit terra vterus immaculat⁹: rubus caro Chri
sti de peccatoribus descẽdẽs in similitudinẽ carnis pec-
catricis: anima autem eius ignis erat ardens: verbũ ve Rom.8.
ro dei siue deus loquẽs in rubo deus factus homo/ qui
erat in principio apud deum. Sic eleuato fasciculo corã
dño quasi resurgat ex mortuis liber Christ⁹ solus: acce- Psal.87.
ptabile erit pro vobis altero die Sabbati hoc est. 15. die
mensis primi. Et enim sabbatũ ad legem pertinet: alte-
ra dies. i. dñica ad resurrectionẽ que promittit in euan-
gelio. Dicit autẽ pro vobis: quoniã Christi resurrectio
causa est effectiua resurrectionis nostrę: sicut per mani
pulum primitiarũ illatum corã dño ꝛ traditũ sacerdo-
ti cõfertur benedictio toti agro. ¶ Sacerdos igit Chri
stus dñs est: qui corp⁹ suũ leuauit in resurrectione: ipse
est enim primitię dormientiũ ꝛ resurgentiũ. Non solum
autem Christus primitię est dormientiũ ꝛ resurgentiũ
princeps: sed est totius naturę humane primitię: cui⁹ ca xx.
ro immaculata non est decimata in lũbis Abrahę (de quo
in epistola ad Heb.) sicut nec primitię ex segetibus que
in manipulis reportantur: decimãtur: sed ante omnẽ de
cimationẽ dño cõsecratę sunt ante videlicet q̃ messis de
portetur ad aream. Sicut igitur qui de segetibus deco
ratis campis collectas spicas obtulerit deo: omnẽ cãpo
benedictionẽ reportare perspicitur: sic ꝛ Christus per Chryso.
illud corpus fecit benedici nostram naturam. Totam au
tem naturam non leuauit in cęlum: quia tunc non essent
primitię. Sed dices. Si primitię sunt: primum hominẽ
debuit leuare. Sed non est primitię primũ quod pullu-
lat: quia tale est imbecille ꝛ infirmũ: sicut scriptũ est: an-
te maturitatẽ totus effloruit: sed fortis ꝛ validus fruct⁹ Esaię.28.
debet offerri. Unde dñs ad Mosen: cũ intraueris in ter-
ram quam dñs deus dederit tibi: ꝛ plãtaueris in ea om
ne lignũ: trib⁹ annis depurgabis fructus eius: quarto Leui.19.
vero anno fructus eius sanctus erit dño. Fructũ autẽ pri
mi anni nec mãducari permittit: nec offerri quia imma
turus est. Hoc igitur donũ has primitias: hunc manipu
lum de quo dicitur Fasciculus myrrhę dilect⁹ meus mi-
hi: inter vbera mea cõmorabitur: miratus pater: quod ꝛ Canti.1.
tãta dignitas offerebat: ꝛ quod offerebatur nulla macu
la fędabatur: suis manibus suscepit oblatum ꝛ suę sedis
fecit participẽ: atq; in dextera sua collocauit. ¶ Quoniã Rom.5.
quidẽ per hominẽ mors intrauit ꝛ regnauit vsq; ad Mo
sen ꝛc. et per hominẽ resurrectio mortuorũ.] Igitur pri
mitię homo: ꝛ homo. Homo ad mortẽ: quia in Adã om- xxi.
nes moriũtur: homo ad vitam: quia in Christo omnes vi
uificabũtur: sed in ter est ordinis. Euigilabũt enim mul Daniel.
ti. i. omnes qui dormiunt in terrę puluere: alij in vitã ęter
nam: alij in opprobriũ vt videant semper. Saluabit aũt
populus tuus: omnis qui inuẽtus fuerit in libro script⁹
de quo dicitur: deleãtur de libro viuentiũ. ꝛc. Psal.68.
Daniel.12.c. Sicut igitur nemo ad mortẽ nisi per Adam
hominẽ ita nemo ad vitam nisi per Christum hominẽ et
deum. Potentior est autẽ deus homo ad reducendã vi-
tam: q̃ fuerit primus homo ad inducendã mortẽ. Sicut
autẽ Christus pręter q̃ q̃ se ad iusticiã exemplũ imitãti Augusti⁹.
bus prębuit: dat etiam sui spiritus occultissimã fidelib⁹
gratiam quam latenter infundit in paruulis etiam: sic ꝛ
ille in quo omnes moriũtur pręter q̃ q̃ eis qui pręceptũ
dñi voluntate trãsgrediũtur imitationis exemplũ est: oc
culta etiam tabe carnalis concupiscentię suę tabificauit
in se omnes de sua stirpe venientes. Oportet ergo ima- Job.14.
ginari duo corpora: vnũ morti obnoxiũ: breui viuẽs tẽpo
re: repletũ multis miserijs: quod fugit velut vmbra: qđ
pendet a capite Adã: de quo dicitur: omne caput langui Esaię.1.
dum: a planta pedis vsq; ad verticem nõ est in corpore sa
nitas: alterũ immortalitati destinatũ: quod pendet a ca-
pite Christo: de quo dicitur. Psal.132. sicut vnguentũ
in capite ꝛc. Et illud: totus desiderabilis: caput eius au
rum optimũ: comę eius sicut elatę palmarũ: nigrę quasi Canti.5.

corpus: oculi eius sicut columbę que lacte sunt lotę: genę illius sicut areolę aromatum: labia eius lilia distillantia myrrhā primā: manus illius tornatiles: aureę plenę hyacinthis: venter eius eburneus: distinctus sapphyris: crura
xxij. illius columnę marmoreę fundatę sup bases argēteas: species eius vt libani: electus vt cedri: guttur illius suauissimū: ⁊ totus desiderabilis. Canti. 5. c. Sicut igit̄ mors dimanauit per totū corpus Adā: ex quo ille venena mortis a serpente oblata exhausit: ita per vnū hominē Christum a peccato prorsus immunē inuecta est resurrectio mortuorū: per quē quicunq; viuificandi sunt viuificabūtur. ¶ Sane de his qui cum Christo surrexerunt: idest post eius resurrectionē (licet euāgelista per anticipationem rem factam exequatur: quasi surrexerint ante Christum quod nō est verum) vtrum iterum mortui fuerint an non: non satis liquet: pro vtraq; enim parte sunt viri non infimę autoritatis. Remigius incūctanter tenet q; non sunt mortui iterum. De his ita distingūt greci: vt appareat eos statim mortuo Christo resurrexisse: veruz nō egressos e monumētis: nec apparuisse priusq; resurrexisset Christus: vnde resurrexerunt positum est pro reuixerunt. Hoc satis indicat Hieronym⁹ scribens super illū locū: quomodo Lazarus mortuus resurrexit: sic ⁊ multa corpora sanctoꝝ surrexerunt vt dn̄m ostenderēt resurgentem. Et tamen cum monumēta aperta sunt: non ante resurrexerunt q; dn̄s resurgeret: vt esset primogenit⁹ ex mortuis. Idem indicat Chrysosto. cum ait: ad Christi morientis vocem excitatos mortuos: qui postea resurgē te Christo: pariter exirent: hancq; sententiam apertius confirmat Origenes. Om̄es igit̄ viuificabunt̄ in Christo: hoc enim omnibus erit cōmune.

Matth. 17. — Hierony⁹. — Tho. 3. par. q. 53. ad. 3.

¶ Vnusquisq; autem in suo ordine, primitię Christus, deinde hi qui sunt Christi qui in aduentum eius crediderunt. Deinde finis cū tradiderit regnum deo & patri, cum euacuauerit omnem principatum & potestatem & virtutem. Oportet autem illum regnare, donec ponat omnes inimicos sub pedibus eius. Nouissime autem inimica destruetur mors. Omnia enim subiecit sub pedibus eius. Cum autem dicat omnia subiecta sunt ei, sine dubio preter eum qui subiecit ei omnia. Cum autem subiecta fuerint illi omnia, tunc & ipse filius subiectus erit illi qui subiecit sibi omnia, vt sit deus omnia in omnibus. Alioqui quid facient qui baptizantur pro mortuis? Si omnino mortui non resurgunt, vt quid & baptizantur pro illis? Vt quid & nos periclitamur omni hora.

xxiij. ¶ Tertius. [Vnusquisq; autem in suo ordine] vt sit alter apostolorū ordo: alter martyrū: alius ordo virginū et sic de ceteris [Christ⁹ tamē primitię] Christus princeps ⁊ tempore prior (Non moriturus: alioqui: prius resurrexit Lazar⁹ ⁊ alij ⁊c̄.) ⁊ meritis ⁊ dignitate: ⁊ claritate [deinde hi qui sunt Christi] membra singuli: ⁊ om̄es vnū corpus: hi enim resurgent posteriores tempore: ⁊ dignitate inferiores: sed ad huc inter ipsos ordo erit. Qui sint autem hi qui sunt Christi: sequitur [qui in aduētum illius crediderunt] hoc est crediderūt illum secundo venturū ad remunerationem iustorum: ⁊ vindictam impiorum.

Græci ita legūt. οἱ τ̃ χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτ̃.

Idest qui sunt Christi in aduentu illius. Estq; sensus q; cum iam multi cum Christo surrexerint resurgēte: egressi e monumētis: ceteri reuiuiscent in secundo eius aduētu. Sequit̄. [Deinde finis veniet generationis] ⁊ corruptionis: ⁊ omniū humanarū vicissitudinū: cū ipsa creatura que modo gemit et parturit: liberabit̄ a seruitute corruptionis. ⁊c̄. De quo vide ad Rom. Cap. 8. ¶ Finis inquit: cum tradiderit patri nō primitias tantū aut vnū aut alterum manipulum: aut paucos qui cum eo surrexerunt ⁊ forte ascenderunt: sed regnū. i. iustos omnes sup quos regnauit in iusticia ⁊ veritate ⁊ mansuetudine: regnauit per fidem ⁊ dilectionē: licet regnum Christi omnis sit creatura potentia diuinitatis: tamē specialiter regnat super eos qui cotidie orant clauso ostio dicētes: adueniat regnū tuū. Regnū enim Christi non est in hoc seculo: in quo maxime regnat sed per tyrānidē ille qui iubet statuam auream adorari: ⁊ dicit: hec om̄ia tibi dabo si cadens adoraueris me Matth. 4. ipse est enim rex super omnes filios superbię Job. 41. ca. De huius regno dicit̄ in Daniele. Vidi quoniam interfecta esset bestia: ⁊ perisset corpus eius: ⁊ traditum esset ad comburenduz igni: aliarum quoq; bestiarum ablata esset potestas ⁊ tēpora vitę cōstituta essent eis vsq; ad tempus ⁊ tempus.
xxiiij. Sicut inquit Christus caput corporis ecclesię: primitię dormiētiū regnat interim cum patre donec finis veniat ⁊ impleatur numerus electorū: ita ⁊ Satanas rex super filios superbię traditus est ad comburendū igni per mille annos donec qui in sordibus sunt sordescant. ⁊c̄. Interim autem sicut Christus habet suos principes ⁊ potestates qui regnū eius disponūt ⁊ ordinant atq; tuentur: ita ⁊ Satanas habet bestias q̄ pugnāt cum sanctis qui sunt ex semine Christi ⁊ mēbra corporis eius: qui custodiunt mandata dei et habent testimonium Jesu christi. Apoc. 12. ca. Hoc autem bellum tādiu durabit quamdiu. [Christus euacuauerit omnē principatū ⁊ potestatē ⁊ virtutē] iuxta quod sequitur in Daniele. Aspiciebam in visione noctis: ⁊ ecce cū nubibus cęli quasi filius hominis veniebat: vere quidem erat homo: sed femine tantū filius: non itē viri: ⁊ vsq; ad antiquū dierū peruenit. ⁊c̄. ¶ Et sciēdum q; propheta dicit Christū accepisse regnū a patre: iuxta illud Psalm. 2. postula a me: ⁊ dabo tibi gētes. ⁊c̄. Apostolus autem dicit Christum traditurū patri regnū. Christus vt deus accepit regnū a patre: a quo habet esse quod est: omnia enim que habet pater mea sunt vt homo autem regnū tradidit deo patri vt regnet super eos quos Christus mercatus est sanguine suo/ cū essent
xxv. de regno diaboli. Vnde dixit: sic orabitis. Pater noster qui es in cęlis: adueniat regnū tuū: vt in regno tuo sanctificetur nomē tuū: quod sępe male audiuit ab eis qui sunt de regno ⁊ Tyrānide Bestię. Siue ergo Christus accipiat regnū a patre: siue tradat: idem est regnū patris ⁊ filij ⁊ spūs scti: ⁊ illud sunt omnes qui credunt in nomine eius: ⁊ ex deo nati sunt. Cum igitur Christus regnū tradiderit patri: cessabit timor: regnabit charitas: ⁊ euacuatis principatib⁹ potestatibus ⁊ virtutibus: vnusquisq; redescet sub vite sua: sicu sua ⁊ oliua: hoc est sub vmbra patris ⁊ filij ⁊ spūs scti. Quādiu autē durat hic mūdus: angelis archāgeli pręsunt: demones demonib⁹: ⁊ hominibus homines principantur: sed tradito regno clausa ianua: om̄is prelatio cessabit: nec vltra quis docebit fratrē suū: sed erit deus omnia omnibus. Regnabit enim super omnes gentes: alios quidem regens virga ferrea Psalm. 2. alios virga directionis ⁊ ęquitatis. Vnde illud Ezech. 37. ca. Assumā lignū Joseph quod est in manu Ephraim ⁊ tribus israel q̄ sunt ei adiūctę: ⁊ dabo
xxvi. eas pariter cum ligno iuda. ⁊c̄. Quādo autē omnia hec implenda sunt: que non dum impleta cernimus: sed implenda credimus: apo. dicit. [Cum tradiderit inquit regnum deo ⁊ patri: ⁊ euacuauerit omnē potestatē] et statua Nabuco. penitus corruerit. i. oīa simul regna terrarum inter que quattuor fuerūt pręcipua videlicet Assyriorū: Medorū ⁊ Persarū: Grecorū: ⁊ Romanorū: tunc vn⁹ rex Christ⁹ regnabit in ęternū. ¶ Vnde Hierony⁹.

Rom. 8. — Matth. 6. — Daniel. 3. — Daniel. 7. — Apoc. 20. — Apoc. vlti. — Apoc. 12. — Cap. 7. — Matth. vi. — Joā. 3. ⁊ 17 cap. — Matth. 6. — Joan. 1. — 3. Reg. 4. — Hiere. 31. — Ezech. — Tho. p. p. q. 108. ar. 7. — Daniel. 2.

Interim

Interim inquit hic est ordo prouidentię dei om̄e genus hominū ineffabili prouidentia gubernantis. Contra dei iram israel sperauit in Damasco: diruatur ciuitas q̄ aduersus illius volūtatem impijs pręstat auxilium. Judas sperauit in Egyptijs: ⁊ Egyptus destruat̄. Egyptu cōfisi sunt in Ethiopibus: Ethiopes q̄z vincātur ab Assyrijs. Assyrij suis viribus attribuerūt victoriā: ⁊ ipsi vincant̄ a Babylonijs. Babylon eleuauit cōtra deū caput: ⁊ ipsa a Medis persisq; vincatur. Persę ex parte persecuti sunt populū dei: veniat hircus Alexander Grecus: ⁊ cōterat regnū eorū pedibus suis. Et iste qui vltra modū erect⁹ est: veneno intereat: regnūq; eius diuidat̄ in partes: et tandem Romano vincatur imperio. Ipse Roman⁹ qui ferratis dentib⁹ carnes martyrū lacerauit: excidatur lapis
xxvij. de monte sine manibus: ⁊ in testarū modū conterat regnū Romanū: prius potentissimū: ⁊ in fine infirmū: sicut pedes statuę partim ferrei partim testei erant. Interim aūt vt dixim⁹ ⁊ sicut apo. dicit in Ter. [oportet illū regnare: donec ponat om̄es inimicos sub pedib⁹ suis.] Interim secrete regnat: nec in omnib⁹ regnat: sed Christo in cęlis regnante: pedes eius calcantur in terra: quibus dicit per Zachariā: qui tangit vos: tangit pupillam oculi mei. Aliquando Christus rex pusillum possidebat gregem: ⁊ soror eius ecclesia paruula erat: nec habebat vbera: Nec vis ⁊ energia fermenti ⁊ calor sinapis efferbuerat. Matth. 13. sed erat regnū Christi intra conclaue propter metū iudęorū: Christus notus tantum in iudęa Psalm. 75. nunc aūt in omnē terram exiuit sonus verborum Christi: paulatimq; fermētatur orbis totus: donec fiat vnū ouile ⁊ vnus pastor: ⁊ virga coniūgatur cum virga sicut superius dixit Ezechiel. ¶ Tunc igitur omnes ponētur sub pedibus Christi: vel volūtarij: vel coacti: vt in nomine Jesu omne genu flectatur. [Nouissima autē inimica destruetur mors.] Inimica destruetur mors. Sicut dicitur Job. ca. 41. vidētibus cunctis pręcipitabit̄: dicēte Christo vnum verbum: discedite a me maledicti. O quale erit illud spectaculū: quādo hec sęuissima bestia electoꝝ oculis ostendit̄: q̄ hoc belli tempore nimis illos terrere poterat si videretur. Sed miro dei cōsilio agit̄: vt ⁊ nūc nō visa vincatur: ⁊ tūc athletis victoribus iam captiua videatur. Tūc iusti in hostis sui immanitate cōspiciunt quantū debeant gratię adiutoris sui. Lętabunt̄ coram suo duce: sicut victores quando diuidunt spolia. Ceterū videntibus cunctis caput Holofernis suspensum est in muro: ⁊ Amā appendit̄ in patibulo. Destruetur autē quoniā non erit qđ destruat: postq̄ mortale hoc induerit immortalitatē. Nouissima nomē est: non aduerbiū: quasi dicas: mors omniū nouissima destruet̄: siue aboletur: de pręsenti enim loquitur: καταργεῖται, Hieronym⁹ ita legit: Nouissim⁹ inimic⁹
xxviij destruetur mors: quasi dicas hostis om̄iū postrem⁹ destruetur: nēpe mors. Potest enim inimicus esse qui nō sit hostis. θάνατος aūt generis est masculini apud Grecos. De regno autē mortis huius vide ad Roma. ca. 5. ¶ Hoc interim dicēdū de regno mortis: q; nec ille eam effugere aut fugare potuit: aut sistere ne adesset qui solem stare fecit ⁊ lunā in cęlo: Josue dico: sed ⁊ ipse mortuus est. Quod autē ita futurū esset vt omnia subijcerētur pedibus Christi: psalmista. S. S. afflatus illud pręduxit. [Oīa inquit subiecisti sub pedibus ei⁹. ps. 8.] Etiā ipsum inimicū ⁊ mortis autorē. [Cū aūt dicat scriptura quia omnia subiecta sunt ei: sine dubio ⁊ palā est q; excipitur is videlicet deus pater qui ei oīa subiecit.] Hoc per se manifestū est. Imo per oppositū intelligēdū est. [Qđ videlicet cū subiecta fuerint Christo omnia: tunc ⁊ ipse filius] secūdū q; homo est: ⁊ secūdū q; semet ipsum exinaniuit formā serui accipiens: ⁊ secundū q; pater maior illo est. Joā. 14. subiectus est eritq; illi q̄ subiecit sibi omnia: vt sit deus omnia in omnibus. At ita deū

Esaię. 7. — Hierony⁹. — Daniel. 2. — Zacharię. 2 — Canti. 8. — Actu. 2. — Joan. 10. — Philip. 2. — Matth. 25. — Gregori⁹. — Esaię. 9. c. — Judith. 14 — Hester. 7. — Hierony⁹. — Josuę. 10. c. — Mors. — Philip. 2.

ciat homo a se sicut gutta vini missa in mare deficit a colore: calore: ⁊ sapore vel sicut ferrum missum in ignē: totū sit ignis: ⁊ aer illuminatus a sole: de tenebris trāsit in lucem: cum videntes deū fa. ad faciē: in eandem imaginem trāsformabimur. Omnia erit deus: quia deus erit vnde facient omnes: omnia q̄ honeste desiderant̄: vita: salus: gloria: pax: finis desideriorū. In dispari enim claritate erit par gaudiū: quia de vna ⁊ eadem re: vt qđ habebūt singuli cōmune sit om̄ibus: quia ⁊ gloria capitis omniū erit per vinculū charitatis. Sic ⁊ omnis structura tēpli



per graduū varietatem erat ratiōabiliter distīcta. Nam in scta sanctorū solus pōtifex intrabat: in ipsum tēplū sacerdotes cū leuitis ⁊ cantoribus. In itimū atriū Basilicę vz maioris viri iudęi purificati stantes ⁊ orantes: sub diuo si serenū esset: si tēpestas in proximas porticus sese recipientes. In exterius atriū mulieres iudęę purificatę. In extremū atriū iudęi qui nuper venerant ex gētibus vsq; ad sextā purificationis diē: simul ⁊ gentiles. ¶ Qđ autē in octauo anno et in octauo eius mense perfecta est domus in omni opere suo: ad futurū sęculū pertinet: vt quid ei addatur inueniri non possit: iuxta qđ apo. dicit: q; erit deus omnia q̄ desiderari possunt ab omnibus. Nunc autē Christ⁹ nō est omnib⁹ omnia sed pars in singulis: est enim in Salomone sapientia: in Job paciētia: in Abraā fides ⁊ obedien-
xxix. tia: in Paulo zelus domus dei ⁊ sic de singulis: sed erit quando deus erit omnibus omnia. Sciendū autē secundū Origenē q; summū bonū ad qđ natura rationalis vniuersa festinat: qđ etiā finis omniū dicitur, a q̄ plurimis etiam Phorū hoc modo determinat̄: q; summū bonū sit prout possibile est similē fieri deo. Hoc insinuat Moses cum dicit: faciam⁹ ho. ad ima. ⁊ similitudinē nostrā. Tū deinceps: ad imaginē dei fecit illum: masculū et feminā creauit eos: benedixitq; eis. Hoc qđ secūdo loco dixit: ad imaginē suā fecit eos: ⁊ de similitudine tacuit: non aliud indicauit nisi q; imaginis dignitatē in prima cōditione homo acceperit: similitudinis vero perfectio in cōsummatione seruata est: scilicet vt ipse sibi eā proprię industrię studijs ex dei imitatione cōsisceret: cū possibilitatē sibi perfectionis diuinit⁹ datam per imaginis dignitatē in fine demū per operū expletionē perfectā sibi ipsi similitudinē cōsumaret: iuxta qđ dicit Joānes: similes ei erim⁹: ⁊ illud: volo pater vt sicut ego ⁊ tu vnū sumus Joā. 17. ita ⁊ isti in nobis vnū sint: in quo iā videbit̄ ipa similitudo (si dicit potest) pficere: ⁊ ex simili vnū fieri: p eo q; sine dubio in fine sęculi oīa in omnib⁹ deus erit. ¶ Que omnia erit deus in oīb⁹? Et ego quidē arbitror quia qđ in omnib⁹ omnia dicitur fore deus: significet etiā in singulis eū omnia esse. Per singulos autē omnia erit hoc modo: vt quicquid rationalis mens expurgata omniū viciorum fece: atq; omni penit⁹ abstersa nube malicię vel sentire vel intelligere vel cogitare potest: omnia deus sit: nec vltra iam aliud aliquid nisi deum videat: deū teneat:
xxx. omnis motus sui deus modus ⁊ mensura sit. Non enim vltra boni maliq; discretio: quoniam nusquam malum. Nec vltra ex arbore sciendi bonum et malum manduca-

2. Cor. 3. — Augustin⁹ — Beda. — Templum — Quartum atrium omnibus erat cōmune. — 3. Re. 6. c. S — Origenes. — Genes. 1. — 1. Joan. 3. — Origenes. — Deus.

Genes. 3. re concupiscet qui semper in bonis est: & cui omnia deus est. Restituetur enim homo ad illum statum quem tunc habuit natura rationalis: cum de ligno sciētię comedere non egebat: vt amoto omni malicię sensu: & ad syncerum puruntq; deterso: solus qui est vnus bonus deus fiat animę omnia: cum nusq̄ mors: nusq̄ mortis aculeus: nusq̄ omnino malum: sed deus erit omnia & in omnibus & singulis. Corpora quippe nostra modo reuertūtur ad terram vnde sumpta sunt: sed rursus circūdabimur pelle nostra Job.19. & restorebit caro: & velut meritum inhabitantis animę poscant corpora terrena: in gloriam corporis proficiēt spiritualis: illi videlicet qui situm stellarū meruerint accipere sicut infra dicetur. ¶ Quod si ita nō est: vt resurrectio mortuorū certissime sit futura. [Quid facient qui baptizant pro mortuis: si omnino mortui nō resurgunt?] Judicū.11. Jepthe in re infideli inuētus est fidelis: offerens filiam secundū votum quod stulte vouerat. Mos est Marcionistis cum quis eorū sine baptismate decesserit: eius q̄ vita iam functus esset feretro viuū aliquē submittere hominem. Inde feretrum ipsum adeuntes: a mortuo sciscitantur vtrum ne libeat baptizari: moxq; illo annuēte Athanasi⁹. baptizabāt. Hi insimulabāt Paulum hoc iniunxisse. Sed non ita est. Sed qui erant baptizandi: integrum prenūtiabāt fidei Symbolū: moxq; & illud Credo mortuos resurrecturos. Hi itaq; qui sub hac spe baptizantur: quid facient si mortui non resurgunt? Athanasius. Hoc tamē argumentū ad hominē tantū est. Si inquit nulla est spes Eccles. 3. resurrectionis futurę: sed hominis & iumēti vnus est interitus: quid est quod fecerūt quidam ex vestris magis xxxi. quidē superstitiose q̄ catholice: vice mortuorū baptisma accipientes: timentes ne non resurgāt inter sanctos qui sine sacramento baptismatis decesserūt? Horū fides laudanda est: credunt enim resurrectionē futuram: factū tamen non est probandū. Ridiculū enim est cogitare mortuo succurri posse baptismate. Qui enī crediderit & baptizatus Marci vl. fuerit saluus erit. Sane pueri & si non credunt per se: tamen baptizātur in propria persona. Sicut autē nullus potest renasci sacramento nisi prius nascatur ex vtero: ita nullus potest baptizari qui non est in hoc seculo. De hac cōclusione quere alios: nihil enim hic diffini- Doct.nr. mus. De statu puerorū q̄ sine baptismatis sacramēto decedunt vide doctorē nostrū in. 2. Distin. 33. per totū. [Et Actu. vlti. quid & nos periclitamur omni hora?] Propter spem.n. israel catena hac circundatus sum. Stulte igitur agim⁹ qui scientes et prudentes vt dicitur: manus in flāmas Prouerb. conijcimus: & estimati sumus tanq̄ oues victimę destinatę Psal. 43. si post tā grauissimas persecutionū procellas: ita vt tederet nos vitę nostrę. 2. Cor. 1. ca. mortui non resurgent: nec reposita est corona laboribus nostris.

¶ Quotidie morior propter vestram gloriā fratres quam habeo in Christo Iesu domino nostro. Si secundum hominem ad bestias pugnaui Ephesi, quid mihi pdest si mortui nō resurgūt? Manducemus & bibamus, Cras.n. moriemur. Nolite seduci. Corrūpunt enim bonos mores colloquia mala. Euigilate iusti & nolite peccare. Ignorātiam enim dei quidā habent. Ad reuerentiam vobis loquor. Sed dicit aliquis, Quomō resurgunt mortui? Quali autem corpore venient? Insipiens tu quod seminas, nō viuificatur, nisi prius moriatur. Et quid seminas? Non corpus quod futurum est seminas, sed nudum granū vt puta tritici aut alicuius cęterorū, deus autem dat illi corpus sicut vult, et vnicuiq; seminum propriū corpus. Non omnis caro eadem caro, sed alia hominum alia pecorum, alia volucrum, alia autem piscium.

¶ Textus. Cotidie morior per vestrā gloriam iuro fratres: quam habeo in Christo Jesu dño nostro.] Cotidie morior. Melius q̄ illi qui meditationē mortis philosophiā esse dixerunt. Illi enim studiū predicauerunt idest theoricam: hic vsum ipsum mortis exercuit idest praxim. Potest & sic legi. per vestram gloriationē iuro fratres: idest vt vos glorieminí esse Jesu christi. ¶ Quoniā igitur apo. multa superius dixit de profectu sui euangelij: & inde gloriatus fuerat sancta quadam iactantia: per eam gloriam qua gloriatur in Christo nūc iurat: tanq̄ per rē sacram sibiq; charissimā: iurat autē se non solum periclitari de vita cotidie: sed & in mortibus fuisse frequēter. (De iureiurando et si Christ⁹. 22. q. 1. Nō est. Ambrosi⁹) xxxij. Sed audi aliū iurantē. Saltat Herodias & placet Herodi: & iurat: quoniam vsq; dimidium regni tibi dabo. Marci. 6. Miser & infęlix ita ne tibi mentis oculi cęcutiunt? Tanti regnum facis? Chryso. Sed Tyrānus erat nō rex. Quid si secūdo saltauerit puella? Uotis exoptame secundo saltet. Uel si saltauerit: ne denuo placeat. Si autē placuerit vnū relinquit vt tibi postea sit mēdicādū. Sed timuit iusiurādū. Et quare quod grauius erat nō timuisti? Nam si testes periurij habere formidabas: illud potius timendū fuit: habere eos testes iniquissimę cędis. Et quod detestandum est super omnia: puella propter quam matrimoniū fieri non poterat: que abdi atq; occultari propter contēptum matris debuit: ingreditur: & os suū palam facit: omnes meretrices virgo impudētissima superās. Sic vxor seipsam: filiam suam: maritū priorem: & Herodem adulterum confusione repleuit. Chryso. viuente enim fratre & inuito duxerat vxorem eius: hoc faciente Areta patre Herodiadis. Chryso. ita legit. Cotidie propter vestrā salutem morior & gloriam: docens nos q̄ ita se pro pietate periculis exponebat: vt ipsi cotidie morti appropinquaret: & quod natura nō suscipiebat (vni nāq; morti subiacemus omnes) hoc voluntatis eius contentio supplebat (vnde illud: qui non accipit crucem suam cotidie & sequitur me: non est me dignus) Matth. 10. q̄ misericors deus propter miserorum salutem & omniū credentium & crediturorū ipsum amplius cōseruabat. Potest legi & per nostrā gloriationē: sic.n. est grece: νὴ τὴν ἡμετέραν καύχησιν. Et vocat apo. nostrā gloriationē: qua ipse gloriatur pędicasse euangeliū gratis Corinthijs: ibiq; iecisse fidei fundamētū vbi nullus ante predicauerat: de quo superius dictum est. Nostram gloriam etiam vocat: q̄ pro nomine Jesu patitur: quecunq; patitur mala. [Si secundū hominē cum bestijs pugnaui Ephesi: que mihi vtilitas: si mortui non resurgunt?] Ambrosi⁹. Si secūdū hominem. Si secundū humanū sensum (qui videns hoc in rerum naturā non cadere: vt caro iam soluta reformetur ad vitam: minime credit futuram resurrectionem mortuorū) bestijs offerri: mori non timui: nihil profeci. xxxiij Sed non ita est: quia cert⁹ de promissione vitę eternę: parat⁹ erat & alligari & mori p̄ noīe Jesu. Faber. Faber ad litteram exponit de bestijs. Athana. Athanasi⁹ bestias in dęos exponit: & Demetriū argentariū. Actu. 19. & 14. ca. Bestias igitur vocat Ephesios: qui putabant animā simul interire cum corpore: sicut fit in iumentis. Pugnauit autem apo. Secundū hominem: hoc est nō armis sed ratione: ostendens animę immortalitatē: & mortuorū necessariam resurrectionē. Solebant etiam olim dānati bestijs obijci: quod licet de apostolo non legamus: legim⁹ tamē vt dictū est q̄ in mortibus fuerit frequēter. 2. Corin. 11. Nulla autem sęuior Bellua q̄ homo prauus. Homo. Unde inquisitus quidam quam bestiam putaret ferociorem respōdit: ex domesticis adulatorē: ex feris detractorē. Quid igitur pręmij aut fructus ex tot exhaustis laboribus ad me re-

dit: si mortui nō resurgūt? Si igitur tota spes hominis morte finit: & mox a morte nihil referat qualiter vixerimus/quid superest: nisi vt quod apud Esaiam dicūt qui dei prouidentiam negant in rebus: nihilq; credunt nisi quod vidēt oculis suis: & nos dicamus: illud videlicet. 22. cap. [Comedamus & bibamus cras enim moriendū nobis est:] cōputrescamus in stercore nostro. Exiguū & cum tedio est tempus vitę nostrę: & nō est refrigeriū in fine Sap. 2. hominis: & non est qui agnitus sit reuersus ab inferis & cętera que ibi habes. xxxiiij Hę quidem voces non hominū sunt ratione vtentiū sed pecorū & iumentorū que computruerunt in stercore suo: & dicunt ad nos. Quis inde venit? Joelis. 1. c. Non audiuimus vocē cuiusq̄ ab inferis redeūtis. Stulte si pater tuus resurgeret: nōne ei crederes? Nunc autē Augustin⁹ dñs omniū surrexit: & dicis: cras moriendū est: proinde comedamus: quoniā hec est pars nostra. Quid ais? Repete iterū quod dixisti. Comedamus inquit & bibamus Age, quid post sequitur? Cras inquit moriemur. Facilis Poeta. descensus: sed reuocare pedem: hic labor est. &c. Ergo si moriendū nobis est: melius est vt ieiunemus & oremus humiliemus in ieiunio animas nostras: quoniam sistendi sumus vel inuiti vel volentes ante tribunal dei. ¶ Legimus Sardanapalus. de Sardanapalo vltimo Assyriorū rege: q̄ ita fuerit vitijs carnis dedit⁹: vt in sepulchro suo inscribi fecerit: ea sola se habere mortuū que libido eius etiam cum viueret hauriēdo cōsumpserat. Quid aliud inquit Phs in bouis non in regis sepulchro inscriberes? Et tamen Epulo non habebat apud inferos que consumpserat viuens. Hunc regē si haberent huius sęculi amatores (qui Job. 21. ducunt in bonis dies suos: nec credunt videre bona dñi in terra viuentiū. Psal. 26.) sibi in talibus indulgentē: nec eis quicq̄ vlla seueritate aduersantē: huic libentius q̄ Romani veteres Romulo templum & flaminem consecrarēt. Comedamus & bibamus: cras enim morimur: Prouerb. Prouerbiū est Laconicū. Et dux quidam exhortās milites suos ad pugnā: comedam⁹ inquit & bibam⁹: cęnaturi Philip. 3. apud inferos. Has cantilenas hi forte occinūt vobis: quorum deus venter est & gloria: sed cauete syrenarū tam Hiere. 9. c. mortiferos cantus: quia mors ascendit per fenestras nostras: sicut & in Adam legimus & Eua: qui in cibo nō vitā sed mortē inuenerunt. [Nolite seduci:] xxxv. vobis ipsis imponitis: vestra res agitur cum proximi paries ardet: vestro inquam de capite agūtur comitia sicut dicitur in cōmuni sermone. Nō sunt hec Admethi Nenia: nec certatur de lana caprina: de vestra fęlicitate agitur aut miseria: proinde occludite aures vestras spinis narrantib⁹ Psal. 118. vobis huiusmodi fabulationes: non secūdū legem altissimi. Sermo enim iste vt cācer serpit. 2. Timoth. 2. quoniā sicut dixit & Menāder poeta vester & verū dixit. [Corrū- Prouerb. pūt bonos mores colloquia praua.] Et ex turpiter loquēdi licentia: serpit & turpiter facere ait Phs. Que sunt colloquia praua? Comedamus & bibamus: coronemus Phs. nos rosis. &c. Uoces enim & sermones sicut dicit Phs signa sunt earū que sunt in anima passionū: quia iuxta vetus verbū: qualis vir est: talis & oratio eius. Qui de terra Joan. 3. est: de terra loquitur: quia terrā solam diligit: quā videlicet serpens in cibum accepit a deo. Gene. 3. Unde illud Psal. 17. cum sancto sanctus eris: & cum peruerso Seneca. peruerteris. Et illud de triuio: Malus ipse fies: si malis conuixeris. ¶ Et secundū Senecā summūtur a conuersantibus mores: & vt quedam in contactis corpore vitia transiliunt: ita animus mala sua proximis tradit. Sicut ebriosus conuictores in amorem vini traxit: impudicorū cetus fortem atq; siliceum virū emollit. Eadem e diuerso virtutū ratio est. Nec tam valetudini profuit vtilis re- 1. Reg. 19. c. gio & salubrius celū q̄ animis infirmis in turba meliorū versari. Nū inquit Saul inter pphetas? Que res quā eum possit intelliges: si videris feras quoq; cōuictu no- xxxvi. stro māsuescere: nulli immani bestię vim suam permane- re si hominis contuberniū diu passa sit. Nulli igitur dubiū tales nos esse talesq; euadere qualia sunt cotidiana Prouer. colloquia, q̄ tantā vim habent: vt sicut iterum dicitur in Prouerbio/egroto animo medela optima sit oratio: iuxta illud Horatij: sunt verba & voces quibus hūc dolorē lenire possis: & hec sunt salubria monita. Et enim in corporū morbis pro ratione valetudinis alia atq; alia adhibentur medicamenta: itidem in animi malis non eadem est adhibēda oratio. Igitur qualia sunt colloquia tales & mores. Et si mores fuerint optimi colloquia vero praua: corrūpentur boni mores: &c. [Euigilate iusti: & nolite peccare.] Petrus dormitabat in atrio pontificis: etiā ca- Matth. 26. nente gallo prima vice. Non enim permittit hostis eos q̄ non vigilant videre malum: ante q̄ perficiāt: sed Judas cucurrit ad laqueū: Petrus ad lachrymas. Orig. Grece iuste est: nō iusti hoc est ἐκνήψατε δικαίως idest sobrij estote iuste & expergiscimini sicut oportet & recte: quādoquidē & vigilant sed ad malum hi qui lucem odiunt. Oculus enim adulteri obseruat caliginē. Alioqui quorsum attinebat iustis pręcipere vt vi- Job. 24. gilarent & non peccarent: qđ si faciāt iusti non sunt? Deinde quid cōueniret vt eos iustos vocet: quos arguit: & de quibus mox subijcit. [Ignorantiā dei habēt quidam?] Licet humanę sapientię supercilio tumeant. ¶ Hec au- Psal. 65. tem sapientia stulticia est apud deum: metiuntur enim multitudinē virtutis & potentię dei suis ridiculis argu- xxxvij mētationibus: quasi nequeat autor naturę reparare vas quod prius e luto confinxit & morte solutum est: cum perinde sit om̄is israel in manu dei sicut est lutum in manu figuli: sicut dicit dñs per Hieremiā. Factus sum inquit Hiere. 18. Dauid tanq̄ vas perditum & confractū. Atqui inquit Psal. 30. dñs fragmenta huius vasis in manu mea sunt: iustorum enim aīę in manu dei sunt Sap. 3. c. qui & reformabit corpus humile nostrum: configuratū corpori claritatis suę. Philip. 3. [Ad erubescētiā vestram & pudorem loquor.] Pudeat inquit vos cum deberetis esse magistri secundū temp⁹ & ferri ad perfectiorē doctrinā: tales adhuc sitis: quibus Heb. 5. necesse sit tradere fidei rudimenta: sicut est resurrectio mortuorū: & iudiciū magni dies. [Sed dicet aliquis istorū Ibi. 6. c. videlicet hominū insipientiū qui resurrectionē conant negare. Quomodo resurgēt mortui?] Dem⁹ inquit deū omnia posse: apud quem ita viuūt que sunt actu viuentia: sicut ea que producenda sunt aliquādo in esse existētię: & ita ista sicut ea que iam pręcesserūt: & rursus ad vi- Matth. 22. tam sunt reuocanda: quoniam deus nō est deus mortuorum sed viuorum: tamen quomodo resurgent mortui: et non ad mortem sed ad vitam ęternā? Si enim in prima sui conditione homo mortalis est conditus: quomō post xxxviij mortē immortalis resurget? [Quali inquit corpore venient?] Nam quos legimus excitatos ab Helia Heliseo & ab ipso Christo dño: iterum mortui sunt. Ergo quādocunq; excitentur secundo tertio & quarto, &c, semper excitabūtur mortales & passibiles. Ita esset si natura creata sibi relinqueretur. Resurrectio tamen sicut dictū est supernaturalis erit: nō tamē violenta. ¶ Respōdet apo. Prouerb. ad quęsitum: insipientem vocans eum qui suis vanis cauillationibus euacuare contendit fidei nostre basim: prorā & puppim sicut dicitur/dicitq;. [Insipiens tu:] vel ipsam naturam intuere. [Quod enim seminas non viuificatur: nisi prius moriatur.] Sciendum tamen q̄ hec similitudo non tenet in omnibus. ¶ Primū quidem gra- Granum. num quod resurgit nō est idem numero cum eo quod sepultum est & seminatum. Secundo q̄ non semper renascitur: suffocatur enim aliquando vel abundantia humoris vel exiccatur calore nimio: et vtroq; modo contingit non coalescere fętum in vtero matris: Sicut dicit Phs Tertio q̄ aliquādo ex vno grano pullulant centū vel triginta vel sexaginta. Quarto q̄ semen naturaliter germinat: non cessante cōmuni influentia cęli. Quinto quod

granum renascens ita est obnoxium corruptioni sicut ⁊
illud quod terre mādatū est. Sexto q corpora nostra pe
nitus incinerātur etiam vsqȝ ad minutissimos pulueres
et atomos vix perceptibiles visui: quod non est intelli-
gendū de seminis grano. Sciēdum igitur q granū triti
Anto. Re. ci in tres partes diuiditur: In cutem hoc est furfures: in
nucleū hoc est semen illud dulce ⁊ glutinosum in medio
sinu grani qđ est genitale semen: vnde erūpit radix atqȝ
tritici herba primum/ac deinceps calamus: ⁊ in corpus
quod defendēdi seminis gratia est a natura excogitatū:
⁊ quod cadens in terra moritur Joan. Cap. 12. Igiť illud
secundū idest semē ⁊ nucleus quod scriptura sacra simi
lam sepissime vocat: nunq̄ moritur: quoniā si mori cōtin
gat aut enecari: solū granū manet: imo nec ipsum mane-
ret. Corpora autem nostra quantūcūqȝ dispersa sint ⁊ re
dacta in tenuissimos pulueres colligenda sunt angeloꝝ
Matth. 24. ministerio etiā a quattuor vētis terre si ibi dispersa fue-
rint: quoniam animam non potuerunt occidere que est
xxxix quasi nucleus in grano sicut predictum est. Deniqȝ ⁊ in
hoc maxime similitudo non tenet: quoniam quecunqȝ se
minantur in terra habent certam ⁊ determinatā perio-
dum ⁊ tempus quo debeāt germinare: ⁊ producere fru
Actu. 1. c. ctum iuxta genus suū: tempus autem resurrectionis pa
ter posuit in sua volūtate: nec est nostrum nosse tempora
vel momenta q̄ deus posuit in sua potestate quando nec
Matth. 24. angeli celoꝝ sciunt de die illo nec filius: nisi pater solus.
Tho. 3. par. Forte autē quia erant apud iudeos aliqui siue per scri-
q. 10. ad. 2. pturas siue aliūde profitentes se scire de temporibus cō
sūmationis seculi: ideo hec dixit Christus: docens disci
pulos suos vt nemini credant talia ꝓfitenti. Prefiniuit
igitur pater consūmationē quidem mundi facere: nō au
Origenes. tem tēpora vel momēta prefiniuit hoc est reuelauit que
posuit in sua potestate: vt si voluerit ea augere sic iudi-
cans: augeat ea: si autem abbreuiare: abbreuiet nemine
Genes. 6. cognoscente sicut fecit tempore Noe. 120. annos promi-
sit ⁊ c. optimum est. Et ideo de tempore ⁊ momentis con
sūmationis seculi in sua posuit potestate: vt consequēter
humano generi in suo arbitrio constituto: talia vel talia
agenti definiat iuditiū debitū: nescimus enim vtrū ven
turus sit media nocte an gallicinio: an prima vigilia no-
ctis. Marci. 13. ca. hec enim tempora vel momenta solus
xl. nouit: cum tamē tempus segetū ⁊ fructuū omniūqȝ semē
tis vix nullus ignoret. ¶ Simpliciter tamen intellectis
verbis apostoli: quod seminatur non viuificatur nisi prius
moriatur. Si autem requiras quare corpora incineranť
cito post mortē: dicitur q aliter multa inde incomoda se
Chryso. querētur. Primū q perniciosissimū malū superbie ma
gis vigeret. Nam si cum post mortē vermes scaturiunt:
plures se tamen coli honoribus deorum voluerūt: quos
ad hanc insaniā conuolarēt: nisi ciuis ⁊ vermes ostende
rent eos non Jouis sed putredinis filios esse et vermiū
Job. 17. fratres? Deinceps quanta sit virtus anime plene digno
scitur. Tum q multi amore ceco suorum dilectorum reli
cta societate: ad sepulchra morituri cōcurrerēt: vel apđ
se retinerent domi: nunq̄ de morte charorū volentes cō-
Matth. 2. solationē accipere cum Rachel. [Et quid seminas? Nō
corpus quod futurum est seminas: sed nudum granum:
vt puta tritici aut alicuius ceteroꝝ:] aliud seminas gra-
num ⁊ aliud pullulat: numero: non specie. Nudum semi
nas. i. vnicum: ⁊ vestitum renascitur: ex vno enim grano
tres vel quattuor aliquando spice succrescūt. [Deus au
tem dat illi corp⁹ sicut vult: ⁊ vnicuiqȝ seminis grano ꝓ
prium corpus:] In carne. n. mea videbo deum: quē visu-
Job. 19. rus sum ego ipse ⁊ nō alius: sed oculi hi huius carnis q̄
a vermib⁹ consumpta est. E quātulo. n. enim grano puta
pini quantam arborem succrescentem vides. Quod stir
pis robur: que radicum ambages: que ramorū latitudo:
que pompa frondiū: que pulchritudo florum ⁊ vbertas
fructuū: cum tu nudum seminaueris granū nigrum ⁊ ari
dum. Unde ergo ausus es sperare tātam vbertatem fru
ctuū: cum granum illud vile humo reconderes? Granum
seminasti: arborē latissimā vides: aridum vides in hye-
me: ⁊ tamē nature viribus fretus: fructus expectas qui Collos. 3.
latent in radice. Et vita nr̄a abscondita est cum Christo:
aude igitur idem sperare a deo: fretus illius omnipotē-
tia: quia cū Christ⁹ apparuerit vita nr̄a: ⁊ nos cum ipso
apparebimus in gloria. ¶ Quod autem vnicuiqȝ grano
deus propriū tribuat corpus: experiētia edocemur. Si
enim cōmixta semines multorū leguminū semina: ⁊ om
nia renascātur: vnūquodqȝ seruat corpus speciei sue ⁊ q̄
in semine valde similia videnť: simul vt exorta sunt: plus
q̄ bis dia passon ab inuicē distant. Cur igitur tam angu xli.
stus ⁊ inualidus diuine potentie estimator es: vt disper
sum vniuscuiusqȝ carnis puluerē in suam rationem colli Hieronym⁹.
gi ⁊ reparari nō posse credas: cum videas q etiam mor
talium ingeniū diuersas in profundum terre metallorū
venas rimatur? Et artificis oculus videt aurum in quo
imperitus terrā putat. Et cum auri esse propriam venā
⁊ ceterorū metallorū singulas longe dispares ab inuicē
mortale deprehendat ingeniū: diuina virtus inuenire
posse ac discernere nō putabitur vnius cuiusqȝ carnis ꝓ
prium sensum: etiam si videatur dispersus? Itaqȝ vnius
cuiusqȝ carnis substantia quāuis varie diuerseqȝ sit per
orbem dispersa: ratio tamen ipsa que inest vnicuiqȝ car
ni est immortalis: quia immortalis anime caro est ex eo
tempore quo seminatis in terra corporibus primū verē
dei voluntati arrisit. Itaqȝ fit vt vnicuiqȝ anime non con
fusum aut extraneū corpus sed suum quod primū habuit
reparetur: vt cōsequenter possit pro agonibus presentis
vite cū anima sua caro vel pudica coronari vel peccatrix
puniri. ¶ Primo enī homo ex limo fact⁹ est caro. Secū Homo.
do ex carne fact⁹ est limus vel puluis. Tertio fiet ex pul-
uere homo. Non est igitur mirū si tenuissimū puluerem
cū deus vult in hominē format: qui ex tenuissimis semi- xlii.
nibus immensa arbusta reintegrat. Occulto enim rerum
omniū opifice cuncta mirabiliter ordināte: ⁊ in mollitie
seminis latet asperitas corticis: et fortitudo roboris et
vbertas fructus: ⁊ in puluere ⁊ limo est potētia obediē-
tialis qua deus potest facere ex quolibet quodcunqȝ: vt Dei poten-
pote qui potuit ex limo formare hominē: ex costa feminā tia.
ex virga serpentem: facere causam sine suo effectu: sicut
ignē in rubo: imo cum opposito: sicut fecit fornacis me- Exodi. 3.
dium quasi ventū roris flantem. Daniel. 3. cap. Quod si
quis resurectionis in se virtutē fieri posse desperat: ver
ba in gētilitate positi viri fidelis erubescat Job dico di- Job. 19.
centis: in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et pen
set quante pene sit pondere feriendus: si adhuc non cre-
dit suam: qui iam resurrectionē dn̄i cognouit factam: si ⁊ Gregorius
ille sanctus Job suā credidit qui adhuc dn̄i sperabat fa-
ciendam. Uetus et ille mos Gallorū occurrit quorū me
moria proditū est pecunias mutuas q̄ iis apud inferos
redderentur datas: q persuasum habuerint animas ho
minū immortales esse. Ual. M. [Non omnis caro eadem Ual. M.
caro: sz alia hominū alia pecorū: alia volucrū: alia piscium.]
Cum omnia inquit que super terram nutriūtur: eodem
alimento fere vtantur: quia ex eisdē: sumus ⁊ nutrimur.
quia ⁊ lupus ⁊ homo carnibus vescuntur: tamen homi-
nis ⁊ lupi non est eadem caro. Sic Turtures ⁊ Colūbe
grano vescūtur: sed alia est caro turturis alia colūbe. ⁊c.
Quod igitur videmus in seminibus: hoc idem vsu ve-
nit in animantibus: sicut enim suum cuiqȝ arbori semē
est: ita ⁊ cuiqȝ animali: neqȝ quoduis animal equouis se
mine prouenit. Omnia animantia corpus carneum ha-
bent: ⁊ sepe ex eisdem nutriuntur: non tamen parum in
terest inter carnem ⁊ carnem. Omniū morientium ⁊ re
surgentium vna erit caro vnitate specifica: non tamē ea
dem ⁊ vna erit gloria: nec eadem claritas ⁊c. Sicut dici-
tur infra.

¶ Et corpora cœlestia, & corpora terrestria.
Sed alia quidem cœlestium gloria alia autem
terrestriū. Alia claritas solis, alia claritas lune
& alia claritas stellarū. Stella. n. a stella differt i
claritate. Sic et resurrectio mortuorū. Semina
tur in corruptione, surget in incorruptione.
Seminatur in ignobilitate, resurget in gloria.
Seminatur in infirmitate, resurget in virtute.
Seminatur corpus animale, surget corpus spi
rituale. Si est corp⁹ animale, est & spirituale si
cut scriptū est, factus est primus homo Adam
in animā viuētē, nouissimus Adam in spiritū
viuificantē. Sed nō prius quod spūale est sed
quod animale, deinde quod spirituale. Prim⁹
homo de terra terren⁹, secūdus homo de cœ-
lo cœlestis. Qualis terrenus, tales et terreni, &
qualis cœlestis tales & cœlestes. Igiť sicut por
tauimus imaginē terreni, portemus et imagi
nē cœlestis. Hoc autē dico fratres quia caro &
sanguis regnū dei possidere nō possunt, neqȝ
corruptio in corruptionem possidebit.
xliii. ¶ Textus. Et corpora alia sunt q̄ versantur in celis: alia
que versantur in terra. Celestia corpora vocat sicut volu
cres celi dicūtur: terrena vero sicut omne reptile qđ mo
uetur sup terrā. Grece. n. dicit. ἐπουράνια, καὶ ἐπίγεια,
idest corpora supercelestia: ⁊
que versanť super terrā. [Sic alia quidē celestiū gloria:
alia aūt terrestriū. ¶ Corpora quidē nr̄a ante mortē ter-
restria vocanť quibus dicitur: terra es: ⁊ in terrā ibis.
Genes. 3. Celestia autē vocātur: cū simul rapienť in nubib⁹ obuiā
Christo in aera. 1. Thessal. 4. [Alia claritas solis: alia lu
ne: alia stellarū: stella. n. a stella differt in claritate: sic ⁊ re
surrectio mortuoꝝ.] Stelle iste fulgebūt sicut sol ex con-
Exodi. 34. sortio ex dei: sicut facies Mosi. Uide Genes. 43. de Jo-
seph cenāte cū fratrib⁹. Per hoc autē qđ apo. dicit: sic fo
re in resurrectione mortuorū: ostēdit se figurate loqui:
cū dicit alia gloria solis alia gl'ia lune: alia ⁊ stellarū. Sol
Christus est de quo dicit: vobis timētib⁹ nomē meū orie
Malach. 4. tur sol iusticie. Luna autē ecclesia est q̄ quādiu est in ter
ra: semper mutabilitati subiecta est: crescēdo ⁊ decrescē
do: licet iā visa fuerit in spiritu habere lunā sub pedib⁹
Apoc. 12. suis: qđ tūc fiet in re/cū fuerit lux solis septuplū sicut lux
.7. dierū: ⁊ luna equauerit radios suos solis claritati si-
Capite. 30. cut dixit Esaias. Astra aūt ⁊ stelle angeli vocanť in Job
Cap. 38. cum me inquit laudarēt astra matutina: ⁊ iubila
Daniel. 12. rēt filii dei. Et in Daniele legimus: qui ad iusticiā eru-
diūt multos: fulgebut quasi stelle in perpetuas eternita
tes. Possunt etiā cōparari soli q̄ fructū dederūt. 100. lu
xliiii. ne vero similes esse qui fructificauerūt. 60. stellis vero si
milari hi qui fructū fecerunt. 30. vnde ꝑcepit dn̄s Mo-
Exo. 37. si Exo. 37. ca. vt fieret mēsa de lignis sethim in lōgitudi
Figura. ne duorū cubitoꝝ ⁊ in latitudine vnius cubiti: ⁊ in alti-
tudine habēs cubitū ⁊ semissem: quā Beseleel circunde
dit auro mundissimo: ⁊ fecit illi labiū aureū in circūitu:
ipsiqȝ labio coronā interrasilē quattuor digitoꝝ: ⁊ super
eandē alterā coronā aureā. Hec vltima corona super mē
Matth. 20. sam/gloria est et denarius qui cōmunis est omnibus cul
toribus vinee. Similiter ⁊ illud est cōmune q mēsa est
ex lignis imputribilib⁹: nec. n. vltra in celo erit mors: lu
Apoc. 21. ctus: gemitus aut dolor: similiter ⁊ illud q arca habet
in latitudine duos cubitos videlicet amorē dei ⁊ proxi-
mi: quod preceptū vere tūc ⁊ non ex parte implebimus:
1. Joan. 3. quando videbimus deū sicuti est: similiter ⁊ illud q la-
titudo est vnius cubiti: quod ad eternitatē pertinet: in
qua in secula seculorū laudabūt tē. Psal. 83. Similiter Beda.
⁊ quod dicitur: altitudo eius vnius cubiti ⁊ semis: ita
enim replebitur in bonis desideriū nostrū: vt tamē sem- Psal. 102.
per desideremus videre: quem semper videbim⁹. Sed
videbimus ⁊ cognoscemus ⁊ amabimus sicut creatura
potest videre ⁊ diligere creatorem: non tamen peruenie
mus ad noticiam ⁊ scientiam dei: qui sibi soli notus est
⁊ homini quē assumpsit. ¶ Sed corona interrasilis cir- 4. Esdre. 2.
cundatur mense: quoniam ⁊ si omnes coronam ⁊ stolam
⁊ palmam accipiant: claritas tamen superne retributio-
nis non equaliter omnibus datur: sed alia claritas solis Tho. p. p. q
alia lune: alia stellarū: et stella a stella differt. Una est igi- 12. arti. 6.
tur corona sed variis distincta sculpturis: quia vna est vi
ta eterna que omnibus iustis proponitur in mensa eter Luc. 12.
ne sacietatis de qua dicitur: vt edatis ⁊ bibatis sup mē- xlv.
sam meam in regno meo: sed multi formis pro diuersita
te meritorū erit gloria sanctorum: exultabūt enim. S. in Psal. 149.
gloria: ⁊ letabuntur in cubilibus suis: que cubilia Chri
stus mansiones alibi vocat. Joan. 16. Sicut autem dicit
Hieronym⁹: sicut alia erit claritas solis lune et stellarū: Hierony⁹.
ita magna erit differētia nigredinis inter peccatores: si-
cut dicitur Nahum. 2. facies omnium sicut nigredo olle.
Erūtqȝ pene ⁊ si sempiterne tolerabiliores Sodome q̄
Capharnaum Matth. 11. c. et erūt aliqui duplo filij gehē Matth.
ne q̄ multi alij. Matth. 23. capite. Uolens igitur apo. ostē
dere quanta sit futura differentia eorū qui resurgunt in
gloria idest sanctorū: comparationē corporum celestium
assumpsit dicens: Alia gloria solis alia lune. ⁊c. Uolēs au
tem differentias eorum ostendere qui in hac vita nō ex Origenes.
purgati ad resurrectionē venient: de terrenis sumit exē
plū dicens. Alia corpora volucrū: alia piscium. Quomo
do ⁊ dominus Abrae dixit/erit semen tuū sicut stelle ce Genes. 15.
li: ⁊ sicut arena q̄ est in littore maris. ¶ Cum igitur san
cti in resurrectione receperint secundas stolas idest cor- Aug. 21. de
pora sua magis minus ve lucida secūdum vniuscuiusqȝ ciuitate dei
merita: eorum etiam qui ad ignem eternum destinandi differit vtrū
sunt per ipsam resurrectionis permutationē ita corpus resurget vt
incorruptū erit resurgens: vt ne suppliciis quidē corrū- q sex⁹. Te-
pi valeat aut dissolui. Tunc enim homines mortem desi net partē af
derabunt: que tamen nusq̄ comparebit: sicut superius firmatiuā.
dictum est: nouissime nouissim⁹ abolebitur mors. [Se- Apoc. 9. c.
minatur in corruptione: surget in incorruptibilitate.]
Quod inquit in natura est semen terre mādare: hoc est xlvi.
in resurrectionis mysterio sepelire cadauer. Sicut. n. il
lic longe fecūdius preclariusqȝ est ac pulchrius quod re-
nascitur q̄ quod humo sepelitur: ita in resurrectione fu
turum intellige: quando licet idem corpus numero exci
tandum sit: longe tamē a priori dissimile. Ut sit quidem
idem corpus quod resurgit: eedem ⁊ qualitates q̄ corp⁹
constituunt in esse naturali: penit⁹ tamē consumptis illis
que propter peccatū corpus consequūtur. Corpus. n. qđ
corrūpitur aggrauat aīam. Ergo deposita corruptione: Sap. 9. c.
surget in incorruptibilitate: auferet ⁊ ab eo omnis gra
uitas: omīs passibilitas: ita vt nec cibo indigeat: atqȝ ita
transeat in naturam spiritualem ex animali. Nunc enim
sicut dicitur: posuisti me contrariū tibi: ⁊ factus sum mi Job. 7. c.
himetipsi grauis. Quā grauitatē auferendā sperat. S.
Job: si deus tollat peccata nostra ⁊ iniquitates nostras
proiiciat in profundū. Tunc. n. dabit veritatē Jacob: mi
sericordiā Abraam: implens q̄ promisit ⁊ iurauit patri-
bus nostris a diebus antiquis. Michee. 7. c. Tunc ⁊ im
plebitur illud: Osee. 6. c. ipse cepit: cepit curare vulnera Osee. 6.
⁊ langores nostros/infundēs oleum ⁊ vinum: ⁊ profe-
rēs duos denarios e latere suo: aliquādo reuersurus: vt Luc. 10.
qđ cepit perficiat. Diluit anime maculas sanguine suo: xlvii.
reuertetur vt corpus reformet cōfiguratū corpori clari-
tatis sue. Philip. 3. Ego inquit occidā: omnes. n. mori- Deut. 32.
mur: ⁊ in terrā ibim⁹ Genes. 3. at ⁊ ego viuere faciā. Uñ
sequiť: percutiet ⁊ curabit nos. Et sequiť manifesti⁹: viui

ficabit nos post duos dies nature ꝛ scripture: qꝺ lex nō
Rom.8. potuit: ꝗ infirmabatur per carnē: ꝛ in tertia die que erit
dies gratie suscitabit nos in spe glorie videndę filiorū dei:
ꝛ viuemus in cōspectu eius immortales ꝛ incorruptibi
les: cū interim corpus nostrū seminetur in corruptione.
Potest esse etiā primus dies aduētus Christi in carne:
secūdus dies passionis eius: terti⁹ dies resurrectionis
Hierony⁹. sicut exponit Hierony⁹. Potest sic exponi qꝺ dixit: semi
natur in corruptione: vt ꝗuis homo ex quo serit in vte
Job.10.c. ro matris (quomō dicit: sicut lac mulsisti me) vsq; ad dis
solutionē anime a corpore: semper sit corruptioni obno
xius: tū resurget consupta omni corruptibilitate. [Se
minat in ignobilitate] contēptū: obscurū ac vile: quomō
dicit: posuerūt me in lacu inferiori: in tenebris ꝛ in vm
Psal.87. bra mortis [surget aūt in glia] et claritate: ipso sole lumi
nosius: tūc.n. iusti fulgebūt sicut sol. ¶ Hinc Abraā mor
tuā suā in spelūca duplici sepeliuit: ibi sepult⁹ est ꝛ ipse
Genesis. Abraā Gene.25.c. Ibi ꝛ Jacob. Geñ.50.c. Et Lia: Isaac
ꝛ Rebecca: Adā ꝛ Eua: sicut habes Josue.14.ca. in fine
in Glosa Nicolai sucto textu. Nomine igit quattuor isto
rū patriarcharū ꝛ suarū vxorū/ oēs fideles intelligūtur ꝗ
seminant in cinerib⁹ per quattuor orbis partes: qui ꝑ
Figura. eo dicitur in spelūca duplici sepeliri: q̄ priuātur dupli
xlviij. ci dono glorię: nā ꝛ corpus seminat modo ignobile ꝛ ob
scurū: ꝛ anime adhuc clamāt sub altare: ꝗ ꝛ ū carēt omi
Apoc.6.ca. macula: non tū omni ruga. i. desiderio recipiēdi corpus
suū: in quo ęstimati sunt iusti cotidie sicut oues occisio
Psal.43. nis: corpus inquā suū qꝺ cotidie exhibuerūt hostiā san
ctā deoq; placētē Rom.12.c. Interim ergo sepulture tra
dunt duplici: q̄ ante aduētū Christi ꝛ anime descende
bāt ad sinū Abrahe sicut aīa Lazari: ꝛ corpora collocaban
tur in obscuris locis: sicut ꝛ nūc hucusq; fit. Surget igit
corp⁹ in gloria ꝛ claritate. [Seminat in infirmitate: sur
get in ṽtute] Virga Aarō ꝑtulit gēmas: folia: flores: fru
ctū: corpora.n. nr̄a arida: resurgēt in corruptibilia: clara:
potētia: spiritualia: interim aūt dicūt/ qm̄ aruit spes no
stra: abscisi sumus de terra. Ezech.37. ¶ Has aūt infir
mitates nullus melius descripsit ꝗ ille qui aliquādo te
Job.2. sta saniē abstergebat a corpore suo: quiq; pedes olim la
Job.29. uabat butyro. Homo inquit natus de muliere: quid fra
Prouerb. gilius? Breui viuēs tēpore: ꝗd miserius? Qui fuerat ad
Job.14. ęternitatē ꝯditus: homo bulla sicut dicit/ homo vanitati
Homo. similis: homo humus: vmbraq; fumi: mancipiū mortis:
viator trāsiēs: phātasma tēporis: ęternus motus: mēs in
carnata. Atq; vtinā vel illud breue tēpus in requie ꝛ de
litijs pertrāsiret: angustiat tū ad vitā: dilatatur ad mise
riā: repletur.n. multis miserijs: ita vt sicut dixit quidam
sapiens: optimū fuerit homini nō nasci: huic proximū ci
ti⁹ mori. Quasi flos egredit: sed quādiu durat hic flos?
Psal.89. Mane transeat: mane floreat: vespere decidat induret ꝛ
arescat: ꝛ rigeat: ꝛ sepeliat: ꝛ auferat de memoria homi
nū: qui hesterno die cōturbabat orbē. Et fugit velut vm
bra: qua nihil fugacius. Sicut vmbra inquit cū declinat
Psal.108 ablatus sum (vmbrā horologii progressam videmus: pro
gredientē nō sentim⁹. Hominē canū videm⁹: mortuū vi
demus: morientē non videm⁹: cotidie.n. morimur: ꝛ fu
gim⁹ velut vmbra.) Umbra est ꝛ nō corporis vmbra: sed
aliquid inanius: vmbra videlicet fumi. ꝛ has vmbras mi
ramur ac stupemus: ꝗ tū nunꝗ in eodē statu permanēt:
nūc longiores nūc breuiores: nūc stātes: nūc ambulātes
nūc retrogradę: nūc ascendūt vsq; cęlum sicut statua Na
Psal.106 buco. nūc descendūt vsq; ad abyssos: nulli tū permissum
est vel ad pūctū in eodē statu persistere. Nūc nos fames:
xlix. nūc sōnus persequit: nūc tristicia: nūc metus: nūc vana
extollit lęticia: nūc spes exhilarat: nunc timor discrutiat:
lętos ꝛ dissolutos langor attenuat ꝛ cōsumit. Homo vani
tati similis fact⁹ est: dies eius sicut vmbra prętereūt: do
Psal.143. nec reuertatur vnde sumptus est. Seminat igitur in in
firmitate: nā homo vt alias dixim⁹ primū quadrupes in

greditur infans nēpe: deinde bipes: tūc ꝛ tripes in seni
o: deinceps decrepit⁹ vix portatur a quattuor: est enim Prouerb.
non iam homo: sed terrę onus vt dicitur. Quotus enim
quisq; est qui dicat illud quod legimus dixisse Josue ad
populū. Quadraginta ꝛ q̄nque anni sunt ex ꝗ loqutus
est dn̄s ad Mosen vt mitteret qui cōsiderarēt terrā. ꝛc.
Hodie autē.85. annorū sum sic valens vt eo valebā tēpo
re: quādo ad explorādū terrā missus sum: illius in me tē
poris fortitudo vsq; hodie perseuerat tā ad bellandū ꝗ
ad gradiendum? Josue.14.ca. ¶ Quotus quisq; est de Josu.
quo dicatur quod legimus de Mose defuncto ętatis sue
anno.120. Non caligauit oculus eius: nec dentes illius
moti sunt? Quin imo Dauid de omībus generalē sentē Psal.89
tiā protulit dicēs. Dies annorū nr̄orum in ipsis.70. anni: si
aūt in potentatib⁹.80. anni: amplius labor ꝛ dolor: qm̄ ci
to corripiemur a morte qua nihil velocius. Sepelimur Sap.3.
ergo in infirmitate: resurgem⁹ in virtute ꝛ agilitate: di
scurrēt.n. iusti tanꝗ scintille ꝛ in similitudinē fulgurū co
ruscantiū. [Seminat corpus animale] indigens cibo ꝛ
potu ꝛ somno [resurget spūale] non vertet in spūm: qm̄
spirit⁹ carnē ꝛ ossa nō habet Luc. vltimo: corpus autē no
strū verū corpus erit ex carne ꝛ ossibus cōstabit: neruis
medullis cartilaginib⁹: arterijs: venis: viscerib⁹: corde:
renibus: sanguine: flēma: cholera ꝛ cęteris humoribus:
extis: cerebro: capillis ꝛ vnguibus ꝛ pelle ꝛ intestinis ꝛ
cęteris ꝗ sunt non modo de necessitate naturę: sed ꝗ fa l.
ciunt ad eius pulchritudinē: sicut est barba in homine ꝛ
mamillę: atq; in vtroq; sexu supercilia ꝛ aures. Erit tamē
corpus in hoc spirituale: qꝺ spiritui plene subdet: agile:
leue: cibis nō egens. Quęre alibi de Helia ꝛ Enoch: itē
de Habacuck deportato ab angelo per capillū in Baby Daniel.12.
lonē. ꝛc. ¶ Igitur corpus quod ex eo qꝺ nūc morbis affi
citur: ętate marcessit: qꝺ vitiatis organis sępe deprimit
mentē: ꝛ impedit animi conatū: ꝛ ob prauos affectus sę
pe sollicitat mentē ad vitia: cui cū obsequit spirit⁹: ipse
velut in corpus vertit: e mēte degenerās in carnē/ quo Genes.6.
modo dicitur: nō permanebit spiritus meus in ho. istis
quia caro sunt: per resurrectionē renascēs: quodāmodo
trāsformat in animā ꝛ in spiritū: quod nunꝗ erit in mo
ra anime quocūq; tulerit illud. Dat autē anima corpori
quattuor secūdū Phm: primū dat esse organicū: vitā cō Phs.
seruat a corruptione: dat pulchritudinē: tribuit ꝛ motū
secūdū locū. Hec omnia in septuplū recipiet corpus ab
anima cū resurrexerit in corruptibile: luminosum: agile:
ꝛ impassibile atq; spūale. Seminat igitur animale: sur
get spūale. Sed quomodo corpus qꝺ suo pondere etiam
aggrauat anime naturā que tota est spiritualis: poterit
per resurrectionē a deo innouari: vt pennas assumere vi Psal.102
deat aquilę vt possit volare super pennas ventorū? Legi
mus Platonē introducētē deū quēdā nō factū alloquē Plato.
tem deos a se factos: dicentēq; eis. Quoniā estis facti de
corporali vel in corporea substātia: immortales esse atq;
indissolubiles nō potestis: non tū dissoluemini: neq; vlla
vos fata mortis perimēt: nec erūt valētiora ꝗ consilium lj.
meū: qꝺ malus est vinculū ad perpetuitatē vestrā: ꝗ illa
quib⁹ estis colligati. Totū ad volūtatē suā rediget deus:
qui potest ꝛ qꝺ alias impossibile est. Nā quid est aliud:
nō potestis esse immortales: sed vt nō moriamini ego fa August.
cio: nisi ꝛ quod fieri nō potest ego facio? Omnis ergo po
test cui nullū est impossibile verbū. ¶ Dicamus ꝛ illud. Luc.1.
Quid facilius mouet: grauius corpus: an leuius? Dictu
rus es ꝗ leuius. Ita est. Sit hoc fixum. Quare leuissi
ma aranea tarde se mouet: ꝛ grauis equus velociter cur
rit? Loquamur de homine. Maius corpus hominis gra Augusti⁹.
uius est: breuius corp⁹: ꝗ minus habet pōderis: leuius
est. Ita est si alius portet. Si autem homo suū corpus
portat: validus currit: macer autem lāgore vix se ipsum
mouet. Appende vtrumq;: pręponderat robustior: tēn
ta vtrumq; diuisim baiulare: grauior est vegetior et sa

nior. Recedat portator: ipsos dimitte: vterq; gerat seipsū
Psal.102 alter currit ꝛ exilit: alter nutat ꝛ tremit. Si hoc valet sa
nitas: immortalitas quid valebit: quando renouabit vt
aquilę iuuētus nostra: sanabuntur oēs infirmitates nr̄ę?
Nō igit sine causa corpora illa spūalia dicta sunt: qm̄ ad
Gala.6. nutū spiritus seruiēt: nec.n. ibi caro concupiscet aduer
sus spiritū. Ubi voluerimus erimus: sed a deo non rece
demus: quocūq; ierimus deum comitem habebimus.
Has quattuor dotes videlicet incorruptibilitatē: clarita
tem: agilitatē ꝛ impassibilitatē dicit Christus ostēdisse
in corpore suo ad huc mortali: sicut dicit Hugo sancti vi
Hugo. cto. claritatē in trāsfiguratione: agilitatē super aquas de
ambulās: subtilitatē cū exijt tanꝗ spōsus de thalamo vir
ginali: impassibilitatē cū corpus suū tradidit discipulis
lij. sub specieb⁹ panis ꝛ vini. ¶ Quęret aliquis quare ista
quattuor dotes vocent. Sciendū ꝗ dotes alię sunt ani
mę: videlicet visio fruitio ꝛ tentio: hę sunt de pmio essen
tiali beatitudinis: per has.n. tradunt anime quasi spōsę
in amplexus Christi insolubili nexu: de quo dicit: tenui
Cantl.3. eum: nec dimittā. Dotes autē corporis propterea corpo
ri dantur: vt plenaria obedietia subdantur anime: sicut
anima subijcit Christo sponso suo: sunt tū de pręmio ac
cidentali. Uocant autē dotes ad similitudinē dotis ꝗ fę
minę datur cum trāsit ad domū viri: quecūq; autē spōsę
dantur ante hāc: dona sunt nō dos. Donis igitur dei vti
mur in pręsenti vita: sicut sunt fides: spes: charitas: pro
phetia linguę ꝛc. ex dote autē sustentatur vxor. ꝛc. Unde
dicit: acceperūt singulos denarios. Matth.20. Dicam⁹
ꝛ hoc. Sponsis carnalib⁹ dant tria videlꝫ dos: donatio
propter nuptias: ꝛ paraferna. Dotē pater puellę tradit
spōso ad eius vsum/ propter onera matrimonij. Hec dos
est gloria de essentia diuina ꝗ datur a patre familias: li
cet tota trinitas sit obiectū nostrę beatitudinis. Dona
tionē propter nuptias dat sponsus Christ⁹ animę spōsę
suę: ꝛ est gaudiū qꝺ habebit anima nr̄a in visione verbi
Curr⁹ He in carnati: vt ꝛ ingredi. ꝛ egrediētes pascua inueniam⁹
lię: et solis Joan.10.ca. Paraferna aūt munera sunt ab amicis spōsę
ꝓprietates collata: qm̄ gaudiū est in cęlo super vno peccatore ꝛc. Si
Luc.15. cut lętātiū inquit omniū habitatio est in te o ciuitas dei
liij. de qua tā gloriosa dicta sunt. Psal.86. [Est corpus aīl
male est ꝛ corpus spirituale.] Inspirauit inquit in faciē
Genes.1. eius spiraculū vitę: ꝛ factus est homo in animā viuentē
idest potentē vitam dare corpori per sustentationē tamē
alimēti corporalis/ ecce corp⁹ animale. Quod aūt sequi
tur/ apo. de suo addidit. Dicit.n. nouissimus Adā. i. Chri
stus factus est in spiritū viuificantē/ hoc est potentē dare
vitā ęternā ꝛ animę ꝛ corpori: sicut ꝛ prim⁹ Adam intu
lit mortē ꝛ animę ꝛ corpori. Ita.n. Christus viuificabit
Luc.vlti. Corpora nr̄a: vt vlterius cibis nō egeāt: sicut suū excita
uit: qui ꝛ si post resurrectionē mādaucauit: non necessita
Uide ad ro te fecit: sed dispēsatorie. [Sed nō prius qꝺ spirituale est
ma.14.c.D sed quod animale deinde qꝺ spirituale.] Et.n. naturę
ordo talis est procedere ab imperfecto ad perfectū sicut
patet in generatione hominis. Hoc modo autor naturę
deus: prius finxit hominis corpus de limo vel puluere
terrę: deinde inspirauit in eo animā quā creauit: vlteri⁹
repleuit eū gratia iustificante: secundū eos qui tenēt ꝗ
fuerit creatus homo primus in puris naturalibus: ꝛ in
de se ipsum disponēs de congruo accepit gratiā gratū fa
cientē. Ita ꝛ Christus ante mortē habuit corpus anima
le indigens cibo ꝛ potu: ꝛ somno: mortale: patiens algo
ris ꝛ caumatis ꝛ lassitudinis: vere.n. doluit ꝛ esuriit ꝛc.
liiij. Esaię.53. Post resurrectionē autē habuit corp⁹ spiritua
le eo modo quo expositū est de corporibus beatorū: hoc
excepto: ꝗ alia erit claritas solis. i. corpis Christi ꝛ alia
Tho.p.par stellarū ꝛc. ¶ Unde ꝛ cōmuniter in antiquis primogeni
te.q.95.ar ti erant animales sicut patet in Cain: Ismael: Esau: Ru
ti.1. bem: Annō primogenito Dauid. Uide pri. Paralipo.
Capite.3. Sequit. [Prim⁹ homo de terra format⁹ est]

quo ad corpus videlicet: ideo habuit terreū corpus ꝛ pas
sibile[. Secūd⁹ homo de cęlo cęlestis.] Uocat autē Chri
stus cęlestis homo: nō ꝗ naturam cęlestē acceperit sicut
dixerūt Manichei heretici: alioqui frustra beatificaren
tur viscera ꝗ eum portauerūt: ꝛ vbera ꝗ lactauerūt eū.
Qua.n. cōsequētia Marię lacte crederetur nutrit⁹: cu
ius semine negatur esse cōceptus: cū ex vnius eiusdem
ꝗ fontis origine secūdū physicos vterq; liquor manare
probetur? Non igitur de cęlo: non aliunde sed de matre Gala.4.
traxit originē: sicut scriptum est: factū ex muliere sa. sub
lege: sed propterea dicitur cęlestis homo: quia ꝛ vitā cę
lestem vixit in terra: ꝛ cęlestem habet originē: concept⁹
de spū scō ꝛ virgine immaculata: ꝛ iuxta qꝺ scriptū est:
nemo ascēdit in cęlum. ꝛc. Eo modo igitur dicit cęlestis
homo Christus: quo in terra conuersans: dicebat se esse
in cęlo: non enim tūc caro eius aut anima eius erat in cę
lo: cum hec loquebat: erat tamē secūdū diuinā naturā in
cęlo secūdū quā vbiq; est. [Qualis primus homo terre
nus: tales ꝛ terreni] animales videlicet: mortales: passi
biles: ꝛ terreni: [ꝛ q̄lis cęlestis tales ꝛ cęlestes.] Tales
inquā: quia immortales ꝛ carne spirituales: dū modo in
telligas ꝗ stella a stella differt: ꝛ lunę claritas a solari lu Augustin⁹
mine. Prius igitur est animale: deinceps spūale. ¶ Ipa
dei sapiētia nisi prius corporaliter cognita fuisset: nunꝗ
lippientes mentis acies ad illā spiritualiter contēplan lv.
dā illuminari potuisset. Ne ergo in verbo dei despicias
carnē: prius.n. qꝺ animale est: per illam.n. illuminaris
ad diuinitatē. Quasi lutū videtur ꝛ lim⁹ terrę qꝺ deus
assumpsit ad vnitatē personalē: sed vide qm̄ luto isto qꝺ Joan.9.
pedibus tuis conculcatur: cęci nati oculi illuminantur.
Igitur. [Sicut portauimus imaginē hominis terreni:]
imaginē Cęsaris: characterē bestię in manu ꝛ in fronte: Apoc.13.
hoc est in corde in sermone ꝛ in opere: sic deinceps por
temus imaginē cęlestis. Hec sentētia cū illa congruit: hu
manū dico propter infir. carnis vr̄ę. ꝛc. ad Rom.6.ca. vi Solus Frā
de super illud: vir est imago ꝛ gloria dei. Quomodo aūt cisc⁹ portat
homines peccādo/ facies sumāt ꝛ peccatorum et pecorū i carne sua
quęre alibi. Quidā.n. vocatur vulpis in euāgelio Luc. imaginē cę
13.ca. ꝛ equi insanietes Hiere.5. ꝛ equi ꝛ muli quib⁹ nō lestis hois.
est intellect⁹ Psal.31. ꝛ vrsus: leo: pard⁹: aries hircusq;
in Daniele: leo ꝛ colūba in Hieremia.4.c. ꝛ multa huius Cap.7.
modi. Inde est ꝗ iubetur summ⁹ sacerdos sanctum dn̄i
portare in frōte/ cū ingredit sanctū sctorū. Tūc.n. sanctū
dn̄i i frōte portam⁹: qū expurgati omi vitiorū sorde: ima Exodi.28.
ginē expressam in frōte portam⁹ eius: ad cui⁹ imag. ꝛ si
militudinē cōditi sum⁹. Qꝺ si oēs/ quanto magis sacer
dos qui gregis dn̄ici dux est: debet omnib⁹ virtutis exē
plū ostendere? ¶ Et ad israel dicitur. Erūt verba hec in
corde tuo: ꝛ narrabis ea filijs tuis: ꝛ meditaberis sedēs
in domo tua: ꝛ ambulans in itinere dormiens atq; cōsur Deut.6.c.
gēs: ꝛ ligabis ea quasi signū in manu tua: erūtq; ꝛ moue
buntur inter oculos tuos: scribesq; ea in limine ꝛ ostijs lvj.
domus tuę: ꝗ omia si moraliter intelligas: scies quid sit
portare imaginē eius hominis ꝗ de cęlo descēdit. Scri
bę quidē ꝛ Pharisęi dilatabāt phylacteria: ꝛ magnifica Matth.23.
bāt fimbrias: interserētes acutissimos stimulos: vt inte
rim sedētes pūgerētur: ꝛ recordarētur dei mādatorū: sed
cor eorū ꝗ lōgissime erat a deo. [Hoc aūt dico fratres: ꝗ Esaię.29.
caro ꝛ sanguis regnū dei possidere nō possunt: nec corru
ptio incorruptibilitatis hęredit. tem accipiet.] Caro ꝛ
sanguis illi intelliguntur qui non ex deo sed ex volunta Joan.1.
te viri ꝛ ex voluntate carnis nati sunt: ipsi sunt qui non
dum exuerunt veterem hominem cum actibus suis. Hi
ergo qui carnes sunt de quibus dicitur: homo caro ꝛ nō Collos.3.
spūs idest carnis desiderijs addicti/ que de carne oriun
tur ꝛ sanguine: que etiā corruptionis nomine significan
tur: regnum dei possidere non possunt: quoniā in cęlo fu
turi sumus sicut angeli cęlorū. Quomodo igitur erit ca Matth.22.
ro nostra in cęlo: si regnum dei possidere nōn potest? Si

Job.19.

caro erit ꝛ eadem caro: In carne enim mea videbo deum quomodo ipsa non possidebit regnũ?

¶ Ecce mysteriũ vobis dico. Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur. In momento in ictu oculi, in nouissima tuba. Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur. Oportet.n. corruptibile hoc induere incorruptionẽ, & mortale hoc induere immortalitatẽ. Cum autem mortale hoc induerit immortalitatẽ tunc fiet sermo qui scriptus est. Absorta est mors in victoria. Vbi est mors victoria tua? Vbi ẽ mors stimulus tuus? Stimulus autem mortis peccatum est: virtus vero peccati/lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per dominum nostrum Iesum christum. Itaq; fratres mei dilecti stabiles estote & immobiles, abundantes in omni opere domini semper, sciẽtes ꝙ labor vester non est inanis in domino.

¶ Textus. Ecce inquit mysterium vobis dico. Omnes quidem resurgemus: sed non omnes immutabimur.]

¶ Græca quidem exemplaria sic habent. πάντες μὲν οὐ κοιμηθησόμεθα πάντες δὲ ἀλλαγησόμεθα, idest,

lviij.

Chryso.

omnes quidem non dormiemus: sed omnes immutabimur. Sed ꝛ nostra translatio cõgruit cum quibusdã grecis exẽplaribus. Chrysostomus sequitur textum grecũ: significans non omnes morituros: omnes autẽ immutãdos fore. Ambrosius vtrãq; interpretationẽ cõmemorat. Videtur tamen cum eo quod greci legunt magis cõgruere quod apo. scribit ad Thessalonicenses dicens: si

1.Cap.4.

enim credim⁹ ꝙ Jesus mortuus est ꝛ resurrexit. ꝛc̃. Ex quibus liquet non omnes dormituros: sed aliquos fore residuos in aduentu Christi. Sunt qui dicãt in momẽto ꝛ illos morituros subito: ac reuicturos qui residui fuerint: qḋ probabiliter tenet Doctor noster in quarto Distin. 43. q. 5. ad argumenta. Augustinus autem ita dicit.

Doct.nr. Augustin⁹

Si sanctos qui reperientur Christo veniente viuẽtes: eiq; obuiam rapientur crediderimus in eodem raptu de mortalibus corporibus exituros: ꝛ ad eadẽ mox immortalia redituros: nullas in verbis apostoli patiemur angustias. Ex his verbis liquet ꝙ Augusti⁹ non legit hic textum secundũ quod habetur cõmuniter apud grecos. Ceterũ si perpendamus et malos immutandos: si nõ ad

Lactanti⁹.

gloriã certe ad immortalitatẽ: videbit quisq; quomodo verum est: omnes quidem nõ morituros: omnes autem immutãdos. Secũdũ autem Hieronymũ ꝛ hic textus inuenitur.

lviij.

Hierony⁹.

Omnes quidem dormiemus: sed nõ omnes immutabimur. Theodorus heracleotes ita. Om̃es quidẽ non dormiemus: om̃es autem immutabimur. Enoch.n. ꝛ Helias mortis necessitate superata: ita vt erant in corporibus de terrena cõuersatione ad celestia regna trãslati sunt. Unde ꝛ isti q̃ in die consumationis atq; iuditij in corporibus reperiẽdi sunt: cum alijs sanctis qui ex mortuis resurrecturi sunt rapiẽtur in nubibus obuiã Christo: ꝛ non gustabunt mortẽ: eruntq; semper cum dño: grauissima mortis necessitate calcata iuxta sententiã apostoli: omnes quidem non dor. ꝛc̃. Tanta autem fiet celeritate resurrectio mortuoꝝ: vt viui quos in corporibus suis consumationis tempus inuenerit mortuos de inferis resurgentes preuenire non valeant. Hanc sententiã sequit̃ Apollinarius ꝛ Diodor⁹. De hoc ita scribit Hierony⁹ ad Marcellã. Vis nosse vtrum qui occurrere dicũtur obuiã Christo in aduẽtu suo: sic occurrant in corporibus vt nõ ante moriãtur: cum ꝛ dñs noster mortuus sit: ꝛ Enoch ꝛ

Helias secundũ Apocalypsim Joãnis morituri esse dicantur: hoc ex ipsius cõtinentia loci sciri potest ꝙ sancti qui in aduentu domini in corpore fuerint deprehensi: in eisdem corporibus occurrant ei: ita tamen vt in gloriã ꝛ corruptibile et mortale gl̃ia ꝛ immortalitate mutetur: vt qualia corpora surrectura sunt: in talem substãtiã etiã viuorũ corpora transformẽtur. Unde dicit apo. alibi: nolum⁹ expoliari: sed superuestiri vt absorbeatur qḋ mortale est a vita: ne videlicet corp⁹ ab anima deseratur: sed anima in corpore habitante: fiat in clytum quod ante in glorius fuit. Sequitur. De Enoch ꝛ Helia nõ est presentis temporis disputatio: cum omnis ille liber aut est spiritualiter intelligendus (vt nos estimamus) aut si carnalẽ interpretationẽ sequimur: iudaicis fabulis acquiescẽdum sit: vt rursum edificetur Hierusalẽ: ꝛ hostie offerantur in templo: ꝛ spirituali cultu imminuto: carnales obtineant ceremonie. Ex his verbis Hieronymi liq̃t ꝙ ipse manifeste sequitur textum grecum videlicet: non om̃es moriemur ꝛc̃. Quod autem secundũ nostrum textũ dicitur: nõ omnes immutabimur: immutatio hec in bono accipienda est: quia ꝛ si iniqui immutandi sunt ad immortalitatem: non tamen ad claritatem: agilitatẽ: ꝛ impassibilitatẽ: sed resument corpora immortalia quidẽ sed terrena: grauia: deformia ꝛ maxime ab igne passibilia: imo transibunt ab aquis niuiũ ad calorem intolerabilẽ. Jmmutabũtur ergo ad immortalitatẽ: nõ immutabũtur ad gloriam ꝛ claritatẽ ꝛ sicut superius prenotatũ est/ mysterium resurrectionis est basis et quasi fundamẽtũ fidei nostre: vnde dicit apo. ecce mysteriũ vobis dico. [In momento in ictu oculi: in nouissima tuba.] Resurgemus inquit in momẽto: ἐν ἀτόμῳ idest in puncto temporis indiuisibili. Dicit̃ autem ἄτομος ab: α particula priuatiua et τέμνω quod est seco. In ictu oculi: ἐν τῇ ῥιπῇ ὀφθαλμοῦ, idest in ictu oculi. Inuenit̃ etiã in motu oculi: ἐν ῥοπῇ ὀφθαλμοῦ. Prius translatũ est ab ictu teli siue fulminis: secũdũ autẽ a motu lancis. Quod autẽ dicit in nouissima tuba: illud significat alias iam precinuisse de quib⁹ Joãnes loquitur in Apocalypsi. ¶ Forsitã aũt simplicis tube clãgor dormiẽtib⁹ ꝛ mortuis in Christo necessarius est. Vox aũt Archãgeli ꝛ tuba dei his q̃ viuũt ꝛ in p̃sentia dei seruant̃. Q̃m igit̃ in momẽto est mora: est.n. momẽtũ hore quadragesima pars: adiecit: in ictu oculi.i. ꝙ cito icit̃ palpebra. Ut.n. radius oculi nisi non citius peruenit ad ꝓpinquiora ꝙ ad remota: sed vtraq; interualla pari celeritate contingit: ita cũ in ictu oculi sit resurrectio mortuoꝝ futura: omnipotẽtie dei ꝛ ei⁹ ineffabili nutui tã facile est quecũq; recentia ꝙ diuturno tẽpore dilapsa cadauera suscitare. Hec incredibilia sunt quibusdã q̃ inexperta: sed ego ꝛ mecũ quicũq; inuisibilia dei per ea q̃ facta sunt intelligere molisitur: aut non min⁹ aut amplius admiramur in vno seminis tam paruulo grano oĩa q̃ laudamus in arbore diuino nescio quo modo latuisse: ꝙ mũdi huius tã ingẽtẽ sinũ que de corporib⁹ humanis dñ dilabũtur assumit resurrectioni future tota ꝛ integra redditurũ. Siquid aũt mouet quẽpiã/quid opus sit spiritib⁹ defunctoꝝ corpora sua in resurrectione recipere: si potest etiã sine corporibus summa illa beatitudo preberi: difficilis q̃stio est. Sed tñ minime dubitãdũ est ꝛ raptã hominis a carnis sensib⁹ mẽtẽ: ꝛ post mortẽ ipsa carne deposita: ꝛ trãscẽsis etiã ipsis similitudinib⁹ corporaliũ: nõ sic videre posse incõmutabilẽ dei substantiã vt sancti angeli vident: siue alia latenti causa: siue ideo quia vt superius tactũ est inest anime quidã naturalis appetit⁹ corp⁹ administrãdi: quo appetitu retardat̃ quodãmodo ꝛ cõtrahit̃: ne tota intẽtione pergat in illud summũ celũ (sicut vacce mugientes ꝓ reclusis vitulis) quãdiu nõ subest corpus eius: cuius administratione appetit⁹ ille conquiescat: vt cũ quo simul

Apoc.11.c. 2.Corin.5. Job.24. Apoc.8.c. lix. August⁹. Rom.1. 1.Reg.6. lx.

¶Non enim volum⁹ vos ignorare fratres de tribulatiōe nostra que facta est in Asia: qm̄ supra modum grauati sumus supra virtutē: ita vt tederet nos etiam viuere. Sed ipsi in nobis ipsis respōsum mortis habuimus: vt non simus fidentes in nobis: sed in deo qui suscitat mortuos: qui de tantis p̄iculis nos eripuit: In quem speram⁹ qm̄ & adhuc eripiet: adiuuātibus vobis in orōne pro nobis: vt ex multarum p̄sonis facierū eius que in nos est donationis per multos gratie agantur pro nobis. Nam gloria nostra hec est testimoniū cōsciētie nostre: q̄ in simplicitate cordis & synceritate dei: & non in sapientia carnali sed in gratia dei cōuersati sumus in hoc mundo, abundanti⁹ autē ad vos. Non enim alia scribimus vobis: q̄ que legistis & cognouistis. Spero autem q̄ vsq; in finem cognoscetis: sicut & cognouistis nos ex parte: quia gloria vestra sumus: sicut & vos nostra In die domini nostri Iesu christi.

¶Non eñ volumus ignorare vos fratres de tribula-
tione nostra que facta est nobis in Asia: qm̄ supra mo-
Actu.19.ca. dum grauati sum⁹: supra vires: adeo vt desperauerim
etiā de vita. Excitandus est igitur Christ⁹ qui interim
Marci.4. videt dormire in puppi nauis: cui⁹ typum gerebat Jo-
Jone.1. nas: qui ceteris piclitantib⁹ quietus dormiebat: ita in
quit vt tederet nos viuere. ¶Quomō ergo dicit: Om-
ne gaudiū existimate Fratres: cum in varias tentatio-
Jacobi.1. nes incideritis: scientes qm̄ ꝓbatio fidei vestre patiē-
tiam operat: patiētia autē opus perfectū habet. Cum
x. deinceps vasa figuli ꝓbat ignis fornacis. Eccl. 27. Nū-
quid vasa dicūt figulo: Cur nos arbitrio flammarū exa-
minas exuris et probas? quenifi arbiter ignis aptissi-
ma pronūciat: in vsu esse non possunt. Quid est qd̄ dn̄s
Gregori⁹. deus quos sibi tam charos in eternū conspicit: tam ve
hementer quasi despiciēs affligit: Ecce eñ dum inter
ceteros beati Job vulnera aspicio: repente mentis ocu-
los ad Joānem reduco: & non sine grauissima admira-
tione ppendo: q̄ ille prophetie spiritu intra matris vte
rum repletus: atq; vt ita dixerim priusq̄ nasceret reus-

tus: Ille amicus sponsi quo nullus maior &c. ab iniquis Matth.12.
in carcerem mittit: & pro petulantis puelle saltu capite
truncat: & vir tante seueritatis pro risu turpiū morit.
Nūquid nā credimus aliquid fuisse qd̄ in eius vita il-
la sic despecta mors tergeret: Nūquid cibum eius & ve
stitum ex euāgelio non nouimus? Nonne ipse est qui in
spiritu venit et virtute Helie parare dn̄o plebem per- Luce.1.
fectā? Et tamē pro temulentis verbis insaltatricis prē-
miū morit. Et O religionē ꝓphanam. Tolerabilia plu Marci.6.
ria q̄ sacra sunt tyrannorū. Quis non cum e cōuiuio et
natalitio Herodis die ad carcerē cursari videret: puta- Ambrosi⁹.
ret ꝓphetā iussum esse dimitti? sed saltauit hydra Gor-
gona. Vide ergo quomō in iudicio ferient qui cum he-
dis statuent ad leuam: si sic eorū vita premit qui lux mū
di dicti sunt: & lucerne ardentes & lucentes cuiusmodi Hierony.
erat et Paulus: cuius vox est: vt tederet nos viuere.
Gregori⁹. ¶Et certe nihil nobis imponit deus qd̄ ex-
cedat librati ponderis qualitatē: nec ingerit qd̄ excessu
transcēdat idoneitatē nostre seruitutis. Apostoli enim
vox est: virtus in infirmitate pficit: et fidelis deus qui infra.12.ca.
non patiet vos tentari supra vires. p. Cor.10.cap. Sed
si per multas tribulatiōes regnum dei acquirit: quid
est: vt tederet nos viuere? si Cedrus tremit quid faciēt
arbusta deserti? & si Taurus refugit: quid faciēt agni-
culi? et si dux retrocedit quid facient pedites? Cum ꝓ- Jacobi.1.
bat⁹ inquit fuerit: accipiet coronā. Quomō ergo apo-
stol⁹ añ victoriā vt dicit: encomiū canere festinat? Igna
uium eñ militū est anteq̄ bellicum canat/animo cōster-
nari. Quomō igitur apl̄us ante victoriā triumphū pa-
rat? Videbimur inquit Plato galli ignaui more priusq̄ Plato.
q̄ vicerim⁹: a sermone desiliētes canere. Gallus enim
cantu victorem se ostēdit. Quomō cantabit apl̄s: Ubi p.Cor.15.
est mors victoria tua: si ante victoriā imo ante pugnam
discedat e prelio? Tederet inquit nos vite grauatis su-
pra modū et virtutē. Impares inquit eramus ferēdis
tot tantisq; malis: sed bene nobiscū agebatur: [vt nō si
mus fidētes in nobis.] Alioqui & Job impar erat viri
bus eius cui traditus est cum tota domus substātia et Job.2.
filiis: sed animā inquit illius serua. Si eñ dn̄s pugnat
pro nobis: & apprehēdit arma & scutum: exurgēs in ad-
iutoriū nostrū. ps. 34. licet pugna videat vires nostras ps.59.
excedere: in deo tñ faciemus virtutē: cum & ipse (non
autem nos) ad nihilū reducet tribulantes nos. Est igi
tur pugna fm̄ se cōsiderata odiosa sicut & mors et que- Job.10.
cunq; tribulatio: qm̄ Job dixit: Tedet animā meā vite
mee: sicut & medicina om̄is amara est: et hoc modo di-
cit: Tederet nos vite. Similiter duplex est potestas et x.
virtus videlz nature & gratie. Virtutē gratie nunq̄ su-
perat pondus tentatiōis: sed semp habemus vnde pos
simus resistere & vincere. Vires tamē nature sepe exce
dit tribulatio: & hoc modo apl̄s dicit: vt tederet nos vi-
uere: qm̄ sicut melius est non esse q̄ esse semper in tor-
mētis: ita melius est mori q̄ viuere in amaritudine. vn-
de illud: O mors bonū est iudiciū tuum homini indi- Eccli.41.
genti: & qui minorat virib⁹: et cui de om̄ibus cura est.
Et quid mirū si paulo vita est in tedio tantis presso la-
borib⁹ vt nihil aliud imaginaret ante oculos q̄ ipsam
mortē: quādo & Hieremias diei natiuitatis sue maledi
xerit dicēs: Maledicta dies in qua natus sum. Maledi Hiere.20.
ctus vir qui anūciauit patri meo dicens: Natus est ti-
bi puer masculus &c. Dicamus & illud qm̄ & Christus
calicē refugiebat si possibile esset. Mors. n. vt diximus Mat.26.
per se nō est appetēda/cum maxime sit cōtra naturā ho
minis: om̄e enim animal appetit viuere & vitam suam
tueri. Deniq; Christ⁹ pēdens in cruce orauit ad patrē
vt mortē suam acceleraret: ne frāgerēt ei crura sicut la-
tronib⁹ factū est. et inde preses mirabat. Solebant eñ
qui crucis patibulū pferebant biduo ac triduo viuere Hebre.5.
in patibulis: Christ⁹ autem vix per sex horas pepēdit:
qm̄

quoniā exauditus est in hoc a patre pro sua reuerentia
vt moreret inquā ante temp⁹ a natura p̄fixum. Hec sen
xi. tentia Cipriani est: et vera est: nisi aliud decernat eccle
sia. ꝓuenit inquit officiū carnificis. ¶Vide q̄ ꝓmeri-
Ciprianus to apostolus dixit: vt tederet nos viuere. Hoc modo de-
sperabat Dauid se posse euadere manus Saul: quādo
circuncingebat in modum corone ab eius exercitu. p.
Reg.23.cap. Vide & in Actis.capi.27. Huc autem pas-
sus est deduci apostolū suum sociosq;: vt videlz respon-
sum mortis haberem⁹. i. firmā opinionē de morte: [ne
sim⁹ inquit fidētes in nobis:] Maledictus eñ qui cō-
fidit in homine: Hiere.17. sed in deo qui non solum eri-
pit de portis mortis viuentes: sicut me et Ezechiam:
Esaie.38. et Petrum ambulantē inter fluctus/et inci-
piētem mergi: Matth.14. Sed & mortuos suscitat & vo
Rom.4. cat ea que sunt &c. In deo inquā: [qui de tantis pericu-
lis (de tātis mortibus legit Chrysostom⁹ & Ambrosi⁹)
eripuit & eruit nos: in quem speramus (preteritarū eñ
rerum exhibitio est futurarū certitudo) qm̄ & in poste-
rum eripiet:] si tales vel similes nobis accidāt: eripiet
autē: [simul & adiuuātibus vobis per orationē pro no
bis: vt ex multis personis pro dono in nos collato gra-
tie agant de vobis.] Hic textus est aliquantulū confu-
sus. Potest & sic legi iuxta Grecum: vt ex multis perso
nis de dono in me collato multis modis gratie agantur
pro vobis. Ambrosius autem legit/in multorū facie: vt
intelligam⁹ gratias publice agendas. Qd igitur dixit:
ex personis multarū facierū videlz senum: iuuenū/ado-
lescentum/virginū et matronarū atq; viduarū: hoc idem
repetit dicēs: per multos &c. Junge ergo sic textū: [vt
ex personis multarū facierum omnis gratis vtriusq; se-
xus gratie agant deo pro dono nobis collato.] Agātur
xij autem ꝓpterea quod bñficium dei quo de tantis peri-
culis ereptus sum: non in vnum me qui seruor: sed in
om̄es quorum bono seruor collatum est: sicut & qui me
dicum a morte eripit: etiam languētib⁹ videtur bñficiū
Roma.16. contulisse: vnde & illi tenent gratias agere ei qui medi
cum seruauit incolumē. [Nam gloria nostra hec est: te-
11.q.3.inter stimoniū cōscientie nostre. Grece καύχησις est, idest
xba. et de gloriatio non gloria: ita legit Am brosi⁹. vn
sacra vnctio de Mosi manus in sinu mūda est: extra vero leprosa vi-
ne.cū venis situr: sinus hic conscientia est. Quis autem gloriabit
set. mūdum se habere cor? De hoc diximus sup illud: Sed
non in hoc iustificatus sum apud deum. pmi Corin.4.
Luce.18. Nam apud homines iustus forte erat qui dixit: Non
sum sicut ceteri hoim. Certe nihil locūdius conscien-
Tullius. tia proba. Om̄ia bene gesta in lucem collocari volunt:
sed tamen nullum theatrū virtuti cōscientia maius est.
Tullius. Et sciendum q̄ animalia quedam circa cubi-
lia cōfundunt vestigia ne queant inueniri. Ita ergo et
bonum nostrū celare debemus quo tutius sit: quanto
Gregori⁹. ergo magis mala &c. Depredari enim desiderat: qui the
saurū publice portat. Sol quo altius ascendit: hoc mi-
nores facit vmbras: quo terre ꝓpinquior maiores: ita
virtus quo magis excellior est: hoc minus videri cu-
Chryso. pit &c. Unde Ezechias cum egrotaret: non mense deli-
tiarū plene recordabat: aut regalis fastigij: sed obsecro
memēto quomō ambulauerim coram te. Esaie.38. Sa-
lomon autem memor cantorū &c. hortorum atq; omnis
generis delitiarū et omnis laboris in quo frustra suda-
uerat & vere frustra: conclusit dicens: Vanitas vani-
tatū: omnia vanitas. Eccli.2.cap. Deum time & manda
Eccli.12. ta eius obserua. hoc est om̄is homo: idest ad hoc crea-
tus est om̄is homo. et concludit librum dicens: Cuncta
que fiūt adducet deus in iudiciū pro omni errato: siue
bonum siue malū sit. Dicit ergo apostol⁹: Inde est q̄ nō
diffido de auxilio dei: sed spero q̄ adhuc nos eripiet ad
iuuantibus simul & orationib⁹ vestris: quoniā optimā
cōfidimus nos habere cōscientiam et ab omni simula-

tione alienā coram eo qui scrutat renes et corda. Illud ps.7.
autem interim dignū meminisse est quomō Judei Ca-
melū glutiētes colantes culicem: non ingredi audent Matth.23
domū pilati: Joan.18.cap. ne contaminarent eorū mū-
da cōscientia: sed mundi māducarēt pascha. Quid eñ?
Nūquid mundi erant: qui sanguinē innocētem quem
excussit pilatus de manibus suis: audacter super se su Mat.27.
sceperūt dicentes: Sanguis eius super nos? Et dein-
ceps cum trāseuntes iuxta crucem mouerent capita ir
ridentes et dicētes: alios saluos fecit &c. Consultant de Ibidē.27.
die: vt scilz non remaneāt in cruce corpora sabbato pro-
pter magnitudinē festi: imo quoniā grauis erat illis ad
videndum: Sapi.2. cuius vitam abstulerāt: festinabant xiij.
& memoriā delere desup terram. ¶Deniq; cum Judas Joan.19.
retulisset ad eos triginta argenteos: agnoscens pecca-
tum suum: illi duriores saxis quid dixerunt? Nūquid
compuncti sunt? imo inquiunt: Quid ad nos? vidisses Mat.27
tu. et tamē stimulante eos cōscientia dicunt: Non licet
mittere eos in corbonam: quia precium sanguinis est: et Mat.21.
hac eadem compellente cōscientia dixerunt quod verū
est: Malos male perdet: & vineam suam locabit agrico
lis. Felix est ergo qui gloriat de testimonio cōscientie
optime. Si autem laudibus letamur/& vituperationi-
bus frāgimur: gloriam nostrā non in nobis sed in alio-
rum ore posuimus. Vacuas lampades ferimus: oleum
aliunde mēdicamus: Matth.25. Paulus autem per in infra.6.ca.
famiā currit & bonam famā. Quia enim sunt multi qui
vitam bonorū amplius q̄ debent laudant: ne qua ela-
tio inde surripiat: permittit om̄ipotens deus malos in Chryso.
obtrectationē bonorum ꝓrumpere: vt si qua culpa ab
ore laudantiū in corde nascitur: ab ore vituperantiū suf
focetur. Quid est autem q̄ ad omne peccatū aut erube Sara nega
scimus aut timemus: & culpam facti nunc rubore vul- bat se risis
tus/nunc pallore monstramus? ac trepidante animo: se.
etiam in minimis testem cauemus: conscientia remor- Hierony.
demur? E diuerso autem in omni bono leti constantes
& intrepidi sumus. Idq; si occultum est: palam fieri cu- Cōsciētia.
pimus: nisi q̄ testimonio est sibi ipsa natura que hoc ip
so declarat bonum suū: quo ei malum displicet: et dum xiiij.
in bono tantū opere confidit: quid solum eam deceat o-
stendit? Hinc est enim q̄ frequenter carnifice occulto
in autorem sceleris conscientie tormenta desęuiunt: et
latentem reum secreta mentis pena persequit. Nec vl
lus post culpā impunitatis locus est: cum sit reatus ipse
supplicium. E cōtrario autem innocēs etiam inter tor-
menta fruitur conscientie synceritate: sicut legimus de
Susanna: et cum de pena metuat: de innocentia gloriat. Susanna.
Est enim in anima nostra naturalis quedam (vt ita di-
cam) synceritas: que velut in arce animi presidens: ex-
ercet boni maliq; iudicium. Hec est ergo gloriatio no-
stre conscientie habere deum testem nostre innocētie: Actu.13
iuxta illud: Inueni Dauid filium Jesse virum secundū
cor meum. Qui autem de seipso testificabatur dicens:
Non sum sicut ceteri homines: testimonium eius non
erat verum. Luce.18. Ceterum testimoniū hoc in tri-
bus consistit. Primum q̄ remissionē peccatorū ille so- Job.14
lus potest dare: qui solus potest facere mūdum de im-
mūdo conceptum semine. Secūdum q̄ nihil habemus
q̄ non acceperim⁹. Tertium: q̄ non sunt cōdigna ope- 1.Cor.4.
ra nostra vita eterna. Hec igitur est gloriatio nostra: te-
stimoniū cōscientie nostre. [Quod in simplicitate cor
dis & synceritate dei non in sapiētia carnali sed in gra-
tia dei cōuersati sumus in hoc mūdo: abūdātius autem xv.
ad vos. ¶Cōscientia igitur ex duobus integrat et per-
ficitur: videlicet ex simplicitate cordis: quod non ha-
bent qui in corde et corde loquūtur: hoc est aliud ha- ps.11.
bent in corde: et aliud loquūtur in ore. Loquūtur pa-
cem ꝓximo suo: mala autem in cordib⁹ eorum. ps.17.
Et illud: Pacem pdicant & mordent dentib⁹. Simpli-
s

citas igitur cordis ad proximū pertinet: simplices sicut columbe. Matth.10.cap. Et sicut dicit de Job: simplex
Matth.6. & rectus: et ex synceritate dei: idest ex recta intentiōe: ne videlꝫ iusticiam nostram faciam⁹ vt placeamus hominib⁹: sed eum tantū volum⁹ habere inspectorē quē volumus habere remuneratorē. vide Judith.8.cap.B. Potest simplicitas referri ad intentionē operis: synceritas autem ad puritatē. Potest referri hec synceritas ad doctrinā apostoli qui penitus exclusit obseruantias legales tanq̄ stercora: euangeliū & Christum tantū p̄dicans sine admixtione alicui⁹ alterius doctrine. vnde adiecit: non aūt in sapientia carnali quam forte vobis in-
Phil.3. gerunt quorꝫ deus venter est: vel qui questuꝫ venātes/ traditiones humanas docent: videlꝫ voluptates sectari/ vitare labores. Conuersati sumus autem sine querela secundū q̄ spirit⁹ sanctus per gratiā suam donauit nobis: tum in omī Grecia: precipue tamē apud vos. i. erga vos: quibus cessim⁹ de iure nostro: nam cum ab aliis acceperit apostol⁹ mercedē sui laboris videlꝫ corporis necessaria: a Corinthiis accipere noluit: cū tamē horum gratia multa p̄pessus fuerit. [Nō enim alia scribim⁹ vobis q̄ que legistis & cognouistis:] et ad hoc p̄tinet simplicitas cordis de qua supra dixit. Tales nos p̄stitimus apud vos factis & opere quales nos facimus in epistola verbis: ne forte quis impingat nobis illud veteris p̄uerbii: Alia Laconalia iumētum illius portat. Ad ex-
Prouerb. perientiā operū vos mitto: verba enī verba tantū sunt.
xvi. [Spero autem q̄ vsq; in finem cognoscetis: sicut inq̄ hucusq; cognouistis de me ita deinceps cognoscetis: sicut cognouistis nos ex parte:] ex aspectu enī nascitur amor: [Quia gloria vestra sumus sicut & vos nostra in die domini nostri Jesu christi.] Cognoscetis deinceps parentem vestruꝫ quali vos affectu p̄sequatur: modio salis mecū cōsumpto. Cognoscetis ap̄l'm non ab hominibus sed a deo segregatum in euangeliū filii eius: co-
Infra.13.ca. gnoscetis q̄ vere in me & per me loquit̄ domin⁹ Christ⁹. Cognoscetis autē [in die domini nostri Jesu christi: cū
p̄.Cor.4. manifesta erunt cōsilia cordiū: q̄ vos in Christo genuerim per euangeliū meum. et patꝫ.

¶ Et hac cōfidētia volui prius venire ad vos: ut secūdam gratiam haberetis: & per vos trāsirem in Macedoniā: & iterum a Macedonia venirem ad vos: & a vobis deduci in Iudeā. Cum ergo hoc voluissem: nunquid leuitate vsus sum? aut que cogito secūdum carnē cogito: vt sit apud me est: & non? Fidelis autem deus quia sermo noster qui fuit apud vos p̄dicatus per me & Siluanum & Timotheū: non fuit in illo est & non: sed est in illo fuit. Quotquot enim p̄missiones dei sunt in illo est: ideo & per ipsum amen deo ad gloriā vestram. Qui autem cōfirmat nos vobiscū in in Christo: & qui vnxit nos de⁹: & qui signauit nos & dedit pignus sp̄ūs in cordib⁹ nr̄is. Ego autē testem deum inuoco in aīam meā: q̄ parcēs vobis non veni vltra Corinthum: nō quia dn̄amur fidei vestre: sed adiutores sumus gaudii vestri, Nam fide statis.

¶ Et hac cōfidētia volui prius venire ad vos: videlꝫ q̄ iter arriperem in Macedoniā: [vt secundā gratiam haberetis: et per vos transire in Macedoniam: et rursus a Macedonia venire ad vos: et a vobis deduci in Judeam:] Iteratū autem aut geminū gaudium siue gratiam intelligit apostol⁹ epistolam suam & deinceps p̄sentiā suam. Cōfidentia autem erat spes quam cōceperat de eorum profectu et vita in melius mutata. Volebam inquit videre vos in transitu cōfidens fore me inuenturū vos in melius mutatos: & sicut p̄mittebam in precedenti epistola. [Cum ergo hoc voluissem: (quod tamē non feci) nū quid leuitate vsus sum: vt quod leuitate animi non cōsilio proposui: eadem leuitate rursus dimiserim: leuitate: ἐλαφρία, a ceruo dicta vox: ob celeritatē mutādi cōsilii: imo & sapiētis est p̄uerb.
mutare cōsilium in melius vt dicit̄ q̄ in male institutis pergere. xvii.
Quam sententiā vulgus cōfirmat dicens: non prorsus aberrare eum qui medio e cursu recurrat: per quod intelligim⁹ etiam illos p̄bandos qui mature resipiscunt ab stulticia: iuxta illud: Intelligite insipiētes Ps.93.
in populo: et aliquādo sapite. ¶ Paulus quidem non male instituerat: sed vita eoruꝫ inemendata fuit in causa vt quod proposuit non impleret: sicut infra dicitur: Regula.
Parcens vobis. Sane humana iura non p̄mittunt mutare consilium cum aliorum iactura: & inde est quod dixerūt sacerdotes ad Judam: Quid ad nos? tu videris Mat.27.
aut tu vidisses. Paulus tamē ad cōmodum eorum p̄spiciens non venit sicut p̄miserat. Nec in hoc mētitus est: nisi forte putandus est deus mentiri cum dicit̄: Niniue subuertet̄ post tres dies: quod tn̄ factum non est. Jone.3.
Reuera autem factū est. Et de hoc diximus super illud Sine penitentia sunt dona dei. Roma.11.ca. Sane sicut Socrates.
dixit Socrates nemo est ad mentiendū accomodatior: q̄ qui ad vera est appositissimus: q̄ eiusdē artificis partes esse ducat certissime veridicuꝫ esse: et nihilominus veridicere. [Aut que cogito secundū carnem cogito: vt sit apud me: est: & non?] Secundū carnem cogitat & facit: qui non p̄pter deum facit sed sequit̄ auram popularē: & Camaleonē alterum agit: nunq̄ in eodem colore Cameleon.
idest in eodem p̄posito p̄manens. Homo enim leuis et nulla stabilitate subnixus: nec sibiipsi constat: semp est xviii
apud eum: est & non: facit que negauit se facturū: sicut Mat.26.
Petrus dixit: Si oportuerit me cōmori tibi: non te negabo: sed cogitabat secundū carnem putans mēdacem posse facere eum qui dixit: ter me negabis: Et que p̄misit se facturū ea minime facit: sicut iurauit Dauid interfecturū se ex domo Nabal vsq; ad mingentem ad parietem quod tamē non fecit. p̄.Reg.cap.25. ¶ Est igitur & p̄mi Reg.
apud me hoc modo est: & non? [Fidelis deus: qui veraces nos predicatores veritatis instituit: q̄m sermo noster qui fuit apud vos: nō est in illo est & non: sed est in illo est. [Quod enī est affirmatio et negatio in verbis: id est cōpositio & diuisio in reb⁹. Sermo inquit quo vobis euāgeliū p̄dicauimus: semper eodem tenore sicut dicit̄: eadem regula durauit. Sed aliud ego volebam: aliud vtilitas vestra poscebat. Sic consulto non obtemperaui voluntati mee qua cupiebā vos inuisere: intermittēs interim quod statueram: vt emēdatos inuenirē quosdā vestrum. Nam si venirem eo tempore quo p̄posueram: in virga venirem & non in spiritu mansuetu 1.Cor.4.c.
dinis. [Dei enim filius qui est Jesus christus: qui inter vos per nos p̄dicatus est: per me inquā & per Siluanum & Timotheū: non fuit in illo est: & non: sed est in als sllas.
illo fuit. Per/etiam/semp intellige affirmationē. Christus igitur dei filius quicq̄d p̄misit exhibuit: aut exhi partes ide
bebit: q̄m p̄teritarum rerum exhibitio: est futurorum certitu clinabiles
do. Igitur sicut Christ⁹ est veritas: et verax in p̄mitten loco decli
do & reddēdo p̄missa: ita et nos sum⁹ veraces eadē p̄di nabiliū po
cando que ab illo accepimus. Que oīa is dicit ap̄ls ne site orōnē
videat̄ mentitū fuisse aut leuitate animi ductū: nō im reddūt per
pleuisse quod p̄miserat. Quotquot enī promissiones plexam.
dei sunt: in ipso sunt etiam: & in ipso Amen: deo ad gloriam per nos. Sciendum q̄ illud amen Hebreum est: cui respondet Grece: ναί, et Latine Etiam. Coniun-

xit igitur duo aduerbia affirmatiua idem significātia: vnum Hebreū alterum Grecum: quasi dixisset: Amen: amen: vel ναί, ναί, aut etiam etiam: per quod ostēdit oīa esse certa & rata quecunq; deus pollicitus est. ¶ Junge igitur textum hoc modo. Quotquot p̄missiones dei sunt: sunt in ipso: etiam: et sunt in ipso amen: hoc est sunt vere vere. Et huic deo in quo omnia sunt firma et rata dicim⁹ gloriam: ad gloriam enī illius cedit: si quid nomine eius p̄dicamus verum comperit̄: vel secundū nostrū textum: ad gloriam vestram est q̄ dicimus deo Amen: hoc est q̄ p̄dicamus deum esse fidelem & veracem. [Qui autem confirmat nos vobiscuꝫ in Christum deus est: qui & vnxit nos: qui etiam obsignauit nos: & dedit pignus spiritus in cordibus nostris.] Hoc verbo obsignauit: σφραγισάμενος significare solet apostolus rei certitudinē: velut cum obsignam⁹ instrumentū aut vas aliquod: quo verbo vsus est euāgelista dicens: signantes lapidem se-
Matth.27 pulchri cum custodib⁹. Diximus autem alias quomō de plenitudine gratie que fuit in capite Aaron. i. Christi domini nostri vncti sumus & nos: sed ille pre participi-
Ps.44. bus suis: nos de plenitudine eius: iuxta illud: Vos au-
p̄.Pet.2. tem genus electum: regale sacerdotiū: populus acquisi-
Ezech.47 tionis. Uncti autē sumus in baptismate cum vnda perfusi sum⁹: cuius figuram habuit aqua egrediēs a templi latere dextro. De pignore autem spiritus quod accepimus dicēdum est ad Ephes. cap. primo. ibi: Qui est
Joel.2. pignus hereditatis nostre. Impleuit igitur corda nostra spirito sancto suo: sicut scriptum est: Effundam de spiritu meo super omnē carnem: et repleta obsignauit
Ezech.9. signo crucis sue: hoc est signo quo signātur frontes ge
Roma.10. mentiū: Uel signum hoc fides est quod debemus sem
xx. per in fronte gestare: ore enim confessio fit ad salutem. Potest esse signaculum hoc memoria passionis Chri-
Cantic.8. sti: iuxta quod dicit̄: Pone me vt signaculū super brachium tuum et super cor tuum: quia fortis est vt mors dilectio qua dilexi te. ¶ Nec solum apposuit sigillū men
Ps.124 ti nostre: apposuit & custodem: montes enim in circuitu eius: et domin⁹ in circuitu populi sui. Portam⁹ inquit apostolus thesaurū preciosum in vasis istis fictili
Infra:4.ca. bus: pignus nempe spiritus qui est arrabo hereditatis nostre. Et iuxta legis prescriptū vas quod non habuerit operculū aut ligaturam desuper/ immūdum erit. vn
Nūe.18.ca. de & sapiēs dicit: Omni custodia custodi cor tuum. prouerb.4. quoniā ex ipso vita procedit. Deniq; depredari desiderat qui thesaurū publice portat: sicut legimus de quinq; virginib⁹ fatuis que q̄ operculū non habebāt in vasculis oleū effluxit et pignus sp̄us sancti quod videlꝫ receperūt in sacro baptismate. Ne igit̄ Corinthii existiment se contemptos ab apostolo: aperit cōsequenter causam quare iuxta promissum non venerit. [Ego autem testem dominū inuoco in animā meam: si mentior: quoniā parcens vobis non veni vltra Corinthū:] ne videlꝫ essent qui egerent mea correptione mordacio
Nūeri.16. re: qui forte insanientes in medicū verterent̄ cum Dathan in seditionem. [Non quia dn̄amur vobis propter
xxi. fidem.] Hoc autem dicens temperat quod dixit: parcens vobis: velut alioqui seuiturus. Non est autē dominatio vel dominiū: nisi cum erratū est alicubi. Si igitur dn̄amur non dn̄amur omnib⁹ imo & conserui vestri sumus: dn̄amur autem his qui non ambulant ad regulam euāgelii. [Alloqui adiutores sumus gaudii vestri: vos enī interim emendati: gaudebitis: & gaudium vestrum est etiam meuꝫ. Quod si interim venissem sicut
Titum.1. p̄miseram: & inuenissem multos qui confitent̄ se nosse deum: factis autem negant: qui necdum deposuerūt veterem hominē cum actibus suis: necessario seuiturus eram: & essem vobis causa tristicie & non gaudii: et ego merore afficerer. [Nam fide statis.] ex quo ostendit nō esse vsq;quaq; obiurgandos: cum teneant fundamētum ecclesiastici edificii: licꝫ aliquantulū in moribus vacillarent: sed tamen vt diximus non claudicabant vtroq; pede. tertii Regū.18.cap.

¶ Secūdum Caput.

Statui autem hoc ipsum apud me: ne iterū in tristicia venirem ad vos. Si enim ego cōtristo vos: & quis est qui me letificet: nisi qui contristat̄ ex me? Et hoc ipsum scripsi vobis: vt non cum venero: tristiciā super tristiciā habeam: de quibus oportuerat me gaudere: cōfidens in oīb⁹ vobis: quia meū gaudium omniū vestrum est. Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas non vt cōtristemini: sed vt sciatis quam charitatem habeam abūdantius in vobis. Si quis autem contristauit me: non me contristauit sed ex parte: vt non onerem oēs vos. Sufficit illi qui eiusmodi est obiurgatio hec que fit a plurib⁹: ita vt e cōtrario magis donetis & consolemini: ne forte abundantiori tristicia absorbeat̄ qui eiusmodi est.

¶ Statui autē hoc ipsum apud me: i.
statueram inquit venire ad vos/ vt secūdam gratiam haberetis: vt tum ep̄la mea tum p̄sentia gemino vos afficerem gaudio: sed quoniā vt video res in diuersum cessit: quādo palam est vos per superiores litteras multo merore affectos: dānato incesto: Ideo statui. i. firmiter decreui apud me/ tunc non venire ad vos personaliter: vt ne aduētus meus nouum vobis adferret merorem: sed scribere secūdam hanc epistolā: quā cum legeritis: me putetis & audire et videre et cōplecti. [Nam si ego contristo vos: & quis est qui letificat me: nisi qui cōtri
statur ex me? Hec sententia cum illa congruit: heu heu: Esaie.1.
cōsolabor super hostibus. i. vindicabo de inimicis meis: est enim consolatio dei: vt qui non senserunt beneficia/ quo p̄ illa corrigerent̄: suppliciis & merore corrigātur. Sentit igitur apostolus hoc sibi voluptati esse: q̄d admoniti doleant: eo q̄ argumētum sit animi resipiscētis: sicq; gaudium e dolore nascitur. Unde de quibus
dam phreneticis scriptum est: Odio habuerunt corri Amos.
piētem in porta. Amos.5. Hierony⁹: Grande peccatū est odisse corripientē: maxime si te non odio sed amore
corripat: si solus ad soluꝫ: (Tho. 2. scd̄e. q.33. ad primū. Hierony.
cū sequētib⁹:) si assumpto fratre altero: si non studio detrahēdi/ p̄sente ecclesia p̄ctū tuuꝫ videat̄ ingerere. Et melior est manifesta correctio: q̄ amor abscōdit⁹: & me
liora sūt vulnera diligētis: q̄ fraudulēta oscula odiētis. p̄- p̄uerb.27

uerb.27. Que omnia optime quadrant ad intentionē
apostoli. Ve autem illi qui verberat: nec dolet: trahi
tur nec sentit: sed quādo inquit euigilabo et rursus vi
na reperiam? prouerb. cap.23. ¶ Unde ꝛ dominus dicit
4.cap. per Ezechielem: Multo labore sudatum est: ꝛ non ex-
ij. ijt de ea nimia rubigo eius: ergo nec parcam nec mise
rebor. Putridis igitur non parcit deus membris/ vt
sana membra saluētur: Non parcit/ vt parcat: crudelis
Hierony. est/ vt misereatur: Nec cōsiderat patientis dolorem: sed
vulneris sanitatem. Sic apostolus dum paucos emen-
dat ꝛ in paucos seuit: merorē omnibus inijcit: quia flen-
Roma.12. dum est cum flentibus. Cum igitur interim etiam mero
re afficiar seuiens in filios meos: (habet enim ꝛ mater
charitas vulnera sua:) Quis erit qui me rursus exhi-
laret nisi quem ego disciplinę subdens merore affeci?
Et hoc melius fit per epistolā q̄ per p̄sentiam. Nam pul
Gallina. los quos fouet: sępe in angustijs sed non toto pedis pō
dere calcat ꝛ mater: et tamen non desinit esse mater.
[Et hoc ipsum scripsi vobis: vt non cum venero tristi-
ciam super tristiciā habeam: de quibus oportuerat me
gaudere: confidens in omnibus vobis: quia meum gau-
dium omniū vestrū est.] Potest autem dici q̄ apostolus
tristabat primū q̄ non ambularēt quidam secundū nor-
mam euangelicę doctrinę: deinceps autē q̄ correcti nō
resipuerant. Uerum sensus est: q̄ ideo non venit iuxta
condictū: sed scripsit tantū epistolam hanc: ne si veniēs
inueniret inemēdatos: vnde putabat gaudium reper-
turū/ inde tristiciam reperiret: iuxta prouerbiū vetus:
Puerb. Thesaurus carbones erant. Quod autem dicit: cōfidens
in omnibus vobis: pro eo dicit quoniā dum caput me-
ret: Is est apostolus: ꝛ cętera membra cōdolent: et mesti
cia affecto parente: non poterant non contristari filij.
[Nam ex multa afflictione ꝛ angustia cordis scripsi vo
bis per multas lachrimas: vt non contristaremini: sed.
vt sciatis quam charitatem habeam abūdantius erga
iij. vos.] Quod inquit cōtristati estis: non me pęnitet: nō
tamē ideo scripsi vobis vt cōtristaremini: sed tamē cō-
sequutū est hoc ex litteris meis. Scripsi autem vobis
nō sine anxietate cordis: cuius lachrimę quas inter scri-
bendum effudi sunt testes: sed probrosum facinus qđ
inter vos repertū est: quod nec inter gentes auditum
est: Causa fuit q̄ epistola molestior euaserit/ maxime eū
peccatū qui fecit: prędicaret sicut Sodoma et Gomor-
Esaię.3. ra. Pater enī filium suū quem diligit: corripit ꝛ emen
dat: sicut ad Hierusalē dicit per ꝓphetam: Dolore ꝛ fla
Hiere.6. gello castigaberis: ne forte inde recedat anīa mea a te.
¶ Alioqui sicut dicit Hieronymus: medicus si cessaue-
rit curare: desperat de infirmi salute. Quomodo rur-
sus dominus alloquit populū Israel per Esaiam dicens
Esa.1. Super quo pcutiam vos vltra addentes pręuaricatio-
nem? Non inuenio quam plagis vestris possim adhibe
Hierony. re medicinam: omīa membra plena sunt vulnerū. Nul
lam inuenio plagā qua frangam vestrā duriciam. Quā
to enim tormēta maiora sunt: tāto magis crescit impie
Hiere.15. tas: omne caput languidum ꝛc. Et infra: Laboraui susti
nens. Symmachus: Defeci miserans. His adiungi pos-
sunt que dicit dñs Hiere. capi.15. Quis miserebit tui
Hierusalē: aut quis contristabit pro te: aut quis ibit ad
rogandū pro pace tua? Tu dereliquisti me: et ego labo-
raui rogans. Quo ſmone significat: q̄ iam defecit de
crebro eis ignoscēdo: ꝛ lassus sit: semper eos ꝓuocans
ad salutē. Ad hoc igitur corripiebat: vt ostēderet quo
amore illos diligeret: de quorū erratis plus illis dole-
infra.11.ca. bat: vrebat enim cum illi scandalizabātur. Magis est
autem vri: q̄ scandalo offendi. Insultat autem qui cor-
ripit non cōdolens fratri: cum ꝛ iudex teneat cōdole-
re ꝛ compati ei cui iuste mortem infert secundū ordinē
iiij. iusticię. [Si quis autem contristauit me: non me pro-
pter ac solum cōtristauit] sed ꝛ omnes bonos qui erant

apud Corinthū.] Igitur ex parte cōtristauit me: vt cui Iosue.7.c.
dolor hic sit cum omnibus vobis cōmunis. ¶ Quasi di-
cat apostolus illud quod scriptum est Iosue. cap.7. Pec-
cauit Israel ꝛ p̄uaricatus est pactum meum: et tulerūt
de anathemate ꝛ furati sunt ac mētiti. Non poterit Is
rael stare ante hostes suos: eosq̄ fugiet: qm̄ pollutus est
anathemate: ꝛ tamē vnus erat qui peccauerat: cuius pec
catū solus deus nouerat: et tamē voluit peccatū occul-
tam in palam fieri: qđ mirabile est: nam peccatū Da- 2.Reg.12.
uid fere per annū latuit. Iam enim natus fuerat infans
in adulterio genitus: cū missus est Nathan ad Dauid.
Dixit autem deus hoc loco: Non ero vltra vobiscū: do-
nec cōteratis eum qui huiusmodi sceleris reus est. Si
igitur peccata secreta tanta seueritate punit deus: non
mirū si ꝛ publicum apostolus corrigit: qđ non tantū apo
stolū ꝛ ex Corinthijs aliquot sed omnes cōtristauit: om
nes inermes constituit ante hostes. Uide totum cap. se
ptimū in Iosue, vnde dicit: [Sed ex parte: vt non one-
rem omnes vos:] quia ꝛ ad me non modica pars tristi-
cię deuoluta est: sicut dicit: Obprobria exprobrantiū ti- Ps.68.
bi ceciderūt super me. ¶ Potest ꝛ sic exponi: Omnes vos
onerarē si nullus mecū tristatus fuisset de fratris de-
licto: At cum multi ex vobis tristicia effecti estis sicuti
ꝛ ego: culpa delinquētis: non ad omnes deuoluta est: sed
ad eos tantū qui cōsenserunt faciēti. [Sufficit illi qui
huiusmodi ꝓbrum perpetrauit increpatio hec que fa-
cta est a pluribus.] Quomō dictum est Dauid: Tu fe- 2.Reg.12.
cisti illud in occulto: ego autem reuelabo illud in cōspe
ctu solis huius. Igitur ꝛ si temporis quātitate non sa-
tis digna pęna videatur: in hoc tamē non parua est ęsti v.
manda: q̄ omni ecclesia cōgregata in vnum ille scelero
sus Satanę traditus est. Est enim confusio adducens
gloriam videlicet sedere in nouissimo loco ꝛc. Est ꝛ con- Luce.14.
fusio que mortem infert: iuxta illud: dicent montibus:
Cadite sup nos ꝛc. Luce.23. Accedite inquit mane sin-
guli per tribus vestras: et quācunq̄ tribum sors inue Iosue.7.
nerit/ accedet per cognatiōes: cognatio per domos: do
mus per viros: et quicūq̄ in hoc facinore compręhen-
sus fuerit: comburet igni cum omni substātia sua. Com
pręhēsusq̄ est Achan: qui confessus peccatū suum: non
gloriam inuenit i. remissionē: sed lapidibus oppressus
est: et cuncta que illius erant/ igne consumpta sunt: vi-
delicet filij/ filięq̄/ boues ꝛ asini: ipsumq̄ tabernaculū cū-
ctamq̄ supellectilē incēderūt. Reuera enim horrēdum
est incidere in manus dei. Paulus autem mitius egit
cum probroso hoc videlicet in lege amoris et gratię. ¶ Et
vere maximam cōfusionem patitur qui delictū suū vi
det omnes horrere: ꝛ ab omnibus clamatur: dignus est
morte. ¶ Hoc modo ecclesia cōgregata (sed erat syna
goga Satanę) Naboth morti traditus est. Et vide q̄me- 3.Reg.21.
rito apostolus dixerit: Sufficit hec obiurgatio: Nam le-
gimus apostolū Petrum pro leuiore delicto (vt ego ar
bitror) Ananiā multis coram increpasse: pro defrauda Actu.5.ca.
to videlicet precio agri: qui tamē non ferens tam seueram
obiurgationem apostoli: cadēs in terram: illico expira-
uit: et idem legimus de vxore Sapphira. Multo magis Attende.
ille qui cōgregatis omnibus traditus est Satanę: pote-
rat simili absorberi tristicia: vnde nullus remaneret pę-
nitentię locus: cum tamē dñs dicat: Nolo mortem pec Ezech.18.
catoris ꝛc. Quare ergo ꝛ Ananię non est relictus pę-
nitentię locus: deus nouit qui percussit in carne vt spi-
ritus eius saluus fieret in die domini nostri Iesu chri- 1.Cor.5.
sti: sicut hoc loco dicit Origenes. Nec enim ei qui tur- Origenes.
bauit Israel Achan videlicet datus est pęnitentię lo-
cus: nec ei qui ligna sabbato colligebat. ꝛcęta. [Itaq̄ Numeri.15.
e diuerso magis donate ꝛ cōsolamini: ne quo mō fiat vt
abundantiori tristicia absorbeatur hmōi.] sicut diximus
de Anania: ꝛ idem videmus factū in Iuda. Uidens enī Matth.27
q̄ Christus dānatus esset ad patibulū crucis: dicens

populo/ reus est mortis: tunc inq̄ agnoscens peccatū
Ioan.13. suum: retulit triginta argenteos dicens: Peccaui: tra-
vj. dens sanguinem iustum. Forsitan autem Satanas qui
post panē intinctū ingressus fuerat in eum: pręsto fuit
Origenes. ei donec Iesus traderet Pilato. ¶ Postq̄ autē fecit qđ
voluit: recessit ab eo: Quo recedente/ intellexit pecca
tum suum et potuit pęnitere ꝛ referre denarios et di-
Mat.27. cere Peccaui ꝛc. quod prius q̄ ab eo recederet non di
xisset. Taliter autem recessit ab eo q̄ tamen ab eius in
sidijs non recessit. Immisit enim iterum in cor eius tam
abūdantiorem tristiciam: vt illam ferre non sustinens:
laqueo vitam finierit. Forte enim si locum ꝛ tempus pę-
nitētię obseruasset: inuenisset eum qui dixit: Nolo mor
Ezech.18. tem peccatoris sed vt magis conuertat ꝛ viuat. Pęni-
tuit quidem sicut ꝛ Cain: sed Cain si timuit se ab omni-
Genes.4. bus interficiendū esse: non tamē sibi mortē intulit. Iu-
das autem forsan recordatus ea que frequēter dominus
Iesus dixerat discipulis de resurrectiōe sua futura: pęni
tuit ꝛ dixit ex amaritudine cordis/ peccaui: sed nō pęni
tuit secundū sciētiam. Estimauit enim ꝓuenire in mor
te moriturū magistrum: et occurrere ei cum anima nu-
da: vt confitens ꝛ depcans: misericordiā mereretur. Ui
des q̄ merito apostolus dixit: e diuerso magis cōsolami-
Phs. ni: qm̄ sicut ꝛ dixit philosophus: Tristicia inter oēs ani-
mę passiones maxime corpori nocet. Refert autē Se-
neca de Socrate illud memorabili laude dignum quod
Socrates. vsq̄ ad extremū vitę seruauit: nullus eum tristiorē aut
alacriorem solito aliquādo vidit: quod tamē pro impos
sibili Hieronymus reputat. Demus autem ita fuisse: si-
cut de alio Marco Crasso legimus q̄ semel in vita rise-
rit: his tamē nostris temporibus: quando stultorum infini-
Eccle.1. tus est numerus: quis talis inueniet vt laudemus eum?
vij. ¶ Itaq̄ Paulus sapiētissimus medicus qui percussit
vt sanaret: postq̄ vinum vulneri superinfudit: vulnera
nunc oleo demulcet atq̄ delinit dicens: sed magis cōso-
lamini. Sic miro modo peccator viuificat ex vulnere:
qui prius mortuus iacebat in salute: iuxta illud ex Canti
Cantic.2. cis: Uulnerata charitate ego sum. Anima enim male sa
Gregorius. na: atq̄ in huius vitę statu cęca: securitate torpens: nec
cauet ne stās cadat: nec postq̄ cecidit adijcit vt resurgat.
Tradit igitur Satanę vt resipiscat: sicut Paulus ne
Infra.12.c. superbiat: deinceps qui tanq̄ leprosus eiectus fuerat
a consortio ouilis dñici: iam vel ex parte correctus re-
uocat ad ecclesię gremium: quoniā sufficit illi ne forte
absorbeat. ¶ Abdicauit quidam filium. Abdicatus me
dicinę studuit. Cum pater ęgrotaret: et medici negarēt
posse sanari: sanauit patrem. Reductus est patri. Egro-
Exemplū. tare nouerca cępit: desperauerūt medici. Rogat pater
filium vt curet nouercam. Nolētem iterum abdicat. ad
hec filius. Omnes medici negant illam posse sanari: et
nunc diligētiores sunt: quia in te decepti sunt. Adijce
q̄ qui sanātur/ ingrati sunt: et medicus possum decipi:
ꝛ non possum priuignus excusari. Queris quomō te sa
nauerim? Non tibi medicus sed filius profuit: deside-
rio laborabas. Gratum tibi erat quicquid meis manibus
acceperas. Hec non eodem morbo laborat: Multa sunt
dissimilia: sexus: ętas: animus. Nihil magis ęgris ꝓdest
q̄ ab eo curari a quo volunt. Temerarijs remedijs gra-
ues morbi curātur quibus vti non audeo in fęmina et
in nouerca. Scelerosus autem iste filius erat alias: etsi
Luce.15. substantiā suā dilapidauerat ꝛc. Qui ergo peccatis exi
gentibus: eiectus fuerat: vt porcos pasceret: agnoscens
reatum: reuocat ad ouile domini a pastore.

¶ Propter quod obsecro vos vt confirmetis
in illum charitatem. Ideo enim & scripsi vo-
bis: vt cognoscam experiētiam vestram an in
omnibus obedientes sitis. Cui autem aliquid
donastis: & ego. Nam & ego quod donaui si
quid donaui: propter vos in persona Chri-
sti: vt non circūueniamur a Satana. Non enī
ignoramus cogitationes eius. Cum venis-
sem autē Troadem propter euangeliū Chri
sti: & ostium mihi apertum esset in domino:
non habui requiē spiritui meo: eo q̄ non in-
uenerim Titum fratrem meū: sed valefaciēs
eis ꝓfectus sum in Macedoniā. Deo autē gra
tias qui semp triumphat nos in Christo Ie-
su: & odorem noticię suę manifestat per nos
in omni loco: quia Christi bonus odor sumus
deo: in his qui salui fiūt: & in his qui pereūt.
Aliis quidē odor mortis in mortem: aliis au
tem odor vitę in vitam. Et ad hec quis tam
idoneus? Non enī sumus sicut plurimi adulte
rantes verbum dei: sed ex synceritate sicut ex
deo: coram deo in Christo loquimur.

¶ Propter qđ obsecro vos vt cōfirmetis in illum cha-
ritatem.] charitate impellēte eiecistis eum: non odio:
nec ob aliud q̄ vt resipisceret: Recipite amanter emē- 2.Reg.14.
datum: qui merētes leprosum eiecistis. Eo modo susce
pit Dauid filium Absalon ꝛ osculatus est eum. [Et ob
hoc maxime scripsi vobis litteras has: vt cognoscam ex-
perimentū vestri: videlicet vt experiar vtrū sitis veri obe
dientię filij. i. veri filij Abrahę ſm spiritū. Est enim qua- 1.Reg.15.
si peccatū ariolandi repugnare: et quasi scelus idolola-
trię nolle acquiescere: et melior est obediētia per quā Gregorius.
immolat voluntas propria: q̄ victimę in quibus immo
latur caro aliena: scripsi vt traderetis Satanę: et feci-
stis: Rursus nunc obsecro vt reuocetis eum in charita
te: sic agnoscam an vtrobiq̄ obedientes sitis. [Cui ve-
ro donastis aliquid: et ego.] Si enim vobis satisfactum viij.
est: quorum vtilitatibus deseruio: et mihi satisfactum pu-
to. [Nam ꝛ ego quod donaui: si quid donaui: donaui ꝓ
pter vos in persona Christi.] Si cui inquit culpam do-
naui: teste ac approbante Christo: vestra causa donaui:
simul ꝛ illud ꝓspiciens: [ne circūueniamur a Satana:
si aliquis videlicet e nostris sicut alter Iudas per despera
tionem absorptus abūdantiori tristicia: Deleatur de li-
bro viuētium et scribatur in terra. Hieremię.17. capi. Ps.68.
¶ Ecce enim Satanas expetiuit vos vt cribraret sicut
triticum: circuit enim semper quęrens quem merore Luc.22.
consumat: lęticia dissoluat: Cui irritamenta gulę appo-
nat: cui infundat virus inuidię: cui incitamenta luxu-
rię: Quem fallat diuitijs: ambitione discrutiet: super- Satanas!
bia inflet: ꝛ frāgat desperatione. Omnium scrutatur cu-
ras: rimatur affectus: atq̄ illic maxime causas quęrit 23.q.4.Nō
nocendi: vbi quemquem viderit studiosius occupari. potest.
[Non enim ignoramus cogitationes eius.] Iuxta qđ
dixit angelus ad Tobiam: Noli timere: Apprehende Tobię.6.c.
brachium eius ꝛ trahe ad terram hoc facto: Exentera eum
inquit/ et cor eius ꝛ iecur et fel repone tibi. Christus
quidem piscem cępit qui eum inuasit/ quando mors ꝛ
vita duello confligere mirando: sed captus diabolus ha Ordinaria
mo diuinitatis factus est esca/ qui carnem innocentem
deuorare voluit: Sed tunc Christus exenterauit illum/
cum nequitias eius et cogitationes latius nobis ape-
ruit. Cor et fel reponi iussit: cum scripturis mandauit
quomomodo serpens erat callidior cunctis animātibus Genes.3.
terrę. Non igitur ignoramus cogitationes eius. Quid Mat.8.
inquiunt nobis et tibi Iesu filii dei? Uenisti huc ante
tempus torquere nos. Et vide quoniam si hodie Chri-
stus venisset per carnis assumptionē: hoc idem essent

Math. 8. dicturi: Venisti ante tempus: imo et hoc dicturi sunt:
Cum venerit Christus iudicare seculum per ignem.
[Non enī ignoramus cogitatiōes eius. Quales?] Nisi
quid frustra Job timet deum ⁊c. cui⁹ inquit tu vallasti
Job.1.cap. omnē substātiam? Tolle inquit te: sed non gratis: alio-
qui tange cuncta que possidet et videbisq; quomō in fa-
Gregori⁹. ciem bñdicat tibi. quasi dicat: vide q̄ non ad vsum do-
mini substantiā suam possidet: sed ad vsum substātie te
Apoca.12. dñm suū colit. Accusat fratres nostros die ac nocte: id
est in pspēris ⁊ in aduersis: accusabiles nos ostendere
cōtendit. Sed quia Job ipsum necdum flagella attige-
rant: hunc vnde in nocte accusare posset non habebat:
vnde dicit: Tange cuncta ⁊c. Extende inquit paululū
manū ⁊c. paululū vero manū exposcit extendi: quia ex-
teriora sunt que postulat auferri. Neq; enī Satan se ali-
quid multū facere putat: nisi cum in anima sauciat. Po-
test dici ⁊ illud q̄ aliqñ rectores ⁊ pastores in eo circū
ix. ueniūt a Satana: q̄r possident siue occupant a Sata-
na iniusto possessore: q̄ imperāt cū austeritate: et potē-
tia. Ezech.34. vñ dispergit grex Christi. ¶Dari⁹ cum
bellum Scithis indixisset oriente cingētibus: rogatus
ab Orobato nobili sene vt ex tribus filiis vnum ei in so
latium relinqueret: duorum opera vteret: plus q̄ roga
batur pollicitus: omnes se dixit illi remissurū: et occi-
Exempla. sos in cōspectu patris abiecit crudelis. Quāto Xerses
hoc facilior qui Pythio.5. filiorū patri vnius vacatio-
nem petēti: quem vellet eligere pmisit. Deinde quem
elegerat in partes duas distractum: ab vtroq; vie latere
posuit: et hac victima lustrauit exercitū. Catylina cru-
delis qui de toto senatu trucidando cogitabat: qui op-
tabat vt popul⁹ Roman⁹ vnam ceruicē haberet vt sce-
lera sua tot locis ⁊ tempōrib⁹ deducta in vnū ictum et
vnum diem cogeret. Ora occidendorū inserta spōgiis oc
cludi iubebat. Timuit enī ne quā liberiorē vocem ex-
tremus dolor mitteret: ne quid qd̄ nollet audiret. Scie
bat enī innumerabilia esse que obiicere illi nemo nisi
moriturus auderet: cum spongie non inuenirent: scin-
di vestimenta miserorū/⁊ in os farciri pannos impera-
uit. Cui vnq̄ morituro: nō est relictū qua gemeret? Isti
sunt qui cum austeritate imperant. Aliquādo et nimia
patiētia dissoluūt subditos: quomō legimus in primo
Regū volumie de Heli sacerdote. cap.2. ¶Vtrumq; cō-
plexus est domin⁹ per Ezech. cap.13. Violabant me ad
populū meum propter pugillum ordei et fragmentum
panis: vt occiderēt animas quas non oportuit mori: et
viuificarēt animas quas nō oportuit viuere. Audiam⁹
Cap.29. autem sanctū Job: Cum inquit sederem quasi rex: cir-
cunstāte exercitu: ecce autoritas regiminis: eram tamē
merentiū consolator: ecce ministerium pietatis. Hoc ni-
Hebre.10. mirū illa arca tabernaculi significat in qua cum tabu-
lis virga simul cum māna est: quia cum scripture sacre
scientia est in boni rectoris pectore ⁊ virga districtio-
Ps.22. nis et māna dulcedinis. Virga enī tua ⁊ baculus tuus
ipsa me cōsolata sunt. vnde ⁊ illud eiusdem prophete.
Job.92. Si quādo ridebam ad eos: non credebāt. Talis enim
debz esse dispēsatio regiminis: vt is qui preest ea se cir
ca subditos cura moderet ac mensura: quaten⁹ ⁊ arri-
dens timeri debeat: ⁊ iratus amari. Sepe enim subdi-
tos frāgimus dum plus iusto vigorē iusticie tenemus.
Gregori⁹. Qui profecto vigor iam iusticie non erit: si se sub iusto
x. moderamine non custodit. Et sepe a discipline nutu re-
soluimus subditos: si nostro regimini hilaritatis frena
relaxamus: quia dum nos quasi licēter letos aspiciunt:
audacter ipsi ad similia reuoluūtur. vide de Juda pro-
Genes.38. ferente sententiā mortis contra Thamar: et de Dauid
2.Reg.12. contra eum qui ouem rapuerat a vicino. ¶Reuocate
ergo eum ⁊ consolamini: ne forte interim absorbeatur
maiore tristicia ⁊ nos circūueniamur a Satana cui⁹ co-
gitationes non ignoram⁹. Hoc modo legimus fecisse et

Joseph cum fratribus suis: Exploratores inquit estis: Genes.42.
ad videndum infirma terre venistis. Q. faculum in cor-
de. peregrini venerant: famis periculū fugiebant: fru- Gregori⁹.
menta que requirebāt non acceperant: et feriri se cri-
minis nota videbant. Inter hec trahūtur ad carcerem:
et post triduū adhuc in eadem asperitate terrent. Re
ditur ad cor: quia inquiūt merito hec patimur: qm̄ pec
cauimus in fratrē nostrum. In his cor Joseph amore
vincit: videns fratres vel ex parte penitentes: et fece- Roma.12.
dens soluit debitum: cum flentibus fratrib⁹ flens/vno
interim ligato ceteros dimittit. Veniunt secūdo cum
fratre minimo: qui post cōuiuia dimissis/ cōprehendit
Beniamin tanq̄ qui ciphum furat⁹ sit. Memores fra-
tres quid de illo pmiserint patri: merore intolerabili
tabescebant. Tunc se vltra cōtinere non valens pietas
clausa prupit in medium: ⁊ excussit charitatis lachri-
mas de vultu seueritatis. Sic vir sanctus facinus fra-
trum ⁊ dimisit ⁊ vindicauit/ detersa est ira que appare
bat ⁊ non erat: et ostensa misericordia que erat ⁊ nō ap-
parebat/ ne forte ⁊ pater qui nō peccauerat in filium et
fratres ipsi qui eum distraxerant absorberētur maiore
tristicia: et ille zelo iusticie plus iusto accensus/ circū- xi.
uenire a Satana. Jam enim pater dixerat: Deponetis
canos meos cum tristicia ad inferos. Vere enim si au- Genes.42.
disset captum Bēiamin pro furato cipho: anteq̄ rei or
dinem sciuisset: estuaret anima eius irremediabili lu-
ctu. ¶Sed Joseph vt diximus vtrumq; cauit: qui non
ignorabat astucias Satane. Fortassis enim durius
erat seuiturus in fratres: nisi pspiceret maximam par
tem laboris et meroris eorum ad patrem deuoluēdam:
[Ceterū cum venissem Troadem propter euangeliū
Christi videlz predicandū: ⁊ ostium mihi apertum esset
in domino] .i. fideliū corda parata ad audiēdum verbū
dei et pcipiendam fidem: de quo supra ep̄la priore. cap. P.Cor.16.
16. [Non habui requiem in spiritu meo: eo q̄ non in-
uenerim Titum fratrem meum: sed valefaciēs eis qui
verbum Christi susceperant: pfectus sum in Macedo-
niā.] Fortassis enim apostol⁹ pressus omniū ecclesiarū
sollicitudine: solus non poterat sustinere pondus euā-
gelii: iuxta quod ⁊ Moses dixit domino Numeri.11.cap.
Nō possum solus sustinere omnē hunc populū quia gra
uis est mihi. Sin aliter tibi videtur: obsecro vt inter-
ficias me ⁊c. de quo vide ⁊ Exo.18.cap. Ad hec Hiero- Hierony.
nym⁹. Cum Paulus haberet scientiam scripturarū et
sermonis diuersarūq; linguarū gratiam possideret: om 1.Cor.41.
nibus inquit vestrum linguis magis loquor: diuinorū sen
suum maiestatē: digno non poterat Greci eloquii expli
care sermone. Habebat ergo Titum interpretem: sicut ⁊
Petrus Marcū: cuius euangelium Petro narrante: ⁊
illo scribente compositū est. Deniq; ⁊ due epistole que
ferūtur Petri stilo inter se et charactere discrepant: ⁊
structuraq; verborū. Ex quo intelligimus pro necessita
te rei: si diuersis eum vsum interptibus. Ergo ⁊ Pau-
lus contristat q̄ pdicationis sue in presentiarū fistulam
organumq; per quod Christo caneret non inuenerat:
preteritq; Macedoniā: non enim habuit requiem spiri-
tui suo. Titum ergo querebat: vt haberet interptatio-
nis euangeliiq; solatium. Hieronym⁹. [Deo autē gra- xij.
tia qui semper triumphat per nos in Christo] vel triū
phum suum agit per nos ⁊ sequitur modus triūphan-
di ⁊ triumphi: [⁊ odorē notitie sue manifestat per nos
in omni loco.] Non inquit operam lusi veniens Mace
doniam: quoniā ⁊ ibi Christ⁹ per nos triumphauit: et
nos per illum: et videtis quomō ecclesie seges indies
pullulat/ et repletur floribus iuxta quod scriptum est:
In cubilibus in quibus prius dracones habitabant/
orietur viror calami et iunci. Pro saliuncula ascendet Esaie.35.
Abies: et pro vrtica ascendet Myrtus: hoc est mala ver
tentur in bona: et pro vitiis nascentur virtutes. Ibiq;

Hierony. triumphabit Christus vbi antehac tyrānidem exerce-
bat diabolus, Mattheus et Zacheus publicani: saliun-
cula erant ⁊ vrtice inutiles: et κονύζη amari saporis et
odoris teterrimi. Isti in apo stolos repēte mu
tati: facti sunt Cyparissus et Abies ⁊ Myrtus odoris
optimi: ⁊ in varia opera necessarij. Sic ⁊ Paulus vrti-
Actu.9. ca erat quādo audiuit: Durum est tibi contra stimulū
calcitrare. et κονύζη odoris pessimi: quādo de eo dixit
Ananias: Do mine audiui de viro hoc quāta ma
Luce.11. la fecerit sanctis ⁊c. Quādo autē in toto orbe euāgeliū
pdicauit: ⁊ abstulit spolia multa de domo fortis armati:
multosq; egit triūphos quot videlz exerit in orbe eccle-
sias: Merito dicit: [qm̄ Christus per nos triūphat in
omni loco: et odorē notitie sue per nos manifestat in
omni lo co. quasi apostol⁹ referat illud: Vas electiōis est
mihi iste vt portet nomen meum ad gentes: de quo no-
Actu.9. mine scriptū est: oleum effusum nomē tuum. Cantic.1.
xiij ¶Nomen ergo Christi .i. vncti oleo exultatiōis liquor
celestis est descēdens a capite deo: caput enim Christi
Eccli.24. deus: barba Christi⁹: vestes ecclesia: vas electissimū in
quo balsamū hoc non mixtum defert ad nos .i. ad nares
credentiū paulus est. vnde ecclia: In odorem vnguen-
Canti.1. torū tuorū currimus. Vox est ad Paulū: quem ante ec-
clesia fugiebat quasi lupum spirantē minis ⁊ cedis: et
κονύζην odoris teterrimi, vnde sequit: [Quia Christi
bon⁹ odor sum⁹ deo in his qui salui fiūt. (Pau
lus flos campi ⁊ lilium ecclesie erat ⁊ granum sinapis:
sed terēdus fuit vt daret odorē suum. vide aūt optime
Judith.12.cap. D. Cor autē Holofernis.) quos iam pfi-
gurabat sacrificium illud ⁊ holocaustū quod Noe egres
sus de arca obtulit deo ex animalib⁹ mundis: sicut scri-
Genes.8. ptum est: Odoratusq; est dominus odorem suauitatis.
¶Odor igitur hic vegetat diligentes: enecat inuidētes
sicut sequit: [et in his qui pereunt]. Qui enī inuidet
fame Pauli vel fidei ⁊ notitie Christi: bono odore mo-
ritur. qui eam diligit: viuit. Si non esset claritudo san-
Joan.15. ctorū: si non venissem ⁊ loquut⁹ eis fuissem: peccatū nō
haberēt: non esset inuidia impiorū. Sed si qui tales p-
sequendo bonos frangunt ampullā: odor vnguenti am-
pli⁹ diffundit. Sic in toto orbe dicit hodie quomō mu
lier quedam fracto alabastro effuderit super caput Je-
Augustin⁹ su: vt inde efflueret in oram vestimentorū eius. Et bono
Mat.26. quidē odore saluū fieri hoīem non est improbabile: pe
rire autē hominē ex bono odore que ratio est? Hec igit
1.Cor.11. sententia eadē est cum illa: Probet autē seipsum homo:
et sic de mensa illa participet: qui enī indigne cōmuni-
cat mēsam pacis interne ⁊ eterne: iudiciū sibi mandu-
Luce.2. cat ⁊ bibit. et ratio patet: similiter ⁊ illud: Ecce positus
est hic in ruinam ⁊ resurrectionē multorū. Qui enī cre
dit in signum: liberat a morte serpentiū ignitorū: qui au
Nume.21. tem huic signo contradicit: peribit morte eterna: solis
enī radios tam mūda q̄ immūda loca suscipiunt: et sic
in florib⁹ quomō ⁊ in stercore lucent: nec tamē solis ra-
dij polluūtur. Sic bonus odor Christi qui mutari non
xiiij. potest: nec suam naturā amittere: credētib⁹ vita est: in-
credulis mors. Homines enī suo arbitrio relicti sunt:
neq; bonum necessitate faciant: sed volūtate. ¶Trium-
phus itaq; Christi passio martyrū est: et pro Christi no-
mine cruoris effusio: ⁊ inter tormēta letitia. Cum enim
Hierony. quis viderit tanta pseuerantia stare martyres atq; tor-
queri ⁊ in suis cruciatib⁹ gloriari: odor notitie dei disse
minat in gentes: ⁊ subit tacita cogitatio: q̄ nisi verum
esset euāgeliū: nunq̄ sanguine defenderet. Neq; enim
delicata ⁊ diuitiis studens ac secura confessio est sed in
Infra.11.ca. carcerib⁹ fame ⁊ siti. Sed poterat audiens respōdere:
Quomō ergo non omnes crediderunt? Priusq̄ ergo q̄
interroget: soluit ἀνθυποφοράν, et iuxta morē suum
quicqd alius obiij cere potest: anteq̄
obiiciat edisserit. Estq; sensus: Nomie Christi in omī

loco bonus odor sumus deo: ⁊ pdicationis nostre longe
lateq; spirat fragantia: odor tñ qui per se bonus est, vir
tute eorū ⁊ vitio qui suscipiūt siue non suscipiūt in vi-
tam transit aut mortē: quia ⁊ Christ⁹ credētibus lapis P.Reg.7.
est adiutorij: incredulis vero petra vocat scandali. Hie- Esaie.8.
ronym⁹. Et legim⁹ in Exo. cap.30. de hoc odore in hunc
modū. Sume florē mirrhe electe. 500. siclos: ⁊ cynamo- Esa.29.
mū suaue. 250. siclos: ⁊ calamū suauē totidē: casie. 500. si
clos sm̄ siclū sanctū: oleumq; ex oliuis: et fac illud oleū Figura.
chrismatis sanctūq; vnguētum arte pigmentarij. Vide
ergo qm̄ iste quattuor species que in hoc vnguēto mi- Origenes.
scent: formam tenebant incarnationis verbi dei: qd̄ ex
quattuor elemētis corpus cōpaginatū assumpsit. Myr
rha autē mortem eius significat. Sed qm̄ electa ⁊ flos Incarnatio
eius iubet accipi: primogenitū eum futurū ex mortuis Christi.
indicabat. Collos. pmo cap. Ipse enī est qui est electus
ex milib⁹. Cantic. 5. Solus enī sine peccato transiuit:
ideo in eius odore currere cepit ecclia: cum audiuit ab
ore Pauli: quia is est qui solus peccatū non fecit. Qd̄ P.Pet.2.
oleum ponit: ostēditur q̄ sola misericordia factū sit: vt
is qui erat in forma dei fieret homo: vel q̄ ea q̄ ex ma- Philip.2.
teriali substantia in Christo fuerūt assumpta: per spiri
tum sanctū redacta sunt coopante virgine immaculata:
atq; in vnam speciem que est psona mediatoris effecta. Figura.
Cynamomū autē ⁊ calamus Christi diuinitatē et eius
animā sacratissimā significant: hec enim tria diuinitas
anima ⁊ caro: siue diuina psona cum anima et carne in
vnam redacta psonam incōfuse atq; inalterabiliter: mi
rum de se odorem suauitatis dederūt: de quo hic apo-
stolus loquit. ¶Quid est autē q̄ oleum sine mēsura in Mensura
betur apponi? misericordie inquit eius non est numer⁹ Din.
nec pondus nec mensura. Legimus item q̄ regina Sa 3.Reg.10.c.
ba audita fama ⁊ odore Salomonis cucurrerit in eius
odorem. Quid vltra facere debuit Christ⁹ ⁊ non fecit? xv.
Illuminauit cecum: soluit cōpeditos: reduxit errātes:
recōciliauit reos. Errata dissimulat: ab errore liberat:
gratiam infundit: premia cōquirit. Nullam excusatio- Bernard⁹.
nem habēt qui non currūt: nisi sunt forte ad quos eius
odor nōdum puenit: quanq̄ ap̄ls dicat q̄ in omni loco:
sed tamen ipsa fama et odor Pauli fortassis nōdum in
omnē terram exiuit. Qui igitur hunc odorē non sentit:
et ideo nō currit: aut mortu⁹ est quatriduan⁹ qui iam Joan.11.
ipse odorem spirat sed pessimum: aut cōtemnit: sicut de
quibusdā legimus: ad quos cum intraret Moses qua-
si alter Paulus vt noticiam dei spargeret: vt ⁊ illi post
eum currerēt ad terram fluētem lacte ⁊ melle: dixerūt: Exodi.3.
Videat dñs et iudicet: qm̄ ex die qua intrastis ad nos Exodi.5.
et ad Pharaonē: execrabilem fecistis odorem nostrum.
Exo.5. capi. Et vere isti verum dicebant: licet ignorent
que dicunt: qm̄ secūdum ap̄lm Christi bonus odor su-
mus. Qui igitur amabāt carnes Egyptias ⁊ cepe por
rosq; et allia odoris grauissimi: et seruire Egyptijs p-
forata aure subula: Istis male olebat odor Mosi: qui Exodi.22.
eos vocabat ad libertatē: et erat eis ille odor ad mor-
tem. Amatores aūt libertatis clamabant ad dñm: quorū
clamores deus exaudiens dixit: Vidi afflictionē popu- Exo.3.
li mei in Egypto: et clamorē eius audiui pp̄ter duri-
tiam eorū qui presunt operib⁹: et sciens dolorē eius de-
scendi vt liberarē eum de manib⁹ Egyptiorū: ⁊ ducam
ad terram que fluit lacte et melle. ¶Reuera autē et ex
quo sermo dei ad animā nrām ingredit: necessario cer-
tamia intra se virtutib⁹ aduersus vitia excitant. Prius Origenes.
vero q̄ veniret sermo Mosi qui argueret vitia intra te
in pace durabāt: venit fili⁹ dei non pacē mittere sed gla
dium et sine federe bellum: cuius Paulū ducem cōsti- Mat.10.
tuit: ipse enim dux verbi vocat. Act.14. et per hūc ⁊ nos
triūphat in omi loco. Ideo non magnope turbemur si
videtur odor nr̄ esse execrabilis Pharaoni. Sepe autē
fit: inuenies q; si cōsideras eos qui se ex integro princip xvi.

huius mūdi tradiderūt prosperis successib9 agere: om
nia eis vt ipsi putāt feliciter euenire. Seruis autē dei
sepe nec hec quidē humani victus humilia τ parua suc
cedere. Hec enim videri puto paleas que a Pharao-
ne ministrant. Fit ergo sepe vt deum timētes: vili hoc
etiam τ paleis simili indigeant victu: sepeq̧ tyrannoꝝ
fatigati psecutionibus dicant ad Pharaonē: Ut quid
tu affligis populū tuum? Superati namq̧ verberibus
nōnulli a fide decidunt: τ confitent se esse populū Pha
raonis. Isti ergo dubij in fide τ fragiles sunt qui dicūt
contra Mosen imo τ contra apostolū Paulum: Fetere
fecistis odorem nostruz. Istis est odor vitę ad mortem:
nobis autem credentib9 ad vitam est: τ in odorem cur-
5.Reg.10. rentibus: sicut cucurrit Regina Saba ad Salomonē:
Zacheus: Mattheus: Centurio: Cornelius: Petrus:
Paulus: publicanus: peccatrix: Chananea: simul τ de-
prehensa in adulterio: et illa que quinq̧ viros habuit:
Deniq̧ τ Latro qui pēdens in cruce credidit: cui odor
Christi morientis ad vitam ęternam fuit: audiuit enim:
Luce.23. Hodie mecū eris in paradiso. [Et ad hoc quis tam ido
neus: siue quis idone9? ¶ Quotus quis inuenit qui
tantū velit laboris insumere Christi euangelio pdican-
do ad nullum aliud pspiciens cōmodum q̄ ad gloriam
eius cui9 spargit odorem? Multi sunt vocati ad hoc mi
nisterium: pauci vero tales qualis Paulus erat: om̄es
Luce.10. enim vel maxima pars sua querūt: non que Jesu christi.
Luce.11. Messis multa: mercenarij multi. Quis autē putas est
Xvij. fidelis seruus τc̄? [Nō enim sumus sicut plurimi adul
terantes verbum dei:] pdicantes ad questum τ vtilita
tem: miscentes aquam vino sicut dixit Esaias. Caupo-
nes inquit tui vino aquam miscent. Sane pro adulte-
rātes: Grece est καπηλεύοντες, idest cauponātes qd
Hieronym9 ver tit: vēditātes: est em̄
καπηλεύειν ad questū abuti re aliqua. Ambrosi9 cor
rumpentes legit. Quomodocūq̧ legas
sensus est quod euāgelium dei.i. verbuz dei dupliciter
adulterant. Primū predicādo ad questum: qd maxime
alienum est ab aplo Paulo sicut sepe diximus. Secū-
dum quādo falsa miscent veris: quasi terentes vestem
Deut.22. ex lino lanaq̧.i. pdicātes euangeliū simul currere cum
lege: nesciētes illud: Nouis supuenientibus vetera p-
iicietis. Addit tertius modus ex intentione Hierony-
Hierony. mi dicentis: Taceo de meis similib9 qui si forte ad scri
pturas sanctas post seculares litteras venerint: τ sermo
ne cōposito aures populi mulserint: quicquid dixerint
hoc legem dei putant. Nec scire dignātur quid pphetę
quid apostoli senserint: sed ad sensum suum incōgrua
aptant testimonia: quasi grande sit et non viciosissimū
dicendi genus deprauare sententias: τ ad voluntatē suā
sacram scripturā trahere repugnātem: τ edisserūt aliis
quod ipsi non intelligūt. Hec quotidie fiunt in ecclesia
dei: et maxime his nostris temporib9: quādo om̄es vel
magna pars relicta quasi testa historia scripturę: cōfu-
giunt ad allegorias: vnde non raro risum audientibus
mouent cū potius deberēt lachrimas excitare. Paul9
vero. [Ex syncero τ mundo corde verbuz dei loquitur:
τ hoc tanq̄ deo teste: a quo videlz apl's accepit per re-
uelationē verbū dei quod pdicat. Igitur quod pdicat a
deo accepit: cum pdicat: quasi coram deo predicet: cau
sa quare pdicat gloria Christi est. Et paul9 verba qui-
dem spargebat in populo: vn̄ vocat verbi sator: sed per
illa verba visibilia quasi per quēdam odorem venimus
Actu.17. ad noticiam eius incomprehēsibilis verbi quod erat
Baruch.3. in principio apud patrem τ post in terris visus est.

¶ Tertium Caput.

Incipim9
iterum nosmet
ipsos cōmenda
re. Aut nūquid
egemus sicut q-
dam cōmēdati-
ciis epistolis ad
vos aut ex vo-
bis? Ep'la no-
stra vos estis scri
pta in cordibus
nostris: que scit & legitur ab om̄ibus homi
nibus: manifestati q̄m epistola estis Christi:
ministrata a nobis & scripta: non atramento
sed spiritu dei viui: nō in tabulis lapideis: sed
in tabulis cordis carnalib9. Fiduciam autem
talem habem9 per Christū ad deum: non q
sufficiētes sim9 cogitare aliquid a nobis quasi
si ex nobis sed sufficientia nostra ex deo est:
qui & idoneos nos fecit ministros noui testa
menti: nō litterę sed spiritus. Littera em̄ occi
dit: spiritus autem viuificat.

¶ Incipimus nosmetipsos iterū cō-
mendare: Grece pro commēdare συνιστάναι est: quod
non simpliciter sonat laudare: sed insinuare
in alterius bn̄uolentiam. Sciebat enim apostolus aut
forte suspicabat Corinthios sinistre accipere suam cō-
mendationē: sicut τ in priore epistola capi.9. tactuz est:
quasi suam gloriam quereret. Inde ergo incipit contra
eorum opinionē disserere: ostendens se nulla tali com-
mēdatione egere: sed gloriam dei tm̄ modo querere ac
eorum vtilitatē. Dicit ergo: vereor ne quidam ex vobis
arbitrent hec rursus nos chartis mandare: quo apud
vos cōmēdatiores simus: maxime q̄m scriptū est: Lau- Puerb.27
det te os alienū τ non tuum: extraneus τ non labia tua.
Hec autem non legerat Phariseus ille suorum buccina Luce.18.
torum meritoꝝ. Et vere sicut dicit Phs de seipso in neu- Phs.
tram partē loquēdum est. Et sciēdum q cum anima in
duas partes diuisa sit / in rōnem videlz habēs τ in irra-
tionale: In priori quidē parte sit prudentia: sapientia:
solertia: bona disciplinatio: memoria τ similia. In irra-
tionabili autē parte ipsę virtutes vt temperātia: iusti-
cia: fortitudo et quecūq̧ alij mores vident laudabiles
esse. Nullus autem laudat propter virtutes que sunt
in parte animę rōnali. Non em̄ aliquis laudat quia sa-
piens τ prudens: τ sic de similib9. Laus igitur virtutis
est: ab ea namq̧ honesta agimus. Uidetur autem om̄e
laudabile quodāmodo ad aliud se habere: Nam iustuz
τ fortem omneq̧ pbitatem ob facta actionesq̧ lauda-
mus: robustū τ velocem τ aliorum quemq̧ q natura ta-
lis est non laudam9. Unde loquētes de morib9 non di-
cim9: q2 sapiens aut solers est: sed quia modestus τ mi-
tis. Preterea optimorū non pprie est laus: sed maius
quoddam ac prestātius: honor videlicz. Est sciendū eo-
dem modo q nemo īcrepat cecū natura aut egritudine
aut deformem: sed magis miseret. Quod si pter ebrie
tatem aut aliam eius incuriam cecus fiat: omnes incre
pant. Sunt enim in nostra potestate virtutes et vitia:
et in nobis est probos et improbos esse: quoniā sicut
fęlix nemo inuitus est: ita et omnis prauitas volūtaria
res est. ¶ Quid opus est inquit apostolus commen-
datione τ laude: cum res ipsa commendet hominem?

[Aut nūquid egemus sicut quidam cōmendaticijs epi-
stolis (quos nulla virtus cōmendat) ad vos: aut ex vobis
ad alios missas:] Hoc modo Rex Syrię misit seruū suū
Naamā cum litteris huiusmodi ad regem israel: vocans
eum seruū suū: qui τ si diues erat τ princeps milicię re-
4.Reg.5. gis: erat tamen leprosus: ideoq̧ cōmendaticijs litteris
egebat: q nullo merito fulciebat. [Epistola nostra vos
estis scripta in cordibus nostris: q̄ intelligitur τ legitur
ab hominibus: dū manifestatis q estis epistola Christi:
sub ministrata a nobis: inscripta non atramēto sed spiri
tu dei viui. (Apostoli scribę docti in regno ecclesię q̄ ver
Matth.13. ba Christi signabant in tabulis cordis carneis.) Non in
tabulis lapideis: sed in tabulis cordis carneis.] Nō igit
iij. opus habemus: vt vel ab alijs cōmendemur vobis litte
ris ad vos scriptis: aut a vobis alijs cōmēdemur litteris
per vos scriptis. Epistola enim viua qua magnope nos
cōmendari putamus τ apud homines τ apud deum vos
estis o Corinthij / inscripta in corde meo: quo facili9 me
cum circūfero: τ hec vbiq̧ intelligitur terrarū / τ legitur
Psal.44. ab hominibus quibuscūq̧. Lingua mea calam9 fuit: sed
Hiere.31. scribę velocis. Is est Spūs sanct9 qui promisit per pro
phetam dicens. Dabo legem meam in corde eorum τ in
visceribus eorum scribam eam. Qualis igitur est stilus
lingua videlicet Pauli: τ qualis est scriba velox: veloci-
Psal.147 ter enim currit sermo ei9: tale est τ atramentū quo.s.epi
stola inscribitur.i. charitas que diffunditur in cordib9
nostris per Spūm sanctū. Rom.5.ca. tales sunt τ tabulę
in quibus epistola hec inscripta est: non lapideę videlicz
iiij. ac proinde insensibiles: sed animatę τ rationales τ du-
ctiles ac proinde carneę. Quod dicit in tabulis lapideis
ad differētiā dicit legis Mosaicę: que bis exarata est in
Exodi.34. lap. tabulis vt dicetur. Quod dicit: non atramento: signi
ficat q euāgeliū est scriptura ęterna: Nam quod atramē
to inscribitur aut stillo: diuturnitate temporū aboletur.
Digitus autē Spūs sanctus est de quo infra. Ceterū du
ritia lapidum duram ceruicem iudęorum significat: car
nis autem teneritudo τ sensus: obedientiā gentiū sub iu
Tho.p.p.q. 23.ar.5. gum fidei. [Fiduciam autem habemus huiusmodi per
Christū erga deum: non quod sufficientes τ idonei sim9
ex nobis ipsis cogitare aliquid tanq̄ ex nobis ipsis: sed
omnis sufficiētia nr̄a ex deo est: qui τ idoneos fecit nos
ministros noui testamēti: ἱκάνωσεν ἡμᾶς διακόνους,
q̄si dicas: idoneauit nos:
vt essem9 ministri (alias increduli, τc̄.) nō litterę.i.legis
Prouerb. cuius minister fuit Moses: sed spirit9.] ¶ Sed nūquid
inquit nulli9 auxilijs adiuti: ac nostro vt dicitur Marte:
nostro ve ingenio τ copijs tantam rem peregimus: tam
grandē illustrauimus prouintiā? At videlicet nostra vir
tute euangeliū Christi cordibus vestris inscriberem9?
Prouerb. Minime inquit: imo sicut dicit: Nō absq̧ Theseo. Epi
stola nostra estis inscripta in cordibus nostris: tamē hu-
ius facinoris gloria ad illum pertinet cuius opera potis
simū perfectū est: nā τ cum Minerua nos quoq̧ admo-
uim9 manū. Nec enim fiducia diuinę opis: reimittere de
Exemplū. bem9 industriā nostram. Quidam cum esset decertatu-
rus: Mineruā consuluit: nū futurū esset vt victor discede
ret. Respōsum est: fore. Uerū cum ille ingressus in thea-
trum: in certamine manib9 staret ociosis: percussus ab
aduersario: victus est: simulq̧ audiuit: cū Minerua ma-
nū quoq̧ admoue: du enim faciētes adiuuāt. Hoc est er-
go quod dicit apo. Fiduciā habemus per Christuz erga
deum: q licet nos non simus sufficientes vel ad cogitan
v. dum saltem / aliquid quod deo placitū sit: τ multo min9
ad eloquendū τ inscribendū in cordibus vestris doctri
nam euangelicam: sed quicquid valuimus aut fecimus:
dei beneficio valemus: nihilomin9 cum hoc tamen verū
1.Cor.3. est quoniā dei adiutores sum9 et cooperatores: alioqui
quomodo essetis epistola nostra non video. Et nos inqt
nostras partes executi sumus: tamen sufficientia nostra

(quid enim habemus quod nō accepimus?) ex deo est: 1.Cori.4.
qui nullis nostris meritis precedētibus idoneos insti-
tuit ministros: vt vobis impartiremus nō veteris testa-
menti mandata ceremonias et instituta: hec enim om̄ia
Mosi tradita sunt administranda: sed noua ac spiritualia
precepta: nouū testamentū: noua sacramēta: τ nouas pro
missiones: de quib9 scriptū est: comedetis vetustissima
veterum: τ nouis superuenientibus: vetera proijcietis. Leui.26.
Uetera sunt proijcienda τ hec sunt iudicialia legis et cē
remonialia: vetustissima retinenda: τ hec sunt precepta
decalogi que omni tempore τ in om̄i statu sunt τ fuerūt
τ obseruabuntur. Noua autem que superuenerūt ea vo
cat apostolus spiritū. Per hec autem apo. nō solum pre- Num.12.
fert se pseudapostolis: sed τ ipsis ministris legis Mosaicę
etiam ipsi Mosi qui fidelis inuentus est in omni domo
dei. [Littera enim occidit: spirit9 autem viuificat.] De vj.
littera occidente idest lege Mosi q̄ irritabat occasionali-
ter ad peccata: dictum est late ad Roma. ca.7. per totū. 4.Reg.4.
¶ Littera igitur occidēs: mors erat in olla. Sed farina
in olla mittitur: cum intellectus spiritualis in occidente
littera queritur τ quasi ex ea exprimitur. Uenerunt filij
Israel in Myrrham vel in Marath vbi aqua erat ama- Exodi.15.
ra: nec poterat populus bibere: nō magis q filij prophe-
tarū vesci de olla in qua mors latebat tanq̄ anguis in her
ba. Clamauit Moses ad dn̄m: τ ostendit illi dn̄s lignum
(dicit Josephus q lignū hoc erat pars baculi quem ge- Josephus.
stabat Moses) quo misso in aquam facta est dulcis: qua
si lignum totas potuisset contingere ac proinde sanare a
quas: non magis certe q̄ sal missum in vas nouū cōtigit
aquas totas quas Heliseus sanauit: cum essent ante pes 4.Reg.2.
simę: maxime cū sal potius aquā perdat τ sterilem red-
dat q̄ sanet τ viuificet: ac fęcundet. Puto igitur q si lex
secundū litteram intelligatur: amara est: insulsa est: mor Origenes.
tifera est: sterilis est: pessima est. Quid enim tam amarū
(verbi gratia) q̄ vt puer octaua die vulnus circūcisionis
accipiat: τ rigorem ferri tenera patiatur infantia? Ama- Genes.17.
rum satis est huiusmodi poculum legis: quod populus
Christianus nec contingere nec gustare potest: nec ho-
stiarū ferre amaritudinē vult: nec sabbati obseruātiam:
Si autem mittatur in hac aqua lignum vitę aut sal sapiē
tię Christus: τ ostenderit nobis quomodo intelligi de-
beat lex Mosi: tūc aq̄ amara fiet potabilis τ dulcis. Alio 4.Reg.4.
qui littera non modo non excitat mortuos sicut baculus
Helisei: insuper τ occidit vel ligna colligētē in sabbato.
Num.15.ca. Dicamus τ illud in excusationē litterę occi-
dentis: cuius vox est: oculum pro oculo: dentem pro den Chryso.
te. τc̄. Leui.24. Exo.21. Deut.19. ca. Uidebitur dn̄s du- vij.
rus qui hanc legem instituit. Sed dn̄s hoc precipiens:
non vt oculos inuicem nobis effoderemus instituit: sed
vt metu quo ab alio istud timemus pati: ipsi quoq̧ tale
quippiam in alios caueremus admittere. ¶ Certe Nini Jonę.3.
uitis non est minatus vt perderet: quoniā si perdere vo
luisset: tacēs fecisset: sed vt meliores timor faceret: ita et
hic. Fingamus enim legē solutā: τ vnicuiq̧ licere q̄cq̄d
velit: nōne sub hac licētia oīa pariter cōfusio inuolueret?
Si enim vix legib9 cohibemur: quid sine legib9 non cō-
mitterem9? Siquis em̄ feros homines in vnū colligēs
gladijs armatos ciuitatē circūire iuberet: atq̧ obuios si
bi confodere: quid tādē hoc esset immanius? At si alius
quidam armatos ligaret: et eos qui occidendi essent de
manib9 eorū liberasset: quid posset esset misericordius?
Igitur lex homines armatos τ paratos ad iniurias pro
ximorū lege talionis compescuit. Sed sicut lex hec pre-
cipit vt qui iniuriam intulit: similia patiatur: ira in legē
spiritus dicitur: si te percusserit vna in maxilla: prebe ei Matth.5.c.
alteram. Ibi lędentē terret ne similia patiatur: hic lęsum
animat ad similia pati: vt hinc qui iniuriā intulit maiorē
concutiatur terrore: dum primę iniurię secundā copulat Matth.10.
τ vtriusq̧ manet vindex deus: qui potest τ corpus τ ani

mā perdere: in cuius manus horrēdū est incidere. Heb.
10.ca. cum Mosi lex corporalē tantū penā infligat. Ignis
quidē nūq̄ extinguitur igne: sed vide quoniā qui prior
manus intulit noxias in fratrē: ipse vtrūq̄ et suū ⁊ fris
effodit oculum: propter quod iure omnibus odiosus est
ad vero Iesus cuz se talione vsus est: nihil fecit immane.
Lex taliōis Et cum calamitas existat par: dispar tamen est meritū ⁊
apud deū ⁊ apud homines: ⁊ id circo iste plures inuene
Phs. rit condolentes: alter autem nullum. Secūdū Phm qui
oculum eruerit libero: non est iustum contra euelli suū:
viij. sed plura pati. Secūdū ergo hoc lex Mosi clemens est:
q̄ videt amara. Denique ⁊ hec lex idcirco posita est vt ostē
deret que vindicta debeatur inferēti iniuriā alteri. Ali
Matth.6. ter enim nesciretur quid venia relaxaret: vt dicere possi
mus: dimitte nobis debita nostra. ¶ Debitores ergo le
ge demōstrant. Quia enim quādoq̄ in plus semper ira
vindictā exigit q̄ iniuriā accepit: dum discunt mala non
multiplicius reddere: quādoq̄ discerēt ea multiplicata
etiam sponte tolerare: hinc rudem populum a quibusdā
Gregori⁹. prohibuit: q̄dam in vsu pristino seruauit: ⁊ ipsa in melio
ris vite figuram. Bruta nāq̄ animalia in Egypto idolis
immolabant: primū tolerauit: idolorū cultum prohibuit
vt dū de vsu aliquid amitterent: in consolatione aliquid
haberent. Sciendū autem q̄ secundū doctores hebreo-
rum aliquos/ exoculatus poterat ex toto iniuriam remit
tere: poterat ⁊ pecunia sibi satisfieri si ei placuisset secun
dū estimationē iudicum: qd si oculum pro oculo exposce
Josephus. bat: implenda erat lex omnino secundū Josephū. Qui
igitur reddit malum pro malo: legem littere implet: qui
autem reddit bona pro malis: implet euangeliū. Porro
qui non reddit nec bona nec mala pro malis: sed obmu-
tescit silens interim a bonis: medius est: sed valde ꝓpin
Psal's.108 quus virtuti. Ceterū qui ꝓ bonis mala reponit: et odiū
pro dilectione: in consilio eius non veniat anima mea.
Genes.49. Qui vero bona reddit pro bonis: facit quidē
bene sed qd faciunt ethnici imo ⁊ bruta animalia. Sciē
dum vero q̄ mandata Mosi in actu facilia sunt: non occi
Chryso. des: nō adulterabis. ⁊c. Ipsa enim criminis magnitudo
voluntatē faciendi repcutit: ideo in remuneratione mo
dica sunt: in peccato autē magna. Mandata autem Chri
sti. i. non irascaris: nō concupiscas: in actu difficilia sunt:
⁊ ideo in remuneratione magna: in peccato autem mini
Joan.6. ma: ista sunt Iod: illa vero totū Alphabetū. Chryso. Igit
littera occidit: sed spirit⁹ est qui viuificat: caro enim nō
prodest quicq̄.

¶ Quod si ministratio mortis litteris defor-
mata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt nō pos
sent intendere filii israel in faciem Mosi pro-
pter gloriam vultus eius que euacuatur, quo
modo non magis ministratio spiritus erit in
gloria? Nam si ministratio dānationis in glo
ria est, multo magis abundat ministerium iu
sticie in gloria. Nam nec glorificatū est quod
claruit in hac parte propter excellentem glo-
riam. Si enim quod euacuatur per gloriā est:
multo magis quod manet in gloria est. Habē
tes igitur talem spem multa fiducia vtimur.
Et non sicut Moses ponebat velamē super fa-
ciem suam, vt non intenderent filii israel in fa
ciem eius quod euacuatur: sed obtusi sunt sen
sus eorum. Vsq̄ in hodiernū diem idipsum
velamen in lectione veteris testamenti manet
non reuelatum, quod in Christo euacuatur.
Sed vsq̄ in hodiernū diem cum legitur Mo-
ses, velamen positum est super cor eorū. Cum
autē cōuersus fuerit quis ad deū, auferetur ve
lamen. Dominus autē spiritus est. Vbi autem
spiritus domini, ibi libertas. Nos vero omnes
reuelata facie gloriam domini speculantes, in
eandem imaginem transformamur a clarita-
te in claritatem tanq̄ a domini spiritu.

¶ Text⁹. Quod si ministratio mortis litteris expressa
in saxis: fuit in gloria: ita vt non possent intendere filii
israel aciem visus sui in faciem Mosi propter gloriā vul
tus eius q̄ euacuatur: quomodo non magis ministratio
spiritus erit in gloria? Ministeriū mortis vocat apo. lit- ix.
teram occidentē: huius figuram gerebat Moses de quo
legimus Exo.ca.34. cū descēderet Moses de mōte Si- Vide ad ro
nai: tenebat duas tabulas lapideas testimonii: ⁊ ignora ma.ca.5.
bat q̄ cornuta esset facies sua ex cōsortio sermonis dei.
Videntes autem Aaron ⁊ filii israel cornutā Mosi faciē
⁊ totam luminosam: timuerūt prope accedere. ¶ Dicit
textus q̄ ex cōsortio sermonis dei erat facies Mosi splē
dida. Procedebant. n. quidā radii miri splendoris a capi
te eius hinc inde in modū piramidū: ex quibus illustra
batur ⁊ vultus eius. Dixit quidam Doctor heb. faciem El More.
Mosi splēdidam factam ex eo q̄ dñs posuit manū super
vultum eius cum transiuit ante eum gloria dei: ipso posi Exodi.33.
to in foramine Petre. Et ꝓpterea inquit nullus sepul-
chrū eius nouit: ne videretur facies eius tabescēs post Deut.34.
mortē: quam illustrauerat gloria dei. Illud annotanduz
q̄ vultus Mosi non refulsit cū portaret priores tabulas Vult⁹ Mo
que figura erant veteris legis: sed cū deferebat alteras si.
que euangeliū prefigurabāt. Si igitur tanta lux effulsit
in vmbra: quātam putam⁹ esse lucem solaris corporis?
Non ergo mireris si Joseph Mariam non nouit: cuius Matth.1.
vultus glorificatus erat non ex colloquio diuino: sed ex
presentia verbi. ⁊c. Hilari⁹. Itaq̄ non poterāt intēdere Hilarius.
filii israel: sed super posito velo iam poterant/ vultus. n.
tantū erat glorificatus. Ceterū in euāgelio cum Christ⁹
transfiguratus est quoniā gloria abundātior erat ⁊ maie
stas in qua visus est Christus simulcū Mose ⁊ Helia: nō Luc.9.
profuit q̄ obumbrauit Apostolos nubes quoniā ⁊ ipsa
lucebat ex presentia refulgentie diuine: sed ceciderūt in
terra timore perterriti: vnde ⁊ grauis somnus irruit su
per eos. Quomodo inquit non magis ministratio spi-
ritus erit in gloria? Propter vnum quodq̄ tale: ⁊ illud x.
magis. Qd dicit litteris deformata sciendū q̄ grece est:
ἐντετυπωμένη, idest insculpta siue informata: aut in-
scripta. Sane quoniā lex Mosi abolen
da erat vt diximus: in lapide sculpta est: euangeliū autē
eternū in cordibus. Habuit tamē gloriam suam pro tēpo Hiere.31.
re quo posita est: pedagogus enim erat tantū: sicut alias
dictuz est ⁊ dicetur. [Nam si ministratio dānationis in
gloria est: multo magis abundat ministeriuz iusticie in
gloria.] Si tantus honor fuit legi q̄ reum conuincebat:
mortem inferebat: concupiscētiā irritabat: nullum sana- Heb.7. et
bat: nihil ad perfectū ducebat: vmbram tantū habebat: 10.cap.
multo magis excellit/ ⁊ longe plus honoris meret euan
gelii ac glorie: per cuius predicationē confertur iusticia
hoc est gratia iustificans peccatorē. [Nam nec glorifica-
tum est vel fuit quod glorificatū est in hac parte propter
eminentē gloriam.] Iusticia legis cōparatione euangeli
ce iusticie iusticia non est. ¶ Habuit inquit suam gloriā
lex: sed radiante euangelii gloria: quod glorificatuz erat
gloriam suam perdidit sicut luna cessat lucere apparen-
te sole: iuxta quod alibi dictum est: illum oportet cresce-
re: me aūt minui. Quo enim luna remotior est a sole: eo Joan.3.
magis lucet: Quo magis ei appropinquat: eo magis ob
scuratur sicut patet ad sensum. Quando igitur lex longe
erat ab aduentu Christi in carne/ tūc maxime fulgebat

gloria eius: dicente propheta: Non fecit taliter omni na
tioni: ⁊ iudicia sua nō manifestauit eis. Psal's.147. Cū
xj. autē venit plenitudo temporis. Gala.4. ⁊ timētibus no
Malach.4 men dei ortus est sol iusticie Christus: deinceps inquit
Synagoga/ non vocetis me Noemi. i. pulchrām: sed ama
Ruth.1. ram. Ego enim q̄ quōdam pulchra eram vt luna: amodo
iam nigra sum: qm̄ inquit decolorauit me sol. Quid est
Canti.1. decolorauit me sol: nisi: nec glorificatū est qd glorificatū
erat aliquando: sed in hac parte non est glorificatū. i. lex
non habet gloriā in cōparatione euangelii. Sed quoniā
aliquando gloriosa fuit ⁊ vtilis: ideo Moses apparet cū
Christo: ⁊ tabule legis licet confracte seruantur intra ar
cam cum secunda lege. i. euangelio: nō q̄ iam future sint
vsui: sed quoniā aliquando vtiles fuerunt. Ecclesia olim
Num.12. ethiopissa: postq̄ peruenit dare deo man⁹: tota pulchra
Psal's.67. est. [Sequit. Et est eadē sentētia. Si enim qd euacuat
in gloria est: multo magis quod manet in gloria est.] Pa
tet ex sepe dictis quomodo lex ad tēpus data est: ⁊ euan
gelium vocatur a Christo dño euangeliū ⁊ testamentuz
Matth.26. eternū. ¶ Requiret aūt aliquis quare tabule quas dñs
Augusti⁹. inscripsit cōfracte sunt: quas vero Moses dolauit dura
uerunt. Dicit q̄ deus primū hominē ratione ⁊ ingenio
decorauit: cor sapiens dedit: vt sine difficultate ⁊ errore
scire posset ⁊ implere precepta dei. Hoc ergo faciendo:
quasi tabulas quasdam scripsit ⁊ dolauit: sed eas homo
confregit cum diabolo acquiescens. Iubetur iterum tabu
Phs. las dolare (est enim anima tāq̄ tabula rasa) idest cordis
latitudinē preparare ad suscipiendū mandata dei ⁊ inni
tatur vt virtutes acquirat sibi cum labore: qui sine eo po
terat a dño datas conseruare. Adā enim in paradiso vin
citur: Job vicit in stercore. Itē alio modo. Tabule huma
no more scripte sunt: q̄ cum ipsis iudeis manerēt: signifi
cātes eosdem suis operibus gloriaturos: non de digito
idest spiritu dei. Remanent tamē ⁊ confracte in testimo
Heb.10. niū eoruz dure ceruicis: sicut ⁊ Manna ⁊ virga Aaron.
Igitur secunde tabule nouū testamentū significant: sicut
prime vetus: vnde confracte sunt. Maxime qd cum secū-
Exodi.34. da vice datur lex nullo terrore datur: sicut prima data est
in terrore ignis nubis ⁊ buccine. Vnde dicit. Exo.20.c.
xij. Non loquatur nobis dñs: quoniā hoc ad secūdā legem
pertinet: quādo nouissime loquutus est nobis per filiū:
Heb.1. sed loquatur Moses: ⁊ audiemus. Fuit. n. timor in prio
ri testamēto: charitas in secūdo/ q̄ foras mittit timorem.
Matth.5. Et in priori testamēto quod deus precepit: homo non fe
cit: ⁊ propterea venit Christus adimplere legem: hoc est
donare charitatē per quā lex impletur: plenitudo enim
legis est dilectio. Rom.13. [Habentes autē talem spem:
multa fiducia ac libertate vtimur.] Spem quā habem⁹
ea est: quod deus nos idoneos ministros fecit p gratiā
noui testamenti in quo ministratur spiritus gratie. Pro
multa fiducia: grece est πολλῇ παρρησίᾳ, que vox ꝓ
prie significat loquēdi libertatē:
cum quis palā loquitur quod sentit. Hoc igitur ad Mo
Exo.34. sen refert qui palam ⁊ aperte non est ausus populo loqui
precepta dei: sed velata facie. Sed ⁊ cum mitteretur in
Exodi.4. Egyptū ad israel: respondit: non audient me: neq̄ credēt
vixq̄ persuasus est vt iret: comite Aarō fratre: nec enim
vnquam solus abiisset: et adhuc viso vno ⁊ altero signo.
¶ Dic ergo apostolus. Habentes talem fiduciam q̄ ido
nei sumus. ⁊c. Palam ⁊ omni libertate lucem euangelii
credētiū ingerimus oculis. Huiusmodi enim est gloria
hec vt velari non debeat: ⁊ vos ea puritate mentis fulge
tis vt eam intueri possitis. Vobis enim ⁊ omnibus timē
Malach.4 tibus nomē dei lux hec orta est. Vnde ⁊ Christus nascēs:
stellam misit ad gentes. Matth.2. ⁊ claritas dei circūful
sit pastores. Luc.2. [Et nō inquit sicut Moses ponebat
velamē super faciem suam: vt nō intenderēt filii israel in
finem eius quod euacuatur] aut in faciem eius: cui⁹ glo-
ria euacuatur. Sciendum q̄ textus noster habet in faciē
eius quod euacuatur: Grece autē sic. εἰς τὸ τέλος τοῦ
καταργουμένου hoc est in finē eius xiij.
quod aboletur aut irritū redditur sed
secundū nostrū textū/ ly quod/ non habet quod referat.
Grece autē potest esse generis masculini ly τοῦ vel neu
trius: vere aūt est masculini: et refert Mo. τοῦ/ seu ipsū
cuius gloria vultus euacuata est in morte: ⁊ gloria legis
cuius figuram gerebat euacuatā est/ apparente euange-
lio. Legendum est igitur: in finem eius qui euacuatur. i.
Mosi: aut eius rei que euacuatur: ⁊ tunc refert gloriam
vultus Mosi que euacuata est. Quod autem dicit: vt nō
possent intēdere in finē: Grece est: πρὸς τὸ μὴ ἀτενίσαι εἰς τὸ τέλος.
Atenise grece/ idē est quod defigere oculos: ⁊ immotis
oculis intueri: quēadmodū solent amātes: ⁊ hi q attēte
audiunt loquentē. Aspicere igitur poterāt: sed fixis ocu
lis ⁊ diu inherētibus non poterant. Vnde re comperta:
Moses quoties loqueretur populo: faciem velo obtege
bat. Quod dicit: non intenderēt in finē: sensus est: vt ne
illic cōquiescerēt perpetuo: delectati pulchritudine vul-
tus ei⁹ luminosi. ¶ Sed ⁊ in hoc etiam prefigurabatur
abolendā esse gloriam legis. i. vultus ipsius Mosi. Fru-
stra enim gloriosum est qd cernere non licet. Erat lucida
facies sed velata. Possumus secundū nostrum textū sic
exponere: Non poterāt filii israel intendere in faciē eius
corporis luminosi: quod euacuatur: Et illud erat corp⁹
Mosi lucidum secundū faciē tantū. Et patet. [Sed obce
cati ⁊ obtusi sunt sensus eorū.] Vtinam inquit apo. vela-
men illud quod erat super vultū Mosi non transisset ad xiiij.
corda iudaici ppli. Nō enī modo obtusi obcecatiq̄ sunt
oculi eorum ⁊ cecutiunt cum patre suo Isaac: ⁊ claudi- Genes.27.
cant cum Jacob. Genes.32. ⁊ albuginem habēt in oculis
cum Tobia. Cap.11. ⁊ cum Zacharia effecti sunt Muti.
Luc.1. ⁊ labiis incircūcisi cum Mose. Exo.4. ⁊ cū Mal-
cho perdiderunt aurem dextram: ⁊ manū aridam habēt Joan.18.
cum eo quem sanauit Jesus. Luc.6.ca. ⁊ gibbū ferūt in
clinati semper ad terram: sicut ea quā Jesus erexit: erat
enim filia Abrae: ⁊ lepra respersi sunt per septē dies in- Luc.13.
tegros cum sorore Mosi ⁊ Aaron Μαρία, Num.12.ca.
sed ⁊ obtusi sunt sensus eorū inte riores: quam
excecationē veluz vultui Mosi oppansum prefigurabat:
sequitur. [Nam ⁊ vsq̄ ad hodiernū diem id ipsum vela-
men. (Velamē hoc pallium est quod Joseph synagoge re- Genes.39.
liquit: ipse autem fugit super montes Bethel) in lectio Canti.8.
ne veteris testamenti manet non reuelatū:] nec tollitur
velum: quod tamen in Christo euacuatur. Et tamen no 4.Reg.2.
bis palliū quoddā reliquit Helias: quādiu videmus spi
ritū aure lenis intra speluncam corporis huius. Sed vsq̄ 3.Reg.19.
in hodiernū diem cum exponitur ⁊ legitur Moses: vela
men est positū super cor eorum: quo ipsi priores velaue-
runt vultū Christi tanq̄ indigni qui respicerētur ab eo. Luc.22.
Intellige ergo duplex velamen: alterū positū in lectione
legis: alterū super cor eorū. Qm̄ ⁊ negant Christum ve
nisse in carne: ecce vnam cecitatē: ⁊ cū venerit Antichri-
stus: illum suscipient sine dubio: sicut dicit Christus in
euangelio: si venerit alius in nomine suo: illum suscipie-
tis. Ecce alteram cecitatem. Primū veluz euacuatur in Joan.15.c.
Christo: Christus est enim quem lex obūbrabat: prophe
ta q̄ ex fratrib⁹ suscitatur. Deut.18. ⁊ hoc modo veluz qd
est in lectione veteris testamenti aboletur per Christū:
cuius vox est: ego qui loquebar: ecce adsum. Esaie.52.
Alterū autē velum quod est super corda iudeorum dicit
apo. auferendū: cum conuersi fuerint ad dñm: quod fiet Rom.11.c.
post q̄ intrauerit plenitudo gētiū. ¶ Vnde dicit aposto-
lus consequēter. [Cum autē conuersus fuerit iudaicus
populus ad deum: auferetur velamē] de corde eorū. Ve xv.
lamē enim quod est in lectione ve. testamenti in Christo
⁊ per Christū ablatū est iam diu: cum eo moriēte velum Luc.23.
templi scissum est: latus eius apertum. Joan.19.ca. monu

menta aperta: oculi discipulorum reuelati: scripture resera
Luc.24. te: tunc inquit aperuit illis sensum vt intelligerēt scriptu
Joan.10. ras. Et illud. Et vidit et credidit. Nondum enim sciebat
scripturas: quia oportuit eū a mortuis resurgere. Uide-
mus tamen et nos adhuc ex parte eum qui prospicit per
cancellos et retia. Canti.2. interest tamē: quoniā iudeis
stetit post parietē. Unde dicit sponsa synagoga: en ipse stat
Canti.2. post parietem nostrū. Loquebatur enim ab intra sancta
Num.7.c. sanctorū quo nullus accedebat excepto summo pōtifice.
Respondet ecclesia: prospiciens per cancellos: eminens
per retia. Olim igitur vix audiebatur: videbatur autē
minime. Nunc quidē ex parte videtur: et ex parte latet.
Donec enim in corpore hui⁹ mortis posita est anima no
stra tanquam in custodia publica: nō potest nudam et apertā
dei sapientiā capere: sed per exempla quedam et inditia
atque imagines rerū visibiliū inuisibilia vtcunque contēplat
et hoc est prospicere ad eam sponsum per retia fenestrarū:
Que nulla peccatorū retia tenuerūt: nō magis quam funes
Judicū.16. Samsonē. etc. De hoc.1.Corin.ca.13. dictum est. ¶ Legi
Exodi.40. mus autem quod nō poterat ingredi Moses tectum taber-
naculi federis nube operiēte omnia. Notanda res et mi
rabilis multū: quod nube totum implente tabernaculū (que
xvj. tamen gloria dñi dicitur) nō poterat Moses intrare: qui
tamē in monte Sinai quando legem primitus accepit:
Exodi.24. intrauit in nube vbi erat deus. Sed tūc figurā gerebat
eorum qui participes sunt intime veritatis dei: nūc aūt
figuram gerit iudeorū quibus gloria dñi que in taberna
culo est (illo videlicet de quo dicitur: ponam tabernacu-
Leui.26. lum meū in medio vestri quod est verbū caro) tanquam nu-
bes opponitur non eam intelligentibus: velamine prohi
bente quod positū est super cor eorum: ideoque nō intrāt
tabernaculū eius: credentes incarnationē eius nec ado
Psalm.131. rant locum vbi steterūt pedes eius/negantes integrita-
tem matris eius. Quis igitur non admiretur mysterio
rum magnitudinē: quis non pertimescat notā obtusi cor
Origenes. dis? Glorificata est facies Mosi: et non possunt in eam in
tēdere filii israel. Id ipsum et in nobis videre est: quoniā
adhuc populus sum⁹: et nihil studii vel meriti plus quam re-
liqua plebs habemus. Uerūtamē non omnino ablata est
a nobis spes auferendi velaminis: si cōuertamur ad do
minū. Uis autem scire quid sit auerti a deo? Omnis qui
cum recitātur verba dei: cōmunibus fabulis occupatur:
auersus est. Omnis qui in ecclesia de negotiis et curis se
Esaie.29. culi sollicitudinē gerit: auersus est: quem etiā si videatur
labiis deū honorare: cor tamen longe est a deo. Quid est
Psalm.1. ergo conuerti ad dñm? Si his omnibus terga vertamus.
Genesis.19. (vxor Loth auersa erat) et studio actibus et mente verbo
dei operā demus: et in lege dñi meditemur die ac nocte:
hoc est conuerti ad dñm. ¶ Preterea sciendum quod in le-
Exodi.34. ge vultus quidē Mosi glorificat⁹ refertur: tectus tamē
Exodi.4. velo: manus autem eius intra sinum missa: leprosa facta
memoratur sicut nix. In quo mihi videtur forma totius
legis plenissime designari. In vultu enim ei⁹ sermo eius:
quia ex consortio sermonū dei fact⁹ est coruscus: in manu
Heb.7. autem opera designātur. Quia ergo ex operibus legis
xvij. nullus iustificandus erat: nec aliquid ad perfectū duxit
lex: idcirco manus Mosi leprosa fit: et in sinu recōditur:
tanquam nihil perfecti operis habitura: facies vero glorifi-
cata est: sed velamine tegitur: quia sermo ei⁹ habet sciē
tie gloriam sed occultā: que tamē reuelatur in Christo.
Sed nec in pedibus habet gloriam: iubetur enim solue
Exodi.3.c. re calciamēta: quod tamē non fiebat sine aliqua forma my-
sterii. Nouissima namque pars hominis pedes sunt. Osten
debatur ergo quod in nouissimis tēporibus: solueret Mo-
ses calciamentū suū: vt acciperet alius sponsam: et ille vo-
Deut.25. caretur domus discalceati vsque in hodiernū diē. Quod
quoniā non tunc sed olim futurū erat: non iubetur depo
nere calciamenta. i. excalciari: sed soluere corrigiam tan-
Joan.1. tū. Quo contra de Christo dicitur: Nō sum idoneus sol-
uere aut portare calciamēta ei⁹. ¶ Nihil ergo gloriosum
habet Moses preter faciem: Christus autem totus glo- Luc.9.
riosus videtur in monte. Uisus est tamē a propheta Eze
chiele totus quidē splendidus et lucens: sed differenter
quoniā a lūbis eius et desuper vidit quasi speciē electri
velut aspectū ignis intrinsecus per circuitū eius: a lum-
bis autem eius et deorsum quasi speciē ignis splendētis
in circuitu: velut aspectū arcus cū fuerit in nube in die
pluuie. Per hoc enim quod humana natura ex diuinitatis Ezech.1.
copula clarior facta est: quasi per aurum creuit argentū.
Et quoniā diuinitas a fulgore suo nostris aspectibus tē Gregori⁹.
perata est: quasi aurum nobis palluit per argentū. Si.n.
natura illa que omnia innouat: in se immutabilis perma Electrum.
nens ita vt est nobis apparere voluisset: fulgore suo nos
potius incenderet: quam renouaret. Sed temperata oculis Tho.p.3.q.
quasi velo carnis sue sicut dicit apo. nostra infirmitas in 45.ad.3.et.
eius luce clarescit: quoniā vt ita dicam: ipse sue habitu- 4.
dinis lucem mutauit. Electrū igitur in igne est deus in
carne: sicut et ignis in rubo: imo rubus in igne est caro
eius in persecutione. Hec expositio illud presupponit quod xviij.
quedam Electri species est quae constat ex quinta parte ar
genti et quattuor partib⁹ auri qualis est Massa vnde au
rei Joānini excudūtur quos hispani duplas appellant:
teste Plinio. Lib.33. Et hoc Electrū vocatur artificiale.
Dicamus de naturali Electro. Est aūt lachryma defluēs
ex arbore glessaria in insulis Germanie septētrionalib⁹
quas electridas siue Glessarias vocant: que deinde con
gelascēs: ad lapidis duritiem peruenit: ab hispanis vo- Origenes.
catur Ambar. ¶ In monte igitur illo cōpleta est promis
sio Mosi facta de videndo dei posteriora: vidit enim ea Joan.8.
que in fine seculorū facta sunt et gauisus est sicut Abraā. Exo.33.
Et necessario est gauisus: quoniā qui vultu tantū glorifi
cato montē ascendit: totus gloriosus descendit de mōte Luc.9.c.
in quo visus est in gloria et maiestate. Gaudebat etiā quo
niā videbat impletū quod ipse predixerat: prophetā su-
scitabit vobis dñs. etc. et videbat eum adesse et fidem fa Deut.18.
cere sermonib⁹ suis: et sic Moses quodāmodo deponit
velamē cōuersus ad dñm. [Dñs autem spiritus est.] In-
telligit autem apo. per hec verba et sequētia quod tanta sit
differentia inter litteram et spiritū: legem et euangeliū
quanta inter corpus et animā: inter dñm et seruū: imo in
ter Mosen et Christum. Euāgeliū docet eterna: spiritua
lia: et Christum: lex autem carnalia et temporalia: et timo
ris lex erat/eo quod manus Mosi graues erāt. Imo grauis- Exodi.17.
sime vt pote que a duobus viris vix sustentabant. Quo
niam ergo lex metu suppliciorum cohibebat manū potius
quam animū: seruilis erat. Uelum autē seruitutis est inditiū
sicut alias diximus. Ubi autē [Spirit⁹ dñi qui diffun-
ditur in credentiū cordibus per spiritū sanctum: ibi et li
bertas.] Hic igitur spirit⁹ dñi charitas est quae foras mit-
tit timorē. In hoc enim spiritu dei audemus clamare to
ta confidentia. Rom.8.c. Abba pater. Ita dicit Augusti
nus: breuis differentia legis et euangelii timor et amor:
seruitus et libertas. [Nos autem omnes reuelata facie xix.
gloriam dñi in speculo representātes: quod est speculan
tes: in eandem imaginē trāsformamur a gloria in gloriā
tanquam a dñi spiritu:] Siue a dño spūs: siue a dño spū. Grece
ἀπὸ κυρίου πνεύματος. Quod igitur dicit: specu-
lantes: a speculo dictum est:
κατοπτριζόμενοι, vt intelligamus dei gloriā a mundis
et immaculatis animis tanquam in speculo excipi ac reddi.
Ut per hoc videatur apostolus alludere ad illud quod supe
rius dictum est videlicet quod Moses ex diuino colloquio Chrysost.
refulsit in facie: et testimoniū deitatis in vultu portauit
ad populum: sed tamen velata facie loquebatur. ¶ Sic
igitur ille in vultu expressit quodāmodo gloriā incorru
ptibilis dei: sic nos eandem gloriā preferimus in men
tibus nostris: non tamē velatam sed reuelatam: sicut di- Matth.5.c.
citur: Luceat lux vestra corā hominibus et videant opera

vestra: videant claritatē mentis vestre: qui non potuerūt
portare claritatē Mosi quae aboletur. Sicut igitur olim Mo
si facies ex colloquio diuino velut speculū ex repercus-
sione radiorū solis illuxit/ita et mens nostra cōtinuis in-
Psalm.83. cremētis (ibunt enim de virtute in virtutē: et omnis lo-
cus quē calcauerit pes vester/vester erit. Josue.1. Deut.
11.ca.) indies magis ac magis proficit. i. a claritate in cla-
Daniel.12. ritatē: quasi primū luceat sicut stelle in firmamento: dein
ceps cum vlterius profecerit: sit pulchra vt luna. Cāti.6.
dum solis radios equet: deinde fulgeat sicut firmamētū.
Quodque dicit a dñi spiritu: sensus est quod a spiritu dei agi
tur anima et ducitur per omnes hos gradus cognitionis
siue claritatis aut gloriarū: iuxta quod dicitur ad Rom.8.c.
Qui spiritu dei aguntur. i. ducuntur: hi sunt filii dei. Et
sciendum quod in speculo imaginē tantū videmus: sed per
imagines vtcunque deuenimus in cognitionē veritatis.
1.Cor.13. Sic a cognitione creature. i. que fit per creaturam transi
mus ad eam que fit per scripturā: et inde videbimus fa-
cie ad faciem.

¶ Quartum caput.

j. Deo habē-
tes hanc admini
strationē, iuxta
quod misericor
diam cōsequuti
sumus, non defi
cimus, sed abdi
cam⁹ occulta de
decoris, non am
bulantes in astu
cia: neque adulte-
rantes verbum dei, sed in manifestatione ve-
ritatis cōmēdantes nos met ipsos ad omnem
conscientiā hominū coram deo. Quod si etiā
est opertum euangelium nostrum, in his qui
pereunt est opertum, quibus deus huius secu
li excecauit mentes infidelium, vt nō fulgeat
illuminatio euāgelii glorie Christi, qui est ima-
go dei. Non enim nos met ipsos predicamus
sed Iesum christum dominū nostrū. Nos autē
seruos vestros per Iesum. Quoniā deus qui
dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illu
xit in cordibus nostris ad illuminationē sciē-
tie claritatis dei in faciem Iesu christi. Habe-
mus autem thesaurum istum in vasis fictilib⁹
vt sublimitas sit virtutis dei & non ex nobis.
In omnibus tribulationem patimur, sed nō
angustiamur. Aporiamur, sed nō destituimur
Persequutionem patimur, sed nō derelinqui
mur. Humiliamur, sed non cōfundimur. De-
iicimur, sed non perimus.

¶ Ideo habentes hanc administra-
tionē: iuxta quod (alias quatenus vel vt) misericordiā dei
consequuti sumus: non deficimus: sed abdicamus occul
Ezechie.1. ta pudoris.] Animalia illa plena erant oculis intus et fo
Psal.44. ris sicut dicitur: omnis gloria eius ab intus: sed et ab iis
1.Thim.3. qui foris sunt oportet ha. testimoniū. Huic simile est quod
in lege precipitur vt cum quis egreditur ad requisita na
ture: mittat paxillum in baltheo: et fossa humo abscōdat Deut.23.
quae egesta fuerūt. Nature enim corruptibilis pōdere pres
si: a mentis nostre vtero quedā cogitationū superflua etiā
nobis nolētibus erūpūt. Sed portare paxillū iubemur:
vt semper accincti acutū circa nos stimulū cōpūctionis Gregorius
gestemus: qui incessanter terram mentis nostre penitenti-
e dolore cōfodiat: sic quod a nobis praui ac odoris gra
ue procedit abscondat: sepulto videlicet Egyptio sub sa Exodi.2.c.
bulo. i. carne que rixā cum spiritu indesinenter cōserit. Gala.5.
Pēdet aūt sententia ex superiorib⁹. Ministros inquit nos
constituit deus ac dispensatores tanto maiorum ac spiritua
liū donorū quanto dignior est spiritus littera et Christ⁹
Mose. Sed nunquid nostris meritis datū est hoc: aut nō
vocati ingessimus nos tanto ministerio imo et tanto one
ri? Absit: sed cum esses inquit paruulus in oculis tuis: 1.Reg.15.c.
caput in tribubus constitui te. Cum sis paulus in syna-
goga: discipulus videlicet Gamalielis: constituam te ca Actu.22.
put in ecclesia: et doctorē gentiū: et apostolū Christi: Iux
ta quod inquit misericordiā consequuti sumus. Quam
misericordiā? Ego inquit sum Iesus nazarenus quē tu
persequeris. O altum profundum diuitiarū et misericor
diarū dei: quam incōprehē. sunt inditia tua dñe. Imo tu es Actu.9.c.
ille quē paucis ante elapsis diebus principes nostri tra
diderunt Pontio pilato: et ille eū tradidit crucifigendū
ministris. Si quid ergo potes: quare vel tunc non potui
sti: sed tanquam ouis ad crucem ductus es? Durū inquit est Esaie.53.
tibi contra stimulum calces mittere. Quid ergo? Uade
ad Ananiā. etc. vide ergo quanta misericordia/creator
omniū dixit: ego sum Jesus: quasi esset vnus de populo.
Quoniā igitur Paulus iuxta quod misericordiam cō-
sequut⁹ est sortitus est fortem ministerii huius et aposto
latus: non deficit: imo priorū oblit⁹: ad quae coram sunt sem Philip.3.
per extenditur: iuxta quod dicitur: non reuertebant cū
ambularent. Quomodo autem semper in melius profi- Ezech.1.
ciat exponit dicens: abdicamus occulta: de quibus dicit
quoniam nihil mihi conscius sum: et illud castigo corpus 1.Cor.4.
meum et in seruitutē redigo. Quod fortassis propterea di 1.Cori.9.
xit quoniā sicut dictū est/lex magis manū prohibebat quam
animū: euāgeliū autem ad radicem apposuit securim di ij.
cens: ita pater meus faciet vobis: si non remiseritis fra
tribus de cordibus vestris. Et illud: iā mechatus est in Matth.18.
corde suo. Et illud: de corde exeūt cogitationes male: Matth.5.
fal. testimonia. etc. ¶ Quid enim ego preceptorū sapien Matth.15.
tiam: celestiū legum virtutē: angelice vite ordinem enar Chryso.
rem? Talē nobis vitam euāgeliū proposuit: tales apud
nos leges cōdidit: et tales mores instituit: vt qui his vsi
fuerint: angelorū mox induant naturam: et quantū homi
ni liceat: deo similes reddantur: et si omniū hominū mali
ciam excesserint. Hinc illa pauli vox: nostra autē cōuersa Philip.3.
tio in celis est: huic enim mūdo crucifixus erat. [Nō am- Gala.6.
bulantes in astucia: neque adulterantes verbū dei sed in
manifestatione veritatis.] Prudētia sicut dicit phs nō
est sine astucia: nō est tamē astucia: inde est quod astucia in
differēs est ad vitium et ad virtutem. Si enim id quod
intendimus rectum sit: astucia laudabilis est: quo dixit
dñs ad Jehu. 4.Reg.10. quia studiose egisti quod rectū 4.Reg.10.
erat. etc. Quartā vsque generationē: sedebūt filii tui super cap.
thronū israel: simile verbū illi/reddens peccata patrū in Exodi.20.
filios vsque in tertiā et quartā generationē. Si autē im iij.
probū: tunc est dolus: quapropter prudentes astutos et
non dolosos vocam⁹. Huiusmodi dolo vsus est atque astu-
cia villicus ille iniquus: cuius tamē dolosam astuciā lau Matth.18.
dauit dñs suus: quod prudenter inquit et astute egisset. Cū
igitur audis Paulum dicentē: nō ambulātes in astucia:
de astucia villici intellige: nō de ea qua Jehu vsus est: cul
tum zelans vnius dei: vnde perdidit de super terrā om
nes sacerdotes Baal: vt ne vnus quidē sup esset. ¶ Astu Matth.23.
ti igitur alio nomine simulatores vocantur et hypocrite:

τ dealbata sepulchra: quorū vox est: interrogate diligen
Matth.2. ter de puero: τ eo inuento: renuntiate mihi: vt τ ego ve-
niens adorē eum. Et vt dicitur in prouerbio: Crocodyli
lachryme. Sunt enim qui scribant hoc animal conspecto
homine procul: lachrymas emittere: atq; eūdem mox de
Prouerb. uorare. Huiusmodi erāt lachryme Bassiani imperatoris
Lachrymabat enim quoties mentio fieret aut imaginē
videret Gette fratris quem ipse occiderat. Hi sunt simu-
lachrum τ pellis caprarū reperta in lecto Dauid. Michol
1.Reg.19. construxit lectulū quasi egrotantis: τ sub sago iecur spi-
rans capre supposuit. Ostendit ergo militibus Saul le
ctulum coopertū: τ dum iecur pecoris quod sub sago ia
cebat palpitaret: egrotū esse τ dormire Dauid qui missi
Matth.7. fuerant crediderūt. Sunt prophete falsi: qui veniunt in
vestimentis ouiū: intrinsecus autem sunt lupi rapaces:
quales erāt pseudapostoli q̄ pro questu pdicabant adul
terātes pinde ℣bū dei: de quo dictū est supra capite.2.
Licet hic aliud verbū ponat in greco puta: δολοῦντες,
hoc est dolo vtentes ac falsificātes. (Mitte
Matth.4. te deorsū: quia. τc.) qd̄ maioris criminis est apud deū:
iiij. q̄ apud homines cudere pecuniā falsam: quanto contra
digniorem τ nobiliorē rem cōmittitur fraus. Sequitur.
[Sed manifestatione veritatis cōmendantes nos met
ipsos ad omnē conscientiā hominū coram deo.] Veritas
Marci.6. quidē amara est sepe: τ rugose frontis: q̄ non raro odiū
parit dicenti: sicut peperit Joāni baptiste: similē q; pro-
3.Reg.19.c. lē peperisset Helie nisi fugeret a facie Jezabelis: tamen
nihil nos deo cōmēdabiliores reddit atq; item homini-
b⁹ q̄ simplex veritatis affirmatio. Unde dixit τ Pytha
goras: post deum veritatē esse colēdam: que sola deo ho
Pythagoras. mines proximos facit. Et quoniam oportet habere testi
monium etiam ab his qui foris sunt: dicente Christo: lu-
1.Timo.3. ceat lux vestra coram hominib⁹: vtrumq; complexus est
Matth.5. apo. dicens [cōmēdantes nos met ipsos predicatione ve
ritatis: non modo ad omnē conscientiā hominū: sed etiā
coram deo] Curā inquit habe de bono nomine: hoc enī
Eccles.41. magis pmanebit tibi q̄ mille thesauri preciosi τ magni.
Nec est omnino vana fama quam omnis populus decā-
Socrates. tat. ¶ Et sicut dixit Socrates: expedita τ cōpendiaria
via homines ad gloriā peruenire possent qui id agerēt:
vt quales videri vellēt: tales etiam essent. Quibus ver-
bis illud monebat: vt ipsam potius homines virtutē q̄
vmbrā eius consectarētur. Et sicut dixit Plautus: Ego
si bonā famā mihi seruassem: satis forem diues: est enim
Fama. fama quedam dea immortalis: ac proinde τ infamia im-
mortalis est τ ipsa: etiam tūc viuit cum mortuā credis.
Ad omnē inquit cōscientiā hominū. Quid si mali sunt:
Si tu bonus: τ male de te opinātur homines: mali sunt
Seneca. qui sic opinātur. Mouerer inquit Seneca si de te Ma
rius: si Cato: si Lelius sapiens: si Fabricius: si alter Ca
Matth.11. to: si Scipiones duo/ista de te loq̄rētur: mouerer si hoc
iuditio facerent qd̄ nunc morbo faciunt: alioqui τ Chri
stus vocat⁹ est homo vorax τ vini potor: τ samarites sed
v. a quibus tandem? Ab his qui per inuidiam Christū tā
dem tradiderūt Pilato: canes impudici τ malignātes
ac pinde ingratissimi. Sed falsus rumor sicut dixit Hie
Hierony⁹. ronym⁹ cito opprimit: τ vita posterior iudicat de prio-
re. Nec enim audiendi sunt viri optimi in hoc qui cum
veniunt in aliquam malam opinionē aut suspitionē vn-
de vitam suam longe ab esse sciunt: dicunt corā deo suffi
cere sibi conscientiā: estimationē hominū non solum im
prudenter imo τ crudeliter contēnentes: cum occidant
Augusti⁹. animas proximorū: quib⁹ s̄m suas suspitiones quasi tur
pis/que casta est displicet vita sanctorū. ¶ Itaq; nō solū
vitia vitāda sunt: sed quicquid probabiliter fingi potest
1.Thessa.5. aut dici vitandū est: sicut alibi dicit apo. ab omni specie
mali abstinete vos. Quod si. [Adhuc velatum est euan-
gelium nostrum: in his qui pereunt velatum est: in qui
bus deus huius seculi excecauit mētes infideliū: ne illu

cescere: eis lumē euangelij glorie Christi qui est imago
dei inuisibilis.] Ad si inquit adhuc sunt plures quibus
non dum eluxit claritas dei: τ lux euāgelij: sed sedent in Psal.106
tenebris τ vmbra mortis vincti in mendicitate τ ferro
non est in causa pater luminū qui omnem hominem illu Joan.1.
minat venientē in hunc mūdū: sed ipsi sunt sue cecitatis
autores: q nolunt intelligere vt bene faciant: nolunt ocu Psal.35.
los aperire vt lumen percipiāt: quod iam diu effulsit in
orbe. Hi sunt de qbus dicitur: occidet eis sol in meridie:
vt palpent sicut ceci parietes: qui cum essent maxime ce Amos.8.c.
ci ac maxime duce indigerent: dixerūt deo: recede a no-
bis: scientiā viarū tuarū nolumus. Quis est ops vt ser- vj.
uiamus ei: τ quid nobis prodest: si orauerimus illū: De Job.21.
mocrit⁹ oculis amissis: alba scilicet τ atra discernere nō
poterat: at vero bona mala: equa iniqua: honesta turpia:
vtilia inutilia: magna parua poterat: τ sine varietate co- Democrit⁹
lorum licebat viuere beate. Dimitte inquit me ait Sam
son cecus imo exoculatus puero q̄ regebat gressus eius
τ moriatur anima mea cum philistijm: vt vlciscar me de Judi.16.
hostibus meis: τ pro amissione duorū luminū: vnā vltio
nem recipiā. Sed nō est bona vltio cum oculis corporis
amittere simul τ oculos mentis. Permittit tamē illud
deus aliquoties vt qui nolunt cum possunt: cū velint nō
possint venire ad lumen veritatis: hi sunt quibus deus Prouerb.
huius seculi: rector tenebrarū harum (quia τ Moses vo
catur deus Pharaonis: τ venter est multorum deus: et Exodi.7.
auaritie statua τ idolum Nabuco.) excecauit mentes et Philip.3.
sensus incredulorū: vt quomodo creator omniū deus et Daniel.3.
amator/lumen restituit seruis suis/siqui casu amiserint Cap.11.
vel natura sicut patet in Tobia/in ceco nato: sic pnceps Joan.9.
mundi huius eruat oculos eorum qui se tota deuotione
ei tradiderunt sicut legimus primi. Reg. Cap.11. dixisse 1.Reg.
Naas Ammonitē ad habitatores Jabes Galaad qui di
xerant ei: habe nos federatos: τ seruiem⁹ tibi: in hoc in
quit feriam vobiscū fedus: vt eruā omniū vestrū oculos vij.
dextros: ponāq; vos obprobriū in vniuerso israel. Sini-
stros autem non eruit: sunt enim maxime necessarij his Figura.
qui ex integro susceperunt iugum eius τ militiam ei⁹.
His enim oculis sapientes sunt vt faciant mala: quoniā Hiere.4.
autem oculū dexterum perdiderūt: benefacere nesciūt:
credere non possunt: sicut dixit Esaias (quod est/nō eis Joan.12.
illuxit lumē euangelij) quod est mirū: cū cetera faciat ho
mo etiam nolens: credere autem non possit nisi velit. Di
stingenda sunt autem hec tria: imago: similitudo: equali
tas. Ubi enim imago: ibi τ similitudo: sed non continuo
equalitas. Ubi equalitas τ similitudo: nō cōtinuo ima
go nec equalitas. In speculo est imago τ similitudo: non Augustin⁹
tamē equalitas: quia multa desunt imagini: q̄ insunt illi
rei de qua expressa est. Potest τ aliquādo esse imago in
qua sit equalitas vt in parentibus τ filijs inuenitur ima
go τ similitudo τ equalitas: excepto tempore quo prece
dunt parētes filios suos. Potest esse similitudo τ equa-
litas q̄uis nō sit imago vt in duobus ouis parib⁹. Chri-
stus autem ita dicitur imago patris: vt nihil horū desit:
cum τ sit coequalis et coeternus τ imago bonitatis pa-
tris: quem q̄ videt: videt τ patrem. [Non enim nos met Joan.14.
ipsos predicamus: sed dn̄m Jesum christum.] Jlle enim
seipsum predicat: qui gloriam τ vtilitatem suam querit. 1.Corin.13.
Dei agricultura estis: dei q; edificatio τ area: nos autem
dei coadiutores: structores q; τ ministri imo qd̄ verius viij.
est: nos autē. [Serui vestri per Jesum] vel propter Je-
sum iuxta quod alibi dixit: cū essem liber: oīm me seruū
feci: quod est mirabile: cum nemo possit vel duobus. τc. Matth.6.
Uidelicet vt omnes si fieri posset dn̄o lucrarer: cuius ser
uus sum: imo τ omniū seruus: propter eum qui cum in 1.Corin.9.
forma dei esset in forma serui ministrauit nobis. [Quā
deus est qui iussit e tenebris lumē splendescere: qui illu Phil.2.
xit in cordib⁹ vestris ad illuminationē cognitionis dei
glorie vel sciētie claritatis dei in facie Jesu christi.] Q̄d

Exodi.34. dicit apo. In facie christi Jesu: alludit ad faciem Mosi in
qua quodāmō refulsit gloria claritatis dei: sicut predictū
est: hoc excepto q̄ ille velabat faciem cum loqueretur po
pulo. At in Christi facie qui est imago inuisibilis dei re
Heb.1.ca. fulsit gloria dei patris non velut in speculo: sed velut in
eo qui est splendor lucis eterne τ character expressus fi-
gura q; substātie eiusdem eterni patris. Eramus inquit
Ephe.2. apo. τ nos natura filij ire: tanq̄ qui cōmuni lege editi su-
mus a Nouerca natura mortales: nudi τ ceci: nec nobis
hanc lucem peperimus q̄ amodo effulsit in mētibus no-
Tullius. stris. ¶ Sicut enim dicit Tullius: homo non vt a matre
sed vt a nouerca editus est a natura in hāc vitam: corpo
re nudus: fragilis τ infirm⁹: animo autē anxius ad mole
stias: humilis ad timores: inermis τ mollis ad labores:
Homo. pronus ad libidines: in quo tamē esset tanq̄ obrut⁹ qui
dam diuinus ignis ingenij et mentis. Legimus tamen
Genes.26. Gene. ca.26. q̄ Isaac fodit tertio puteos: τ inuenit aquā
viuā: de qua dicit: flumina de ventre eius fluent aque
Joan.7. viue. Adest ergo τ nunc Christus verbum τ imago pa-
tris qui dixit hoc est iussit esse lucem τ facta est lux: di-
Genes.1. uisit q; lucem a tenebris: τ illuxit in cordibus nostris ad
illuminationē cognitionis glorie dei:] que effulsit in eo
ix. tanq̄ in imagine absolutissima: et hec est eius operatio:
Luc.17. vt de anima vniuscuiusq; nostrū remoueat terrā τ ape-
Or genes riat fontem viuū. Intra nos enim est: sicut τ regnū dei
intra nos est. Et mulier illa q̄ perdiderat drachmā: non
Luc.15. illam inuenit extrinsecus sed intra domū suā: postq̄ accē
dit lucernā: et mundauit domū a sordibus quas longi tē
poris ignauia congesserat: τ ibi inuenit drachmā. Intra
nos igit̄ est collocata imago regis celestis. Filius dei est
pictor hui⁹ imaginis: ipe enim est imago inuisibilis dei
ad quā nos conditi sumus. Et quoniā talis ac tantus est
artifex: obscurari ac oblitterari per incuriā potest: dele-
ri per maliciē non potest. Illuxit igitur in cordibus no-
Psal.4. stris quasi per hoc quodāmō reaccendens lumē vultus
sui quod signauerat super nos: cum facti sum⁹ in animā
Genes.2. viuētē: quo per nos deinde qui sumus quasi quidā mō-
tes illuminati: latius apud oēs eluceesceret ipsius ma
iestas: per euangelij predicationē qua Christū dn̄m pre
dicamus: in cuius facie sicut dictum est expresse effulsit
gloria patris. ¶ Quod dixit: de tenebris lumē splende-
scere: propterea dixit: quoniā tenebre precesserunt lucē:
x. ex quo confusa moles celi τ terre cepit esse: post autē fa-
cta est lux: cum prius tenebre essent super faciem abyssi
Ephe.5. in quo illud prefigurabat̄ q̄ qui fuerunt aliquando tene
bre: nunc ipsi sunt lux in dn̄o: quomodo scriptū legimus
Psal.17. quoniam tu illuminas lucernam meam dn̄e: deus meus
illumina tenebras meas. Sequitur. [Habemus aūt the
saurū istum in vasis fictilibus: vt eminentia potentie sit
dei: τ non ex nobis.] De hoc thesauro ac vena diuite pro
Luc.12. fert sapiens pater familias vnde det cibum in tēpore fa
Matth.13. milie sue tum noua: tū τ vetera: hoc est scientiā vtriusq;
instrumēti q̄ debet semper fulgere in pontifice: et vocat̄
in scriptura doctrina τ veritas: Urim τ Tumim: doctri-
na pertinet ad mores veritas ad theoriā. Hanc aūt theo
Pastor. riam τ praxim significabant due tabule quas Moses ge
stabat in manibus idest operibus descēdens de monte:
Matth.5. idest vita τ doctrina: q̄ enim fecerit τ docuerit: hic ma-
gnus vocabitur. Sed inquit inter sanctum τ prophanū
non habuerūt distantiā: nisi pecunie tātum. Quis eorū
ex his qui nostris tempor⁹ populo dei presunt potest
1.Reg.12. dicere illud. 1.Reg. ca.12. Cōuersatus corā vobis ab ado
lescentia mea vsq; ad hanc diem ecce presto sum. Loqui
xi. mini de me corā me: et corā Christo eius (is erat Saul)
vtrum bouem cuiusquā tulerim aut asinū: si quē calūnia
tus sum: si oppressi aliquem: si de manu cuiusq̄ munus
Sacerdos accepi: τ contēnam illud hodie: restituāq; vobis. Et illi.
Testis est dn̄s q̄ non es calūniatus nobis: neq; oppres-
sisti: neq; tulisti de manu alicuius quippiam. Sed quo

niam iniquitū tu senuisti: τ filij tui non ambulant in vijs
tuis: sed declinauerūt post auaritiā: accipiunt munera:
peruertūt q; iuditiū: propterea petimus vt cōstituas no
bis regem qui iudicet nos sicut vniuerse habent natio-
nes. Uides quomodo auaritia in sacerdotibus dei (quo
rum magis erat dispensare thesauros scientie dei: q̄ cō
gregare perituras opes) fuit occasio vt iuditium populi
diuisiq; dn̄ici transferretur ad principes seculi: vt dicat
apo. Omnis anima potestatibus excellentibus subdita Rom.13.
sit. Habemus igitur inquit apo. thesaurum istum: scien-
tiam videlicet verbi dei qua alios docemus: τ ditamus.
¶ Preciosissimus est thesaurus: at vasa testacea sunt:
τ fragilia. Sed inquit apo. ita visum est sapientie dei vt xij.
tam preciosum thesaurū in tam caducis corporibus cir-
cū feramus: ne forte beneficij magnitudine ac miraculo-
rum q̄ per nos gerūtur elati: inde in superbiam effera-
mur: sed conscij fragilitatis nostre intelligamus eminen
tem illam potentiā que data est euangelij predicatorib⁹
nō esse nostrarū virium: sed solius dei: iuxta illud: ne ma
gnitudo reuelationū extollat me. τc. Unde sequit̄. [Ū Infra.12.c.
inquit in omnibus tribulationē patimur: sed non angu-
stiamur.] Scientes q̄ nec mors nec vita poterūt nos se-
parare a charitate dei. [Aporiamur (℣bū est grecū) hoc Rom.8.
est laboramus: sed non destituimur.] Proprie tamen
ἀπορούμενοι, significat consilij inopes ac perplexos: si-
cut cū Paulus dixit: τ quid eligam igno
ro: coartor enim e duob⁹. τc. Elegit tamē permanere in Philip.1.
carne: qui non suam sed dn̄i sui vtilitatē querebat: sic nō
est aporiatus in eligendo: preelegit enim τ preposuit ho
nesta vtilibus. [Persequutionē patimur: sed non dere-
linquimur.] Qui vos. n. tangit: tāgit pupillā oculi mei. Zacha.2.
[Humiliamur: sed nō cōfundimur] imo mihi inquit ab-
sit gloriari nisi in cruce dn̄i. τc. Ibant enim apostoli ala- Gala.6.
cres a conspectu cōcilij quoniā digni habiti sunt pati p
nomine dn̄i Jesu. Actu.5. [Dejcimur: sed non perim⁹] Psal.33.
cum scriptū sciamus dn̄s custo. omnia ossa eorum: vnu Luc.21.
ex his non cōfringet̄. Nec capillus de capite vestro peri
bit: τ illud: nomina vestra scripta sunt in celis. Luc.10.

¶ Sēper mortificationē Iesu christi in corpo
re nostro circūferentes, vt & vita Iesu manife-
stetur in corporibus nostris. Sēper enim nos
qui viuimus, in mortē tradimur propter Ie-
sum, vt & vita Iesu manifestet̄ in carne nostra
mortali. Ergo mors in nobis operat̄: vita autē
in vobis. Habentes autem eundem spiritum
fidei, sicut scriptum est, credidi propter quod
loquutus sum, & nos credim⁹, propter quod
& loquimur, scientes quoniam qui suscitauit
Iesum, & nos cum Iesu suscitabit, & cōstituet
vobiscum. Omnia enim propter vos, vt gra-
tia abundans per multos in gratiarum actio-
ne abundet in gloriam dei. Propter quod nō
deficim⁹. Sed licet is qui foris est noster homo
corrūpatur, tamē is qui intus est renouatur de
die in diem. Id enim quod in presenti est mo-
mētaneum & leue tribulationis nostre, supra
modū in sublimitate eternum glorie pōdus
operatur in nobis non contēplantibus nobis
que non videntur. Que enim videtur tempo-
ralia sunt, que autē non videntur eterna sunt.

¶ Semper mortificationē Christi Jesu in corpore nostro
portamus. Ambrosius legit: Mortē dn̄i Jesu: non mor-
tificationē τ sic respondet ad id quod sequitur: vt τ vita

Jesu.⁊c. Similis est hec sentētia illi: siquis vult venire
post me: abneget semet ipsum: ⁊ tollat crucem suam ⁊ se
Matth.16. quatur me. Nullū cogit Christus (quomō ergo dicit cō-
pelle eos intrare?) Sed siquis inquit vult venire: vnde
xiij. qui voluit: dixit: domine quid me vis facere? Abneget
semetipsum qualis factus est per culpam ⁊ sequatur me
Job.14. qui solus possum facere mūdum de immūdo conceptum
semine. Paratus sum tecū in carcerē ⁊ in mortē ire. Sed
non dum tetigerat deus cor eius: vt sequi posset.1.Reg.
10.ca. Sed sequeris inquit postea. Crucē autem suā por
tabat apo. cuius vox est: castigo corpus meū: ⁊ in seruitu
1.Cori.9. tem redigo. Quidam autem nō suam portāt sed dñi cam
sicut Simō portauit crucem dñi Jesu: sed non portauit illam
cotidie: qui nō in illa pro amore dei pependit: magis au
tem coactus ⁊ in agaria: sed hic ⁊ sui similes receperunt
mercedem suam: quia non pro amore eterne retributionis:
Matth.6. sed vt appareāt hominibus ieiunātes: exterminauerūt
facies suas. Paulus autē non crucē Christi cū Simone
Gal.2. portat: sed Christo confixus est: et mortē quam Christus
semel pertulit: ipse cotidie moribus suis exprimit vt ⁊ vi-
ta: Jesu quam viuit post quam resurrexit a mortuis manife-
stetur etiam in corpore suo. Manifestatur etiam vita Je
su in corpore nostro: quoniā dum contēnimus huius cor
Tho.22.q. poris vitam pro amore Christi: palam testamur esse aliā
124.ad.3.4 vitā. Si enim in hac tantū speramus: miserabiliores esse-
5. de Mar- mus.⁊c. [Semper enim nos qui viuimus in mortē tra-
tyrio. dimur propter Jesum.⁊c.] Eadem est sentētia. Nō esset
inquit tam vilis vita corporis nostri: omne enim animal
appetit vitā suam tueri: si nulla esset nobis reliqua spes
resurrectionis future. Sed si in mortē tradimur: aīam nō
Matth.10. possunt occidere: sed sicut scriptū est: vbicunque fuerit cor-
Matth.24 pus congregabūtur ⁊ aquile. Et nos quidem soli in mor
tem cotidie tradimur: sed non soli mortis nostre benefi-
xiiij. cia possidebimus. A nobis enim dum mortis tolerantia
indubitanter excipitur: spes vobis immortalitatis eui-
denter asseritur. Nunquā enim hanc vitā vt dictū est tam
constanter expenderemus: nisi esse alteram incōparabi
liter beatiorem perfecta diffinitione teneremus. Unde
dicit cōsequēter. [Ergo mors] alias quare mors [quidē
in nobis operatur: vita autē in vobis] hoc est: mortis qui-
dem impetus in nostrū incidit caput: ceterū vite fructus
qui nascitur ex morte nostra ad vos reddit: quorum gra
tia nos tot mala cotidie exhaurimus. Immēsa enim dei
nostri pietas multiplex ad bonitatē ⁊ artifex ad salutem
proponens arduā virtutum palmā illam videlicet preclo
Matth.13. sam margaritā ⁊c. raros appetitores inuenit (imo oēs
appetunt esse beati) alius enim dicit: emi villam: eo illā
Luc.14. videre: alius emit iuga boum quinque: alius vxorē duxit:
alij margaritā pessundant ⁊ conculcant pedibus suis: sed
paucorū triūphi victoriā quam multis pepererunt: quando
illos examinat vt nos erudiat: illos conterit vt nos acqui
rat: illorūque cruciatus nostros voluit esse profectus. Soli
Judic.7. enim trecenti duce Gedeone toti populo triūphauerūt
illi ascenderūt palmā: nos fructū cepimus de quo alias.
Cantl.8. [Ceterū cum habeamus eundem spiritum fidei: iuxta il
lud quod scriptū est: credidi: propter quod ⁊ loquutus sum
Psalm.115. ⁊ nos credimus: propter quod ⁊ loquimur.] Uariata sunt
tempora: innouata sacramēta: reserate scripture ⁊ imple
ta prophetarū testimonia: fides tamen eadem est ⁊ illorū
⁊ nostra. Pro inde habentes nos eūdem spiritū sanctū
per quem donatur ⁊ fides: ⁊ nos credimus quod illi cre
Heb.11.ca. diderunt: ⁊ expectamus quod illi adhuc nobiscū expectāt:
deo pro nobis aliquid melius prouidente: vt non sine no
xv. bis cōsummarentur: et loquimur: sicut illi loquuti sunt.
Quid illi loquuti sunt? Rursus circūdabimur pelle nostra
⁊ in carne nostra videbimus deum: quem visuri sumus
Job.19. nos ipsi oculis nostris met: ⁊ hanc spem repositā habet
Job in sinu suo: hanc ⁊ Abraā Isaac ⁊ Jacob ⁊ ceteri ho
rum similes qui iuxta fidem defuncti sunt non acceptis
repromissionibus sed alonge eas aspicientes ⁊ salutan- Heb.11.c.
tes: ⁊ confitētes quoniā peregrini ⁊ hospites sunt super
terram. Hoc ⁊ Paulus per eundem spiritū loquitur
dicens. [Credimus ⁊ scimus: quoniam qui suscitauit Jesum
⁊ nos cum ipso suscitabit: ⁊ constituet vobiscum in eadē
glia] vt vbi ego sum inquit: ibi sit ⁊ minister meus. Joā.12.
imo sicut alibi dicit apo. iam cōsedere fecit nos cū Chri
sto in celestibus. Nos ⁊ vos: idest iudeos ⁊ gētes. Ephe.2.
[Nam omnia propter vos.⁊c.] Siue inquit persecutio
nem patimur: humiliamur: siue deijcimur: siue in mortē
tradimur: ⁊ inde rursus eripimur: omnia hec propter vos
⁊ ad vtilitatem vestram fiūt: vt per hoc quo plures iugo
Christi colla subiecerint: hoc plures deo gratias agant quod
nos vocatione sua dignatus est vt iustificatos magnifica xvj.
ret. Potest sic legi textus. [Ut beneficiū quod abūdauit:
pluribus gratias agentibus: abundet in gloriā dei. Pro
pter quod non deficimus] scientes quoniā cum infirma Infra.12.c.
mur in nobis: tunc potentiores sumus in eo qui nos cō-
fortat. Uenite inquit Pharao ad populum suū ⁊ sapien
ter opprimamus populum dei: ne forte multiplicetur: ⁊ si Exodi.1.
ingruerit contra nos bellum: addatur inimicis nostris:
expugnatisque nobis: egrediatur de terra. Preposuit itaque
eis magistros operū: vt affligerēt eos oneribus: edifica-
ueruntque vrbes tabernaculorū Pharaoni Phitō ⁊ Ra
messes. Quātoque opprimebant eos: tanto magis multi
plicabantur ⁊ crescebant. Exo.cap.1. Hoc est ergo quod di
cit: propter quod nō deficimus. [Sed quis exterior ho-
mo noster corrūpatur. (De cōse. Dist.4. Nō ex quo) In la
boribus luti ⁊ laterū: in ieiunijs: ⁊ vigilijs multis: ⁊ pel- Job.19.
li consumptis carnibus adhereāt ossa nuda. [Tamen is qui
intus est: renouatur de die in diē] renouabitur enim vt
aquile iuuentus nostra: cū mortale hoc induerit immor Psalm.102.
talitatem. De homine interiori ⁊ exteriori non modo
nos qui fide tenemus animam esse immortalem sed ⁊ sa
pientes seculi huius eadem intellexerūt nobiscū. Cum
quidam adolescens solus aliquādo deambularet: inter
rogatus a Crate Philosopho quid faceret: respondit: mecū in- Crates.
quit loquor. Et ille caue inquit ne cum homine malo lo
quaris. Sane homo exterior ille dicitur: quicquid homo xvij.
cōmune habet cum pecoribus: sicut tactu corporalia sen
tire: in quibus tamē cōmuniter a multis bestijs superatur
excepto sensu tactus quem certiorē habet cūctis animā Phs.
tibus. Deniqz appetere voluptates corporis: ⁊ vitare mo
lestias ferine vite ois actio est. Sunt ⁊ alia quedam que
iam cadere in bestias non videntur: nec tamen in homi Homo.
ne ipso summa sunt: vt iocari ⁊ ridere: deinde amor lau-
dis glorieque: ⁊ affectatio dñandi: que tamen ⁊ si bestiarū
non sunt: non tamē earum rerum libidine bestijs melio-
res nos esse arbitrandum est. Nam ⁊ iste appetitus cum
rationi subditus non est: miseros facit. Nemo aūt cuiquam
miseria se preponendū putauit. Hisce ergo motibus ani
me cum ratio dñatur: ordinatus homo dicēdus est: iuxta Genes.1.
illud: subter te erit appetitus tuus: vocatque appetitū ho
minē exteriorem: qui semper a ratione moderari debet.
Capillos enim exterioris hominis quis ⁊ si difficulter
tamen numerare potest: at hominis interioris affectus
nec ipse homo dinumerare potest: sup arenā enim multi
plicabuntur. Nam corporis quidē nostri certus est status
sicut ⁊ omniū animantiū. Sed quoniā apud deum non Psalm.138
de statu corporis.i. homine exteriore: sed de vite meritis
iudicamur: patet hominē mente sua sibi ipsi statum no-
mēque formare: quod vtique ex illius quem dicimus inui
sibilis hominis aut culpa aut virtute prestatur: de quo di-
xit apo. habemus thesaurū istum: ecce interiorē hominē
in vasis fictilibus: ecce exteriorē. Ad hunc autē interio-
rem si egrotat nulla potest manus peruenire medicorū: Seneca.
nec herbarū succis si deficit: reparatur. Nihil ad eū cor-
porale intrare potest. Uerbo curatur: obedientia cōuale
scit. Deniqz cum sibi quidam in ecclesia Laodicensi et
beatus

beatus ⁊ diues: et bis oculatus ⁊ vestitus et purpuratus
Apoca.3. videretur secundum exteriorē hominē: audiuit a deo: Nescis
quia tu es miser ⁊ cecus et nudus: qui visque vt diximus ⁊
oculatus erat ⁊ diues. Deniqz de exteriore homie quid re
Hieroym9 fert scriptura? formauit deus hominē de limo terre: quo
xviij. materia vilior: eo potētia apparet mirabilior ipsius ar
tificis. Ut vbi enim per cōtactum formati manus dei
desinimus esse quod fuimus: ⁊ in nouā materie qualitatē
subiacens opifici suo per elementorū cōuersionē clarifi
cata natura est: nouumque corporis nostri inter elemēta
(si fas est dici) esse cepit elementū: statim omnibus mun
di corporibus sumus sublimiores effecti: non nature sub
stantia sed potētia creatoris: per quā de subiacēti cete-
Homo. ris creatura ortū est quod ceteris creaturis imperet.
Considera naturam: nihil vilius. cōsidera statum: nihil
sublimius. Quid enim tam diligenter in mēbra distinctū
ac digestum? Quid tam decore per articulos inflexum?
Quid tam sublimiter in ora ⁊ oculos exactum? Quid
tam vocale in verba modulatū? Quid in corde tam ve
lociter animatū? quid in sensu ditius? in cogitatione se-
cretius: in sermone effusius: ingenio fortius? Quid in af-
fectibus blandius: in cogitatu sublimius? vt iam euidēter
appareat/quod illum protoplastū iam cum omnibus his or
namētis venustatū: imo statum filij sui vnigeniti ad fi-
Ps.91. nem seculorū pro redēptione nostra venturi in hoc cor-
pus ornauerit: Cui merito dicitur: delectasti me dñe in fa
ctura tua. Est aūt homo prodigiosum animal partibus di-
uersissimis inter se cōpactum: veluti ex numine quoddā.
idest aīa et pecude quoddā.i.corpore. Siquidē corpo
re vsque adeo vt diximus reliquo brutorū generi non prestā-
mus: vt omnibus eius dotibus inueniamur inferiores:
xix. secundum vero animā adeo diuinitatis capaces: vt ipsas etiā
angelorum mentes liceat preteruolare: ⁊ vnū cum deo fieri.
Plato. Unde dixit Plato filios deorum ad sui similitudinē
duplex anime genus in homie fabricatos fuisse: alterū
diuinū ⁊ immortale: alterum quasi mortale ⁊ varijs per-
Quattuor turbationibus obnoxium: quarū prima voluptas est esca
anime passio malorum (vt aiūt) proxima dolor fuga impedimētum quod bo-
nes. norum: deinde metus atque audacia cōsultores amētes:
quibus accedit implacabilis iracūdia: preterea spes blā
da cum irrōnali sensu amoreque oim inuasore. Addiditque
Ratio. beatos esse qui ista vincerent: miseros qui ab his victi
essent. De his quattuor dicitur Joel.1. Residuū eruce co-
medit locusta: ⁊ residuum locuste comedit bruchus: ⁊ re
siduū bruchi comedit rubigo. Notādum Persas Me-
dos Assyrios de vno orbis climate esse: qui ⁊ decē tri-
bus ⁊ duas post vastauerunt. Hi sunt Eruca: locusta:
bruchus. rubigo vero Romani sunt. Quattuor sunt ani
me passiones/ due presentes sibique contrarie: due future
mutuo dissidētes. presentes egritudo ⁊ gaudiū: egrota
tio aūt corporis dicitur. Si ergo merore cōficimur: status
nostre mētis euertitur. Si gaudemus: bona nostra ferre
non possumus. Future autē sunt metus ⁊ spes. Aduersa
timemus: prospera prestolamur. Aduersa aūt nocent: cum
plusquam decet timemus ea esse vētura: aut prospera que spe
ramus: in tantum nos faciant exultare vt non teneamus modū
maxime in his que icerta sunt. Eruca passio est que in
anima incipit: ⁊ tarda est nec discurrere potest: et mora
ipsa ebibit ⁊ exugit omnē virorem: quā si non occidimus
Ps.136. allidētes ad petrā paruulos: crescit ⁊ auolat ⁊ nunc de-
uorat quicquid attigerit: nunc semessa dimittēs pergit ad
alia: reuertensque ad pristinam sedem: bruchus efficitur: vt
non solū folia et fruges sed ipsam medullā deuoret ar
ditate. Quod si forte aliquid viroris remāserit: cuncta ru
bigo populatur: ita vt stipulā et vile fenum vertat in nigre
dinem: vt non solum esui sed ⁊ fimo inutilia sint. Tristi
cia seculi mortem operatur: sed ⁊ gaudium immoderatū.
Cecus amor qui nil aliud cogitare sinit nisi id quod amat.
Diuine ergo anime pars.i. ratio tanquam regina in cerebro
velut in arce ciuitatis nostre sedē statuit corporis vz par
te sublimiore celoque proxima: tum minime bruta: quippe
que ⁊ osse sit pertenui: neque neruis neque carne onerata:
sed sensibus intus forisque longe munitissima: vt illis qua
si rebellantibus: nihil tumultus in republica oriretur quod Irascibile.
non protinus illa presentiret. Sic et moralem partē ani-
me.i. affectus vt que rationi morigera est vel obstrepe
ra ita ab ea semouit puta in pectore: ne vel nimia vicini
tate rōnis ocium perturbet: vel infime plebis contagio
corrupta simul in rōnem cōiuret. Alin vero cōcupiscibi Cōcupisci-
lem que esculēta ⁊ poculenta appetit: quaque in luxuriā bile.
impellimur: infra precordia procul a ratione in iecur ⁊
aluum relegauit: vt quasi ferum quoddā ⁊ indomitū ani
mal: illic ad presepe habitaret: propterea quod hec violentissi
mos excitare motus consueuit: minimeque rōnis impe-
rijs subesse. Huius infima pars quod sit rebellis: illa pudē Roma.7.
da pars documēto potest esse: quā nec Paulus doma-
re potuit: licet sepe castigauerit vt redigeret in spūs ser- 1.Cor.9.
uitutē. Cum igitur dicit apls: licet homo exterior corrū
patur: ex dictis intelligere possumus quid intellexerit per
hominē exteriorē. ⁊ ptz. Animal igitur hoc prouidum: sa
gax: multiplex: acutum: memor: plenum rōnis ⁊ consilij xx.
prestantissimū: nobilissimū: statura rectum: Prudētis-
simū: quod arte ⁊ rationibus viuit: ⁊ solum habet vnius
dei insitā noticiā: capax eterne beatitudinis: Cum hoc
tamen multipliciter ⁊ natura seruū: sic vere dixit phs quod Phs.
valde cōtemptibilis res est homo: nisi supra hominē se
erexerit. Dicitur autem homo vt Uarroni placet: non ab Homo vnde dr.
humo: hoc est enim cōmune cunctis aīantibus: sed ab
ὁμονοίας idest ꝯcordia: et ὁμονοέω Cōsen-
tio ⁊ cōcordo dr: quoniā
in homie cōcordant quecūque sunt in mundo maiore: vn
de ⁊ vocatur μικροκόσμος. Renouatur igitur hic interior ho Ps.83.
mo eundo de virtute in virtutē: Et sicut
scriptum est de Isaac: Benedixit ei deus: ⁊ locupletatus est Genes.26.
homo: et ibat proficiens atque succrescens: donec magnus
vehemēter effectus est. Sed quoniam hec vita via tantum est:
⁊ non terminus: sequitur. [Id enim quod est momētaneum
⁊ leue tribulationis nostre: supra modum in sublimitate
eternū glorie pondus operatur in nobis: dum nō specta-
mus ea que videntur: sed ea que nō videntur.] Quod dicit su xxi.
pra modum in sublimitate: Grece est καθ' ὑπερβολὴν
εἰς ὑπερβολὴν, et est cōduplicatio
eiusdem sententie: Epitasim expri-
mens. Uocatur autē beatitudo pondus: quoniam quietat tota
liter anime appetitum: ⁊ replet omnē anime capacitatē:
non quidem sibi possibilē sicut dicit doctor noster: sed
meritis ⁊ gratie respōdentem. Aufert quidē ab anima
omnē priuationē ⁊ omnē potentialitatē: sed tamen non erit
omnium sanctorum equalis beatitudo: licz appetitus natura Btitudo.
lis ad eam oim sit equalis. Est aūt btitudo status oim bo
norum aggregatiōe perfectus: In quo tamen non oportet quod ap- Boetius.
petitus naturalis habeat oēm perfectionē cuius summe
capax est. Graue enim naturaliter tendit deorsum: et ten-
deret vsque ad centrum: si tolleretur omne impedimentū: nō
tamē est possibile quod omne graue sit in centro: sed facit se
deorsum quātum potest ⁊ ibi quiescit. Quiescit enim secundum
ordinē nature vniuersalis que talis est: vt illa que sunt
grauiora quiescant magis deorsum: vnde sufficit minus gra
ui quiescere in superficie. Unde dicitur btitudo esse finis Doctor nr.
omnium desideriorum nostrorum: sicut ⁊ centrum est terminus
motus grauis cuiuscunque: ⁊ patz. Cōcordat doctor noster
hic cum aplo dicens quod est tam excessiuū gaudium eter-
ne retributionis: quod abūdans fieret nobis retributio si xxij.
per quadragesimā partē hore videremus deum facie ad
faciē. Tamē quoniam sicut dicit propheta: inclinaui cor meum Ps.118.
ad faciēdas iustificationes tuas in eternū: si per eternū tempus
deus seruādas perciperet: propositū eternū in iusto: premio
remunerari meretur iterum eterno. Quod si labores Pauli

momētanei sunt respectu eterni premij: nostri labores
Luce.17. vix erunt vmbra fumi. Et tamē hi pauci & multis modis
diminuti: sumus enim inutiles servi: si ex charitate fiunt:
immēsum pondus glorie operant in nobis: non cōside-
rantibus que videntur: que omnia cum tēpore transeunt.
[Que enim vident tēporalia sunt: que autem nō vidē-
Luce.4. tur: ea sunt eterna.] Tēporalia sunt. Revera ita est et
que in puncto nobis ostēdit is cui tradita sunt. Et hoc
est illud punctū qd inter tot gentes ferro & igne dividit
O q ridiculi sunt mortaliū termini. vltra hystrū Dacus
nō exeat. Isthmū Samotraces includat: Parthis ob
stet Eufrates: Danubius sarmatica ac Romana dister-
minet: Rhenus Germanie modū faciat: Pirenus mediū
inter Gallias et Hispanias iugum extollat: inter Egy-
ptū et Ethiopas harenaꝝ inculta vastitas iaceat. Pū-
ctum est illud in quo navigatis: in quo bellatis: in quo
regnatis: vtrinqꝫ Oceanus incurrit. O q contēpta res est
homo nisi supra hūana surrexerit ad ea videlꝫ que non
videntur: que & eterna stabilitate subsistunt. Perge er-
Hebre.12. go murmurare & dicere: longum est qd patimur. Apo
Ps.79. stolus momētanea vocat ea quecūqꝫ mūdus potest in-
ferre tormēta: tu autem nondum a Iudeis quinquies
Ps.35. quadragenas accepisti: nōdum vsqꝫ ad sanguinē restiti
Ps.83. sti. Guttatim pena bibitur: & lachrimas ipsas semp ac
cipimus in mēsura. De glorie autē satietate dicit: torrēte
voluptatis tue potabis eos: & inebriabunt ab vbertate
domus tue: qm apud te est fons vite eterne. Et beati q
habitāt in domo tua dñe qm in scl'm secul laudabūt te.

¶ Quintum Caput.

Cimus enim quoniā si terrestris domus nr̄a huius habi-
tationis dissoluat: edificationē ex deo habemus domū non manu factā sed eternā in
coelis. Nam & in hoc ingemiscimus: habita
tionē nostram que de coelo est: supindui cu-
pientes: si tamen vestiti & non nudi inuenia
mur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo:
ingemiscimus grauati: eo q nolumus expo-
liari sed supuestiri: vt absorbeat quod mor
tale est a vita. Qui autē effecit nos in hoc ip-
sum deus: qui dedit nobis pignus spiritus.
Audentes igit semp & scientes: qm dum su-
mus in hoc corpore: pegrinamur a domino.
Per fidem em ambulamus & non per spēm.
Audemus autē & bonam volūtatem habe-
mus magis pegrinari a corpore: & p̄sentes
esse ad dominū: & ideo cōtendimus siue ab-
sentes siue p̄sentes placere illi.

i. ¶ Scimus em q si terrestris domus
nostra huius habitaculi dissoluat pro Christo per mor
tem: edificationē ex deo habemus domū non manu fa-
ctam sed eternā in celis. Nō dicit non manu factam pro
eo dicit q teste sacro eloquio corpus nr̄m e limo terre
Genes.1. manibus suis plasmasse dicit deus. Vocat autem apls
domicilium corporis nostri tabernaculū manu factum:
imo & carcerem id vocat David cum dicit: Educ de cu Ps.142.
stodia animā meam: qm non habemus hic ciuitatē ma
nētem sed futuram inquirimus. Heb.13. Qui autem de
eterna nō cogitabat/ edificauit ciuitatem terrenā & vo
cauit eam nomie filij sui Enos. Aduena inqt ego sum Genes.4.
& peregrinus sicut omes patres mei. Ps.38. Hinc est illud vide Iudi.
qd legimus toties mutasse subinde tabernacula Abraā 10. optime.
Isaac et Iacob. Hinc & illud quod legimus arcam testa
menti toties ab vno loco in aliū trāslatam. Primo q-
dem fuit in Silo annis.310. vide Iosue.18.cap. Inde
translata est de ciuitate in ciuitatem: et remissa in terrā
israel. p̄.Reg.cap.6. inde posita in Cariathiarim. p̄.Re
gum.7.ca. inde in Nobe tempore Saul. p̄.Reg.21.ca.
et inde in Gabaa in domū Aminadab, et inde transtu
lit eam David in domum Obededon: & inde in ciuitatē
David, 2.Reg.ca.6. inde posita in templo Salomonis.
Quādiu igitur non implet quod scriptū est Esaie.33.
cap. Oculi tui videbunt hierusalē habitationem opulē
tam: tabernaculum quod nequaqꝫ transferri poterit nec Esaie.
auferent claui eius in sempiternū: peregrini sumus om-
nes. ¶ Sed & ipse dñs colonus est super terrā: et quasi
vir vagus declinans ad manēdum. ¶ Hospites itaqꝫ su Hiere.14.
mus: & in tabernaculis habitamus & terrenis domicilijs
de quibus dicit: quanto magis qui habitāt domos lu-
teas: qui terrenū habent fundamentū cōsument velut Iob.4.
a tinea. [Tabernacula sunt;] et lutea habitacula nr̄a:
imo carceres magis & ergastula & cōpedes que aggra- Sap.9.
uant mentem ne ad celestia tendat: quomō dicit: vola-
bo & requiescam. Ps.54. ¶ Dicit ergo apls scimus: hoc ii.
est fide firma tenemus q si is qui foris est homo noster
corrūpat: hunc em hoiem vocat terrestrē domū & taber
naculum manu factum: is qui intus est renouat: quem
nunc domū non manu factam sed eternam vocat. Est
autē ordo littere. scimus qm edificationē .i. corpus im-
mortale ac pinde non manu factum quale fuit corpus
Adam: sed eternam habemus: si corpus terrenū cras-
sum ac mortale laboribus cōsumatur aut dissoluat per
tribulationes. [Nam in hoc gemimus grauati facti no- Iob.7.
bismetipsis graues & molesti: [hi qui sumus in taber-
naculo: cupiētes supindui habitationē nostram que de
celo est eternam non manu factam;] tamē eo modo cu
pimus eam supindui: vt non deposito corpore per mor-
tem: sed cōsumpta mortalitate per gr'iam resurrectiōis
vestiti inueniamur gloria: nec tamē nudati a corpore: et
ppterea dixit: supindui cupientes: & non indui simplici-
ter. Et fortassis hoc est quod dicit anime que sunt sub
altari dei accepisse singulas stolas: Non em supindute Apoc.6.
sunt: sed indute gloria: deposito tamē corporis taberna
culo seminude sunt: omes aūt domestici dei vestiti sunt Puerb.31.
duplicibus. Paulus autem supindui cupit hoc modo vi iii.
delꝫ vt absorbeat quod mortale est a gloria. de hoc vi-
de optime. p̄.Cor.15. ibi: et nos immutabimur. & infra.
¶ Si igitur ita posset fieri: hoc est qd gemimus: videlꝫ q
nolumus expoliari: sed tū si non fiat quod volumus: hoc
pfecto scimus: Qm si exuamur corpore terreno: supin
duemur domum non manu factam &c. Si tamē anima
nostra ornata inueniat omni decore virtutū. et sic du-
plex ponit intellectus in his vbis apli. [Et est fere ea-
dem sentētia. Nam & qui sumus in tabernaculo isto &c.]
Hoc facit ad ppositum eius qd diximus/ q apls & nos
cū illo licet grauemur corpore & sit nobis graue ad por
tandum rebelle & durum: atqꝫ prorsus sui iuris in mul-
tis: tamē ita diligimus cōpedes nostras licet aureas: &
domesticū hostem: vt nolimus illud nobis tolli per mor-
tem: sed supindui stola imortalitatis: ita vt vita immor
talis destruat mortalitatē: non vt supueniat morti: sed
absorbeat mortale a vita: sicqꝫ vita mortalis trāseat: sed
nō morte media in vitam eternā. ¶ Sciēdum autē q

Appetitus. in nobis est duplex appetitus videlꝫ gratie et nature:
prior respōdet homini exteriori: posterior interiori. Ap
petitus naturalis naturalr ad bonum tendit semp. Phs.
Est autē ordinatio aliquoꝝ fm ppriam naturam in fi-
nem suū. Appetitus nature inclinat ad cōseruandā vnio
nem anime ad corpus: cuius oppositū summe refugit:
Matth.26. vnde illa vox Christi: Transeat a me calix iste: cepit em
Iesus pauere & tedere: et mestus esse. Appetitus autē
Philip.1. gratie: cupit dissolui & esse cum Christo. Natura suum
cōmodum querit: hoc est cōseruare vitam suam: gr̄a .i.
anima iformata gratia querit iten esse cum Christo vi-
Galat.5. ta sua: sic caro cōcupiscit aduersus spiritū & spūs aduer
sus carnem. Hoc est ergo quod optat apostolus vt fiat
iiii. cōcordia inter discordes: vt videlꝫ anima inueniat quod
querit: & teneat quem dilexit: vt interim corpus nō de-
Augustinus serat ab anima: ita vt nusqꝫ sit mortalitas: non infra: nō
supra: non intra non extra. Nam et si a malis ad bona
trāseamus: tū ipse transitus amarus est. Nec mirū. Chri
stus post tres breuissimos dies resurrecturus: refugie-
Ps.87. bat mortem: qui solus erat inter mortuos liber: quan-
to magis nos ingemiscimus: quorum resurrectio in fine
seculi est futura. Et si corpus aggrauat animā: & submi
nistrat fomitem omniū vitioꝝ: non tamē omnia mala ex
eo: nec fuit eius corruptio peccati causa sed pena. Nec
corpus fecit animā peccatricē: sed peccatrix anima ea
carnem vitiauit. Diabolus em carnem nō habet: nō est
tamē a vitijs purus. Cum ergo dicit: nolumus expolia
ri: vox est nature: cum dicit; sed superuestiri: vox est ani
me rōnalis que cupit esse cum Christo. Nūquid enim
Petrus nolebat esse cum Christo: cuius vox est: Quo
ibimus extra te: verba vite eterne habes. Ioan.6. et ta
men Petro dicit: Cum senueris: alius te cinget: et du-
Ioan.21. cet quo tu nō vis. Et de Paulo idem tenet Augustinus
v. Itaqꝫ vita ista inquantū vita non repugnat beatitudi-
ni: sed inqꝫtum mortalis: & sic nullus appetit expoliari
sed supuestiri: idest appetit ppetuo viuere: quod tamen
non potest nisi ad tempus moriat: & hinc est gemitus eius.
Licet enim corpus non sit btificabile beatitudine pprie
dicta: que est in actu intellectus & volūtatis: tamen est
doctor sub. secundū quid beatificabile: et siue illa corporis beatitu
do sit immediate a deo: siue ex redūdātia beatitudinis
anime: tamē ordo est ibi: q anime beatitudo nō est om
nino pfecta sine beatitudine corporis. Cum ergo beati
tudo corpis non possit stare cum vita mortali: repugnat
effectui perfecte beatitudinis qui est perfecte quietare
Deut.8. animā esse in vita mortali. Si enim deus israelitarū ve-
stimētis et calciamentis prestitit q per tot annos non
sunt obtrita: quid mirū si obedienti homini eadem po-
Augustinus tētia p̄staret vt animale ac mortale habēs corpus: ha-
beret in eo quēdam statum quo sine defectu esset anno-
sum: tēpore quo deus vellet a mortalitate ad immorta-
vi. litatē sine media morte vēturus? ¶ Nec enim Enoch
et Helias per tam longā etatem senectute marcuerūt.
Nec tamē credo eos iam in illam sp̄ualem qualitatē cor
poris cōmutatos qualis in resurrectione pmittitur: ni
si quia isti fortasse: nec his cibis egēt qui sui cōsumptio
ne reficiunt: sed ex quo translati sunt: ita viuūt: vt similē
5.Reg.19. habeant satietatē illis.40. diebus quibus Helias ex po
tu aque et ex collicida panis sine cibo vixit. Aut si his
sustentaculis opus est: ita fortasse in paradiso pascunt
sicut Adam priusqꝫ propter peccatū exinde exire me-
ruisset. Habebant enim quantū existimo & de lignorum
fructibus refectionē contra defectionem & de ligno vi
te stabilitatē contra vetustatē. Sunt tamē ita concreta
Chrysost. post peccatū corpus et mortalias/ q vnum sine altero
exuere non possumus. Sicut enim granū non parit spi-
cam nisi prius corrumpat: sic nec corpus non deponet
corruptionē nisi corrūpat. cum ergo videris corruptio-
nem corporis tui: tunc maxime de resurrectiōe philoso
phare. Nam mors nil aliud est q plena corruptiōis cō
sumptio. Neqꝫ enim mors simpliciter corpus sed corpo-
ris corruptionē absumit. Cum em ponitur aurū in for-
nace: circūponit illi stannum: et stannū quidem consu-
mit: aurum autē purificatur. [Qui autem efficit nos in vii.
hoc ipm: deus est.] Deus inquit renouabit nos in resur-
rectione: qui in hoc ipsum nos cōdidit: & quo certiores
faceret nos [dedit nobis pignus spiritus ἀρραβῶνα]
de quo dicendum ad Ephes. capi. primo.
Itaqꝫ bono animo sumus semper: quod est audentes
igit semp: & scimus: qm cum domi sumus in corpe pere-
grinamur a dño:] in quo tū viuimus: mouemur & sumus.
ἐνδημοῦντες, ἐκδημοῦμεν, adsumus: et absumus.
Quo enim ibo a spiritu Ps.138.
tuo: et quo a facie tua fugiam? In celo es: ades in infer
no. Sed quid sit peregrinari a dño apostolus exponit in
cōsequentibus. Iunge sic textū. Fidentes igitur & scien-
tes q cum versamur in corpore absumus a dño. (Nam
per fidem ambulamus non per speciem) & tamē fidētes
inquā sumus: & non solum fidentes: verū etiam sic ani-
mati: vt malimus abesse a corpe: quo liceat adesse deo.
[Per fidem em ambulamus & nō per spēm. omnia quie
scunt que mouent: quādo venerint ad bonum ppriū. Phs.
p̄mo de celo &c. Quādiu enim nō inuenimus quod que
rimus peregrini sumus: in via sumus: ad patriam tēdi-
mus: spēm suspiramus quam Moses suspirabat dicēs:
Ostende mihi faciem tuam q veniam & apparebo an- Exodi.33.
te faciem dñi. ¶ Attamē homini vitam agenti mortalē Ps.41.
non potest cōtingere vt dimoto & discusso omni nubilo
fantasiarū corporaliū: secretissima incōmutabilis virtu Augusti.
tis luce potiat: & mente penitus a consuetudine huius
vite alienata: cōstāter & indeclinabiliter illi hereat: qm
et si illa quattuor animalia que plena erant oculis an- Ezech.1.
te & retro: non reuertebant cum ambularent. tamē & de
ipsis sequit: reuertebant in similitudinē fulgurum. Est
autem deus fm Augustinū qd nulla attingit opinio: et Augustinus
quo magis aliquid cogitari nō potest. Vna queqꝫ autē viii.
natura p sua capacitate suspicat de deo: vt quantū na
tura distat a natura/ tantū distet sentētia a sententia in
iudicādo quid deus sit. Neqꝫ sensus est eius: dei vide-
licet: neqꝫ phantasia: nec opinio: nec ratio: nec scientia.
Quia em supra omnia est: necesse est vt omniū men- Deus.
tes excedat: quia autē intra omnia est: vnusquisqꝫ de illo
opinat: nullus tamē diffinit. Est autem deus omnia per
similitudinē qm nihil est eorum per ppriētatē. Vocat
tamē mens immortalis: insopitus oculus: omnia conti-
nens: lux: bonum. Natura simplex: incōtemplabilis cel
situdo: forma multiplex: incogitabilis inquisitio: mens
vniuersi. Actus purus in quo non differt posse ab esse:
que tamē omnia magis opinando dicimus q diffiniēdo:
quādo & nos etiā per fidem ambulamus. ¶ Atqꝫ vtinam
vel quasi vmbre a tergo consequi possimus corpus .i.
apostolū: vt preteritoꝝ obliti festinemus post illum in- Philip.3.
gredi in illam requiē vbi videbimus spēm de qua dicit:
videbitis & gaudebit cor vestrum: & gaudiū vestrum ne- Ioan.16.
mo tollet a vobis. [Cōfidimus autē certamus & ambi-
mus & pbamus magis peregre abesse a corpore et p̄-
sentes adesse apud deum.] per quod ostēdit apls q in
sanctis eitā aliquo modo repugnet appetitus naturalis
sicut diximus in Petro/ imo & in Christo: (caro inquit in
firma.) superat tū appetitus gratie: cuius vox est: volun-
tas tua fiat in celo & in terra. et illud: sed non sicut ego: Matth.6.
sed sicut tu. Matth.16. Hec autem vox videlꝫ audemus:
maxime martyribus congruit qui libentissime morti tra-
dunt corpora sua ppter deum: vt possint cantare cum Ps.8.
ppheta: cōscidisti saccū meum & circūdedisti me letitia.
¶ Mala enim mors dicenda non est: cui causa Chri-
stus vita nostra est. Non itaqꝫ multum curandum est
eis qui necessario morituri sunt: quid accidat vt moriā-

ix. tur: sed moriēdo quo ire cogant. ¶ Si enim vt p̄sentes
sint apud dn̄m: quis non amat ꝛ suspirat patriam suam
vbi habet patrē/patrimoniū/ ꝛ amicos qui summo de=
siderio (me expectant iusti. ps.141.) p̄stolant aduētum
eius: pater meus ꝛ mater dies cōputant ꝛc. vide in To
bia.10.cap̄. Illud enī solū facit malam mortē quod se
quit post mortē. Quod enī dicit in psalmo.78. posue=
runt mortalia seruoꝝ tuorum escas volatilib9 celi ꝛ be=
Lazarus. stijs terre: magis ad exaggerandā crudelitatē eorū qui
ista fecerūt q̄ ad infelicitatem eorū qui ista ꝑpessi sunt/
dicta sunt. Licet enim cruda ꝛ dura vident in oculis ho
minū: illi tamen sunt in pace: preciosa enī in conspectu
dn̄i mors sanctorū suorum. ps.115. Preclaras exequias
in conspectu hominū exhibuit illi purpurato diuiti tur
ba seruoꝝ: sed multo clariores in conspectu dn̄i vlcero=
Luce.16. so illi pauperi ministeriū prebuit angeloꝝ: qui eum nō
extulerūt in marmoreū tumulū: sed intulerūt in Abrae
gremiū. Curatio asit funeris: conditio sepulture: pom
pa exequiaꝝ magis sunt solatia viuorū q̄ subsidia mor
Esaie.53. tuoꝝ. ¶ Nō non dicimus q̄ cōtemnenda sint ista: cum
de dn̄o scriptum sit: erit requies eius honor: ꝛ erit sepul
Vale.max. chrum eius gl'iosum. ¶ Narrat Valeri9 max. de Theo
doro q̄ regi Lysimacho ꝑcipienti vt cruci affigeret re=
spondit. Terribilis sit hec crux purpuratis tuis: mea q̄=
x. dem nihil interest humi an sublimi putrescā: celo enī
tegitur qui vrna caret. Statuit autē Lycurgus humādi
modū q̄ in vrbe ꝛ circa templa mortui humarent: ami=
Lycurg9. ctu tantū puniceo inuoluti oliue fronde coronati: lugen
di tempus ad duodecimū diem p̄finiuit. Narrat Iose=
phus q̄ in funere Herodis sub quo natus est domin9
Christus. 500. liberti thura adolebāt: cuius anima apd
inferos a torrēte sulphuris inuoluebat. Esaie.30.cap̄.
[Et ideo cōtendim9 siue absentes. i. foris agētes siue p̄=
sentes domi placere illi. Absentes ꝛ p̄sentes ad oculos
nostros refert: quādo vt superius dixim9 in ipso moue=
Actu.17 mur et sum9. Cōtendite inq̄t intrare per angustā portā
Luce.13. ἀγωνίζεται. hoc est certate ꝛ laborate anteq̄ occlu=
dat quinq̄ v̄ginibus fatuis. Math.25.
Ps.52. Illud interim sciētes: q̄ deus dissipabit ossa eorum qui
hominib9 placent: verūtamen cōtentiones huius tēpo=
Math.7. ris multū absunt ab hac doctrina apostoli. Oēs con
tendūt ingredi viam latissimā: que tamē ipsa omnib9 se
Puerb. obuiam offert: in forib9 enī quis erret? Nouissima au=
tem eius ducunt ad mortem: imo scientes descēdunt in
infernū viuentes. ps.54. Facta est inquit cōtentio ꝛ in
Luce.22. ter fratres quis eorum videret esse maior: sed veniā me
derit: et ipse seruabit emendationis pudorem. si vero
diffamari se viderit: illico ad denegandi impudentiam
conuertit: et non solum non emēdaueris peccatū sed ⁊
duplicaueris. Hoc vtrum exceptionē patiatur: in mate- vide Apoc.
ria fidei videro. Cum ergo euangelij tale mādatum sit: 2. optime. et
et lex pręcipiat ꝙ si tacuerit accipiet peccatū eius: sciē 2. Regū. ca.
dum est/ ꝙ si quis ea que videt in delicto ꝓximi sui vel 12. de corre
non indicat secundū regulam euangelij vel in testimo- ptione ⁊c.]
nium vocatus: non que vera sunt dixerit: peccatū quod
commisit ille quem celat ipse suscipiet: et pęna cōmissi
reuoluet ad cōscium: iuxta quod dixit Esaias de pecca- Esaię. 6.
to Ozię: Uęh mihi quoniā tacui quia vir pollutꝰ labijs
ego sum. ⁊ cętera.

Que enim secundū deum tristicia est: pę-
nitentiā in salutem stabilem operatur: sęcu
li autem tristicia mortem operat. Ecce enim
hoc ipsum ꝙ secūdum deum cōtristaui vos:
quātam in vobis operet sollicitudinem: sed
defensionem: sed indignationē: sed timorem
sed desiderium: sed ęmulationem: sed vindi
ctam. In omnibꝰ exhibuistis vos incōtami-
natos esse negotio. Igitur & si scripsi vobis/
non propter eum qui fecit iniuriam: nec ꝓ
pter eum qui passus est: sed ad manifestādam
sollicitudinem nostram quam habemꝰ pro
uobis coram deo. Ideo consolati sumus. In
consolatione autem nostra abūdantius ma-
gis gauisi sumus super gaudio Titi: quia re-
fectus est spiritus eius ab omnibꝰ vobis. Et
si quid apud illum de vobis gloriatus sum:
non sum confusus/ sed sicut omnia vobis in
veritate loquuti sumus: ita & gloriatio no-
stra que fuit ad Titum: veritas facta est. Et vi-
scera eius abūdantius in vobis sunt: remini-
scentis omniū vestrum obedientiam: quo-
modo cum timore & tremore excepistis il-
lum. Gaudeo ꝙ in omnibus cōfido in vobis.

¶[Nam que fm deum est tristicia: penitentiā in salutē
haud penitēdam et stabilem parit.] penitentiā stabilē:
μετάνοιαν ἀμεταμέλητον quasi dicas: impeniten=
dam penitētiam. Cain
Genes.4. pelus de peccato penituit ꝙ peccauit: similr ꝛ Judas.
Illudq mirabile de Cain: ꝙ requisitus a domino ad pe=
nitentiam: tam impudēter negauit se nescirre eum/cu=
ius sanguis recens effusus: clamabat in aures domini
sabaoth. Sed considera opa dei: ꝙ nemo potest corrige
Eccl.7. re quem ille despexerit. Nec miretur ꝓpheta si nō au=
Ezech.3.c. ditur a populo: quia inquit ꝛ me non audiūt. Et illud:
p.Reg.8. Non te abiecerūt sed me: ne regnem super eos. Tunc
autem tristicia est secundū deum: cum peccator penitet
pro eo ꝙ eum offenderit: cui omnis creatura famulat.
vnde illa vox cuiusdā penitentis: Pater peccaui in ce=
Luce.15. lum ꝛ coram te. Agit enim deus similiter penitentiā si
XV. nos peniteamus, de quo vide Hieremie cap.18. Quod hic
dicit aplūs: tristicia que secūdū deum est penitentiā ope=
rat que pducit in salutem eternam: aut penitentiā ope
ratur impenitibilē: sciēdum ꝙ non loquit hic apostolus
de penitētia eo modo quo loquitur cōmuniter theolo=
gi videlz de penitentia que includit cōfessionem: cōtri=
tionem ꝛ satisfactionē. Nec enim legimus per id tēporis
institutam fuisse cōfessionem. Et de hoc grandis est di=
sputatio apud sapiētes videlz vtrum sit de iure diuino:
Petā sim= ꝛ quo tempore posita fuerit sub pcepto. de hoc vide do
precant ca= ctorem nostrū in.4. distinc.17. Disputat enī pro vtraqz
piti hirci. parte: ꝛ tādē dicit ꝙ pbabilius potest teneri cōfessio
nem fore de iure diuino. Cōclusio Herici. Cōfessor nul
lo modo potest se habere aliter ad sibi confessum: rōne
cōfessionis quātum ad quecunqz actum extra forum il=
lum: ꝙ si penitus nihil audisset a cōfitente. vide autem
Ezech. Ezech.cap.18. Cōuertimini ꝛ agite penitentiā ab omi=
bus iniqtatibus vestris: ꝛ facite vobis cor nouum ꝛ spi
ritū: et hec duo ptinent ad cordis cōtritionem: quomō
ps.50. dicit: Cor cōtritum et humiliatū deus non despicies: et
XVI. quare moriemini domus israel? Quia nolo mortē mo=
rientis dicit dominus deus. vide latissime per totum ca
ps.50. pitulū.33. Quod igitur dicit ꝓpheta: Sacrificiū deo spi
ritus cōtribulatus/ in hoc satisfactionē de peccatis in=
nuit necessariā: cōtritionem autem exprimit dicens: Cō
tritum cor ꝛ humiliatū deus non despicies. Hoc igitur
modo videt apostolus de penitentia loqui. Penitere enī
proprie nihil aliud est secūdum ethimologiā greci ser=
monis ꝙ resipiscere: ad mētem redire. Secūdum autē
latinam significationē penitere est penam tenere: quod
maxime fit in cōtritione. Et hoc modo loquit dominus
Hiere.8. per Hieremiā dicens: Apprehenderūt mendaciū ꝛ no
luerunt reuerti. Nullus est qui agat penitētiam super
peccato suo dicēs: Quid feci? per que verba illud ostē
ditur: ꝙ quia non agnoscūt iniquitates suas quasi qui
non peccauerint: non reuertunt ad mentem suam vt cō
terātur: sed vadunt vlterius donec pueniant in pfun=
Prouerb.18. dum malorum: dicuntqz illud eiusdem pphete capi.18.
Esaie.28. Desperauimus. post cogitationes enim nostras ibimus:
ꝛ percussimus fedus cum morte: ꝛ cum inferno fecimus
pactū. Flagellum inundās cum transierit non veniet
super nos: quia posuimus mendaciū spem nostram.
Plane he voces non penitentiū sunt sed eorū qui secū=
dum duritiam cordis sui diuitias bonitatis dei cōtem=
nūt Roma.2. Quibus dicit dominus per pphetam: Su=
Amos.1. per tribus sceleribus Damasci ꝛ super quattuor non cō=
XVII. uertam eum. Amos.capi.1. secundū simplicem intelle=
ctum tres ꝛ quattuor sunt septem: quo numero omnia
vitia intelligunt/ sicut patz ex aliis locis sacre scripture.
secundū textū historie frequentationē significat in eo=
dem crimine. Secūdum tropologiā primū peccatū est
cogitasse que mala sunt. secundū: cogitationibus acquie

uisse guersis. tertiū: quod mente decreueris opere cō= Hierony.
pleuisse. quartum: post peccatū non agere penitētiam:
et suo sibi complacere in delicto dicens: Venite suma=
mus vinum: et impleamur ebrietate: et erit sicut hodie
ꝛ cras: ꝛ multo amplius. Esaie.57.capi. Interim autē
ꝛ desperādo dicere: Moriendū est nobis cras (forte au
tem ꝛ ante cras.) Comedamus et bibamus: quoniā hec Esaie.22.
est pars nostra. ¶Inuenit etiam in scriptura penitētia
in ieiunio in sacco ꝛ in cinere sicut patz in Niniuitis: et
qd magis mireris: peccant homines: et iubētur etiam
pecora ieiunare: sicut scriptū est: Homines ꝛ iumenta
clament ad dominū in fortitudine ꝛc. De hac igitur pe= Jone.3.
nitētia dicit apostolus ꝙ tristicia que secundū deum est/
penitentiā operatur: qua deflent pterita cōmissa ꝛ ca=
uentur futura. Et hoc modo penitentia nihil aliud est
ꝙ profiteri ꝛ affirmare se vlterius non peccaturū. Ne=
mo enim potest esse tam prudens ait Lactantius vt ali= Lactantius.
quādo non labatur: ꝛ idcirco deus imbecillitatē nostrā ps.102.
sciens qui nouit figmētum nostrum: Vsqz septuagies
inquit septies remitte fratri tuo. Math.18. Ergo qui=
cunqz aberrauerit: referat pedem: seqz quā primū reci=
piat ac reformet. Sed reuocare gradum superasqz eua XVIII.
dere ad oras: hic opus hic labor est. Degustatis enim
male iucūdis voluptatibus: vix ab eis diuelli possumus: Jacobi.1.
a nostris concupiscentiis abstracti: ꝛ illecti: iuxta puer=
bium: Periculosum esse canem intestina gustasse: quo puerb.
sermone illud datur intelligi: non facile temperatur nos
a peccando: qui semel illecebram illam velut autoramē
tum vitiorum gustauerit. [Seculi autem tristicia mor=
tem operat: sicut patet in Achitophel: in Juda ꝛc. ¶Il= 2.Reg.17.
lud sciēdum ꝙ sicut medicamentū tantū oculos iuuare
potens: ad omnia alia est inutile: ita intelligendum est
de tristicia. Nullum enim accidētium nobis malorum
remedio tristicie subleuatur: nec amissionem pecunie:
nec mortem filiorū: nec infirmitatē corporis potest cu Tristicia.
rare: peccatū autem delet ꝛ dissoluit. vide in Achab.3.
Regū.21.capi. Duo autem nobis peperit peccatū vide=
licz tristiciā ꝛ mortem. viro enim dictū est: Morte mo= Chrysost.
rieris. mulieri aūt: In tristicia paries: et per hec vtraqz
peccatū curauit: ꝛ matrē scilicz peccatū per filios: tristi Genes.3.
ciam videlz ꝛ mortem sustulit. Et sicut vermis de ligno
nascitur ꝛ illud cōsumit: ita intellige de tristicia ꝛ mor
te que de peccato sunt nate ꝛ ipsum omino destruūt: vt
nusquā sit. [Ecce enim hoc ipsū quod secundū deum
cōtristati estis: quātam in vobis genuit sollicitudinem. XIX.
ꝛc.] Solliciti enī fuerunt Corinthii plecta apostoli epi
stola: primū quidem emēdare vitam superiorē. Opera=
ta est etiam tristicia illa satisfactionē: quo enim celerius
expulerunt fornicatorē: eo se fidelius purgauerūt apud
apostolū: qd non essent cōsentientes in tanto crimine.
Operata est etiam indignatiōem: qm absqz vlla retra=
ctione expulsus est: nec reuocaret nisi ex precepto apo
stoli. Operata est etiam ꝛ timorē. Timuerunt enim ne
vnius morbide ouis lepra serperet in gregē: sicut alias di
ximus de Achan. vide Josue cap.7. operata est etiā desi
deriū: imo ꝛ zelū iusticie fugandi similes pestes exēplo
nostri. Deniqz opata est ꝛ vindictā: expulso fornicario
vt pdictum est. [Siquidē vbiqz ꝛ in omnibus cōmenda=
stis vosipsos ꝙ incōtaminati sitis in eo negotio. et patz.
[Proinde ꝛ si scripsi vobis: nō id feci eius causa qui in=
iuriam fecerat:] is erat incestuosus filius: nec eius causa
qui lesus fuerat: is erat pater adulteri filii: sed ad ma=
nifestādam sollicitudinē nostram quam pro vobis ha=
bemus: coram deo. Quod dicit coram deo: veluti iuran=
tis potest esse: et illos ꝛ deum cōscium testantis. Cete=
rum greci ita legunt. vt manifestaret studium vestrum
de nobis apud vos: in cōspectu dei. Ex quibus verbis ap=
paret hoc sensisse apostolū se gaudere ꝙ ex tristicia cō=

sequutum sit: vt palam fieret quo studio essent Corin=
thii erga se: secundū autem vtramqz lectionē plana est
littera. [Ideoqz cōsolationem accepimus ex cōsolatio=
ne vestri: ꝛc.] Gaudiū inquit quod habebā de gaudio
vestro auxit aduentu suo Titus: pro eo ꝙ illo referente
agnoui quomō susceptus est a vobis in visceribus chari
tatis. [Insup si quid apd illum de vobis gloriatus sum:]
cōmendando vestram obediētiam ꝛ illud ꝙ fide statis:
[non sum cōfusus: sed sicut omnia in veritate loquuti su
mus vobis:] cōmendando vobis eūdem Titum: ita vi
ce versa [gloriatio nostra qua vsus eram apud Titum:
cōmendando mores vestros apud illum: veritas facta
est. [Et viscera illius maiorem in modum erga vos af=
fecta sunt:] Jam exptus officiū vrm: quomodoqz cum
timore sancto ꝛ casto: ꝛ tremore quasi angelum dei exce
peritis eundem. Qui enim vos suscipit: me suscipit: et
Luce.10. qui me suscipit/ recipit eum qui me misit. [Gaudeo ꝙ
in omnibus confido in vobis.] Tales inquit vos exhi=
buistis in his que in priore epistola vobis iniunxi: vt ni
hil sit post hac in quo non debeam de vobis confidere.
pteritarum enī rerum exhibitio est futurarum certitudo.

¶Octauum Caput.

OTā autem facimus vobis fratres gratiā dei que data est in ecclīis Macedonie: & ꝙ in multo expimēto tribulationis abūdantia gaudii ipsorū fuit: & altissima paupertas eorū abūdauit in diuitias simplicitatis eorum. Quia secūdum virtutem testimonium illis reddo/ & supra virturē volūtarii fuerunt: cum multa exhortatione obsecrantes nos gratiā & cōicationē ministerii quod fit in sanctos. Et non sicut sperauimus: sed semetipsos dederūt primū dño: deinde nobis per voluntatē dei: ita vt rogaremus Titum: vt quemadmodū cepit: ita & pficiat in vobis etiam grām istam. Sed sicut in omnibus abūdatis fide & smone & scientia & omni sollicitudine insup & charitate vrā in nos: vt & in hac gratia abūdetis. Non quasi imperās dico: sed per aliorū sollicitudinē: etiam vestre charitatis ingeniū bonum cōprobans.

I. ¶Notum autē vobis facimus fra
tres grām dei que data fuit in ecclesiis Macedonie. p=
ceperat apls vt singulis dñicis diebus quilibet ex Corin
thiis seponeret aliquā apud se eleemosynā: que simul
in vnum collecta aduenīente aplo mittēda erat paupe
ribus sanctis qui erāt hierosolymis sicut habes supra in
principio cap.16. epistole superioris. Ad hoc igitur sedu=
le faciēdum hortat Corinthios exemplo Macedonum.
Grām igitur vocat aplūs gratuito donata a Macedoni=
bus in sustētationē pauperū. Non habui inquit requiē

in Macedonia spiritui meo: non tamēn in eas paruas di
uitias domino cōgregaui. Susceperūt a nobis Vba vi
te paratissimis animis: ꝛ adeo nō sunt meis item qz Si
le tribulationibus cōsternati animo: ipsi nobiscū afflicti:
vt gratia euāgelii cum summo gaudio ptulerint omnia.
vnde dicit: [Quā in multa pbatione afflictionis exube
rauit gaudium illorum.] Susceperūt verbū dei cum gau=
dio: non sunt scādalizati in psecutionibus ibidem illatis
ꝛ Paulo et Sile: insuper ꝛ pfunda pauptas illorū ex=
undauit in diuitias simplicitatis eorum. sensus est. hoc ef
fusius gauisi sunt nobis ereptis: quo grauiora passi su=
mus: hoc est in multa pbatione afflictiōis nostre exu=
berauit gaudium illorū. Hi ergo cum essent tenues ꝛ vt puerb.
dicit/ vel ipsam animā deberent: quam pauptatē Am=
brosius pfundam vocat: iam ē erat tanta animorum in om=
nibus promptitudo: vt ex inanibus horreis quicqd reli=
quū erat depromerēt in subsidia pauperū. vnde factum
est vt quo pauperiores redderent pia largitate: eo magis
ditescerēt promptissimi animi simplicitate: vt sicut cum
lucrum est in arca/ damnū et pauptas est in cōscientia: II.
ita ꝛ cum pauptas vacua est ꝛ inanis: mens plena est di
uitiis spūalibus. Quod dicit profunda pauptas: sumptū
apparet a vase aut scrinio iam ad imū exhausto: iuxta
vetus pverbium/ sera in fundo parsimonia. Talis erat puerb.
lechytus vidue illius que Heliam pauit: imo ꝛ vidue il
lius cuius filios creditor tollere volebat vt seruos face 3.Reg.17.
ret ex liberis: ꝛ clamauit ad Heliseū pro misericordia. Et
ille. Quid inqt habes in domo tua? Nō habeo inquit 4.Reg.4.
nisi paruū olei quo vngar. pete inquit a vicinis tuis va=
sa vacua non pauca: ꝛ ingredere ꝛ claude ostium tuum: Figura.
et ingressa mitte in omnia vasa hec: ꝛ cum plena fuerint
tolles. Mirabile est qd volo dicere: quādiu oleum non
diffundit: non multiplicat. Et in pfunda pauptate late
bant diuitie altissime. In quinqz panibus multorū satie= Joan.6.
tas ꝛc. insuper duodecim cophini. Nec iubent impleri
vasa ppria sed aliena. nec iubet mulier vt in palam fa
ciat. sed clauso ostio: ne sciat sinistra intētio: quid faciat
dextera. Matthei.6. ne remuneratorem ꝛ inspectorem
alium velit ꝙ deum. Ergo dicamus qm debitum illius
vidue creuerat: qm oleū anime peccādo pdiderat. Qua Matth.25.
propter ꝛ quinqz stulte virgines foris remanent lampa
de vacua. Creuit oleum ꝛ solutum est debitum: sicut cre
uerat cupiditas et refriguerat charitas. Quādiu igitur III.
vidua hec oleum in vase pprio habuit: nec sibi sufficie=
bat: nec debitū soluere poterat: pfunda erat eius pau=
pertas. Ita est qz qui se solum diligit: nec sibi sufficit: de
cisterna exhaurit que cōtinere non valet aquā: nec pec Hiere.2.
catorum suorum debitū soluit. Date inqt ꝛ dabit vobis: talis
est natura sancti amoris vt erogādo crescat: et quātum Luce.6.
in aliis plus expendit: tantū in se abūdātius cumulat.
Agnoscamus igitur viduam hanc nō aliūde nisi de oleo August.
misericordie a suis creditoribus absolutam: nec aliunde
ꝙ de oleo sibi ꝛ filiis suis puidisse in posterum. Sed ꝛ il=
lud attēdendum ꝙ tam diu oleum creuit: ꝙdiu fuerunt
vasa in quibus infunderet oleum. cum autē defuit vas:
stetit oleum. Et ideo ex industria debemus vasa quere=
re: vbi oleum possimus infundere. Et non solum vasa
sanctorum infundenda sunt: sed ꝛ iniquis bñfaciendū est:
vt hoc oleo deliniti mitescant ꝛ boni fiant. Sed hec om
nia solo teste deo vt dictum est sunt faciēda. i. pro remu
neratione eterne btītudinis: quod est clauso ostio. Et
nota ꝙ vidua hec iam tentabat de auaritia dicens: af=
fer adhuc vas. Illud est mirabile nullaqz venia dignū: Chrysost.
cum deus iubeat occulte atqz in abdito eleemosynam
prebere: vt vel ipse ignoret qui facit: audent multi tamē
pauperē probris afficere: qui ad eos certe non veniret: IIII.
si sic expectaret molestari. Quod si talia credit se auditu=
rum: ꝛ nihilominus venit: multo magis misericordia di=
gnus est. Sed inquies multa mēdacia pauperes fingūt.

Ego vero hac ex causa maiori misericordia moueor: cum in eam necessitatē incidisse videam homines vt impudētissime mendacijs viuere cōpellant: quorum nos non modo nō miseret: sed verbis asperrimis lacessim⁹ dicētes. Non accepistis iam semel atq; bis: sed queso cur non tuo ventri hanc legem imponis? cur ad eum non dicis: puerb. repletus es heri ⁊ nudius terti⁹: quid ampli⁹ queris? Esaię.58. sed venter inquis aurib⁹ caret. Infra hoc ca. Uide ne carnem tuam despexeris: qui cum deus esset/egenus factus est ⁊c. sequitur. [Nam pro virib⁹ illis phibeo testimoniū: etiam supra vires ⁊ virtutē prompti et volūtarij fuerunt:] nemine eos ad hoc impellēte aut cogente: sed fac inquit mihi prius de ipsa farinula subcinericiū panem par- 3.Reg.17. uulum: tibi autē ⁊ filio tuo facies postea. Uides simplicem sermonē Helię: audi promptam ⁊ voluntariam viduam quomō nullo cogente/exequit̄ pręceptū pphetę. In quo ⁊ illō datur intelligi ꝙ per prius pauperes Christi imo Christū in paupibus debemus pascere: ac deinceps ⁊ nobis puidere: quia hec dicit dn̄s ⁊c. vide Ioan.6. 3.Reg.cap.17. Domin⁹ prius pauit.5000. deinceps ⁊c. Adeo inquit non cōperimus eos difficiles in tribuēdo vt vere testis illis esse possim ꝙ nō solum pro viribus ⁊ posse verum supra vires cōtribuere voluerint: animo videlz supante facultates. [Multa cum exhortatione obtestātes nos: vt bñficium ⁊ societatem ministerij susci-

v.

peremus in sanctos.] vt cum inquit nos veriti ne post largam suam munificentiā: ipsa egestas suaderet eis pęni- Matth.25. tentiam: dicerentq;: ne forte non sufficiat ⁊ nobis ⁊ vobis: Ite de cętero ad alios quibus verbum dei pędicastis ⁊c. atq; pinde recusaremus quod ipsi vltro offerebant: multa cū obtestatione rogauerunt nos ⁊ quasi cōpulerunt/sinerem⁹ ⁊ ipsos in huius laudis venire societatem: vt de bonis suis aliquid cōferentes in subsidiū sanctorum: vicissim illorum pietati participes fierent: quasi qui non bñficiū darent: sed ipsi magis acciperent: [ac non quaten⁹ sperabamus dederunt.] idest multo amplius ꝙ sperare audebamus: ne putemus id accidisse Paulo pręter spem: respōdentes expectationi nostrę: verum etiā spem omnē vincentes: qui non tantū obtulerunt sua gratanter: [verum etiā et semetipsos sup impendentes primū deo: deinde ⁊ nobis.] deo quidem vitam suam eius obsequio mācipantes: nobis autem in omnib⁹ tanꝙ ab eo missis ministris parendo: fratrib⁹ autem bona sua largiēdo. Quodq; dicit per voluntatem dei: sensus est: ꝙ volūtas dei est: vt qui obedit deo/obediat ⁊ vicarijs eius: qui enim vos audit/me audit: ⁊ qui Luce.10. vos spernit me spernit. [vt adhortaremur Titū: vt quēadmoduz ante cępisset: ita ⁊ cōsummaret erga vos etiā

vj.

gratiam istam vel bñficium: maxime cum etiam paupertas vestra superet Macedonū diuitias sexquipede. vt quemadmodū inquit Titi hortatu cępistis vos hanc ⁊ in pauperes largitatem: ita quod cęptum esset ad pfe- pseuerātia. ctum pduceret. pseuerātia enim est que coronat̄ a deo. Tolle enim perseuerantiā: nec obsequiū mercedem habet: nec bñficium gratiam: nec laudē fortitudo: sola est cui ęternitas reddit̄: aut que opera hominis cōstituit in ps.111. ęternitate sicut dicit̄: Iusticia eius manet in sęculū sęculi. Turpe est enim cedere oneri: ⁊ luctari cum officio Seneca. quod semel recepisti: imo crescere deb; nobis animus ipsa pro rerum difficultate. [Sed sicut in omni abundatis fide spe: ⁊ sermone et scientia ⁊c. cōsequuti estis donum fidei: dono linguarū etiam pręditi estis: dono diligentię implendo que iniuncta sunt vobis vel a me vel a maiorib⁹: similit̄ ⁊ dono charitatis quem erga me ostē- Eccli.29. distis. Ut ergo in hoc dono exuberetis qđ est includere

vij.

eleemosynam in corde pauperum Christi/misi ad vos Titum vt pficiat in vobis ⁊ grām istam quam semel cępit vt in hac quoq; exuberetis. [quod tamē non quasi imperās dico: sed per aliorū officium etiam vestrę charitatis ingeniū ⁊ syncerītatē approbās. Non inquit hoc pręcipio vobis: voluntariā enim vult deus seruitutē: nō coactum obsequiū: hoc enim esset munus non mun⁹ (vt dicit̄:) Sed pptera Macedonū promptam voluntatem cōmemoro: vt illorū exemplo pellecti: vltro declaretis qualia viscera geritis erga paupes Christi. Quod dicit tert⁹ noster: vrę charitati ingeniū bonū Grece est καὶ τοῦ τῆσ ὑμετέρασ ἀγάπησ γνήσιον, idest et charitatis vestrę ingenuitatē. Et fortassis a principio scriptuꝫ fuit ingenuū: ⁊ mutatū est ab aliquo qui minus intellexit quid esset ingenuū: Estq; quod vocam⁹ syncerū: purum non fucatū aut pmixtum. ¶ Utrum actus exterior addat interiori: ita dicit Augustin⁹. Augustin⁹. Mala volūtate vel sola quilib; miser efficit̄: sed miserior quādo volūtatem malam exequit̄. Igitur actus malus exterior addit ad miseriam culpę que pfuit in actu interiori malo: ⁊ eodē modo dicendū est de actu moraliter bono. Nullus autem quęrat efficientē causam volūtatis malę. Nō est ef-

viij.

ficiens sed deficiēs; a deo autē bonam accepim⁹: sed liberam ⁊ potētem deficere. Phs. Cum autem aliud sit agere: aliud autē bene agere sicut dicit phs: magis eligēda est voluntas sine actione: ꝙ actio sine bona volūtate. Nihil enī offert̄ deo ditius bona volūtate: que sic optima est si pximi aduersa sicut sua primescit (sed quis est hic?) si volūtas. de psperitate pximi sicut de suo pfectu gratulat̄: si aliena dāna sua credit: Gregori⁹. si inimicū amādo tolerat: si nulli qđ pati non vult facit: si nulli qđ sibi iuste impendi desiderat denegat: si necessitati pximorum iuxta vires occurrit: sed tū pdesse etiam vltra vires vult. Quoniā igit̄ nullum est bonū si volūtarium non sit: nec aliqs est bonus aut beatus nolēs: Idcirco ⁊ apl's non quasi imperans pecuniā in sanctos colligendā Corinthijs mādat. ⁊ ptꝫ.

¶ Scitis enī grām domini nostri Iesu christi: qm̄ propter vos egen⁹ factus est cum esset diues: vt illi⁹ inopia vos diuites essetis: & cōsiliū in hoc do. Hoc enī vobis vtile est: qui nō solū facere sed & velle cœpistis ab anno priore. Nunc vero & facto pficite: vt quēadmodum est anim⁹ prōptus volūtatis: ita sit & pficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta est: s̄m id quod habet accepta est: non s̄m id quod non habet. Non enī vt alijs sit remissio: vobis autem tribulatio: sed ex ęqualitate in p̄senti tēpore vestra abundantia illorū inopiā suppleat: vt & illorū abūdātia vestrę inopię sit supplementū vt fiat ęqualitas sicut scriptū est. Qui multum habuit nō abūdauit: & qui modicū non minorauit.

¶ Scitis enī grām.i. bñficentiā dn̄i nostri Iesu christi: qui pter vos egen⁹ fact⁹ est: cū esset diues: vt inopia illius vos diuites essetis. Ambrosi⁹. Attende ꝙ inde incipit btitudo vera vbi extima ęstimat̄ hūano iudicio: beati enī pauperes spū. Matth.5. Ambro. Sunt enim ⁊ diuitię pauprimę ⁊ est pauptas diuitijs plena. Itaq; hoc loco videtur apl's cōtradicere phō dicenti: Phs. qm̄ hoc solum habet pauptas incōmodi: ꝙ alios iuuare non potest: dicens/vt eius inopia nos ditaremur. Unde enim soluerem⁹ decem milia talenta qui ipsam quoq; animā debebam⁹/nisi ex pauptate Christi? Matth.18. Tulit enim chirographuꝫ de medio: de quo alias. Collos.2. Erat autē lex antiquus vt qui soluēdo nō esset: is nexus adduceret̄ creditori: luitur⁹ opera quod gre non posset. Extat ⁊ apud Gellium lex duodecim tabularum que iubebat dissecari corp⁹ eius qui multis creditorib⁹ deberet: nec haberet vñ redderet: sic lex dum

dētibus quod suum erat conabat̄ reddere: nulli satisfa-

ix.

ciebat: summū enī ius summa est iniusticia. Euangelium sane iubet vendi seruū vxorem ⁊ filios: quā duram sententiā inflectens dn̄s Christus: pro nobis paup factus Matth.18. est vt haberem⁹ vnde libertate retenta essem⁹ in soluēdo. Diuitię igit̄ nostrę pręsepiū est Christi: et pāni eius viles: Crux: mors: ⁊ sepulchruꝫ: et tunica eius inconsutilis. Paupertas autem sicut dicit̄ sapiētiam sortita est. Iupiter. Hinc est ꝙ Iupiter aurei sęculi tam paratā copiam rerum omniū submouit (vt dicit̄) vt varios vsus meditando extūderet artes. sed ⁊ illud quęrit Phs: vnde est ꝙ pauptas apud probos plerunq; versat̄. Respōdet ꝙ inops virium ⁊ consilij quippe fęmina/plus auxilij sibi Phs. sperat futuruꝫ apud optimos viros. siue ꝙ cum ipsa sit mala: malos vitat: ne si malum accesserit malo: iam fiat intolerabile atq; immedicabile. Sed ⁊ illud quęrit qđ in causa sit ꝙ diuitię possideant̄ a malis: non item a bonis: an quia cęcę sunt inquit: et ob id errant in delectu. Illud tamē ppendant diuites de mamona iniquitatis quia tanto veri⁹ quāto interius indigētes sunt: nem- Apoca.3. pe miseri ⁊ cęci et nudi. Cęterū Lucian⁹ nōn modo cęcum facit Plutonē: verum etiā claudum: cęcum semp: claudum autem quoties ad bonos viros mittit̄: alias Horati⁹. pedibus pnicissimis. Et tamē quantūcunq; cęcę sint ⁊ claudicent vtroq; vel altero pede: de illis dicit̄: sc; vxorem cum dote: fidemq; et amicos: ⁊ genus et formā re- Hieronym⁹ gina pecunia donat. At paupertas Christi multo alias nobis diuitias subministrat: vt per hoc qđ a nobis susceptis: suę nos diuinitati tribueret esse participes. Sed sicut dicit Hieronym⁹ qui cum esset deus: pro nobis factus est homo: ⁊ cum esset diues: pro nobis paup apparuit: nūc in nostris diuitijs erubescit. Sicut autē stultuꝫ dei est nostra sapientia: et nostra fortitudo eius infirmitas: et mors eius vita nostra: ita ⁊ pauptas eius diuitię sunt mundi. Et poterat quidē deus in seipso pmanens Gregori⁹. miris nos ditare diuitijs: sed vt ad internas illas quas deseruerat reuerteret̄ homo diuitias: foris dignatus est apparere paup deus. Pauper inꝙ intm̄: vt nec ha- Matth.8. beret qđ habent vulpes inquit Augustin⁹. Quod si hoc datur nobis obprobriū videlz pauptas: illud nobis videbimur audire: videlz ꝙ vestigijs illius incedamus: qui Grego.na. cum diues esset ⁊c. Utinā inquit Grego. Nazia. et istos panniculos exuere possim⁹: quibus Adam pudenda Genes.3. cōtexit: vt nudi cum Iob effugerem⁹ spinas sęculi: que retinēt ⁊ reuocant pgentes ad deum. In hoc ergo tam

x.

diuite in quo sunt omēs thesauri sapiētię ⁊ scientię dei per quem om̄ia facta sunt: vnde agnoscim⁹ pauptatē. Ego inquit seruus tuus ⁊ filius ancillę tuę. Attende an- ps.115. cillam istam castam ⁊ virginē matrem: ibi enī accepit pauptatem nostram: imo diuitias: vbi formā serui acci- Luce.9. piens: non habuit vbi vel caput reclinaret. Nec enim vel pater huius s̄m carnem Abraam dico vel vestigiuꝫ pedis accepit in terra pmissionis: vt filij eius annume- Abraam. rent̄ inter cęli sidera: et quasi dicam⁹ Abraam deserta patria sua Chaldęa: domo ⁊ diuitijs atq; terrenis possessionibus: venit vt esset peregrin⁹ in terra Chanaam: quo pauptate eius filiū eius ditesceret. Exinaniuit autē Philip.2. Christ⁹ semetipm: ne diuitias eius expauesceres: ⁊ ad eum accedere cum tua nuditate non auderes. Ibi igitur se pauptauit vbi se exinaniuit: ⁊ ibi nos ditauit. Nō enim diuitias semouit a se sed abscōdit vt interim non agnitus crucifigeret̄: et cōscinderet̄ saccus carnis suę in quo latebat thesaurus: sic eius morte viuerem⁹: et abiectis pelliceis indumētis mortalitatis nostrę: induerem⁹ ⁊ nos stola immortalitatis: cātantes cum eo: Con- ps.29. scidisti saccū meū: et circūdedisti me lęticia ⁊c. Quācūq; igit̄ quis paup semp sit in cella: nihil obstat quin sit diues in cōscientia. Cęterum iuxta Uale. maxi. omnia habꝫ: qui nihil cōcupiscit: eo quidem certius ꝙ qui cuncta possidet: quia dn̄ium rerum collabi solet: bonę mentis vsurpatio nullū tristioris fortunę recipit incursum. Ual.max. Itaq; quorsum attinet aut diuitias in prima fęlicitatis parte: aut paupertatē in vltimo miseriarum statu ponere? cum ⁊ illarū frons hilaris multis intus amaritudinib⁹ sit referta: Esaię.46. si iuxta pphetam puaricator ad cor redeat: et huius horridior aspectus solidis ⁊ certis bonis abūdet: sicut ptꝫ in Helia melota amicto et sui similibus: 4.Reg.1. quibus iuxta apl'm Hebrę.11. dignus non erat mūdus. sequit̄ in Ualerio. Namq; per Romuli casam pq; veteris Capitolij humilia tecta ⁊ ęternos Uestę focos fictilib⁹ etiā nunc vasis cōtentos iuro: nullas diuitias paupertati talium virorum posse pferri. p.Cor.7. [Et cōsiliū in hoc do.] Puto enī ꝙ ⁊ ego spm̄ dei habeā: nam hoc vobis cōducit: qui qdem non solū facere verūetiam velle iam cępistis ab anno supiore: plus ergo est velle ꝙ facere. Itaq; quēadmoduꝫ epl'a priore: cum de virginitate aut viduali castitate sermo verteret̄ exposui quid mihi optimū videretur ⁊ vobis vtili⁹: Eccli.6. non tamē super hac re sententiā tuli: sed cōsilium inquit do/ita ⁊ in hac re consulo: non im-

xj.

pero. An vero inquit Ambrosi⁹ putabo idoneū qui mihi det cōsilium qui nō dat sibi: ⁊ mihi eum vacare cre- Ambrosi⁹. dam qui non vacat sibi? Nullus autē fidelior nobis ad infra.12.ca. cōsilium potest esse: ꝙ qui non nr̄a sed nos diligit: quomodo Paul⁹ dicit: Nō quęro vestra sed vos: imo ⁊ vos quęro ⁊ vestra. Deliberandū est autem diu quid statuendum est semel: nam velox consilium sequit̄ pęnitentia. Quod autem festinatio ⁊ ira maxime sint cōtraria consilio: patꝫ in Achitophel.2.Reg.17. Qui igit̄ alijs optime cōsulebat: sibi male cōscius: festinationē tristiciam et iram consulens: laqueo vitam finiuit: disposita prius domo sua: animā diabolo legans ⁊c. Hoc igitur consulo quod alias Ipsi citra nostram exhortationē non soluꝫ facere cępistis anno pterito: sed ⁊ vltro velle vt videar ego per hoc incitare currētes vltro. [Nunc igitur ⁊ il-

xij.

lud quod facere cępistis pficite. Plus est igitur velle ꝙ facere: vtrumq; autem melius est altero. velle peccare Scotus. mortaliter est pctm̄ mortale. doctor nr̄ in.3. dist.39.M. Hoc est ergo quod dicit: nunc vero ⁊ facto perficite. [vt quemadmodū voluntas prompta fuit: ita ⁊ pficiatis ex eo quod potestis.] Non inꝙ supra vires vestras quēadmodū diximus fecisse Macedones: sed pro facultate quod est: ex eo qđ habetis: sicut superi⁹ diximus de Tobia capi.4. Quomodo potueris inquit ita esto misericors ⁊c. [Etenim si prius adsit pmpta volūtas: ea iuxta quicqđ illud est quod possidet vel potest aliquis ac- 25.quest.2. Ideo. cepta est: nō iuxta id quod non habet. Solebat descendenti a palatio Cęsari honorificū aliquod epigramma porrigere Gręcus. Id cum frustra sępe fecisset: rursusq; idem eum facturū vidisset August⁹: breue gręcū manu sua in charta exarauit epigrāma: pgēti deinde ad se obuiam misit. Ille legēdo laudare mirariq; cępit tam voce ꝙ vultu. Cumq; accessisset ad sellam: demissa in fundam pauperē manu: paucos denarios ptulit quos principi daret: additus hic s̄mo μὴ κατὰ σὴν τύχην σοῦ σέβαστε, εἰ πλέον εἶχον, πλέον ἐδίδουν. nō secundū fortunā tuā Auguste: si plus habuissem: plus dedissem. secuto omniū risu: dispēsatorem Cęsar vocauit: Macrobi⁹. sestertia centum milia numerari Gręculo iussit. Macrobi⁹. Non est inquit acceptū bñficium qđ extorquet̄ Tobię.4. ab inuito cum hmōi bñfactori ficte sint gratię referēdę. Sed quomō dixit Tobias: quomō potueris ita esto mi- Actu.3. sericors. Nec enī impossibilia pcepit deus: Si aurum habes ⁊ pilos offers: maledict⁹ dolosus ⁊c. Malach.1. Quod si non habes nisi caprarū pilos: sufficit cum Petro dicere: Quod autē habeo: hoc tibi do. [Non enim vt alijs relaxatio sit: vobis autem angustia. ⁊ cętera.] p.Cor.9. Hec sententia cum illa congruit: si vobis seminauimus

ij. Cor. 9. spiritualia &c. Utriqꝫ igitur diuites estis: vtriqꝫ et pauperes. Vos diuites in prędijs: illi in donis spiritualib9. Illi pauperes in re familiari: vos non perinde estis di-
Luce. 16. uites in spūalib9 ac illi. Facite igitur vos illos amicos de mãmona iniquitatis: vt & ipsi vos recipiant in ęter-
xiij. na tabernacula: quia quos hic hospites suscepistis ꝓ sua charitate: in cęlo habebitis cõciues & domesticos.
Exodi. 16. [De hoc autem ita scriptum est Exodi. 16. capite. Qui multũ habebat: huic nihil superfuit: et qui paulum ha-
de cõse. dis. 2. vbi pars. buit: non minus habuit.] Dictum est autem de Manna: in quo significabaẽ ꝙ & qui maiora habẽt merita et qui minora in ęterno conuiuio eãdem habituri sunt re-
ij. Cor. 15. fectionẽ: licet stella a stella in claritate differant. Plus igitur habent sancti hic de ęternis sed in spe: pauperum
Mat. 5. enim spiritu est regnũ cęlorum. minus aũt habent quorum possessio creuit in terra: & tamen ibi ęquabũtur/ si ęqua fuit voluntas in vtrisqꝫ. De hoc ita legimus in Exodo. Colligat vnusquisqꝫ ex manãte quantũ sufficit ad vescendum: Gomor per singula capita. Fecerunt itaqꝫ filij israel & collegerũt alius plus alius minus: & mensi sunt ad mẽsuram Gomor. Nec qui plus collegerat habuit amplius: nec qui minus parauerat reperit minus: sed singuli iuxta id quod edere poterant cõgregauerũt. Et sequitur. Dixitqꝫ Moses ad eos: Nullus relinquat ex eo in mane. Qui non audierũt eum: sed dimiserunt
Eccli. 5. ex eo vsqꝫ mane: secũdum quod alibi dicit: Diuitię congregatę in malum domini sui: et scatere cępit vermib9:
Figura. atqꝫ cõputruit: cum interim liceret ex eo reficere viscera pupillorũ. Sed & illud annotãdum ꝙ iubentur feria sexta colligere duplum: Nunc enim hic non cõgregaui-
Eccli. 25. mus: quomõ reperturi sumus in sabbato requietionis ęternę? Duplum inquit: quia duo sunt pręcepta chari-
xiiij. tatis. Nũc enim tempus est seminandi: in sabbato autẽ vnusquisqꝫ maneat apud se: Exultabunt enim in cubili-
Exodi. 16. bus suis. ps. 149. Item & illud quod domin9 pręcepit Mosi dicens: imple Gomor ex eo: et custodiaẽ in futu-
Ibidem. ras retrogenerationes: vt nouerint panem quo alui vos in solitudine. Erat manna quasi semen coriandri et vt pruina. verbũ dei aliquibus est holus: aliquib9 habet quiddam rigiditatis: alijs dulce est: alijs facit amari-
Apocal. 10. cari vẽtrem. Alijs liquescit: alijs vero vermes generat:
Nũeri. 11. alijs fastidium & nauseam: alijs admirationẽ qui dicũt Manhu? Igitur cum manna seruatũ in alterum diem vermibus scaturiret: repositum tamẽ coram domino per multos annos durauit illęsum ab omni corruptiõe: per quod edocemur illud quod alias diximus de Cornelio: Orationes tuę & eleemosynę tuę ascẽderunt in memo-
Actu. 10. riam in conspectu dei: que autem sunt in conspectu dei ęterna sunt. Quę igitur nos cõsumimus: in secessum vadunt: que reseruamus: vermes scaturiunt/ que in pauperũ expendimus vsus in memoria dei cõseruanẽ. Require quare non dabat pro mense integro cibum: vel hebdomada saltem: sed quotidie &c.

Gratias autem ago deo: qui dedit eandem sollicitudinem pro vobis in corde Titi: quoniã exhortationẽ quidem suscepit: sed cum sollicitior esset: sua voluntate ꝓfectus est ad vos. Misim9 etiam cum illo fratrem nostrũ: cuius laus est in euangelio per omnes ecclesias. Non solum autem sed & ordinat9 est ab ecclesijs comes pegrinatiõis nostrę in hanc gratiã que ministraẽ a nobis ad domini gloriam: & destinatam voluntatẽ nostram: deuitantes hoc: ne quis nos vituperet in hac plenitudine que ministraẽ a nobis ad domini gloriam. Prouidemus enim bona non solũ coram deo sed etiam coram hominib9. Misimus autẽ cum illis & fratrem nostrum: quẽ ꝓbauimus in multis sępe sollicitũ esse: nunc autem multo sollicitiorem cõfidentia multa in vos. siue pro Tito qui est socius meus: & in vobis adiutor: siue fratres nostri apostoli ecclesiarũ glorię Christi. Ostensionẽ ergo que est charitatis vestrę & nostrę glorię pro vobis in illos ostẽdite in faciem ecclesiarũ.

Gratias autem deo qui dedit eandem sollicitudinẽ pro vobis in corde Titi:] cuius instinctu res hec Tito quoqꝫ sit cordi sicut & mihi: cui cum sponte currenti videor calcaria addere: facile accepit exhortationem nostram. [Misimus autem vna cum illo fratrem: cuius laus est in euangelio per oẽs ecclesias.] Hieronym9 in libro illustriuz virorũ per hunc fratrem Lucam euãgelistam intelligit: licet alij putẽt esse Barnabam. Ob dicit cuius laus est in euangelio &c. potest intelligi laudem esse scriptam in euãgelio: et hoc modo refertur ad Lucam qui euangeliũ scripsit. Si autem euangelium accipiaẽ pro pręedicatione euãgelij: potest intelligi & de Barnaba & de Luca: vterqꝫ enim fuit comes apostoli. [Nec id solum: verum etiam delectus est ab ecclesijs comes pegrinatiõis nostrę cum hac bñficentia que administratur a vobis ad ipsius domini gloriam & animi vestri ꝓuidentiam. προθυμίαν, sensus est ꝙ hic Lucas siue Barnabas ob ipsius notissimã ꝓ- xv.
bitatem datus est comes apostolo ab omnibus ecclesijs que sunt in Judęa: et vt ipsi sit coadiutor in colligenda pecunia quam Corinthij liberaliter offerebant in subsidiũ pauperũ: ad domini gloriam: cuius ductu res hec agitur. Quodqꝫ dicit & animi nostri vel vestri promptitudinẽ: pro quo legimus: et destinatam volũtatem nostram: sentit apostol9 hoc bñficium a se administrari vt diximus ad dñi gloriam: simulqꝫ ad ꝓuehendam ac declarandam animi promptitudinẽ eorum qui largiebãtur vltro. Nihil igitur hic apostol9 agit de ꝑdestinatione voluntatis Corinthiorũ sicut patz intuenti. [deuitantes hoc: ne quis nos carpat in hac exuberãtia siue plenitudine que administraẽ a nobis.] Sumptũ autem videtur a nautis: qui flexo cursu declinant scopulum aut periculum in mari. Oportet inqt delectos spectatęqꝫ ꝓbitatis viros huic adhiberi negocio: ne qua suspitio subrepat infirmis: & nõ qualis Judas mercator pessim9: cui reuera nulla erat de pauperib9 cura: etiam cum diceret: quare vnguẽtum hoc non venijt triginta denarijs. &c. Matthei. 26. Huic non dissimilis erat villicus iniquitatis: qui ex alieno Mãmona: amicos sibi acquisi- Lucę. 16.
uit: sed non qui eum reciperent in ęterna tabernacula. Chrysost.
Nec enim ignari sumus (inquit Chryso.) omnẽ pecunię cõtrectationem suspitionem ꝓgignere: presertim ingẽtem: nec vlla re citius corrumpi mentes hominũ: quã- Eccli. 10.
do pecunię obediunt omnia. Si igitur Paulus ꝓuidit xvj.
ne furti apud discipulos suos suspitiõe laboraret: et ꝓpterea assumpsit secũ sotios in dispensatione pecuniaꝝ: quomõ nõ nos omnia facere cõuenit per que suspitiões suspitiões.
interimanẽ maligne et si irratiõales fuerint atqꝫ multũ a nostra ęstimatione distantes? A nullo enim nos vitio tantũ absumus quantũ a furto apostolus: et tamẽ cum tam procul ab eo esset: non neglexit suspitioni multorũ mederi: que non solum irrationalis sed furiosa erat. Sunt autẽ & maliuolę suspitiones: sunt & suspitiões beniuolę. Maliuolę calũniantiũ sunt: beniuolę autẽ amã- Chrysost.
tium & gubernantiũ. Licet enim patri de filio suspicari: sed qui sic suspicaẽ: optat bonũ inuenire de eo. Qui beniuole suspicaẽ: vinci cupit. Tũc enim bene lętatur: quãdo falsum inuẽtum fuerit quod male suspicaẽ. Hinc illa vox viri iusti simplicis & recti: ne forte inquit pec-
Job. 1. cauerint filij mei: et bñdixerint deo in cordibus suis. Talis erat suspitio eius qui videns vxorem pręgnantẽ: vo-
Matth. 1. luit occulte dimittere eam: diuortiuz facere. Nostis enim ꝙ feruidus sit zelus mariti. et hic que tãdem poterat dici suspitio: vbi ipse vteri tumor videbaẽ arguere suspectam? sed tamẽ ita erat vir ille alien9 ab huiusmodi passione vt ne in minimo vellet virgini inferre mesticiam. Retinere pręgnãtẽ: iniquũ videẽ/ in ius tradere: nil aliud est ꝙ in mortem tradere: & traducere. Exprobrare autẽ ei vteri manifestum tumorẽ nil aliud erat ꝙ cõfundere virginalẽ pudorem: & sententiã ferre contra innocentẽ. Uoluit ergo eam dimittere. Sed quare ipsa domina sponso cęleste mysteriũ non reserauit: quoniã nullo modo a sponso credẽdum putauit: si ad eum rem nimis nouam suspectamqꝫ deferret. Post suspitionem itaqꝫ huiusmodi Joseph a visione recreaẽ: vt hoc ipsuz quod post suspitionẽ docetur: ea que dicunẽ vera esse intelligat. Cum enĩ quod nulli fuerat ipse confessus: sed inclusum tantũ voluebat: loquẽte sibi angelo recognouit: Certissimũ documẽtum est: ꝙ a deo ad illum missa est. De spũ sancto est inquit. Hec ergo vnde poterat nosse: quomõ vel suspicari: quomodo credere referente vxore: nisi videret cogitationes suas & deo notas: et ab angelo relatas: vt oẽm scrupulũ de ei9 animo amoueret. Traducere quid sit. vide Colloss. 2. ibi: traduxit cõfidenter Hebrę. 6. cap. ibi: ostẽtui habẽtes: idem est verbuz ijs tribus locis. Proinde sequitur: [Prouidemus enim bona non solum coram deo: sed etiam coram hominib9. Propter nos enim cõscientia nostra suf-
12. q. 1. nemo. ficit nobis: sed consciẽtiam deo: famam proximis debemus. Tot autem talentoꝝ quis debitor efficiẽ: quot homines suo perdidit exemplo. Orige. Sicut autem dicit
xvij. Ualerius maxim9/ Ariopag9 Athenis bonos ciues corona decorandi primo cõsuetudinem introduxit: duobus oleę connexis ramulis claruz Periclis cingendo caput. ꝓbabile institutuz siue rem siue personam intueri velimus. Nam & virtutis vberrimũ alimentũ est honos: et Pericles dign9 a quo talis muneris dãdi potestas potissimũ initiũ caperet. At a vitijs corporis quidam inuenere cognomẽ: velut a distortis crurib9 Uari: a tumidis labris Chilones: a naso pręgrandi Nasones: sic nõnulli malefactis famam sibi cõciliant: sicut famosus latro: mulier peccatrix. [Misimus autẽ cum illis & fratrem nostruz:] quem plerìqꝫ putant esse Apollo: quem ꝓbauimus in multis: amicũ certum in re incerta: & quo cum exhausim9 salis modium. amicus enĩ nouus vinum nouum. [ob multam fiduciã quam habeo erga vos: vt secure ꝯfidam vos nõ dubitaturos his videlicz Tito: Lucę vel Barnabę et Apollo pecuniam quãtamlibet tradere. [siue Titum spectetis qui socius meus est & erga vos adiutor.] siue inquit Titi nomine siue aliorũ qui fratres nostri sunt: siue de Tito dicendum est aliquid: hoc dicam ꝙ est socius meus &c. Nec hoc tantũ: sed & calculo ecclesię delecti sunt in apricum munus: per quos sic effulsit euangelium Christi: sicut
Exodi. 34. in facie Mosi ex dei colloquio vt nõ modo apostoli ei9 sed & gloria Christi dici merito possint. [Proinde documẽtum charitatis vestrę et nostrę de vobis gloriationis in eos demõstretis etiam in conspectu ecclesiarũ. Cum his inquit sic agetis: vt nũc vel maximę ostendatis quãta nos charitate complectimini: scientes quicquid charitatis et officij contuleritis in hos: in omnes ecclesias vos cõferre quarum nomine ipsi veniunt legati: sic cęterę ecclesię agnoscãt vera esse que de vobis iam olim audierant. et patet.

Nonum Caput.

Am de ministerio quod fit in sanctos ex abũdanti est mihi scribere vobis. Scio enim prõptũ animũ vestrũ: pro quo de vobis glorior apud Macedões: quoniã & Achaia parata est ab anno ꝑterito: & vestra ęmulatio ꝓuocauit plurimos. Misimus autem fratres: vt ne quod gloriamur de vobis euacueẽ in hac parte: vt quemadmodũ dixi parati sitis: ne cum venerint Macedones mecum: & inuenerint vos imparatos: erubescamus nos/ vt non dicamus vos in hac substãtia. Necessarium ergo existimaui rogare fratres/ vt ꝑueniant vos & preparent repromissam bñdictionem hanc paratam esse quasi bñdictionem: non quasi auariciam. Hoc autem dico: Qui parce seminat: parce & metet: & qui seminat in bñdictionibus: de benedictiõibus & metet. Vnusquisqꝫ prout destinauit in corde suo nõ ex tristicia aut ex necessitate. hilarem enim datorẽ diligit deus.

Nam de ministerio quidẽ quod j.
fiat in sanctos: superuacuũ est mihi scribere vobis:] et tamẽ Christus tertio replicat Petro: diligis me Pe- Joan. 1.
tre? Qui enim sic monẽtur: ideo fit vt sciant magna se cum diligentia debere curare quod frequẽter mandaẽ.
Ambrosi9. Sicut dicit Lucius Apulei9: non leui mer- Ambrosi9
cede emit qui precaẽ: aut parum pręcij accipit qui rogatur: adeo vt iuxta vetus verbũ emere malimus ꝙ ro- puerb.
gare: nihil enim carius emitur ꝙ quod precibus comparaẽ. Durũqꝫ est illud verbũ ingenuis animis: rogo: sicut dicit Seneca: nec inter amicos vnꝙ expectandum. Seneca.
Nihil est ergo opus vt in hoc tempus terã: quo videlz meis vos scriptis (quasi calcaria addã vltro currẽtib9.) vt quasi precibus extorqueã munificentiã vestram: scio enim promptũ animũ vestrum: adeo vt de hoc vere audeam gl'iari apud Macedones. [Quoniã Achaia parata est ab anno superiore: sed & vestrum exemplum ꝓuocauit plures. Non modo Corinth9 inquit: sed omnis ferme Achaia eũdem animũ habet. ¶ Sicut autem dicit ph'us et verum dicit: magis mouent exempla ꝙ verba: quãdoqꝫ sermones dissonãt in operib9 sensibiliter: tũc contẽnunẽ: qui enim soluerit vnum de mandatis mini- Matth. 5.
mis Christi &c. vnde Pythagoras dicere solebat: per ij.
viam publicã ne ingrediaris. i. ne multoꝝ sequaris errores. Sicut enim dicit Seneca: argumẽtũ pessimum Seneca.
turba est. Quęram9 autem quid optimũ factum sit: nõ quod vsitatissimũ: et quid nos in possessionem fęlicitati cõstituat: non quid vulgo virtutis peruerso interprete ꝓbatum sit. Nulla res nos maioribus malis implicat: ꝙ ꝙ ad rumorẽ componimur: optima rati que magno as-

sensu recepta sunt: que extra multi boni sunt: nec ad rationē sed ad similitudinē viuimus. Aliter enim est in vijs morum: et aliter in vijs pedum: quia in primis celeberrima via maxime decipit: videlicet quam ambulat multitudo:
Math.7. que et vocatur in euangelio via latissima: In via autē pedum illa est optima quam omnes terunt. Ex quo patet quo sensu sint accipienda illa verba Pythagore. [Misimus tamen fratres: ne gloria mea qua glorior de vobis inanis fiat in hac parte Paratos scio/ tamen quoniam abundans cautela non nocet: Visum est mihi hos fratres premittere: ne si pro operibus verba tantum dederitis (vt dicitur) vane de vobis videar apud alios gloriatus hac quidem in parte: [ne si mecum venerint Macedones: et
iij. inuenerint vos imparatos: erubescamus nos] vt qui fructum expectabamus: et folia tantum inuenerimus: [vt ne dicam vos: in hoc argumēto gloriationis.] sensus est. Ne erubescamus tunc nos: vt ne dicam vos. Significat enim pudorem cum ad illos maxime pertinere: vt qui non opere prestiterint: quod verbis iactabant: verum id apostolus maluit intelligi quam explicare: ne forte offēderet animos Corinthiorum. Si inquit negligentiores inuenti fueritis in collectione predicte eleemosyne: (quam hic substantiam vocat:) erubescemus nos: nec minus erubesceris vos. Quod igitur dixit in principio: nam de subministratione quidem etc. excusat apostolus quod tam multa verba fecerit de administrāda pecunia in sanctos: sed tamē mittēdos fratres omnino putauit: ne Paulus veniēs simul et Macedones cum eo/ imparatos offenderet. Alioqui nisi de hoc timeret apostolus satis multa dixerat precedēti ca
prudētia. pite de hoc. Est autē prudentia sicut dicit Augu. notio futurum pertractans euētum: cuius officium est: ex presentibus futura perpēdere: ac aduersus futuram calamita
August. tem se consilio premunire. Consilium autem nihil aliud est quam oculus futurorum: Et si oculis corporis videre delectabile est: animi oculis preuidere mirabile est. Et sciendum secundum philosophum quod magis prouident fatui futura quam alij ceteris paribus: quia eorum memoria non est occupata circa presentia: Apostolus tamē dicit: sollicitudo om
infra.xi.ca. nium ecclesiarum. Et quoniam minus iacula feriunt que prouidentur: et contra ictus eorum prudentie clypeo protegimur: [Necessarium dixi exhortari fratres vt prius accederent ad vos: et prepararent iam ante promissam benedictionē]. i. eleemosynā que vobis parit eternam benedictionem: si
Math.25. cut dicit: Venite benedicti patris mei. etc. vt ea inquit sit in promptu: quod est paratam esse: sic tanquam benedictio et
iiij. copiosa summa: et non tanquam auaritia. Vocat autē eleemosynam benedictionem: quoniam beneficium alacriter et benignis verbis dandum est. Etenim inter auaros hoc agit
puerb.30. vt quam minimum detur. Hi sunt cumini sectores: quorum voces sunt/ affer: affer: sicut cuidam dictum est: Aurum sitiebas: aurum bibe: et liquefactum aurum infundebatur ori eius. [Hoc autem dico: Qui parce seminat: parce et metet: et qui seminat in benedictionibus: de benedictionibus et metet. vide satis optime Malachie cap.3. per totum.
puerb. Est enim prouerbium vetus: vt semen feceris et messurus es. Et agricola senio in nouum annum est diues. Qui parce seminat. Alexādro magno in pueritia sine parsimonia thura aris ingerenti pedagogum Leonidem dixisse ferunt: vt postquam thuriferas gentes deuicisset: tali modo supplicaret: quam obrem Alexandrum Arabia potitum: thure onustam nauim illi misisse: simulque cum hoc exhortatum esse illum vt large deos honoraret. At Lycurgus percontatus aliquādo: vt quid parua deo offerēda in sacrificijs statuisset: ac vilia: ne deum vnquam ait venerari desistamus. Vtrumque complexus est Tobias cap. 4. ibi: si multum tibi fuerit. Artaxerxes tanta animi ingenuitate florebat: vt nullum tam exile munus eidem deferri posset: quin animo illud susciperet regio. Equitanti aliquando cum alij alia dono darent: homo rusticus nil aliud habēs decurrit ad flumē: et haustam manibus aquam ad eum tulit: Rex longe letatus: phialam cum mille dari
Luce.12. cis elargitus est. Omni quidē auaro ex potu sitis crescit: et dum satiari putat: inde angustiatur dicens: Quid faciam: quoniam ager meus vberrimos attulit fructus? Habes
v. inquit anima mea multa bona: comede et bibe. Sed vnde videt flamma supiactis lignis ad momentum comprimi: inde paulo post cernit pilatari. Et sicut dixit Quintus Curtius: difficile est nos esse cōtentos eo quod offert occasio. Quippe sordent prima queque: cum maiora spe
Cerberus. rant. Vidisti aliquādo canem missa a domino frusta panis aut carnis aperto ore captantem: quicquid recipit et excipit: protinus integrum demittit: et properat ad spem futuri. Quid est hoc? Nihil quod auariciam nostram irritare possit: natura posuit in aperto. pedibus aurum et argentum subiecit calcandum. Illa vultus nostros erexit in celum.
Seneca. Unde ergo semper de terra loquimur? illud mirabile sicut dicit Seneca: Auaricia quicquid omnibus abstulit per fas et nefas: etiam sibi ipsi denegat: et cum inopi multa desint/ auaro omnia desunt: et cum auarus in nullo sit bonus: in se tamē pessimus est. Proinde inquit/ auaro quid aliud mali opres: nisi vt diu viuat? Denique pecunie imperare oportet: non autē seruire: quoniam si ea vti scias ancil
Eccli.10. la est: si nescias: domina est cui obediūt omnia. Quid igitur est pecunia vti? hoc videlicet quod apostolus dicit: Qui seminat in benedictionibus: de benedictionibus etiam messurus est. Qua enim mensura mensi fueritis: remetietur vobis. Luce.6. Verum quid non mortalia pectora cogit auri execrabilis fames: tum dicere tum facere: vt vnicum
vi. quod aliquod lucellum corrodat? et tamē sepe videmus male parta male disperire. Et sciendum quod non dicit parum seminare aut parce: qui modica largitur: si volūtas prom
Luce.21. pta sit plus dare si haberet vnde: nec enim parum contulit paupercula vidua que duo era iecit in Gazophylatio
3.Reg.17. templi: aut parum dedit vidua que Heliam pauit ex pugillo farine quam domi habebat: sed qui cum multa possi
Job.41. deat: Induratur cor eius quasi lapis cum videt pauperē assistere ianue. Dicit autē seminat: nō autem dicit: qui parce dat: quoniam facere eleemosynā nō est disperdere bene congregata: sed semiare: quoniam stercora aggregata/ odorem pessimum exhalant: dispersa vero terram impinguāt ac fecūdant. Vnde legimus seuisse Isaac in terra: et in
Gene.26. uenisse centuplum in anno illo: de benedictionibus enim metet in futuro qui seminauerit in presenti seculo. sequitur. [Vnusquisque prout destinauit in corde suo nō ex tristicia aut ex necessitate:] nesciat sinistra. i. si possibile est te
vii. ipsum ignorare: studiosissimum est tibi. Qui enim dat vt careat tedio interpellātis: non vt reficiat viscera indigen
Matth.6. tis: et meritum et rem perdit: sicut et qui eleemosynā facturus/ tuba canit. Quicquid igitur boni facis: cum hilaritate fac. si autem cum tristicia facis: fit de te: non tu fa
23.q.6.iam vero. cis. [Hilarem enim datorē diligit deus. Exo.22. decimas et primitias non tardabis offerre. Juxta illud poete: Super omnia vultus accesser boni. vnde illud Luciani poete: Gratia que tarda est: ingrata est: gratia autē
puerb. cum fieri properat magna est: sicut dicit: bis dat qui cito dat. Si autē hilaritas cum dono accedat: iam beneficium triplicat. verum tamen est illud: qui in malum beneficium collocat: in mari seminat. Christus tamē omnibus benefaciē
Matth.5. dum docet: qui solem suum oriri facit super bonos et su
Beneficium. per ingratos. Optima enim pugna est certare beneficijs. Nota quod māna quod pro die sabbati reponebatur non est
Exodi.16. corruptum. Et nos ergo si propter presentem vitam tantummodo et propter amorē seculi thesaurizamus: cōtinuo vermes ebullisit. Isti enim sunt vermes quos generat fimus auaricie. Quecunque autē opera misericordie nobis reposuerimus in sexto die. i. in presenti seculo quod sex etatibus durat: hoc nobis in futuro seculo erit cibus: dummodo sciamus: quoniam hilarem datorē diligit deus. Qui

dam enim exactione: toruitate vultus: asperitate orationis: ostentatione molesta corrumpunt beneficium: vt nemo sit acceptus: qui eo carere possit: quoniam non modo deus sed et homo hilarem diligit benefactorem: tamē nec om
puerb. nia: nec passim nec ab omnibus: sicut dicit in prouerbio. Sed inquit Christus dominus: Non fenerauit: nec fenerauit mihi quisque. Theodotio. Non debuit: nec debuit mihi quisquam. Hiere.15. sensus est. Nullus se prebuit: qui digne mea gratia susciperet: nec fenerauit mihi quisque: in pauperibus cōfouendis me sibi faciens debitorem. siue
Hierony. nullus voluit tantum accipere: quantum ego tribuere desiderauit: nec profuit mihi quisquam: salus enim creature lucrum est creatoris. Vel nemo dedit mihi: quantum acci
viij. pere cupiebam: nec mihi sibi fecit in aliquo debitorē. Hiero. Quomō debitorem? dedisti calicem aque: acci
Math.6. pe vitam eternam: sed et hec omnia adijcientur vobis: ea videlicet que reges dant pro principali. etc. Unde et illud ex Exodi cap. 25. Precipe filijs israel vt tollant mihi pri
Origenes. micias: ab omni homine qui offert vltroneus accipietis eas. Quam gloriosum est enim tibi: si dicatur in tabernaculo domini (verbi gratia) aurum istud quo arca dei tegitur illius est: argentum ex quo bases et columne fiunt illius est: Purpura qua ornatur pōtifex est illius. Et rursus quam in
Exo.25. decorum quamque miserum est si dominus veniēs inquirere edificium tabernaculi: nihil muneris tui inueniat in eo: nihil cognoscat oblatum a te. sic indeuotus: sic infidelis vixisti: vt nihil memorie tue in tabernaculo dei esse gestieris. Sicut enim princeps mundi huius venit ad vnumquemque
Joan.14. nostrum et querit si quid de suis actibus inueniat in nobis: (vide de idolis Rabam. Genes.31.) et si quid inuenerit: sibi nos vendicat: ita ecōtrario si veniens dominus inueniat aliquid tuum in tabernaculo suo: sibi te defendit et suum dicit. Sed quia paupes sumus et nec aurum nec argentum aut purpuram habemus aut gemmas: offeramus saltem vel pilos caprarum: et pelles arietum rubricatas:
Math.10. hilarem enim datorē diligit deus: etiam si calicem tantum aque frigide propines pauperi: auditurus es: Quod vni
Math.25. ex minimis meis fecistis etc. Et sicut dicit in veteri sermone: sacrum sine fumo: translatum a pauperum sacris: mo
puerb. las oculos cereos: māmillas aut corollas offerētium: cum tamē deum nidorē illum expectarēt qui vna cum fumo subuolabat. Sed quare scriptum est: qui seminant in
Ps.125. lachrimis: in gaudio metent: et euntes ibant et flebant: mittentes semina sua: cum secundum preceptum apostoli omnia opera nostra debeāt habere hilaritatem? sed non ideo flebant aut lachrimabantur quia seminabāt. Flebant au
ix. tem quoniam ibant ad mortem: et quoniam incolatus eorum prolon
Job.14. gatus est. Ps.119. et tamē breues dies hominis sunt. Maxime autem hec vox martyrum est: quos consolatur dominus
Hiere.31. per prophetam dicēs: Quiescat vox tua a ploratu: et oculi tui a lachrimis: quia est merces operi tuo. Itaque hilarem datorē diligit deus. sed est et aliud genus eleemosy
Eccli.3. ne non minus necessarium nobis: de quo dicitur: Miserere anime tue: placens deo. Hanc autem eleemosynam nō
Tobie.12. semper hilares anime nostre prestamus: sicut dicit ad Tobiam: quādo orabas cum lachrimis: et sepeliebas mortuos: et relinquebas prandium tuum: et mortuos abscōdebas per diem in domo tua et nocte sepeliebas eos (que omnia nō sine lachrimis fecit Tobias) ego obtuli orationē tuam domino. Hilaritas tamen in voluntate semper est
Math.6. necessaria: sicut dicitur: Unge caput tuum: et faciē tuam laua.

¶ Potens est autē deus omnē gratiam abundare facere in vobis: vt in omnibus semper omnē sufficiētiam habentes: abūdetis in omne opus bonum sicut scriptum est: Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius manet in seculum seculi. Qui autem administrat semen seminanti: & panem ad manducandum prestabit: & multiplicabit semen vestrum: & augebit incremēta frugum iusticie vestre: vt in omnibus locupletati abundetis in omnē simplicitatē: que operatur per nos gratiarum actionem deo. Quoniam ministerium huius officij non solum supplet ea que desunt sanctis: sed etiam abundat per multas gratiarum actiones in domino: per probatione ministerij huius: glorificātes deum in obedientia cōfessionis vestre in euangelio Christi & simplicitate cōfessionis vestre in illos & in omnes: & in ipsorum obsecratione pro vobis: desiderantium vos propter eminētem gratiam dei in vobis. Gratias ago deo super inenarrabili dono eius.

¶ [Potens est autē deus efficere vt totum beneficium in vos exuberet: vt in omnibus omnē sufficientiam habētes: abūdetis in omne opus bonum.] Quicquid enim in pauperes Christi cum hilaritate distribuimus: ad nos maximo cum fenore reddit: sicut dicit Hieronymus. Quid ergo faciemus nos: vt crescat fenus nostrum? fenerator minus vult dare: et plus accipere interiecto tēpore. fac et tu August.
similiter: da tēporalia et accipe eterna. Et cui inquis dabo? iam audisti scripturam dicētem: Feneratur domino. etc. puerb.19.
Potens inquit est deus centuplicata reddere que simpla accepit in fenore. Potēs est deus labores nostros x.
remunerare abūdantius quam petimus aut intelligimus. Math.19.
Ephes.3. potens est pascere seruum suum Heliam coruo deferēte panem et carnes quotidie qui dat escam pul Ps.146.
lis coruorum cum inuocāt eum. Potens est multiplicare 3.Reg.17.
farinam oleumque vaceoli: donec det pluuiam super terram. Denique cum adeo fames inualuisset in Samaria propter hostes imminētes ciuitati: vt caput asini venum daretur octoginta argēteis: et quarta pars cabi stercoris columbarum.5. argenteis: adeo inquam vt due mulieres cōdice 4.Reg.6.
rent sibi vt comederēt filios suos: dixit Heliseus audiē te populo. In tēpore hoc cras modius simile vno statere 7.caplo.
erit etc. et impletum est verbum Helisei: quoniam potens est deus etc. qui.40. annis pane celesti pauit israel. ¶ Abū Deut.8.
dare autem dicit pro eo quod est habere ad sufficiētiam sicut scriptum est: Sufficiebat nobis pauptas nostra. vt Tobie.5.
habētes inquit sufficientiam necessariā abūdetis in omne opus bonum: siquidē bona pietatis ac iusticie pars est xi.
necessitatibus sanctorum bona nostra cōmunicare: [sicut scriptum est: Dispersit dedit pauperibus: iusticia eius manet Ps.111.
in seculum seculi.] Pharisei vero gloriam tēporariā aucu distinc.86.
pantes: monumēta collapsa prophetarum erigebant: nil fratrē nrm.
de paupibus curātes. Receperūt ergo mercedē suam. Luce.11. cap. Breui quidem tēpore distributionē fecit pauperibus: et per eterna secula quod hec mulier fecit: dicetur in memoriā eius. Caput enim vnxit. i. Christum. Ampla. Mat.26. Quid hoc vnquam potest esse beatius? Ne putares quod illis bonis dispersis vltra non esset memoria: imo inquit et iusticia eius erit in memoria eterna: cum omnibus pariter seculis extēsa. Quantumcunque igitur paupes per totum orbem dispersi sint: quod vni ex illis fecisti vel quecunque dispersa fuerint in singulos eorum et in omnes simul/ Christus in sinu suo cōgregat vniuersa. Si igitur iusticia eius qui pauperi subuenit: manet in eternum: quanto magis eius qui sanctorum viscera reficit. [Qui autem administrat semē seminanti: et panem ad māducandum prestabit:] dabo benedictionem meam in sexto anno. etc. Leui.25. Qui enim tribuit nobis maiora et prope diuina: sicut est voluntas bona: et facultates

vnde seminemꝰ in visceribus pauperuꝫ: ipse prestabit
ꝛ ea que minora sunt.i.panē:hoc est vite necessaria que
nomine panis intelligitur in eo quod dicit: In sudore
Senec.3. vultus tui vesceris pane tuo.respicite coruos ꝛc. Luce.
12. Itaqꝫ neqꝫ de alimento curādū est nec de vestimētor
xij. nec de statura:nec de mutādo capillorū colore: sed cum
primū quesieritis inquit regnum dei:et panem ipse ad
Math.6. manducādum prestabit. [Et multiplicabit semen vrm
ꝛ augebit incremēta frugum iusticie vestre:] qui multi
Joan.6. plicauit quinqꝫ panes:ꝛ oleum ꝛ farinā vidue. Ambro.
Vberior est nūmus e paruo ꝙ thesaurus e maximo:qr
non quantū datur sed quātum resideat expendit. Ne-
mo plus tribuit: ꝙ qui sibi nihil reseruauit. Et tamen
3.Reg.17. cum diuitū dolia triū annoꝝ siccitas exinanierit: vidue
olearium redūdabat:vt non modo centuplū acciperet:
iuxta euāgelium:sed thesaurū indeficiētem. Ceterum
Gregoriꝰ. iuxta Grego. Ante dei oculos nunꝙ est vacua manꝰ a
munere:si penu cordis plenū est bona voluntate.vñ il-
Ps.55. lud: In me sunt deꝰ vota:que reddā laudes tibi. Nihil
enim offert deo ditius volūtate bona/bñplacita ꝛ pfe-
Augustinꝰ cta. Non extra quero qđ offeram:de arca cordis vel cel
lario cōscientie exit totū qđ accēdendū est. Aug. Semē
vt diximus primariū ꝛ precipuū voluntas est: que si bo
na est nihil ditius ac vberius est. Alterius autem ꝛ sub
stātia rei familiaris semen est: sed bonus homo de the
Luce.6. sauro suo pfert bona:et quo melior:eo fecundior ꝛ vbe
rior. Multiplicabit ergo semen iustorū: vt pro tēporali-
bus accipiāt eterna:et pro bona voluntate pseuerantiā
in bono opere. Multiplicabit etiam fructus ꝛ incremē
ta iusticie nostre:iusticia eñi est quasi semen continens
in se oñes virtutes: huius incremēta ꝛ fructus ꝛ feno
ra sunt eleemosyne quibus de congruo datur vita eter
na. Nec enim vel passiones ipse martyꝝ quas patiunt
Roma.8. in hoc tēpore condigne sunt future glorie. de hoc supra
dictum est. [Augebit igit deus ꝛ res et volūtatem dan-
di:vt in oñibus locupletemini: in omnē simplicitatem:
que per vos efficit vt gratie agant deo.] Per qđ osten-
dit apostolus tanto magis Corinthioꝝ mentes repleri
spūalibus bonis ꝛ ditescere animi dotibus:quo magis
tenues fiunt in bonis tpalibus. Simplicitatē autem cor
dis rectitudinē ꝛ intentionē vocat:per quam in dies p
xiij. ficiunt in pecuniaꝝ cōtemptū: de quibus dicit phs: qm
futile quoddam vident:absurdumqꝫ esse tales diuitias
affirmare: quarū abūdans quis:potest fame perire vt
de Mida in fabulis tradit. vñ ꝛ pecunie.i. χρήματα
ab eo quod est χρᾶται. i. vti dicte sunt. Magnus est
ille qui in diuitijs paup est:sed securior qui diuitijs ca
Epicurus. ret. Si vis inquit Epicurus aliquē diuitem facere:nō
pecunie adijciēdum: sed cupiditatibꝰ detrahendū est.
Si vis honestū facere: ꝛ esse in perpetua voluptate ꝛ se
nem facere:non honoribꝰ adijciendū est: non volupta
tibus:non annis sed cupiditatibꝰ detrahēdum. Aut ex
ista vita nobis aut e vita exeūdum est. Emerge ad me-
Seneca. liorem vitam ppitio deo:sed non quomō istis ppitius
est quibus bono ac benigno vultu mala magnifica tri-
buerūt dij:ad hoc vnum excusati:ꝙ ista que vrunt:que
excruciant optantibꝰ data sunt. Nos eñi non quos vin
cimus sed quibꝰ vincamur semꝑ aspicimus. Nec tam
iocūdum est multos post nos videre:ꝙ graue aliquem
ante nos. Hmōi erat qui in ligno.50. appensus est pe-
dum: quo oñes alios sub se videret sed malo suo. ipse
Hester.7. est Amā. Vocant autē diuitie fallaces:Mat.13.ca.non
ꝙ homines fallāt:sed ꝙ a via deducāt: id eñi est pprie
ἀπατᾶν, Siquidem πατος via est trita. ἡ ἀπάτη
τοῦ πλούτου. idest deceptio diuitiarū. Argētum pri-
mū signatum est Rome anno ab vrbe
condita.585. Aureus vero nūmus.62.anno post argen
tum pcussus est. Hec igitur dum erogant non in quos-
libꝫ sed in sanctos:illud consequit vt vestra liberalitas
redundet in gloriam dei. Quod si legamꝰ: que operat
per nos gratiaꝝ actionem deo: tunc sensus est. [Ele-
emosyna quidem fit a vobis: sed qm nobis interueniē
tibus:qui sumus huius legatiōis ministri:etiam p nos
operat gratiaꝝ actionem deo. [Nam ministeriū offi-
cij huius ꝛc.] hoc est ipsa munificentia vestra est causa
quare a multis gratie agunt deo: (ꝛ sic ad imitandū bo
num ipsi qui vident pietate fidei prouocant:iu. ta illud:
videant opera vestra bona:) qui per pbationem mini- Math.5.
sterij huius glificant deum in obedientia consensus ve
stri in euangelium Christi ꝛ simplicitate cōicationis in il-
los ꝛ in oñes. Approbant eñi vestram largitatē:et in- xiiij.
de deum glificant: ꝛ eo ampliꝰ quo copiosior est vestra
bñficentia:et qm intelligunt vos tanto consensu obedi
re euāgelicis pceptis (cum dicit:estote misericordes:da- Luce.6.
te eleemosynā quod superest.) Glificant deum:in eo ꝙ
libenter simplici ꝛ alacri animo vestra impartitis non
solum his qui sunt Hierosolymis:quoꝝ nunc negociuꝫ
agimꝰ:verū etiam ceteris omnibꝰ. Qđ dicit noster tex-
tus.in obedientia cōfessionis:potest esse figura hyppal
lage:pro in cōfessione obedientie. Confitent eñi se obe- Luce.6.
dire euāgelio dicenti:date ꝛ dabitur vobis. Potest autē
intelligi obedientia cōfessionis:ꝙ obediētes Paulo in
eleemosyne largitione:declarent se vere ꝛ exanimo cō-
fiteri euangeliū: siue vt diximus laudat eorum obediē-
tiam:ꝙ sibi id suadētiac monenti nō sint refragati. Ta- xv.
cite itaqꝫ monet vt omnes cōferant pro sua quisqꝫ volū
tate et facultate sicut superiꝰ expositum est. Illud autē
quod sequit:[ꝛ in illorum orone pro vobis:qui deside
rant videre vos propter eminētem grām dei in vobis:]
hunc habet sensum. Qđ etiam qui vestram audiūt lar
gitatē ꝛ inde glificant deum ꝛc. Simīr ꝛ inde deo gra
tias replicant ꝙ vident illos de quibus bñ meriti estis:
idest sanctos qui sunt in hierl'm pro vobis orare deum:
a quibus bona tēporalia pceperunt: in quibus etiam
orōnibus hoc iten optāt vt mereant videre vos: vt quo
rum larga munificētia reficiunt:corā si detur pñsentiam
corā aspiciant. [Grās autem deo super inenarrabili do Ephes.3.
no eius:] qui semper abūdāter tribuit ꝙ rogetur: hoc
est superat spes nostras et vota. Potest autē intelligē
illud qđ dicit:ministeriū officij huius: pro quo grece est
διακονία τῆς λειτουργίας ταύτης, quoniā grece
λειτουργία nōnunꝙ significat sacrificium suo ritu p-
actum:vt sit sensus:hanc pecuniam quasi
victimā sacram offerri deo: cuius minister sit Paulus
vt sacerdos sacrum pagens/vnde deo reddant multe
gratiaꝝ actiōes. De māmona igitur iniquitatis fit deo
sacrificium gratissimū:quod sit placitum deo super vi-
tulum nouellū cornua pducentem ꝛ vngulas. ps.68.

Decimum Caput.

IPse aūt ego Paulus obsecro vos per mansuetudinē & modestiam Christi: qui in facie quidē humilis sum inter vos: absens autem cōfido in vobis. Rogo autē vos ne pñsens audeā per eam cōfidētiam qua existimor audere in quosdam: qui arbitrant nos tanꝙ ſm carnē

ambulemus. Nam arma militie nostre non carnalia sunt sed potentia deo: ad destructionem munitionū: cōsilia destruentes & oēm altitudinem extollētem se aduersus sciētiam dei: & in captiuitatē redigentes omnē intellectum in obsequium Christi & in promptu habentes vlcisci omnē inobediētiam: cum impleta fuerit vestra obedientia.

i. [Ipse autem ego Paulꝰ obsecro
vos per māsuetudinē ꝛ modestiam Christi.] Mire au
tem apl's his tribꝰ vocibus αὐτὸς δὲ ἐγὼ παῦλος
suam psonam a ceteris se-
parauit apl'is:ꝙ ante hac aliorum egerit negotiū:nunc
autem e suo loquat affectu. Obsecrat autē:ꝛ per man-
Matth.21. suetudinē Christi. Inuenimꝰ Christum mansuetū sedē
tem super pullū circūdatum ramis non armis:clamāti-
Joan.1. bus pueris nō bellum sed pacem. Inuenimꝰ ꝛ terribi
lem ejicientē nūmularios de templo cum flagello ex fu
Joan.8. niculis facto. Inuenimꝰ mansuetū dicētem: nemo te cō
demnauit mulier ꝛc. Qui igitur maior est in vobis fiat
Luce.22. sicut minor. Vos indē non sic. Et vere nō sic modo:non
sic. Cum eñi humilitatē Christi subeamur prese ferre:
Origenes. tales sumꝰ ait Orige. vt etiā maloꝝ principū mundi su
pbiā excedere videamur:terribiles nos ꝛ accessu diffi-
1.Thessa.5 ciles maxime paupibꝰ exhibētes. Corripiēdi quidem
sunt inquieti:cōsolandi pusillanimes:sustinēdi infirmi:
et ad oñes magnanimitas est habēda: nulli malū pro
ij. malo reddēdum est: vt non existimet inimicus qui pec
cat sed corripiat vt frater. Et hec diximꝰ volentes ostē
dere ꝙ ecclesiaꝝ pastores principū seculi non sint imi-
Joan.4. tatores: sed imitent Christū oñibus accessibilem: et
mulieribus loquētem:et pueris manus imponentem.
Marci.10.cap. et discipuloꝝ pedes lauātem atqꝫ tergē-
tem. Joan.13. ꝛ cum eis similiter cenātem. Et sicut ipse
Luce.22. dicit: Ego in medio vrm sum sicut qui ministrat. Qm
igitur cum esset omniū dñs:ministrare venerat generi
Luce.10.c. nostro:ppterea dicit formā serui assumpsisse. Nam ꝛ si
ministrauit ei Maria ꝛ Martha ꝛ angeli:Math.4.ta
Matth.23. mē non venit vt ei ministraret. Imposuit inquit onera
importabilia:digito aūt suo nolunt ea mouere: in qui-
bus verbis duplicē dominꝰ eorū nequitiam ostendit:
tum quia sine venia exquisitissime oues suas viuere vo
lunt: quia imposuit onera importabilia: tum qr nimiū
sibi ipsis indulgētes: magnā assumunt peccandi licen-
tiam: putātes licere quicqđ libet: ꝛ inde est ꝙ nec digi
to volunt ea mouere: quorū opposita in optimo princi-
pe requirunt. Paulus autē obsecrat:et per mansuetu-
Esaie.53. dinem Jesu christi qui pro suis crucifixoribꝰ orauit vt
non perirēt:cuius exemplo apl's in omnibꝰ ꝛ per oñia
se coaptans: cum omni humilitate cōuersatus est inter
Corinthios ac si esset vnus de populo: nec prese ferēs
apl'icam dignitatem: (quemadmodū ꝛ pharisei dilata-
Matth.23. bāt phylacteria ꝛ magnificabāt fimbrias:) obsecrat in-
quā vt sic Corinthij cōponant mores suos: ne cum ve-
nerit cogat vti rursus eadem cōfidētia qua vsus est iam
semel in quosdam: qui suis eum metientes affectibus:
putant apl'm ſm carnem ambulare. Dicebant autē isti
quicūqꝫ erant apl'm paulum velut carnalem hominē:
Puerb. (ac homo tressis vt dr) et Protheo ipso mutabiliorē/cū
adesset: humiliter cōuersari inter Corinthios: absentem
vero resumptis viribꝰ: terrere eos grauioribꝰ ac cōmi-
iij. natorijs epl'is. Hoc est igitur quod rogat apl's vt sic se
per oñia gerant irreprehensibiles: ne per seueritatē cor
rectiōis intelligant ita audere cum illis absens sicut et
cum adest: ꝛ ita pñsens sicut cum abest. [Nam in carne
ambulātes: non ſm carnem militamꝰ.] Quomō enim
putamus Paulū ſm carnem militare cui mori lucruꝫ Phili.1.
est: ꝛ cui reposita est corona iusticie a iusto iudice si cō-
tingat occūbere in prelio? Nam qui militiā militat car- 2.Timo.4
nis: vincit cum occidit: et ideo nō victor sed victus in-
uenit. Non enim occidit nisi vinceret: corona vero non
victis sed victoribꝰ datur. Inde est ꝙ sepe etiā viri for
tissimi fugerūt de prelio: qm patria est vbicūqꝫ vir for
tis sedē sibi elegerit: pauciorūqꝫ est illa vox: Moriamur Poeta.
ꝛ in media arma ruamꝰ: vna salus victis: nullam spera
re salutem. De vno tñ legimꝰ Sicinio dentato/strenuū Sicinꝰ.
bellatorē fuisse: nomēqꝫ ei factum ob ingentem fortitu-
dinem: appellatumqꝫ esse Achillem Romanuꝫ. Is pu
gnasse in hostem dicit centum ꝛ viginti prelijs: cica tri
cem auersam nullā: (Paulus ter virgis cesus est) ad-
uersas quinqꝫ ꝛ quadraginta tulisse: coronis esse dona
tum aureis octo: obsidionali vna: muralibꝰ tribus: ciui-
cis.14. torquibꝰ.83. armillis plus.160. hastis duodevi
ginti. Triūphauit cum imperatoribus suis triūphos no-
uem. Qđ si velis Pauli labores plus ꝙ Herculeos cū iiij.
huius cōparare victorijs/ hoc erit rosam cum anemo-
na cōferre sicut dicit. Et si Sicinꝰ dentatus pro corru Puerb.
ptibili corona tanta cōstantia pdurauit vt vulnus auer-
sum nullū tulisset: Quid putamus fecisse apl'm ter vir 1.Cor.9.
gis cesum ꝛc. vt coronam acciperet incorruptam? Unde
igitur ostēdis nobis o Paule qm non ſm carnem mili
tas? Videte inquit arma: et agnoscite militiam nostrā.
[Siquidē arma militie nostre nō carnalia sunt: sed for
tia per deum. Arma nostra regia sunt.i. patiētia. In pa- Luc.1.
tientia eñi vestra ꝛc. hec tamē multi a se abijciūt quia 1.Reg.17
non habent vsum: et armant lapidibus cōtra Christuꝫ. Joan.8.
Qualia autē arma talia bella et pugne: tales ꝛ victorie
atqꝫ triumphi. Sunt igitur fortia per deum ad demoli supra.1.ca.
tionē munitionū: quibus cogitatiōes demolimur: (non
eñi ignoramus cogitatiōes satane) et omnē altitudinē
que sustollit aduersus scientiā dei: et captiuam ducimꝰ
omnē cogitationē in obedientiā Christi: sed hec capti-
uitas summa libertas est. Quātum vis inquit vobis im
becilles videamur et inermes: ꝛ rostro et alis pcutere
possumꝰ sicut columbe. Dauid inquit sedens in cathe- v.
dra princeps inter tres robustos. ipse est quasi tenerri 2.Reg.23.
mus ligni vermiculus: qui octingētos interfecit impetu
vno. Helias paup ꝛ despectus homo cuius amictꝰ exu-
uium erat ouis vnius: vnico verbo ignem de celo depo 4.Reg.1.
suit. Eodemqꝫ suffragio Moses prestabat victoriā po-
pulo suo cōtra Amalech. Exo.17. Munitiones sunt cor
da infideliū que fortis armatus munita tenet falsis er- Luce.11.
roribꝰ. Verbū igitur dei sunt arma militie Pauli: sicut
scriptum est: Viuus est sermo dei ꝛ efficax et penetrabi Heb.4.
lior oñi gladio bis acuto. Hoc eñi gladio vsus est Pe
trus contra Ananiā. Actu.5. et Paulus cōtra eum qui
auertere nitebat Sergium Paulum pcōsulem a fide Actu.13.
Christi: similiter ꝛ cōtra eum qui vxorem patris sui vio
lauerat ꝛc. 1.Cor.5. His igit armis demolimur ac sub
uertimus astuta consilia et omnē iniquorū celsitudi-
nem extollētem se sapientie humane presidijs aduer-
sus scientiā dei.i. aduersus eam noticiā quā per fidem
habemus de deo: ꝛ subigimꝰ ꝛ captiuā ducimus omnē vj.
humanā cogitationem: vt post hac Christū verum deū
agnoscant ꝛ hoiem. Itaqꝫ ſm hoc triplex effectus inue-
nit armoꝝ Pauli: qm et percutit ꝛ occidit sed vt sanet: Deut.32.
euacuat ꝛ eneruat infideliū errores ostendens qm hic
est Christꝰ: Tum deinceps subdit gentiū colla iugo fi- Actu.9.ca.
dei. De primo autē armorū effectu sequit: Et in prom-
ptu habemꝰ vlcisci omnē inobedientiā: cum impleta fu
erit vestra obediētia. Hec arma semꝑ debent esse pñsen 23.q.6. schis
tia: ne cum venerit dux celestis militie: situ nostrorū of- matici.
fensus armoꝝ a legionū suarū nos societate discernat.
Oñes inquit tenētes gladium et ad bella doctissimi. Canti.3.
Hoc autem gladio nōdum vsi sumus: habemus tñ eum

in promptu sicut legimus de gladio Joab: qui fabrica-
tus erat eo modo vt leui motu egredi posset ꝛ pcutere:
2.Reg.20. fenum habens in cornu. ¶ Nōdum autē vsi sumus: nō
quia carnales sumus sicut quidā arbitrant: sed ne sçulen
tes in eos qui vobiscū versant ꝛ adhuc latent lupi sub
ouina pelle: tranquillitatē ecclesie ꝛ reipublice vestre ali
quo modo turbem: quibus ad p̄sens cedēdum duximus.
Fortassis autē non semper tacebimus: sed cogente ac vr
Esaie.42. gente nos zelo dei vt parturiētes loquemur: et aperie-
mus dolorē nostrū: vbi senserimus vestram obedientiā
viij. eo ꝑfecisse culminis ꝛ pfectionis vt equa fronte patia-
mini hmōi pestes a vestro cōsortio semoueri: sicut noui-
mus fecisse vos in expellendo incestuosum. De his ar-
mis apli illud interim dicimus sed pace oim: q̄m duos
Luce.22. quidē Petrus gladios ostendit Christo ꝛ audiuit: q̄m
satis est: hoc est hucusqꝫ pugnatū est armis carnalibus:
amodo qui habet vnde emat gladiū/emat: qd si non ha
bet vñ emat/tollat sacculū ꝛ vendat: tollat peram et ea
diuendita vel inde emat. Qd si nec sacculū habet nec
peram quibus diuēditis gladiū emat: vendat vel ipsam
tunicā qua super nudo induit, et emat gladiū. sequit.
Domine ecce duo gladii hic. satis inquit his gladiis iam
pugnatū est. Alius querēdus vobis est gladius o sacer
dotes dei: et vnicus tm̄: qui tamen si necessariū est ali-
quā vtrinqꝫ feriat. Sed demus Petrū duos habere gla-
dios. Quare alter iam diu eruginauit: cum tam ōm-
nes dicant habere clauem scientie? demus illos habe
Luce.11. re: quid si nec ipsi ingrediunt? Alter autem quotidie re
crudescit: vt merito dicamus illū: O mucro dñi vsqꝫquo
Hiere.47. nō quiescis? Ingredere in vaginā tuā: refrigerare ꝛ si-
le. Quid enī aliud videmus in ecclia/nisi ꝓ qualibꝫ mi
nutula ac nihili re sonare anathemata ꝛ excōicationes
Puerb. sententie late? ita vt merito dicere possimus: q̄m iuxta ꝓ
uerbium vetus Gladium furioso sepe cōmittit. Arma
igitur carnalia magis grauāt q̄ muniūt deferentē: et ꝓ
1.Reg.17. pterea prudens adolescens Dauid proiecit a se. Miles
enim si gestauerit arma grauātia sese: nō est terrori ho-
stibus qui sciunt armature grauitatē pedum velocitati
Chrysost. ꝛ bellandi vsui esse impedimento. Sin autē leuia sece
perit et tractabilia: sicut auis aliqua cuius cōuersatio in
celis est occurrētes hostes facile inuadit: ꝛ subiicit sicut
infra.12.ca. dicit: Cum infirmor tunc fortior sum.

¶ Que s̄m faciem sunt videre. Si quis cōfi-
dit Christi esse: hoc cogitet iterum apud se:
quia sicut & ipse Christi est: ita & nos. Nam
& si amplius aliquid gl'iatus fuero de pote-
state nostra quā dedit nobis dominus in edifi
cationem: & non in destructionē vr̄am: non
erubescam. Vt autē non existimer tanq̄ ter
rere vos per ep̄las: quoniā quidem ep̄le gra-
ues sunt & fortes: presentia autē corporis in
firma & sermo cōtēptibilis: hoc cogitet qui
eiusmodi est: q̄ quales sumus verbo per epi
stolas absentes: tales & p̄sentes in facto. Non
enim audemus inserere aut cōparare nos qui-
busdam: qui seipsos cōmendant: sed ipsi in
nobis nosmetipsos metientes & cōparantes
nosmetipsos nobis. Nos autē non in immē-
sum gl'iabimur: sed secundū mēsuram regu
le quā mēsus est nobis deus/ mēsuram ptin-
gendi vsqꝫ ad vos. Non enim quasi nō per-
tingētes ad vos: supextendimus nos. Vsqꝫ ad
vos enim puenimus in euangelio Christi: nō
in immēsum gl'iantes in alienis laboribus.
Spem autē habentes crescētis fidei vestre in
vobis magnificari scdm regulā nostram in
abūdantia: etiā in illa que vltra vos sunt euan
gelizare/non in aliena regula in his que pre-
parata sunt gloriari. Qui autem gloriat: in
domino glorietur. Non enim qui semetip-
sum commēdat ille probatus est: sed quem
deus cōmendat.

¶ [Que in facie sunt videte: aut que in conspectu sunt
videtis?] Greci enim hāc sententiā per interrogationē viij.
legūt: quasi apls fingat id fieri a Corinthiis quod ipse
velit obiurgare. Num inquit ea tantū cernitis que cū
pecoribus habemus cōmunia? et que ostētationē magis
habent q̄ virtutē ꝛ efficaciam? Refert enī quod superius
dixit se humiliorē ac cōtemptibiliorē fuisse apud illos
cum alii magnos aplos agerent ventoso fastu. Et sicut
dicit Sileni Alcibiadis: Socratem quidam laudaturus
in cōuiuio: Silenis eum similē facit. Aiunt autem sile- Sileni.
nos hos imagunculas quas sptā fuisse sectiles ꝛ ita fa-
ctas vt explicari possent: que clause ridiculam ac mon
strosam tibicinis spēm habebāt: aperte autē subito nu
men ostēdebāt vt artem sculptoris gratiorem iocosus
faceret error. Itaqꝫ Socratem si de summa quidē cute
vt dicit quis estimasset: nō emisset asse. Facies rustica-
na: alter Esopus: taurinus aspectus: nares sime. Sā- Plato.
nionem quēpiam ac stupidum dixisses. Cultus negle-
ctus: sermo simplex ac plebeius: ꝛ humilis: vt qui semp Socrates.
aurigas cerdones ꝛ fabros haberet in ore. Fortuna te
nuis: vxor qualē nec vilissimus quis e plebe ferre potuis
set. Videbat mirari formas adolescētulorū: amare ꝛ ze
lotypia tāgi: cū eū ab his affectibus διὰ διαπασῶν
comperit etiā Alcibiades qui eius
dixit encomiū in cōuiuio. Cumqꝫ ea tempestate ad insa Gorgias.
niam vsqꝫ fecerit inter stultos ꝓfitendi sapiētiam ambi
tio: nec vnus tm̄ esset Gorgias qui se nihil nescire iacta 1.Cor.2.
ret: solus hic hoc vnum se scire dicebat q̄ nihil sciret: et
vtinam preter Jesum crucifixū. At si Silenum hūc ex- ix.
plicuisses/numē inuenisses potius q̄ hominē: animū in
gētem: ac mere sapientie autorem: omniū rerū pro qui-
bus ceteri mortales curant: nauigant bella gerunt ac li
tigant cōtemptorē: iniuriis omnibus superiorem: et in quē
nullum omnino ius haberet fortuna: ꝛ vsqꝫ adeo nihil ti
mentē vt mortem quoqꝫ omnibus formidabilē contem-
pserit: in tm̄ vt venenum eodem biberet vultu/quo et
vinū solet: vtqꝫ iam moriēs: in suū iocaret etiam Phe
dronem: admonēs vt voto se liberās: Esculapio gallū
ꝑsolueret: perinde quasi hausto veneno: iam sanitatis
bñficiū sentiret cum exiret a corpore: vnde omnes mor
bi animi scatent ac pullulant. Vidisti Sileni interiora Paulus.
et exteriora. que sunt inquit in facie videtis tm̄. Videte
ꝛ interiora Sileni huius in quo Christus per fidem ha-
bitat/per humilitatē cōtemptus: sublimis per sapien- infra.11.ca.
tiam. paup ꝛ despectus: at omnibus locupletatū celestibus
diuitiis. Quid Paulo infirmius/qui cum scandalizatis
vritur? Quid Paulo potētius: quid robustius in eo qui Philip.4.
eum cōfortat? Sermo simplex: et tamē sapiētiam loquit
inter sapiētes. Actu.9. per sportam demittit: ꝛ tamē scit
non posse separari a charitate dei. Roma.8. nec morte
ipsa que oīa cōiuncta diuidit. In hoc igitur discrimē x.
est apostoli Pauli et pseudaplorum: q̄ istorum omīs glo
ria et cōpositio in his tm̄ versat que sunt oculis obuia:
Paulus e diuerso que minime cernūtur oculis quoqꝫ
longius recesserit a natura corporum ea sola complectit: Nabuchod
ceteris aut cōtemptis aut cōtemptius adhibitis: ab in- donoso: in
timis illis omne rerū iudiciū ducens. ¶ Potest etiam tuo hō: fo-
esse vox obiurgātis Corinthios q̄ ex diuitiis ꝛ fastu glori ris vos.

mantē hoīem: ꝛ nō potius ex animi bonis. [Si quis de
seipso confidit q̄ Christi sit: illud rursum ppendat ex se
ipso: q̄m si ipse Christi est: ita ꝛ nos Christi sumus. Nec
enī minus apli sumus Christi: q̄ eū in carne nō vidimus:
q̄ illi nō ministrauimus: q̄ illi cōsanguinitate iuncti nō
sumus: non enī carnis cognatio nos Christo copulat:
Math.12. sed qui fecerit voluntatē patris mei qui est in celis: ip-
se meus frater/soror ꝛ mater est. De hoc infra dicit apo
xi. stolus: Hebrei sunt ꝛ ego ꝛc. Igitur sumus Christi mini
stri ꝛ coadiutores gaudii vestri. [Nam si ꝛ amplius quip
piam glorier de ptāte nostra quam dedit dñs nobis in
edificationē ꝛ non in destructionē vestram: non erube-
Canti.1. scam.] Posuerūt vos o sacerdotes dei custodes in vi-
neis: vineā dei non custodistis. Nullū puto inquit Gre
gorius: ab aliis maius preiudicium q̄ a sacerdotibus tolerat
Gregorius. deus: q̄n ipsi peccamus qui cōpescere peccata debuimus:
et quādo quos ad aliorū correctionē posuit: dare de se
exempla prauitatis cōspicit. Et plerumqꝫ sacerdotes
qui ꝓpria dare debuerāt quod grauius est: aliena diri
piunt: Cōuersi sunt enim in arcū prauum: qui pastores
Ps.77. positi sunt ad tuēdum gregem: facti sunt lupi rapaces:
ꝛ vulpes demolientes vineam dñi: qui custodes positi
sunt. Legimus aūt ꝓpter peccata Salomonis diuisū
esse regnum israel de manu filii eius: et propter iusti-
3.Reg.11.c. ciam Dauid regis lucernam dñm semper in israel reli-
Luc.2. quisse: donec veniret lumen ad reuelationē gentium.
Sciat igitur ecclesie p̄nceps et pastor q̄ sicut in throno
hominū primus cōstitutus est: sic ꝛ in penis si eccliam
dissipauerit primatū habiturus est. Omēs namqꝫ quos-
cunqꝫ pctōres sub se in p̄senti habuit: supra se modo im
placabili in pena eterna habebit. Inuenimus autē quos
dam ad iniq̄tatē accepto p̄matu declinasse sicut Saul
3.Reg.13. et Hieroboam: alios autē ad virtutē sicut Mosen qui
3.Reg.12. accepto ducatu populi: familiaris cum deo loquebat.
[Paulus igitur vere nō erubescit quasi vane gl'iatus
xii. apud Corinthios:] exhibebit enim opere quod ꝓmisit
in epistolas: licꝫ interim parcat: q̄m ptātem quam habet
a Christo/non accepit in destructionē sed in edificatio
nem. Jam inquit securis ad radicē posita est. Math.3.
sed interim sustentant pctōres per dei patientiā quasi fi
Luce.13.c. cus inutiles ꝛ infructuose p̄ce agricole per tres ꝛ quat
tuor annos vt fructificent: si autē excident ꝛ in ignem
mittent ꝛc. Sumus inquit similes ignauis canibus: qui
apud mensam audent: in venatu fugiunt. parco igit in
terim. [Ne cui videar forte terrere vos p ep̄las] Nam
epistole quidē inquit quis (quem honoris causa silētio
pretereo) graues sunt ꝛ robuste: parturiēt montes: na-
scet ridiculus mus: at p̄sentia corporis infirma ꝛ sermo
cōtemptibilis. Nā ꝛ Dauid sanctū etiā ꝛ pater despexe
1.Reg.16. rat: quē Samuelis oculis p̄sentare recusabat: Qui dū
adductis fratribus septē requisitus esset: an numerū sobo-
lis explesset: quasi desperās adiecit: est puer paruulus
qui pascit oues. Quo adducto ꝛ electo ꝛ vncto et septē
fratribus prelato: homo inquit Samuel videt exteriora:
deus autē intuet cor. Nam ꝛ de eo qui non rapinā fecit
Joan.5. dicens Ego ꝛ pater vnū sumus: scriptū est: spreuit au-
Luce.23. tem illū Herodes ꝛc. Per hec igit infirma cōfudit deus
fortia: et per hos lapillos deiecit statuā illam: que licet
fortis videret ꝛ altissima: tamē q̄ fundamentū terrenū
Daniel.2 habebat: semel cōcussa sublata est de terra. Hinc vox il
la pastoris vnius ꝛ quidē agrestis. Vsqꝫquo non vis sub-
Exo.10. iici mihi? dimitte populū meū ꝛc. Cui dū plagis presi-
sus Pharao diceret: Ite sacrificate: Moses aucta auto
Exodi.8. ritate/subiecit: Nō potest ita fieri: quia abominatiōes
Egyptiorū immolaturi sumus dño: sic et vir ille qui mis
sus fuerat in Samariā contra Hieroboam: nec regem
veritus thura iacientē: nec timore mortis pressus: vocē
repressit: sed altare inquit altare: hec dicit dñs. Hinc est
3.Reg.15. et illud: Cum impius Achab increpare Heliam p̄sume-
ret: dicēs: Tu ne es ille vir qui cōturbas israel? imo nō 3.Reg.17.
ego inquit sed tu et deus patris tui: sic legimus dixisse
Heliseum ad Joram huius filium: Vade ad ꝓphetas
patris tui ꝛ mris: viuit enim dñs in cuius cōspectu sto:
quia si non vultum Josaphat regis erubescerē: nec at-
tendissem quidē te: nec respexissem: vnde illa vox: pcu- 4.Reg.3.
tiet te deus paries dealbate. Quomō dixit ꝛ Stepha-
nus: Dura ceruice ꝛ incircūciso corde: vos semp spiritui Actu.23.
sancto rebelles fuistis. Nō vos igitur fallat Sileni hu- Actu.7.
ius exterior facies: qui s̄m faciē tm̄ iudicatis: Cuiusmo
di enim sunt ep̄le: eiusmodi est animus: sunt enim voces
signa earum que sunt in anima passionum. [Hoc igit repu
tet qui istiusmodi est:] q̄ quales sumus sermone per epi
stolas absentes: tales ꝛ p̄sentes in facto: parati vt dixi-
mus vlcisci in omnē inobedientiā ꝛc. [Non enim aude
mus inserere aut ꝯferre nos cum quibusdā qui seipsos
cōmendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes: ꝛ
compantes nosmetipsos nobis.] Greca secus habēt ad
hunc modū videlꝫ ἀλλ' αὐτοὶ ἐν ἑαυτοῖς ἑαυτοὺς
μετροῦντες, καὶ συγκρίνοντες ἑαυτοὺς ἑαυ-
τοῖς, οὐ συνιοῦσιν, idest, sed ipsi in seipsos metiētes: xiij.
ꝛ comparātes seipsos sibiipsis: non intelligūt: vt intel-
ligamus arrogātes illos ex suo ipsius animo metiri se
se ꝛ sibi magnos esse: sibiqꝫ canere: ꝛ alios ab aliis lau
dari mutua quadam talione: iuxta verus ꝓuerbiū: Da
mihi mutuū testimoniū: quādo ꝛ mutuo muli scabunt. Puerb.
vt dicit. De hmōi scriptum habes Michee cap.7. Ma
lum manuū suarum dicūt bonum. Princeps postulat:
ꝛ iudex in reddendo est. sicaliuim iudicans quomō ipse
ab alio iudicat: vt prestent sceleribus suis mutuū fauo-
rem: ꝛ in alterius crimine sese defendāt. Quid autem
stultius ꝛ irrisione magis dignū q̄ de alieno oleo vel- Math.25.
le lucernam nostram lucere: Talis erat ille phariseus
optimus sui estimator qui seipm ex seipso metiens: nul
li se non p̄ferebat dicens: nō sum sicut ceteri homines. Luce.18.
Qd autem dicit: non intelligunt: sensus est: non intelli
gunt q̄ seipsos inter sese metiunt ꝛ cōferunt: et non po
tius cum iis qui meliores sunt illis: neqꝫ iuxta regulā
Christi. Hanc expositionē sequit Augustinus: Ambrosius
nostrum textū exponit. estqꝫ sensus. Argumentū est fal
se fiducie sibi iustū videri. Nec enim ideo nos iusti su-
mus: si alicui publicano nos cōferamus et p̄feramus:
quādo ꝛ Sodoma iustificabit cōparatione israel: ꝛ de- Math.10.
cem tribus cōparatione duarum tribuū sicut dicit scri-
ptura Hiere.3.capi. Nec ideo bonus quis est q̄ se cōfe-
rat deteriori. E suis enim quisqꝫ factis estimandus est: xiiij.
non ex vita aliena. Alioqui si nos ad istorum exemplū
in nobis ipsis gl'iemur: nullus erit modus ꝛ finis glo-
riādi: si videlꝫ quisquā tantum haberi velit: quātum se
facit fastu ꝛ arrogātia erigens sibi statuam cubitorum se- Daniel.3.
xaginta: sed ne credas somnio tuo. Vñ dicit textus [Nos
autem nō in immēsum gloriamur vel gl'iabimur verū
iuxta mensurā regule qua partitus est nobis deus: men Puerb.
sura ptingendi etiam vsqꝫ ad vos.] Nostro inquit nos
metimur pede: sufficit mihi quoniā funes ceciderūt mi
hi in preclaris: et hereditas mea est: sis vos ꝛ signaculū Ps.15.
apostolatus mei. p̄. Corinthiorū.9. nec querimus cal-
ceum nostro pede maiorē: non alienā messem metimus:
sed ad mēsuram ꝛ modum eorū que superis approbāti
bus pegimus. Qd autem dicit: sed s̄m mēsuram regu-
le: sciendū q̄ cuilibet apostolorum ex dispositione diuina
venit in sortem aliqua ꝓuincia quam excoleret: sicut ꝛ
Josue sorte diuisit terrā filiis israel. ¶ Hoc modo cum Josue.15.
singulis aplis singule ꝓuincie venirent in sorte p̄dica-
tionis: De Paulo dicit: Separate mihi Saulū ꝛ Bar Actu.13.
nabam ꝛc. Regulā igitur vocat apls sortem que excolē
da venit eidem ex diuina dispositiōe. Cum igitur infra xv.

hanc regulam ⁊ intra Corinthus ceciderit: nō quasi ad
se non ptinerent: ipse se ad illos supextendebat vt dixi-
mus. vnde dicit text⁹. [Non em̄ quasi non ptingamus
XV. vsq̄ ad vos: extendim⁹ nosipsos ⁊c.] Intelligim⁹ per
hoc non mediocre fuisse ptingere apl̄m vsq̄ ad Corin-
thios: qui maxime distant ab hierusalē. Et queadmo-
dum gloriari solent terreni principes huius seculi si q̄
longe ꝓrogauerint imperiū sui dn̄ationem: ita ⁊ Pau
ꝓuerb. lus dux verbi celestis gloriaṫ q̄ eo vsq̄ ꝓrogauerit di-
tionem principis sui: suo quidem Marte; sed non sine
Theseo: [sperans futurū vt succrescente fide in nobis
magnificemur iuxta regulā nostram in exuberātiam: vt
in̄ quoq̄ regiōibus que vltra vos sunt euāgelizem nō
in aliena regula: vt de his que parata sunt gloriemur.]
Nō inquit iactamus nos de alienis laborib⁹: vt simus
Fucus. quasi ignaui fuci: qui cum ipsi nec generēt apes: nec ha
beant arma: quippe qui tanq̄ inertes ⁊ ociosi mella nō
cōficiant: de alienis tamē laboribus victitant: speram⁹
tamē futurum: vt in dies magis ac magis crescente fi-
XVI. de: per vos maiorem laudem cōsequamur. Q̄d dicit in
exuberātiam: exponiṫ cum dicit. vt his quoq̄ regioni-
bus que vltra ⁊c. vt videlꝫ lōge lateq̄ diffameṫ bonus
supra.2.ca. odor Christi non tantū Corinthi: sed vltra: non tamē in
aliena regula. Quod nūc dicit aliena regula/intelligit
per hanc regulā doctrinā euangelicā. Sed Paulus q̄d
attinet ad Corinthū et Achaiam ⁊ regiones que sunt
vltra Corinthum: non super alienam regulā hoc est do-
ctrinam supseminauit: sed ipse primus omniū ibidem
posuit fundamentū sicut sepius dictū est. [Sed qui glo
riaṫ: in domino gl'ietur. Non enim qui seip̄m cōmēdat
ille ꝓbatus est: sed quem deus cōmendat.] Tantū inq̄t
apostol⁹ abest: vt de alienis laborib⁹ captem⁹ nos glo
riam inanem: vt nec eorū gestoꝝ que Christo duce ꝑ-
egi mihi gl'iam ascribam: sed qui gl'iatur in eo glorieṫ
ꝑ.Cor.15. qui dedit ei victoriā per Jesum christum: et cuius ꝓe-
lia ꝓeliaṫ. Sic legim⁹ de Joab: qui cum pugnasset cō
tra Rabba filiorum Amon: misit nūcios ad Dauid di-
2.Reg.12. cens: Dimicaui aduersum Rabba ⁊ capienda est vrbs
aquarū. Nunc igitur congrega reliquā partem populi:
et obside ciuitatem ⁊ cape eam: ne cum a me vastata fu
erit vrbs: nomini meo attribuaṫ victoria. Hec igitur vi-
ctoria quam Joab inchoauit sed Dauid perfecit/victo-
Joan.14. riam Christi significat contra eum qui princeps vocaṫ
mūdi huius. Dux vero contra hostes mittitur: cum apo
stolus Paulus contra mundi potētes scutum fidei op-
ponit: sed victoria ad Christū referṫ: ipse est enim qui
Philip.2. operatur in nobis ⁊ velle et pficere. Coronā autem re
XVII. gis hostis ppl'i/tulit Dauid ⁊ inde sibi diadema fecit:
cum Christus diabolo (Paulo duce) regnū auferens:
sibi in signe decorū parauit. Omnis enim sanctorū la-
bor certamē ⁊ victoria ad honorem eius refertur: iuxta
quod apostol⁹ dicit: Qui gl'iatur: in domino glorietur.
propter illud quod sequiṫ: Non enim qui seipsum cō-
Ps.72. mendat/is ꝓbatus est a domino. Posuerūt inquit in ce
Luce.18. lum os suum: non em̄ sum sicut ceteri homies: ⁊ lingua
eius transiuit in terra. Meminerim⁹ autem illud q̄m
sepe post gloriam inuidia sequiṫ: iuxta illud: Mihi de-
derūt mille ⁊c. ꝑ.Regū.17. Q̄d si gloriam queris: glo
riam despice que fugit sequentes: ⁊ apprehēdit fugiē
Daniel.3. tes. Sane sicut dicit Chrysostom⁹: signum vltime de-
mentie est se alijs velle ꝑferre: et seipsum cōmendare:
quemadmodū legimus fecisse Nabuchodonosor qui
statuam fecit adorari: ex materia insensibili sibi credēs
glorie augmentū afferri: ⁊ viuens ex nō viuente splēdi
dior volebat apparere. Uides dementie excessum: non
ex morib⁹ sed ex lignis gl'iam captans: vnde in bouem
Hieronym⁹ versus est: quoniā non qui seipsum cōmendat ꝓbatur
deo. tamē dicens: sensus me⁹ mihi est reddit⁹: ostēdit q̄
figurā corpis nō amiserat: sed sensum tantū mentis.

Undecimū Caput.

V Tinā sustineretis mo
dicū quid insipientie
mee: sed & supporta
te me. Emulor enim
vos dei emulatiōe: de
spondi enim vos vni
viro virginē castā ex-
hibere Christo. Ti-
meo autē ne sicut ser-
pens seduxit Euam astucia sua: ita corrūpan
tur sensus vestri & excidāt a simplicitate que
est in christo Iesu. Nam si is qui venit alium
Christum predicat quem non ꝑdicauimus:
aut alium spiritū accipitis quem non accepi
stis: aut aliud euangeliū quod non recepistis:
recte pateremini. Existimo em̄ me nihil mi-
nus fecisse a magnis apostolis. Nam & si im
peritus sermone: sed non sciētia. in omibus
autem manifestus sum vobis.

Utinam sustineretis me paulisp i.
in insipiētia mea vel imprudentiā meam: imo ⁊ suffer
tis me.] Q̄d adiecit imo et suffertis me: corrigit quod
dixerat sustinuissetis me: imo inquit ⁊ sustinetis: et q̄d
opto vt fiat id ipsum facitis. Aggressurus igitur Pau-
lus encomia sua que tamē accumulate ⁊ nō per singu-
la edisserit (tolerabile est em̄ semel in anno insanire.)
Pri⁹ per totū hoc caput quasi cūctabūdus quater se
insipientē appellat. Et queadmodū equus generosus
precipitiū aliquod ꝑruptumq̄ cliuum trāsiturus: se col
ligit quasi hunc vno saltu supaturus sit: verum ꝓfun- Analogia.
dum dispiciēs hiatum subiacere: obstupescit metu: cō-
trahiturq̄: Deinde cum sentit equitem vehemētius vr- Chrysost.
gere: rursum aggrediṫ: idq̄ quod antea pfert: ⁊ neces-
sitatem ⁊ vim indicans: subsistit aliquādo hinnitū mu-
stās sup oram fouee. Resumpto tādem animo: se vltro
fidenter adigit: sic ⁊ apl's veluti se daturus in ꝑceps in
laudum videlꝫ suarū enarrationē: semel atq̄ iterū atq̄
tertio subinde retrocedit dicens: vtinā sustineretis me
paululū in insipiētia mea: ⁊ infra: ne quis me putet in-
sipiētem/velut insipientē accipite: in insipiētia loquor.
Deniq̄ postq̄ toties se insipiētem vocat: infert: Hebrei
sunt ⁊c. Et in fine absoluto videlꝫ laudū suarum cata- ij.
logo: factus sum inquit insipiēs: laudes ꝓprias enar
rando: sed vos me coegistis. Peccata sua nullo cogēte ꝑ.Timo.1.
exposuit dicens qui fui blasphem⁹ ⁊c. sum ⁊ prim⁹ om
niū peccatoꝝ: et iterum Tito scribit: Eramus enim ali Titum.3.
quādo ⁊ nos insipiētes ⁊c. reuelationē autem vix com
pulsus post. 14. annum exposuit. Sic Dauid fortitudi
nem suam exposuit coram Saule dicēs: pascebat ser-
uus tuus patris sui gregē: et veniebat leo vel vrsus ⁊c. ꝑ.Reg.17.
Que certe Dauid non retulit ad inanem sui iactantiā:
sed vt fidem astrueret Sauli de ꝓualendo contra Phi ꝑ.Reg.12.
listeum. Idem de Samuele habem⁹ ꝑ.Regū.capi.12.
Audiamus ⁊ verba Job positi tanq̄ aurum in fornace
tribulatiōis. Si comedi buccellā meam solus: ⁊ non co Job.31.
medit pupillus ex ea. Si despexi ꝑereuntem: eo q̄ non
haberet vestimētū. Si non būdixerūt mihi latera eius: iij.
⁊ de velleribus meis calefactus est ⁊c. Job autem id-
circo res gestas ⁊ virtutes suas tam latius narrat: quia
inter increpatiōis verba ⁊ ꝑcussionis verbera deprehē

sus: a spei fiducia mētem suam labefactari considerat.
Multa quippe et egisse se mala ab amicis suis audie-
rat: et ne verbis pariter ⁊ flagellis pressa in desperatio-
nem mens corrueret: hanc per suaꝝ virtutū memoriā ad
spem reformat: vt nequaq̄ se debeat in calamitate deij
cere qui trāquillitatis sue tempore meminerat tam su-
blimia egisse. Necessitate igitur campulsi iusti narrāt
bona sua: cum videamus improbos ⁊ inanes nullo co
Beda. gente: sua ⁊ aliorū mala buccis crepantib⁹ decantare.
Uiri tamē sancti: semp mittunt coronas suas ante thro-
num dei ⁊ agni: certaminū enim suoꝝ victorias non sibi
Apoc.4. tribuunt sed dn̄atori: et ad illum referunt gloriam lau-
dis: a quo se sciūt vires accepisse certaminis. Quōuis
inquit apostol⁹ non ignorem maximū fore argumentū
stultitie iactare seipsum: tamē optauerim vt vel modicū
feratis me delirātem: forsitan ⁊ q̄d est stultitia in Pau
lo/sapiētia est apud deum. q̄m [Emulor vos dei zelo:]
atq̄ vt ita dixerim zelo vos quodam impatiētissimo a-
more quos valde tenere diligo. Diligo inq̄ vos sed non
Exodi.20. carnali affectu qualis est zelus viri ⁊ vxoris: magis au
tem dei emulatiōe. Dicit etiā deus zelator fortis: red-
iiij. dens peccata patrū in filios in tertiam ⁊ quartā gene-
ratiōnē: ⁊ tamē Paulus nō sibi est zelotyp⁹ sed Chri-
27.q.1. Nu stocui inquit. [Despondi vos vt virginē castam nō au-
ptiaꝝ. tem fatuā exhiberem vni ⁊ eidem viro.] De zelo dei ita
dicit Origenes. Uide benignitatem dei: quomō vt nos
Origenes. doceat ⁊ pfectos faciat: ipse fragilitatem humanoꝝ af-
fectuū non recusat. Quis enim audiens deum zelantē:
non continuo mireṫ ⁊ humane fragilitatis vitiū putet:
sed omnia ꝓpter nos agit et patiṫ deus: et vt possimus
edoceri: notis ⁊ vsitatis affectibus loquiṫ. Omnis mu
Analogia. lier aut sub viro est: aut meretrix est: ⁊ viṫ libertate pec
cati. Qui ergo ingrediṫ ad meretricem: que ⁊ cunctis
volentib⁹ patet: talis indignari nō potest: si cū ea alios
etiam videat amatores. Qui vero legitimo vtitur m̄ri-
Figura. monio: non patitur in vxore libertatē peccandi: sed accē
ditur zelo ad castitatē matrimonij cōseruandā quo pos
sit ex ea fieri legitimus pater. Talem intellige animā
meretricātem: quā cum spiritus fornicatiōis relinquit:
supuenit auaritia: ira furor ⁊c. Isti autem sic cum insi-
deli anima meretricanṫ: vt alter alteri nō inuideat. Quid
Math.11. dico q̄d alter alterū non excludat: imo ⁊ inuitant se in
uicem: et sponte cōuocant: vnoq̄ egresso: septem reuer-
V. tens secū affert. Si viro legitimo cōiūcta est: si ante me
Tho.2.2.q. retrix fuerit: vltra eam impune peccare non patiṫ. Exci
108.ad.4. tatur enim zelus eius: ⁊ defendit cōiugij castitatē. Ido
ζηλοσ. lum zeli poniṫ ad introitum templi: per hoc enim osten
ditur q2 tanto districtius deus delinquētes feriat: quā-
Ezech.8. to chari⁹ amat: vnde a sanctis iubet inchoari. quod no
ta. Q̄d si forte aliquādo se alieno furtiuis amplexibus
miscuerit: saltem vt conuertaṫ ⁊ redeat ⁊ peniteat mise
ratus expectat. Nouū enim hoc bonitatis eius est ge-
Hiere.3. nus: vt post adulteriū reuertētem tamē ex toto corde
penitentē suscipiat animā. Si ergo deus zelās te requi-
rit: si seruat a peccato: si corripit ⁊ castigat: ⁊ velut zelo-
ꝓuerb.23. typia quadam ad te viṫ: spem tibi esse salutis agnosce.
si vero verberat⁹ contēnis: ⁊ cor tuum induraṫ per fla-
Cap.16. gella: audies illud Ezechielis: Recessit zelus me⁹ a te:
⁊ non irascar vltra super te. Uide ergo bonitatem dei:
quādo vult misereri: indignari se dicit ⁊ irasci: sicut per
Hieremiā diciṫ: cap.6. ꝯm.70. Dolore et flagello casti-
gaberis hierusalē: vt ne abscedat aia mea a te. Cum
autē enumerasset nefanda mala que cōmiserat popul⁹:
ꝓuerb. subiecit hec: ꝓpter hoc non visitabo super filias vr̄as
Osee. cum fornicate fuerint: par pari repēdens. Osee.4.cap.
Hoc est terribile ⁊ extremū malum: cum iam non corri
pimur pro peccatis: Tunc cū excesserim⁹ peccandi mē
suras: tanq̄ de infirmis despatis recedit zelus dei a no-
Exo... bis. Q̄dq̄ sequiṫ: reddens peccata patrū in filios vsq̄

in tertiā et quartam gn̄ationem: potest sic exponi. Dia-
bolus qui iam peccandi modū excessit sicut ꝓpheta di-
cit: quemadmodū vestimentū in sanguine cōcretum nō Esaie.9.ꝯm
erit mūdum: ita ⁊ ipse nō erit mūdus in hoc seculo nec 70.
in futuro: neq̄ corripiṫ ꝓ peccato neq̄ flagellaṫ. Omia
em̄ seruata sunt ei in futurū. Unde ⁊ ipse sciens sibi il- Math.8.
lud statutū temp⁹ quo luat omnia que fecit: dicebat ad
Christū dn̄m: venisti ante tēpus torquere nos. Dum er
go stat hic mūdus: pctā sua non recepit plene diabolus ꝑmus sen-
qui est peccātiū pater. Redduntṫ aūt in filios quos ipse sus.
genuit per pctm̄: sicut diciṫ: Uos ex patre diabolo estis. VI.
Joan.8.cap. Homines em̄ in carne positi flagellanṫ a
dn̄o: ne cum principe huius mūdi dānent: qui non vult ꝑ.Cor.11.
mortem pctōris. Q̄m igitur patres isti Amorre⁹ ⁊ Ce Ezech.16.
thea.i. princeps tenebrarū indigni sunt qui in p̄senti se- Nūeri.14.
batur: Arator enī nisi incuruus sit: puaricatur dicebant
veteres. Nec dixit: ego cōtristor/sed vror: doloris nobis
Genes. 6. ostēdens intēsionem. Comparat autem Chryso. aplm
Paulum ipsi Noe: ad quē dixit deus: Finis vniuerse
carnis venit coram me: cum nullus inueniretur eo tēpo
re cui esset cura virtutis: sed oēs vna voce dicerent:
Esaie. 22. Comedamus et bibamus: cras enī moriēdum est: si vera
sunt que tanto ante pdixit Noe. Qualē autem putamus
xxxvii tunc fuisse animū Noe cum talia audisset ab eis: ꝛ talia
a deo: Disꝑdam eos cum terra: amicū enim ꝛ indulgē
tissime dilectionis est iustorum genus: et pro aliorum salute
iusti ferre queq3 eligerent. Si enim Paulus in quolibz
scandalizatur: quid de Noe sentiēdum est: qui mente sua
omniū interitū ꝛ totius nature abolitionem tractabat:
Ps. 30. Felix igitur anima facta sibi tanq3 vas pditum vt omniū
miserias in sua cōtinentia colligeret. Oculus fuit Job
Job. 19. ceco: ꝛ pes claudo: et pater pauperū. Dauid autē lamē
2 Reg. 18. tatur parricidam: hanc vocem ingeminās: Absalon fili
mi: fili mi. Absalon. Joseph super colla fratrū irruens
iniuriarum immemor: Genes. 45. dulcissimis fletibus in
undatur. Moses ꝛ principatū renuit gentis robustioris:
Exodi. 32. sed aliene: et deleri petit de libro vite: nisi di
mittatur ꝑ ꝑlo offensa. [Si gloriari oporteat: de his que in
firmitatis mee sunt gloriabor.] Superius autē diximus
xxxviii. de mente phi: qm̄ de seipso in nullam partē loquēdum
est: licet Paulus vtrumq3 fecerit. ꝛ ptz quare. [Deus ꝛ
pater dni nostri Jesu christi qui est benedictus in secula
nouit q2 non mētiar: Damasci. i. cum essem Damasci.]
(est enim aduerbialiter positum:) Is quē Areta rex He
rodis socer ei genti pfecerat: custodiebat ciuitatē Da
mascenorum vt me comprehēderet: ꝛ per fenestrā in spor
p. Reg. 19. ta (erat enī vas electiōis) dimissus sum per murū qua
si alter Dauid fugiens manus Saul: ꝛ sic effugi manus
eius.] Faciebat aūt hoc ille vt in iudeorū grām veluti
Actu. 12. tumultus autorē me occideret: sicut legimus fecisse He
rodem qui occiso Jacobo: videns q2 Judeis placeret:
apposuit vt apphenderet et Petrū. Paulus secessum
a certamine petiit: ꝛ pugnaturus felicius ad alia se bella
seruauit. Non enī loco virtus: sed virtuti locus defuit: vn
de strenuus miles ab obsidionis angustia certaminis cā
pum quesiuit. ¶ Legimus autē Heliam fugisse a facie Je
zabelis: 3. Regū. cap. 19. Scriptū est enim Math. cap.
10. Cum autem psequentur vos in ciuitate ista: fugite in Matth. 10.
aliam. Si queras virū liceat pastori derelinquere gre
gem ꝛ fugere: dicimus illud Joan. cap. 10. Mercenarius
autē fugit. O pastor ꝛ idolum derelinquēs gregē. Pē Zacha. 11.
sandū est pondus laboris ꝛ fructus: si labor fructuz su
perat/laborē quisq3 sine culpa declinat: dūmodo in aliis
se exerceat in quibus lucro fructuū pondus laboris vin
cat. Qđ si oues inuaderet lupus: standum est sup custo Joan. 18.
diam nr̄am. Abacuc. 2. dicamusq3: si me queritis: sinite
hos abire ꝛc. Deniq3 legimus fugisse dn̄m Christuz in
Egypto vsq3 ad mortem Herodis: Matth. 2. cap. Tho
mas scđa secūde. q. 185. ad quintū. vide Hiere. cap. 26.

¶ Duodecimū Caput.

I gloriari oportet
non expedit quidē. Ve
niam autē ad visiōes &
reuelationes dn̄i. Scio
hominē in Christo an
te ānos. xiiii. siue in cor
pore siue extra corpus
nescio: deus scit: raptū
hmōi vsq3 ad tertium cœlum. Et scio hmōi
hominē siue in corpore siue extra corpus ne
scio deus scit: qm̄ raptus est in paradisum: &
audiuit arcana verba: que non licet homini
loqui: pro hmōi gloriabor: pro me aūt ni
hil nisi in infirmitatibus meis. Nam & si vo
luero gl'iari: non ero insipiens; veritatē enī di
cam. Parco autē ne quis me existimet supra
id qđ videt in me: aut audit aliquid ex me.

¶ Si gloriari oportet: nō expedit q̄
dem. Greci legunt: nō expedit mihi: ꝛ est sensus. Uobis i.
quidem expedit: vt cognoscatis qualē nacti estis pasto
rem et aplm: longe videlz alium q̄ isti qui q̄uis aurea
portant insignia simie tamē sunt. Mihi autem non expe
dit: qm̄ sicut alias diximus: depredari desiderat: qui the
saurū publice portat. sic autē debet lucere opus nostrū
in publico: vt intentio maneat in occulto. vnde sequitur:
[veniā ad visiones ꝛ reuelationes.] Dicit autē veniam
enī ꝛc. velut causam reddens cur dixerit sibi non expe
dire super hisce rebus gl'iari. Qđ autem dicit: nō expe
dit mihi: ad illud respōdet qđ dixerat: In his que infir
mitatis mee sunt gl'iabor. Minus enim in hoc periculi
est: Ubi autē ventum est ad reuelationes: cōtrahit sese
apl's negans esse gl'iandum: etiā si vera sunt que dictu
rus est: q2 hec magis obnoxia sint suspitioni q̄ illa: vix
vnum legimus dicentē: nos quidē digna factis recipimus: Luce. 23.
multos aūt reperies qui iactent merita sua. [Noui ho
minē in Christo: ante annos. 14. (Tot ergo annis reti
cuit hanc visionē. Athanas.) an in corpore nescio: an ex ii.
tra corpus nescio: deus scit: raptuz hmōi hoiem vsq3 in
3. celum: et scio hmōi hominē: q2 raptus fuerit in paradi
sum: ꝛ audierit arcana verba alias ineffabilia que fas
nō sit homini loqui.] Primū quidē hoc loco Aug. dubitat Augustinus
an idem sit. 3. celū ꝛ paradisus ad quē raptus est Paulus
Memores cōditionis humane mortē matrē tuam su Aug. de trāsitu virginis
biisse temporalē dicere non metuimus: quam et tu lege
sortis humane sustinuisse credimus: eam tn̄ mortis teneri
vinculis et resolutam in cōmunē putredinē vermiū ac
cinerem: Uidendū est si hoc cōueniat tante aule dei pro
gatiue. scimus Ade dictum esse: Terra es ꝛ in terram Genes. 3.

ibis: qđ si de morte dicitur: generalis sententia est: si de inci
neratione/hanc sententiā Christus euasit. Excipitur ergo
ab illa generali sentētia de virgine sumpta natura: qđ si
Marie non cōgruit/filio cōgruit quem genuit. Mulie
ri dictum est: multiplicabo erūnas tuas ꝛ cōceptus: in
Genes. 3. dolore paries: sub ptāte viri eris. Maria erūnas susti
Luce. 2. nuit: cuius animā doloris gladius ptransiuit: cōceptus
tamē nō multiplicauit: nec viro subiecta est que de spi
ritu sancto cōcepit: ac pinde ꝛ sine molestia gestauit: et
cum gaudio fudit. hoc enī potuit efficere in matre qui
deus nasci elegit de homie. Maria ergo ꝛ si cōmunicat
erūnis Eue: non cōmunicat parturiendo cum dolore.
Non imerito ergo excipitur a quibusdā gn̄alitatibus vera
estimatione quā tanta seruat gratia: ꝛ attollit dignita
tis prerogatiua. Si ergo voluit integrū suare Marie pu
dorem: cur non velit incorruptam a putredinis seruare
putore: Caro enim Christi caro est Marie ꝛ multo spe
cialius q̄ Jude vel Abrae ceterorūq3 qui dicunt: caro
Genes. 37. ꝛ frater nr̄ est. Si possidet Maria in celo corpus quod
ipsa genuit: quare non ꝛ corpus per qđ genuit: si non ob
uiauerit pspecta autoritas: credo ꝛ per qđ genuit: quia
tanta scificatio dignior est celo q̄ terra: qm̄ thronū dei
ꝛ domū Christi dignuz est ibi esse vbi ipse est. Istud er
go sacrum corpus in quo Christus diuinā naturā hūane
vniuit escam vermibus datuz in cōmuni sorde putredinis
ꝛ futurū de vermibus puluerem q2 sentire non valeo: di
cere ptimesco. de quo si nihil altius sentirem q̄ de pprio:
nihil dicerem nisi queādmodū de pprio: qm̄ in Marie
integritate plus potuisse grām q̄ naturam non dubita
Ezech. 41. mus. Hec est mēsa coram domino de ligno Sethin qđ
ignis non cōsumit. Dicit hic Augu. de Jona de Danie
le ꝛ vestimētis Judeorū ꝛ tribus pueris ꝛc. deus itaq3
scit vtrū in corpore abierit an eo relicto. Ad hoc ita di
cit idem August. Potest etiā mouere quomō iam ipsa
dei substātia videri potuerit a quibusdā in hac vita posi
Exodi. 33. tis: cum dictuz sit: non videbit me homo ꝛ viuet: nisi q2
potest humana mens diuinitus rapi ex hac vita ad ange
Tho. 2. 2. q. 175. ad pm. 2. 3. 4. quesiti licam vitam: anteq̄ per istam cōmunē mortem soluatur:
sicut de se nūc Paulus dicit: vbi vsq3 adeo facta est ab
huius vite sensibus quedam intentionis auersio: vt siue
in corpore ꝛc. hoc est vtrum sicut solet in vehementi exta
si mens ab hac vita in illam vitam rapi: manente corpo
ris vinculo: an oīno resolutio facta fuerit: qualis in ple
na morte cōtingit nescire se diceret. vnde fit vt ꝛ illđ ve
rum sit quod dictū est: Non videbit me homo ꝛ viuet:
qm̄ necesse est abstrahi ab hac vita mētem: quādo in
illius ineffabilitatē visionis assumitur. Et non sit incredi
bile quibusdā sanctis: nōdum ita defunctis vt sepelien
da cadauera remanerēt: etiam istam excellētiam visio
nis vel reuelationis cōcessam fuisse. Natura deus inui
sibilis est: sed videtur cui vult et quomō vult. Qm̄ enim
corpora cōsuetudine loquendi visibilia nominantur: pro
pterea deus inuisibilis dicitur: ne corpus esse credatur: non
q2 corda munda sue substātie cōtemplatione frustrentur:
Joan. 14. dicente dn̄o: quādo corporeis oculis videbatur: Ego dili
gam eum: ꝛ manifestabo ei meipm. vnde ꝛ pphete vi
dentes vocati sunt. p. Reg. 9. cap. Est autem visio intel
lectualis: sicut quādo per diffinitionē scimus (verbi grā)
quid sit iusticia: quid sit anima: quid angelus ꝛc. Qđ vero
dicit: que non licet loqui: sciēdum est q2 aliud est nosse:
Mat. 11. ca. aliud eloqui: quia frequēter que mēte cōcipimus: enar
iii. rare non possumus. vnde scriptū est: Nemo nouit filiuz
nisi pater: ꝛ cui voluerit filius reuelare. E cōtrario autē
Esaie. 53. legimus: generationē eius quis enarrabit: sed ille po
test eam enarrare cui pater filiuz reuelauerit. Sed di
ximus q2 mysteriū diuine natiuitatis in corpore possunt
sancti fide magis nosse q̄ dicere: sicut nūc apostolus au
diuit arcana verba que nequaq̄ valet humana lingua
raptus. pferre. Preterea sciēdum q2 raptus importat motum
violentū alicuius cōtra modum sibi naturalē: ꝛ hoc du
pliciter: vel quo ad terminū motus: sicut cum lapis sur Nicolaus.
sum pĳcitur: Altero modo quo ad moduz motus: vt si Lib. 1. dist. 2. q. 3. scđo.
graue proĳciatur deorsuz impulsu violēto. Priori modo
anima nr̄a non fertur violēter: imo naturaliter tendit in deū
sicut dicitur: sitiuit aīa mea ad deū fortē: ad deum viuū/ Ps. 41.
quādo veniam: quādiu autem non peruenit: non quiescit
sed est in cōtinuo motu sicut dicit Augu. Inquietū est August.
cor nostrum: qm̄ fecisti nos dn̄e ad te. Anima igitur natu
raliter nata est moueri in deum: tamē modus sibi cōna
turalis ꝑm statum vite psentis est per sensibilia ad intel
ligibilia: qm̄ nihil est in intellectu: quin aliquo modo
prius fuerit in sensu. Et hoc mō anima vim patitur et pa
titur extasim: cum nō per gradus scale Jacob ascendit Gene. 28.
ad tertiū celuz: hoc est a materialibus ad spūalia: ꝛ hinc
ad eum qui est extra oīa: intra oīa ꝛ supra oīa: sed
rapitur subito in tertiū celū: et in paradisum dei. Potest Celum.
autē intelligi primū celum tota natura creata infra lu iiii.
ne orbem: scđm autem celum illud quod phs appellat
quintā essentiam: tertium celum natura angelica: supra
quam est paradisus dei ad quem raptus est Paulus.
Sunt autē ꝛ tres differentie visionū videlz corpalis si
cut manus quam vidit Balthasar scribētem. Daniel. 5.
et rubus ardens. Scđa est imaginaria: sicut dominus se Exo. 3.
dens in solio excelso: virga vigilans: olla succēsa. Hiere. Esaie. 6.
1. quattuor animalia pēnata ꝛ visio electri. Ezechiel.
Tertia visio est intellectualis: qn̄ nec corpora nec ima
gines eorū videntur: sed in incorporeis substantiis intui
tus mentis mira dei potētia figitur. Paulus tn̄ non di
cit vidisse se aliquid qđ ptineat ad aliquā harum trium
visionū: sed audiuit inquit arcana verba. potest accipi au
diuit pro vidit: et tn̄ verba nō sunt visibilia. Qđ si per
gas querere que verba: nō licet inquit homini loqui:
cum tamē aplo licuerit audire loquētē aliquem a quo
ipse audiuit. Alii igitur trahūtur cum sponsa: cuius vox
est: trahe me post te. Canti. 1. Alii introducuntur in cellā
vinariam. Cāti. 2. Ceterū paulus rapitur: ꝛ quasi in p
fundum abyssum eterne charitatis absorptus quodāmō
iam sepulta arbitrii potestate: nescit vtrū in corpore ꝛc.
hoc tantū sciens q2 raptus sit. Cōmuniter autē dicitur hanc
visionem vidisse apostoluz in illo triduo cum esset Da
masci. Actu. ca. 9. [Pro hmōi gl'iabor.] Grece hoc mō. Actu. 9.
ὑπὲρ τοῦ τοιούτου. idest super hmōi homie gl'iabor v.
Uidetur enī magis ptinere ad ho
minē q̄ ad rem. Narrat enim apl's hanc reuelationem
veluti de alio quopiā: quem tn̄ nouerit. Ego de me in
quit non gl'iabor: verum de hmōi homine gl'iabor: velu
ti dissimulās: se esse illum de quo loquitur. [pro me autē
nihil. i. de meipso nō gl'iabor: nisi in infirmitatibus meis]
de quibus quomō quis possit gloriari non video: gemē
dum potius est et dicendū: Infelix homo quis me libe Roma. 7.
rabit de carcere huius mortis: Ceterū infirmitates hic
apl's eas vocat quas superior sermo descripsit. [Nam ꝛ si
voluero gl'iari: non ero insipiēs: veritatē enim dicam.]
Et tamē superius se quinqies insipiētem vocauit. sed nō
erit insipiens qn̄ nec vane quicq̄: nec ad ostētationem
suam dicturus est: qđ dicere parat: sed ad gloriam dei et
Corinthiorum vtilitatē atq3 ecclesie totius. Quomō igitur
poterit esse stulta gloriatio vbi queritur dei gloria: vtilitas
vr̄a: ꝛ verum est qđ dicitur: [Et tn̄ parco inquit: ne quis me
existimet supra id qđ videt esse in me: aut audit ex me]
Ne forte quis me aut angelum aut immortalē hominē vi.
existimet: cui deus intimationē de sacratissima sua es
sentia. i. facie quasi per verba reuelauit. Uocatur facies dei Exodi. 33.
essentia eius: vocantur ꝛ facies dei intelligentie que deo
semp assistūt: posteriora vero eius res materiales que
q̄ longissime sunt ab eius essentia. Est ꝛ facies dei glia Leui. 17.
eius: sicut ecōtra dr̄: offirmabo faciē meam cōtra eum.
Qđ q3 dixit satan de Job: nisi in faciē bn̄dixerit tibi. sen Job. 1.

Job.2. sus est: negabit esse deū/qui reb⁹ humanis p̄sit. vñ in
fra dixit idem Job: quoꝝ cōsiliū lōge sit a me. Job.21.
ca. Et sm vnū sapientē hebreoꝝ maxima heresis est po
Elmore. nere in deo qd non est videlz negando essentiā dei: vel
ponēdo eum esse corporeū vel passioni alicui obnoxiū:
vel quod aliquo indiget extra se. Sane huius notitiam
omnes naturalr appetunt: sed vellent breui tempore. i.
rapi cum apostolo: quod tamē natura eorum nō capit.
priuilegiū enim qd alicui persone gratiose cōcessuz est:
nō debz trahi in cōsequentiā. Cum autem dicit Mosi:
Faciam transire ante te omne bonuz: non de deo intel
Boetius. ligas qui semper stabilis pmanens dat cuncta moueri:
Gene.1. Sed vidit deus cūcta que fecerat: et erant valde bona.
Horum ergo omniū que cōdita sunt accepit scientiam
Moses: et quomō omnia a deo regūtur. Cum ergo di
Exodi.33. xit: ostende mihi vias tuas: illas poscebat nosse quib⁹
deus regit orbem: gētes et regna: vt similr Moses qui
dux illius populi erat regeret eum sm bñplacituz dei.
questio. Quereret aūt aliquis/ si deum nemo nouit neqz stultus
vij. Roboam nec sapientissim⁹ Salomō: in quo p̄cedit sa
pientia stulticiā? Dicimus q vera laus dei est silentiuz.
3.Reg.19. ps.64. et faciem nostram velare. tamē stultus multa
imaginatr in deo que non sunt: et que sapiens nouit q̄
longe esse a dei natura. Stult⁹ multa negat inesse deo:
que tamē sapiens nouit esse propria nature eius. Se
cundū autē mentem vnius Hebrei et quidem sapiētissi
mi/ meo iudicio: deus cum potius sciat quid non sit q̄
quid sit: qui plures negationes ab eo semouerit ille sa
pientior videtur. Quod autem omis negatiuus cōce
Tho.1.par. ptus affirmatiuū supponat quere doctorē nostrum. Et
q.3.ar.11. sciendum q omnia dei nomina ab eius effectibus deno
minantr vno excepto videlz deus: quod Hebrei scribūt
quattuor litteris videlz Jod: he: vau: he: sonat autem
sic Jehouah. et vocat ab eis: Sem hamephoras: quod
significat essentiā dei: quomō dixit Rabi Eliezer q an
te mūdi cōditionem erat deus tantū et nomē eius. Pre
terea sciēdum vltra ea que diximus multa esse genera
visionum videlz oraculum: visio: somniū: insomniū: fan
tasma. Oraculū est cum in somnijs apparet aliqua gra
uis persona: sanctaqz vel etiam deus: et euenturum ali
quid vel non euenturū: faciēdum aliquid vel non faciē
dum denūciat: sicut angelus apparuit in somnijs Jo
Mat.2. et seph dicens: accipe Mariā cōiugem tuam. et illud: Fu
1.cap. ge in Egyptum et esto ibi &c. et Magi admonentr ne re
dire debeāt ad Herodem. Visio est: cum id quod videt
quis eodem modo quo apparuerat eueniet. Hoc modo
Actu.9. vidit Paul⁹ Ananiā introeūtem ad se: vt visum recipe
ret/cum tamē interim cecus esset. Somniū est figuris
tectū: et sine interp̄tatione intelligi non potest: sicut som
niū Nabuchodonosor et multa alia. Insomniū est quā
Visio mul do id quod fatigauerat vigilātem: ingerit se dormien
tiplex. ti: sicut est cibi cura vel potus/vel aliqua studia vel ar
tes. variātur enim somnia secundū studia vel artes vel
Tho.2.2.q. infirmitates/vel humoruz qualitates. Phantasma est
95.ad.4.5. qū qui vix dormire cepit: et adhuc se vigilare estimat:
6.7.de diui aspicere videtur irruētes in se vel passim vagantes for
natione. mas varias vel turbulētas. In isto gñe est ἐφιάλτης
viij. quē publica psuasio quiescētes opinatr in
uadere: et pōdere suo pressos ac sentiētes grauare. qd
nō est aliud q̄ quedā fumositas a stomacho vel a corde
ad cerebrū ascēdēs: ibiqz vim comprimēs animalē. Et
nota q supremus et excelsior gradus pphetie est loqui
Exodi.33. deum ad pphetam sicut loquebatur cum Mose amico
Nueri.12. suo facie ad faciem: et videre visiones que explicant ea
que factur⁹ est: sicut Mosi monstratū est in monte exē
plar totius tabernaculi &c. Exo.25. Samuel autem au
1.Reg.3. diuit tertio verba vocātis se dei: sed faciem dei non vi
dit sicut Moses. Aliquando angelus loquit prophete
in vigilia sicut Mosi cum esset secus rubum ardētem.

Exodi.3. Aliquādo et ppheta videt angelum loquen
tem sicut Danieli viro desideriorꝝ apparuit vir vn⁹ ve cap.10.
stitus lineis. &c. Nōnunqz et deus loquitur in somnis
sicut legimus loquutuz fuisse cum Jacob. Gene.28. et
cum Abraam. de Jacob ita legimus: Vidit dominū in
nixū scale &c. Et vide qm cum Jacob euigilauit a som ix.
no non dixit se somniasse: sed vere inquit domin⁹ est in
loco isto &c. Ceterū quicunqz gradus assignentr in visio Gene.28.
nibus et prophetijs: hoc vnum cōmune est omnib⁹ q
omēs. i. quattuor animalia sequūtur impetuz spiritus 2.Pet.1.
sancti: Spiritu sancto enim inspirati loquuti sunt etiam
Saul et Cayphas: et per spiritū sanctū reuelantr etiam
quecūqz visiones prophetis reuelate sunt. Et sciēdum Ezech.1.
q animal visum ab Ezechiele habebat manus homi
nis: pedes vituli: et pennas aquile. et cum vnūquodqz
coram facie sua ambularet: non dicit coram qua: cum
quodlibz animal quattuor esset faciez. Hec autem pau
ca diximus vt ansam p̄beremus sapiētioribus vlterius
vestigandi scripturā: si quo modo pueniam⁹ cum aplo
Paulo ad eum qui dixit: Ego visiōes multiplicaui: &c Osee.12.

¶Et ne magnitudo reuelationum extollat
me: datus est mihi stimul⁹ carnis mee ange
lus satane qui me collaphizet. ppter quod
ter dominū rogaui vt discederet a me: & di
xit mihi: Sufficit tibi gratia mea. Nam virt⁹
in infirmitate pficitur. Libenter igitur glo
riabor in infirmitatib⁹ meis vt inhabitet in
me virtus Christi. Propter quod placeo mi
hi in infirmitatib⁹ meis: in contumelijs: in
necessitatibus: in psecutionibus: in angu
stijs p Christo. Cum enī infirmor: tunc po
tens sum. Factus sum insipiens: vos me coe
gistis. Ego enim a vobis debui cōmendari.
Nihil enim minus feci ab his qui sunt su
pra modum apostoli: Tametsi nihil sum: si
gna tamē apostolat⁹ mei facta sunt super vos
in omni patiētia, signis & prodigijs & virtu
tibus. Quid est enim quod minus habuistis
pre ceteris ecclesijs nisi q ego ipse non gra
uaui vos? Cōdonate mihi hanc iniuriam.

¶[Et ne magnitudo reuelationuz extollat me: datus
est mihi sed ad vtilitatē meā angelus satane qui me col
laphizet.] Inerat Paulo extollendi se infirmitas que 5.q.5. nam
per angelum satane fuerat comprimēda: ne magnitudi omis.
ne reuelationū supefferret. Quanqz ipsum satanā ela Luce.10.
tio sua deiecerit tanqz fulgur de celo: tamē summus ille
medic⁹ qui bene vti nouit etiam malis: de angelo sata
ne adhibuit contra elationis vitium salubre q̄uis mo x.
lestum medicamentū. Et o venenum mortiferū (super
biam dico) quod non nisi veneno sanatr. Venenū enim
est angelus satane. O antidotū quasi de serpente cōfe August.
ctum: vñ et tyriacum appellat. Superbie persuasio est: Genes.2.
eritis sicut dij. Ne ergo et Paulus similiter supefferat
fit ei collirium de felle serpentis quo illuminatr: ne ex Tobie.11.
tollatur: et medicus celestis ex pessimis elicuit optima:
et ex cōtrarijs contraria: sicut in simili sanatum legim⁹
Ezechiam per contraria: et aspicientes serpētem: sana Esaie.38.
bantr a morsibus serpentū. Nueri.21. quod est mirabi
le. Ad reuelationū igitur humiliādam superbiā moni
tor quidam. i. angelus satane qui Paulū collaphizet Hierony.
apponitr: in similitudinē triumphantiū: quibus in cur
ru retro comes adherebat: per singulas acclamationes
ciuium dicens: Hominē te esse memēto: atqz collū eius

palma percutiēs. Stimulus autem iste idest σκόλοψ
quod palum pacutū sonat: potest intelligi sim
pliciter q erat eisdem obnoxi⁹ malis et necessitatib⁹ si
cut et nos: quomō dicit cuidam principi et quidem ma
ximo seculi huius: Et tu vulnerat⁹ es sicut et nos: simi
Esaie.14. lis nostri effectus es: Potest intelligi et hic angelus sa
tane omes et singuli qui eius repugnabāt euangelio: q̄
bus legim⁹ dixisse apostolū cuidā satane ministro no
mine Elymas. O plene omni dolo et omni fallacia. &c.
Actu.13. Actu. cap.13. Traditur autē vexatū fuisse apostolū gra
Ordina. uiter illiaca passione. secūdū autem Hieronymū Pau
lus grauissimū capitis dolorem sepe patiebatr: et hunc
dicit esse angelum satane. Athanasi⁹ simpliciter dicit in
Hierony. centiua carnis. vide ad Roma.1. ibi: Sepe proposui. &c.
Athanasi⁹ Forte inquit veneris incitamēta: quibus maxime vrge
batur his verbis expressit: quod Faber nefas ducit.
Sicut autem caro si sale non aspergatur: q̄uis sit ma
gna et pcipua/corrūpitur: ita et anima nisi tentatiōibus
assiduis quodāmodo saliatur: continuo resoluitr et rela
Origenes. xatur: iuxta quod scriptum est: Omne sacrificiuz sale sa
lietur. Leuit.2. et inde Paulus accepit stimuluz carnis
xi. sue: contra quem tamē durum est calces mittere: sed ta
supbia. mē felix cui dicit: Sufficit tibi Paule gratia mea. Cū
omnia itaqz vitia in male factis timenda sint: superbia
in bñfactis maxime timenda est. Eleazarus succubuit
elephanto quem pstrauit. p̄.Macha.6. sic Samson tē
Judic.16. plo quod strauit: Idem ptz de Pharisēo: cuius tot la
bores superbia pdidit. iste explicabat pennas sicut pa
Luce.18. uo: sed laudabiles tantū. Ecce enim apostol⁹ gentium et
pater fideliū: vas electionis accepit stimulum carnis a
quo cederetr: ne extolleretr. Quis hoc crederet de apo
stolo: nisi ille hoc cōfiteri non erubesceret? Ecce q̄ timē
dus est serpens supbie. Ne igitur magnitudine et excel
lentia reuelationuz extollatr Paulus tanqz iuuenis: ce
ditur tanqz puer. Quomō solent autem medici poten
tiam sue artis in desperatis ostēdere: sic et domin⁹ fecit
in Paulo. Nō autem quidam dicūt stimulū hunc fuis
se carnalis cōcupiscentie sed preter omnē consensum:
ego quidem temere non negauerim: maxime qm et de
Roma.7. nuo scribēs ad Romanos dixit: Video aliam legem in
carne mea: et o me infelicē quis me liberabit &c. et ho
mo erat et mortalē carnem gestabat: quam tamē casti
p̄.Cor.9. gabat et redigebat in spūs seruitutē. de hoc ita habes
Exo.cap.23. Nō eijciam hostes tuos a facie tua vno an
Exodi.23. no: ne terra in solitudinem redigatur et crescant contra
te bestie. Sētes iste vitia sunt: que nec simul nec vno tē
pore in sanctis extinguūtur ne monstra terre multipli
xij. centr. i. in supbiam et vanam gloriam erigant. ¶Super
bie quattuor sunt species quibus omis tumor arrogā
tium ostēditr: vel cum bonū a semetipsis habere se esti
mant/aut si sibi datum desup credūt: pro suis tñ hoc ac
cepisse meritis credūt. Aut certe cum iactant se habere
quod non habēt: aut despectis ceteris/singulariter vi
deri appetunt habere qd habent: quomō dixit Phari
Gregori⁹. seus: nō sum sicut ceteri homines. Gregori⁹: Sed quid
p̄.Cor.4. habes qd non accepisti? contra primū: Eramus natu
Ephes.2. ra filij ire. contra scdm: Nescis qr tu es miser &c. contra
Apoc.3. tertiū: vide de Amā &c. Nam cum sancti cōtra maiora
vitia pugnant et vincūt: relinquūtur minora: et pmittū
tur durare: ne per elationem grauius corruant: pinde et
Paulo datur stimulus carnis ad custodiam humilita
tis. Sic semp aium⁹ sanctoꝝ habet vnde se rephendat:
qm dum appetunt pfecti esse et non possunt: et laborāt
in hoc quod non acceperūt: nec tamē elaborando pua
lent: in his que acceperūt non se debent extollere/ sed
discant qm ex semetipsis maiora bona non habēt: qui
Origenes. nec parua vincere possunt. Sicut autē dicit Origenes
hoc ipsum qd deus patiens est ad peccatores/ad eoruz
vtilitatē facit, qm quidem immortalis est anima: cuius

curam et puidentiam gerit. Et vtiqz quod immortale
et eternū est etiam si non cito curetur: non excluditr a sa
lute que in tēpora oportuniora differtr. Nam et fortas
sis expedit tardius cōsequi his qui venenis malicie p
fundioris infecti sunt. Sicut enim medici interdū cum
possint celeri⁹ obducere vulnerū cicatrices: interdum
differunt p̄sentem sanitatem melioris firmiorisqz pspe
ctu: dum meli⁹ esse norunt moram facere in tumoribus
vulneruz et maligni humoris fluentes paulisper sinere xiij.
meatus q̄ festinare ad supficiem sanitatis: et obtrusis
in venis fomitē venenati humoris includere: qui vtiqz
exclusus a salutis meatib⁹: serpet sine dubio ad interio Analogia.
ra membroꝝ: non iam morbū corporis sed vite illaturus
exitium. Hoc modo deus qui nouit occulta cordis et p̄
noscit futura: per multam patientiā indulget fieri que
dam que extrinsecus incidētia hominib⁹: puocent pro
ferri et in lucem pcedere passiones et vitia que celātur
intrinsecus: vt per hoc expurgari et curari possint hi qui
per multam negligentiā peccatoꝝ in se radices ac semi
na receperūt: vt eiecta foras atqz ad supficiem puoca
ta: euomi quodāmodo possint et digeri: vt etiā si videatr
quis grauioribus affici malis: dum membroꝝ omnē susti
net cōuulsionem: possit tamē aliquādo cessare: et satie
tatem capere maloꝝ: si tamē possibile est implere ventrē
ex siliquis: (voluptas enim semp patit sui famem) et Luce.15.
ad statum suum post multas molestias reparari. Deus
enim disponit animas nostras nō ad istud breue tēpus
quod intra.80. anos fere concluditr: sed ad perpetuū et
eternum: sicut et ipse est immortalis: immortalis quoqz
animaꝝ puidentiam tenens quas ad imaginem suam
creauit. Quare deus differt dare grām aliquādo: vide
doctorē nrm in.4. dist.11.q.1. infra. ff. [Propter qd ter
dominū rogaui vt discederet a me.] (Cecus bis clama Luce.18.
uit/et fecit stare dñm: Josue semel et fecit stare solem.) Josue.10.
nec tamē sum exauditus sm meū desideriū. [dixit aūt
mihi dñs: Sufficit tibi Paule gratia mea.] (Paulus
hominē fugiebat in terra qui Jesuz viderat in tertio ce
lo. sic et Helias.) vinci nō poteris quātumcūqz impugnē Exodi.3.
ris/submergi non poteris: et si tundaris fluctibus: flā
mā non nocebit tibi. Esa.43. et si videaris ardere sicut xiiij.
in igne rubus. Ne timeas ora leonum. Daniel.15. quo
rum ego rictus cōclusi. Sufficit tibi qm si cecideris nō ps.36.
collideris. Sufficit tibi qm corpus tantū tradidi satane:
animā autem tuam ego seruo. Helias septies dominū Job.2.
orauit pro pluuia impetrāda: qui dixerat non erit plu
uia nisi iuxta oris mei verbū. Mirari autē libet quomō 3.Reg.17.
etiam nolentib⁹ nobis sua beneficia deus interdū lar
gitur: et iuuat sepius nesciētes. Simile est: Dabit domi Esaie.7.
nus ipse vobis signū: etiam dicente rege impio: Non
petam. Paulus duris tribulationib⁹ pressus ter dñm
rogauit/imo et frequēter hoc fecit: vt tentatio ab eo di
scederet. Deus tamē non ad petitionē eius sed ad vtili
tatem eius respexit: cum dixit: Sufficit tibi gratia mea.
Itaqz antequā et causam panderet: bñficium p̄stabat in
uito ac penitus nescienti. Dat enim medicus egro quod Chrysost.
expedit et quando et quātum expedit: non autem iuxta
desideriū egri: ne ei obsit magis q̄ prosit. vñ petit apo
stolus auferri a sese stimulū carnis: nec exauditur qm
erat in cura. Petit diabolus tentare sanctū Job: et ac
cepit sed ad cumulū damnatiōis sue tanqz desperatus a
salute eterna. Dauid orat pro infante: nec exauditr. inde 2.Reg.12.
et Christ⁹ non est exaudit⁹ dicens: Pater transeat a me
calix iste. et tamē exauditus est in cruce pro sua reuerē Math.26.
tia: imo semp est exauditus: sed tamē trāsfigurauit in se Heb.5.
formam infirmoꝝ quorum est illa vox: Clamo et non ex Joan.11.
audis: sto et non respicis: mutatus es mihi in crudelē. Job.30.
Ter dñm rogaui. Quomō ergo scriptū est: ne iteres ver
bum tuū in oratione? Eccli.7. sed hac sententia nequaqz p
hibemur sepe veniam petere: cum scriptū sit de capite xv.

Matth.26. nostro:tertio eũdem sermonẽ orans:sed ꝓhibemur cul
pas iterare:ad eũdemq offẽdere lapidem. Curãdum
est ergo ne ad hoc rursus ꝓruat vnde aĩa amodo ꝓstra
ta erat ne dum deplorata iterũ culpa cõmittit᷑: in cõspe
Judic.10. ctu iudicis iusti ipsa quoq nostra lamẽta leuigent᷑ iux
ta illud. Filij israel peccatis veterib⁹ iungentes noua:
seruierũt dijs Baalim ⁊c.relicto domino. Qui cũ in af
flictione dicerent:peccauim⁹ tibi:Et ille inquit/sepe li
beraui vos:et tũ denuo reliq̃stis me. Ite ergo ⁊ inuo
cate deos quos coluistis:nõ addam vt vltra vos liberẽ.
[Nam virt⁹ in infirmitate ꝑficit᷑:] virtus hoc loco nõ est
ἀρετή, que opponit᷑ vitio:sed est δύναμις, que oppo
nitur infirmitati. Sentit enim potẽ
tiam diuinã longe diuersa ratione declarari q̃ potentiã
mundi. Siquidem illa vi ⁊ viribus innotescit:sicut di
Ps.19. cit Dauid: hi in curribus et hi in equis scilꝫ confidunt:
Matth.5. potentia autem dei tolerãdo innotescit: mites enim ipi
possidebunt terrã ⁊ in patientia vestra possidebitis ani
Luce.21. mas vestras. Alium sensum sequit᷑ Augustin⁹ dicens:
Quid est virtus in infirmitate ꝑficitur: nisi quia in isto
loco infirmitatis hactenus ꝑfectio potest esse virtutis:
August. vt in infirmitate p̃sente elatio comprimat᷑? Que vtiq
infirmitas futura immortalitate sanabit᷑. Quomõ enim
dicẽda est sanitas plena:vbi etiam de angeli satang co
lapho adhuc est necessaria medicina:hic tamen sensus
non habet᷑ ex verbis ap̃li vt patꝫ intuenti: nisi accipias
virtutẽ pro morali virtute: sed vt dixim⁹ nõ est in textu.
ἀρετή, sed δύναμις. [Libenter igitur gl̃iabor in in
firmitatib⁹ meis(omnẽ qui fert
Joan.15. fructum purgat agricola ⁊c.) vt inhabitet in me virtus
⁊ fortitudo Christi.] Libentissime moriar vt viuat in
xvi. me Christ⁹. Hinc illud ex Judith orantis ad dñm cum
omni populo suo: Dñe deus cęli et terrę intuere super
Cap.6. biam eorũ ⁊c. Hoc autem manifestius apparet in facto
Judicũ.7/ Gedeonis qui cum.300. viris inermib⁹ tamẽ/castra ex
pugnauit Madian. Hinc ⁊ illa non minus victoria mi
rabilior: ꝙ cum audisset Abraam captum videlꝫ Loth
Genes.14. fratrem suum: numerauit expeditos vernaculos trecẽ
tos decem ⁊ octo ⁊c. [Quãobrem placeo mihi in infir
mitatib⁹ meis:] hędera enim que semp viret: comple
xu enecat arbores: ⁊ hmõi est fortuna ꝓspera que dum
arridet ⁊ blandit᷑: perdit. espina autẽ nascit᷑ rosa. Qua
re autem in oĩbus his placitum est mihi? [Quũ cum
infirmor: tunc potens sum.] In quib⁹ verbis apostol⁹
ostendit ⁊ aperit quid dixerit superi⁹: virtus in infirmi
tate ꝑficitur. Est autem ap̃ls tunc maxime potẽs: cum
Philip.4. a se deficit: tunc enim oĩa potest in eo qui eũ cõfortat.
Cap.10. Hinc illud ex Daniele. Ego langui ⁊ ęgrotaui per dies plu
rimos: videlꝫ postq̃ visione dei meruit interius refici.
Gregori⁹. ¶ Cum enĩ ad ęterna mens rapit᷑: a fortitudine sua ca
ro lassatur: imo ⁊ mũdo morit᷑ sicut scriptum est: In cor
pore an extra nescio deus scit. sic ⁊ Jacob qui angelũ
Genes.32. tenuit: mox vno pede claudicauit: quia qui vero amore
sublimia respicit: iam in hoc sęculo duplicibus deside
rijs incedere nescit. Et sicut de hmõi dicit᷑: q̃ pulchri sunt
Canti.7. gressus tui in calciamentis: ita de impijs scriptum est:
3.Reg.18. Quousq claudicatis vtroq pede. huiusmodi erat Mi
phiboseth: quẽ tamẽ merita patris adiuuerũt quo ap
2.Reg.9 tus fieret vt esset cõuiua regis. vnde apostol⁹: Gressus
Heb.12. rectos facite pedibus vestris: vt non claudicãs quis er
ret: magis autem sanet᷑. [Factus sum insipiens: vos me
coegistis. et sequit᷑: Ego enim debui a vobis cõmenda
ri. Superi⁹ autem expositũ est quid intelligat hic apo
xvij. stolus cum dicit: Factus sum insipiẽs: ego inquit a vo
bis debui cõmendari: non a meipso: sicut de pythago
ricis accepimus quos ferunt: si quid affirmarent inter
Hierony. disputãdum: cum ab eis quęreret᷑: quare ita esset: re
spondere solitos: ipse dixit: Ipse autem erat pythago
ras. Per hoc autẽ dictum apostoli soluit᷑ illud qđ scri

ptum est: Ne respõdeas stulto iuxta stulticiam suam. et ꝓuerb.26
rursus: respõde stulto iuxta stulticiã suam: que licet vi
deant᷑ inter se contraria: tamẽ vtrumq pro tempor va
rietate cõcordat: dum ⁊ stultus contemnit᷑: quia non re
cipit sapiẽtiam: et stulta superbia alia decutitur super
bia. Cęterũ si nulla maior egestas est q̃ egere sapientia
sicut dicit Augustin⁹: nec maiores diuitię q̃ thesaurus August.
qui requiescit in corde sapiẽtis: qui non eget sapientia: ꝓuerb.18.
nulla re oĩno eget. Ergo ⁊ animi egestas nihil aliud
est q̃ stulticia. Non igitur erat apostolus Paulus insi
piens: in quo Christus ⁊ viuebat et loquebat᷑. infra.13. Galat.2.
cap. vocem tamẽ ⁊ personã interim insipiẽtis assumit:
vt sapiẽtes cõfundat. Nihil autem turpius ait Cicero:
q̃ sapientis vitam ex insipientiũ sermone pendere. In Sapiens.
terrogat⁹ Plato aliquãdo per quid cognoscit᷑ sapiens: Plato.
ait. sapiẽs cum vituperat᷑ non irascitur: nec extollit᷑ cum
laudat᷑. Vide igitur qm̃ Paulus cum maledicit᷑: bñdi p.Cor.4.
cit: cum ꝑsequutiões patitur: sustinet. Ne forte autem
sublimitate reuelationũ supextollat᷑: palmis cędit᷑. Si
igitur insipiẽs fact⁹ est/ suas laudes Herculeosq labo
res enarrãdo: cõpulsus hoc fecit: qm̃ ipse a filijs cõmẽ
dari debuerat: ⁊ pt꜄. [Nihil.n.min⁹ feci ab ijs qui sunt
supra modũ ap̃li. Gręce τῶν ὑπερλίαν ἀποστόλων.
idest excellentissimorũ a
postolorũ. Cõduplicauit autem aduerbiũ epitaseos: quo
vehementior esset oratio. Quod non citra molestiã dixit:
si qui tales essent: vel putarent᷑ esse a pseudap̃lis vel se
cundũ vulgi opinionem. sequit᷑: [Tametsi nihil sum.]
Demus inquit me esse infirmũ: ac fragilem: tamẽ quã
tumlibꝫ nihil sum: certe quod ad vos attinet nõ inferio
rem experti estis ab ijs qui vocant᷑ excellentissimi apo xviij.
stoli videlꝫ Petrus Joannes et Jacobus. Exponit au
tem qđ dixit: Nihil enim minus feci ab ijs ⁊c. cum dicit
[signa quidẽ apostoli facta fuerũt inter vos: hoc est vo
bis videntib⁹: in oĩ patientia ⁊ signis et ꝓdigijs ⁊ vir
tutib⁹.] Per patientiã enim apostol⁹ diu tolerauit mo Gregori⁹.
res eorũ quasi impatientes ęgrotos: bonus enĩ non fuit
qui malos tolerare recusauit. Patientia igitur vera est
que ipm amat quem portat: Nam tolerasse et odisse nõ
est virtus mãsuetudinis: sed velamentũ furoris. Unde
⁊ nos sm Gregoriũ sine ferro et flamma martyres esse Cap.9.
possumus: si patientiã in animo veraciter custodiamus.
Et sciẽdum ꝙ doctrina viri per patientiã noscitur. Tan
to ergo vnusquisq ostẽdit᷑ esse minus doctus: quãto cõ
uincit᷑ minus patiens. Quũ igitur nulla sunt bona que
agimus: si non ęquanimiter proximorũ mala supemus:
recte apostol⁹ signis ⁊ virtutib⁹ patientiã pręmisit/per
quam malignos eorũ mores diu tolerauit: deinde ad
hibita potestate signorũ quasi medicina curauit vulnera
eorũ. [Quid est enĩ in quo fuistis inferiores cęteris
ecclesijs: nisi qđ ego ipse non fuerim vobis onerosus?]
opere enim manuario parabat sibi cotidianũ victum: si
cut sępe dictum est. vnde sequit᷑: ⁊ est ironica loquutio.
[Cõdonate mihi hanc iniuriam:] ꝙ videlꝫ proprijs sti
pendijs inter vos militaui.

¶[Ecce tertio hoc parat⁹ sum venire ad vos:
& non ero grauis vobis. Non enim quęro
que vestra sunt: sed vos. Neq enim debẽt fi
lii parentib⁹ thesaurizare: sed parentes filiis.
Ego autem libẽtissime impendar & supim
pẽdar pro animab⁹ vestris: licet plus vos di
ligens: minus diligar. Sed esto, ego vos non
grauaui: sed cum essem astut⁹: dolo vos cę
pi. Nũquid per aliquẽ eorum quos misi ad
vos circũuenit vos? Rogaui Titum: & misi
cum illo fratrem. Nũquid Titus vos circũue

nit? Nõne eodem spiritu ambulauim⁹? Nõ
ne iisdem vestigiis? Rursum putatis ꝙ excu
semus nos apud vos? Coram deo in Christo
loqmur. Oĩa enim charissimi ꝓpter ędi
ficationẽ vestram. Timeo enim ne forte cum
venero: non quales volo inueniã vos: & ego
inueniar a vobis nõ qualem vultis: ne forte
cõtentiones: ęmulationes: animositates: dis
sensiones: detractiones: susurratiões: inflatio
nes seditiones sint inter uos. Ne iterum cum
venero humiliet me deus apđ vos: & lugeã
multos ex his qui ante peccauerunt: & non
egerunt penitentiã super immũdicia & for
nicatione & impudicitia quam cõgesserũt.

¶[Ecce tertio paratus sum venire ad vos: ⁊ non ero
xix. onerosus: nõ enim quęro que vestra sunt sed vos.] quo
contra de pseudap̃lis dixit: sustinetis si quis vestra tum
deuorat: tum accipit. Ostẽdit igitur apostol⁹ se ideo ab
Genes.14. eis nolle accipere vt ipsos lucraret᷑: iuxta illud: Da mi
hi animas: cętera tolle tibi: vt vel sic intelligẽtes ꝙ pe
cunię eos ꝑferri: tandem cognoscerent affectũ patris er
ga ingratos filios. Potuit enim ap̃ls dicere cum ꝓphe
Esaię.1. ta: filios enutriui ⁊ exaltaui: ipsi autem spreuerunt me.
[Non enĩ debent filij parentib⁹ thesaurizare: sed parẽ
Matth.6. tes filijs. Non de his thesauris apostolus loquit᷑ quos
fures effodiunt: cum quib⁹ simul infossa sunt corda no
stra. Et popul⁹ quidẽ alias discors: in hoc cõuenit: hoc
Seneca. suscipiunt: hoc suis optant: hoc dijs velut rerum huma
narũ summã cũ grati videri volunt cõsecrant. Pecunia
ex quo in honore esse cępit: ver⁹ honor virtutis cecidit.
Admirationẽ nobis parẽtes auri argẽtiq fecerũt: ⁊ te
neris infusa cupiditas: alti⁹ sedit creuitq nobiscũ. Mi
ramur parietes tenui marmore indutos: cum sciamus
quale sit qđ abscondit᷑. Oculis nostris imponim⁹. sci
mus sub auro fęda ligna latitare. sed ⁊ omniũ istorum
quos incedere altos vides: bracteata fęlicitas est. Inspi
ce ꝓpius: ⁊ scies sub ista tenui mẽbrana dignitatis: et q̃
tum mali lateat. Defectũ solis et lunę aliaq miratu di
gna supra nos natura disposuit: aurũ quidem ⁊ argen
tum ⁊ ꝓpter ista nunq̃ pacem agens ferrũ quasi male
nobis cõmitterẽtur abscõdit. Nos in lucem ꝓpter que
pugnarem⁹ extulimus. Nos ⁊ causas piculorũ nostrorũ
et instrumẽta: disiecto terrarũ orbe eruim⁹: summa apđ
nos haberi volum⁹ q̃ fuerũt ima terrarũ. sed surdo nar
ram⁹ fabulã. Seneca. Non autẽ quęrebat ap̃ls Corin
thios vt seruos eos faceret: eo modo quo Joseph oẽm
Gene.47. terram acquisiuit Pharaoni faciens ipsos emẽtes tri
ticum seruos ꝑpetuos regis: hoc enĩ modo carius ven
didit frumentũ Egyptijs q̃ si argento vendidisset. Da
bat enĩ eis triticũ dono: sed quintam inquit partẽ fru
ctus dabitis iure ꝑpetuo. ita enĩ habes Gene.cap.47.
xx. Egyptij igitur qm̃ nesciebant libertatẽ quam gratis
vendiderũt: non habebãt eam in pręcio: (cum nõ bene
pro toto vendat᷑ auro:) merito acquirunt᷑ Pharaoni: ⁊
Egyptij. ꝓpterea Egyptus vocat᷑ domus seruitutis: Genes.10.
cap. Ipsi enim sunt filij eius qui prior audiuit a parẽte
Genes.9. suo: Maledict⁹ Chanaam: seruus erit fratrũ suorum.
Isti igitur acceptis frumẽtis: ꝑpetua seruitute mulctã
tur. At Paulus nr̃ non quęrit nostra sed nos: nõ vt su
bijciat seruituti: sed vt restituat libertati: vnde dicit: qm̃
non debẽt filij cõgregare parẽtibus sed parẽtes filijs.
Dat autẽ parens filio maxime tria: videlꝫ vitam: victũ:
Phs. et doctrinã. Sicut autẽ dicit ph̃s.2.Econo. si parentes
exemplũ vitę filijs ꝑstent: euidẽtem excusationis cau
sam erga se illis relinquũt. Timẽdum est enim ne con

tempti a filijs quasi nõ bene vixerint in senectute dese
rant᷑. Qui autẽ dubitat vtrum oporteat parentes hono
rare post deũ/non indiget ratiõe sed pęna que aperiat
intellectũ eius. Nec enim dijs magistris ⁊ parentib⁹ po
test reddi ęquiualẽs: qđ maxime in Paulo verũ est qui
⁊ in Christo vos genuit per lauacrũ regenerationis: Ec
ce primũ: lacte vos aluit. i. verbo vitę ęternę: Ecce secũ
dum: diuitias vobis cõgregauit ad vitam ęternam: Ec
ce tertiũ: nec quęrit vr̃a quasi mercenari⁹: sed vosipsos
tanq̃ charissim⁹ pater. Quid vltra debuit facere ⁊ non
fecit? Genuit: educauit: instruxit: et ditauit. nihil supest xxi.
nisi quod sequit᷑. [Ego vero libẽtissime impẽdam ⁊ ex
pendar pro aĩabus vestris: tantũ abest vt vestra quę
ram: licet vberius vos diligens/minus diligar. Hinc est
ꝙ Joseph conspecto Jacob: longe quidem lętatus est: Gen.46.
sed non eatenus vt parens qui ex inopinata lętitia visi
filij pene ad defectũ mortis vsq ꝑuenit. Joseph⁹. Non Joseph⁹.
autem cõqueritur ap̃ls de hoc: vere enĩ sicut dicit philo
soph⁹ parentes plus amant filios suos q̃ ecõuerso: qm̃
magis sciunt parentes ꝙ filij sint eis nati: q̃ filij: amor
enim semp ad inferiora decurrit. ¶ Dolet autẽ indulgẽ
tissimus pater ꝙ cõtempto eo qui paratus est impendi
pro animab⁹ eorũ: mercenarios receperũt: qui ptrahant
eos in durissimã legis seruitutẽ. Non est autem nouũ
parentes a filijs remissius diligi: Illud autẽ cauendũ:
ne luporũ catuli discerpant ouem: ne clamet perdix ⁊ fo Hiere.17.
ueat quos ipsa nõ peperit sicut dicit ꝓpheta. Illud ti
mendũ est: ne ponant filij odium pro dilectione: ⁊ mala Ps.108.
pro bonis: cum legam⁹ sanctũ Joseph dedisse fratrib⁹
pecuniã quam attulerant pro emẽdis cibarijs: insuper
⁊ saccos plenos tritici: cum ipse distract⁹ fuerit ab eis Gene.42.
pręcio viginti aureorũ: posuit enĩ bona ꝓ malis: ⁊ amo Gene.37.
rem pro odio et fraterna inuidia. Christus enĩ vt dixi Sm.70.
mus non quęrit nostra: sed nos: gratis enĩ dat sua mu Beda.
nera: et in nostra emptione nos ditiores facit: licet plus
nos diligens min⁹ diligat᷑. [Sed esto. Ipse non graua xxij.
ui vos: verũ cum essem astutus: dolo vos cępi.] Esto
dolo vos cęperim sed ad vitam: iuxta illud: Mittam ve
natores ⁊ venabunt᷑ eos de omni mõte et de cauernis Hiere.16.
petrarũ: Reuera autem neq venatio neq piscatio sine
fraude fit et astucia. Sed fur venit vt mactet ⁊ perdat: Joan.10.
ego veni vt vitã habeatis. Cum vrbe capta: Galli capi
toliũ obsiderent: solaq potiẽdi eius spes in fame eorũ
repositã aĩaduerterent: Romani callido genere cõsilij Val.ma.
vsi: panes iacere cõpluribus ex locis cęperunt. quo spe
ctaculo obstupefacti: infinitamq frumenti abũdãtiam
Romanis supesse credentes: ad pactionem omittendę
obsidionis cõpulerunt: periculoso quidẽ ⁊ vafro consi
lio: salutaris exitus est cõsequutus. Quintus Fabius
cum a rege Antiocho quem bello supauerat ex fędere
icto/dimidiã partem nauiũ accipere deberet: medias
oẽs secuit: vt eum tota classe priuaret. Val.M. Et hic
reuera dolus est: qualis eius cultus, vox est: Nec mihi
nec tibi sed diuidat᷑. 3.Reg.3. Cõmentabit᷑ inquit forte
aliquis ex vobis talia quedam: dicetq: Tu quidẽ non
expilasti nos/nec nostra sustulisti in persona ꝓpria: At
cum esses dolosus cępisti nos fraude: ⁊ subripuisti sub
stantiã nostram: agens per interpositas ꝑsonas: qđ per
te puduit facere. [Num per quemq̃ eorum quos misi
ad vos: expilaui aut circũueni vos? Extorsi inquit aliqđ
a vobis per aliquem quem nomine meo ad vos mise
rim qui diceret: si vultis pacatũ habere ap̃lm: qui par
ua respuit: offerte maiora? [Rogaui Titum vt adiret
vos: ⁊ cum illo misi fratrem: Barnabã vel Lucam. Nũ
quid Titus vos circũuenit: an non eodem spiritu am
bulam⁹? an non eisdem vestigijs?] Qualis pater talis
⁊ filius: eodem ⁊ spiritu efflati ꝑdicamus/ eãdem viam
terimus/nempe illam Ego sum via ⁊ veritas et vita: de
qua rursus dicit᷑. Hec est via ambulate in ea: et nõ de Joan.14.

clinetis nec ad dextram nec ad sinistram. Esaie.30.capi. [Rursus arbitramini q nos vobis excusem⁹.] Interpres forte legit πάλαι, qđ est olim: est aūt πάλιν, idest rursum siue iterū: quod pro eo dicit: q ante visus sit seipsum pdicare & laudes suas magnificasse. Non igitur recusat apostolus quo min⁹ imputet sibi: quicquid defraudasse aut sustulisse inuēti fuerint hi quos ad Corinthios destinauit apostolus:

xxiij. [In cōspectu dei in Christo loquimur.] Testis est deus animi nostri: testis & Christus q hec loquētes: causam nostram non agim⁹: sed quicqđ loquimur: siue nosmet deijcientes siue cōmendantes aut apostolis equātes: siue pseudaplis nos pferentes: oīa in vestrum cōmodum loquimur. [omnia enī charissimi ppter vestram edificationē. Et tamē [timeo ne qua fiat vt si venero: non quales volo reperiam vos: & ego reperiar a vobis qualē nolitis.] Et exponit in sequētib⁹ quales timet ne inueniat cum dicit: [Ne forte sint cōtentiōes: emulationes: susurrationes &c.] Emulatiōes vero inuidie sunt.

Mat.20. vnde illa vox: Pares nobis illos fecisti qui portauim⁹ pondus diei & estus. his dicit illud Diogenis: Alienum gaudiū non te cōtristet: nec alienū malum tuum feceris gaudium: qm̄ cum inuidia pessimum quiddam sit: habet tamē quoddam pulchrū in se: consumit enim oculos & cor inuidentiū, & cetera patent.

xxiiij [Ne iterū cum venero: humiliet me deus apud vos: & lugeā multos eorum qui ante peccauerūt & non egerunt penitētiam.] Non enim sufficit mores in melius cōmutare: & a malis recedere: nisi & de his que facta sunt satisfaciat dño per penitentie dolorē pctōr: et per humilitatis gemitū: per contriti cordis sacrificiū: cooperantib⁹ elecmosynis. Timeo igit ne itez cum venero: humiliet me de⁹ apud vos: putans me inuenturū vuas vel ficus: inueniā autē spinas & viridantia folia. Et sciēdum q sicut dicit philosoph⁹. 5. politice: qm̄ propter lucrum & honorem maxime fiunt seditiōes in republica: atq ppter dedecus et damnū que sunt his contraria: et oriunt quedam

seditiones. seditiōes pro paruis quidē reb⁹: sed ex paruis ad magna pueniunt que tunc maxime roborant quando in principalib⁹ fiunt: Proinde a principijs cauēdum est diligēter: ac dissoluēde sunt statim eorum discordie qui multum reipublice nocere possunt: in principio enim peccat: Principiū autem dicit esse dimidiū totius: & manifestum est qm̄ excellentissimoz virorū discordie totam post se trahunt ciuitatem. Luget autem apostol⁹ quosdam ex Corinthijs non q peccauerint: qm̄ & iustus ca-

puerb.24. dit septies in die: sed nūquid qui cecidit: nō adijciet vt resurgat? ps.40. Peccauerūt inquit & non egerūt penitentiā. Est autem penitere sm̄ sententiā doctoris nostri in.4.distin.14.q.1. vindicare peccatū a se cōmissuz.

penitētia. Est & penitere/detestari peccatū a se cōmissum: vel displicētiam habere de eo qđ peccaueris.

xxv. Est & penitere/ penam pro pctō nobis inflictam acceptare libenter. Est

Doctor nr. penitētia. & penitere penam pro peccato nobis inflictam patiēter ferre. Oīs autem punitio volūtaria continet sub aliquo istorum quattuor modoz penitentie. Et qm̄ ad remissionem alicuius peccati mortalis actualis post baptismatis sacramentū cōmissi: requirit aliqua punitio voluntaria: (coacta est enī penitentia eorū qui intra se

Sap.5. penitentiā agunt dicētes: nos insensati &c.) sequit q ad eius remissionē requirit penitentia dicta aliquo illorum quattuor modoz, dubiū est vtruz tertius modus vel quartus sufficiat. Potest tamē peccatū mortale in casu dato remitti sine omni displicētia: puta si homo adhibita sufficienti diligentia: non occurrit peccatū mortale memorie: quod tamē vere cōmisit: illud remittit p-

Esaie.53. pter illam debitā inquisitionē: siue qđ magis credo per merita mortis vnigeniti filij dei cuius liuore sanamur. Posset & aliter de⁹ peccatū mortale remittere sine omni actu penitēdi formali istoz quattuor: videlz per aliquē motum feruentissimū dilectionis in deum: puta eundo ad martyrium: tanta potest esse contritio q tollat omnē obligationē ad penam. Sco.2.dist.5.quest.1.infra. C. re-

Luce.7. mittunt ei multa: qm̄ dilexit multū. Esset tamē ibi penitentia secūdo modo dicta non quidem formalr: qm̄ forte non occurrit peccatū mortale de quo nō penituerat. Esset tñ virtualis penitētia videlz de peccato cōmisso displicētia si ei⁹ interim memoria occurreret. Primo

Luce.18. modo legimus publicanū pcutientē pectus suū vindi-

xxvi. cando peccata a se cōmissa: dicēdo & deus ppitius esto mihi peccatori. Scđo modo penituit qui dixit: nos qui-

Luc.23. dem iuste: nam digna factis recipim⁹: eo enim peccatū cōmissum detestabat: q digne pro eo morti fuerat adiudicatus. Tertio modo penituit qui vnum e tribus elegit

3.Reg.vlt. dicens: & si angustie sunt mihi vndiq: tamē meli⁹ est incidere in manus dei: ita acceptauit pestem triuz dierz:

p.paral.21. licz in sex horis termiata fuerit. vñ & illud Ego sum qui peccaui & inique egi: isti qui oues sunt quid fecerūt &c.

Daniel.9. De quarto modo legimus in Daniele de Nabuchodonosor qui electus est ex hominib⁹: & fenuz vt bos come-

Figura. dit &c. Et tamē post finem dierum leuauit oculos suos in celum: & primū sensus est redditus sibi: et altissimo bñdixit: qui iuxta volūtatem suam facit tam in virtutibus celi q in habitatorib⁹ terre: et non est qui dicat ei:

Hierony. quare fecisti? Dicens autē: iuxta volūtatē suam facit: loquit quasi homo seculi. Non enim quod vult hoc facit: sed qđ bonum est/ hoc vult deus. Itaq dum potētiam dei predicat: iusticiam eius videtur arguere: q immerito penas sustinuerit. Hieronym⁹. Et sequit. In ipso tēpore sensus meus reuersus est ad me: & figura mea reuersa est ad me: & in regno meo restitut⁹ sum: & magnificentia amplior (qđ est mirabile) addita est mihi. Nunc ergo ego laudo & glorifico regem celi quia omnia opera eius vera &c. Merito igitur apostol⁹ timet ne impenitētes inueniat aliquos Corinthioz: videns etiam pplos et alienos a cultu vni⁹ dei gratanter penitentiā impositā sibi a deo sustinuisse: etiam ipsum impiū Achab

3.Regū.21. cōminantē pphetam timuisse: & penitentiā sibimet imposuisse sicut scriptū est: Cum audisset Achab vba Helie: scidit vestimēta sua: et opuit cilicio carnē suam &c.

¶ Tertiūdecimū Caput.

Inuidia quando maxime nascitur. P. Tim. 6.5. sectiōe
Joannes euangelista aquila volans. P. Cor. 7.11.
Joseph Marie sponsus virgo. Heb. primo. 23. sectione.
Ira dei malorum malo dormitat. P. Thes. primo. 6.
Iudei honorant verbo tenus tm̄. Rom. 2. ibi iudeo pmū
Iudei vere sunt hypocrite. Rom. 2. infine.
Iudei sunt aspides surde. Rom. 11.4. sectione.
Iudei dispersi sunt per orbem. Rom. 10.30. sectione.
Iudei quomodo non poterant credere. Rom. 11.29.
Iudei quidam claudicant imo omnes. Rom. 11.32. secti.
Iudeorum peccata satis duriora. Heb. 3.9. sectione.
Iudeorū misera fortuna ex Josepho. Rom. 11.25. sectio.
Iudas retulit. 30. argenteos. Heb. 3.9. sectione.
Iudei sero dicent: merito hec patimur. S. Tim. 2.32.
Iudeorum pertinatia adamantina. P. Thes. 2.16. sectio.
Iuditii diem dn̄s dicitur ignorare. P. Tim. primo. 12.
Iuditii diem tunc affuturum sciamus. S. Thes. 2. pma.
Iustus vnus p decem millibus cōputatur. Heb. 11.60.
Iudicare se ipsum discrete. Rom. 2.2. sectione.
Iudicet homo primum se ipsum. P. Cor. 11.37. sectiōe.
Iudex quali gladio accingendus est. Heb. 4.13. sectione.
Iudices sine personarum respectu. Heb. 7.7. sectione.
Iuditium dei iustum vere. P. Thes. primo. 4. sectione
Iustorum fortitudo quanta. P. Cor. 11.12. sectione.

L

Laboramus magis opinione q̄ re. Heb. 12.4.
Letos paupes videb9 poti9 q̄ diuites. S. Cor. 6.7.
Legis iustitia comparatione euangelii. Phil. 3.13. secti.
Lex inobseruabilis est sicut et olim. Eph. 5.5. Gal. 3.23.
Leges Atheniensium satis optime. P. Tim. p̄. 14.
Lex et euangelium pugnant ex diametro. S. Cor. 11.24.
Lex manū prohibet: Christus animum. Heb. 9.3. sectio.
Liberū arbitrium astruitur. Heb. 6.9. Et. P. Tim. p̄. 13
Librum scripture diuine nemo totum cepit. Rom. 11.36
Libellum repudii concessit Moses. P. Cor. 7.21.
Libertas absoluta ea est. S. Cor. 11.24. sectione.
Liberalitas cum exemplo. S. Cor. 9.4. sectione.
Lingua hebrea an sit chaldea. P. Cor. 14.6. sectione.
Lingua multiplex moraliter. Rom. 3.11. sectione.
Loca quedam prophana ex delictis. Gal. primo. 3.

M

Magistri quidam Balaam q̄ similes. Heb. 5.15.
Magistri multi adhuc sunt edentuli. Heb. 5.15.
Malitia consummata ea est. Rom. 7.13. sectione.
Mala bonis vertuntur in bona. P. Tim. 4.15. sectione.
Malum minus habet speciem boni. Rom. 3.6. sectione.
Māna simile dicitur coriandro holeri. Heb. 5. infine.
Mānati verbum dei simile dicitur. S. Cor. 8.24. sectiōe.
Mansuetudo Pittaci principis. P. Thes. p̄. 5. sectione.
Maria currus dei dicitur et thronus. Gal. 4.8. sectione.
Maria speculum est et imago dei. P. Cor. 13.24.
Maria an in corpore assumpta fuerit. S. Cor. 12. prima.
Maria sine peccato inuenta est. Rom. 5.16. sectione.
Maria ex tribu Juda per Nathan exoritur. Heb. 7.13.
Mariam Joseph non cognouit. S. Cor. 3.9. sectione.
Mariam Joseph noluit traducere. Hebre. 6.10. sectione.
Margaritam quanti quidam estimauit. P. Cor. 9.28.
Matrimonii quante sollicitudines. P. Cor. 7.49. sectio.
Medicorum ars quibusdam ignota est. P. Thes. 5.13.
Medicus nouercam curare nequiuit. S. Cor. 2.6. sectiōe
Medicis cautela opus est in cura. S. Tim. 4.6. sectione.
Medicine ars non spernenda. P. Tim. 5.24. sectione.
Medicina anime inculta est et obsoleta. S. Cor. 7.12.
Memoria iustorum eterna erit. S. Cor. 8.16. sectione.
Militis grati huiusmodi sunt voces. Heb. 12.3. sectione.
Miracula de sacramento summe pacis. P. Cor. 11.31.
Misericordia dei et iustitia comites sunt. S. Cor. 11.7.
Mortis necessitas ineuitabilis. Heb. 9. infine.
Mors verius amodo somnus vocatur. P. Thes. 5.13.
Mortem sibi intulit Cleopatra. Heb. 11.45. sectione.
Mors multis est remedium. etc. P. Thes. 4.13. sectione
Mulieres quedam facile seducuntur. S. Tim. 3.7.
Mulieres sui curam q̄ maxime gerunt. Ephes. 5.26.
Mulieres ornantur vt placeant viris. P. Tim. p̄. 14.
Mundi gloria punctus vix est. S. Cor. 4. vltima.
Munera nostra quanti estimat deus. Phil. 4. infine.

N

Nauis ecclesie vnde maxime periclitat. Titū. 2. p̄.
Negociatores nō letētur et quare. P. Cor. 7.44.
Neronis domus regia cuius magnitudinis. S. Cor. 6.19
Nero antichristi vocatur imago. S. Thes. 2.15. sectione.
Nomē Christi in corde Ignatii inscriptum. Ephes. 3.14.
Nuptiarū copula dissuadetur exemplo. P. Cor. 7.50.

O

Oculis fratrū quidā stercus offundunt. P. Thes. 5.6
Ociosi similitudine taxantur. S. Thes. 3.7. et. 9.
Odium mors est anime. Gal. 5.16. sectione.
Oliua iudei erant nunc autem quercus. Rom. 11.19.
Operarii dei aliquando rari erant. S. Tim. 2.17. sectio.
Orationis locus omnis est locus. P. Tim. 2.12. sectiōe.
Orōnes scelorum nū semp audiat de9. Rom. p̄. ibi. sepe ppo.
Orationis vis quanta. S. Cor. 11.13. sectione.
Orare vt veniat regnum dei magna fiducia. Phil. p̄. 17.
Orandum quomodo. P. Tim. 2.12. Et. P. Thes. 5.13.
Orandum maxime pro regibus. P. Tim. 2.2. sectione.
Orare quomodo debet Christianus. P. Thes. 5. infine

P

PAnum quos corit Sara mysterium.Rom.11.26.
Paradisi portę iubentur amodo tolli.Heb.9.11.
Parentes plus diligunt ꝙ diliguntur.S.Cor.15.21.
Pastoris absentia quantum nocet gregi.P.Tim.2.18.
Pastores non sunt iudicandi ab ouibus.P.Tim.5.15.
Pastores multi imperiosi sunt.Titum.2.infine.
Pastor inermis veniat ad oues.P.Cor.4.infine.
Pastores vincant clementia.Heb.5.7.sectione.
Pastore illo nil miserabilius.P.Tim.3.6.sectione.
Pastoris officium quoties Moses respuit.Philem.10
Pastores mali tolerandi sunt.Rom.15.7.sectione.
Paupertas Christi quanta fuit.S.Cor.8.9.10.sectione.
Paulus fimbria Christi minimus omniū.Philem.2.
Paulus abortiuus:cum exemplo.P.Cor.15.9.sectione
Paulus cotidie moriebatur:ꝛ quomodo.P.Cor.15.31.
Pax semper est tenenda ꝛ tuenda.Rom.12.32.sectione.
Pax semper est fouēda animaliū exemplo.Rom.14.17.
Peccator habet vnde exeat de faucib⁹ ceti.P.Cor.2.7.
Peccatum frequēter pulsat ad fores animę.Rom.7.19.
Peccatū quomodo nascitur:ꝛ adolescit.ꝛc.Phil.2.21.
Peccata nō cogitāda sunt:sed recogitāda.S.Tim.2.vl.
Peccata non sunt iteranda:figuraliter.S.Cor.12.14.
Peccatum contrariis operatur.Ephes.4.24.sectione.
Peccatores sustinentur sępe malo suo.Rom.primo.39.
Peccatores non abominemur:iuxta legem.Rom.7.12.
Peccata cogitationum confitenda sunt.Rom.2.25.
Peccatori tandiu spes est corre.Gal.6.p.Et.cap.5.19.
Peccata non esse paria contra Stoicos.Heb.11.40.
Peccator an penitēs recuperet priorē statū.S.Cor.11.9
Peccatores quidam puniuntur pro aliis.P.Tim.5.25.
Peccator pgit ruēs p̄ceps ď malo in malū.Ephes.4.24
Peccatorib⁹ cōiūgere nō omnib⁹ tutū est.P.Cor.5.10.
Peccata malorum cęlum claudunt.P.Thes.4.10.
Pecunię cupido pestilens.S.Cor.12.9.sectione.
Penitendi tempus nunc est.S.Cor.6.4.sectione.
Penitentia multorum hec est.S.Cor.7.14.sectione.
Penitentiam fecit Pharao in peruersum.S.Cor.7.15.
Petrus reprehēditur ꝛ non Paulus.P.Tim.p.15.
Philosophia arguit vitia nī lat.Epla ad co.Col.p.in pnci.
Pictorum dolorum exquisitissima ars.Ephes.5.2.
Prędicant quidam peccata sua.S.Tim.4.6.sectione.
Prelati non discutiendi.Heb.13.8.sectione.
Prelati quales debent institui.Phil.3.21.sectione.
Prophetę multa fecerunt imaginarie.Rom.9.26.
Purgatorium habere hic optabile est.Heb.10.21.secti.

S

SAcerdotum peccata grauiora ꝙ populi.Heb.7.25.
Sacerdotū stultorū numerosa examia.P.Tim.3.14.
Sacerdotes quidā duplici cōfusione digni.P.Tim.5.5.
Sacerdotes q̄nta debēt fulgere v̄tute.P.Tim.5.6.et.11
Sacerdotes multi sua tantum querunt.Phil.2.27.
Sacerdotes quales sunt pręficiendi.P.Tim.3.9.secti.
Sacerdos prohibetur assistere mortuo.Heb.7.25.
Sacrificandū deo iuxta antiquos hoc mō.S.Cor.9.4
Sancta quattuor concilia.Titum.3.14.sectione.
Sancti etiam absentes adsunt.Collos.2.6.sectione.
Sapiens ille veraciter dicitur.Collos.4.3.sectione.
Sapientis cuiusdam arrogantia.P.Tim.6.4.sectione.
Saul quare reprobatus est a deo.P.Cor.primo.9.
Saul sibi ipsi imposuit:ꝛ quomodo.Gal.6.12.sectione.
Scientia de deo quam habemus hic.P.Cor.13.17.
Scorpionum natura illa est.Gal.5.16.sectione.
Seditiones.S.Cor.12.24.sectione.Et Rom.12.decima.
Senibus labores sunt minuendi.Titum.2.3.sectione.
Senum Susannę quanta peruersitas.P.Tim.5.4.
Sepulturę coruus quidam traditus est.P.Thes.4.17
Sepulturā huiusmodi quis merito accępit.Heb.13.17.
Seraphim replicant tertio/sanctus.P.Cor.23.16.
Sermo accomodandus est auditoribus.Heb.5.35.secti.
Seruis iustum etiam reddendum.Collos.4.prima.
Serui conferuntur dominis suis.Ibidem.
Seruorum quorundam leges mirabiles.Titum.2.8.
Sermones vrbani sępe nocent dicenti.Ephes.5.7.
Serui ex regib⁹ oriūdi iuxta plat.epla ad Comi.Col.p.
Sermones sale conditi tolerantur.Collos.4.4.sectio.
Simeon iustus confertur ipsi Mosi.P.Thes.5.13.
Societas bonorum prodest etiam malis.P.Thes.3.6.
Sodomorum mores apud Romanos.Rom.primo.41.
[Iten.P.Corin.7.43.Et Titum.2.tertia sectione.
Sollicitudo non omnis reprehenditur.Collos.2.prima.
Solis defectū mirantur homines.P.Cor.primo.22.
Spes que differtur affligit animum.Phil.3.27.sectiōe
Spes sola solabatur Alexandrum.Collos.primo.5.
Stellis fulgentibus similantur iusti.Phil.2.23.sectione.
Struthionum mira stoliditas.Ephes.5.15.sectione.
Superbię quattuor species.S.Cor.12.11.sectione.
Superbia mirabilis Comodi imperatoris.P.Tim.5.15

T

TAu littera signantur gementes.Heb.11.40.sectio.
Talētorum tot sumus debitores.S.Cor.8.vltima.
Templum dei tres parietes claudunt.P.Cor.3.3.secti.
Templū secūdo.46.annis reędificat.Heb.12.18.sectiōe.
Tēpli Dianę magnitudo ꝛ cętera.P.Cor.13.20.sectio.
Tēplū mētis nrę intrante dño:abscedit Dagō.Heb.5.6.
Tempori nullus precium ponit.Ephes.5.17.sectione.
Tempus ludere summa dementia.P.Cor.7.39.sectio.
Tentare deum qui dicuntur.P.Cor.10.9.sectione.
Testis incorruptus conscientia nostra.Rom.7.23.
Tribulationes iusti timent proximis.P.Thes.3.p̄ma.
Tribus iuda ꝛ Leui copulatę.S.Tim.2.12.sectione.
Tristitia Pauli de iudeis perditis.Rom.9.prima.
Triūphus Romanus quo gerebat ordine.Ephes.4.9.
Turpia decet honestis vocari nominibus.Ephes.5.7.

V

VEnena malum cōmune apud antiquos.Gal.5.25.
Verbum dei acutior omni machera.Heb.4.13.
Verbum dei sic audiendum est.S.Tim.4.7.sectione.
Verecundia in peccatore signum est salutis.Gal.6.p.
Verba dei non mittenda suibus.P.Cor.5.prima.
Veritas omnia vincit.S.Cor.13.9.sectione.
Vestis Christus est sed quibus.Heb.11.58.sectione.
Vestes ex lino lanaqꝫ texere.P.Tim.3.16.sectione.
Victoria Samsonis exponitur.Heb.11.43.sectione.
Vincit de⁹ cū iudicat ab homine.Rom.53.Et Heb.4.p.
Victoria optima tolerantia est.Rom.12.39.sectione.
Vindicare seipsum nullus appetat.Rom.12.34.sectiōe.
Vinum fugiendum exemplo Loth.P.Tim.3.17.
Virga Aarō figurauit Christi resurrect.P.Cor.15.46.
Virgines vestales apud Romanos.P.Cor.7.31.sectio.
Virginitas commendatur per figuram.P.Thes.4.6.
Virginitas iten exaltatur.P.Cor.7.3.sectione.
Virginitas habet vnitatē ꝛ cętera.P.Cor.7.47.et.51.
Virt⁹ nob̄ insita est a natura.Rom.2.ibi ostēdūt op⁹ leg.
Virtus vnde incipit.P.Thes.1.5.sectione.
Virtutes nutrire nostra interest.P.Thes.5.20.sectiōe.
Virtutes sic acquiruntur.S.Cor.9.13.sectione.
Virtutes sic a vitiis differre videntur.P.Thes.5.8.
Virtus pluris ęstimari debet ꝙ fama.S.Cor.6.14.
Vita seculi non repetenda.Gal.4.15.sectione.
Vita actiua ꝛ contemplatiua.Heb.4.9.sectione.
Vitam per totam discendum est mori.P.Cor.9.26.
Viuere mundo quid sit reuera.Gal.2.infine.
Vitiis irascendum est non naturę.S.Thes.3.11.sectione
Vnitatem dei scriptura inculcat.P.Cor.8.3.sectione.
Vrię litterę allegorice.Rom.2.16.sectione.
Vul deus omnes saluos fieri.P.Tim.2.7.sectione.

¶Finis tabulę anno.1537.explicitę.

¶Incipit argumētū in eplam ad Galatas.

GAlatę Gręci sunt: sed ex Gallis oriūdi: Vnde iuxta beatum Hieronymū originis ingenium ingenii tarditate referebant. Proinde & apostolus illos obiurgās, insensatos appellat: ad quorum ingenium suum attemperās sermonē: acerbius illos castigat ꝙ vllos in ceteris epistolis: redarguit magis ꝙ docet: vt quibus ratio suadere non poterat: reuocaret autoritas. Agit autem apostol⁹ in hac epistola qď in ceteris: vt videlicet a legis Mosaicę seruitute inuitet ad euāgelii libertatē: quod quidem agit in epistola ad Romanos. Nam vtrisqꝫ idem error acciderat, sed tamē diuersa ratione. Romani enim primū in iudaismū inducti: postea respuerūt: Galatę recte ab aplo in fide instituti: pseudapostolorū fraude in seruitutē fuerunt retracti. Ad hos igitur subierant pseudapostoli velut a Petro & Iacobo qui videbātur columnę esse ecclesię & pręcipui inter aplos missi: & Pauli autoritatē calūniis elidebāt: negātes illi fidem adhibēdam qui sibi dissimilis esse: Nunc legis vtens ceremoniis susceptis votis rasoqꝫ capite: sicut habes in Actis, cap.xxi. Et circūciso Timotheo, ibidem cap.xvi. Nūc cum Ethnicis legē negligens ac damnās: potius aūt audiēdos eos qui cum Petro & Iacobo versati fuerant: quiqꝫ dñm iesum vidissent cū Paul⁹ nec vidisset christū: & discipulorū dumtaxat discipulus esset, non christi. Proinde apls acri & mordaci oratione: (neqꝫ enī est vlla epistola cōcitatior) salubriqꝫ autoritate & clemente seuitia simul & Galatarū errori medet: & suam asserit autoritatē: & pseudapostolorū aperit fraudem. In ipso statim limine epistolę testatus sese vel pręcipuis aplorum parem: aut etiam superiorē in hoc ꝙ euangelii prędicandi autoritatē a christo iam in cœlo sedente accepisset cœlitus: atqꝫ tali autore fretum: in Arabia & Damasci aliquāto tempore prędicasse christū: anteqꝫ cum quoqꝫ aplorum cōtulisset: Deinde Hierosolymis vidisse quidē Petrum & Iacobum diebus aliquot: nec quicqꝫ tamē ab illis adiutum esse. Deinde in Syria & Cilicia quattuordecim annis prędicasse: donec adueniens per reuelationē Hierosolymam reuersus vna cum Barnaba ac Tito: cum maiorib⁹ cōtulit euāgelium suum: non ꝙ post tot annorū prędicationē venisset in dubium vtrū vera essent quęcunqꝫ p̄dicauerat: sed vt ex eorum cōprobatione quorū summa erat apud omnes autoritas: magis cōfirmarētur ceteri: sed ita cōtulisse cum Petro: vt ab eo nihil accesserit quod ad euāgelii prędicādi rem attineret: et adeo non fuisse se compulsum a Petro: vt gentib⁹ legis iugum imponeret: vt Antiochię Petrum cibis cōmunib⁹ vescentem: vbi se metu superuenientiū iudeorū e cōuiuio subduceret: palam in faciem repręhēderet: docens ex fide dari remissionē peccatorū et vitam ęternam: non ex obseruātia iam abolitę legis. Hoc veluti Petro dici inceptum, latius prosequit cōuersus ad Galatas: deducens eādem cōclusionem videlicet legem Mosi ad tempus fuisse datam tantū: & ad vnum scopum idest christum illa spectasse omnia. In illa fuisse carnem & vmbras: in euangelio spiritū & vitam ęternam: ibi imaginē & seruitutē: Hic veritatē & libertatem. Summe autem stulticię esse gustatis melioribus fructibus terrę nobis promissę suspirare ollas ęgyptias: cepe & allia: & pepones. hec agit a primo cap. vsqꝫ ad quartū inclusiue. Deinde grauiter interminat⁹ eis ne circūcisione recepta turpiter se dedant in seruitutē legis: ostendit fidelium libertatem non esse licentiā peccandi: sed magis voluntarię bene de omnibus p̄mereri per charitatis opera non per ritus ac legis obseruantias. Vltimo hortat ad christianā vnitatem ad subleuādos infirmiores lapsos: ad bñfaciendū iis qui nos in fide instruxerunt. Breuiter in odium vocat pseudapostolos: qui non ob aliud volebant circūcidi Galatas: nisi vt super hoc gliarentur velut autores huius facinoris. Hanc eplam vt apparet Paulus quo singularē erga Galatas testaret affectum totam sua manu scripsit cum in aliis soleat dūtaxat subscribere: licet in hoc aliter Hieronymus sentiat: sicut dicet suo loco. Nostra argumenta testant scriptam esse ab vrbe Epheso: gręcorum inscriptiones ab vrbe Roma. Explicit argumentum. Incipit epla ad Galatas.

Incipit epistola Pauli ad Galatas.

Primum Caput.

Aulus Apostol⁹ nō ab hominibus neq; per hoiem: sed p Iesū Christū & deū patrem qui suscitauit eum a mortuis & qui mecum sunt omnes fratres ecclesiis Galatię grā vobis & pax a deo patre nostro & dño Iesu christo qui dedit semetipm pro peccatis nostris: vt eriperet nos de p̄senti sęculo neq;: secundū volūtatem dei & patris nostri: cui est gloria in secula sęculoꝝ amē: Miror q; sic tam cito trāsferimini ab eo qui vos vocauit in grām christi: in aliud euangeliū quod nō est aliud: nisi sunt aliq qui vos cōturbant & volūt cōuertere euangeliū christi. sed licet nos aut angel⁹ de cęlo euāgelizet vobis pręter quod euāgelizauimus vobis: anathema sit. sicut prędixim⁹ & nunc iterum dico: si quis vobis euāgelizauerit pręter id quod accepistis: anathema sit. Modo enim hominib⁹ suadeo: an deo? an quero hominibus placere? si adhuc hoibus placerem christi seruus nō essem. Notum em̄ vobis facio fratres euāgeliū quod euangelizatū est a me: qḋ non est secūdum homine. Neq; enim ego ab homie accepi illud: sed per reuelationem.

i. Paulus apostolus nō ab hominibus ⁊c.) et qui mecū sunt omes fratres scribim⁹ vobis hanc eplam quicunq; per omnē Galatiam christo initiati estis et renati per spm̄ sanctuz per quem donat nobis regnatio ⁊ remissio pctōꝝ. Paulus igit cęli ciuis: ecclesiaꝝ colūna: terrestris angel⁹: cęlestis homo: vocatus e cęlo vt euāgelium ęternum prędicaret in gentes: totū orbem pcurrens vt spinas euelleret: errores fugaret: veritatē reduceret: ⁊ ex hominib⁹ angelos faceret: vltra humana raptus in tertiū cęlum: cęlestia secreta cognouit: vt ecclesiaꝝ futurus doctor inter angelos disceret qḋ inter homines pdicaret. Is igitur est qui non ab hoibus institut⁹ est apl's gentiū: sed christo dño iam patri cōregnante: vocāte eum de habitaculo sancto suo: vt per hoc Paul⁹ videat maior cęteris apostolis per qḋ
Actu.9. videbat inferior. Videbātur em̄ cęteri apli eo maiores:
Matth.20. tum q2 prius vocati sunt (sed cum multi sint vocati: vn⁹ tantū vocatur vas electiōis.) tum q2 cum xp̄o conuersati sunt via veritate et vita qñ primū baptizatus est annoꝝ.30. a quo edocti sunt euangeliū regni. At Paulus iam christo in cęlo sedente: ⁊ cui mors vltra non domi-
Roma.6. nabit. Euangeliū autē non paulatim didicit ⁊ per quasdam temporꝝ intercapedines. (Sed comede inqt librū istum ⁊ vade ad filios israel et loquere eis. vide optime Ezech.3.in prin.) sed per reuelationē: ita vt post aliquot dies a cōuersione sua quos Damasci peregit: cōtinuo ingressus synagogas pdicaret Jesum. Actu.9. Uocatus est autem a deo patre qui eūdem dñm nostrum iesum christum suscitauit a mortuis. Si igitur per iesum christum dei filium apostol⁹ sum missus ad gentes ⁊ euāgelij pręco: manifestū est qm̄ non sum cōtrarius deo patri: si prędicem abolitam legem: quam iisdem pater ad temp⁹ de derat ⁊ vni tantū genti donec veniret tēporis plenitudo. Gal.4
Nihil enim aliud doceo: q̄ declinasse vmbras: radiante luce euāgelij. Is igitur apl's hanc scribit vobis qui estis ij.
Galatię eplam ⁊ qui mecum sunt omnes inquit fratres. Utriq; ergo eplam scribimus: ⁊ vtriq;. [Optamus vobis omnibus primū quidem grām diuinę bñdictionis in remissionem pctōrum: pacemq; signum diuinę reconciliationis: quoꝝ vtrumq; non a Mose sperādum vobis noueritis. i. a lege que iam veterauit: sed a deo patre a quo ⁊ bona cuncta pcedunt: ⁊ a domino nostro Jesu christo. Quē tamē vos iniuriose ęquatis Mosaicę legi: quando sacrificiū eius vespertinū asseritis non sufficere ad salu- Ps.140.
tem (quomō nec lex ipsa qñquidem infirmabat per carnem.) Reuera autem ipse est ppitiatio nostra ⁊ pax. Sicut autem est quedam pax que vocabat pax pctōruz: ita Ps.72.
⁊ apud veros dei cultores etiam ipsa bella pacata sunt: que non cupiditate aut crudelitate: sed pacis studio gerunt: vt mali coerceant: et de manu inimicoꝝ nostroꝝ li- Luce.1.
berati: seruiam⁹ illi in sanctitate ⁊ iusticia. [Qui dedit semetipsum pro peccatis nostris:] hoc est sponte se obtu- Apoca.5.
lit: qm̄ non erat alius qui aperiret libruz ⁊ signacula ei⁹. Holocaustū et pro peccato nō postulasti: sacrificiū ⁊ ob- Ps.39.
lationem noluisti: tunc dixi: ecce venio. Si igitur semetipm dedit pro peccatis nostris delendis: quem locuz putamus habere legem? vere iam irrita est ⁊ inanis. [Dedit autem semetipsuz:] vt quasi per vim eriperet nos de iij.
p̄senti sęculo nequam: qḋ videlz ad nequitiā ptrahit: suis illecebris irretitos. Non q; mūdus iste creatus a deo sit malus: sed qm̄ in eo stultoꝝ infinitus est nūmer⁹: Quomodo alibi dicit apl's: qm̄ dies mali sunt. Ephes.5.cap. Eccl.1.ca.
Et sufficit diei malicia sua, Matth.6. et mūdus in mali- 2.Timo.3
gno posit⁹ est: ⁊ tēpora periculosa. Est Romę porta que olim vocabat Carmētalis nunc vero scelerata vocat: ex eo q; per eam sex ⁊ trecēti Fabij cum clientib⁹.5000. egressi aduersus Ethruscos: ad amnē cremeram omnes interfecti sunt. Sic sceleratus campus Romę vocat⁹ est pxime portā collinam: in quo virgines vestales que incestū fecerāt defossę sunt. Et scelerat⁹ vicus Romę in quo cū Tarquin⁹ supbus interficiendū curasset Seruiuz regē socerū suuz: corpori eius iacenti filia Carpento supuecta est: pperās in possessionē domus pṙnę. Hoc modo dixit Josue de vrbe hiericho: Maledict⁹ vir q̄ suscitauerit ⁊ edificauerit ciuitatē Hiericho. ⁊c. Josue.6.ca. Salt⁹ qui ple- Hieronym⁹
ni sunt latronib⁹ ⁊ gladi⁹ tyrānoꝝ ⁊ calix in quo venenū tēperat maledicitur: qm̄ non soluz tēpora sed etiā loca ⁊ instrumēta maloꝝ traxerūt infamiā ex his q̄ in eis fiunt. Qḋ ait fili⁹ dei p peccatis nr̄is diluēdis traditus est: et vt nos eriperet de p̄senti sęculo neq̄: non p meritis nr̄is factum est: sed secūdum volūtatem Dei ⁊ patris nostri: Cui est gloria in sęcula seculorū amen. Quod dicit sęculo nequā: Grece est αἰῶνος πονηροῦ idest sęculo malo vl' maligno: misero ⁊ versuto ⁊ nequā. Merito igitur miserum est ⁊ malignum: qm̄ amor dei et sęculi huius pariter in vno corde habitare nequeūt: quēadmoduz oculi pariter cęlum ⁊ terram ex opposito diametro nequaq̄ cōspiciunt. Nequā est qḋ tanq̄ mare salsitatibus amarū est: fluctibus diabolicis quatitur: vitioꝝ tempestatib⁹ cōmouetur. Unicuiq; autem sua cupiditas Matth.14.
tempestas est: vt merito vocetur maloꝝ mare: super qḋ

ambulat cum Petro qui deum amat. Qui autem de sę-
Exo.14 culo fugit: inter vndas ambulat cum israel. Cęterū qui
iiij. sęculum diligit ⁊ que in eo sunt: demergitur in pfundum quasi lapis. Sęculum enim istud sicut dicit Augustinus
Augustin⁹. amatores suos vorare nouit: non portare. Si autē cum Petro inter vndas periclitaris: exclama et excita eū qui potest imperare ventis ⁊ mari ⁊ obediunt ei, hucusq; sa-
Mar.4. lutatio. [Miror q; adeo cito transferamini ab eo qui vocauit vos in gratia christi in aliud euāgelium: quod non est aliud: nisi q; quidā sunt qui vos cōturbant: ⁊ volūt subuertere euangeliū christi fugientes de lętitia ad laqueū: deq; portu ad pelagus: de libertate ad seruitutem: qḋ nullus sanę mentis facit.] Qḋ dicit: in gratia christi: id est per grām christi intellige. Miror inqt quid acciderit vobis vt semel angeli admonitione ac ductu: relicta ęgypto
Exo.15 domo seruitutis: vbi cantastis dño pro submersis hostibus: amodo suspiretis dolentes pro piscib⁹ quos gratis
Nūe.11.c. comedebatis. Et quidē sapientis esse mutare consilium non abnuo: sed in melius. Quis autē vobis tandem cōsilium submisit inutile: Diuorū sanamq; exemit pectore mētem? Unde tanta incōstantia? vnde ista tanta leuitas? vt tam cito transferamini ab eo qui vos vocauit in admirabile lumē suum ac in veram ⁊ perpetuā libertatem spiritus? Transferimini inquā ab eo qui vocauit auersos: in aliud euangeliū: cum tamē nullum aliud sit neq; futurum sit: pręter id quod a nobis est pdicatum et cōfirmatum a deo sequentib⁹ signis. hoc est loqui iudaicam lin-
2.Esdre.13 guam simul ⁊ azoticam. Per aliud enim euangeliuz nihil aliud intelligit q̄ doctrinā quācunq; diuersam a christi euangelio. Qui igitur aliud euangelium prędicant: quid aliud nitūtur facere q̄ peruertere euāgelium christi in in Mosaicam seruitutem? [Uerumetiā si nos aut
v. angelus e cęlo prędicauerit vobis euangelium pręter id quod pdicauimus vobis: anathema sit.] Et repetit eandem sentētiam subinde ad maiorem cōfirmationem dicens: Queadmodum pdiximus: et nunc iterum dico: si quis vobis prędicauerit euāgelium pręter id quod accepistis anathema sit. Absit inquit apostol⁹ vt vos cuiuscunq; hominis autoritas siue etiam angeli ab euangelij stabilitate ⁊ libertate cōmoueat: etiam si nomine Petri aut Joannis aut Jacobi talia persuadeat quicūq; is fuerit qui sub eorum nomine pdicat legem simul cum euāgelio seruādam. Jmo vt simul edicam quod veritas habet: etiam si angelus vobis aliud euangelium prędicet: anathema sit vobis quasi Sathanę angelus non Jesu christi. Leuterius insanus inquit: Docendi sunt christia-
Gregori⁹. ni plus diligere excōmunicationē q̄ timere. Gregori⁹ autem dicit: Sentētia iudicis timenda est: quia quod ligaueris in terra: ligatuz est in cęlo: quod est mirabile vt ecclesia triumphans sequat decreta ecclesię militantis. Sicut dicit Hieronym⁹: anathema ppriuz verbū est hebręis: quo extremā maledictionē significare solēt. Dicit autē ἀνάθεμα, ἀπὸ τοῦ ἀνατίθεμαι, quod est sursum et separatim ponere: sicut ponebātur seposita ⁊ sursuz suspensę in templis res que templis donabant. Igitur siue angeli siue apostoli
Nūe.xvi. aliud pdicent q̄ a nobis audistis: maledictiōi ęternę subiaceāt: cum Dathan et Abiron. nisi forte angelus hic est qui tanquā fulgur de cęlo ruit: qui datus est Paulo in
2.Cor.12 stimulum carnis. Et sciendum q; vtraq; pars istius cōditionalis erat impossibilis: videlz q; angeli prędicarent aliud euāgeliū ab euangelio christi: et q; angeli sint ęternę maledictioni subiecti: ⁊ tamen tota cōditionalis est vera ⁊ patz. Et ne quis putet apostolū ira cōmotum: ⁊ quasi impotentē animi sui talia verba dixisse: cum bñdicendum sit his qui nobis male precant: et bñfaciendum om-
Matth.5 nibus ⁊ amicis et inimicis: etiam atq; etiam eādem sententiā repetit vt diximus. Nullius enim hominis sed nec
vi. angeli quidē autoritas apud vos valere debet: quoties de fidei rectitudine agit: Qm̄ sicut dicit philosoph⁹ pmo Ethic. pro defensione veritatis etiam ppria impugnare oportet presertim phos: nam cū ambo sint amici ⁊ Plato et Socrates et veritas: pium est veritatem in honore veritas.
pferre. Semp igitur amāda est veritas: sicut dicit Hie- Hieronym⁹
ronym⁹: nec timenda hominuz multitudo qui increpati: correctionē non sustinent: sicut ad Hieremiā loquit domin⁹ dicēs: Nec enim timere te faciam vultum eorum. et sequit: Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem muni- Hiere.1.c.
tam: ⁊ in colūnam ferream: ⁊ in murum ęneum sup omnem terrā. ⁊c. Quod dicit hodie: totum p̄sens intelligit sęculum. Eris inquit non vna turris: sed ciuitas inexpugnabilis et murus ęneus qui nulla violatur rubigine: nec cęsus imbribus deperit: sed vetustate fit fortior. Bellabuntq; contra te reges: principes ⁊ sacerdotes populiq; dura ceruice ⁊ indomabili corde: sed ipsi collisi nō pręualebūt: quia ego tecuz sum. Tale debet esse cōstans ⁊ immobile ppositum eius qui prędicat euāgelium regni dei vt nulla autoritate aut aduersitate frangatur: sed Actu.5.ca.
sicut scriptuz est pergat libenter a conspectu concilij qm̄ dignus habitus est pro testimonio veritatis cōtumeliam pati. vnde infert apostol⁹. [Nūc enim homines suadeo: alias cōfido πείθω. an deum? idest an humana suadeo an diuina? Modo igitur posituz est pro nunc: significās postea q̄ vocatus est de cęlo: prostratus: excecatus: illuminatus ⁊ missus vt portaret nomen christi in vij.
gentes: nihil aliud spectare q̄ quod ad dei pertineat honorem: cum olim in iudaismo multo ab his diuersa senserit: acceptis epistolis a principibus sacerdotum: obse- Joan.16.
quium arbitratus se pręstare deo. [An quero hominibus placere? Sicut inquit euangelium non ab homine accepi aut didici: sed a deo per reuelationē: Ita deo placendum est quem solum habere volo bonorum meoruz remuneratorem. Quandiu igitur legi seruiebam vm- Hebre.8.c
bręq; ac exemplari cęlestiū: Mosaicę legis pręcepta seruare curę fuit: postq̄ autē crescente christo Joannes mi- Actu.5.
nutus est in capite: obedire oportet deo magis q̄ hominibus. Sed quid dicimus magis q̄ hominib⁹? magis dicamus illud ex eodem apostolo Paulo. Si adhuc hominibus placerem: hoc est placere vellem: cum nemo possit duobus dñis seruire quales sunt Moses et Chri- Mat.6.
stus: lex et euāgelium: gratia ⁊ timor: ventos viderer venari: imo christi seruus non essem. duos insequēs lepores: nullum cępi. Euangeliū enim tendit per viam compendij ⁊ amoris: lex vero via opposita. Si em̄ dantis gloriam quęrim⁹: etiā publica nr̄a opera in cōspectu dei occulta fuam⁹: sin vero laudis vanę nos titillat aura: foras iam opera nr̄a effusa sunt: etiā si a multis ignoret. Scriptum est em̄: Tradidit in captiuitatē virtutes eorū ⁊ pulchritudinē eoꝝ in man⁹ inimici. Omē. n. bonū qḋ agim⁹ manib⁹ inimici tradit: ex quo semel per cōcupiscētiā laudis trāseuntis cū Dina filia Jacob foris vagamur: sicut cuidā dicit in figura: qui postq̄ vna prece ⁊ sub vna nocte 185000. strauit: occasuz solis proximū ad ortū reuocauit ⁊ vitam morti pximā in longiora spacia ptelauit: su- Grego.
sceptis Babyloniis nunciis: bona omia que possidebat ostēdit: Ecce dies veniūt: et auferent omia que in domo tua sunt in Babylonē. quomō dicit ⁊ in Joele: Decorticauit ficum meā: nudās expoliauit eam: albi facti sunt rami eius. Mens em̄ que per iactantiā pditur: decorticata ficus recte dicit. Candida est em̄ per hoc qḋ cernit: tamē siccitati pxima per hoc qḋ tegmine nudat. Uas em̄ quod non habz operculum fm legē immundū est: de operimento Apostol⁹ dicit: Gloria nostra hec est testimoniū cōscientię nostrę. Quasi latruncul⁹ est quippe appetit⁹ laudis vanę: que retro itinere gradiētibus ex latere insiliit: quo fit vt sępe opus culpa peragat quod charitas inchoauit. Prouidem⁹ em̄ bona nō tm̄ coram deo. Cōscientiā itaq; debemus deo: cōuersationē autem nostrā proximo: sicut dicit apostol⁹: Sine offensione estote iudęis ⁊c. Ergo cōtra temerarios iudices: detractores: susurrones: murmu-

ratores querētes suspicari quod nō vident: querētes etiā iactare quod non suspicant: sufficit cōscientia. Nec in illis quibus placere volumus: queremus nostrā gloriam: sed eorum vtilitatē: vt non nos sed deum laudent qui tales fecit: Matth.5 vt glorificent inquit patrem vestrū qui in celis est. Qui igitur hominib9 placere querit propter homines ipsos: hominū seruus est non dei. Cui dicit: j.Cor.7. Empti enim estis precio: nolite fieri serui hominū. Sunt tamē nōnulli qui dum malefacta hominū laudibus efferūt: augent que increpare debuerant: sicut scriptum est: Ezech.13. Ve illis qui cōsuunt puluillos sub omni cubito manus: et faciūt ceruicalia sub capite vniuerse etatis. viij. Ad hoc enim puluillus sub cubito vel ceruical sub capite iacentis ponit: vt molliter quiescat. Grego. Qui ergo male agentib9 adulatur: ceruical sub capite ponit: vt qui corrigi ex culpa debuerat: in ea fultus laudibus molliter quiescat. Libere autem et sine adulatione veritatem predicātes: gratiam non habēt apud hoīes. Tullius. Sicut autē dixit Tullius: Cuius aures clause veritati sunt vt ab amico verū audire nequeat: huius salus desperāda est. Chrysost. Adulator omīs virtutū inimicus est sicut dicit Chrysostom9: et quasi clauū figit in oculo illi9 cum quo sermonē conserit: eoq; magis cauēdus est quo sub amantis specie nocere non desinit: donec rationis obtundat acumen et modicū illud luminis quod adesse videbat extinguat. Habet enī assentatio pncipia iucunda: sed eadē exitus amarissimos affert: vt merito dicat apl's: Si hominib9 placerē: christi seruus non essem. Si igitur inquit visus sum aliqñ hominib9 voluisse placere videl; Actu.16. cum Timotheū circūcidi: cum assumptis mecū quibusdam iudeis viris ingressus sum templū annūcians Actu.21. expletionē dierum purificatiōis: hoc non tam ex animo feci q̄ ad sedandum tumultū in populo: non q̄ in hisce rebus iam tunc aliquod presidium salutis cōstituerim: sed ideo me pro tēpore accomodaui meor; affectibus. Interim seruiēs Scene: et Polypi mētem obtinens quo plures dño lucrarer: ix. vndecūq; querens lucra christo ex cōmissis mihi talētis. Nunc qñ video pseudapostolos inde Matth.8 occasionē nancisci vt dicant necessariā fore obseruantiam legis simul cum euāgelio: nō modo iudeis: sed et his qui ex gentib9 veniūt recumbere cum Abraam Isaac et Jacob in regno celor;: palam ac cōfidenter reclamandū est cum filijs prophetarum: 4.Reg.4. cap. mortem videl; esse in olla. i. in lege que iam mortua est et abolita. Ne autē et vos demiremini quomō tam cito relicta lege et pr̄nis institutionibus quas a teneris vnguiculis vt dicit triueram: transtulerim me ad euangeliū: de quo nihil ante audierā donec vocat9 sum de celo: audiuiq; Saul: Saul quid me persequeris? operepreciū erit vobis ordinem rei geste narrare: quo magis intelligatis me nō temere reliquisse mosaicos ritus ac iugum vix portabile legis: totaq; fiducia predicare euangelij libertatem. vnde sequit. [Notum vobis facio fratres euāgelium quod euangelizatū est a me non esse sm hominē. Neq; enim ego ab homine accepi illō neq; didici: sed per reuelationē Jesu christi.] Leges inquit et humana statuta non diu permanent sed mutantur ac antiquant sm tempor; rationem: et mores hominū qui nunq; in eodem statu persistunt. Augustin9 Alia instituta iudeis data sunt: tanq; adhuc carnalib9 et suspirantibus Marc.11.ca. egyptias ollas. Alia vero nobis data sunt tanq; filijs et quibus libertas in precio est. Unus tamē deus per sanctos prophetas et famulos suos sm ordinatissimā distributionem tempor; dedit minora p̄cepta populo quē adhuc x. timore alligari oportebat: et per filium suū maiora pplo ex iudeis et gentib9 adunato quē charitate iam liberari cōuenerat. Cum igit lex datur minorib9: euangeliū autē maiorib9: ab vno et eodem deo datū est vtrūq;: qui solus nouit cōgruētem suis tpibus generi hūano exhibere medicinam. Et maiora quidem sunt p̄cepta atq; excelsiora que in euangelio tradunt: sed propter regnum celorū: minora aūt exiguis premijs remunerant in terra. Hoc igit velim vobis persuadeatis: qm̄ euangeliū quod in vobis p̄dicaui non est autoritatis humane: vt ad cuiusq; hominis imo et angeli autoritatem debeat immutari. Nec enī ego illud ab homine accepi: sed ab eodem a quo et Moses legem accepit in mōte Sinai. Imo vt audaci9 aliquid dicam: Moses cū angelo loquebat in monte Sina sicut dicit Actu. cap. 7. Actu.7. a quo et accepit legis tabulas quas populo traderet obseruādas: ita vt quasi per interp̄tem loquerent cum deo: et hoc in medio nubis et caliginis. Ego autem nec ab homine illud accepi quod p̄dico euāgeliū: nec ab angelo: nec in lapideis tabulis: sed deo reuelāte per seipm̄ non per angelū: nō in caligine sed in paradiso dei: nō in tabulis lapideis sed in tabulis cordis carneis: non. 40. dierum spacio sed fortassis per triduum tm̄: non mortalib9 vtens sensib9: sed in corpore an extra deus nouit. Unū hoc scio q̄ accepi illud et didici per reuelationē 2.Cor.12. iesu christi. Distinguit aūt Hieronym9 inter hec duo verba: accepi et didici. Accepimus enī quod nostrū non est: sed ab alio traditū: discimus cuius mysteriū nobis aperitur. Ceter; grece non est didici sed ἐδιδάχθην. i. edoctus sum: qd̄ absolute potest accipi. nō sum Actu.2. doctus: sed afflatus: quomō apl'os legimus in aduentu spūs sancti repēte cepisse loqui diuersis linguis: xj cum ante vnam vix tantū calluissent. Verbū autem reuelationis negat Hieronym9 vsq; apud Ethnicos scriptores inueniri: verū id cum multis alijs confictū fuisse a septuaginta: quo cōmodius explicarēt noua dei mysteria. Quod aūt nec ante cōuersionē suam ab homine euangeliū acceperit: nec post: id in cōsequentibus aperit dicens.

[Audistis enim conuersationē meam aliqñ in iudaismo: qm̄ supra modū psequebar ecclesiam dei: & expugnabā illam & p̄ficiebā in iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo: abūdātius emulator paternarū mearum traditionū. Cum autē placuit ei qui me segregauit ex vtero mr̄is mee: & vocauit per grām suam: vt reuelaret filiū suum in me vt euāgelizarē illum in gentib9 cōtinuo: nō acquieui carni & sanguini: neq; veni Hierosolymā ad āncessores meos apl'os: sed abij in Arabiā: & iterū reuersus sum Damascū. Deinde post annos tres veni hierosolymā videre Petrū: & mansi apud eum diebus. xv. alium aūt apl'orum vidi neminē nisi iacobū fratrē dn̄i. Que aūt scribo vobis: ecce corā deo q̄ nō mētior. Deīde veni in partes syrie & Cilitie. Erā aūt ignot9 facie ecclesiis iudee q̄ erant in christo. Tantū autē auditū habebāt: qm̄ qui psequebat nos aliqñ: nunc euāgelizat fidem quā aliqñ expugnabat: & in me glorificabāt deum.

[Audistis aliqñ cōuersationē meā: (audistis famā sed grassatoris nō pastoris) quondā in iudaismo et qualē cōuersationē? Saulum adhuc spirātem ignes minas et cedem Actu.9. in discipulos dñi. etc. Quid est autē qd̄ dicit: adhuc spirans? quasi inquit nō satiat9 cede Stephani: persecutione apostolorū et ecclesie: adhuc quasi seuiens tigris insiliensq; in caulam ouium: agnum inde rapiēs: audacior fit: et vires acquirit ex preda: sic Paulus in chorum apostolor; insiliens Stephanū rapuit: et tunc audacior fact9 ac ferocior adhuc spirans ignes furiarum infernalium: acceptis epistolis ibat in Damascū. etc. Hec est conuersatio Pauli in iudaismo: de qua sequit. [Quod supra modum persequebar ecclesiam dei: et expugnabam illam.]

Quo pgis Encelade: quascūq; accesseris oras: sub Ione semper eris. Nil his technis proficis: nil pagis. Quem principes tui ligno appēderūt: in celo sedet. Quem persequeris j.Reg.24. Saul: num canem aut pulicem vnu;? Num leonem de tribu Juda qui cum preda ascendit ad patrem Aquila celos penetrauit: nō eam apprehēdes: serpēs vestigia nulla in petra impressit: Puerb.5. qui secum portas detulit ciuitatis: et signato sepulchro aufugit. Ecclesiam persequeris: vestigium nullum reliquit in aquis: cuius in celis est cōuersatio. Accepit enim alas duas aquile vt volaret post eum qui exultauit vt gigas. Ps.18. etc. Cecus viam viri queris: quam nec Salomon inuenit: nisi tu is es qui lunam deponas e celo: offundas soli tenebras: flumina sistas a cursu suo et celum simul. Imperiū spūs sequitur rota hec. Ezech.1. Quid ceco cum speculo: nūquid reuocare vis hesternum diem legis que iam p̄teriit? Canti.2. Jam enim hyems abijt: et flores euangelij apparuerūt. Dicebat enim illud ex Hieremia: Hiere.11. Venite mittamus lignum in panem eius et eradamus eum de terra viuentiū: et nomen Jesu christi non memoret amplius. Et respondet ppheta: Tu autē domine sabaoth qui iudicas iuste: et probas renes et corda: videam vltionē tuam ex eis. Filij enī matris mee pugnauerunt contra me: Canti.p. Paulo duce et persecutionis autore. xij. Quodq; dicit expugnabam: Grece est ἐπόρθουν, quod verbū pprium est populantiū et excindentium capras armis vrbes. Expugnauerat autē ecclesiam paruulā quidem sororē suam et que necdum vbera habebat: quantum in ipso erat: licet non expugnauerit: sed magis oppugnauerit: tamen quātum ad animū illius hoc agebat vt radicitus et funditus de terra tolleret memoriā nominis christi. Deuastabat igit eam quasi aper de sylua: ac more fere omnis populantis: sicut dicitur: Ps.79. singularis ferus depastus est eam. Et sane existimabat apostolus gratissimū se obsequiū prestare deo: Joan.16. Cum tamē inscius et ignorās: contra christum certamen gereret a quo audiuit: Actu.9. Durum est tibi contra stimulum calces mittere: vnde grauius ledendus es. [Et proficiebam in iudaismo supra multos coetaneos meos in genere meo: abūdantius emulator existens paternar; mearum traditionū:] siue cum essem vehementer studiosus paternar; mearum traditionū: erat rhinoceros cornu gerens in fronte. Nunc vero tanta arte aream dei congregat: quāta illam prius cornu ventilabat. Job. 39. Et succedebat inquit res: nam adeo studiosus eram imbibere quasi recens testa vt dicit humana illa instituta tradita mihi a maioribus meis: vt multos antecederem mihi coeuos in studio legalium obseruantiarū: eo sanctior habitus: quo pertinaci9 adherebam. Et quidem errabam sed non affectu. Propterea et apostol9 audiens Stephanum orātem pro inimicis: et flexis genibus: et videns mansuetudinem eius: qui post orationē quam pro persequētibus fudit: obdormiuit in domino: cito post cōuersus est. Quippe exaudit9 est Stephanus: sicut et christ9 increpe: Luc.23. vterq; tn̄ pro illis orauit qui nescirēt qd̄ facerēt. Hinc illa vox Pauli ignorās feci. j. Timoth. 1. Obturatus est igitur vnus fons Stephani: et apertus alter qui erumperet in quattuor flumina. Nam postq; siluit os Stephani: statim sonuit tuba: imo et tonitruū Pauli. Sic deus prospera cuncta facit ecclesie. Nō enim talē illi eiecerūt militem ab exercitu qualem in locu; eius submisit christ9. Chrysost. Adhuc spirantē et insanientem et infrenē et p̄cipitem in sanguinē: talē christ9 corripuit: et sistere fecit a cursu suo: sicut sequit [Cum aūt cōplacuit ei etc. quodq; dicit emulator. i. ζηλωτής xiij. ab immodico et superstitioso studio et amore legis Mosaice zelotem se appellauit. Sicut autem dicit Hieronym9 Hierony. plurimū prodest Galatis narratio hec: quomodo Paulus apostolus vastator quondā ecclesie: et iudaismi acerrimus defensator ad fidem christi repente cōuersus sit: et hoc eo tēpore quo crucifixus primum annūciabatur in mundo: quo nouū dogma et a gentibus et a iudeis totius orbis finibus pellebatur. Dicere enim poterant: si ille qui a parua etate instructus est pharisęorum disciplinis: qui omnes coetaneos suos in iudaica traditione superabat: nunc defendit ecclesiam quam nuper vel quondam expugnauerat ac validissime persequebat; et magis christi gratiam et nouitatem vult habere cum odio et inuidia omniū: q̄ vetustatē legis cum laude multorū; Quid nos facere oportet: qui ex gentilitate cepimus esse christiani? Et pulchre adiecit: Supra modum: Nemis et velis vt dicit: vt hinc quoq; admiratio nasceret q̄ non vnus quilibet de his qui persequebant ecclesiam: sed ille qui ceteros in persecutione vincebat: cōuersus ad fidem est: vt intelligamus quasi quēdam grassatorem et predonem ecclesie esse cōuersum. Deniq; scriptum est Gene. 44. cap. Gene.44. Imple saccos eor;. i. filior; Jacob frumēto quātū possunt capere: et pone pecuniā singulor; in summitate sacci: cyphum autem meu; argenteū Figura. et precium quod dedit tritici pone in ore sacci iunioris. Quid est qd̄ in sacco Beniamin inuenitur cyphus: nisi q̄ in corde Pauli celestis doctrine iam prefulgebat eloquium dum esset erudit9 in lege. Beda. Pauli enim zelus pro lege Mosi: pro qua persequebat ecclesiam dei: putās se deo placere tanq; illustre erat vitium: sed magne feracitatis indiciū: Joan.18. sicut et in Petro zelus non secundū sciētiam: cum exemit gladium et abscidit auriculam Malcho: xiiij. sed et zelus Mosi quo interfecit Egyptium qui opprimebat Hebreum: et sub sabulo abscondit. Exo.2. Sed qm̄ subiectus non erat deo paulus: intra saccū erat cyphus: doctrina intra legem: lucerna sub modio: vas admirabile intra sportam. Moses pro vno occiso egyptio annis. 40. exul fuit a parētib9 suis. Missus est Ananias: et manum imponens: saccum soluit et argētum resplēduit: et decidentibus squamis quasi sacci vinculis: hoc est velamie legis quo emulabat iudaicas traditiones: adeptus gratie libertatem: euāgeliū predicat. Sequitur enim. [Cum autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris mee: et vocauit per gratiā suam: vt reuelaret filium suum in me vt predicarem illum in gentibus continuo: non contuli cum carne et sanguine: (de qua dicit: Matth.16. Caro et sanguis nō reuelauit tibi: Non enim in synagoga iudeorum sed patre reuelāte: et Petrus et Paulus edocti sunt:) nec redij Hierosolymā ad eos qui ante me fuerant apostoli: sed abij in Arabiam: et denuo reuersus sum Damascū.] De hoc quod dicit: Qui me segregauit: diximus ad Roma. capite pmo. ibi: Segregatus in euangelium dei. Et iuxta illud: Segregate mihi Paulum et Barnabā in opus ad quod assumpsi eos. Actu.13. Vocat enī deus ea que non sunt: Roma. 4. tanq; ea que sunt. Nec tantum segregat ex vtero: sicut legimus fecisse in Esau et Jacob: sed predicit ortus eorum quos hoc modo segregat sicut scriptu; est de Josia rege Juda. Altare altare: hec dicit domin9: 3.Reg.13. Ecce filius nascetur domui Dauid Josias nomine: et immolabit super te sacerdotes excelsorum. etc. Qui tamen Josias natus est post tercētum annos a tempore huius prophetie. Figura. Eodem modo legimus de Cyro rege Persarū qui remisit Hebreos de Babylone post septuaginta annos captiuitatis: sicut habes pmi Esdre. capi. pmo: Cuius tamē ortum et nomē et opera predixit Esaias ducentis annis ante ortum eius: sub his verbis. Hec dicit dñs christo meo Cyro, (et tamen ille vt predicit post Esaie.45. ducētos annos circiter natus est. Esaie. 45. Cuius appēhendi dexteram: vt subijciam ante faciem eius gentes: et dorsa regum vertam. Et paulo supius in fine capitl. 44. Qui dico Cyro: pastor meus es tu: et omnē voluntatem meā complebis. Que verba melius de Paulo intelligimus. Cyrus enim idola coluit: At Paulus pastor gregis Christi segregat ex vtero synagoge: vt tanq; alter Cyrus oēm voluntatē dei compleat: p̄dicens remissionē et libertatē his qui sedebāt sup flumina Babylonis: flentes: susp

Ps.136. ris organis: dum recordaret Sion. Sic et Hieremie dicit:
p.c. Priusq̃ te formarem noui te. Nouit enim dñs qui sunt
eius: etiam anteq̃ formentur in vtero matris. 2.Timot.2.
Hiere.1. non q̃ Hieremias aut Cyrus aut Iosias siue Paulus fu
erint anteq̃ conciperent: sicut quidam heretici dixerunt:
Joan.1. sed q̃ deo omnia viuũt queq̃ futura sunt. Omne enim
quod factum est: in ipso est vita. vide ad Roma. cap.4. ibi
Uocat ea etc. Cum igitur placuit deo qui me segregauit:
et vocauit imo et reuocauit: atq̃ e media via apprehẽdit
eũtem in Damascũ: vt reuelaret filium suum in me. Non
Hieronymus est autẽ idem sicut dicit Hieronymus: reuelauit filiũ suum
mihi: et in me. Cui enim aliquid reuelatur: huic illud po-
test reuelari quod ante in eo nõ erat. In quo vero reue-
latur: illud in eo reuelatur quod prius in eo nõ fuit et post-
Joan.1. ea reuelatũ est. Simile est illud: Medius vestrum stetit
quẽ vos nescitis. Ex quo pspicuũ est natura omnibus dei
inesse noticiam: nec quemq̃ sine xp̃o nasci: et non habere
in se semina sapiẽtie et iusticie reliquarũq̃ virtutũ. Un-
de multi absq̃ fide et euãgelio vel sapiẽter faciũt aliqua
xvi. vel sancte sicut Centurio vel Iethro etc. magisq̃ dei iudi
cio obnoxii fiunt: q̃ habẽtes in se principia virtutũ et dei
Actu.17. semina: nõ credunt in eum sine quo esse nõ possunt et in
quo mouentur et sunt. Quod sequitur: continuo non acquie
ui carni et sanguini. pro acquieui legendum est contuli:
προσανεθέμην. Carnem autẽ et sanguinẽ vocat apl'os pre-
cipuos Petrum: Joãnem: Jacobum. ad-
uerbiũ autem illud Cõtinuo: posset ordinari cum verbo
contuli: dicẽdo: Cõtinuo non contuli cum carne et sangui
ne. Ceterũ hoc loco maiorem in modũ laborat Hierony
mus: cupiẽs hunc explanare nodum q̃ apl's cõtumelio-
sius Petrũ Joãnem et Jacobum carnẽ et sanguinẽ ap-
pellauit. Presertim cum Porphyrius hinc calumnietur
apostolũ Paulum: q̃ non dignatus sit suum euãgelium
cõferre cum ceteris apostolis: et in summa q̃ nec sibi cõ
stare videatur: vt qui prius nõ cõtulerit cum carne et san-
guine: post.14.annos cõtulerit: veluti sibi non fidens rei
periculo facto. His cõstrictus Hieronymus: eo confugit
vt dicat aduerbium εὐθέως .i. continuo: non referri ad ea
xvii. que sequuntur: vt nõ dicamus continuo non acqui
Ordo tex. ri. etc. Ne videlz fretus reuelatione apostolus continuo vi-
deatur hominũ cõmerciũ despexisse: sed legatur hoc mo
do: Ut euangelizarẽ illum in gentibus continuo: et sequa
tur velut a nouo exordio: Non acquieui carni et sangui-
ni: vt sit sensus Paulum iussum ptinus citraq̃ moram
accinctum ad p̃dicationẽ euangelii. Proinde nõ cũcta-
tum nec moras triuisse adeũdis ac cõsulẽdis apostolis:
sed ptinus vt erat iussus aggressus iter: vt euãgelium p̃-
dicaret in gentibus. Potest autẽ et hunc habere sensum:
Non acquieui carni et sanguini: q̃si inquit non sum arbi
tratus euangeliũ quod deo reuelante acceperã aliquorum
hominũ mortaliũ autoritate fulciendũ quacunq̃ digni-
tate p̃eminerent: nec abii cõsultum maiores meos super
hac re: imo nec ipsos qui videbãtur esse ecclesie columne:
ne viderer diffisus oraculo christi: si quemquã mortaliũ
cõsulerem: sed abii in Arabiam p̃dicaturus quo nullus
apostolorum accesserat: per qđ ostendit apostolus q̃ nec an
te cõuersionem nec postq̃ vocatus est de celo: didicit euã-
gelium ab homĩe sicut superius dixit. Deinde reuersus
sum inquit in Damascũ pats. [Deinde post annos tres
veni Hierosolymã videre Petrum: et mansi apud eum
diebus quindecim. Pares enim cum paribus veteri pro-
bio facillime cõgregantur: et homo solitarius aut deus aut
bestia. Sicut autem infirmi debent vitare societatẽ pra-
uorũ: ne mala que frequenter aspiciunt: et corrigere non
Eccli.13. valent delectentur imitari: Qui enim tangit picem: inqui-
nabitur ab ea: et qui cõmunicauerit superbo induet cõfusio
nem: sic et qui cõmunicauerit sapientie Pauli et obedien-
Eccli.4. tie Petri induet sanctificationẽ. Quum igitur melius est es-
se duos q̃ vnum: habent enim emolumentũ societatis sue:

Uenit Paulus videre Petrũ: et mansit apud eum die- 2.Reg.1.
bus.15. Saul et Jonathas amabiles et decori valde in vi
ta sua: aquilis velociores: leonibus fortiores: etiam in mor
te non sunt separati. sequitur. [Alium autem apostolorum xviii.
vidi neminem nisi Jacobum fratrem dñi.] Is est qui co
gnomẽto vocatur iustus: et ob insignem vite sanctimoniã
frater domini dictus est. Is est qui ecclesie Hierosolymi
tane primus omniũ est ep̃s ordinatus. De hoc ita dicit
Hieronymus in libro illustriũ virorum. Jacobus qui appel-
latur frater dñi cognomento iustus: vt nõnulli existimãt
Joseph ex alia vxore: vt autem mihi videtur Marie soro-
ris matris dñi cuius Joannes in euãgelio suo meminit
filius: post passionem dñi statim ab apostolis Hieroso-
lymorũ episcopus ordinatus vnam tantũ scripsit epistolã:
que de septẽ canonicis est. Egesippus vicinus apl'orum
in quinto cõmentariorum libro de hoc Jacobo narrans ait.
Suscepit eccl'iam Hierosolyme post apl'os frater domi-
ni Jacobus cognomẽto Justus. Hic de vtero matris sue
sanctus fuit: vinum et siceram non bibit: carnem nullam
comedit. Nunq̃ attonsus est: nec vnctus vnguento: nec
vsus balneo. Huic solitum erat ingredi sancta sanctorũ.
Siquidem vestibus non vtebatur laneis sed lineis. So-
lus ingrediebatur templum: et flexis genibus pro populo
deprecabatur: in tantũ vt in camelorum duricie transisse eius
genua crederent. Dicitur aũt fratres in scriptura quat-
tuor modis videlz natura: sicut Cain et Abel: cognatione
xoribus non dissimiles estis. Quod si ita est: christus in vo
bis suam hęreditatẽ amisit: idest vosipsos quos suo acq̃
sierat sanguine: cum primũ ei nomina vestra dedistis. Si-
Augustin⁹ cut autem defuncta corpora necessariorum officijs deducẽ-
da erant ad sepulturam legalia: nec simulate sed religio
se: non autẽ deserenda continuo vel inimicorũ obtrectati
onibus tanq̃ canum morsibus ꝓijcienda. Proinde nunc
quisquis christianorũ q̃uis sit ex iudęis similiter ea ce-
lebrare voluerit: tanq̃ sopitos cineres eruens: non erit
pius deductor vel baiulus corporis: sed impius sepultu
rę violator. Imo nescio qua id temeritate quis attentare
p̃sumit: cum sicut refert scriptura sepulchrum Mosi nul
Deut. 34. lus nouit hucusq;. Quãdiu enim voluit dñs vigere Mo
sen: idest legem: non caligauit oculus eius: nec moti sunt
Gala. 4. dentes illius. Cum autem venit temporis plenitudo: pręg
cepto dei lex sepelitur. Altercabat tamen aliquãdo Sa-
Judę. tan cum Michaele volens reuelare sepulchrũ Mosi: sed
non est ꝑmissus: nullusq; adhuc scit locũ sepulturę eius:
cum de sepulchro christi scriptum sit: Erit sepulchrũ eius
gloriosum: quod est mirabile. Omnis enim gloria ho-
minũ ante mortẽ fulget: cum autẽ extrema venerit dies:
Ps. 9. perit memoria hominũ cum sonitu. Christus autẽ ante
mortem non habebat speciẽ neq; decorem. Discipul⁹ vẽ-
didit: alter negat: alij abierunt. Joan. 6. cum diceret: Ca
ro mea est cibus: multi recesserunt ab eo. Solus capit:
solus moritur: nisi ꝙ comites habet non Petrum ⁊ Ja-
cobum sed latrones qui eum cõuitiant. (Erat enim in cur-
ru triumphali:) Moritur: lãcea vulnerat. At vbi sepultu
rę tradit: quando nulla spes reliqua erat: monumẽto ob
signato cum custodia publica: Cepit mysteriũ crucis il- Matth. 27.
lucescere. Et cum ante ✠ Petrus diceret: non noui ho-
minẽ: post ✠ milia martyrũ ⁊ virginũ constanter curre- vi.
bant ad mortem: erit enim requies eius honor. Imo ⁊ se- Esaie. 53.
pulchra apostolorum qui dum viuerent ęstimati sunt sicut P. 70.
oues occisionis: vbi defuncti sunt: regibus ipsis sunt ve-
nerabiliores. Etiam Romę que vrbium regalissima est:
relictis omibus: ad sepulchra piscatoris ⁊ pellionis cur- Tho. 3. ꝑte.
ritur. Et in Cõstantinopoli rẽges magnam grãm puta- q. 51. ad scd3
bant: non si iuxta apostolos: sed si vel extra eorum vesti
bula corpora eorũ sepelirent: fiuntq; piscatorum hostiarij
reges. Nihil tale legimus de Mosi sepulchro: Cui⁹ me-
moria penitus sublata est desuꝑ terram. Sepulchrũ ta
men Mosi gl'iosum fuit: nisi ꝙ ignoratur loc⁹. Cum hęc
igitur ita se habeant: q̃tinus sic stulti ⁊ fascinati ⁊ aliena
ti a sensu. [Hoc solũ volo a vobis discere:] (Non enim
totam mentem ꝑdidistis) Ex operibus legis spm̃ accepi
stis an ex auditu fidei? Ex lege enim quomõ poterãt spi
ritum sanctũ ꝓmereri qui legem nunq̃ legerũt? hoc vel
ipsis cęcis appareat: quoniam non ex lege acceperunt spiritũ
sanctũ qui legem non nouerũt: nec sub lege aliquãdo vi
xerunt: nec ante christi euangeliũ aliquid de lege noue- Math. 13.
runt: sed postq̃ apostolus triticũ seminauit: venit inimi-
cus homo sequẽs vestigia eius: et suꝑseminauit zizania. vii.
Manifestũ inq̃t est vos paulo ante ad p̃dicationem euã
gelij per sacramentũ regeneratiõis ⁊ manuũ impositio-
nem nostrarum: accepisse vere spiritũ christi: Testificat⁹ est
deus doctrinę nostrę signis euidẽtissimis: tum linguarum ⁊
prophetię dono: ⁊ sanationib⁹ diuersis: que videntes cre
didistis opera hęc virtutis esse diuinę: non humanę falla
cię. Hunc igitur spiritũ hanc fidem pign⁹ redemptionis
eternę vnde accepistis? [Sic stulti facti. ⁊c. At cum sapiẽ
tis sit mutare cõsilium sed in melius: vos cum spiritu cę-
peritis: nunc carne cõsummamini? Judęi fugiunt: idest re
licto onere importali legis cõfugiunt ad euãgelij onus
leuissimũ: vos ecõtra ex christianis cupitis fieri iudęi: pa
rum videlz experti iugũ illud grauissimũ: quod etiã qui
portando fuerunt assueti: portare non potuerũt. Videtur Actu. 15.
Galatę similes esse statuę illi magnifice que ab auro q̃-
dem incipiebat: sed cõsummabat in terra: vt sit aurũ spi- Daniel. 3.
ritus: sit terra caro que de terra formata est. Talis est vi
ta humana: semper ad deteriora delabitur: nunq̃ in eo-
dem statu ꝑmanet: ab auro degenerat in argentũ: indeq; Moral'.
in aurichalcum: deinceps in ferrum: et tandem quod de
terra est in terram reuertit. Forte autem sicut dicit apo-
stolus nos sumus in quos fines seculorum deuenerũt: hoc p. Cor. 10.
est dictu: nos sumus pars pedum ferrea: fortassis ⁊ ter-
rea: vt aliquid simil'r nobis ⁊ pecunię acciderit. Siquidẽ
denarij primum ex ferro vel ęre excussi sunt: deinceps ex
argẽto: tum ex auro. Mores autem temporum pręteritorũ Figura.
aurei erant quãdo seculũ aureum erat: deinceps argen
tei: nunc autẽ plusq̃ ferrei sunt vt ne dicam terrei. Vbiq;
enim bella ⁊ seditiones seuiũt: ⁊ sanguis sanguinem teti
git. Non est enim veritas: ⁊ non est misericordia: et non est
scientia dei in terra. Maledictũ ⁊ mendacium ⁊ homici- viii.
dium ⁊ furtum et adulteriũ inundauerũt: ⁊ sanguinẽ san
guine miscuerũt. Osee. cap. 4. Sanguinẽ tunc cum san-
guine miscemus: cum veteribus peccata adijcimus no-
ua ⁊ quasi restim texim⁹. Sed nolite inquit illudere: ne
forte cõstringant vincula vestra. [Tam multa passi estis Esaię. 28.
frustra: si tamen frustra. Multa iam pro fide tolerauerãt:
⁊ in ipsis passionibus timorem charitate superauerant.

Sine causa ergo tanta passi erant hoc est laborem luse-
rant ⁊ impensa omnis perierat: qui a charitate que in eis pro
pro christo tanta sustinuerat ad legem relabi volebant. [Qui
igitur sub ministrat vobis spiritum: ⁊ operatur virtutes ⁊ mi-
rabilia in vobis: vtrum ea ex operibus legis: an ex auditu fi-
Actu.9. dei id facit?] Paulus quidem habuit opera legis abundan-
tius existens emulator paternarum suarum traditionum: non
tamen inde accepit spiritum sed per impositionem manuum
Ananie a quo ⁊ baptismate fuit consecratus. Potestatem au-
tem dandi spiritum sanctum ⁊ faciendi miracula per fidem
accepit: sicut scriptum est: In nomine meo demonia ei-
cient: linguis loquentur nouis: serpentes tollent: ⁊ si mortife-
rum quid biberint non eis nocebit. ⁊c. Signa autem hec
Marci vl. non eos qui legem Mosi profitentur: sed eos qui credide-
rint consequentur. Si igitur apostolus qui sub lege fuit ⁊ in
lege conuersatus sine querela non ex operibus spiritum san
Philip.3. ctum accepit sed per fidem: Idem Galatis sperandum est.
De eo enim qui sub lege fuerat dubitari potuit: sed sicut
Galate per fidem acceperunt spiritum sanctum: ita ⁊ Pau-
lus ⁊ non ex legis operibus: ⁊ quicunque ex iudeis conuer-
tuntur ad christum. [Sicut credidit Abraam deo: ⁊ reputa-
Genes. tum est ei ad iusticiam.] de hoc late dictum est ad Roma.
ix. cap.4. in principio. De hoc ita dicit Gene. cap.15. Factus
est sermo domini ad Abraam per visionem dicens: Noli ti-
mere Abraam: ego protector tuus: et merces tua magna
nimis. Dixitque Abraam: Domine deus quid dabis mihi?
ego vadam absque liberis: et filius procuratoris domus mee
est iste damascus Eliezer: Addiditque Abraam: Mihi au-
tem non dedisti semen: et ecce vernaculus meus heres
meus erit. Statimque sermo domini factus est ad eum dicens:
Non erit hic heres tuus: sed qui egredietur de vtero tuo
ipsum habebis heredem. Eduxitque eum foras ⁊ ait illi: Su
Gene.22. spice celum: ⁊ numera stellas si potes. Et dixit ei: Sic erit
semen tuum. Sequitur: Credidit Abraam deo: ⁊ reputatum
est ei ad iusticiam. Ac deinceps iubetur immolare filium
in quo multiplicandus erat iuxta promissa diuina: Vere fi-
des Abrae magna. Videbantur enim mandata dei ad in-
uicem repugnare. Siquidem iussus est offerre filium: in
quo facta fuerat sibi repromissio benedictionis omnium gen
tium. Sed ille fide obtulit: qui ⁊ fide suscepit natum de
vxore ⁊ viuum de holocausto. Et contemplare paulisper
clementiam dei quanta est. Quoniam maxima quedam homi
Chrysost. nibus gratia danda erat: volens hoc non gratie sue attri
bui sed veluti debitum facere: persuasit primum homini vt
filium suum traderet pro precepto dei: vt nihil magnum vi-
x. deatur ipse facere: filium suum tradendo. Siquidem homo
hoc ipsum ante fecerit: vt hoc non a gratia faceret: sed debi
to recompensaret. Quos enim diligimus et hoc eis donare
volumus vt putetur quoniam ab eis nos primum acceperimus: etiam
si nos cuncta illis donauerimus: et gloriam magis ex eo quod
accepimus: quam ex illo quod donauimus. Non dicimus quia
hoc dedimus: sed quia hoc accepimus. Occisus est enim
Isaac quantum ad voluntatem: et propterea illi deus pepe-
cit: non autem pepercit vnigenito suo: sed pro nobis omni-
Joan.3. bus tradidit eum: vt omnis qui credit in eum non pereat:
sed habeat vitam eternam. Vides quomodo vbique fides ex
altatur: nullaque fit commemoratio de operibus legis. [Cogno-
scite ergo quia qui ex fide sunt: hi sunt filii Abrae: quando
Matth.3 potens est deus etiam de lapidibus filios suscitare ipsi
Abrae: si naturales nolint participes fieri conuiuii quod
Luc.15. pater exhibuit filio perdito reuertenti: iuxta illud: Vobis qui-
dem primum oportebat predicare euangelium regni: sed
quoniam illud repulistis: ecce conuertimur ad gentes. [Preui-
Actu. dens autem scriptura quia ex fide iustificat gentes deus: prius
rem letam nunciauit Abrae: siue preeuangelizauit aut pre-
nunciauit Abrae: quia benedicentur in te omnes gentes.]
Quod dicit hic: prenunciauit: grece est προευηγγελίσατο
idest ante euangelizauit: euangelium
autem letum nuncium significat: aut id quod donatur leta annun-
ciationi. Proinde quod in euangelio fuit exhibitum: id mul-
to ante Abrae fuit promissum. Prouidens igitur idest essen
dens longe ante quam fieret prouisum hoc: videlicet quod non ex
operibus sed ex fide iustificantur credentes: preeuangeliza-
uit Abrae quoniam in imitatione tue fidei benedicentur omnes
gentes que credituri sunt. Prenunciauit inquam quod iusti
cia non sit speranda paucis ex operibus legis aut ex cir- xi
cuncisione: sed omnibus ex fide. Nec enim fieri potuit vt
omnes gentes secundum carnem nascerentur ex Abraam: potest au-
tem fieri vt omnes gentes imitentur Abrae fidem: [Igitur
qui ex fide sunt: benedicentur cum fideli Abraam:] sicut ⁊ Actu.8.
Abraam benedictus est per fidem: siue sint ex gentibus si-
ue ex iudeis: Multi enim venient ab oriente ⁊ occidente
(ecce magi ab oriente) et recumbent cum Abraam Isaac Gene.
⁊ Iacob ex gentibus. Filii autem regni idest filii Abraam
secundum carnem proiicientur in tenebras exteriores. Aliter enim
quomodo impletum putamus quod dictum est ad Jacob
Gene. cap.28. Terram in qua dormis tibi dabo ⁊ semini
tuo: eritque semen tuum quasi puluis terre? Dilataberis ad
orientem ⁊ occidentem: ⁊ septentrionem ⁊ meridiem: Ter Deut.
ra enim que vocatur promissionis satis angustis limitibus
terminatur: sicut dicitur Deutero. cap.11. Omnis locus quem cal
cauerit pes vester: vester erit. A deserto ⁊ libano et flu-
uio magno Eufrate vsque ad mare occidentale erunt termi Exodi.
ni vestri. Et exo. cap.23. Ponam terminos vestros a ma-
ri rubro vsque ad mare palestinorum ⁊ a deserto vsque ad flu Genes.
uium. Et illud ex Gene. cap.15. Semini tuo dabo terram
a fluuio Egypti vsque ad fluuium magnum Eufratem: Ci
neos: ⁊ Cenizeos: Cethmoneos ⁊ Etheos: ⁊ Pherezeos
Raphaim quoque ⁊ Amorreos: Eueos et Chananeos ⁊
Gergeseos et Iebuseos. Sunt autem vndecim gentes: vbi
sunt ergo alie gentes? omnes enim gentes sunt nunc.72.
Secundum autem historiam ostendant iudei vbi acceperint
terram fluentem lacte ⁊ melle: ⁊ quando viderint Jacob
dilatatum ad occidentem ⁊c. Cuius verba sunt: Dies pere
grinationis mee sunt pauci ⁊ mali: sunt autem anni.13c.
Secundum autem quod qui ex fide sunt benedicentur cum fi-
deli Abraam: multo plures sunt filii deserte quam eius que
habuit virum Mosen: imo quam eius que septem filios ha Primi Reg. 2.
buit. sicut scriptum est: Donec sterilis peperit multos: et
que multos habebat infirmata est.

¶ Quicunque enim ex operibus legis
sunt: sub maledicto sunt. scriptum est enim
Maledictus omnis qui non permanserit in om-
nibus que scripta sunt in libro legis vt faciat
ea. Quoniam autem in lege nemo iustificatur apud
deum: manifestum est: quia iustus ex fide vi-
uit. Lex autem non est ex fide: sed qui fecerit ea: vi
uet in illis. Christus nos redemit de maledi-
cto legis: factus pro nobis maledictus: quia scri-
ptum est: Maledictus omnis qui pendet in li
gno: vt in gentibus benedictio Abrae fieret
in christo Iesu: vt pollicitationem spiritus acci
piamus per fidem. Fratres secundum hominem
dico: tamen hominis confirmatum testamentum
nemo spernit aut superordinat. Abrae dicte sunt
promissiones & semini eius. Non dicit & semi-
nibus quasi in multis: sed quasi in vno: & semi
ni tuo qui est christus. Hoc autem dico: Testa
mentum confirmatum a deo que post quadringen-
tos & triginta annos facta est lex: non irritam fa
cit ad euacuandam promissionem. Nam si ex le-
ge hereditas: iam non ex promissione: Abrae

autem per repromissionem donauit deus.
xii. ¶ Quicunque ergo ex operibus legis sunt: sub. ⁊c.] Quia er
go ex semine Abrae erat christus oriundus: in quo vniuer-
sarum gentium fuerat benedictio repromissa: et ab Abraam vsque
ad christum erant multa secula transitura: prouidens deus ne
Hierony. soboles dicti Abrae ceteris nationibus misceretur: ⁊ paulatim
familia eius fieret incerta: gregem israeliticum circuncisionis
cauterio denotauit: vt viuentes inter egyptios: inter Assy
rios Babylonios atque chaldeos hoc signaculo distingue
rentur: Denique per.40. annos in eremo nullus est circunci-
sus. Soli quippe sine gentis alterius admixtione viue-
bant. Statim vt Jordanis ripam transgressus est popu
lus: ⁊ in Palestine terram iudeum se examen effudit:
Josue.5 circuncisio necessaria fuit: et futuro ex commixtione gen-
Tho.3.pte. tium prouidit errori. Tunc igitur circuncisio necessaria fuit
q.7.ad.4. Nunc autem quid dicit scriptura? [Maledictus omnis
homo qui non permanserit in omnibus que scripta sunt in li
bro legis: vt faciat ea.] Aquila ita dixit: Maledictus qui
non statuerit verba legis huius vt faciat ea. Symmachus.
Maledictus qui non firmauerit sermones legis huius vt
faciat eos. Theodotio ita. Maledictus qui non suscita-
uerit sermones legis huius facere eos. Septuaginta. Ma
ledictus omnis homo qui non permanserit in omnibus ser-
monibus legis huius: addentes omnis: ⁊ omnes. Male-
dictus omnis. hec sententia similis est illi: Iota vnum aut
vnus apex non preteribit a lege donec omnia fiant. Ioth si
Denarius omnem comprehendit numerum. primo metaphi. gnum est vnitatis que minima litterarum est apud hebreos
grecos ⁊ latinos. Valet autem decem apud hebreos: apud
nos vnum. Significat igitur legem. i. decalogum legis et
fidei vnitatem: denarius vero constat ex primis quattuor
numeris videlicet. 1.2.3.4. vt intelligas euangelia esse intra
legem sicut rota in rota: vnde omnis qui transit ad nume-
Beda. rum pugnatorum secundum legem soluere debet dimidium sicli.
idest decem obolos: pondere sanctuarii. Exo.30.c. Nam
⁊ nomen Jesus ab hac littera incipit ⁊ apud nos Jesus:
et apud grecos Ἰησοῦς ⁊ apud hebreos Jesuha. ישׁוע
Dimidium sicli soluimus: quia ex parte co
gnoscimus. ⁊c. prima Cor.13. Pondere sanctuarii: quia eandem
fidem tenemus quam fundauit christus super ecclesie fun-
damentum videlicet: Tu es christus filius dei viui. vnde illud:
Prouerb.22. Ne transgrediaris terminos antiquos. ⁊ cetera. hebraice
נוצרי מֶלֶךְ יהודים ארור אֲשֶׁר לֹא יָקִים
אֶת דִּבְרֵי הַתּוֹרָה הַזֹּאת לַעֲשׂוֹת אוֹתָם
כל Deutro. capitulo.27. Relegi inquit Hieronymus volumina
Samaritanorum hebrea ⁊ inueni scriptum (Col) quod signifi-
xiii. cat omnibus siue omnes: ⁊ cum.70. interpretibus concorda-
re. Frustra igitur illud tulerunt iudei: ne viderentur esse sub
maledicto: si non possent omnia complere que scripta sunt
in lege: Cum antiquiores alterius quoque gentis littere po
situm testentur. Omnia igitur tenetur implere qui vult non
Actu.15.c. esse sub legis maledicto. Atqui secundum sententiam apostoli Pe
tri omnia nullus potuit implere: Nec nos inquit nec patres
nostri. Maledictus igitur omnis homo ⁊c. Multa inquit pre-
cepi que simul omnia nullus exhibebit: In onus enim da-
ta sunt vt per omnia tenerentur ne in idola defluerent. Non
autem dicimus deum precepisse impossibile aliquid: sed quod
cum timore vix vel ea que facilia sunt adimplentur. [Quoniam
autem in lege nemo iustificatur apud deum] licet apud ho-
Luce.18. mines iustus forassis videretur qui dicebat: Non sum sicut
ceteri: magisque ex lege maledictio est quam iustificatio: ma-
Habacuc.2 nifestum est ex eo quod Habacuc dixit: Quoniam iustus ex fide
viuit. Fides est que attingit inaccessa: deprehendit igno-
ta: comprehendit immensa: ipsam denique eternitatem suo
illo vastissimo sinu quodammodo circuncludit. Transgre-
ditur enim fides rationis fines: humane nature vsum: et
quod nec ratio ipsa presumit: sicut alibi dixit apostolus: Quoniam
Roma.4 Abraam credidit in spem contra spem. De hac autem au-
Ezech.20 toritate Habacuc vide ad Roma. cap.1. ibi enim exposita
est. [Lex autem non est ex fide: sed qui fecerit homo ea: vi
uet in ipsis.] Cum igitur iusticia non promittatur seruan-
ti legem: idest remissio peccatorum: per oppositum ostenditur
esse sub maledicto: si totam non seruet vt dictum est. Sed
quomodo totam seruabit que magis iram operatur ⁊ concupi
scentiam excitat magis quam extinguit? Sed demus vnum ali-
quem totam legem impleuisse: hic iustus est: Dedi enim
eis precepta non bona que qui fecerit homo viuet in eis. Ibidem.
Sed hic iustus est apud homines: non apud deum apud
quem fides preualet: non opera legis. Lex autem non in- xiiii.
nititur fidei sed preceptis ⁊ ceremoniis multiplicibus: hec
qui fecerit viuet in eis. vnde vocatur lex factorum ad Ro
ma.3. capi. sicut supra dictum est. De hoc ita dicit Eze-
chiel. capi.20. Eieci ergo eos de terra egypti: et adduxi
eos in desertum: et dedi eis precepta mea: ⁊ iudicia mea
ostendi eis: que faciens homo viuet in eis. Viuent igitur in
eis: eo modo quo dicitur ad Heb. capi.10. Irritam quis fa-
ciens legem Mosi: sine vlla miseratione duobus vel tribus
testibus quis moritur: non moriturus: si legem prestiterit.
Illud autem magis mirandum quod eodem capite Ezechiel
parum infra dicit: Leuaui manum meam in solitudine vt
dispergerem illos in nationes: eo quod iudicia mea non fe-
cissent: ⁊ precepta mea reprobassent: et sabbata mea vio
lassent: et post idola patrum suorum fuissent oculi eorum.
Ergo ⁊ ego dedi eis precepta non bona: ⁊ iudicia in quibus
non viuent: ⁊ pollui eos in muneribus suis. Quid est ergo:
que faciens homo viuet in eis: ⁊ dedi eis precepta non bo-
na ⁊ iudicia in quibus non viuent? Si viuent: quomodo non
viuent? aut quomodo non viuent: si que faciens homo vi-
uet? Viuent ergo quoniam non occidentur tanquam legis transgres- Attende.
sores: non autem viuent: quoniam iustus ex fide viuit. Qui igitur
fecerit legem: viuet sed apud homines: non apud deum.
[Christus nos redemit a maledictione legis: dum pro no
bis factus est maledictum: quoniam scriptum est: Maledictus om
nis homo qui pendet in ligno] quia in sua causa moriebatur: Deut.21.ca.
etiam christus: ne videlicet futuri heretici negent eum vere
crucifixum. Insipiens enim est honorificentia que christum a Crux saluatoris perimit maledictum iudeorum est. prima Petri.2
maledicto quod morti coniunctum est separat: dum enim eum
negat in ✠ pependisse: omnes sub maledicto relinquit. De
hoc ita habetur Deut. capi.21. Quando peccauerit homo
(ergo christus excipitur qui peccatum non fecit) quod morte ple
ctendum est: ⁊ adiudicatus morti appensus fuerit in pa-
tibulo: non permanebit cadauer eius in ligno: sed in eadem xv.
die sepelietur: et erit sepulchrum eius gloriosum. Ante ✠. igi
tur ligno honor datur: Quoniam maledictus a deo est qui pen Esaie.53.
det in ligno: non quia pendet in ligno: sed quoniam transgres-
sus est legem: vnde meruit ligno affigi. Sufficit autem
huic transgressori illata mors pro culpa transgressionis:
nec debet priuari sepultura. Redemit nos autem christus a
maledicto: dum sustulit e medio legem sitam in decretis: Collos.2.
et omnia legalia reuocauit de quo sepius diximus: Qui er
go suspenditur: tanquam legis transgressor suspenditur. Trans-
grediens autem legem maledictus est: quoniam maledictus om-
nis qui non permanserit. ⁊c. Christus autem quoniam penam qui-
dem legis sustinuit: legem autem non est transgressus: Quin
imo et adimpleuit quod deerat legi: per hoc: omnes et
vos et nos a maledicto legis redemit. Hoc autem loco Mat.5.
Symmachus ita legit: Quia propter blasphemiam dei su-
spensus est. Hieronymus autem: dicebat inquit mihi iu-
deus qui me in scripturis aliqua ex parte instituit: quod pos Hierony.
sit ⁊ ita legi: quia contumeliose deus suspensus est. Aquila
et Theodotio: quia maledictio dei est. Septuaginta: quia Figura.
maledictus a deo est. Hebion Heresiarches dixit: Contu
melia dei est qui pendet: כִּי קִלְלַת אֱלֹהִים תָּלוּי
Igitur intuendum est: quia non
omnis qui in ligno pependerit: maledictus sit apud deum: sed
qui peccauerit: ⁊ propter scelus suum morti fuerit adiudi
catus. Certe si crucem quam Aman parauerat Mardo
cheo non ipse suo demerito concedisset: puto Mardocheus

Hester.7.c. in eam non vt maledictus sed vt vir sanctus ascenderet.
Causa enim est que distinguit inter martyres ⁊ latrones
xvj. Hec diximus quia famosissima questio est: ⁊ nobis solet
a iudeis pro infamia obijci q saluator noster et dñs fue-
2.Cor.5 rit sub maledicto. Fuit igitur sub legis maledicto qui ꝓ
nobis peccatū factus est a patre: cum sol⁹ sicut est inter
mortuos liber: ita ⁊ a peccato imunis et a maledicto: qm̄
Christus solus est qui potuit oēs nos de maledicto legis eximere:
⁊ per quem om̄es gentes bñdictionem cōsequent. Iniu-
ria itaq domini glīa nostra est. Ille moritur vt nos viua
Ephes.2. mus. Descendit ad inferos vt faceret nos cōsedere in ce-
lestib⁹: factus stulticia vt nos sapiētia fieremus: Deniq
exinaniuit formā dei ⁊ accepit formam serui: vt in nobis
philip.2 plenitudo diuinitatis inhabitaret: et dñi fieremus ex ser-
uis. Et in ligno pependit: vt peccatū cōmissum in ligno
scientie boni ⁊ mali in ligno solueret: ⁊ securim perditam
4.Reg.6. in ꝓfundum q dimersam lignum missum influenta Ior
danis leuaret: factus maledictio: vt maledictio terre no-
Gene.3. stre solueret: Cui dictum est: Maledicta terra in opere
tuo: et vt bñdictiones Abrae factas ⁊ ꝓmissas ipso auto
re gentes cōsequerentur. Dextera enim complexus est
Gene.48 Ephraim, i. gentes: leua vero Manassen. i. iudeos. Leua
Chrysost. eius vox synagoge: dextera illi⁹ ⁊c. vox ecclesie. Chryso.
vnde sequit: [Vt in gentes benedictio Abrae veniret in
christo iesu. i. per christum iesum: qui soluēs maledictio-
nem dedit nobis bñdictionem ⁊ vitam eternam confusa
morte. Tantū igitur abest vt gentes voluerit christus ad
legis iugum ptrahi: vt poti⁹ pregelegerit quasi legis trās-
xvij. gressor legis pferre supplicium mortem videlz crucis: vt
Gene.12 in omnes bñdictio eius supueniret: de quo dicit In se-
mine tuo (is est autem christ⁹) benedicent om̄es gentes.
Vt ꝓmissionem inquit accipemus per fidem. Promis-
sio spūs beatitudinē intellige, i. bñdictionem: de qua dicit
Math.25 Uenite bñdicti patris mei accipite regnum ⁊c. Hanc au-
tem bñdictionem spūs sanctus ꝓmittit credentibus: qui
interim datur in pign⁹ eterne hereditatis: de quo alias.
Dicens autem accipiam⁹ per fidem: manifeste opera le-
gis excludit. [Fratres sm hominē dico.] Uult autē apo-
stolus subsequēti exemplo ostendere id de quo hucusq
disseruit videlz q iusticia non habet ex legis operibus:
sed ex pollicitatione diuina ⁊ per fidem que etiam donū
dei est. Ratio sic deducit. Pollicitatio facta Abrae a deo
⁊ Gene.ca.22. que habet Genes. cap. 22. precessit tempus quo lex lata
fuit annis. 430. Si igitur ꝓmissio dei ex operib⁹ legis
daretur semini Abrae: ⁊ non quia promissa: hoc est si da-
retur ex opibus ⁊ non ex fide: ꝓmissio dei nulla esset: ir-
rita esset ⁊ nullius momenti. Sciendū q a tempore pro
missionis facte Abrae Gene. cap. 22. vsq ad natiuitatem
Isaac sunt anni. 25. Isaac. 60. annoꝝ genuit Jacob. Gen.
cap. 25. Jacob. 130. annoꝝ erat quando ingressus est egy
ptum. Gene. cap. 47. ⁊ tunc Joseph erat. 32. annoꝝ. Ge
nes. cap. 41. Intrauit enim secundo anno famis. Genes.
45. cap. Joseph autem vixit annis. 110. sicut habet Ge-
nes. cap. vltimo. Ab his detrahe annos. 32. vite Joseph:
remanētq. 78. anni. Sūt ergo hi numeri. 25. 60. 78. 130
sunt autem simul. 293. anni qui fluxerūt a ꝓmissione A-
brae facta vsq ad mortem Joseph. deficiunt anni. 137.
vsq ad exitum de Egypto. Ex his sm Hugonem fuerūt
filij israel in afflictione ⁊ psecutione sub Pharaone an-
nis. 97. Sicut enim dicit Exo. cap. primo: persecutio He-
breoꝝ nō incepit statim mortuo Joseph: sed ita dicit scri-
xviij. ptura: Mortuo Joseph et vniuersis fratribus eius om-
niq cognatione sua: filij israel creuerūt: ⁊ quasi germinā
tes multiplicati sunt: ac roborati nimis impleuerūt terrā
Surrexit in terra rex nouus super Egyptum qui ignora
bat Joseph: ⁊ ait ad populū suū. Ecce popul⁹ israel mul
tus ⁊ fortior nobis est: venite ⁊ sapienter opprimam⁹ eū.
Quādiu igitur vixit memoria Joseph in Egypto: in pa-
ce vixit israel: quod potuit esse per annos. 40. vel eo am

plius: qui anni si detraherent ab annis. 137. remanēt an
ni. 97. quibus potuerūt filij Israel comprimi in luto ⁊ la
teribus: qui simul iuncti efficiunt annos. 430. tamē scri-
ptura non deducit annos nisi vt diximus vsq ad mortem
Joseph: excepto eo quod hic dicit apls. ⁊ quod legimus
Exo. cap. 12. Habitatio filiorum israel qua manserunt in
Egypto fuit quadringentoꝝ triginta annorū: qui tamen
numerādi sunt eo modo quo diximus. Dicit ergo: Fra-
tres sm hominē dico: idest illud volo dicere qd humana
habet consuetudo. Est autē quod sequit: Hominis licet
testamentū: tamen si sit cōprobatū nemo spernit: aut adij
cit vel superordinat aliquid: nec demit: nec addit: nec dero-
gat: nec abrogat. Si testamētū sit eius qui testari potest
et morte eius firmatū sit deinceps ⁊ numero competenti
testium fide dignoꝝ: huiusmodi testamentū nullus sper-
nit sed ratum est apud homines. Quanto ergo magis
oportet esse rata firma ⁊ inuiolata promissa dei: maxime
cum sint iuramento firmata? Nam q testamentū homi-
nis morte testantis firmet: consuetudo humana hoc ob-
tinuit. Promissa vero diuina ex ꝓmittētis autoritate fir-
mant: cuius non est qui possit resistere volūtati. [Porro xix.
Abrae dicte sunt ꝓmissiones ⁊ semini eius. Et vide. qm̄
non dixit in seminibus tanq de multis: sed tanq de vno
qui est christ⁹. Habuit Abraam filium ex Agar Hismae Gene.xvi.
lem: suscepit ⁊ sex filios ex Cethura: mortua Sara. Gen.
25. sed hi semina sunt non semen, i. arena ⁊ puluis nō stel
le. Ad hos fortassis aliqua pars bñdictionis peruenit: si-
cut de Hismaele dictū est Abrae: Sup hismael quoq ex Gene.xvij.
audiui te. Ecce bñdicam ei: et augebo ⁊ multiplicabo eū
valde. Duodecim duces generabit: ⁊ faciam illum cresce
re in gentem magnam. Tamē vxor tua pariet tibi filiuz:
⁊ cōstituam pactum meum illi in fedus sempiternū: ⁊ se-
mini eius post eum. Gene. cap. 17. Et cap. 22. Possidebit
semen tuum portas inimicoꝝ tuorum: ⁊ bñdicentur in se
mine tuo om̄es gentes terre. Similit ⁊ Genes. cap. xvij.
Sarai vxorem tuam non vocabis Sarai sed Saram: et
bñdicam ei: ⁊ ex illa dabo tibi filiuz cui bñdicturus sum.
Et illud ex cap. xv. Mihi ante non dedisti semen. Uides
vbiq de vnico tm̄ semine fieri memoriā: de quo Esaias:
Nisi domin⁹ sabaoth reliquisset nobis semē ⁊c. Hoc au- Cap.pmo.
tem dico: [Testamentū autem comprobatū a deo erga
Abraam lex que post annos quadringētos ⁊ triginta fa-
pit: non facit irritum: vt abroget ꝓmissionem. Nam si ex xx.
lege dat hereditas semini Abrae: et non ex pacto aut te-
stamento quod iniit cum Abraam: abrogata est sm hoc
diuina promissio. At qui Abrae per ꝓmissionem dona-
uit deus:] non ꝓpter opera legis que nōdum cōdita erat
sed post. 430. ānos. De federe autem quod domin⁹ cum
Abraam iniit ita legimus capi. xv. Dñe deus vnde scire
possum q possessurus sum terrā istam? Et domin⁹. Su-
me inquit mihi vaccam triēnem: ⁊ capram trimā: et arie-
tem trium annoꝝ: turturem quoq ⁊ colūbam. Qui tol- Figura.
lens vniuersa hec: diuisit ea per medium: et vtrasq par-
tes contra se altrinsecus posuit. Aues autem non diuisit.
Descenderūtq volucres super cadauera: ⁊ abigebat eas
Abraam. Cumq sol occūberet: sopor irruit sup Abraam
⁊ horror magnus ⁊ tenebrosus inuasit eum: dictumq est
ad eum: Scito prenoscens q peregrinū erit semen tuuz
in terra non sua quadringētis annis: et subijcient eos ser
uituti et affligent. Uerūtamen gentem cui seruituri sunt:
ego iudicabo: et post hec egredient cum magna substan
tia. Tu autem ibis ad patres tuos in pace: sepult⁹ in se-
nectute bona. Generatione autē quarta reuertētur huc.
Necdum eñi complete sunt iniquitates Amorreoꝝ vsq
ad presens tempus. Cumq occubuisset sol facta est cali
go tenebrosa ⁊ apparuit clibanus fumans: ⁊ lāpas ignis
trāsiens inter diuisiones illas. In illa die pepigit dñs fe-
dus cum Abraam dicens: Semini tuo dabo terram hāc
a fluuio Egypti ⁊c. Fedus autem a feriendo dictuz est: et
pactum

pactum a paciscēdo.] Feriebat enim vnū aliqd animal: et
qui fedus inibāt transibāt inter aīantis occisi diuisiōes
per hoc illud innuētes: dignos morte futuros qui pactū
xxi. trāsgressi fuissent. Sane cum dñs fedus iniit cum pplo
iudeoꝝ. 12. vituli occisi sunt. Exo. cap. 24. Duodecim eñi
tribus sunt in isrl. Qm̄ autē triplex est sacrificiuz in lege
videlz pro pctō: pacifica: holocaustū: vacca triū annoꝝ et
capra ⁊ aries iubent accipi: omne autē sacrificium vel sit
ex vaccis vel vitulis: vel ex arietib⁹ aut ouibus: aut ex ca-
pris aut hircis vel hedis: ideoq om̄ia hec simul iubent
occidi. Sane aues non sunt diuise: qm̄ offerebant parti-
culariter ꝓ leprosis mūdatis vel in feminaꝝ purificatio-
ne De hoc alias dicturi sumus sm sensum allegoricuz.
Figura. Uacca iugum legis: capra peccaturos iudeos figurabat:
aries regnaturos: aues autē spūales sunt viri illius ppl'i.
Igitur vt ad ꝓpositū inquit reuertamur: hoc est qd di-
cimus cū diximus in similitudine: Tamē hoīs testamentū.
⁊c. qm̄ lex que data est in mōte in lapideis tabulis post
430. annos a ꝓmissiōe facta ipsi Abrae: nō infirmat aut
irritū facit pactuz quod Abrae pepigit deus: nec per nō
obseruantiam legis euacuant ꝓmissiones dei facte ipsi
Abrae: cum in pacto nulla sit apposita cōditio. Sed per
memetipsuz iuraui inquit: quia fecisti hāc rem: qr fecisti
volens immolare filiū: non quia filij tui seruabūt pcepta
Gene.22 que datur⁹ fuero eis post annos ab hoc die. 430. Bñdi-
cens bñdicam tibi ⁊c. Simile habet iusiurandū factum
ad Dauid. ps. 88. Semel iuraui in sancto meo si Dauid
Roma.12. mentiar: sine penitudine eñi sunt dona dei sicut alias ex
positū est. [Nam si ex lege est hereditas. i. ex operib⁹ le
xxii. gis: iam non ex ꝓmissione.] Similia verba ponūtur ad
Roma. cap. 4. Si eñi qui ex lege heredes sunt: exinanita
est fides: abolita est ꝓmissio. Sed quomō hereditas erit
ex lege: cum lex vt dixim⁹ post. 430. cōdita sit? Si eñi ex
legis opibus data est hereditas: idem videret ac si quis-
piā cum aliquo homie paciscens se dare illi filiā suam in
vxorē: cōtractu nuptiaꝝ rite pacto: postea neget se daturū
illi: nisi ⁊ ipse vicissim ei tradat sororē suam in vxorē: cum
tpe initi pacti soror illi nōdum esset nata: nec in inito pa-
cto aliqua esset mētio facta cōiugū mutui. Abrae autē p
repromissionē donauit de⁹.] et ptz ex pdictis. Idem eñi
intelligēdum est in posteris ipsius Abrae sm fidem qm̄
Abraam in preputio posit⁹ credidit ⁊ iustificatus est.

¶ Quid igit lex? ꝓpter trāsgressionē posita
est: donec veniret semen cui ꝓmiserat. ordina
ta per angelos in manu mediatoris. Mediator
autē vnius nō est: deus aūt vnus est. Lex ergo
aduersus promissa dei? Absit. Si eñi data esset
lex que posset viuificare: vere ex lege esset iu-
stificatio. Sed cōclusit scriptura oīa sub pctō:
vt ꝓmissio ex fide iesu christi daret credētib⁹.
Prius autē q̄ veniret fides: sub lege custodie-
bamur cōclusi in eam fidē que reuelāda erat.
Itaq lex pedagogus nr̄ fuit in christo: vt ex
fide iustificemur. At vbi venit fides: iam non
sumus sub pedagogo. Om̄es eñi filij dei estis
per fidē que est in christo iesu. Quicunq eñi
in christo baptizati estis: christum induistis.
Non est iude⁹ neq Grecus: nō est seru⁹ neq
liber: nō est mascul⁹ neq femina: oēs eñi vos
vnū estis in christo iesu. Si aūt vos christi: ergo
semē Abrae estis: scdm ꝓmissionē heredes.

¶ Quid igit lex? Si lex hereditatē non cōtulit: si lex ma
gis iram operat: si qui sunt sub lege sunt sub maledicto:
si legē nullus totam vnq̄ exhibuit: si lex nihil duxit ad p-
fectum: si lex opata est in me oēm cōcupiscentiā: que sub Roma 7
intrauit vt abūdaret delictuz: si lex inq̄ infirma erat per
carnem. [Quid lex est?] Quo consilio lex tam inutilis
vt videt a deo sapiētissimo cōdita est? Non est inqt om-
nino inutilis: ꝓpter trāsgressiones posita siue addita fuit
donec veniret semē cui ꝓmissum fuerat: de quo scriptuz
est: Non auferet sceptrū de Juda ⁊ dux de femore eius: Gene.49
donec veniat qui mittēdus est: ⁊ ipse erit expectatio gen
tiū. Quare ipse? Qm̄ ipse est semen in quo ⁊ per quem
gentes bñdicent. Sequit eñi. Ligans ad vineā pullum
suū: siue ad vitem: et ad palmitē filium asine siue asinam
ipsam. Ecce ergo populū iudeoꝝ et gentium ligandum
predicit pceptis euāgelicis in tanta pace: vt nec ꝓpaginē
vitis abrumpant semel ligati. Uocat autē precepta legis
noue ꝓpagines ꝓpter teneritudinem pceptoꝝ ⁊ facilita
tem legis seruāde: Iugū eñi meuz suaue est. Et ego sum Math.11.
vitis vera: ad quā ligandi sunt ⁊ pullus et asina cū soluti
fuerint a castello in quo tenebātur quasi in domo fortis
armati. Mat. 21. vñ dicit Jacob. Salutare tuuz expecta- xxiii.
bo dñe. Glosa Chaldaica. Nō expecto salutare Gedeon
filij Joas: que est sal⁹ tpalis: nec salutare Samson que
est salus transitoria: sed expecto redemptionē christi filij
Dauid qui venturus est ad accersendū sibi filios israel: cu
ius redemptionē desiderat aīa mea. Non ergo est oīno
inutilis lex: qm̄ ⁊ si iusticiā non confert: coercet tamē pec
cādi licentiā: qm̄ manus Mosi graues erant delinquēti- Exo.17.
bus: sm qd dicit Hiero. Arguit lex delinquētes iudeos ⁊
pctōres ostēdit: quib⁹ post repromissionē: in custodiam ⁊
vt ita dicam in carcerē data est: vt qr per arbitriū liberta Hiero.
tem noluerāt innocētes expectare ꝓmissum: legalibus
vinculis ꝑpediti: ⁊ in seruitutē mādatoꝝ redacti: custodi-
rent in aduentū future in christo fidei: que finē repromis
sionis afferret: que postq̄ venit ⁊ credim⁹ in christū: iam
non sumus sub pedagogo: tutor a nobis curatorq disce
dunt: et assumpta toga ⁊ legitimū tēpus etatis ineuntes:
veri filij dei noīamur. Qd si quis nunc voluerit esse sub
pedagogo: sciat se non posse legib⁹ paruuli viuere. Ubi
eñi nunc cōpleri potest illd: Ter in anno apparebit om̄e Exo.23
masculinū in cōspectu dñi dei tui: subuersa Hierl'm et tē-
plo: ⁊ iudeis ventilatis ad oriētem et meridiē ⁊ septētrio
nem ⁊c. Quid dicim⁹ legē nūc inobseruabilē esse? illud
dicam⁹ potius: quomō iuxta lrām impleri pōt illud: Ne Exo.16.
ignem accēdam⁹ in sabbato: et in vno sedeam⁹ loco tota
die ⁊ nocte: neq de vno loco recedat quis: imo ne leuiter
quidē se cōmoueat: qd si fecerit trāsgressor est legis. Ex
vno igitur mandato qd iuxta litterā impossibile est ⁊c. co
gimur spūaliter intelligere. Hiero. Quomō auferet ma
lum de medio vrī: seruiētib⁹ vobis: ⁊ Romanis imperā-
tib⁹? Ubi salutares ⁊ pro pctō hostie? Ubi ad simulacrū
celestiuz holocaustoꝝ eternus ignis? Atq ita fiet vt nec Leui.6.
sub patre nec sub pedagogo viuāt: dum ⁊ lex impleri nō
potest cum lege fidei: ⁊ fides dum pedagoga lex appetit xxiiii
non tenet. Posita est igitur lex vt pplm dei coerceret a
peccando: vt erudiret sub dei timore: vt dign⁹ efficeret ꝓ
missionuz dei: vt factus puaricator per legē: clamaret ad
iudicē dicens: Obsecro dñe mitte quē missur⁹ es. Data Exo.4.
est lex duris in flagellū: Uisitabo enim in virga iniqtates
eoꝝ. Et illud: Ego dñs qui confregi catenas ceruicū ve Leui.26.
straꝝ vt incederetis erecti. Qd si non audieritis me: sed
spreueritis leges meas: ego hec faciā vobis. Uisitabo vos
velociter in ardore qui cōficiat oculos vros ⁊ aīas. Sin
autē nec sic obedieritis mihi: addam correptiōes vras se
ptuplū: dabo vobis celum ferreū ⁊ terrā eneam: cōsumet
in cassum labor vr: Si ambulaueritis ex aduerso mihi: ad
dam plagas vras vsq septuplū ꝓpter pctā vra ⁊c. Leui.
cap. 26. Bonis asit ad meritoꝝ cumulū data est. Ceterū
iustis lex nō est imposita: sed ad tempus tantū posita est j.Timo.1.
donec veniret christus cui ꝓmissum fuerat: q per eum
bñdicerent oēs gētes. Presente igit semine Abrae: ma-
nifestū est q legem oportuit aboleri: christum aūt cresce

re. Hec autem lex licet a deo sit data populo iudeorum: ordinata est tñ per angelos: et data Mosi ministerio item
Heb.2. angelorum: omnes enī sunt administratores spūs: et similiter ministerio angelico exarata est ac deformata in lapidibus: deo tamē dictante et instituēte. De hoc vide in Actis
Actu. cap.7. ibi: Hic est inquit Moses. Quod autē in Exodo dicit: non loquatur nobis dñs ne forte moriamur: sciendū
xxv. est q angelus erat sed in persona dei: ideoq vocat deus: sicut modo cōsiliarij. S.C.C.M. loquūtur: ac si esset psens cum eis ipsemet rex. Quodq dicit: in manu mediatoris sensus est. Sic lex lata est ministerio angelico: vt tamē totius legis potestas esset penes christū: qui sic medius intercessit inter legem et euāgelij grām: vt illius esset finis huius initiū: sic mediū interponens se inter deū et homines: vt ipse naturā vtramq in se cōsereret: vtrāq alteri cōciliaturus. Est autem lex sm Origenē ex omnia
Orige. que in lege sunt sm apostoli sententiā vsq ad tempus correptionis imposita. Et sicut hi quibus artificiū est signa ex ere facere et statuas fundere: anteq verū corpus producant vel argenti vel eris figmentū: prius luti ad similitudinē future imaginis formāt: non q figmentū necessarium sit sed vsq quo opus principale expleat: cum au-
Analogia. tem fuerit opus illud ppter quod opus figmenti fuerat formatū: vsus eius vltra non querit. Uenit ait: rex et autor omniū rerū: et legem que vmbrā habebat futurorum bo-
Heb.10.ca. norum transtulit ad ipsam imaginē rerum. Erat Hierusalem vrbs illa magna et regalis vbi templū famosissimū
xxvi. deo fuerat dedicatum. ¶ Postea vero q venit ille qui est verum dei templū et dicebat de templo corporis sui: Solui-
Joan.2. te templū hoc: et celestis Hierusalē cepit aperire mysteria: deleta est illa terrena vbi celestis apparuit: et in templo illo non remansit lapis sup lapidem. Templū extructum est in area Hornā Jebusei: is autem gentilis erat: quod nō vacat a mysterio: vide p. Paralip.21. cap. Erat prius pōtifex sanguine taurorum: sed ex quo venit pontifex qui suo sanguie sanctificaret credentes: nusquā ille pōtifex prior: nec vllus ei relictus est locus. ¶ Sic cessauit altare apparēte cruce christi: in quo verus agnus oblatus est ad vesperam pasche Exo.12. Propterea ergo diuina dispensatio pcurauit vt et ciuitas ipsa et templū et omnia illa pariter subuerterent: ne qui forte adhuc paruulus sit videret illa constare/dum sacrificiorum ritum: dum ministeriorum ordinem attonitus stuperet: ipso diuersarum formarū raperet intuitu. Sed puidens deus infirmitati nostre: et volens multiplicari ecclesiam suam: omnia illa subuertit et fecit auferri: vt sine vlla cunctatione illis cessantibus: hec vera esse pro quibus in illis typus precesserat crederemus. Qui ergo modo putat p mādato legis sibi ieiunium iudeorum ieiunādum: audiat apostolū dicētem infra
Leui.15. cap.5 Si quis vult vnū aliquid custodire de obseruatio-
xxvii. nibus legis: obnoxiū se nouerit vniuerse legis faciende. Qui ergo obseruat ieiunia: ascēdat ter in anno vt offerat dona super altare qd in puluerē redactum est: offerat ho-
Exemplū stias: nullo astante pontifice. Julianus apostata postq aspirauit ad imperiū: primū quidem adortus est reedificare templū quod erat Hierosolymis quod in fundamentum vsq detraxerat virtus christi: curabatq iudaica paganus existens. ¶ Uocatis itaq iudeis quibusdā: precepit eis vt
Chrysost. sacra facerēt. Qui dicebāt: sacrificādi quidē morem quēdam fuisse pgenitoribus suis: sed postq in tantū exilium pulsi sunt et templū subruptum est: non esse eis fas templa et sacrificia extra veterem metropolim reparare. Ille igitur iubet ex gazophylatijs depromi pecunias: suppeditariq alia quibus ad structurā opus erat: et abire ac reedificare templū: sic ad veterem sacrificādi cōsuetudinē redire. Qui insipiētes et errātes ab vero: regis impio obtemperātes: simul atq terrā euacuare ceperūt: e fundamētis exiliit ignis qui simul omes fossores psumpsit. [Mediator autē vnius nō est: deus autē vnus est.] Qm

enim nemo cum seipso dissidet: sed necesse est si mediator est quis: vt inter plures intercedat. Christus igit mediator est nō per hoc q est dñs: deus enī vnus est: sed p hoc qd est deus homo. Est autē christus mediator inter hoies
et deum et inter iudeos et gētes. Deus enī dissidio cum Ephe.2.
esset humano generi iuxta qd omes eramus natura filij ire: tertio quopiam erat opus qui nature vtriusq particeps: vtramq inter se recōciliaret: deū placās morte sua: et homines exēplo suo ad amorē dei pelliciēs. Ipse est etiam qui duos pplos discordes in se lapide angulari copulauit: hinc numerū deorum cultumq inde ritus legis auferens: p que discordabāt. Hic est ille samaritanus qui alligauit vulnera sauciati. Et sicut legi naturali successit mo Luc.10.
saica successit ordine tpis: non q lex naturalis aliqn fuerit supflua vel nō necessaria: sicut et modo necessaria est: tam christianis q gentibus quocūq terrarum climate contineant et vtraq insufficiens fuit ad curādum hominē: ita Figura.
nec leuita nec sacerdos nec Giezi nec Helisei baculus potuerūt viuificare mortuū: donec venerit mediator Heliseus qui se cōtraheret sup puerū: formā serui accipiēs: 4.Reg.4
in cruce reputatus inter iniquos. In huius igit mediatoris (qui inter latrones medius pependit) manibus data est lex vt tam diu staret quādiu illi placuisset dicere Consu Joan.19
matū est. Mors enī mediatoris causa erat cōfirmationis euāgelij. Qui ergo modo legē conatur statuere: potestati christi nitit obuiare: qui legē Mosi ostendit abolitam: di- xxviii
cens: lex vsq ad Joānem. Si ergo christus vnā tm̄ habet naturā: vn̄ medius erit? Nisi enī talem dederis inter deū Math.11.
et homies qui ita sit medius: vt deus sit ppter equalitatē cum patre: et homo ppter carnis susceptionē: quomō humana recōcilient diuinis non ostēdis. Nam ipse veniēs primū in seipso diuinis humana sociauit per vtriusq nature susceptionē in vna eademq psona: deinde oēs credentes pri recōciliauit dum credit in eum qui cū in for- Philip.2.
ma dei esset: semetipm exinaniuit: vt nos iustificatos pri exhiberet non habētes maculā aut aliquid hmōi. [Lex Ephe.5.ca.
ergo aduersus pmissa dei?] Absit inquit: vt lex sit aduersus pmissiones dei. Nec enī lex data populo iudeorum post pmissiones Abrae factas: irritas facit easdē pmissiones: sed cōtinuit vt diximus quasi sub repagulis timoris dei/hoies in expectatione pmissorū: quo capaciores essent diuine bñdictionis. Non enī ppterea lex sublata est q diuinis pmissionibus aduerset: quasi lege stante illa non possint impleri: sed q in lege erant flores: flores enī apparuerūt in terra nra: flores autē necessario decidunt Canti.2.
fructu suboriēte. [Si enī data esset lex que posset viuificare] que posset iustificare: q posset dare bñdictionē que credētibus pmissa est: si inq lex. i. legis opera pstarent qd fides prestat credentibus: vere lex esset aduersus pro- xxix.
missa dei: cū ex lege esset iusticia: Quo casu pmissiones dei irrite essent et inanes. Tantū autē abest vt ex lege sit iustificatio: et vita eterna: vt magis littera occidat q viuifi 2.Cor.5
cet: augeat pctā q remittat: vn̄ sequit: [Sed cōclusit scriptura omnia sub pctō vt pmissio ex fide Jesu christi daret credētibus.] Scriptura hec lex Mosaica est que in scriptis est tradita. Cōclusit autē omnia sub pctō: peccatū ostēdens: per legē enī cognitio peccati: non autē remittēs Sed vn̄ pbas q lex pctā non remittebat? Orabit pro co sacerdos sm ordinē melchisedech tpe sacrificij vespertini: Ps.142.
et remittet ei. Ex eo q dictū est q christus nō est mortuus gratis: sed pro peccatis nris diluēdis. Qd si lex peccata sustulit: ergo christus gratis mortuus est? sed absit. Lex nihil duxit ad perfectū: incitauit tamē infirmos ad querendū aliunde medicinā. De hoc autē plenius diximus ad Roma. capi. vndecimo. ibi: Sed cōclusit deus omnia in incredulitate: vt oim misereat. vide ibi. Qui ergo negat egritudinē suā: supfluū iudicat saluatorē: qualis erat qui dicebat: Gratias tibi ago q non sum sicut ceteri qui Luc.18
medico egent: Sed cōclusit scriptura omia sub peccato:

vt sicut scriptum est: Cum multiplicate fuerint infirmita-
Ps.15. tes eorū: accelerarent ad medicū: in quo solo est remissio peccatorum. [Ceterū anteq venisset fides: sub lege custodiebamur conclusi in eādem fidem que reuelāda erat.] Hoc ad iudeos solos ptinet quibus lex data est: sicut di-
Ps.147. cit: Nō fecit taliter omni nationi: qui vt pdicit custodiebant quasi cōpedibus in ergastulis: non liberi sed serui:
xxx. onere legis pressi: partim minis suppliciorū: partim adumbratiōe futuri. i. venturi christi: quasi pueri necdū ablactati et expulsi ab vberibus: ne prorsus in omnē impie-
Esaie.29. tatem defluētes: et sequentes prauitatē cordis sui: nec dignos nec capaces euāgelice gratie christus adueniēs offenderet. Custodiebamur inquā tanq paruuli ne in idola defluerem: per cultū vnius dei conclusi in eam fidem que in euāgelio erat explicāda: eadem tñ est et iudeorum fides, et nostra: q idem fidei obiectum: eadem credenda: eadem pmissa: eadem peccatorum remissio per eundē me-
Scotus. diatorem. Dicit autē doctor nr in.3. distin.25.q.2. q fides habet vnitatē vel ab vnitate reuelātis credibilia: q omnia respiciunt a fide vt sunt reuelata a deo: et hec formalis ratio est vna in omnibus. Potest etiam dici q fides habet vnitatē in se formalr ex seipsa: Quis illā effectiue habeat a deo: et non habeat vnitatē ex aliquo vt obiecto: sicut scientie causate ab obiecto. Non autē potest dici q fides infusa habeat vnitatem ex obiecto primo. s. deo: qm deus non mouet in rōne obiecti ad cognitionem omniū credibilium: nec in eo vt in obiecto concipiunt omia credibilia: licet contineat omia vt causa effectiua oim. Credo tamē inquit doctor noster q non sunt aliqua in nouo testamēto que non possunt elici et cōcludi ex his que scripta sunt in veteri in aliquo sensu allegorico vel tropologico: tamē non omnia cōcipiūtur in sensu litterali in veteri testamēto. De vnitate dei dicit Audi israel dñs deus tuus deus vnus est: Uidete q ego sum solus. Deut.32. Ante me non est formatus deus: et post me non erit: ego sum dominus: et absq me non est saluator. Esa.43. De scdo arti-
Malach.1. culo dicit: Si ego pater: vbi est honor meus? nūquid qui alios parere facio ipse sterilis ero? Esa.66. De pre et fi-
xxxi. lio simul: Qd nomen eius et filij eius si nosti? puerb.30. cap. Ex dñs dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. ps.2. De patre et filio et spiritu sancto simul: Hiere. capi.23. Peruertistis verba dei viuentis: dñi exercituum: dei nostri. Item Aggei. cap.1. Ego vobiscum sum dicit dñs exercituū: verbum quod pepigi vobiscum cum egrederemini de terra egypti: et spūs meus erit in medio
Genes. vestri. Qd sit creator Moses explicat cum dicit: In principio creauit deus celum et terrā. Qd sit iustificator: Esa. cap.43. Ego sum ego sum qui deleo iniqtates tuas ppter me: et peccatorum tuorum non recordabor. Qd sit glorifi-
Esa.64 cator: Oculus nō vidit deus absq te: que pparasti expectantibus te. Uirginem cōcepturam dixit Esaias capi.7. deum et hoiem parituram: dicens. Paruulus natus est no-
Esaie.9. bis: et vocabit nomen eius Emanuel. Et ponit a Hieremia sub creationis nomine cū dicit: Femina circūdabit
Hiere.30. virum: hoc est enim nouū quod faciet dñs super terram. Mortem dixit Esaias cap.53. descensum ad inferos. Zacharias cap.9. Tu quoq in sanguine testamēti etc. Resur-
Cap.9. rectionē sanctus Job descripsit: et virga amigdalina florēs ante arcam testamēti: et Samson et Jonas. Ascensum christi figurauit Helias. 4.Reg.2. et manipulus pmitiarum.
Joel. Leui.23.ca. De iudicio autem Joel disseruit cap.3. Congregabo omes gentes: et deducā eas in valle Josaphat. Item Daniel capi.7. de hoc sepe diximus. De penis impiorum habes Esaie cap. vltimo: vermis eorū non morietur.
Esaie. Item Esaie cap.30. Ecce nomen dñi venit de lōginquo.
xxxii. etc. De eccl'ie vnitate Ezech.37. cap. De sacramētis multa est facile reperire in scripturis que prudēti lectori re-
4.Reg.5. quirēda relinquo. Habes enim matrimonium in Eua et Adam, baptisma in Naaman et in aqua egrediēte a late

re templi: de qua Ezechiel. cap.47. Habes eucharistie sacramentū in pane et vino Melchisedech: sacramentū Gen.14
penitētie in Dauid ad quem missus est Nathan.2.Reg.12. In Adam cum dicit: vbi es? In capro emissario: Leuit.16. Habes sacros ordines in cōsecratione sacerdotū Leui.8.
Mosaice legis. Habes confirmationē in vnctione regum iudaice gentis etc. Reuelata est autem fides velo templi scisso in morte agni eius qui vicit vt aperiret librum et se- Apoc.5
ptem eius signacula etc. [Itaq lex pedagogus noster fuit ad christum: vt ex fide iustificaremur. At postq venit fides: non amplius sub pedagogo sumus.] Custodiebat ab Exo.20.
illicitis dicens: Non cōcupisces: dirigebat ad recta dicēs Diliges amicum tuū: nunc autē cōparente patre qui diu abfuerat quandiu erudiebamur in lege. [Omes filij dei estis per fidē in christo iesu: omibus datū est posse fieri fi- Joan.1.
lios dei: qui credūt in nomie christi. Sicut autē mamilla cum suū impleuerit officiū: et puerū ad mensurā firmio- Analogia.
ris etatis adduxerit: inutilis iam videt: et parētes qui cā prius necessariā iudicabant puero: mille postea irrisioni- Chryso.
bus psequūtur: et nō solum verbis horribilē ostendūt sed etiam amaris quibusdā succis circūliniūt vt pueros a lacte depellant: Ita de lege Mosi intelligendū puto. Qm enim vidit dñs q verbis non coercebātur lucescēte iam euāgelio: sed ad mamillas quasi pueri reuertebant: pfecte illam occuluit: et omes illos in remotissimas partes dispersit: sicut plerūq abductos a mribus vitulos includunt: vt eis tēpore ipso psuadeant a solito nutrimento la-
ctis arceri sicuti dicit per pphetam. Quem docebit sciē Esaie.28
tiam legis euāgelice et quem intelligere faciet auditum: xxxiii
fides enī ex auditu est. At iudei/ dicit Esaias nolunt audire alium q Mosen: ne forte inquit moriamur? Quem Exo.20.ca.
igitur docebit dñs sciētiam legis euāgelice? Respōdet ppheta. Ablactatos a lacte: auulsos ab vberibus: qui nequaq lacte nutriunt infantie: sed solido vescūtur cibo: Esaie.28.
qui apulsi sunt ab vbere cum Isaac: in cuius ablactatione fecit Abraam grāde cōuiuium. ¶ Hi merētur fidei audire mysteria que sacerdotes et pphete nesciunt: inebriati a vino veteris legis: de quo dicit: hi quoq pre ebrietate nescierūt. Hi sunt qui vocant pueri centū annorum: imo Esaie.65
si fas est dicere: et his nostris tpibus inuēti sunt pueri quidam mille quingentorum annorum: qui putabant se deducendos ad terrā que fluit lacte: cum iam diu legis vbera ari- Exo.3.
da sint: et circūlita veneno mortifero. Caput inquit aspidum suget: qui olim mel de petra sugebat: et occidet eū lingua vipere: nec videbit fluuios mellis et butyri. i. ver- Job.20
bum caro factū et habitantē in nobis: qui adhuc pedagoge legis suspirauerit mamillas. Quod enī dicit Esaie Esaie.
cap.66. Letare Hierlm et conuentū facite: gaudete cum gaudio qui lugetis sup eam vt sugatis ab vbere conso- xxxiiii
latiōis eius: non his qui sub pedagogo sunt dicit: qui adhuc desiderant carnes egyptias: sed his de quibus dicit apls in cōsequentibus. [Quicūq enī in christo baptizati de cōse. dist.
estis: christū induistis.] Ubi et in pncipio nascētis ecclie 4. quomō.
nuper baptizati trina mersione: etiā si essent.30. annorum mel et lac pgustabant in signū puerilis infantie. Est autē christus indumentū anime nre iuxta illud: Sed induimini Jesum christū. Induimus autē christum aliqn vsq ad Roma.13.
perceptionē sacramēti baptismatis: aliqn et vsq ad vite sanctitatē et morū expressam similitudinē. Primū ptinet ad omes qui aqua baptismatis diluūtur: alterum ad eos qui dicūt: Uiuo ego iam nō ego: viuit vero in me christus.
Quod enī lex precipit vt a vespera.14. diei vsq ad ve- Gala.2
speram vicesimi azima comedatur: nihil aliud significat q depositionē veteris hominis et initiū noui quod in ba- Leui.23.
ptismate christi mortem figurante inchoat. Sed hec re- Exo.12.
nouatio per septem dies durat hoc est toto tempore vite presentis que septem diebus pficit. Hoc autē christi indumentū illud vel maxime efficit vt omes quicūq illud Figura.
induerint. [Siue sint gentiles siue iudei: siue serui siue

liberi: siue mares siue femine vnum sint in christo Jesu. Cum enim quis semel christuz induerit: & missus in flammã spũs sancti ardore cãduerit: non intelligit aurum sit an argẽtum. Quãdiu enim calor massam sic possidet vnꝰ
Analogia. ignis calor est: et omnis diuersitas generis cõditionis & corporũ aufertur istius modi indumẽto: et omnes vnum sumus in christo Jesu. Non ergo nobis de nobilitate generis applaudamꝰ: cum vniuersi paris honoris & eiusdẽ precij sint apud deum: qui omnes vno & eodem precio acquisiuit: nec interest qua quis conditione natus sit: cum
Figura. omnes in christo equaliter renascãtur. Hinc est illud ꝙ
Jacob, omnes filios tam ancillarũ ꝙ vxorum in hereditate terre-
Rom.10.c. na coequauit: & omnes heredes instituit. Diues est enim dominꝰ in omnes qui inuocãt illum: & pro libero et ꝓ seruo seruiuit: sic & Jacob et liberis vxoribꝰ & ancillis se virum exhibuit: erantq; ancille vxores: & vxores mariti: hoc
Gene.30. est & erant libere & erant ancille: Sed apud dñm non est seruus nec liber: sed omnes vnum sumꝰ. Quicunq; enim fidem domini ꝓmerentur nullis maculis carnalis natiuitatis
Figura. maculantur: sed omnes eundem patrem habemꝰ in celis. [Si ergo vos vnum estis in christo Jesu: ergo semen Abrae estis: ac ꝓinde iuxta ꝓmissionem heredes.] Si christus est illud semen Abrae ꝓmissum in quo benedicende sunt omnes gẽtes: & vos inserti estis corpori christi in baptismate: ac facti vnũ cũ eo: christuz dñm induistis: illud consequitur vt sitis posteritas Abrae: quod si Abrae filij: & heredes bñdictionum et ꝓmissionis facte ipsi patri fidei nostre Abraam. Christus tamẽ corporaliter voca-
Roma.1. tur Abrae semen qui factꝰ est ex semine Dauid sm carnem: nos autẽ semen sumus Abrae sed spũaliter: sicut
Mat.3. dicitur: potens est deus de lapidibus istis .i. gentibus: qui lapides diu coluerunt suscitare filios ipsi Abrae: Ne velitis vos o iudei dicere intra vos: patrem habemꝰ Abraam &c. patent.

in natalis domini
et in vigil. epifanie

Caput Quartum.

Jco autẽ quãto tempore heres paruulus est: nihil differt a seruo cũ sit dominus oĩm: sed sub tutoribꝰ & actoribꝰ est vsq; ad pfinitum tẽpus a patre. Ita & nos cũ essemꝰ paruuli: sub elemẽtis mũdi eramꝰ seruiẽtes. At vbi venit plenitudo tpis: misit deus filiũ suũ factũ ex muliere factũ sub lege: vt eos qui sub lege erãt redimeret: vt adoptionẽ filiorũ reciperemus. Qm autẽ estis filii dei: misit deꝰ spiritũ filii sui in corda vestra clamãtem Abba pater. Itaq; iam non est seruus sed filius: quod si filiꝰ: & heres per deum. Sed tũc quidem ignorãtes deum: his qui natura non sunt dii seruiebatis. Nunc autẽ cum cognoueritis deum: imo cogniti sitis a deo: Quomõ iterum cõuertimini ad infirma & egena elemẽta quibꝰ denuo seruire vultis: dies obseruatis & menses & tẽpora & annos: Timeo vos: ne forte sine causa laborauerim in vobis.

[Dico aũt quanto tempore heres j.
paruulus est: nihil differt a seruo cum sit dominꝰ omniũ: Tho.1.par.
sed sub tutoribus et actoribꝰ est vsq; ad prefinitũ tẽpus a q.99.arti.1.
patre.] Hoc aũt mõ apls loqui solet quoties ingreditur interpretari que dixerit. Qd inquit dico tale est. Exponit enim per similitudinẽ humane cõsuetudinis: qd superiꝰ dixerat: ꝙ lex pedagogus noster fuit. Habet autẽ hoc humana cõsuetudo: vt licet quis sit filiꝰ regis ac heres legitimꝰ regni: tñ ꝙdiu paruulꝰ est nihil differt a seruo: sed sub pedagogo est vsq; ad pfinituz tẽpus a patre: quicqd autẽ per id tpis pupillꝰ egerit ratũ non habet. Pro tutoribꝰ & actoribꝰ. Grece est ἐπιτρόπους καὶ οἰκονόμους idest curatoribus & dispẽsatoribus: hoc est rei familiaris ꝓcuratoribus. Actores autẽ vocantur quorũ autoritate res geritur & administratur. Dabãtur autem pueris pupillis tutores: furiosis autem curatores qui ꝓ illis rem administrarẽt. Quod ergo dixit apls per similitudinẽ paruuli: futuri tñ heredis tempore ex eo quo pater eius pscripserit: nunc ad suuz ꝓpositum applicat dicens. [Ita & nos cũ essemꝰ paruuli: sub elementis mũdi eramꝰ seruiẽtes.] Cum esset apls par- p.Cor.13
uulus: sapiebat vt paruulus: cogi. vt paruulꝰ: seruiebat vt paruulus: sub lege erat: nihil differebat a seruo: quinquies quadragenas vna minꝰ accepit: hereditatẽ nunꝙ 2.Cor.11.c.
adijt. Cum aũt desijt esse puer: rapitur in tertiũ celum vt videret hereditatẽ cuius erat heres: quam tamẽ adire non 2.Cor.12.
potuit quãdiu seruiebat sub elementis mundi. Elementa vocat legem quasi quoddã abcdarium & primã institutionẽ ad iusticiam & fidem: de quo dicitur ad aplos: Audi- Mat.5
stis qr dictum est antiquis pueris paruulis: diliges amicum tuũ: & odio habebis inimicũ: paruulorũ doctrina est ij.
hec. Nam non referre bñficium infame est apud omnes puerb.
gentes: redamare amãtem: etiã mutuo muli scabũt. Ista homines arguit supra paucos: & ad hoc in abcdario legentes. [Sicut autẽ dicit Hieronymꝰ multi pcepta dei Hiero.
imbecillitate sua non sanctorũ viribus estimãtes: putant impossibilia esse que pcepta sunt: et dicunt sufficere non odisse inimicos: ceterũ diligere: plus precipi ꝙ humana patitur infirmitas. Qui hoc dicunt: adhuc paruuli sunt: etiam si sint centũ annorũ sub elemẽtis cõtinentur: ea sunt sabbatũ: neomenie: ciborũ delectus: lotiones assidue: tactus mortuorũ: ritus omnes sacrificiorũ & multa huiusmodi que omnia alibi apls vocat sanctũ seculare. Heres autem iste sicut dicit Hieronymus genus humanũ est: qui Hiero.
non solũ vsq; ad aduentũ christi sed vsq; ad cõsumationem seculi nihil differt a seruo cum sit dñs omniũ. Quo modo enim omnes in ꝓtoplasto Adam necdum nati moriuntur: ita & omnes etiam hi qui ante aduẽtum christi nati sunt viuificantur in scdo Adam: atq; ita fit vt nos legi serui Homo.
erimus in pribus: & illi gratia saluentur in filijs. Querimꝰ autẽ vtrum si parentes nostri nõ peccassent: tales filios essent habituri qui nec lingua nec manibus nec pedibꝰ vterentur. Nam ꝓpter vteri capacitatem fortasse necesse August.
fuerit paruulos nasci: ꝙuis cum exigua sit pars corporis costa: nõ tamẽ propter hoc deus paruulã viro cõiugem fecit quam edificauit in mulierem: vñ & eius filios poterat omnipotẽtia creatoris mox editos facere grãdes. Cur enim hoc non potuit deus cõferre paruulis quod multis etiam aĩalibus pstitit que mox edita currunt: & matres agnoscũt: nec sugendis vberibꝰ cura & ope egent aliena: sed ita ipsi pulli aĩalium in mr̃nis corporibꝰ loco abdito posita mirabili facilitate nouerunt. Contra homini nato nec ad incessum pedes idonei: nec manꝰ saltẽ ad scalpendum habiles: & nisi ope nutricis imoti labijs papillã vel vbera ingerãtur: nec vbi sunt sentiunt: & iuxta se iacentibus mãmis: magis possunt esurientes flere ꝙ sugere: vt iam nõ tantũ nihil differat homo a seruis: sed inferiores
Gene.9. videantur cõditionis ꝙ ipsa animalia quibus prelatus est sicut dicitur: Terror vr̃ sit in cunctis aĩantibus. Nihil igitur differimus a seruis qui corpori nr̃o seruire cogimur. Si
Val.Max. cut autẽ narrat Uale. Max. Persarũ admoduz ꝓbabile institutum fuit ꝙ liberos suos non prius aspiciebãt ꝙ septimũ annũ impleuissent: quo paruulorũ amissionẽ equore animo sustinerẽt. Hoc mõ deꝰ agit nobiscuz: septẽ enim annis a psentia eius absumus: donec veniat plenitudo temporis pfiniti a pr̃e. Interim autẽ tanꝙ pueri cum labore meminimꝰ: sine labore obliuiscimur. Cum labore erudimur: sine labore nescimꝰ. Cum labore strenui: sine labore inertes. Sed preter pueriles penas sine quibꝰ discere non possumꝰ etiã ipsa elementa: quot & quãtis penis agitur genus humanũ: que non ad maliciã iniquorũ
Augustinꝰ. sed ad cõditionem ptinent miseriamq; cõmunem? Quãtus metus: quãta calamitas ab orbitatibꝰ & luctu: a dãnis deceptionibꝰ mendacijsq; hominũ. A suspitionibus falsis: ab omnibus violentis facinoribꝰ & sceleribus alienis. Quippe quidem ab eis & depredatio et captiuitas vincula exilia & cruciatus & multa alia que sepe cõtingũt: sicut illud quod Lucretia violẽter oppressa est: similiter et Tha-
iiij. mar. Quid a frigore estu: tẽpestatibꝰ fulgoribus & hiatibus terrarũ? Quid a tot venenis fructuũ: aurarũ bestiarũ morsibus? Que mala nauigãtes vel itinerantes sepe patiuntur? Quis repentinos casus mortis enumeret? Quid
p.Reg.4 videtur sedente securius? et tñ Heli sacerdos de sede cecidit & mortuꝰ est. Jam langores quis enumeret & tormẽta medicine quibꝰ vix sanitas restituitur: aliqñ autem post
Homerꝰ. lõgam curã labor et impensa perit. Proinde merito Homerus hominũ genꝰ simile dixit folijs: sicut dixit & Job
Job.13 Contra folium qd vento rapitur ostendis potentiã tuam. Folia quidẽ vẽtus humi fundit: alia vero silua ꝓducit succrescẽte vere. Recordamus & illud: vñ est ꝙ nõnullos pueros videmꝰ ab ipso demone possessos esse natos: alios vero videmꝰ a pueritia diuinasse: alios ab ipso vtero san-
Orige. ctificatos & vnctos in prophetas legimus: siue exultasse etiã in vtero: cum alijs ipsa mr̃is vulua sepulchri vicem suppleuerit. Potest dici ꝙ liberi arbitrij est aĩa vbicunq; sit siue in corpore siue extra corpus: semper vel ad mala vel ad bona mouetur: pro quibꝰ motibus hoc a diuina ꝓuidentia pati iudicate sunt. De hoc tñ nihil diffinimꝰ: scri-
Malach.1. ptum est enim: Jacob dilexi: Esau autẽ odio habui: cum nec bonũ aliquid nec malum egissent. Quod igitur ad ꝓpositum attinet: eramus aliquãdo seruientes sub elementis mũdi: qm lex non celestia sed terrena promitte-
Tho.3.par. bat. [At vbi venit plenitudo temporis: misit deus filiuz
q.1.ad 4ntũ suum factũ ex muliere: factum sub lege: vt eos qui sub le-
de cõse.dist. ge erant redimeret (alias lucrifaceret. Ambro.) vt ado-
9.si qs aũt. ptionem filiorũ reciperemus.] Si igitur queras: cur tot elapsis tẽporibus christus aduenerit: hoc solum dicimꝰ licet temeritas sit tanti sacramenti causas edicere: tunc
Augustinꝰ. voluisse hominibꝰ apparere christum: & apud eos pdicari doctrinam suam quando sciebat esse qui in eum fue-
v. rant credituri. His enim tẽporibus & ijs locis quibus euãgelium eius non est predicatũ: tales omnes in eius pdicatione futuros esse presciebat: quales non quidem omnes sed tamẽ multi in eius corporali presentia fuerũt: qui in eum nec resuscitatis ab eo mortuis credere voluerunt: Quales etiam nũc multos videmꝰ cum tanta manifestatiõe de illo compleãtur preconia prophetarũ nolle adhuc credere: et malle humana astucia resistere: ꝙ tam clare perspicueq; veritati & vbiq; diffamate credere. Nec incredibile est tales fuisse omnes ante eius aduẽtum: quales ab eius aduentu vsq; ad hoc tempus tam multos fuisse atq; esse miramur: Quibus ergo omnino anũciatum non est: non credituri presciebantur: et quibus non credituris tamẽ anũciatum est: in illorum exemplũ demonstrantur. Itaq; cum venit plenitudo temporis tunc Joan.1.
venit: & nec ante nec post: licet & tunc sui ex parte maxima eum non receperint. At vero de celesti & eterna chri- Ambro.
sti generatione si queras: inuenies Joãnem dixisse quo modo erat dei verbũ & quando erat: et quid erat & quid egerat: quid agebat & vbi erat: et quo venerit & quomodo venerit: quo tempore venerit: et qua causa venerit. In principio inquit erat verbum: habes quãdo erat. Et verbum erat apud deum: habes quomõ erat. Habes etiam quid erat: quia deus erat verbum. Quid egerat: vj.
qm per ipsum facta sunt omnia. Quid agebat: qm illuminat omnẽ hominẽ venientem in hunc mũdum. Primũ quidem per prophetas suos: tum per seipsum cum venit plenitudo temporis. Et vbi erat: quia in hoc mũdo per potẽtiam: In mundo eterno per essentiam: quia ego in patre: In mundo minori .i. in homine per gratiã vnionis psonalis qua nulla maior in rebus per tempus ortis. In iudea per realem psentiam: in sanctis suis per grãm. Quo venerit: quia in propria venit. Quomõ venerit: quia verbũ caro factum est. Quãdo venerit: cum venit plenitudo tẽporis. Qua causa venerit: ecce agnꝰ dei qui tollit peccatũ mundi. Uenit inquã vt adoptionẽ Joan.1.
filiorum reciperemꝰ: Nec dixit acciperemus: sed reciperemꝰ: qd verbo significat ꝙ recipimus in christo quod in Adam amisimꝰ ex quo mortales facti sumus. Dicit autem factuz ex muliere & non per mulierem: quia non ex semine viri carnis sue sumpsit originem: sed ipsi mulieri ipsa principalis causa et origo carnis eius ascribitur Un nolatur
Hominibꝰ autem ceteris cõuenit qd facti sunt per mulie- virago.
rem qm quidẽ priusq; per mulierẽ nascerẽtur: ex semine viri acceperũt exordiũ. Filium igitur suum misit post vij.
lõgam preconũ seriem factũ: per quem omnia facta sunt. Factum qd ipse ad imaginem suam fecerat. Et vnde factum? ex muliere. Et que mulier illa? summa dei sapiẽtia nullã in massa hũani generis inuenit viam per quã vt disposuerat eterno suo cõsilio in mũdum veniens: eiꝰ subueniret luctose pditioni: donec ad hanc de qua apo- Augustinꝰ.
stolus loquitur ventum est. Tandiu igitur christus nõ venit quãdiu hec mulier non venit: que fecit sola confusionem in domo regis Nabuchodonosor/ de qua vtiq; Judith.14
scriptum legimus: Inimicitias ponam inter te et mulierem: & semen tuum et semen illius: ipsa cõteret caput tuuz &c. Ipsa est virga vigilans siue amigdalina de qua Gene.13.
in Nũeris: siue nucea: que concassauit capita serpentis. Quanꝙ ergo iratꝰ dñs maledicta in offensores suos parentes nr̃os effuderit sm mẽsurã delicti: tamẽ mox mysteriuz nostre salutis vt pius pater ostendit. Neq; equũ fuerat alio tẽpore de nostre salutis remedio cogitare: nisi eo ꝙ mors esset inuenta: sicut a prudẽtibus pma fronte morbi adhibetur medicina: vt capite valetudinis deprehenso: facilius remediuz salutare succurrat. Non ergo tunc dñs incepit nobis ꝓmittere saluatorẽ: cum Abrae ꝓmittitur semẽ in quo bñdicende essent gẽtes: vel cum Esaias dixit: Ecce virgo cõcipiet. 7. cap. quia hoc erat pe- Gene.12.
ne sero si tanta patriarcharũ multitudo sine spe mortua videretur. Igitur deus contra omnẽ spem: contra omnẽ Hierony.
pene fidem ex diuitijs mĩsericordie sue in malo bonũ nactus: in iracũdia cõfirmans pietatem: peccãdi semen fructum voluit esse miserandi: et qui nos ꝓpter trangressionem pdere debuisset: propter suam mĩam reparãdos promisit: et qd magis mireris per semen videlz femine per quã pctm̃ intrauerat. Sola enim fuit mulier patuit Sedulius.
qua ianua lethi: per quã vita redijt. Et illo tpe quo in viij.
parentibꝰ electi sumꝰ de paradiso deliciarũ: argumentũ salutis ostẽdit: ponẽs inimicitias inter filiũ virginis et se- Gene.3.
men serpẽtis: cuiꝰ caput cõterendum pdicit: vt intelligere possimus quantũ valet prestare non lesus: qui tantũ ꝓmisit se donaturũ iratus. Impleuit autẽ quod ꝓmisit cum venit tẽporis plenitudo: nec enim suo venit qui nihil

ꝓmisit ex debito: satis est q̃ venit et impleuit q̃ ꝓmisit
Gene.18 et quãdo ꝓmisit: sicut dictũ est ad Abraam: Reuertens
veniam ad te tẽpore isto vita comite: et habebit Sara fi-
lium. Nos eñ non possemus cõqueri q̃ christus venerit
Mat.20 sero: qui cũ vix vnam horam in dei opere expẽderimus:
pares facti sum9 illis qui portauerũt põdus diei et estus.
Nec tamẽ vel illis imposuit fraudem deus: acceperunt
enim ꝓmissiones suas cum venit tẽporis plenitudo: hoc
est in sero diei: sicut cum deo pacti sunt. ¶ Ex maxima au
1.Cor.1.ca. tem mia dei factuz est vt in nobis fines venirẽt seculorũ
quos hic apl's vocat plenitudinẽ tpis vt nõ sine nobis co
Heb.11. ronarẽtur. Quãdo igit venit plenitudo tpis: emisit deus
filium suũ: emisit tanq̃ legatũ cum ꝓcio: ꝓduxit eñ luci-
ferum in tpe suo. Job.38. factuz ex muliere de qua dicit:
femina circũdabit virum: ipsa est liber grandis et nouus:
nouũ eñ faciet dñs super terrã. Hiere.31. vt corporalr ꝓ-
sens nr̃is infirmitatib9 mederet. Factũ ex muliere. Mu-
lier est: sed que angelos vincit puritate sanctos superat
charitate. Carnalis Eua carnaliũ filiorũ mater est: spi
ritualis Eua sp̃ialiuz et regeneratorũ mater est: et qui nõ
ex sanguinib9 sed ex deo nati sunt et filiorũ gratie. Carna
Dionysius. lis Eua vmbra est et idolum: sp̃ialis Eua lux est et veri-
tas: sed id parum est. Sp̃ialis Eua mater est ineffabi-
lis verbi: que oẽm sanctificationẽ et gratiã celũ et terram
vniuersaq; replẽtem in suo semper sancto virginali gre-
Maria. mio si ita dici licet: imo quia licet cõclusit: facta celo ter-
raq; capacior: quippe que infinituz accepit. Uirgo sancta
quia tu tota sancta es et largitrix vite et gratie. Tu virgo
tuo modo semp sanctificata sicut christ9 homo semp san
ctificatus. Tu es ancilla et libera dei mater: sicut christus
dñs in eternitate liber: et pro nobis exina. forma serui as
sumpta. Ita virgo plusq̃ beata angelis sanctior: qui te
sanctitate expoliãt: nisi penitentiã agant: conspuãtur: per-
fundent: vitam lucemq; fugiant. Diony. Factum ex mu-
Gene.14 liere. Et ipsa est quã ꝓparauit dñs filio domini mei. Fer
culuz eñ fecit sibi rex de lignis Sethin. etc. Huius fercu-
li quãta sit gloria tum ex parte efficiẽtis: finis: materieq;:
tum ex eius forma exẽplo aperiam. Urbe a Gallis capta:
cum flamen quirinalis virginesq; vestales sacra partito
onere ferrent: easq; pontem sublicum transgressas Lu-
cius albanus plaustro cõiugem et liberos vehẽs aspexis-
set: ꝓpior publice religioni q̃ ꝓuate charitati indi Ual.
Ual. Mar. M. suis vt plaustro descẽderent imperauit: atq; in id vir-
gines et sacra imposita: omisso cepto itinere: Ceretẽ opi-
dum ꝑuexit. Inde enim institutuz est sacra ceremonias
vocari: quia Ceretam ea fracto reipublice statu ꝑinde ac
florente ante coluerint. Quare agreste illud et sordidum
plaustrũ tẽpestiue capax: cuiuscũq; triumphalis currus
vel equauit gloriã vel antecessit. Ita vitum est Ual. ma-
ximo. Uide nũc mihi ferculũ illud maiestatis dei capax:
ac ꝑinde latius celo: vbi speciosus pre filijs hoim posuit
tabernaculũ suuz.i. thalamũ suuz. Artifex eius Salomõ
Eccl.24 est: finis: Qui creauit me requieuit in tabernaculo meo:
Exo.25 forma capacissima: rotunda videlz. 3.Reg.10. materia ꝑ-
petua videlz de lignis Sethin. De quo lati9 vide ꝑmi pa
Ambro. ralip. cap.etc. Ambro. Maria dña facta est oĩs creatu-
re cum conditoris oim facta est mater. Ipsa est nubis le
uis: que gestabat vtero remissionẽ pctõrum: que coniugij
onera nesciuit. Uenter eius granũ gerebat: q̃ in aceruũ
creuit post mortem. Maria quare virago dicit: quere ali
Luc.2.ca. bi. Factum sub lege: circuncisus octaua die: et post. 40.
dies redẽptus in tẽplo a parentib9 ſm legem primogeni
Exo.13.ca. torũ: qua dicit oẽ masculinuz adaperiens vuluã sanctũ
dño vocabit. Et illud Exo.cap.13. Cũ introduxerit te dñs
in terra Chanaã: sicut iurauit tibi et prĩbus tuis: et dederit
Tho.3.par. tibi eam: sepabis omne q̃ aperit vuluã dño et q̃ primi
q.27.ad 5m tiuũ est dño in pecorib9 tuis (Solus christ9 aperuit vul-
q.37.ad uam mr̃is sue: ideo ipse solus est sanct9: sed differẽter ab
tertiũ. alijs.) Quicq̃d habuerĩ masculini sexus cõsecrabis dño:

primogenitũ asini mutabis oue. etc. De hoc et Nũe.ca.3.
Factus est igit sub lege: qui legẽ dederat Mosi tradẽdam
pplo: qui venerat legẽ adimplere: vt redimeret dato ꝓcio
eos qui erãt sub lege. Ergo quãdiu christ9 non venit: lex
Deut.18.c. non erat plena nec erat tpis plenitudo. Impleta est autẽ
ix. lex et temp9: cum venit quẽ lex ꝓmittebat dicens. Pro-
phetã suscitabo eis de medio fratrũ suorũ similis tui etc.
Ponã verba mea in ore eius: loq̃turq; ad eos oĩa que
ꝓcepero illi. Qui aũt verba eius que loquet in noĩe meo
audire noluerit: ego vltor existam. Sicq; dato precio: ex
seruis facti filij: [recipem9 adoptionẽ filiorũ.] Difficile aũt
videtur intelligere: quomõ venit in mũdum qui in mũdo
erat: Dicim9 tñ q̃ ex illo incõprehẽsibili fastigio maiesta
tis ꝓfunde dedit se vtcũq; cõprehẽdendũ mentib9 nr̃is:
Joan.1. imo et oculis quib9 vidim9 gloriã eius gl'iam q̃si vnigeni
ti a p're: sic tamẽ cõprehendi põt etiam cũ semetipm exina
Philip.2 niuit vt habitaret in nob: vt adoptionẽ filiorũ recipem9:
hoc est participes sim9 diuine beatitudinis. Sicut enim
ipse nr̃a natura participat: ita ad suam videndã nos ado-
ptat. Dicit eñ adoptionẽ: vt distincte intelligam9 vnicum
dei filiuz. Nos eñ bñficio et dignatione filij dei sum9: ille
Hiero. autẽ natura. Sicut aũt dicit Hiero. qui acutius intuet: di
cit eos significari redẽptos q̃ primũ de dei parte fuerint:
et postea esse cessauerint. Illos vero qui sub lege nõ fue-
rint: nõ tam redimi q̃ emi. Aliocq; si ideo sub lege factus
est vt eos qui sub lege erant redimeret: q̃ videlz impossi
x. bile fuerit redimi eos qui erãt sub lege: nisi fact9 fuisset
ipse sub lege: ergo sine lege fact9 est vt redimeret eos qui
sine lege erant. Aut si nõ est fact9 sub lege: ergo nõ rede
p.Cor.7 mit eos qui erant sine lege: q̃ veruz non est. De gentib9
vero qui non fuerunt sub lege dicit apl's p. Cor.7. Em-
p.petri.1. pti eñ estis precio. Petr9 vero de iudeis sub lege viuen
tibus: Nõ corruptibilib9 redẽmpti estis etc. Absurdũ est
autẽ credere Mosen et ceteros amicos dei in ea fuisse cõ
ditione vt non credam9 eis et prefinitũ tẽpus a patre ve-
nisse: et redemptos eos esse de seruitute legali: et adoptio
nem filiorũ cõsequutos: et hereditatẽ accepisse cũ christo:
Luc.10.ca licet ꝓprie ad nos ptineat q̃ dictuz est: Beati oculi qui
vident que vos videtis. [Qm̃ autem estis filij: misit de9
pater sp̃m filij sui: (quib9 verbis tota simul trinitas bea-
tissima intelligit operata adoptionẽ nostrã: in corda tam
iudeorũ q̃ gentiuz: [clamantẽ Abba pater:] quã vocem
nunq̃ auderem9 occinere deo: nisi hoc sp̃ussanctus sug-
Hiere.47 gereret: quẽ misit in corda nostra deus pater. Aliud eñ cla
mat sp̃us seruilis: aliud filiorũ affect9. Ille deprecat iram
domini dicẽs: O mucro dñi vsq̃quo nõ quiesces: ingre-
Esaie.63. dere in vaginã tuam: refrigerare et sile. Iste autẽ tota fi-
ducia clamat: Attende de celo et vide de habitaculo san-
cto tuo et glorie tue. Ubi est zelus tuus: et fortitudo tua et
multitudo viscerũ tuorũ et miserationũ tuaruz: sup me cõ
tinuerũt se. Tu eñ pater nr̃: et Abraam nesciuit nos et Is-
rael ignorauit nos. Tu dñe pater nr̃ redẽptor noster. etc.
xi. Esa.cap.63. De hoc diximus ad Roma.cap.8. videlz de
hoc noĩe Abba. Quod autẽ apl's dixit: Sp̃m filij sui: ma
nifeste ostendit q̃ et sp̃us sanct9 eque ꝓcedat ex patre fi-
lioq;: de quo alias. Igit apl's dicẽs ὁ πατὴρ, elegãter:
duo verba idem significantia posuit ὁ πατὴρ, propter
Figura. vniuersum pplm qui ex iudeis et gentib9 in vnitatẽ fidei
vocat9 est: sic Abba Hebrei sonãt: gentes aũt ὁ πατὴρ,
qm̃ et qui preibant et qui sequebant: oẽs cla
Mat.21. mabant Osanna in excelsis. [Itaq; iam non es seruus
sed filius: et heres dei per christũ. Filij quidem cepimus
esse ex quo meruim9 accipere spiritũ filij dei qui clama-
Esaie.54. ret pro nobis Pater pater: heredes autem sum9 quidẽ
sed secũdum spem ꝓmissiõis facte ad Abraam patrem
nostrum: etc. Hec est inquit hereditas seruorũ dei: aliam
Josue.21 eñ lex seruis qui erant sub lege (videlz bona terre) he-
reditatem repromisit: de qua legimus Josue cap.21. Da
ta est ab eo pax in oẽs per circũitum nationes: nullusq;

eis hostium resistere ausus est: sed cuncti in eoruz ditio-
nem redacti sunt: habitabatq; Juda et israel absq; timo
re vllo vnusquisq; sub vite sua et sub ficu sua. De heredi-
Esaie.55. tate autem seruorũ dei dicit Esaias cap.55. Oẽs sitien-
tes venite ad aquas: et qui non habetis argentũ ꝓpera-
te: emite et comedite absq; vlla cõmutatione vinum et lac.
Joan.1. Lac cibus est paruulorũ: vinum robustorũ: hoc est verbuz
xij. q̃ caro factuz est vt habitaret in nobis. Qd̃ dicit: emite
absq; argento: pro eo dicit q̃ bona gratie et glorie non ca
Roma.8. dunt sub merito: q̃ non sunt cõdigne passiões etc. sequit.
Audite audiẽtes me et comedite bonũ (bonuz oĩs boni
bonũ solus deus est.) Et delectabit in crassitudine anĩa
vestra: per q̃ ostẽdit hereditatem seruorũ dei ad animã
maxime ptinere: cum hereditas legis tota sita sit in bo-
nis terrenis. Inclinate aurem vr̃am et venite ad me: et vi
uet anima vr̃a vite gratie: et feriam uobiscũ pactum sem-
piternũ: mĩficordias David fideles: de quibus dicit apl's
Quod si filij Abrae et heredes: mĩficordie eñ fideles
David ipse sunt ꝓmissiones facte Abrae et semini eius.
Omnes itaq; vocant ad aquas: q̃m oẽs acceperũt po-
testatẽ fieri filij dei: vt clament cõsequenter Pater pater.
Qd̃ si sp̃us nr̃ clamat Abba pater: iam nõ sum9 serui sed
filij. Qd̃ si filij: et heredes. [Sed tunc quidem ignoran
tes deum: seruiebatis dis qui natura non sunt dij: sed ho-
minũ opinione.] Qd̃ si natura non sunt: nõ sunt dij: licet
putent esse: et tamẽ preualente ignorãtia dei veri: his qui
natura nõ sunt dij seruiebatis. Sed quales erant dij gẽ
1.Reg.5. tium quib9 seruiebant: Tulerũt Philistijm arcam dei
et intulerũt eam in templũ dei sui: et statuerũt eam iuxta
Dagon deum suũ. Altera aũt die Dagon iacebat ꝓnus
in terra ante arcã. Restituit in locum suuz Dagon. Rur-
sus diei sequẽtis mane inuentus est Dagon iacere ante
arcam dei: caput autẽ et due palme eius abscise erant su-
per limẽ templi. Nota totã historiã ꝑmi Reg. cap.5. Nõ
inquiunt maneat arca dei israel apud nos: q̃m dura est
manus eius sup nos et super deum nostruz. Inito autem
consilio vt remitteret arca: iubent Ascalonitarũ satrape
xiij. vaccas duas iungi quibus non erat impositũ iugum: im
ponicq; plaustro arcam dei: et iubent speculari virũ via
regia pgant: an redeant ad reclusos vitulos domi: vt in-
de sciant vtrum casa illa illis mala cõtigerint: an dei vo-
Orige. luntate cuius arcam ceperant. Qm̃ igitur diuinis ista di
centib9 illarum tunc regionuz populi crediderũt: eorũq;
impleuerunt preceptũ: Deus quoq; cõdescensione solita
diuinorũ sententiã comprobauit: nec maiestate sua puta-
uit indignu; in effectum operis prophanorũ dicta pduce-
re: idq; agere: vt illi fideliter ista viderẽtur psuasisse. Ad
maiorem eñ dei gloriam ptinebat si virt9 eius etiam ini
micorũ testimonio panderet: et ipsi quoq; gentiles magi
stri cõsonam ferrent de veri dei potestate sententiam. Ta-
les sunt dij quos gentes colunt: vt audeat suffurari eos
Gene.31. Rachel et super eos sedere dicens: Qui iuxta cõsuetudi-
nem mulierũ accidit mihi. Quare inquit furat9 es deos
meos: o excellentẽ insaniam. Tales sunt dij tui: vt quis
Chrysost. eos furari audeat: Quomõ non erubescebat cum iusto
Jacob talia loqui: Nisi quid credebat deos esse aureos
Gene.28. qui deum immortalẽ viderat innixum scale et ascendẽtes
angelos vt obsequerent ei: De hoc multa dixim9 ad Ro
ma.cap.pmo. Igitur vos cum deum verũ ignoraretis: a
maiorũ vestrorũ instituto deos quosdam coluistis: sicut et
de maioribus patrũ nostrorũ scriptũ est: Trans fluuiuz
habitauerunt patres nostri ab initio Thare et Abraam
Josue.24 et Nachor: seruierũtq; dijs alienis: et tamẽ etsi non a to
to ex parte excusat vestrũ errorem ignorantia: eo q̃ pro-
xiiij. prior videat vere religioni: qui falsa religiõe tenet: q̃ qui
prorsus credens nullũ esse deũ: nullo religiõis tenet affe
ctu. Turpe quidem est ignorare: q̃ omnib9 scire conue-
Phs.1 nit: sicut dicit ph̃us: et tamẽ non defuerũt qui dicerent nõ
esse deum. Min9 ergo errat qui putat esse deos multos

q̃ qui nullum. [Nunc autẽ cum cognoueritis deũ: quin
potius cogniti ab eo:] q̃ dixit apl's quasi corrigẽs quod
dixerat: cognoueritis. Per hoc eñ inuenistis et cognoui-
stis eum: q̃ ille prius sua vos cognitione dignatus est:
Matth.7. multis eñ dictur9 est: Nescio vos vnde sitis. Cum igit
ipse vos nouerit vocando: et vos vicissim noueritis eum
credendo. [Quomõ conuertimini iterum ad infirma et
egena elemẽta quib9 denuo seruire vultis:] Errori prio
ri facile ignouit deus propter annexam ignorantiã licet
non inuincibilẽ: que ex parte excusat errorem. At verita
te agnita: quomõ cõuertimini: Post inspirationem enim
et reuelationẽ veritatis factam: qui in eo quod errauerat
pseuerat prudens et sciens: Jam non in venia ignorãtie
Chrysost. peccat. Presumptione eñ magis atq; obstinatione nitit
quadã: cum ratiõe superet. Judei desertis iudaicis tra-
ditionib9 cõuolant ad euangelij libertatẽ: vos ab ijs qui
natura non sunt dij vocati ad iugum et cultum vni9 dei:
quomõ nunc cõuertimini ad elemẽta.i. legales obseruã-
tias: infirma et egena que nec cõferunt gratiam.i. remis-
sionem peccatorũ: paruni q̃ aut nihil iuuãt ad vestrã pie-
tatem. Qd̃ autem dicit: Iterum cõuertimini: non intelli-
gas q̃ ante vocationẽ ad fidem legalia seruauerint: sed
denuo dicit ꝓ quo Grece est πάλιν ἄνωθεν, idest rur
sus ab initio) pro eo q̃ ante idola co
luerint quorũ cultus ita gentibus ꝓphanus erat: sicut et
cultus legaliũ obseruantiarũ. Facit autẽ ad vehemẽtiam
orõnis q̃ dicit: Rursus ab initio: hoc est: pálin anóthen.
xv. Quomõ iterum cõuertimini ad elementa egena: Non
Ezech.1. reuertebant inquit cum ambularent: sequentes semper
impetum spirit9. Quomodo igitur sequit: Reuertebã-
tur in similitudinẽ fulgurum: hoc sic soluim9: si duas es-
Allegorice. se vitas intelligamus: non reuertebãtur priorũ obliti ne
eis dicatur: Canis reuersus etc. Sic Matthẽus ad Telo
Gregori9. nei lucra nõ resedit: nec Zacheus sanitate semel pcepta
inhiauit vlterius rapinis et fraudib9. Uadunt ergo et non
reuertunt: vadunt item et reuertunt: quia ab actiua vita
quam apprehenderũt: ad iniquitatẽ non corruũt: et a cõ-
templatiua in qua diu fixi esse vix possunt in actiuam re
Roma.7 labũtur. Quod et Paulus lamentat dicens: Infelix
ego quis me lib. etc. Raptus eñ in tertiũ celum: quomo-
do ad corporis necessitates et infirmitates descẽderet eru
Ambro. bescebat. Ambro. Sic igitur euntes: intelligunt vbi non
sunt: reuertẽtes vero: quid sint. Quodq; dicit: in similitu
dinẽ fulguris: bene humane fragilitatis ꝓprietatem ex-
primit: qua videlz facile iacemus: cum labore surgimus:
corpore corruptibili aggrauãte animã: nisi attrahamur a
vi magnetis eius: Cui dicit: trahe me post te. Cantic.p.
[Dies obseruatis: et mẽses etc.] que oĩa ad festa iudeorũ
dies ptinẽt: dies pñt referri ad sabbatũ: menses ad Neo
menias: tpa aũt nõ significat hic temp9 sed opportunitatẽ.
Neq; enim est χρόνους, sed καίρους, De quo diximus
ad Romanũ.13. sup illo verbo: hora
est iam etc. Anni autem referũtur ad.7. annũ aut ad.50.
Leui.23. dies: vt decimã mensis primi vsq; ad.14. qua agnus im-
molabat: et a quartadecima vsq; ad.21. q̃n azima come-
debant: septem aũt septimanas quas ritu iudaico com-
putant israelite: et pentecosten seruãt: necnõ et clangorem
tubarũ primo mensis septimi. Decimo etiã eiusdẽ mensis
expiationẽ et ieiuniũ: et in quintodecimo scenophegiã. Die
quidem septimã deus requie sua ab operib9 mũdi con-
firmauit: sicut scriptum est: Cõpleuitq; deus die septimo
opus suuz q̃ fecerat: et requieuit die septimo ab vniuer
so opere q̃ patrauerat. Et bñdixit diei septimo et sancti-
ficauit illum: q2 in ipso cessauerat ab omni ope suo quod
creauit. vide ad Collossen.2.cap. in fine. Preterea scien-
dum q̃ cum iubent iudei in sabbato ab omni opere serui
li cessare et soli deo vacare sicut scriptum est Exo.16.ca.
xvi. Maneat vnusquisq; apud semetipm et nullus egrediat
de loco suo die septimo: per hoc intelligebãt vnitatẽ dei

qui cum sit vnus tantū: vnum illo die creauit mūdum:
hoc est requieuit cōdito eo. Apponit̄ etiam in lege altera
ratio qua tenent̄ p̄cepto dei seruare sabbatū: sicut dicit̄:
Deut.5.ca. qm̄ seruus inquit fuisti in Egypto. Sicut igitur etiā no-
lentes tūc compellebant̄ ad laborē luti ⁊ lateris: ita ⁊ in
lege precepto dei cōpellebant̄ ad requiem. vt videlʒ ser-
Chrysost. ui Hebreorū potiant̄ requie in terra ꝓmissionis: qua nō
sunt potiti ipsi in domo seruitutis. Itaqʒ ſm legem triuʒ
memoriā renouāt iudei in sabbato: videlʒ dei vnitatem:
mundi creationē: et suam ab egyptiaca seruitute redem-
nem. His tribus possunt addi ex euangelio alia tria. Pri
mū christi resurrectio. Scḋm spiritus sancti aduentus in
Ps.117. igneis linguis. Tertium resurrectio mortuorum que futura
est die dn̄ica de qua dicit̄ Hec dies quā fecit dn̄s. Deniqʒ
⁊ in hac die māna primū datuʒ est pp̄lo iudeorum sicut eui
denter ex lege colligit̄. Quomō autē p̄ceptū de sabbati
Scotus. obseruātia sit de lege nature vide doctorē nr̄m in.3. dist.
xvij. 37. Cōclusio Scoti est duo p̄cepta prima pme tabule esse
de lege nature stricte loquendo. De tertio autē precepto
videlʒ de obſuātia sabbati dubitat̄: tamē large loquēdo
oīa p̄cepta decalogi sunt de lege nature. Sabbatuʒ igit̄
obseruare.i. dn̄icam diem eo modo quo ab ecclesia tradi
tum est: nō modo non est supstitio: imo ⁊ necessariuʒ est:
Ps.45 sicut dicit̄: Uacate ⁊ videte: qm̄ suauis est deus. Et licet
hoc preceptū videlʒ Diliges dn̄m deum tuū non sit sim
pliciter de lege nature inquātum est affirmatiuū: sed in-
quātū est negatiuū: Non odio enī habere deum est sim
pliciter a lege nature: amandi tamen elicere actum ali-
quādo tenemur ⁊ si non semp actu: Quādo autē tenea
mur ad id: forte hoc determinauit in lege illud p̄ceptum
Exo.16 Sanctifica sabbatū: et maneat vnusquisqʒ apud semet-
ipm: hoc est vacet ab exteriorib⁹ vt redeat ad semetipm:
si quo modo ascēdat ad eum qui in sabbato requeuit ab
omni opere suo. Et ecclesia specificauit quātū ad missam
videlʒ audiendā die dn̄ica: de cōse. distin.2.cap. Missas.
sententia est doctoris nostri in.3. distinc.27. et similr.37.
eiusdem libri. Uos autem inquit more iudaico dies ob-
seruatis ⁊ menses ⁊c. [Timeo ꝓinde vobis ne forte sine
causa laborauerim in vobis: et pereat labor ⁊ impensa.
Timeo ne Penelopes telam te catis vt dicit̄: Timeo de
Puerb. vobis multo deteriora: timeo ne qui iam dies obseruatis:
tum deinceps obseruetis ⁊ circūcisionem. Deinceps au-
tem ingrauescēte morbo negetis christum in carne venis
se. Qui enī minora spnit: incidet in maiora. Eccl.19.ca.

¶ Estote sicut ego: quia & ego sicut vos. Fra-
tres obsecro vos: nihil me lesistis. Scitis autē
quia per infirmitatē carnis euangelizaui vo-
bis iam pridem: & tentationē vestram in car-
ne mea non spreuistis: sed sicut angelū dei ex-
cepistis me sicut christum Iesum. Ubi est er-
go beatitudo vestra? Testimoniū enim perhi
beo vobis: quia si fieri posset oculos vestros
eruissetis: & dedissetis mihi. Ergo inimicus
vobis factus sum: verum dicens vobis? Emu
lant̄ vos non bene: sed excludere vos volunt
vt illos emulemini. Bonum est autē emulari
in bono semper: & nō tantū cum p̄sens sum
apud vos. Filioli mei quos iterum parturio:
donec formet̄ christus in vobis. Vellem autē
esse apd̄ vos modo: & mutare vocem meam:
qm̄ confundor in vobis.

¶ [Estote vt ego sum: quādoquidem ⁊ ego sum vt vos.]
Uidetis meipsum relictis iudaicis supstitionib⁹ que ali-
quādo luxerunt cum lege que suo tēpore opulenta ⁊ cla
ra fuit: (sicut altera Noemi) soli christo credere. Estote
ergo et vos filij sicut videtis patrem: sufficit discipulis si
sint sicut ⁊ magister: quādo et ipse aliquando fui qualis
vos nunc estis: existimans summā religionem et vt dicit̄ xviij.
proram ⁊ puppim in his carnalib⁹ cōsistere ritibus: quo-
Philip.3 rum zelo tunc ꝑsequebar ecclesiam dei: que omnia nunc
arbitror vt stercora ac quisquilias ⁊ perissemata: quasiqʒ
quasdam medicinas annosas: egenas ⁊ infirmas que ve
tustate vires suas amiserunt: magisqʒ nocent q̄ prosint.
[Fratres obsecro vos nihil me lesistis.] Hieronym⁹ sic
iunxit textum. Fratres rogo vos sitis vt ego: qm̄ ego vt
vos. sequitur. Nihil me lesistis. Non ideo vobis mole-
stus sum q̄ me iniuria affeceritis. Quid autem dico nō
me lesistis: dicam ⁊ quod veritas habet: imo sicut dei an
gelum suscepistis. Parum dixi: imo suscepistis me sicut
suscepturi eratis christum iesum: tanto cum gaudio sicut
Luc.19. legimus exceptū fuisse a Zacheo: qui desiderabat iesuʒ
videre quis esset: et meruit suscipere in interiorib⁹ dom⁹
sue. vnde dicit apostol⁹. [Nostis q̄ per infirmitatem car
nis euāgelizauerim vobis prius: (alias ꝓpter infirmita-
tem carnis. et refert̄ ad Galatas qui carnales erant) et
experimentū meum quod erat in carne non estis asper-
nati neqʒ respuistis: sed me velut angelū dei suscepistis:
velut christuʒ iesum. Nō noster textus dicit: tentationē
vestram Grece est πειρασμόν μου idest tentationem
meam: vt intelligamus Paulū ten-
tasse Galatas suo sermone rudi ⁊ inelaborato. Igit̄ ten-
tatio ⁊ erat apostoli: qua eos tentauit: ⁊ erat illorum qua
tentabant̄. Est enim tentatio aut tentare: experimētum
sumere de eo qui tentat̄: an sciat vel possit vel velit. Uenit
Jonas. ad vos inquit humilis atqʒ contemptus ⁊ quasi alter Io
nas in habitu naufrago ⁊ peregrino: homo inuisus ⁊ in-
cognitus atqʒ tenuis: multisqʒ afflictionibus diuexatus:
p̄dicans non delicias Eliseas: et vt dicit̄ lac gallinaceuʒ:
beataqʒ pleno copia cornu: sed christuʒ dn̄m ⁊ hunc cru
cifixum. Cum igitur me videretis corpore infirmitatibus xix.
obnoxiū: ac per omnia similē vobis: regna celestia polli-
centem: non existimastis dignum esse cōtemptu: quia in-
tellexistis ipsius carnis mee infirmitatē ⁊ habitus vilita
tem ⁊ sermonē incultuʒ ad vram tentationem esse: an vi
delʒ cōtemneritis eum qui ab incredulis miser imo ⁊ mē
dax reputabat̄: nihilqʒ aliud q̄ verba seminare: sed eū historia Jone.
tra illum humilē atqʒ cōtemptum etiam plusq̄ angelum
suscepistis: imo vt christuʒ iesum: ꝓpterea fortassis quia
intelligebatis non esse humana verba: sed celestem do-
ctrinam quā ad vos afferebam: neqʒ meam querere vti-
litatem sed vestri potius omniū. ¶ Superius dixim⁹ ex
mente Hieronymi apl̄m grauissimū capitis dolorem se-
pe ꝑpessum: ⁊ hunc esse angeluʒ Satane ⁊c. [Que est
igitur beatitudo vestra? qua dicebamini beati bonis au
spicijs: ⁊ quasi quibusdam proficiendi gradib⁹ feruētes.
Nō si semel missa manu ad aratrum: simul ⁊ ad ea que Luc.9.cap.
retro sunt respicitis: ꝓinde ancipites quasi alter Ian⁹ vt
dicit̄: atqʒ bifrontes: vbi erit vestra beatitudo ⁊ mea feli-
citas? Quāuis inquit eo tempore quo euāgelium iuxta
carnem suscepatis beatos dicerē: q̄ in initijs videbamini
feruidi esse: tamē nunc quia video edificio culmen impo
situm: ⁊ pene ne quicq̄ iacta fundamenta: cogor dicere:
Ubi est beatitudo vestra: qua vos beatos arbitrans: ante
laudabā? Si enim que prius edificastis extinxistisqʒ nūc
denuo demolimini: quādo pficietis quod cepistis? Un⁹
inquit sapiens edificans: ⁊ vnus destruens: quid ꝓdest il
lis nisi labor? [Testimoniū enim phibeo vobis: q̄ si fie-
ri posset: oculos vestros effossos dedissetis mihi: quo ni-
hil charius.] Hoc autē fieri quidem poterat: sed illud di-
citur minime posse fieri qd̄ non recte fit. Ita inquit in p̄n
cipio me dilexistis vt si fieri posset: (est autem hyꝑbole) xx.
eruissetis vobis oculos: ⁊ mihi vt omniū vestrum lumini
bus plus cernerē dedissetis. Optabatis quippe vos ce-

Hierony. cos esse per ineffabilē in me charitatem: vt plus in meo
corde lumen euāgelij oriretur: emolumētum meum vris
damnis crescere volētes. Et cum hec ita se habeāt: num
credibile est. [Nō inimicus factus sum vobis vera lo-
quendo vobis?] Suscepistis me sicut angelum: non ab
nuo: non tamen ꝓpterea parcere debui: ne secarem vre-
remqʒ: qm̄ non querebam vestrā: non lanam nō lac: sed
vos: ergo hoc agens: inimicus factus sum vobis? Qui
magis ex hoc diligi debui ex toto corde et totis visceri-
Exo.2 bus. Qui enim non vult se argui errantem: sed dicit ad
Mosen: Quis te constituit iudicem super nos? reprehē-
dens videt̄ sibi inimic⁹. Sic ⁊ poeta: Obsequiū amicos:
veritas odium parit. Hic tamē generalem sententiā ꝓfe
rens: que aliqū vera est: grauiter errauit. Obsequiū enī
quo putauit amicos fieri poeta veritate contempta: non
tam obsequiū est q̄ adulatio: ⁊ assentationē clandestinā
magis inimicitias q̄ amicitias dici debere. Nam ⁊ veri-
2.Reg.12. tatē dixit Nathan ipsi Dauid in facie: que tamē non pe-
xxi. perit ei odium: peperit autem ipsi Dauid remissionē tan
ti sceleris: videlʒ homicidij: addito adulterio. Ueritas ta
Ueritas. men amara est ⁊ rugose frontis ac tristis: offenditqʒ cor-
rectos: non tamē vt diximus semp veritas odium parit.
Tria tū maxime audacem faciunt eum qui veritatē anū
Solon. ciat: sicut dixit Solon phs videlʒ senecius: orbitas: mani
Lactanti⁹. festa crimina. Illud autem mirabile sicut dicit Lactan-
tius q̄ cum Pythagoras et post eum Plato amore in-
dagāde veritatis accensi: ad Egyptios Medos ac Per-
sas vsqʒ penetrassent: vt eorum gentiū ⁊ ritus et sacra co
gnoscerēt: Suspicabant̄ enim sapientiā in religione ver
sari: ad iudeos tamē non accesserūt: penes quos tunc so-
los erat: et quo facilius ire potuissent. Sed auersos esse
arbitror diuina ꝓuidētia: ne inuenire possent veritatē: do
nec veniēte plenitudine temporū: ille qui est veritas na-
tus de terra nūq̄ maledicto subiecta diceret: Ego in hoc
Joan.18 natus sum vt testimoniū phibeam veritati. Nūquid igi-
tur ⁊ in me veritas odium paritura est: ⁊ si fallerem vos:
tunc putarer amicus? [Emulant̄ vos non bene: imo ex-
cludere vos volunt a libertate euāgelij] suscipiendo lega
lia simul cum lege libertatis. Ambiunt vos ⁊ quasi affe-
ctant: sed vere affectu carnali. Agit enim de quibusdam
qui sub ꝑtextu amoris ⁊ studij erga Galatas: hoc agebāt
vt illos ꝑtraherent in seruitutem legis Mosaice. et patʒ.
[Bonum aūt est emulari in re bona semp] ⁊ non soluʒ
cum presens sum apud vos. Noli emulari malignātes.
Ps.36. p̄.Cor.12. emulamini autē charismata meliora. Imitā-
xxij. de sunt apes: nō quidem in eo q̄ irritate infigunt aculeos:
simulqʒ cum eis vitam deponūt: magis autē in eo q̄ eli-
gunt de malis bona ⁊ ex bonis meliora seponunt. Quo
contra dicit̄ cuidam ecclesie pastori. Habes ibi tenentes
Apoca.2. doctrinā Balaam qui docebat Balac mittere scandaluʒ
filijs israel edere ⁊ fornicari. Et infra. habes tenētes do-
ctrinam Iezabel que se dicit ꝓphetam ⁊ docet ⁊ seducit
seruos meos: fornicari ⁊ manducare de idolothytis. Po
Grego. tuerunt enī reperiri tempore Ioānis qui Iezabelis vitā
moribus pre se ferrent. Unde fit vt in peruersis suis imita-
toribus ⁊ iniquus quisqʒ maneat qui iam preterijt: et in
suis coopatoribus ipse iniquorum autor iam appareat qui
nōdum venit: Quorū de numero erant: de quibus apl̄s
dicit: Emulant̄ vos nō bene: vos autem emulamini qd̄
bonum est ⁊ omis bonum: ⁊ nulla alia bonitate bonum.
Bonuʒ est inq̄ alios imitari velle: sed non in quauis re.
verum in re optima. [Filioli mei quos iterum parturio:
donec formet̄ christus in vobis.] De Abessan legim⁹ q̄
genuerit.30. filios: totidemqʒ filias: quib⁹ accepit mari-
tos ⁊ nur⁹: sed hi ſm carnem nati sunt. Nota q̄ Rachel
volens alterū parere filiuʒ preter Ioseph mortua est: sic
et Galate volentes fouere cū christo ipsum Mosen mor
tui sunt: quos apl̄s scḋo generat. ⁊c. Utinam liceret in-
quit vobis lynceos oculos habere: ⁊ cor nr̄m pateret ad
vos o Galate vt videre possitis quanto cū amore hec scri
bo vobis. Semen optimū seminaui: vn̄ nunc zizania pul
lulant? Uidi inquit Esdras in diebus illis iudeos ducen 2.Esdre.3
tes vxores Azotidas ⁊ Moabitidas: et filij eoruʒ ex me
dia parte loquebātur Azotice ⁊ nesciebāt loqui iudaice:
et loquebant̄ iuxta linguā ppl̄i ⁊ populi. Ita ⁊ vos cum
vtrumqʒ velitis complecti: potius Samaritani estis q̄ fi
lij dei. Filioli inquit: quasi qui non sint ex integro filij: sed
tantū ex parte pr̄is: synagoga dicente: Nec mihi nec tibi: 3.Reg.3.
sed diuidat̄. Hiero. Quantis autē difficultatib⁹ ⁊ dolore
fetus ꝑmanet ex vtero: maledictio prima declarat dicēs: Hierony.
In tristicia ⁊ dolore paries. Uolens igitur apostol⁹ ostē Gene.3.
dere magistrorum ⁊ discipulorum sollicitudinem: quos patiā-
tur affectus: ne discipuli excidant a salute: dicit: Filioli
mei. dixerat p̄.Cor.4. Si decem millie pedagogorum ha-
beatis sed non multos patres: Iam nūc nō quasi pater
sed vt mater loquit̄: Quos iterum parturio: vt vtriusqʒ Homo.
anxietatē ⁊ pietatem in se parentis agnoscant. Tantis au
tem difficultatibus nascitur homo: quantis postea ne in-
tereat enutrit̄. Et sicut sterilitas aliquādo ꝓuenit ex par- xxiij.
te matris aliqū ex parte patris: aliquādo ex vtriusqʒ ste-
rilitate: aliquādo vterqʒ fecundus est: sic per omīa intel- Cap.22.
lige in gn̄atione spirituali filiorū. Utrumqʒ sterilē descri-
bit Matheus in ea que habuit.7.viros: ⁊ nullus eoruʒ
reliquit ex femina semen: ⁊ tandē ipsa defuncta est. Ste-
rilis autem erat Sara cum Abraam fecundus esset: qd̄
rei exitus ostēdit ingresso eo ad Agar. Opposito modo Gene.16
factum legimus in Sara filia Raguelis que tradita fue
rat septem viris ⁊ omes mortui sunt: non relicta potesta
te. Hec nupsit Thobie iuniori: ⁊ vidit quintā gn̄ationem Tobie.6
filios filiorū suorum. Dicit ergo: Nostis quanto cum la-
bore ac molestia vos christus renatos susceperit ⁊ ado-
ptauerit sibi. Unde ergo nūc quasi filij alieni desciuistis Ps.17.
a patre vr̄o ⁊ inueterastis: ac claudicastis a semitis euā
gelij? Filioli inquā mei quos nunc iterum nō cum mino
ri labore parturio: donec formet̄ christus in vobis: quem
deformastis: alium introducentes sponsum in anima ve
stra: ⁊ tamē pallium breue non potest vtrūqʒ operire. No Esaie.28
nec inquit recipiatis similitudinē eius quam vestro vitio
ꝑdidistis. Formant̄ enim christ⁹ in corde credentiū: cum
illis sacramēta gratie pandunt̄: et ea que obscura videbā
tur ꝑspicua fiunt. [Uellem apud vos esse modo ⁊ muta-
re vocē meam: qm̄ inopiam patior in vobis.] (Nam vt
eodem halitu sed aliter emisso calefacim⁹ ac refrigera-
mus: ita eadem oratione aliter ꝓnūciata mouetur affe-
ctus audientis.) et viua vox vt dicit̄ transfusa in aures di
scipulorum ex ore magistri: habet nescio quid latentis
ἐνεργίας. ¶ Licet inquit Plinius acriora sint que ip- Energia
se tecum legas: altius tamen in animo se-
dent que pronūciatio vultus: habitus: gestus etiam di-
centis afficit. Uellem ergo esse apud vos: forsitan lachri
me parentis vestri ⁊ ipse vocis ardor: adderent vobis sti xxiiij.
mulos vt resipisceretis ⁊ reuerteremini ad christuʒ. Mu
tarem vocem meā nunc obtestans: nunc obiurgans: mi-
scerem amara iocūdis: omnes remediorum vias experiret
donec vos ad sanitatē reducerem. Uellem esse inq̄ apd̄
vos et litterarum vocem p̄sens de meo ore proferre: vt vos
solito seuerior ipse corriperē: qm̄ epistola non valet ira-
scētis resonare clamorē: et dolorem p̄ceptoris apicibus
explicare. Quoniam inquit confundor in vobis. Grece
ἀπορουμαι ἐν ὑμῖν. idest pplexus sum siue indigus
in vobis. sic erat affectus aposto
lus vt nesciret quid ageret cū Galatis: quos videbat om
nino deuolui ad seruitutē legis: ⁊ hoc magnis apostolis
eo vocātib⁹. Non habeo inquit fruct⁹ quos solent de di
scipulis habere doctores: ita vt dicam cum ꝓpheta: Nō
feneraui: nec fenerauit mihi quisquā. Qm̄ igitur cōfun-
dor in vobis apud alios: vellem esse apd̄ vos. Facerem
enim quod sapientes medici qui aliqū cōtraria nōnunq̄

⁊ similia adhibent medicamenta: tandiu experiunt̄ quid prosit e pluribꝰ vnū: donec pueniant ad curationē: vt qđ per molliciem alicuius emplastri nequaq̄ sanari valuit: mordaciori puluere ⁊ austeriori curatiōe sanet̄. ¶ Plaga
Hiere.30 inquit inimici pcussi te: castigatione crudeli. Sepe inquit tanq̄ filios emendaui: sed frustra qm̄ disciplinā non rece
Ibidē.2. perūt. Adhibui ergo verbera acriora: q̄bus pteruos emēdare ↄsueui. Quid tu inquit vides Zacharia? Ecce inq̄t talentum portabat̄ plumbi: ⁊ ecce mulier vna sedens in medio amphorę: ⁊ hęc erat impietas: et piecit eam angelus in medio amphorę: ⁊ misit massam plumbeam in os eius. Et ecce duę mulieres egrediētes: ⁊ habebant alas
Zach.5 quasi milui: et leuauerūt amphoram inter cęlum ⁊ terrā: et deposuerūt eam in terra Sennaar: ibiq̄ posita est super basem suam. Itaq̄ duę tribus israel qm̄ non acceperunt disciplinā in terra sua: ductę sunt in Babylonē spacio .70. annorum vt ibi regerent̄ in virga ferrea. Decem
xxv. autē tribuuz qm̄ non sperabat̄ correctio castigatione crudeli percussę sunt: traditę perpetuę seruituti. Relege in q̄t Hieronymꝰ hanc epl̄am ⁊ videbis quomodo filios ecclesię suos facere nitit̄ synagoga. Ita enim legimꝰ .3. Reg.
3.Reg.3 cap. 3. Meretrix oppresso suo: filiuz viuum tulit de latere dormiētis: ⁊ in sinu suo collocauit. Gentilitas em̄ que nō habebat legem nec pphetas enixa est apđ synagogam que filium suum oppressit dicens: Cruci, crucifige eum.
Matth.27. Viuum autē tulit: nō vt possideret sed vt diceret: viuidat̄. Uerumtā longum esset exponere quomō ecclesia cognouit in luce: non esse filium suuz quem in tenebris non cognoscebat. Agnouit tamē cum dixit: filius meꝰ viuit: sur
Luc.23 rexit em̄ tertia die. Deniq̄ ⁊ in tenebris est agnitus christus: nam cū tenebrę factę essent super vniuersam terrā: quādo vel maxime mortuus videbat̄ christus: Uere inquit Centurio filius dei erat hic homo iustus.

¶ Dicite mihi qui sub lege vultis esse: legem non legistis? scriptum est enim qm̄ Abraam duos filios habuit: vnum de ancilla & alterū de libera: sed qui de ancilla secūdum carnē natus est: qui autem de libera per repromissionem. Que sunt per allegoriā dicta. Hec em̄ sunt duo testamēta. Vnum quidem in monte Sina in seruitutē generans que est Agar. Sina enim mons est in Arabia qui cōiunctus est ei que nunc est Hierl'm & seruit cum filiis suis. Illa autem que sursum est hierusalē libera est: que est mater nostra. Scriptum est enim: lętare sterilis que non paris: erumpe & clama que non parturis: quia multi filii desertę magis q̄ eius que habet virum. Nos autem fratres secundū Isaac pmissionis filii sumus. Sed quomō tunc is qui secundū carnem natus fuerat: persequebat̄ eum qui secūdum spm̄: ita & nunc. Sed quid dicit scriptura: Eiice ancillā & filium eius. Non enim erit heres filius ancillę cum filio liberę. Itaq̄ fratres non sumus ancillę filii sed liberę qua libertate christus nos liberauit.

¶ Dicite mihi. ⁊c. Uere autem vt ego opinor: ipsi Galatę legem non legerāt: in quo tamē sunt magis vituperādi: qui quod nesciebāt: ambabus manibus vt dicit̄ cōplectebant̄: adeoq̄ libenter audiebant pseudapostolos: quasi montes aureos pollicerent̄: cum mere essent nugę atq̄
2.Thes.5 somnia. Si igitur non legistis: festinandū est: sed lente: ⁊ omnia pbanda: optima tenenda. Quod si legistis: ipsa probat se dimittēdam. [Scriptū est enim: Qm̄ Abraam duos filios habuit: alterū de ancilla: de libera alterum. Sed qui de ancilla s̄m carnem natus est: qui autē de libera: per remissionē: que per allegoriam dicitur.] Manifestissima est historia Genesis capi. 16. de Hismaele filio Agar ancillę. Gene.xxi. xxvi. Sciendum tamen q̄ Abraam tanq̄ ad vxorem ingressus est ad Agar. ita enim legimꝰ Gene. cap. 16. ¶ Ecce conclusit me dominꝰ ne parerem: ingredere itaq̄ ad ancillā meam: si forte saltem ex illa suscipiā filios. Cūq̄ ille acquiesceret vxori depcāti: tulit Agar Egyptiam ancillam suam post annos decem quā habitare ceperant in terra Chanaā: ⁊ dedit eam viro suo vxorem. Hoc modo ⁊ Jacob legimꝰ quattuor habuisse vxores: Gene.30 Dauid aūt decem mulieres cōcubinas reliquit cum fugit a facie Absalon. 2. Reg. 16. quę custodirent domū. Legimus de Roboam q̄ duxerit vxores decē ⁊ octo: concubinas autē sexaginta: ex quibꝰ genuit .28. filios et sexaginta filias. 2.parali.11. De Abia legimus accepisse vxores .14. ex q̄bus pcreauit .22. filios et .16. filias. 2. Paralip. caplo. 11. et 13. ¶ Abraam quidem ⁊ alios genuit sex filios sicut legimus Gene. cap. 25. ex Cethura vxore: tamē apl's Paulus de duobus tantū facit mētionem: qm̄ hi duo tantū ptinent ad allegoriā: et in his erat quedam p̄figuratio futurorum sicut ⁊ in Cain et Abel: ⁊ in Esau et Jacob: de quibus scriptum est: Duę gentes sunt in vtero tuo: ⁊ duo po Gene.25 puli ex ventre tuo diuident̄: populusq̄ populū superabit: et maior seruiet minori: que etiā per allegoriā dicta sunt. xxvii. ¶ Nam ⁊ in pręsenti loco maior erat Hismael q̄ Isaac: et tamen qm̄ erat natus de ancilla: necessario erat seruiturus minori: sed ex libera nato ⁊ ex promissione diuina. Prior natus est naturaliter: alter vero cum risu matris ⁊ mirabiliter. Sed qm̄ in sensu litterali multa diximus in epistola ad Roma. et alias dicturi sumus: Nunc audiamus apl'm exponentem ea que per allegoriā dicta sunt. [Hęc enim inquit sunt duo testamenta.] Unus est pater Abraam: due matres Agar ⁊ Sara: duo filii Hismael ⁊ Isaac: duę posteritates christiani fideles ⁊ semē Abrahę Esa.1. s̄m carnem: duplices pmissiones: qm̄ aliis dicit Bona terrę comedetis: aliis autem: Gaudete qm̄ nomina vestra scripta sunt in cęlis. Luc. 10. cap. Et cum vnus sit pater ⁊ iudęorum et credentium: duplex est in eo p̄nitas: iuxta quod dicimꝰ Abba pater. Eodem modo per om̄ia de deo intellige. Qui em̄ in angelo loquebat̄ in rubo Mosi: ac deinceps legem seruitutis dedit iudęorū populo interprete eodem Mose: Ecce inquit adsum: elapsis a data lege in mōte Sinai vsq̄ ad initium p̄dicationis sue annis .15040. s̄m Hugonem. Duę igitur matres duo sunt testamēta. [Unum quidē a monte Sina in seruitutem generans qui est Agar. hic textus apud grecos sic habz.

ἀπὸ ὄρους σινᾶ εἰς δουλείαν γεννῶσα ἥτις ἐστὶν ἄγαρ. τὸ γὰρ ἄγαρ σινᾶ ὄρος ἐστὶν ἐν τῇ ἀραβίᾳ, συστοιχεῖ δὲ τῇ νῦν ἱερουσαλὴμ, δουλεύει δὲ μετὰ τῶν τέκνων αὐτῆς. ἡ δὲ ἄνω ἱερουσαλὴμ ἐλευθέρα ἐστίν, ἥτις ἐστὶν μήτηρ πάντων ἡμῶν, hoc est. a monte Sina in seruitutē generās: qui est Agar. Nam Agar sina mons est in Arabia: confinis est autem ei que nunc est Hierusalē: seruit autem cum filiis suis. Porro que sursum est hierl'm libera est: que est mater omniuz nostrum. xviii. Sciendū autem s̄m expositores Grecorum: montem Sina Arabica lingua Agar appellari: eūdem autem esse mōtem diuersis nominibꝰ. Quod autē dicit in seruitutē generans: ly generās necesse est vt ad testamētum referatur: quod significatū fuisse vult in typo Agar. Deinde quod sequit̄ τὸ γὰρ ἄγαρ, non ad ancillam sed ad mōtem ptinet: qđ vel ex ipso genere deprehendit̄: eo q̄ mons apđ Grecos est gn̄is neutri videlz.

τὸ ὄρος vnde Ambrosiꝰ dixit: In seruitutē generās: qđ est Agar. Qđ autem dicit: que nunc est Hierusalē: ad hoc ptinet q̄ olim ea ciuitas aliis noibus fuerit appellata. Primū quidem Jebus: tum Salem: deinde Hierusalē ⁊ Hierosolyma: postremo Aelia. Si igitur legamus que est Agar: tūc Agar feminā refert ancillam
Ordo lr̄e. videlz Sare. Si legas: qđ est Agar: tunc refert mōtem eundē s̄m q̄ Grece est generis neutriꝰ vt diximus. Qđ q̄ dicit: vnū quidē in seruitutē generās: deberet subiūgere: alterum autem in libertate: ideo videtur reliquisse orationē impfectam: dixit tamē: Illa autem que sursum est Hierusalem. Secūdum igitur litterā filii Agar videntur liberi pro eo q̄ eis nulla est imposita lex: Filii autē Sarę serui. His enim data est lex quando adhuc ipsi erant extra terram pmissionis quasi serui et extranei: pro eo itaq̄ dicunt̄ geniti in s̄uitute: ac si nati essent ex Agar ancilla Sarę que in seruitute generauit. Hic igitur mons Sina siue Agar qui est in Arabia: coniunctus est ei qui nunc vocat̄ Hierusalē: cōfinis monti Sion in quo sita est Hierusalem: non enim multum distat mons Sina aut
xxix. Agar a monte Sion. Qđ autem dicit: ⁊ seruit cum filiis suis: sensus est q̄ qui ⁊ his tpibus montē illum colūt: videlz Sina aut Agar: sub s̄uitute sunt nec sunt sui iuris: veluti gentis autorē seruili cōditione sua referentes. Sicut autem Saul durus supbus ⁊ rigidus factus est: vt iu
Figura. dęos seruili onere magis pmeret q̄ liberaret: sic populus iudęorum q̄uis vnctus in sacerdotibꝰ ⁊ regibus: tamen ancillę filius erat: et in seruitute generabat: nec pfectam
1.Reg.3. libertatē cōsequi poterat: pręcipuę qm̄ sicut tēpore Samuelis abiecit dn̄m ne super se regnaret petēdo regem: abiiciendo Samuelem: sic postea verum regem recipe
Mat.27 re noluit per quē potuit liberari: sed tamē ppetuam seruitutē sibi ⁊ liberis suis imposuit dicens: Sanguis eius super nos: non enim habemus regem pręter Cęsarem.
Zac.7.ca. ¶ Hanc durissimā ceruicem populi huius in seruitute geniti optime expressit Zacharias cuiꝰ verba sunt. ¶ Auerterūt scapulam recedentes: et aures suas aggrauauerūt ne audirent: ⁊ cor suum posuerūt vt adamātem ne audirent legē ⁊ verba que misit dn̄s exercituuz in spiritu suo sancto per manū pphetarum priorum. Itaq̄ qui noluerūt audire eum qui libertatem p̄dicabat: applicati ad fores
Exo.21. ecclesię perforata eorū aure subula (vt ne dicam p̄cisa in malcho) serui facti sunt Cęsaris in ęternum: ⁊ tamē con
ps.58. uertent̄ ad vesperam ⁊ famē patient̄ vt canes. [Illa autem que sursuz est Hierusalem: libera est: que est mater omniū nostruz.] Etiam s̄m litteram verum est qm̄ Hierusalem in loco edito est respectu circūadiacentiū puinciarum: et tamē ciuitas illa terrena videlz Hierusalē que multo tempore seruiuit Romano imperio imo et Chaldęis ⁊ Medis ⁊ Persis: illā adumbrabat cęlestem Hierusalem cuius fundamēta in montibus sanctis: ⁊ de qua
xxx. gl'iosa dicta sunt per om̄es diuinas scripturas. ¶ Obseruādum est em̄ in sacra pagina quomō in quibusq̄ locis ascendere cōmemorat̄ ⁊ descendere. Si enim diligenter cōsideremus: nunq̄ fere in sanctū quis locum dicit̄ descēdisse: neq̄ ad vituperabilē dicit̄ quis ascendisse. Scriptū est enim eos qui ex semine Abraam nati sunt: descēdisse in Egypto: et rursum filios israel ascendisse de Egypto. Exo. 13. cap. Et armati inquit ascenderunt filii israel de
Gene.26. Egypto: et de Isaac cui dixit dn̄s: Ne descendas in Egyptum. De Hierl'm autem que sursum est dicit̄: Illuc em̄ ascenderūt tribus tribus domini: testimoniū israel ad cō
ps.121. fitendum nomini dn̄i. Ascenderūt itaq̄ tribus domini: filii israel. i. Jacob iuxta pphetiam patris sui: de Egypto in Hierl'm vt pficerent ciuitatem ⁊ templū de quo dicit̄: Hierusalē que ędificatur vt ciuitas: cuius edificii primū lapidē posuit Jacob: sicut scriptū est Gene. cap. 28. Cum venisset Jacob ad quēdam locum: et vellet in eo requiescere post solis occasum: tulit de lapidibus qui iacebant ⁊ supponens capiti suo: dormiuit in eodem loco et infra. Cumq̄ euigilasset a somno in quo viderat dn̄m innixuz scalę: dixit. Uere dominꝰ est in loco isto: et ego nesciebā: Figura. pauensq̄: q̄ terribilis est locus iste: non est hic aliud: nisi domus dei ⁊ porta cęli. xxxi. Surgens ergo Jacob mane: tulit lapidem quem supposuerat capiti suo: ⁊ erexit in titulum: fundens oleum desuper: appellauitq̄ nomen vrbis Bethel. i. domus dei: que prius Luza vocabat̄. 1.Cor.3 Posito itaq̄ fundamento hoc quod est christꝰ Jesus: lapis quē reprobauerūt ędificantes. ps. 117. ascenderūt tribus domini vt pficerent ciuitatem que sursum est: sicut dicitur: Hierusalem que ędificat̄ vt ciuitas. ¶ Nam quando hec dixit ppheta Hierl'm perfecta erat. Non ergo illam intelligamus que seruit cum filiis suis Cęsari: Mat.23. non Hierusalem que pphetas occidit ⁊ post eos hęredē extra hęreditatem eiectum crucifixit: sed illam de qua scriptū est: Ecce in manibus meis descripsi te: muri tui coram ocu Esa.49 lis meis semp. Uenerūt structores tui destruētes te: ⁊ dissipantes a te exibunt. Leua in circuitu oculos tuos ⁊ vide: omnes isti cōgregati sunt venerunt tibi. Uiuo ego dicit dominꝰ: quia his om̄ibus velut ornamento vestieris et circūdabis eos tibi quasi sponsa: et dices in corde tuo. Quis genuit mihi istos? ego sterilis ⁊ non pariēs: trans Ecclesia. migrata ⁊ captiua: ⁊ istos quis nutriuit? Ego destituta et sola: ⁊ isti vbi erant? Leuabo ad gentes manū meā: et ad xxxii. populos exaltabo signum meuz: ⁊ afferent filios suos in vlnis: et filias suas super humeros portabūt: ⁊ erunt reges nutricii tui ⁊ reginę nutrices tuę. Uultu in terrā demisso adorabunt te: ⁊ puluerem peduz tuorū lingent ⁊c. Esaie. cap. 60. ¶ Ex quibus oībus colligimus sicut hic dicit Hieronymꝰ nequaq̄ Hierl'm in Palestinę regione Hiero. quęrēdam: que totius prouincię deterrima est: ⁊ saxosis mōtibus asperat̄: ⁊ penuriam patit̄ sitis: ita vt cęlestibus vtatur pluuiis vel fluuiis: ⁊ raritatem fontium cisternarum extructione soletur: sed in dei manibꝰ: sicut .70. hoc loco dixerūt: Ecce super manus meas depinxi muros tuos ⁊ coram me es semp. A iudęis igitur destructa: ab apl'is iudęis genere reędificata est: illis tn̄ per Romanos prius foras eiectis. Qđ dicit: his omnibus velut ornamēto vestieris: puto ego diuersas significari gratias spūales: per quas sponsę ornat̄ ambitio. ps.44. Astitit enim a dextris sponsi circūdata varietate. ⁊c. Itaq̄ letitię magnitudinem nō valens ore pferre: in suo corde tacita cogitabit et dicet: Quis mihi istos genuit? Ego eram sterilis deserta ⁊ vidua in populo iudęorum: filios habere desieram: multo tempore post Aggeum ⁊ Zachariam nullos alios prophetas vsq̄ ad Joānem baptistam videram. Quomō autē que fueram viri auxilio destituta: tantos filios habere modo cępi? Leuabo inquit signū meum signum videlz crucis: vt congregētur dispersiones israel: tunc afferent in vlnis filias sion ⁊ filios in humeris suis: quasi modo genitos infantes: et sicut Lazarus portatus est in sinu Abrahę: alio Luce 16 qui ridiculū est more iudaico grādęuos filios et filias in vlnis humerisq̄ portari. Reges autem ⁊ reginę nutrices apostolos apl'icos virosq̄ manifeste ostendūt. Om̄is deniq̄ ętas sexus et dignitas adorabūt ecclesiam pter eū qui est caput eius. vn̄ illud Zach. cap. 12. Ponam Hierusalē lapidem oneris cūctis pp'lis. Zacha. Mos est inquit Hieronymꝰ in vrbibus Palestinę: ⁊ vsq̄ hodie per omnē iudęam vetus cōsuetudo seruatur vt in viculis oppidis et castellis rotundi ponant̄ lapides grauissimi pōderis: ad quos iuuenes exercere se soleant: ⁊ eos pro varietate virium subleuare alii ad genua: alii ad vmbilicum: alii ad humeros ⁊ caput: nōnulli super verticem erectis iunctisq̄ manibus: magnitudinē virium demōstrātes pondus extollunt. In arce Atheniensiū iuxta simulacruz Mineruę vidi spheram ęneam grauissimi pōderis: quam ego pro imbecillitate corpusculi mouere vix potui. xxxiii Cum quęrerē quid sibi vellet: responsum est ab vrbis eius cultoribus

Athletarum in illa massa fortitudinē comprobari: nec prius ad agonem quemq̄ descendere: q̄ ex eleuatione ponderis sciatur quis cui debet cōparari. Est ergo sensus: Ponam Hierusalē cunctis gentibus quasi grauissimū lapidem subleuādum. Leuabunt quidem eam: tundit enim ecclesie nauis diuersis ꝓcellis: et pro virium quantitate impugnat: sed necesse est dum leuatur: in ipso nixu et eleuatione ponderis grauissimus lapis scissuram aliquam vel rasuram in leuantiū corporibus derelinquat: tamē porte inferi non preualebunt aduersus eam que libera

Matth. 16 est: et est mater nostra. De qua rursus dicit per Esaiam capi. 54. Letare Hierusalem que non paris: quia multi filii deserte magis q̄ eius que habebat virum. Textus noster ita dicit: Lauda sterilis que non paris: decanta laudem et hinni que non pariebas. etc. Hebraice sic.

רָנִּי עֲקָרָה לֹא יָלָדָה פִּצְחִי רִנָּה וְצַהֲלִי לֹא חָלָה כִּי רַבִּים בְּנֵי שׁוֹמֵמָה מִבְּנֵי בְעוּלָה אָמַר יְהוָה׃

De hac rursus deserta dicit idem ꝓpheta cap. 55. Letabitur deserta et inuia: et exultabit solitudo et florebit quasi lilium: vel sicut dicit Aquila ὡς κάλυξ quā nos tumentē rosam et necdum foliis dilatatis possumus dicere. Germinās germinabit: et florebit letabunda et laudans. Gloria libani data est ei: decor Carmeli et Saron. Omnis igitur candor cultus dei: et circuncisionis scientia et loca vberrima atq; campestria que appellantur Saron dabitur deserte quōdam ecclesie: ita vt deinceps sterilitatis sue non recordetur amplius: cum

1. Reg. 2. impletum fuerit illud: Sterilis peperit plurimos: et que multos habebat: infirmata est. ¶ Quomodo inquit si cui mater blandiatur: ita et ego consolabor vos: et in Hierusa-

Joan. 16. lem que sursum est cōsolabimini. Videbitis et gaudebit

xxxiiii cor vestrū: et gaudium vestrum nemo tollet a vobis. Et sequitur in cōclusione Esaie ꝓphete. Annūciabunt gloriam meā gentibus: et adducent omnes fratres vestros de cunctis gentibus donū dn̄o in equis et in quadrigis et in lecticis et in mulis et in carrucis ad mōtem sanctū in Hierusalem quomō si inferant filii israel munus in vase mun-

66. cap. do in domū domini. Et assumam ex eis sacerdotes et leuitas: quia sicut celi noui et terra noua que ego facio stare coram me dicit dn̄s: sic stabit semen vestrum et nomē vestrum. Et erit mensis ex mense et sabbatū ex sabbato: hoc est erit requies eterna in illa celesti Hierusalē que modo edificatur ex viuis et electis lapidibus que nunc libera est quidē a seruitute pcti per grām: tunc autē et a seruitute mortalitatis per gl'iam. Et autē sursum quia sursum est et fundamētū eius quod est christus dn̄s. Hec est que

Esa. 50. plures dicitur habere filios q̄ illa que virum habuit Mosen: siue christum: sed propter peccata sua pmissa est abire post amatores suos accepto libello repudii: cuius filius Hismael et si duodecim principes generauerit: ita vt semen eius comparetur arene maris: tamen reliquie in-

Roma. 9. quit ꝓpheta ex eis salue fient: cum intrauerit plenitudo gētium: hi enim sunt filii quōdam deserte. ¶ Postq̄ igitur fetosa quondam librum repudii accepit: et omne ornamētum viri ad idoli conuertit ornatum: tunc mari-

Ezech. 16. tus priore putrescēte cingulo: alium lūbis suis balheū: aliud de gentibus Lumbare cōtexit: que statim vt viro coniuncta est cōcepit et peperit: et tam multiplicem ꝓlem

Hiere. 13 vt exclamet propheta: Dilata locum tabernaculi tui: et pelles tabernaculorū tuorum extende. Ne parcas. Longos fac funiculos tuos et clauos tuos cōsolida. Ad dex-

Esaie. teram enim et ad leuam penetrabis: et semen tuum gentes

xxxv. hereditabit. Et multa alia que habes hoc eodē cap. 54. in Esaia. ¶ Ecce vidistis duas matres sua vtramq; cum prole: duas inquā matres duarū gentium autores. Qui legem adhuc complectuntur: ad Hismaelis ptinent posteritatem scḋm allegoricum sensum: quo aliud dicitur aliud intelligitur. [Nos autem qui euāgelio credimus: scḋm Isaac ꝓmissionis filii sumus.] Nimie difficultatis est autem ostendere Isaac tm̄ qui de Sara generatus est fuisse de promissione: et non etiā Hismael. Scriptū est enim: Abraam Gene. 17

autē dixit ad deum: Hismael iste viuat in conspectu tuo. Et deus ad eum ita: Sara pariet tibi filium et vocabis no- Hiero.

men eius Isaac et statuam testamentū meum ad eum etc. De Hismael autem: Ecce exaudiui te: et ecce benedixi eum et augebo et multiplicabo vehemēter: ex quibus sermonibus dei patet: etiam Hismael scḋm promissionē esse generatū. Quod sic soluitur: quia repromissio proprie in testamenti datione completur: et aliud est bñdicere et multiplicare vehemēter: quod in Hismaele legitur: aliud heredem facere per testamentū: quod de Isaac scriptum est. Aliud enim sunt dona aliud substātia: aliud legata aliud hereditas. Sed et de Hismaele post cōceptum vel angelus vel Gene. 18.

dn̄s est loquutus: de Isaac autem anteq̄ in vtero conciperetur Sare deum fuisse pollicitū legimus. [Sed quomodo tunc is qui scḋm carnē natus erat psequebatur eum qui secundū spiritū: ita et nūc.] De hoc ita legimus Gene. xxxvi

cap. 21. Cum vidisset Sara filium Agar egyptie ludentem cum filio suo: dixit ad Abraam: Eiice ancillā hanc et filium eius: nō enim erit heres filius ancille cum filio meo Isaac. Mirādum est igitur quomō lusum hūc Hismaelis cum Isaac psecutionem interpretetur apostolus. Origenes.

¶ Sed hec sunt per allegoriam intelligenda: imo et ipsa Sara lusum eum pnitiem putat. Semper enim caro concupiscit cōtra spiritū: quia incōuertibilis est eius natura: licet ad spiritū dicatur: subter te erit appetitus tuus: et tu Gala. 5.

dn̄aberis illius. Gene. 4. Vide tamē aliam pugnā omnibus pene violentiorē: q̄ ii qui legem scḋm carnem intelligunt: psequūtur eos qui scḋm spiritū sentiūt. Non ergo ludus sed psecutio est et q̄ acerba: (vide. 2. Reg. 2. ibi: Surgant pueri et ludāt) si Hismael idest caro spiritui blādiatur: quasi Eua virum suum voluptatibus alliciat illecebrosis. Huiusmodi lusus qui est carnis cū spiritu Sarā maxime offendit, i. virtutem: et hmōi blandimenta acerbissimam psecutionē iudicat apostolus. Potest autē dici scḋm vnum doctorē Hebreum: q̄ Hismael tanq̄ maior natu et primogenitus licet ex Agar: irridebat Isaac paruulū: cui pater grande fecit festum cum ablactauit eum: quasi videlicet non Isaac sed ipse futurus esset heres paterne substantie: quod intelligens Sara: dixit. Eiice ancillā: quia non erit heres filius eius cum filio meo: nec heres nec co- 32. q. 2. Nō

heres. Sed quid dicit scriptura: sequitur: [Eiice ancil- omnis. et q.

lam legem: et filium eius iudeorum populum: non enim 4. dicet ali-

erit heres filius ancille cum filio libere.] Hebraice sic. quis.

גָּרֵשׁ הָאָמָה הַזֹּאת וְאֶת בְּנָהּ כִּי לֹא יִירַשׁ בֶּן הָאָמָה הַזֹּאת עִם בְּנִי עִם יִצְחָק׃

Et tū synagoga abiecta cū filio: non omnino vacua dimittitur: filius quidē portat secū signū circūcisionis: ne omnis Gene. 4.

qui eū inuenerit occidat: quia inquit est semen tuum faciā xxxvii

illum in gētem magnā. ¶ Scapulis autem Agar imposuit Abraam panem sed ordaceum: vt ego existimo: et vtrem Gene. 21.

aque legem videlz insipidam scḋm litterā. Itaq; qui illudunt morti christi: et lusum sibi faciūt Isaac. i. Jesum in domo Pylati: electi de domo dei: panes secum deferūt carnalia videlz sacramēta: et insipidam intelligentiā littere clausam mortua pelle. ¶ His oneratur synagoga: seruilia implens mādata. Sed cōsumpta aqua: mater puerum abiecit: dicēs. Sāguis eius super nos et sup liberos Mat. 27

nostros. Tunc enim synagoga mortua est: cōsumpta aqua vt diximus carnaliū sacramentorum. Puer autem leuauit vocem et fleuit: amisso regno et sacerdotio. Exaudiuit autem deus vocem pueri: vt non penitus intereat iudeorū gens. Aperuit autem deus oculos Agar: et vidit ibi puteū: et impleuit vtrem ex eo. Interim enim clausi sunt oculi sy- Roma. 11

nagoge donec intret gentium plenitudo: tunc autē et illi intelligentes sacramentorū ꝓfunditatem: conuertentur vt

Hierony. bibant de puteo viuentis et videntis. Eiice igitur ancillam cum filio quia non erit heres Cain cum Abel: nec Esau cum Jacob: nec hedi cum ouibus. Eleganter autem dicit apostolus quomō is qui secundū carnem natus est.

Hiero. etc. Nunq̄ enim spūalis persequitur carnalem: sed ignoscit ei quasi rusticano fratri: sciēs eum posse pficere per tempus. Et cum viderit irascentem: recordatur vnius patris qui lucē boues creauit et culices: et in magna domo

2. Timo. 2 non solum esse vasa aurea et argentea: sed et lignea et fi-

Chrysost. ctilia. Quid est autē q̄ cum dicat scriptura: Eiice ancillam: nos econtra omne tempus vite nostre insumimus ex-

xxxviii colentes et ornātes ancillam diuersis ornatibus. Vere autem Ethiopem lauamus vt dicitur: eius vero dn̄am tanq̄ vile mancipiū: incultam ac fedam in omni sordium illuuie relinquimus: cum ideo nos deus excluserit a corporis cura: ne eius supfluis curis occupati negligeremus anime curam. Sicut autē dicit Augustinus: mors carnis est vita

August. spūs: cum enim infirmor fortior sum: et vita carnis est ani-

Roma. 8. me mors quia si scḋm carnem vixeritis moriemini. Quidā pater genuit duos filios eodem die natos simul educatos per omnia similes: vterq; infirmatus est: nec poterant curari. Habito cōsilio quia infirmitas eadē erat in vtroq; occiditur alter: et apertis visceribus inuenta est infirmitatis radix in altero: et curatus est. Querelā facit frater sanatus ante iudicem q̄ eadem medicina potuit vtriq; succurrere. Respōsum est: q̄ ex duobus malis: minus habet speciē boni. Eiice ancillam et filium eius: vel enim alter erit heres vel vterq; amissa hereditate pijcietur in tenebras exteriores. Qui enim voluerit animā suam saluā facere pdet

Mat. 16. eam: Matth. 16. et qui perdiderit inueniet. ¶ Amā igitur qui voluit interficere reginam sua cum gente: suspēdatur

Hest. 7. et 8. in ligno (qd ipse parauerat Mardocheo) cū filiis et vxore: vt hereditas eius transeat ad iudeos qui sunt ex promissione: sicut dicitur: die illo quo suspensus est Amā et ira

Figura. regis quieuit: dedit Assuerus regine Hester domū Amā aduersarii iudeorum. Ancilla Eua est: Maria libera. Ca-

xxxix ro que de Eua nata est in peccato cōcepta: nata et enutrita: cōsuetudine deprauata: impatiēs discipline: semp ad illicita sollicitās: de nullo alio deseruiēs q̄ q̄ compedes

Puerb. 29. est anime: sed sunt aurei vt dicitur: hec est que nunq̄ dicit: sufficit. Et licet alie sint anime alie corporis actiones: tamen corporis vitia vel virtutes possunt esse et anime. Cum enim ad hoc sit data vt illicitos carnis motus corrigat: ignorātia illius cōtingunt vel negligentia. ¶ Si enim paululum dormitet hostiaria: ingrediuntur latenter principes duo latronū fratres videlz Rechab et Banaa: et pcutient

2. Reg. 4. cap. in inguine Isboseth: insuper sublato et capite eius abscedent. ¶ Isti sunt latrones quorum manus incurrit qui de-

Luc. 10. ca. scēdebat ab Hierusalē in Hiericho. Hostiaria autē que

Beda. triticū purgat tunc obdormit: cum mentis custodia que virtutes discernit a vitiis: a discretionis sollicitudine cessat: sicq; ad interficiendū animā malignis spiritibus iter

xl. pādit: Qui ingressi spicas tollunt: quia bonorum cogitationum germina auferunt: atq; in inguine feriunt: quia virtutem cordis delectatione carnis occidunt. Non enim Isboseth inopinata morte succūberet: si non ad ingressum domus mulierē. i. ad mentis aditum mollem custodiā deputasset. ¶ Talis ancilla eiicienda est cum filio suo: fortis autem vigilq; sensus pponi foribus cordis: quem nec negligentie somnus deprimat: nec ignorantie error fallat. Nam et cum discipulus vel seruus negligentia doctoris vel domini peccat: magister vel dn̄s extra culpā non est. [Itaq; fratres non sumus ancille filii sed libere:] nec tamen per hoc liberi: q̄ sumus filii Sare que libera est: sed per hoc q̄ relicta lege seruitutis: cuius figura precessit in Agar: cōfugimus ad christum cuius iugum leue: [qua libertate nos liberauit.] Greci sic isigunt textū. Nō sumus ancille filii sed libere. In libertate igitur qua christus nos liberauit state: et nolite iterum iugo seruitutis contineri.

Hoc autem ptinet ad sequētis capitis textū. Libertas sane hec nihil aliud est q̄ pctōrum remissio: et ius adeundi eternam hereditatē: sicut dicitur in die qua liberi facti sumus per mortē christi: Hodie mecum eris in paradiso. ¶ Huic Luce. 23.

enim hereditati amisse in parētibus veluti postliminio restituimur: sicut dicitur: Cibabo te hereditate Dauid pa- Esa. 55.

tris tui: et illud: Ne timeas Miphiboseth: quia faciēs fa- 2. Reg. 9. c.

ciam in te miām propter Jonathan patrem tuum et restituam tibi omnes agros Saul patris tui: et tu insuper comedes panem in mēsa mea semp. Maiora enim adepti sumus per filium libere: ipse est Dauid christus filius Marie quam pdideramus per parētē omniū Adam peccati seruum: maiora inquā adepti per grām libertatis: quam amiseramus per peccati seruitutē. Diximus alias quāta iudeis fuerit libertatis cura: quia nullus Hebreus si in seruitutē venire contingeret: poterat vltra septimū Exo. 21. ca.

annum inuitus retineri in seruitute. Qd si seruus oblata libertate abire noluerit: defixa in aure nota: velut qui cōmonentis te dei et ad libertatem pristinā reuocātis ver- vide Hiere.

ba non audias: eris peccati seruus in eternū. Require enim cap. 34.

abs te: si ex nobili viro vel in hoc mūdo seruus effici velis: abnuis sine dubio: Quippe cum iam ex cōditione seruili videamus multos ad libertatem cōuolare: nos autem non sumus ancille filii. etc.

¶ Quintum Caput.

tate: et nolite iterū iugo seruitutis cōtineri. Ecce ego Paulus dico vobis: quia si circūcidamini: christus nihil vobis proderit. Testificor autē rursus omni homini circūcidēti se: quia debitor est vniuerse legis faciende. Euacuati estis a christo: qui in lege iustificamini: a gratia excidistis. Nos enim spiritu ex fide spem iustitie expectamus. Nam in christo iesu neq; circuncisio aliquid valet neq; pputium: sed fides que per charitatē operatur. Currebatis bene: quis vos impediuit veritati non obedire? Nemini cōsenseritis: persuasio hec non est ex eo qui vocat vos. Modicum fermentū totam massam corrūpit. Ego confido in vobis in domino: q̄ nihil aliud sapietis. Qui autem conturbat vos: portabit iudiciū quicūq; est ille. Ego autem fratres si circūcisionem adhuc predico: quid adhuc persecutionē patior? Ergo euacuatum est scādalum crucis. Vtinam abscindantur qui vos conturbant.

¶ State: et nolite iterum iugo seruitutis cōtineri. In libertate igitur qua christus vos liberauit state: tenete qd habetis: vt nemo accipiat coronam i.

vestram que p̄seuerantibus datur:et nolite iterum iugo
Puerb. seruitutis ceruices supponere. Piscator em̄ vt dicit vel
semel ictus sapiet. Uidete ne malo accepto vt d̄r sapia-
tis: imo vtinam vel malo accepto resipiscatis: ne audia-
tis sero sapiūt phryges. Quāte enim demētie est amissa
Puer. libertate qua donati sumus:intercedēte morte vnigeniti
filij dei:filij liberę: quasi subiugi homines nec vestri iu-
ris voluntariā subire seruitutē? Nam ⁊ si suaue sit seruo
Menāder. dn̄m bonum nancisci:sicut dicit Menāder: turpe tamen
est liberis subijci in seruitutē. Graue est enim in seruitu-
tem cadere de regno: sicut dicit Seneca: at quanto gra-
Exo.17. uius a libertate christi redire in man⁹ grauissimas Moi-
si. Qm̄ igitur liberi estis non quidem vestris animi viri-
bus: nō inquā vestro Marte:nolite denuo seruire:semel
experti incōmoda seruitutis:ne si iterum iugo libēter col-
la inseratis:non sit vobis vltra respirandi locus:sed mo-
riamini in solitudine cū iis qui corde reuersi sunt in egy-
ptum. ¶ Ne autem fortassis ignorantiā pretendatis: vos
non quidē relinquere euāgeliū: sed cum eo simul legem
copulare:qm̄ scriptum est: Omnia noua ⁊ vetera poma
Canti.7. seruaui tibi:scitote hoc nil aliud esse q̄ duab⁹ vt dicit se-
dere sellis:vtroqȝ inguine claudicare:vestem ex lino la-
ij. naqȝ cōtexere. Leui.19. retinere flores cum fructu:vetus
fermētum cum azymis veritatis: carnes taurorū cum eo
qui immolat⁹ est pascha nostruȝ. Noua quidem ⁊ vete-
ra poma testimōnia sunt vtriusqȝ testamenti:sed que la-
Leui.26. tebāt in cortice nucis:reuelant in lege libertatis. Utraqȝ
seruant christo:sed nouis inquit superuenientibus:vetera
proiicietis. [Ecce ego Paulus dico vobis qm̄ si circūci-
Decretū. damini:christus vobis nihil p̄derit. De baptismate:ma
iorca ecclesie. Christ⁹ em̄ habet claues scientie vtriusqȝ
testamenti. ⁊c. Quid dicimus nihil p̄derit: dicamus au
tem multū vobis oberit: christus vobis non erit christ⁹:
non erit iesus:non erit salus ⁊ redemptio:nō erit aduoca
tus: p̄pitiator ⁊ propitiatio pro peccatis vestris. Si chri
stus non proderit:num p̄fuerit Moses? Si mors chri-
sti non prodest cuius sanguis melius clamat q̄ sanguis
Heb.12. Abel:num proderit circuncisio? aut hircorū sanguis aut
vitulorū? Si lachrime cum clamore in ✠ patri oblate nō
diluunt peccatū vr̄m:num diluet ea cinis vitule aspersus
Heb.4. super coinquinatos? [Itaqȝ illud testificor rursum om-
ni homini siue iudeo siue gentili circūcidenti se:] qm̄ de-
bitor est totius legis seruande. ¶ Ex p̄cedentib⁹ autem
patet q̄ nullus totam prestare potest: ⁊ qm̄ omnes sunt
sub maledicto. Sicut em̄ qui offenderit in vno p̄cepto le
gis factus est omniū reus: qm̄ qui dixit Non occides: p̄-
Jacob.2. cepit nō furādum. ⁊c. Ita eodem modo qui vult circūci-
dere carnē p̄putij sui:tenet etiā ter in anno templū ascē-
dere ⁊c. Qui em̄ circūcisionem mādauit: ipse precepit ⁊
reliqua que cōtinent in lege. Accepim⁹ enim pro circū-
cisione scd̄am tabulam post naufragiū: penitētie videlȝ
sacramentū: sicqȝ circūcisio ex carne ad animā translata
Hiere.4. est:sicut dicit: Circūcidite preputiū cordis vestri:circūci-
dimini dn̄o:non Mosi: et auferte preputia cordium ve-
iij. strorū viri Juda:ne putetis latere deum cordis vestri cōsi
lia. Nam ⁊ sicut dicit Lactanti⁹: illa pars que circūcidit
Circūcisio. in homine est pellicula quadam cōtecta ⁊ pudenda: ha-
betqȝ similitudinē cordis. Per hoc ergo q̄ iubet prepu-
tium illud precisa pellicula nudari: admonemur ne inuo
lutum peccatū habeam⁹. i. ne qd̄ pudendum facinus in-
tra conscientiā cōtegamus: qm̄ iudici nostro qui ⁊ testis
est: oīa nuda sunt et apta. Deus qui primū ipsi Abrae
deinde per Mosen circūcisionem precepit: multa et alia
p̄cepit que facile est ex lege colligere. Qui ergo circūci-
sionem ⁊ interfectricem sequitur litterā: eum nō legis es
Math.6. se factorē: sed vere legis inimicū dicimus: Quia sicut ne
mo potest duob⁹ dn̄is seruire: sic vmbram pariter et le-
Hiero. gis veritatē implere difficile est. Diuidite inquit infantē
viuum: quo facto nulli viuet. Tentat naturā nature dn̄s

et vult s̄m vtriusqȝ voluntatē viuētem filium in legē gra
tiamqȝ diuidere:non q̄ hoc probet:sed ad arguēdam sy-
nagoge calūniam:hoc se velle dixit. ¶ Et vide quāta cru
delitate exclamat nouerca dicēs: Nec mihi nec tibi p̄sit 3.Reg.3.
integer christus: sed diuidat: tibi non proderit si non cre
dis ipsuȝ sufficere posse sine adminiculis legis: mihi au
tem non proderit qm̄ hominē credo non deum. Diuidat
inquit. Diuisus est christ⁹? Quomō potest diuidi qui est
pax nostra faciens vtraqȝ vnuȝ? Diuisit quidē synagoga Ephe.2.
animā a carne: at non potest diuidere caput a turture ab
homie deum. Funiculus em̄ triplex difficile rumpit. Ec
clesia tamē que scit suum esse infantē viuuȝ: libenter cō- Eccl.4.
cedit emule vt viuat saltem apud eam:ne inter legem di
uisus et grām christi mucrone feriatur. At crudelis no- 4.Reg.11.
uerca Athalia videlȝ videns filium suum occisum: festi
nat interficere oēe regiuȝ semen. Et nisi p̄uidentia Jo-
cabet reliquisset nobis dn̄s semen: sicut Sodoma fuisse- iiij.
mus. Nam synagoga alterū. i. suum nocte oppressit: ⁊ al
terum vult occidi gladio: quia christum hominē occidit:
eccl̄ia qȝ ipsum non occidit: sed reuertebat p̄cutiens pe- Luc.23.
ctus suum: resurgētem deū ⁊ hominē accipit et credidit.
¶ At synagoga adhuc instat dicēs: Nec mihi nec tibi: sed
diuidat. [Euacuati estis a christo.] Eadem est sentētia
cum ea: christ⁹ vobis nihil p̄derit. Si addicitis vos Mo
saice legi: christ⁹ vobis occisus est ⁊ inutilis penitus: qm̄
qui voluntate confugitis ad tenebras ⁊ vmbram mortis:
non potestis fieri participes vere lucis. [Qui in lege iu-
stificamini (quod tamē est impossibile) a grā excidistis.
Reliquistis priora: ⁊ e media via reuertimini ad egyptū:
excidistis a terra p̄missionis: quibus inquit iuraui si in- Heb.4.
troibūt in requiē meam. ¶ Dum em̄ vmbram ipsam ap-
prehendere conamini: longe facti estis a veritate: gratia
enim ⁊ veritas per iesum christū facta est. ¶ Umbram in Joan.1.
quit pro corpore: sicut dicit de cane in Esopica fabula.
[Nos em̄ spiritu ex fide spem iusticie expectam⁹.] Qui
igitur in lege confidit: grām amittit: quod ex opposito vi
deri potest: qm̄ ex fide habet iustificatio vera ⁊ spes eter
ne beatitudinis: et hoc expectam⁹ spū sancto monente ⁊
clamante in corde nostro Abba pater. [Nam in christo Roma.8
iesu neqȝ circūcisio aliquid valet neqȝ preputiū: sed fides
que per dilectionē operat.] sepe diximus nihil interesse de peni. dis.
ad salutem anime cōsequēdam vtrum quis preputiatus 1. si sacer-
credat: sicut credidit Abraam deo: an in p̄putio sicut cre dos.
didit Petrus. Qui em̄ crediderit ⁊ baptizat⁹ fuerit nul Mar.vl.
lo carnis habito delectu siue Grecus siue Barbar⁹: siue
gentilis: saluus erit. ¶ Fidem autē intellige que operat v.
stimulata a charitate: que si vera est: magna opat: si au-
tem non operat: charitas nō est: ociosa em̄ nunq̄ est: aut
ardet in se aut alios accēdit ⁊ exurit. Circūcisio quidem
p̄dest si legem obserues que idcirco vtilis fuit his qui
in lege vixerūt: non quia circūcisi erant: sed quia credita Roma.3.
sunt illis eloquia dei: que in opera vertentes: alieni non
sunt ⁊ extranei a vera salute. Nec nos mouet q̄ Sepho Exo.4.
ra tollens calculū: filium circūcidit: et suffocantē angelū
a marito prohibuit: siue vt aliter in Hebreo scriptum re-
fert: quia nūc non tam circūcisionem penitus nihil pro- Hiero.
desse: q̄ in christo iesu eam nihil valere testat⁹ est. Ex eo
siquidem tēpore quo euangeliū in toto orbe radiauit: su
perflua est circūcisionis iniuria. Exemplū autē fidei que
per euāgeliū operat dilectionē meretrix illa tribuat: que
cum accubanti dn̄o pedes lauisset: tersisset ⁊ vnxisset: au-
diuit a domino: remittūtur ei peccata multa qm̄ dilexit Luc.7
multuȝ. Ecce charitas. Et ad illam: fides tua te saluā fe
cit: ecce fides q̄ per dilectionē operat. Aperte ergo ostē-
sum est in hac femina fuisse fidem que per charitatē ope
rat que in christo operata est lotionē pedū: extersionē vn
ctionē ⁊ oscula: in illam aūt pctōrū remissionē. ¶ Scien-
dum autē q̄ cum dicit fides que operat per dilectionē.
Grece est ἀλλὰ πίστις δι' ἀγάπης ἐνεργουμένη,

Sed fides que per dilectionē vim suam explicat occul-
tam: quod p̄priuȝ est spiritus: sentit enim vis spūs: cum
ipse nusquā appareat. Uult enim apostol⁹ ostendere le-
gem nullius esse efficacie ad prestādam veram iustifica-
Jaco.2. tionē. Unde dicit Jacob⁹: Tu dicis qȝ credis: bene facis.
At qm̄ fides res in se inuisibilis est: ⁊ per se nō potest vi-
deri: ostende mihi eam saltem ex operib⁹ tuis: in quib⁹ fi
des explicat vim suam viuidam ⁊ occultam. ¶ Sic enim
semp eterna virtus dei ⁊ diuinitas eius cum in se oīa in
tellectui impuia sit: sentit tamē per opera sua: per hoc q̄
Roma.1. vnus ⁊ idem semp in seipso p̄manens dat cuncta moue
ri eodem tenore eodēqȝ ordine. Qm̄ autē sicut iudei glo
riabant de circūcisione ita ⁊ gentes de preputio/ dicētes
Abraam in p̄putio positum credidisse: inde apostol⁹ cau
tissime vtramqȝ gl'iationem excludit dicens: Neqȝ circū-
cisio neqȝ p̄putium. [Currebatis bene. Quis ergo vos
fascinauit veritati nō obedire?] Currebatis per viam cō
pendij per viam euāgelici brauij: Currebatis post eum
Ps.18. qui exultauit vt gigas ad currendā viam: quis vos impe
diuit ⁊ persuasit vt periret labor itineris/diceretis: Cōsti
tuamus nobis ducem ⁊ reuertamur ad Egyptum? Ne-
Nūeri.14. mini cōsenseritis: etiam si aliud vobis angelus euangeli
zet de celo. [Persuasio hec nō est ex eo q̄ vocauit vos.]
vij. Melius est inquiūt vt captiui bn̄dicamus dn̄m viuētes:
q̄ moriamur ⁊ simus opprobriū omni carni: cum videa-
Judith.5. mus infantes nr̄os et vxores coram nobis siti deficere.
¶ Et tamen non est ita. Persuasio hec non est ex eo qui
vos vocauit de tenebris in lumē suum: qui vos eduxit de
Ps.39 lacu miserie ⁊ de luto fecis: de fornace ferrea Egypti in
veram libertatē. [Paulum fermētū: totam massam fer
mentat.] Ne putetis inquit paucorū hominū insidias cō
temnēdas. Ut enim scintilla parua res est: et pene dum
cernit non videtur: sed si fomitem comprehēderit ⁊ nu-
Augustin⁹. trimenta sui inuenerit: menia/vrbes latissimas/saltus re
gionesqȝ consumit: ⁊ sicut fermentū parum quidē est re-
spectu totius cōspersionis: sed farine intermixtū: totā mas
sam corrumpit: ⁊ in illius vim transit omne quod mixtū
est: ita ⁊ doctrina p̄uersa ab vno incipiens: vix duos aut
tres primū reperit auditores: sed paulatim vt cancer ser
pit in corpore: et iuxta cōmune p̄uerbium vnius ouis sca
bies totum inficit gregem. ¶ Per oppositū autem legi-
mus qm̄ cadauer hois mortui statim vt tetigit ossa Heli
4.Reg.13 sei: reuixit spūs eius: Cum sancto em̄ sanct⁹ eris: et cum
peruerso p̄uerteris. Ps.17. Deniqȝ apud Aggeum p̄phe
Aggei.2 tam Caro sancta non sanctificat tangētem: et cōtaminat
eum qui immūdus est: si tetigerit. Facilius enim est de-
struere q̄ cōstruere. Ad hoc tamē peccata quorūdam iu-
storū puta Dauid: Petri: Pauli: vel etiam Salomonis
aut similiuȝ scripta sunt: vt qui ea legerit: se de suis factis
1.Cor.9. iactare nō debeat: et pro sua iusticia ceteros tanq̄ fermē
tum cōtemnat: cum videat tantorū virorū flenda naufra-
viij gia: vt etiam apostoli sen̄tētia vbiqȝ timēda sit: qui se pu
tat stare: videat ne cadat. ¶ Sicut enim mala prauorum
exempla improbis ad malū fomēta ministrant: ita ⁊ bo-
nis malorū exempla incitamenta sunt ad virtutem: sicut
Ps.72 dicit: Zelaui super iniquos: pacem pctōrum videns. Et
infra. Quia ecce qui elongant se a te: peribūt. Mihi aūt
adherere deo bonum est: ponere in dn̄o deo spem meā.
Quod tamē ad sensum apl'i facit: illud videt innuere q̄
quecunqȝ pars legaliū obseruātiarū adiuncta fuerit euā
gelio: quasi euangeliū per se non sufficiat perfecte iustifi
care pctōrem sine adminiculo legis: totā fidei syncerita-
Leui.19. tem violabit: tanq̄ qui agrū diuerso semine seuerit. Si-
cut autē dicit Chrysostomus: rerum natura sic se habet:
vt quoties bonuȝ malo cōiungit: aut pares reddant: aut
citius separent. Amicitie enim aut pares querūt aut fa-
ciunt. Qd̄ si non separent: non ex bono mal⁹ meliorat:
Seneca. sed ex malo bonus contaminat: qm̄ multos iam sollici-
tauit societas nefanda. Necesse est autē vt aut tales imi-

temur aut oderimus: vtrumqȝ autē deuitandū: ne vel si-
mul mali efficiamur: qȝ multi sunt: vel inimici multis: qm̄
dissimiles sunt. [¶ Ecce inq̄t somniator venit: venite ⁊ oc Gene.37
cidam⁹ eum ⁊c.] Sic cōuictor delicatus eneruat ⁊ emol-
lit: vicinus diues cupiditatē irritat: malignus comes ru-
biginem suam affricuit: quo cōtra de optimo comite scri
ptum legimus: Nonne cor nr̄m ardens erat in via dum
loqueret nobis: ⁊ referaret scripturas? Siue igit de ma- Luc.24
lorū societate intelligas quorū cōuictus bonis nocet: siue
de praua doctrina que vt cācer serpit. 2. Timo. 2. siue de
lege Mosi intermixta euāgelio: semp verum est: qm̄ pau ix.
lum fermenti totam massam fermentat. [Ego cōfido de
vobis in domino: q̄ nihil aliud sapietis.] Qm̄ enim non
sponte: non scientes ⁊ vt dicit volentes errabant: sed cir-
cūuenti a falso apl'is: ideo confidere se dicit/ ostensa via
facile reuersuros: maxime cum recens esset error eorū: Error.
nam vt dicit sapiens quidam: alte radicati errores: nō fa
cile verbis extirpant. [Qui autem cōturbat vos nouis
vetera assuendo: portabit iudicium dei quicunqȝ est ille:
q̄uis humanū fefellerit. Sententiā quidem meā super
hac re iam semel atqȝ iterū audistis: quicūqȝ legem euā-
gelij conuertit anathema sit: siue sit angelus de celo siue
quicūqȝ alius sit: nec per hoc effugiet diuinū iudiciuȝ: est
enim septimū quod detestat anima eius is qui seminat
inter fratres suos discordias. [Ego autem fratres: si cir- Puer.6
cuncisionē adhuc predico: quid adhuc persecutionē pa-
tior?] Ne inquit hoc fortassis vos moueat: si quidā qui
circūcisionem predicāt tanq̄ necessariam ad remissionē
peccatorū: asserunt de me q̄ non abhorreā a legis obser
uantia: vt qui aliquādo factus sum iudeus cum iudeis:
qui Timotheum circūciderim: ac more iudaico caput to Actu.16.ca.
tonderim: necessitate em̄ coact⁹ id feci: atqȝ inter iudeos Ibidē.21.c.
⁊ eo tempore quo adhuc non plene effulserat gloria euā
gelij: nec ex integro sepulta fuerat lex: que velo tēpli sci- Luc.23
so obierat diem suum. ¶ Deniqȝ ⁊ si passus sum circūcidi
Timotheum: absit vt aliquādo docuerim circūcisionem x.
vtilem ac necessariam. Erat tempus cum aliquid erat p̄
mittēdum cordi iudeorū adamantino ⁊ ceruici eorum in-
domabili: sicut dicit: quādo non vt volumus: faciam⁹ vt
possumus. Multa em̄ melius arte p̄ficiunt q̄ viribus: si-
cut dicit: pedetentim: quādo quis non p̄cipitāter atqȝ in
considerate sed sensim atqȝ cūctanter negotium aggre-
dit: atqȝ arte rem gerit magis q̄ impetu: translatum vi- Similitudo.
delȝ ab iis qui cautim: tacito pede ac p̄tentātes: glaciem
ingrediūtur locum sane lubricū. Modo autē quid? [Ego
inquit fratres si circūcisionē adhuc predico: quid adhuc
persecutionē patior?] Ea enim vel sola vel maxima causa
apostol⁹ persecutiones multas a falsis sustinuit fratribus
q̄ predicabat cōuersos ad fidem ex iudeis non esse circū
cidendos. [Ergo euacuatū est: hoc est cessauit scandalū
crucis. Sublata enim causa cessare debet effectus. Hinc
enim gentis mee odium excitat cōtra me: q̄ p̄dicem eua
cuata esse legalia oīa in christi morte. Quod si adhuc
circūcisionem ego predico: cessare debent eorū odia con
tra me. Non enim persecutionē patior q̄ predicem christū
iesum crucifixum: sed qm̄ predico per crucē eius euacua
ta esse legalia. ¶ Hanc cicatricem eorū hulcusqȝ quoties
refrico: noua mihi excito odia: alioqui sublatuȝ esset iam
scandalū ✠. si vt diximus circūcisionem p̄dicarem simul xi.
cum euāgelio currere. [Utinam abscindant qui vos cō-
turbant.] prestat em̄ eos perire solos: q̄ alios tam mul Nūeri.16.
tos secum trahere in p̄ditionem. Separamini inquit et
recedite a tabernaculis impiorū: ⁊ nolite tangere que ad
eos ptinent: ne inuoluamini in peccatis eoruȝ. Sicut au
tem dicit Hieronym⁹: dolore patris se tenere non potest:
mutat vocem: ⁊ quibus blanditus fuerat irascebatur: vt
quos nequiuerat lenitate: saltem obiurgatiōe retineret.
Nec mirū est si apostol⁹ vt homo: ⁊ adhuc vasculo clau Hiero.
sus infirmo: semel fuerit tam dura verba loquutus: dicē

Mat.5. te domio: Bñdicite psequentib⁹ vos: quia ducebaꝰ lege peccati in se habitantis quo ipse nolebat. Ceterū Pau=
Roma.7 lus nō tam eis maledicit ꝙ orauit pro eis: vt eas partes corporis pderent per quas delinquebant: dicente dño:
Mat.18. Si man⁹ tua vel pes tuus scādalizauerit te: abscide eum & abijce a te. Utinam ergo abscindātur qui ex filijs Sa=
Actu.23 rę volunt generare filios ipsi Agar ancillę. Forsitan autem eūdem exitum habent illa verba apostoli in Actis. cap.23. Percutiet te deus paries dealbate: & tu sedēs iudicas me ſm legem et contra legem iubes me percuti. ¶ Quid enim si negemus Paulū nō omino caruisse humanis affectib⁹: cum ipse meminerit de stimulo carnis:
Actu.15. et constet inter Barnabā & ipsum nempe duos optimos viros dissidiū aliquod extitisse. Ceterum hoc loco cōsen
xij. taneū est apostolū non ignorasse summū sacerdotē: nec tamen illi malę precarū hoc animo quo vulgus irritatum solet: sed aplico spū incanduisse aduersus eum: qui cum summi sacerdotis ac pinde optimi viri teneret locū: nec
Actu.5. vmbram quidē equitatis prę se ferebat: quam prestabāt etiam gentes. Sic & Petrus excanduit aduersus Ana=
Ibidem. niam & eius vxorem: sic apostol⁹ idem aduersus Elymā magum: Quid igitur est ꝙ excusat se: nesciebam ꝙ esset pontifex? Nimirū cessit tumultui: & se ignorasse pontificem dicit: qui se non pontificem sed tyrannū opere declarauerat. Itaq; gemino nomine concedit turbę: primū agnoscens esse pontificem: qui re ipsa simea erat in purpura: hoc est paries dealbatus. Deinde conuitiū esse qđ illis videbatur cōuitium: cū non esset cōuitiū sed libera obiurgatio. Aliquādo cum Samaritani nollent recipere christum dñm: ꝙ facies eius erat euntis in Hierusalē:
Luc.9.ca. dicit ad eum Iacobus et Ioannes. Dñe vis dicimus vt ignis descendat de cęlo & consumat illos? Et ille conuer
Cap.14. sus increpauit eos dicens: Nescitis cuius spiritus estis: filius hominis nō venit aīas pdere sed saluare. ¶ Dicit
Cap.12. tamē Hieremias: videam vltionem tuam ex eis: & cōgrega eos sicut gregem ad victimam: et multa similia que per spiritū pphetię futura preuidenꝰ: non autē optātur. Et si optanꝰ: sit potius amore iusticię ꝙ zelo vindictę.

¶ Vos enim in libertatē vocati estis fratres: tātum ne libertatē in occasionem detis carnis: sed per charitatē spiritus seruite inuicē. Omnis enim lex in vno sermone impleꝰ: Diliges proximū tuum sicut teipsum. Qđ si inuicē mordetis & comeditis videte ne ab inuicē cōsumamini. Dico autē in christo. Spiritu ambulate: & desideria carnis non pficietis. Caro enī cōcupiscit aduersus spiritū: & spiritus aduersus carnem. Hęc enim sibi inuicē aduersanꝰ: vt non quecunq; vultis illa faciatis. Qđ si spiritu ducimini: non estis sub lege. Manifesta sunt autem opera carnis que sunt fornicatio: immūdicia: impudicitia: luxuria: idolorū seruitus: veneficia: inimicitię: cōtentiones ęmulatiões: irę: rixę: dissensiones sectę: inuidię: homicidia: ebrietates: comessatiões & his similia: que prędico vobis sicut & pdixi: qm̄ qui talia agunt: regnum dei non cōsequētur. Fructus autē spiritus est charitas & gaudium: pax patiētia: benignitas bonitas: longanimitas mansuetudo: fides modestia: cōtinentia castitas: Aduersus hmōi non est lex. Qui autem sunt christi: carnē suam crucifixerunt cum vitiis & cōcupiscentiis.

¶ Uos enim vocati in libertatem estis fratres: tantū ne libertatē in occasionem detis carni: sed per charitatē seruite vobis inuicē. Uocati estis in libertatē. Sed ita sublata est seruitus legis: vt ei succedat iusticię seruitus libera. Si cessaui (inquiet quis) o Paule esse sub lege: et de seruitute in libertatē vocatus sum: ergo debeo ita viuere vt conuenit libertati: nec aliquibus preceptis teneri: sed quodcūq; voluntas suggerit hoc sectari. Ita enim expo= μωξη τω.
nebat quidā hereticus his nostris tēporibus: quē tamē cōuersum ad fidem flāma vorax cōsumpsit. Ad quod re p.Cor.6.
spondet apl's: vocatos quidem nos esse in spūs libertatem: sed ita vt libertas ipsa carni non seruiat: nec putemus qr nobis oīa licent: omnia expedire vt sit p ratione voluntas. Quinpoti⁹ & si serui legis esse cessauimus: xiij.
facti liberi: magis nobis inuicem seruiam⁹: vt laciniose legis precepta vno dilectiōis cap'lo concludanꝰ: vnde dicit: [Sed per charitatē que est donū spūsancti seruite inuicem.] Nam sunt nōnulli qui diligunt quidem ppinquos: sed pter affectum cognationis & carnis: quibus Gregori⁹
tamē in hac dilectione apl's non cōtradicit: sed aliud est quod sponte impēditur naturę: aliud quod pcepto apostoli ex charitate debeꝰ obedientię. Ubi enim & proximū diligunt: & tamē illa sublimia dilectionis premia non cōsequuntur: qm̄ amorē suum non spūaliter sed carnaliter impendūt. Non ergo dicat christian⁹ liber sum: faciam qđ August.
volo: ex quo seruus eram: & christi sanguine redemptus Ioan.8.
sum. Sed si ista volūtate libera peccatū facis: seruus es peccati. Noli ergo libertate abuti ad peccādū: sed ad nō peccādum. Erit enim volūtas tua libera: si fuerit iusticię ancilla. ¶ Utrum autē homo sine grā possit cauere oīne peccatū mortale: vide doctorē nr̄m in.2.dist.28. Conclusio est ad partem negatiuā. Peccatū enī quod per penitentiā non deleꝰ: mox suo pondere ad aliud ptrahit. Liberum aūt arbitrium nihil aliud est ꝙ potestas seruādi rectitudinē iusticię pter se. Sed hęc potestas ligata est in eo qui est seru⁹ peccati quādiu seruus est: tam diu autem est quādiu seipsum non disponit de congruo vt recipiat gratiā gratum faciētem: ab eo qui semp assistit ostio Apoca.
mentis nostrę pulsans: & grām liberaliter offerens: sicut dicit: Illuminat omnē hominē venientem in hunc mū= Ioan.1.
dum. Omnē inquā qui illuminaꝰ: non tamē oīs illuminaꝰ. Sequitur. [Nam tota lex in vno verbo impleꝰ: nempe hoc: Diliges proximū tuum sicut teipsum.] At si pxi xiiij.
mus noster est etiam inimicus: & ille diligendus est: non quia inimicus sed qr proxim⁹. Nam & ille pximus inuētus est Samaritano qui incidit in latrones: cū eum inte= Luc.10.
rim nec leuita nec sacerdos saltem vt extraneū miserarētur. ¶ Ponit autem Chrysostom⁹ certos charitatis gra Chrysost.
dus: quorū inferior est nequaꝙ prior ad lędendū venire. Iste autē qui infra omnes sequentes est: est supremus ad quem potuerūt sapientes sęculi puenire. Dixit enī Cicero in de amicitia citante Lactātio: optimus vir Cicero.
nunꝙ faciet iniuriā: nisi lacessitus. Quo vnico verbo totam disputationē de amicitia maculauit: quādo & mutuo scabunt & muli vt dicit: et oīne animal diligit sibi simile. Est autē secūdus gradus non amplius referre: quod est Eccl.13.
iusticia iniustorꝰ videlꝫ oculū pro oculo. Exo.21.cap. &c. Tertius autem et altior gradus est: accepta iniuria: non regerere iniuriā similē: sed obmutescere & interim silentio dissimulare dolorem: sicut dicit: Aduersum me loquebanꝰ qui sedebant in porta: ego vero orationē meam ad Ps.68.
te dñe. Quart⁹ gradus est de quo dicit: Faciem meam dedi pcutientibus & genas meas vellentib⁹: et posui faciem meam vt petram durissimā. Quintus gradus est al Esaie.50.
teram prębere maxillā percutienti iuxta cōsilium euāgelij. Mat.5. Sextus gradus est non odisse eum a quo ista passus es. Septimus. inimicū diligere: quomō dicitur: 2.Reg.18
Quis det vt ego moriar pro te fili mi Absalō: nec enim quia erat filius non erat inimicus: imo eo hostilior/quo xv.
aliquādo amicior & charior: Irę enim fratrum acerbissimę

simę sunt. Octauus beneficijs hostem prosequi corporalibus. vide.4.Reg.6.capi. optime. E. Nonus: orate pro persequētib⁹ et calūniantibus vos. Decim⁹ aūt gra=
Mat.5. dus est quo dicit: aut dimitte eis noxam hanc aut dele me de libro tuo. Exo.32. Sed & illud videtur adhuc eminere: optabam ego anathema esse a deo pro fratribus
Roma.9. meis. ¶ Culmen autem totius charitatis est pro inimicis mori: et in hoc gradu tota lex impleꝰ: iuxta quod di=
Mat.5. citur: Non veni soluere legem sed adimplere. Nam & si Dauid hoc videtur optare dicens: Quis det vt ego moriar pro te: non tamē ipsi sed christo hec prerogatiua seruabatur vt pro inimicis moriēs/totam legem impleret. Habet enim lex fundum: mediū & plenum. Fundū est amicos diligere: mediū: etiam et inimicos amore prosequi:
Hebre.4. summū autē legis est & pro eis in cruce preces cum clamore valido et lachrimis offerre: deinceps & animā pro pro eis ponere: in quo verbo tota lex impleta est: Quis nr̄m est qui vel dimidiū impleat legis? Rara auis hec/ nigroq; simillima cygno. Utinam vel eius fundum exhi
Ps.108. beamus: et non ponam⁹ fratribus odium pro dilectione:
2.Reg.19 et sicut scriptum est: Diligis odientes te: & odio habes diligentes te: quo quid iniquius audiri potest? Quis inquit Seneca contentus fuit aut leuiter rogari: aut semel? Quis vestrū cum aliquid suspicat⁹ est a se peti: frontem non abduxit: vultū non auertit? Occupatiões non simulauit: longis sermonib⁹ & de industria non inueniētibus exitū occasionē petendi abstulit: et varijs artibus
Seneca. necessitates pperantes elusit. In augusto vero compressus: aut distulit idem: aut timide negauit aut pmisit sed difficulter: sed ductis supcilijs: sed malignis & vix exeūtibus verbis? ¶ Dare enī debem⁹ quomō vellemus acci=
xvj. pere videlꝫ ante oīa: libenter & cito. Primū quidem dāda sunt necessaria ad que oīes lege naturę tenemur: deinde vtilia: tum & iucunda. Etenī si pter vtilitatem nostram bñmerendū esset de pximis: de⁹ tot munera que
Mat.5 sine intermissione dieb⁹ ac noctibus fundit/ plucēs super iustos & iniustos nō daret. Danda sunt ergo bñficia: qm̄ in hoc vno sermone tota lex impleꝰ: diliges pximū tuū sicut teipsum. [Qđ si inuicem mordetis & comeditis: ponentes vt diximus odium pro dilectione videte ne ab inuicem cōsummamini.] Si inuicem mordetis. diximus alias
Scorpio. viperarū naturā. Nunc illud dicam. Scorpio quidē non ferit manus palmā: nec nisi pilos attigerit. Ipse suę plagę impositus aut assus in cibo sumpt⁹: aut potus in duobus cyathis meri lenit dolorem: fętum tamē suum deuorat: vnum tantū relinquēs solertissimū: qui se in matris clunibus includens: a cauda et a morsu tutum facit. Hoc ergo dicit apostolus: Uidete ne si more scorpionū inuicē mordetis vtriq; ab inuicem cōsummamini. De his scorpionibus vide Apoc.cap.9. vide textum. ¶ Uitam animę quelibꝫ culpa polluit: seruatus vero in corde contra fratrem dolor occidit. Menti namq; vt gladi⁹ figitur: qui si transfixo corde prius non educiꝰ: nomē habet viuentis sed mortuus est. Frustra enim vulneratis mēbris medicamina imponanꝰ: si ferrū a vulnere nō extrahiꝰ. Hic est gladius de quo dicit: Gladius eorū intret in corda ipso=
Psal. rum. Et illud: Uarius est euētus belli: et nūc hunc nunc
2.Reg.11. illū cōsumit gladi⁹. Non est quidē difficile ostēdere quomodo oīa pcepta vtriusq; tabulę vna charitatis obser=
Hiero. uatione teneanꝰ. Illud arduum est ostendere sicut dicit Hiero. quomō hostię quę in Leuitico pcipiunꝰ: ciborum abstinētia & delectus: solennitatū obseruantia per singulos annos in vno charitatis pcepto recapitulenꝰ. ¶ Nisi
Hebre.8 quis dicat legem spūalem esse: & exēplari nos cęlestium deseruisse. Sed postꝙ semel verus pōtifex seipsum obtulit victimam: & suo sanguine nos redemit: oīs illa legis priscę varietas et difficultas in ipsius supni hominis
xvij. dilectione cōpleta est. ¶ At nūc enim oīa que difficiliora sunt faciam⁹ vel ex parte saltē: hoc solū non facimus quod & factu facilius est: & absq; quo cassa sunt vniuersa que facim⁹. Ieiuniū corpus sentit iniuriam: vigilię carnē macerant: eleemosynę labore querunꝰ: sanguis in martyrio ꝙuis ardeat fides: tamen sine dolore et timore non funditꝰ. Hec oīa sunt qui faciāt: sola charitas sine labo= Roma.9.
re est. Quis vult anathema esse a christo pro fratrib⁹ cū apl'o? Quis cū lugentib⁹ luget: et gaudet cū gaudētib⁹. Roma.12. aliorūq; vulnere vulneraꝰ: sicut dꝰ: vulnerata charitate ego sum? oīes magis amatores nr̄i ꝙ amato= Canti.2.
res dei sum⁹: si martyriū subeam⁹: oīa nostra paupex vsui relinquam⁹: si amore nostri facim⁹: huic operi non tantū premiū ꝙ pęna debeꝰ. Qđ si non solū alienorꝰ miserias vestra charitate mutua non subleuatis: verum et more rapacium luporū mordetis alius alium sicut dicꝰ: quare taces: impio cōculcante iustiorem se: & facies hominū sicut pisces maris & sicut reptilia que ducem nō ha Habac.1.
bent: illud sine dubio timere debitis: ne ab inuicē cōsummamini. ¶ Est autē mare presens sęculū: vbi homines facti velut pisces se inuicē deuorant. Quis enī optat hęreditatē nisi morte alteri⁹? Quis lucrū nisi cum alteri⁹ dispendio? Quanti aliorū deiectione cupiunt sublimari. August.
Quā multi vt emant volūt alios vēdere? Quomō se inuicem opprimūt & excludūt: et qui possunt deuorāt. Imo o quot descēdunt in infernū viuentes. Et cum deuorauе Ps.55.
rit piscis maior minorē: deuoraꝰ ipse rursus ab alio maiore. Arphaxat inquit subiugauerat multas gentes imperio suo. Quis enim mortaliū aliquādo cōtentus fuit gloria sua? Ideoq; eleuat⁹ (ante ruinam enī exaltatur cor) ędificauit ciuitatem potentissimā: cuius muri altissimi videlꝫ cubitorꝰ. 70. latitudo cubitorū. 30. turres altitudine cubitorū centū. Uidisti piscem grādem? Contra hunc pugnat piscis alter videlꝫ Nabuchodonosor/ & eo deuorato: precipit duci exercitus sui ad hunc modū. Non parcet oculus tuus vlli regno &c. Ue ve ve qui prędaris: nōne & ipse prędaberis? Esaie.33. Occidam⁹ inquiūt eum: Math.21.
et nostra erit hęreditas. Hec quidē vox inquit Chrysostomus cōmunis est omniū sacerdotū sed & omniū carnalium qui nō sunt solliciti quomō populus viuat sine pctō sed aspiciunt quid in ecclesia conferaꝰ: et hoc existimant esse partē sortemq; suam. Sed malos male perdet: et hęreditatē suam alijs locabit agricolis. O piscis male predam vis de paruo: preda efficieris magno. Nam et ipse Iob.4. ca.
Leuiatan qui absorbet fluuios & non miratur: imo & habet fiduciam ꝙ influat Iordanis in os eius: aliquando hamo capiendus est: et sude perforādę sunt nares eius: Tho.2.secūde
et armilla maxilla ei⁹: licet in terra non sit potestas que q.73.ad pri
compareꝰ ei. Si igitur inuicem mordetis: quod luporū mū. de de=
est et canum (imo & omne animal sui generis alterum vix tractoribus
aut raro impetit) videte ne ab inuicem cōsummamini. Uidete ne vox sit Iacob: manus autem Esau. Canes in= Gene.27.
quit Chrysostom⁹ illi optimi sunt qui ouib⁹ quidē adulantur: seuiunt autem contra extraneos & vigilant. Et licet esuriat: oues non tangit: lupis tamen non parcet. Talis est ira/ quomodo dicꝰ: Irascimini & nolite peccare: si Ps.4.
ue quis mordeat: ab humanitate nō recedere: siue quiescat: aduersus malas insurgere cogitationes: & amicum quidē & pximū non derelinquere sed agnoscere & ptegere: alienū autē pcul a grege arcere. Cum igiꝰ seuiēdum Saul dissi
sit in lupos nō in oues: videte ne genuino vt dicꝰ mordē mulabat se
tes ab inuicē discerpamini. Aliqū cum Xenocrates assi= audire de=
steret detractorib⁹ & taceret: querēte vno: cur solus tace= tractores su
ret: quia dixisse me inquit/ aliqū pęnituit: tacuisse nunꝙ. os. p.Reg.
Uerūtamē inter. 7. que detestaꝰ anima dei sunt lingua ca.10
mēdax: testis fallax: & eū qui seminat inter fratres discordias. puerb.6. Illa quidē desinunt esse pctā: que pter grauiora vitāda suscipiunꝰ. Exēplū, sicut qui fit piurus ne hoiem occidat. August. de mēdacio. Sed si alteri subuenire nō potest: nisi lędaꝰ alter cōmodius est neutrū iuuari ꝙ grauari alterum. Ambrosi⁹. Nulla tū tam modes

sta felicitas est : que malignitatis dentes vitare possit.
¶ Ego autē detrahere aut detrahētem audire quid ho
rum dānabilius sit: non facile dixerim: Doleo inquit ve-
Prouerb. hemēter pro eo q̄ diligo eum satis: (interim autem & su-
spirat: sed Crocodilli lachrimas puta) et nunq̄ potui de
hac re corrigere eum; et alias mihi quidem bene compe-
XIX. tum fuerat de eo istud: sed per me nunq̄ innotuisset. At
quoniā per alterum res patefacta est: veritatem negare
non possum. Reuera ita est. Verba inquit sapiens susur
Prouerb.28. ronis quasi simplicia: et ipsa perueniunt ad intima cordis.
Et si mordeat serpens in silentio: nihil eo minus habet
qui occulte detulit. [Dico autē: Spiritu ambulate: & de-
sideria carnis non perficietis:] Horum autē que dicta sunt
summa eo tēdit: vt postq̄ exempti estis a seruitute legis:
Exo.8.ca. et suscepistis sup vos iugum euāgelij suaue et onus eius
leue: ambuletis per viam que ad christum perducit: que est
via regalis & vix trium dierū: cum alias filij israel vix per
Numeri.14. quadraginta annorum curricula ad promissam terram perue
nire potuerint: suspirabant autem non spiritum sed car-
nes. Dicit autē non perficietis: non autē dicit: non habe-
bitis: quoniam si super humum populi mei vepres ascendunt
Esaie.32 et exoriūtur spinę carnalium punctionū: (sicut dicit: Si-
cut lilium inter spinas: ita & anima nostra viuit inter de-
Canti.2. sideria que a carne pullulant) quanto magis sup omnes
domos gaudij ciuitatis exultātis? Esaie. cap.32. hoc est
1.Cor.9. dictum: si apostolus qui carnē suam castigat & assiduo fla
gello potestati spiritus subijcit: legem sentit in membris re
pugnātem legi mentis: quanto magis nos rebellem sen
tiemus seruū quem delicate nutriuimus ab adolescentia?
Roma.7 Prouerb.29. ¶ Itaq̄ spiritu ambulate: et q̄uis desideria
suboriantur et pullulent: nō tamē ea perficietis. [Caro enim
concupiscit aduersus spiritum: & spiritus aduersus carnem.
Seneca. Seneca. Initium tamē salutis notitia est peccati. Nam
qui peccare se nescit: corrigi nō vult. Deprehēdas te opor
tet: anteq̄ emēdes. Sapiens mallet esse in pace q̄ in pu
gna: sed quia hoc non datur: repugnādum est cōsuetudi
ni prauę: primū ne vincamur: deinde vt vincamus. For-
tasse enim & desinent: si intermittendi cōsuetudinē fecerint:
quoniam quidem grauiter affectis sanitatis loco bona est re-
missio. Est autem cōsummata malicia quādo non solum
turpia delectant: sed & placent: & desinit esse remedio lo-
cus: vbi que fuerunt vitia mores fiunt. Seruiūt itaq̄ vo-
luptatibus suis: non fruūtur: et mala sua (quod malorū vl
timum est) amant aut predicant. Isti quomodo ad salutē
reuocari possunt: quos nemo retinet: vitia impellunt: et
angelus domini persequēs. Hi sunt asina Balaam. &c.
Ps.34 Tullius. Nunq̄ reuera naturam mos vinceret: est enim
ea semper inuicta: sed nos vmbris: delicijs: ocio: desidia ani
mū infecimus: deliniuimusq̄ molliuimus. At quid? quia ve
nūdati sumus: non sumus iuris nostri. Sequitur. Volu-
mus vt nullę sint concupiscentię: sed quoniam hoc non possu-
Sap.9. mus/ quādiu corpus quod corrumpitur aggrauat animā:
vel illud saltem nitamur vt spiritus preualeat: caro sub-
XX. seruiat. De carnis enim corruptione genitū in nobis ip-
sis gerimus vnde certamina toleremus. Quid igitur mor
bum morbo addimus: quid inquā oleum camino adij-
cimus? Qua enim dementia oleo incēdium vis restringe-
re? Quicquid autem in nobis aut de nobis fit volunta-
te inconcussa manente: non nobis tribuitur sed peccato
August. qui sedem suam & regnum habet in carne nostra. ¶ Ca-
ro autem dicitur cōcupiscere secūdum Augustinū: quia
hoc secundū ipsam agit anima: sicut auris dicitur audi-
re & oculi videre: cum potius anima per aurem audiat &
Caro. videat per oculos. Caro enim nihil nisi per animā con-
cupiscit: sed cōcupiscere dicitur cum anima carnali cōcu-
piscentia spiritui reluctatur. Ipsius enim carnalis cōcu-
piscentię causa non est in anima sola nec in carne sola: ex
vtraq̄ enim fit: quoniā sine vtroq̄ delectatio nulla senti-
tur. Contra istam autem genitalem cōcupiscentiam que
ingenita nobis est per originale peccatum: vehementius
vidua q̄ virgo: vehementius meretrix q̄ nupta: quando
casta esse voluerit: q̄ que casta semper fuit confligit: et
tanto amplius in ea superanda voluntas laborabit: quan
to maiores ei consuetudo vires dedit. ¶ Unde dicit pro-
pheta: Qui sanat omnes langores tuos. Neq̄ enim nul- Ps.102
lus est langor quo caro pugnat contra spiritū: etiam ma
nente virtute castitatis inuicta. Spiritus autem ad hoc
concupiscit aduersus carnem: vt si non potest nō certan-
di saltem non cōsentiendi obtineat sanitatem. Christus
autem dominus natus est de spiritu sanctificante: ne in il-
lo esset caro peccati: natus de virgine vt in illo esset simi-
litudo carnis peccati. Cum autē in sua carne accepit pec XXI.
cati medicinam videlz circūcisionem: ostendit omnē car
nem nostram medicina egere: sic de peccato.i. de se facto
hostia pro peccatis nostris: sanauit omnē carnem: vt et Roma.8
si impugnemur non vincamur: sed in omni conflictu su- Figura.
periores existamus: propter eum qui nos dilexit. ¶ Quid
est enim q̄ coniuncti exeunt de arca Noe & vxor eius: fi- Gene.8
lij cum vxoribus suis: qui separati ingressi sunt: nisi quo
niā nunc caro reluctatur spiritui: sed in resurrectione iu-
storum perfecta pace: spiritui corpus adherebit: nulla re 1.Cor.15
bellione impediente: quoniam erit tunc deus omnia in omni-
bus. Uolūtas (inquit Augustinus) noua que mihi esse ce-
perat vt te gratis colerem: nondum erat idonea ad supe August.
randam vetustatem. Sic duę voluntates inter se discor-
dabant: dum velle mihi adiacebat. Roma.7. perficere
autem non poteram. Primus itaq̄ hostis cōtinentię no
strę caro nostra est: & quidem domesticus: q̄ periculosa
lucta: intestinum bellum. Hostem hunc fugere non licet:
nec fugare: Auribus lupum tenemus sicut dicitur in Prouer.
circunferre eum necesse est: quoniā alligatus est nobis
imo et nos illi. Deniq̄ hostem pascimus: hostem diligi- Ephe.5.
mus: quoniam nemo carnem suam odio habuit. ¶ Quibus-
dam enim affectibus & quadam amicitia anima corpori
iungitur quasi Samson in Dalilę sinu. Unde licet eius Judicū.16
societate pregrauetur: tondeatur ligetur: excoculetur: irre-
tiatur: ineffabili tamen charitate diligit illud. Amatq̄ Figura.
carcerem suum: ideoq̄ libera esse non potest: doloribus
eius vehemēter afficitur: formidat interitū que mori non
potest. In vita animę consistit vita corporis: et de morte XXII.
corporis descēdit mors animę. Sicut enim anima de fon-
te naturę suę corpus irrigat animando: sic caro per cor-
ruptibilitatē materię suę animā si cupiditatibus illicitis il-
ligauerit: occidit. Et cum altera naturę alterius videatur:
transit vnaquęq̄ in victricis naturam: idest aut carnem
spiritualem anima virtutibus suis prestet: aut animā car-
nalem caro victrix efficiat. ¶ Sciendum q̄ anima & cor-
pus compati videtur ad inuicem: et animę alteratus ha-
bitus simul alterat corporis formam: & iterum forma cor
poris alterata: simul alterat animę habitum. Unde cum
animę tristari aut letari sit: tristes obscurę faciei sunt (qua-
re cōcidit vultus tuus?) gaudentes autem hilares: quo-
modo exultauit infans in vtero Helizabet spiritu sancto Luc.1.
replente eam. ¶ Sciendū autem q̄ paruulus in quo ad
huc rationis nullus est vsus: voluntate quidem propria
nec in bono est nec in malo: quoniam nulla alterutra cogita-
tione versatur: sed vtrumq̄ in illo cōsopitum vaccat. Sed
annis accedentibus vigilante ratione: venit mādatum et
reuiuiscit peccatū: quod aduersus crescentem cum pu-
gnare ceperit: aut vincit et dominatur: aut captiuus duci-
tur sub lege peccati. Licet ergo dissensio inter carnem et
spiritū per preuaricationē primorū parentum in naturam
verterit: vt nequaq̄ sibi paribus ad virtutum efficaciam
studijs cōueniant: tamē per crucem domini tam inimicus q̄
lege mandatorū euacuatis: in societatis cōcordiam con- Ephe.2
gruūt: postea q̄ pax nostra qui fecit vtraq̄ vnum desce
dit verbū caro factum vt nos inhabitaret. Hinc autem pec-
catū manasse prodit: tanq̄ corpore animaq̄ genitoribus: Peccatū

dum corporis natura tentatur: anima male sana compatitur:
que si appetitum carnis frenasset: in ipso ortu esset extin-
Gene.4. cta origo peccati: sicut dicitur: Ipsa conteret caput tuum: &
subter te erit appetitus tuus: et sub potestate viri eris: &
ipse dñabitur tui. Bonus quidem rector malos equos
restringit & reuocat: bonos autem incitat. Boni sunt pru
dentia: iustitia & fortitudo: mali autem cōcupiscentia: ira:
Ps.31. timor audacia: de quibus dicitur: In chamo & freno maxil
las eorum cōstringe. ¶ Sicut autem dicit Origenes: non
XXIII. defuerunt inter christianos simplices aliqui asserētes: si
diabolus non esset: nemo hominū omnino delinqueret: nos
Origenes. vero rationē intuentes propius: hec ita esse non arbitra-
mur: cōsiderantes ea que manifeste ex necessitate corpo
rali descēdunt. An vero putandū est q̄ diabolus esuriē-
di nobis causa existat? Si ergo esuriēdi & sitiendi ipse no
bis causa non est: cōsequens sine dubio est vt sicut horum
nobis causa non est: ita neq̄ eius quidē motus qui adul
te etatis est naturalis. i. appetēdi coitus desiderium: quam
causam non vtiq̄ semper a diabolo moueri certum est:
ita vt putādum sit: q̄ si ille non esset: huiusmodi admixtionis de
siderium corpora nō haberēt. Non arbitror autē ego q̄
nunq̄ euenire hominibus: etiam demone nō existente: in
seruādo cibi modo mensuraq̄ delinquere: priusq̄ id lon
go vsu: experiētiaq̄ didicissent. Quod ergo de cibo diximus
et coitu: hoc de ceteris naturalibus motibus videlz ira: cu-
piditate: timore est intelligēdum: in quibus omnibus vi-
tium esse potest tam in excessu q̄ in defectu. Sicut ergo
bona sine deo perficere non possumus: ita etiam in cōtra-
rijs initia quedā et velut semina peccatorū ab ijs rebus
que in vsu naturali habētur accepimus. Cum vero indul
serimus vltra q̄ satis est: tunc primū huius delicti acci-
piens locū virtus inimica: instigat & purget omnibus mo
Satanas dis dilatare peccata: nobis initia prebentibus peccatorum.
XXIIII ¶ Ita deniq̄ in auariciā lapsus efficitur: cum primū homi
nes parum pecunię desiderant: augente vitio: cupiditas
crescit. Post hec iam cum etiam cecitas mentis ex pas-
sione successerit: inimicis lucis suggerētibus ac purgen-
tibus: pecunia iam non desideratur sed rapitur: et vi aut
etiam sanguinis humani perfusione cōquiritur. Manife-
ste enim ostendit apostolus quedam peccata non a cōtrarijs
potestatibus venire: sed ex naturalibus corporis motibus ini-
tium sumere cum dicit: Caro militat contra spiritū: et il-
1.Pet.2. lud: Abstinete a carnalibus desiderijs que militant aduer
sus animā. [Hec enim sibi inuicē aduersantur: vt non que-
cūq̄ vultis: illa faciatis.] per hoc hortans nos ne desi-
des in pugna captiui ducamur: sed cum Minerua nos
quoq̄ manum admoueamus vt dicitur: [Quod si spiritu duci-
mini: non estis sub lege:] lex enim non est posita his qui
Roma.8. a spiritu sancto ducuntur: sed his qui legem acceperūt qui
Mose duce egressi sunt de domo seruitutis. ¶ Secūdum
hoc ergo triplex iugum intellige: iugum ferreum egypti:
Iugum durum & graue Mosi: iugum suaue euāgelij vi-
delz: Super omnia autem grauissimū est peccati iugū sicut
Ps.37 dicitur: Iniquitates meę supgressę sunt caput meū: & sicut
onus graue grauatę sunt sup me: & incuruatus sum multo
XXV. vinculo ferri: et nō est respiratio mihi. Quidam reuera
quinq̄ iuga boum emerūt. [Manifesta sunt autem opera car
Luc.14 nis que sunt fornicatio: immūdicia: impudicitia: luxuria:
idolorum seruitus veneficia: inimicitię: cōtentiōes: Emulatio
nes: irę: rixę: dissensiōes: Sectę: inuidię: homicidia: ebrie-
tates: comessationes et his similia que predico vobis si-
de pu. dist. cut predixi: quoniam qui talia agunt: regnum dei non cōsequē
5. Sane ca tur.] ¶ Ponit autē apostolus duos fontes alterū mor
uēdum. tis vnde multi emanant riuuli: retinētes tamē fontis na-
turam. Alterum egredientem de paradiso deliciarū qui &
ipse diuiditur in duodecim flumina. De hoc dicitur: Flumi-
Ps.45. nis impetus letificat ciuitatem dei. De illo autem: Forsitan
pertrāsisset torrens intolerabilis super animā nostram.
Ps.123. Mensus est inquit propheta Ezechiel mille tor-
rentem quē non potui pertrāsire: vir autem qui erat in- Cap.47.
dutus lineis ductor prophetę liquido pertrāsijt. qui pec-
catū non fecit nec dolus inuētus est in eo. 1.Pet.2. In- Cap.1.
tumuerāt inquit aquę. A pedibus enim vsq̄ ad lumbos Ezech.1
deus igneus cernitur in Ezechiele: indigent enim igne et
purgatione opera lumborū. Omnis enim humana na-
tura post lumbos torrentē cogitationum & incentiua cor
dis vitiorum non potest pertransire. A lumbis autem et
supra vsq̄ ad caput preciosissimo metallo electri fulgore
resplendet: vt nihil in se sordium nihil habeat vilitatis.
Primum ergo transit propheta mille passus vsq̄ ad ta-
los: quod significat lauacrum baptismatis. Secūdo vsq̄
ad genua: que in oratione flectimus. Tertio vsq̄ ad re-
nes: quādo omnē actualem libidinem succidimus. Sed
vltra transgredi ille solus potest/qui de spiritu sancto cō
ceptus est: sicut dixit Ezech. Mensus est mille torrētem
quem non potui pertransire: quoniā intumuerant aquę
profundi torrētis qui non potest transuadari. Huius igi
tur torrentis quem nullus sine peccato potest pertransi-
re christo excepto & eius immaculata genitrice prout nunc Esaie.53
supponimus: et alias diximus. (Unde & vocatur terra
inuia & sitiens: per quod ostenditur virginitatis eius pri-
uilegium singulare: in eo q̄ vocatur terra inuia: et q̄ sine XXVI.
peccato pertransijt: in eo quod vocatur arens: dicente pro-
pheta: Ascendet sicut radix de terra sitienti. (Aquila de
terra inuia:) riuuli sunt fornicatio: inuidia. &c. ¶ Sicut
autē dicit Seneca: vincit sanctos dira libido & corda fer-
rea domat: sed tamen sicut clauus clauo pellitur: ita sepe Seneca.
recordatio ardoris gehennę: ardorē excludit a carne no
stra. Aliquādo Demosthenes stomachum Laidis nobi
lissimę meretricis iocando suppalpitās: & queritās: Hoc
quātum. Illa dicente mille denarijs subridens: respon-
dit: Ego penitere tanti nō emo. Luxuria vero cum om-
ni etati sit turpis ait Cicero: tamen senibus turpissima est. Cicero.
De hoc superius alias multa diximus. Et sciendū q̄ no
mine carnis apostolus totum hominē significauit. Non
enim habendo carnem/sed viuendo secundū carnem fa
ctus est homo similis iumentis insipientibus: imo et se-
cūdum quid deterior illis: quādo iubetur ire post vesti- Ps.48.
gia gregum suorū Cantic.1. De idolorum seruitute alias
diximus. [Ueneficia.] Malum hoc adeo frequens fuit
aliquando/vt multi clari viri eo vita excessisse dicantur.
Cleopatra apparatu belli Asiatici Antonio gratificatio
nem eius timente: nec nisi pregustatos cibos sumēte: cum
eo lusit extremis coronę folijs veneno tinctis. Nam cum
ipsam inter epulandū capiti imposuisset: procedente mox
hilaritate Antonium vt coronas biberent inuitat. Cōcer
pta ergo in poculo folia incipienti bibere Antonio (quis
enim eiusmodi insidias diuinaret) opposita manu: En
ego inquit charissime Antoni sum illa quam tu nouā pre
gustantiū diligentia caues: nec tamen mihi si possem si-
ne te viuere nocendi occasio deesset. Mox eductū de cu-
stodia vinctū: bibere iussit: qui hausto potu illico expira-
uit. Nam & apud Massilienses referēte Ual. Ma. venenū Ual.Ma.
cicuta temperatū positum erat in cōmuni custodia vt qui
vellēt hoc mortis genere vitā finire: inuenirēt paratū: ma
xime autē propter duo hoim genera videlz eorum qui extre-
mam patiebantur egestatē: et eorum qui erant in sublimi
cōstituti: q̄ fortuna non diu tolerat hoiem prestare in eo
dem statu: positis tamen super hoc iudicibus: qui iustā causam
sumendi venenū iudicarēt. Illud mirabile: Aconitū cu
ius tam pestifera vis est: scorpionū tamen ictibus in vino
calido datū aduersatur. Ea est natura vt hoiem occidat: ni
si inuenerit quod in homine perimat. Miraculum ergo est
cū per se ambo ista duo venena exitialia sint/in homine
cōmori: vt hō supsit. Illud quoq̄ stupēdū torpescere scor
piōes aconito tactos: & victos se fateri: tactu tamen elebori al
bi ad pristinū vigorē redire. Narrat autem August. q̄ cum August.
Romę sub consulibus Claudio & Ualerio flacco omnes

maiores ciuitatis morerent morbo cõsimili: ancilla que
dam Fabio maximo edili causam promissa sibi prius im-
punitate indicat dicens: matronas venena coquere: et si
se vellent sequi Cõsules: hoc manifesto exemplo depre-
hẽderent. Sequuti ergo eam: inuenerũt matronas co-
quentes bona medicamẽta: habentes tamẽ alia recon-
dita. Quib⁹ delatis in forum: vocatis matronis duab⁹
quarũ vna Cornelia altera Sergia vocabat: asseruerũt
ea medicamenta esse salubria: que cum ea ad preceptuz
xxvii. iudicis bibissent: statim mortue sunt. Comprehense sunt
earũ comites que magnuz numerũ indicauerũt que si-
milia faciebant, ex quibus cẽtum septuaginta damnate
sunt. Orosius autem dicit damnatas fuisse. 380. earum.
Hiero. ¶ De inimicitijs illud dicamus cũ Hiero. qm̃ nulle sunt
maiores q̃ amicitias necessitate copulare, vnde non di-
xit dñs: Roga proximũ vt tibi reconcilietur: sed vade tu et
Math. 5 recõciliare ei: ne videlz vel ad modicum differas: ne for-
tassis impleto sine recõciliatione sacrificio: desidia maio
re capiatur: et quotidie dissimulet in pacẽ reuerti. De hoc
ita dicit Amos cap. primo: Super tribus sceleribus Edom
et sup quattuor nõ cõuertam eum: eo q̃ psequutus sit in
gladio fratrem suum: et violauerit m̃iam eius et indigna-
tionem suam seruauerit vsq̃ in finem: tandiu videlz do-
nec descenderet in infernum cum armis suis, Ezech. 32.
Edom ipse est Esau qui psequutus est filios Jacob or-
Hiero. tis videlz inimicitijs ex prepta bñdictiõe: et vẽdita primo-
genitura: ita vt odium fratrũ seruaret in posteris: et gens
Idumea in tantũ persequeret fratres: vt egredientib⁹ de
Nũe. 20. c. Egypto: nec transitum quidẽ in terram sanctã cõcederet:
et oblitus germanitatis: erueret misericordie viscera fra-
tremq̃ se esse nesciret: et contẽneret vuluã Rebecce: que
Gene. 25 vno partu geminos edidisset infantes. Dicẽs aũt q̃ odiũ
serua. vsq̃ in finem: illud ostendit q̃ nunq̃ sibi pace iun-
cti sunt. Isti sunt per quos fouẽtur dissensiones et secte:
qui tñ et si loco et animo dissideant hic: sicut oues in infer
no in fasciculis colligati simul ponendi sunt cum suo au-
Aristides tore Edom. Hiero. vnde dixit phs Aristides: Iram im-
mortalẽ cum sis mortalis ne serues: mortalia mortalem
Heraclitus nõ immortalia curare decet: licet durum sit sicut Hera cli-
Ira. tus dixit contra irã pugnare: quã particulã quandam
odij existimare debemus. Dixit autem Socrates et opti
Socrates me sane dixit: Non vis esse iracundus: non sis curiosus:
Alia sunt differẽda: alia deridenda: alia donanda: mul-
ta dissimulãda: pleraq̃ in ludum iocũq̃ vertenda. ¶ An
de in Socrate ire signum erat vocem submittere: parce
loqui: Apparebat eñi tunc illũ sibi obstare. Narrat Va-
Vale. Ma. le. Maxim⁹ q̃ cum Pirrhus rex audisset parum hono-
ratum sermonẽ de se fuisse habitum in conuiuio Taren-
tinoꝝ: eos qui interfuerant pcunctatus est an ea dixerint
que ad aures eius puenerant. Respondit vnus eorũ: Ni
si nobis vinũ defuisset: hec que dicta tibi sunt p his que
de te loquuturi eramus: ludus et iocus essent. Cuius vr-
bana crapule excusatio et simplex veritatis cõfessio iram
regis in risum conuertit. Et cum aliquãdo Tiberius cõ-
quereretur q̃ multi de Cesare male loquerentur: respõdit is-
xxviii dem Cesar. Noli nimis indignari contra quemlibz qui
de te male loquatur. Satis cum hoc habem⁹ ne quis no-
bis mala facere possit. Erat autem Tiberius eiusdẽ Ce
saris priuign⁹: gener: et heres. Sicut autem vbi amicitia
pmanet: nil facile creditur: nihil facile recipit quod pos-
sit dissidium operari: sic si semel inimicitie occupauerint
animos: omia que fiunt que dicunt que audiũtur: ita re-
Chrysost. cipiũtur vt ad maiores pficiant inimicitias: etiam in iun
co nodum querẽtes: rixam mouẽtes etiam de lana capri
na vt dicit. Sicut eñi vultures extincta cadauera adore
presentiũt: sana minime: sic inimicus si quid deliqueris
statim olfacit: ad recte facta stupidus est. Hinc inimici-
tie: cõtentiones: emulationes: ire: rixe: etiam intra vterus
Gene. parẽtum: dissensiones: et secte: dum nullus vult alteri ce-

dere: Sed quot capita, tot sensus: atq̃ vtinam vel vnus
sensus inter tot capita: et nõ sicut dicit caput sine lingua:
dicat versus caput sine sensu. Unde autẽ tot rixe et dissen
siones inter eos qui eodẽ parẽte pgeniti sunt: cum inimi
citias deus nõ inter hominẽ et hoiem sed inter hoiem et Gene. 3
serpentẽ posuerit: qm̃ teste Laertio Diogene nihil tam
citissime senescit q̃ bñficiuz: Ira aũt omniũ tardissime se Diogenes
nescit. Hanibalẽ dixisse ferunt: Cum fossam sanguine hu
mano plenam vidisset. O formosum spectaculũ: Quã-
to pulchri⁹ illi visum fuisset: si flumen aliqd locumq̃ cõ- Hanibal.
plesset: Nec mirũ qui ab infantia cedibus admotus fuit:
Quem fortuna secunda per. 70. annos sequuta est. Vo-
lesus sub diuo Augusto pconsul Asie cum. 300. vna die Seneca.
securi pcussisset: incedens intra cadauera vultu superbo:
quasi magnificũ quiddam cõspiciendumq̃ fecisset: Gre-
ce pclamauit ὦ βασιλικὸν πρᾶγμα O rem regiam:
sed quis hec rex fecisset: Nõ
fuit hec ira sed malum magnũ, et insanabile. ¶ Sicut eñi Sophocles
dixit Sophocles senecta nulla obtingit iracũdie: sed ad
leuem tactuz recrudescit. Sepultos autem nullus attin- Homerus
git dolor. Hoc innuit Homer⁹ lepidissimo quodã figmẽ
to de Litis et Ate. Hanc deã facit que noxas ac turbas
soleat immittere rebus mortaliũ: atq̃ ipsam quidem acri
bus oculis ac pu elocibus esse pedib⁹. Ceterũ post eam
multo interuallo consequi Litas deas: que qd Ate tur-
bauerit sarcire moliant. Has et strabis oculis fingit et pe
dibus claudis: illud nimirũ innuens; offensas esse citas: xxix.
reconciliatiões esse tardas: ppterea q̃ iniurie diu memi
nisse solent homines. Legim⁹ tamẽ de Cesare Augusto Cesar.
q̃ nihil aliud poterat obliuisci preter iniurias: alias autẽ
memorie q̃ tenacissime erat. Diximus alias de homici-
dijs et ebrietatib⁹ ad Roma. cap. 1. et. 13. Quãtum igitur
in nobis est: nullius esse debemus inimici: sed cum omi-
bus pacẽ habere. Qd si loquẽtes veritatẽ: aliquos mere-
mur inimicos: non eñi raro veritas odium parit: nõ tam
nos illorũ inimici sum⁹ q̃ illi inimici sunt virtutis. Nam
quod in Exodo dicit: Inimicus ero inimicis tuis: et ad Exo. 23
Abraam similiter: non tam Abraam illis inimicũ esse q̃
illos Abrae virtutibus ostendit et religioni per quam cal Figura.
catis idolis/ cognitum venerabatur deum. ¶ Illud quoq̃
quod populo precipit israel/ vt odio sempiterno et in po-
steros transmissa discordia inimici sint Madianitis: qua- Nũeri. 25. et
si his dicit qui sub pedagogo erãt: quib⁹ dicit: Odio ha- 31. capite.
bebis inimicũ tuuz. Aut certe non tam personaꝝ q̃ mo
rum facta est dissensio: vt quomõ de⁹ vtiliter inter serpẽ- Gene. 3. ca.
tem et mulierẽ inimicitias posuit: ne amicitie coꝝ inutiles
essent homini/ per quas eiectus est de paradiso: ita et in
israelitis et Madianitis vita magis dissimilis q̃ gens vna
damnata est. De inuidia pulchre quidam dixit: Iustius
inuidia nihil est: que ptinus ipsum autorem rodit: excru
ciatq̃ animũ. Hec est enim fera pessima que deuorauit Gene. 37
sanctũ Joseph: et vermis arrodens hederam. Jone. 4.
que obumbrabat sup caput Jone. Quid inquit super- p. Reg. 18
est ei nisi solum regnum? Non rectis ergo oculis Saul
aspiciebat Dauid a die illa et deinceps. Deniq̃ de hoc di
xit euangelista: Sciebat enim Pilatus q̃ per inuidiam
eum tradidissent. Et sicut maior omniũ virtutũ est cha- Math. 27
ritas: ita in hac totum suum virus effundit Satanas: in-
uidia enim eius mors introiuit in orbem. vnde ex dia- xxx.
metro Cum charitate pugnat. [Fructus autem spiritus
sunt charitas.] Bona. n. arbor bonos fruct⁹ facit: gau- Sap.
dium: pax: patiẽtia: longanimitas: bonitas: benignitas:
mãsuetudo: fides: modestia: continentia: castitas. Et no Math. 7.
tandum q̃ opera carnis non vocatur fructus: vitia enim
in semetipsa finiuntur et pereunt: virtutes autem fructi-
bus pullulant et redundant. ¶ De his duodecim fructi- Hiero.
bus quos producit flumen quod letificat ciuitatem dei: ps. 41.
dicitur Apocalip. capi. 22. Ostendit mihi angelus flu-
uium aque viue pcedẽtem de sede dei. In medio platee

ciuitatis: et ex vtraq̃ parte fluminis lignum vite afferens
fruct⁹ duodecim: per menses singulos reddens fructuz
suum. Fluuius spiritus sanct⁹ est pcedens de sede dei et
agni: hoc est pcedens a patre et filio: et irrigans vniuer-
sam superficiem aride nostre anime: sicut dicitur: Emitte
Ps. 103. spiritũ tuuz et creabũtur: et renouabis faciem terre. Un
Gene. 1 de et de spiritu dei dicit q̃ ferebatur olim super aquas vt
eas fecundaret foueretq̃: sic pro spiritu fructus vitales
pferrent quorum prior charitas est: de qua dicitur: Cõ-
Esa. 10 summationẽ et abbreuiationẽ faciet domin⁹. Abbreuia-
Hiero. tus est enim sermo euãgelicus: qui pro cunctis laciniose
legis ceremonijs dedit preceptũ breuissimũ dilectionis
et fidei: vt quod nobis fieri nolumus: alteri non faciam⁹:
Tobie. 4. hoc est omnis lex et pphete. Premisit autem apostol⁹ ca
xxxi. put vnde cetera membra sequũtur: imo premisit radicẽ:
cuius truncus est fides: rami quidem patientia longani
mitas: mansuetudo. Flores autem gaudium: bonitas:
modestia et cõtinentia et castitas. Fructus autem: pax et
benignitas. Quomodo autẽ fructus isti duodecim re-
ducunt ad tres virtutes theologicas et quattuor morales
vide si libet doctorem nostrum in. 3. distinctiõe. 34. Cha-
ritas proprio nomie ponitur: similiter et fides. Spes au-
tem in longanimitate. Dicit enim longanimitas quasi
in longum animose expectans: fortitudo intelligitur in
patientia: iusticia in bonitate et benignitate: et mansuetu-
dine: Temperãtia exprimitur in castitate et continentia.
Prudentia exprimit in modestia. Gaudium autẽ et pax
delectationes sunt cõsequentes vel cõcomitantes actus
virtutũ. et pati. ¶ Sic autem et fructus carnis sunt gau-
Ps. 72. dium sed de seculo: et pax que est inter peccatores. Nam
si gaudeam⁹ de rebus seculi de honoribus et diuitijs: fal
Origenes sa sunt ista gaudia de vanitatibus vanitatuz. Si vero in
malis gaudeamus: et exultemus in rebus pessimis: atq̃
in aliorum ruinis quasi cantharus alieno stercore pasca
Puerb. 1 mur: ista iam non solum vana/ sed et diabolica gaudia
sunt. Sane laudatur charitas in dauid: gaudium spirit⁹
in Isaac qui interpretat risus: patientia in Job: longa-
Gene. 31 nimitas in Jacob qui viginti annis seruiuit apud Labã.
[Lõganimitas mãsuetudo.] Hic titulus maxime elucet
xxxii. in capite nostro: cum dicit Sapi. 12. Cum tranquillita-
te iudicas: et cum magna reuerẽtia disponis nos. Mise-
reris omniũ: quia omia potes: et dissimulas peccata ho-
minũ propter penitentiã. Parcis aũt omibus: quia tua
sunt omnia: qui amas animas. Propter mansuetudinẽ
Gregori⁹. et iusticiã: intende psipere procede et regna. Grego. Nos
enim sepe cum rectitudinẽ iusticie exequimur: mãsuetu
dinem relinquimus: (nihil vsitatius) et cum tenere mã-
suetudinem cupimus: iusticie rectitudinem declinamus.
Joan. 8. Qui sine peccato est vestrũ: prior in illam lapidem mit-
tat. Quid mansuetius: qui sine peccato est vestrum? sed
intuere iusticie zelum: mittat in illam lapidem. Sed iam
lapides nobis nocere non poterant: postq̃ is qui vt ouis
portat⁹ est ad victimã: scripsit in terra: et legis tabule cõ
fracte sunt: simul atq̃ lex dei in tablis carnis isculpta est
digito dei. Bonitas in Joseph: simul et benignitas: quip
pe qui tam libenter fratribus indulsit: et cum flentibus
fleuit, Gene. 45. Mãsuetudo in Mose mitissimo sup om
nes qui erant in terra. Nũeri. 12. Fides in Abraam: mo
Gene. 6. destia in Samuele: continentia in Noe: qui cum esset
500. annorũ genuit tres tantũ filios. Castitas in Joseph:
Judith et Isaac vnius vxoris viro. [Aduersus huiusmo
p. Cor. 1 di non est lex.] Lex enim vt diximus non est imposita iu
stis qui prestant plusq̃ lex iubet. [Qui autem sunt chri-
sti carnem suam crucifixerunt cum vitijs et concupiscen-
tijs. Origenes sic legit hunc textum. Aduersus huius-
modi non est lex: qui carnem christi crucifixerũt cum vi-
tijs et cõcupiscentijs: vt intelligamus non eos esse christi
qui carnem suam crucifixerũt: sed aduersus eos non es-
se legem qui christi carnem in se crucifixerũt. Nam chri

sti carnem cum laude crucifigi possibile est in pijs homi-
nibus: in quibus domini sunt carnis affectus: sed male
crucifigi: quod Greci dicunt ἀνασταυροῦσι, ab ijs qui
reuertunt ad vomituz tanq̃ impudici 2. Pet. 2.
canes/ postq̃ christo semel manus dederunt et nomina.
De hac crucifixione dictũ est ibi: Christo crucifixus sum Gala. 2
cruci; viuo ego iam non ego. etc. et illud: Si actiones car-
nis mortificaueritis: viuetis: his enim non cõsentire ma-
gna laus est; nõ autem habere cõsummata perfectio est.
Qui autem corpus quidem macerat: sed honorib⁹ an- Grego.
helat: carni crucem intulit: sed mundo per cõcupiscẽtiam
male viuit. Talis est Simon Cyrene⁹: qui crucem qui-
dem portat: nõ tamẽ in ea moritur: qm̃ non suam sed alie
nam portat coactus et non sponte. Math. 27. atq̃ mer-
cede cõductus. Receperũt inquit mercedem suam. [Si xxxiii
spiritu viuimus: spiritu et ambulem⁹.] Accipitur autem
hoc loco spiritus pro lege gratie sicut alibi dixit: Qui ido
neos nos fecit ministros non littere sed spiritus. 2. Cor.
5. Qm̃ igitur vitam gratie non a lege que filiũ nocte op- 3. Reg. 3.
pressit: sed a christo accepimus: iuxta spiritus eiusdem in
stinctum ambulem⁹: huius fructus pferamus qui sunt
vt diximus charitas gaudium pax etc. a carnis operibus
caueamus: qm̃ si secũdum carnem vixeritis: moriemi-
ni: de quib⁹ dicit: Ego dixi dij estis et filij excelsi. ps. 61.
[Nõ efficiamur inanis glorie cupidi: inuicem puocãtes
inuicem inuidẽtes.] Hoc est pinnaculũ templi vbi diabo
lus statuit iesum dicẽs: Mitte te deorsum. Sed vide qm̃
non est tanti gaudij excelsa tenere: quanti meroris de ex-
celsis corruere: nec tanta gloria sequit hominẽ post vi-
ctoriam quãta confusio post ruinam. O inquit Augusti. Hiero.
inanem gloriam seculi huius vanitatẽ vanitatuz: in fru-
ctuosum laborem et perpetuũ timorẽ. ¶ Sed dicam pas
sionem meã inquit Hieronym⁹: passionem pene cõmu-
nem; non de diuitijs aut potentia vel pulchritudine. Hec
enim inter opera carnis nominãtur Eleemosyna: longa
oratio: pallor ex ieiunio: vestis solito asperior et similia
si ob laudem fiant inanis est gloria: et quod dudum ti-
meo dicere: sed dicendum est: Martyrium ipsum si ideo
fiat vt admirationi et laudi habeamur a fratrib⁹: frustra
sanguis effusus est. vnde apostolus: Si tradidero corp⁹
meum ita vt glorier: charitatẽ autem non habeam: nihil p. Cor. 13
mihi pdest. Scio apud nos haberi: ita vt ardeã pro glo-
rier: sed ob similitudinẽ littere vel verbi qua apud Grecos
ardeã et glorier: idest καυθήσομαι, Et καυχήσομαι
vna littere parte disti xxiiii
guitur: apud nostros error inoleuit. Quid tam dei opus
q̃ scripturas dei legere: predicare: ante altare domini mi
nistrare? Sed et hec nisi diligenter custodiamus cor no-
strum: de cupiditate laudis oriũtur. Nesciat inquit sini- Mat. 6
stra tua quid faciat dextera. Quo contra dicitur de qui-
busdam: Omia opera sua faciunt vt videãtur ab homi- Mat. 23
bus. ¶ O durum calamitatis gen⁹: et furiosam turbatio
nem: que tinea demoliri nõ potest: nec fur violare: ea in-
anis ventus dispergit. Hec est enim tinea celestis thesau Chrysost.
ri. Cum enim bene viuit: illud maxime timẽdum est: ne
mens nostra despectis ceteris de gloria singularitatis ele
uetur: ne sub hoste psternatur: qui de culpa quam supe
rat gloriatur. Hoc est enim q̃ diabolus christo persuade
bat dicens: Mitte te deorsum: per inanẽ gloriã qui excel
sior ipso es hoste per victoriã. Nõ inquit sum sicut cete- Math. 4
ri hoim. Ita qm̃ psperit diabol⁹ tam latronibus q̃ ver Luc. 18
minibus q̃ alijs machinis inexpugnabile esse pharisei p-
sidiuz: quippe qui et ieiunijs et eleemosynis et castitate et
ceteris per que non erat sicut ceteri munitus esse vide-
batur: per inanem gloriam illud expugnat. Per hanc
multi in alieno certant spectaculo: hominib⁹ tantũ que-
rentes placere: quorũ ossa iuxta sanctũ Dauid deus dis-
sipabit secus infernum. psalmo. 52. Quales autem spe-
ctatores sibi quisq̃ diligit: cum tantum placere studeat:

Luc.11. consona illis certamina suscipiat manifestū est. Et vide
magnitudinem criminis. Edificatis monumēta prophe
tarū: profecto testificamini ꝙ consenseritis operibus illo
rum. Non enim vt eos honorarent: sed vt vires eorum
XXXV. in cede illorum ostēderent edificabant: timentes ne si ve
tustate sepulchra occiderent: tanti facinoris ac audacie
memoria aboleret. ¶ Ex hac igitur peste que oīa bo
na consumit exterminatq; oriūtur pestes alie eque nocē
tiores videlz presumptio vanitatum: hypocrisis: pertina
cia: discordia: inobediētia τ cōtentio atq; iactantia. Sicq;
Boetius. rerū versa cōditio est sicut dicit Boeti⁹: vt demū merito
rationale animal non aliter sibi splendere nisi inanis su
pellectilis possessione videatur: sicut Herodes. Actu. 12.
Ps.44. capi. cum omnis vera gloria anime nostre abintus sit si
cut propheta testat. Et tamen gloria seculi quantūcunq;
sit inanis cōmuniter sequit fugientes: sicut fugit insequē
tes. Sequitur eos in vita: et non apprehendit nisi post
mortē: sicut dicit: Gloria futuri. Laus enim recte factorū
Ouidius. famaq; potissimū contingit apud posteros: alioqui quē
admodum dixit Ouidius: pascit in viuis liuor: post fa
cta quiescit. Cepit enim gloria sequi sanctū Dauid: cum
ij.Reg.18. cantatū est: Saul percussit mille τ Dauid decem milia:
sed liuor inde sequut⁹ ante vertit gloriam: quādiuq; vixit
Saul: depascebat sanctū Dauid: fulget autē eius gloria
Grego. post mortem. Inuicē inquit prouocantes et inuicem inui
dentes. Sciēdumq; ꝙ cum per oīe vitium antiqui ho
stis virus humano corpori infundat: in zelo inuidie to
Canti.8. ta sua viscera serpens concutit. Zelus iste modū non ha
bet: sed est dura sicut infern⁹ emulatio: semper augescit:
cum alia scelera finiant. Quantoq; ille cui inuidet suc
cessu meliore ꝓfecerit: tanto inuidus in maius incēdium
liuoris ignib⁹ inardescit. Hinc vultus minax: toru⁹ aspe
ctus pallor in facie: tremor in labiis: et effrenata cōuitia:
τ manus ad violentiam prompta τ si gladio interim va
Numeri.22. cua: odio tamē furiose mētis est armata: sicut Balaam.

¶ Sextum Caput.

ij 15 post pente

I spiritu viuimus: spiritu ambulem⁹. Non efficiamur inanis glorie cupidi inuicem prouocātes: inuicem inuidētes. Fratres & si ꝓoccupatus fuerit homo in aliquo delicto: vos qui spūales estis hmōi instruite in spiritu lenitatis: cōsiderans teipsum: ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: & sic adimplebitis legem Christi. Nam si quis existimat se aliquid esse cum nihil sit: ipse se seducit. Opus autem suum probet vnusquisq;: & sic in semet ipso tantum habebit gloriam & non in altero. Vnusquisq; enim onus suum portabit. Cōmunicet autem is qui catechizatur verbo ei qui se catechizat in omnib⁹ bonis. Nolite errare: deus non irridetur. Que enim seminauerit homo: hec & metet. Quoniā qui seminat in carne sua: de carne metet corruptionē: qui autem seminat in spiritu: de spiritu metet vitam eternam. Bonum autem facientes: non deficiamus: tempore enim suo metemus nō deficientes. Ergo dum tempus habem⁹ operemur bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei.

¶ Fratres: et si preoccupatus fuerit j.
homo in aliquo delicto: hoc est preuētus τ quasi ab im
petu tempestuose procelle abreptus anteq̄ potuerit ca 3.q.7.postulat.
uere: quibus verbis excludit omino destinatam malitiā
τ peccandi ꝓpositum: vos qui spirituales estis: qui sem
per sobrii τ vigiles super speculam dñi statis: qui specu
latores dati estis domui israel instruite et resarcite eum Ezech.3
qui hoc modo ꝓoccupatus est non volens. Et vide quid
dicit sermo dei: scdm mensuram delicti: erit τ plagarum Deut.25.
modus: ita dumtaxat: vt quadragenariū numerū non ex
cedant: quia τ lex misericordiā iusticie miscuit. Coram se
inquit facient eum verberari: nec traducent in populis:
nā τ in hoc mitior est Mosi lex q̄ leges Iustiniani. Qui
ergo in rebus leuiculis acriter obiurgant, amicū aut sub
ditum: τ non secundū mensuram dediti apponūt vinum
τ oleum: ꝑinde faciūt acsi medicus amarū et acre phar
macum ac sumptuosum in leuissimis morbis adhibeat.
Hmōi fuit Moses qui Egyptium percutientem Hebreum Exo.2.
occidit: τ abscondit sub sabulo: non officio pietatis: sed vt
lateret homicidiū. Est autē preoccupatio hec: dum vel
ad horam non videt quid faciendum sit: vel qui viderit:
vincatur vt maluz fiat/cum latet veritas: vel cōpellit in
firmitas. ¶ Sciens igitur Paulus dei se esse cultorem/
qui nollet mortem peccatoris: sed penitētiam: et excepta Ezech.33
trinitate/ omnē creaturam licet non peccet tamen posse
peccare: eū quoq; qui spiritualis est cohortat sui timore
ne peccet: sed manum porrigat corruenti. ¶ Preoccupa
tus inquit: vt fragilitatem cōditionis humane ostendat:
τ dignum venia qui velut homo est errore deceptus: si
cut dicit ad Ionam voce dei. Tu doles super hedera in Cap.4
qua non laborasti nec fecisti vt cresceret: que sub vna no
cte nata est: sub vna nocte creuit: et ego parcam Niniue
ciuitati magne in qua sunt plus q̄ centum viginti milia ij.
hominuz: qui nesciunt quid sit inter dextram τ sinistram
suam: τ iumenta multa. Putas inquit ꝙ bene irasceris
super hederam? Hoc modo ꝓoccupatum credim⁹ Mo
sen sanctū ad aquas cōtradictionis: de quo scriptuz est: Ps.105.
et vexatus est moses ꝓpter eos: quia exacerbauerūt spi
ritum eius: adeo vt trepidus petram percuteret dicens:
Audite nūc rebelles τ increduli: Num de petra hac vo Numeri.20.
bis aquam poterimus eiicere? Secūdum vnum docto
rem Hebreum in hoc peccauit Moses ꝙ petram percus
sit: non enim preceperat domin⁹ vt percuteret: sed vt pe
tram alloqueret audiente populo: Ille autem τ percus
sit: τ dubius percussit. Hinc ergo offendit: hinc videlz au
dire meruit vt moreret: ne intraret in terram promissio Deut.34
nis. Perturbat⁹ enim murmure populi infidelis τ qua
si ꝓoccupatus non tenuit fiduciam qualem debuit. Cui
tamē deus tanq̄ dilecto suo etiam post mortem eius bo
num perhibet testimoniū: vt intelligam⁹ illam fidei eius
titubationem hac sola pena fuisse correptam: ꝙ in eam
terram ad quam populū ipse deducebat: non est permis
sus intrare: quod est reuera mirabile: τ timoris plenum.
Instruite inquit qui huiusmodi sunt in spiritu lenitatis.
[Cōsiderans teipsuz: ne τ tu tenteris.] Sane meli⁹ di
ceret: cōsiderantes vosmetipsos ne τ vos tentemini. Mi
re tamen apostol⁹ repente mutauit numerū: magis ad
sensum respiciens q̄ ad verborum ordinem. ¶ Vide
tur tamen hoc non temere fecisse: eo ꝙ singularis nume
rus magis esset aptus ad compellandam vniuscuiusq;

cuiusq; fragilitatē: quam quasi sub oculis ponit et quasi
ostendit digito dicens: Cōsiderans teipsum. Alioqui du
rius erat dicere omībus: Considerātes vosipsos. Et sem
iij. per hoc agit apostol⁹ ne quid offendat quos vult corrige
re. Non autem dixit: Cōsiderans te ne τ tu cadas: sed ne
τ tu tenteris: vinci quippe vel vincere nōnunq̄ est in no
stra potestate. ¶ Ceterum tentari in potestate tentantis
est. Si enim saluator tentatus est: quis potest esse secur⁹
Matth.4 intentatū se huius vite ꝓcellosum pelagus pertransire:
cum ipsa hominis vita sm Iob sententiā tentatio sit. Si
Job.7.ca. cut autē dicit Chrysostom⁹ Nullus egrum volens cura
re: τ insaniātem sanare: cum furore τ austeritate hoc fa
cit. Qui enim resarcire vult quod cōfractum est: ꝑcussu
3.Reg.12. rā tempat mallei: ne forte maior schisma fiat: si sec⁹ fiat:
quomō factum legimus quādo Roboam dure respōdit
populo suo qui iam ex parte attritus erat: patre suo ag
grauante eum exactionib⁹ nouis. Cōsiderans inquit te
ipsum: quasi dicat: si absq; compassione τ misericordia fra
Chryso. trem ꝑteris: forte τ te si cecideris (at possibile est cadere)
alius preteribit similiter: fortassis autem τ ꝓfundius ia
centem imo sine forte. ¶ Sed quomō poteris tam durus
existere vt fratris tui non miserearis: quādo τ lex prece
Exo.23. pit: vt si bouem vel asinum videris subiacere oneri: suble
ues eum? Non igit transeas eum qui incidit in manus
latronuz: neq; enim ille habet tentationē τ tu nō habes:
sed fac more nautaꝝ qui videntes aliquem naufragium
Luc.10.ca. pati: remorant nauim: et proiiciunt tabulas vt aliquam
apprehēdat τ euadat. Nihil enim ad misericordiā sic in
puerb. clinat q̄ proprie fragilitatis cogitatio. ¶ Itaq; considera
iiij. teipsum/ qm̄ iuxta ꝓuerbium vetus: in eadem es naui.
Siquidem ad eos qui eodem vehūtur nauigio periculū
naufragii cōmuniter pertinet: nec magnopere refert/in
prora sint an in puppi an carina: cū nihilo magis absint
Tullius. a discrimie. vnde illud Tullii: Hoc miror enim queror q;
quemq̄ hoim ita pessundare velle alterū: vt etiā nauim
ꝑforet in qua ipse nauiget. Siue igitur sis pauper siue di
ues pastor aut ouis: sapiens aut idiota: siue sedeas ad
scalmū seu gubernaculum teneas: eandem carnem ge
stam⁹ omnes: in eadem naui stamus: oēs tentari pos
Ps.18. sumus: Nec est qui se abscondat a calore eius: qui sem
per circūit querens quem tentet. Si autem spiritus ha
bentis potestatē super te ascenderit: locum tuuz ne dimi
Eccl.10. seris. Ecclesias. cap.10. Glosa. Si aliquādo in mūdo ac
ceperis potestatē: aut dignitatem: τ ordinat⁹ fueris ma
ior in populis: noli relinquere opera: et antiquaruz vir
tutū ne incipias obliuisci: quia peccatorū tuorum reme
dium/ex cōuersatione bona: nascitur: τ non ex tumenti τ
superflua dignitate: cōsiderans teipsum ne τ tu tenteris.
25.q.2. In p̄senti. et.13. [Alter alterius onera portate: siue alii vicissim onera ve
q.4. nō possuit. stra portate: (si ego laui pedes vestros domin⁹ et magi
ster ꝛc. Joan.13.) et sic adimplebitis legem christi. read
implebit] ἀναπληρόσατε. sic readimplere. ¶ Tradūt
Ceruī. cerui et a quibusdā visi sunt quādo
natando alias terraꝝ partes petunt: onera capitum suo
rum super se inuicem portare: ita vt vnus precedat/ τ se
quant reliqui: alter alterius caput supportās in lumbis.
Qui autem oēs ꝑcedebat cum fessus fuerit: redit ad
posteriora τ sic ceteri: ita vicissim portando/ quod graue
est: τ viam pergunt τ se inuicem non deserūt. Unde illud
puerb. veteris ꝓuerbii: ἀντιπελαργεῖν. Cum enim oīe ani
mal diligat sibi simile: hoc magis elu
cere debet in homine quem non tantū natura conciliat
sed τ gratia. Verum hec alterna nutrificatio peculiari
Ciconia. ter est innata ciconiis. Sola enim hec auis parentes se
necta cōfectos vicissim alit: et volandi impotentes hume
ris gestat: quorum posterius laudat in Enea: cui inde
pii cognomen inditum est: alteruz miris laudibus fert
in puella que matrē captiuam complures dies suis vbe
Suidas. ribus aluit. Hanc ob causam sicut refert Suidas anti

quitus in regum sūmo sceptro Ciconie figura ponebat.
in imo Hyppopotam⁹: vt ipso gestamine admoneret pie
tatem plurimi facere oportere: violētiam cohibere: nam
hoc animal violentum est/atq; adeo impium: ꝙ interfe
cto patre: matrem init. Laborant et infamia pietatis vi
pere: ꝙ perfracto matris aluo nascātur: Item scorpio
nes τ aranei qui post incubat⁹ officiuz a suis fetibus peri
mūtur: Huc allusit Crates philosophus Cynnicus scri Crates.
bens Hypparchie vxori de filio nato: cum polliceret si
bi cure futurū: vt illum matri Ciconiam pro cane remit
tat in senecta. Lex igitur christi charitas est lex legum: τ
summa totius euāgelii: Lex immaculata cōuertens ani vj.
mas: iugum suaue non premens sed subleuans: per quā
christus peccata nostra onus grauissimū in corpore suo Ps.18.
sustulit: vt ipsis mortui: eius charitati viuam⁹ cuius liuo
re sanati sumus. Domus inquit cum edificaret: de lapi
dibus dolatis atq; perfectis edificata est. Et edificauit a 1.Pet.2.
trium interius tribus ordinibus lapidum politorū: τ vno Figura. 3.Reg.6.
ordine lignorū Cedri. Isti sunt fideles qui in vicem one
ra sua portant: vt legem impleant christi: vnde alii sicut
ab aliis fixa cōstantia portātur: sic ipsi ad alios portan Beda.
dos sufficiunt vsq; ad vltimos iustos qui in summo edifi
cii cacumine locati: portantur ab aliis: sed non habent
quos portent. Et christus quidem cum sit huius edificii j.Cor.3.
fundamentū sicut dicit apostol⁹ omnes portat: τ a nullo
portat: Nam τ si dicat apostol⁹ Glorificate et portate deū j.Cor.6.
in corpore vestro: christus nobis non onus sed requiē pre Matth.11.
stat sicut dicit: τ ego reficiam vos. ¶ Itaq; sicut dicit Hie
ronym⁹: Solius dei est nosse qui lapides in fundamēto
qui in medio ponendi sunt: et qui in summo. Vide He
liam multiplicantē farinam τ oleum vidue/ donec daret 3.Reg.17.
domin⁹ pluuiam super terram: τ viduam pascētem He
liam sicut dicit scriptura: Fac mihi primum subcinericiū
panē: et deinceps facies tibi et filio. Hoc modo dicit pa
ralytico: Surge: tolle lectum tuum et ambula. Iubetur
enim portare lectum a quo ipse portabat. Cum esses lan Matth.9
guidus: portabat te proximus tuus: sanus factus es: por
ta eum a quo portat⁹ es. Sic deniq; oramus ad patrem:
dimitte τ porta debita nostra sicut τ nos dimittimus de
bitorib⁹ nostris: quod tamen libentius sumus facturi si
meminerimus nos debitores esse decem milium talen Matth.6.
toꝝ: habereq; debitores ꝓximos centum denariorum. Matth.18
[Nam si quis existimat se aliquid esse: cum nihil sit: ipse
se seducit.] Est autem perniciosum fallendi genus: se vij.
ipsum fallere. Qui enim se aliquid existimat esse: et ni
hil est: ipse se seducit: hoc est si quis existimat se esse ali
quid: inico ꝙ putat se esse aliquid et non ex clemētia in ꝓ
ximum: sed ex suo opere τ labore se iudicat: sua tantū vir Luc.18.
tute contentus: sicut in Phariseo legimus: Iste ex hac
ipse arrogātia nihil fit: τ ipse mentem suam decipit. Ma
ximum enim argumentū falsę iusticię est: sibi iustum vide
ri: τ maxime despectis aliis. ¶ Hic inquit si esset prophe Luc.7.
ta: sciret que τ qualis est mulier que tāgit eum quia pec
catrix est. Forsan autem si diceret: q2 peccatrix erat: ve
rum dixisset: dicens autem quia est: seipsum seduxit: τ sui
penitus oblitus: festucam ex alterius oculis eiicere vo Luc.6.
lebat. Cum inquit nihil sit homo, homo bulla: et vmbra Job.14.
fumi: vel si malis Adonidis horti: Qui quasi flos egre
ditur: τ fugit velut vmbra. Et hoc est animal illud quod
tantos molitur tumultus: cuiusq; auaritie hic orbis an
gustus est. Huc pertinet ꝙ poete fingunt mortales om
nes a parcaꝝ filiis pendere: quibus insectis ꝓinus de
cidant: atq; vrinā non in tenebras exteriores. Atq; alios Mat.20
quidem a candidis alios a pullis suspēdi filis hoc est ni
gris: Rursum alios in sublimi sublatos pēdere sicut A Hester.7
man: sed malo suo: alios terre vicinos morti tamē oēs
vicini sunt: omnisi enim hec est sors vt simul atq; in exo Homo.
rabilis Atropos filū secuerit (Cōstituisti terminos ei⁹.
ꝛc.) illico decidat is qui pendebat: vno Ezechia dempto.

Nec vllum esse discrimen: nisi ꝙ maiore tumultu deci-
dit is qui pendebat altius. Rides? At non ridebat qui di-
Hiere.20 xit: Maledicta dies in qua natus sum: et quare nõ in vul
Plini⁹. ua mortu⁹ sum? Itaq; sicut dicit Plinius multi extitere
viij qui nõ nasci optimũ censuerint: aut ꝙ citius mori: ex vte
ro trãslati ad tumulũ. ¶ In hac opinione videntur ⁊ Thra
Joan.11 ces fuisse quib⁹ mos erat natos infantes lachrymis ꝓse-
qui: (vnde domin⁹ suscitaturus Lazarũ lachrymat⁹ est)
mortuos conuiuijs et tripudijs. Sed ⁊ Herodotus nar-
rat Transorũ gentem hunc morem habere: ꝙ edito in-
fante: propinqui circũsedentes cum ploratu commemo-
rant quãtum calamitatũ illi sit pferendum vitã ingresso.
Contra defunctũ hominẽ cum lusu leticiaq; efferunt re-
censentes ꝙ multis malis subductus sit. Qui tamen putat
se aliquid esse: ipse sibi imponit. ¶ De quo ⁊ Plautus di
xit: Dixisse nimio satis est ꝙ viuere. Quidam alius pi-
ctor mortuus est ridẽs anum a se depictam. Sed ⁊ que-
dam femina diem obijt audito ꝙ filius viueret: quẽ iam
diu mortuũ audierat. Quicq̃d igitur homo sit siue ali-
quid paulo inferius ab angelis: siue vanitas vanitatũ:
Eccl.1. cuius dies sicut vmbra pretereũt: si se putat aliquid esse
Ps.145 suis meritis ⁊ non ope diuina: ipse se seducit: ⁊ veritas in
eo non est. [Opus autem suum probet vnusquisq;: et sic
in semetipso tm̃ habebit gloriam ⁊ nõ in altero.] Quid
enim prodest ꝙ semen Abrahe estis: cum opera vr̃a non
Ezech.16 Abrahe filios ostendunt: sed sicut scriptũ est; Pater tu⁹
Amoreus: et mater tua Cethea? ¶ Tu inquit qui te exi-
mas spũalem: ⁊ de alterius infirmitate robustior es: non
ix. debes imbecillitatẽ iacentis sed tuam fortitudinẽ cõside-
rare. Neq; enim si alius non potest perfecte ad euange-
lium a lege Mosi transire: idcirco tu pfectus es christia-
Hiero. nus: sed si te ꝓpria conscientia non remordet. Athleta
non ideo fortis est: quia vincit infirmũ: sed si in se robu-
stus est et a nullo vincitur. Vel hoc modo: Qui cõscientiã
habet operis boni: et semetipsum cõsiderans: opus suũ
non reprehendit: non debet de hoc apud alium gloriari:
et laudẽ suam foras apud auram effundere: dicatq; mi-
infra.6.ca. hi mũdus ⁊ ego mundo crucifixus sum: qd certe non est
qui vel gloriam ab alio querit vel oblatam non respuit.
Dic oro si sautius pficiscaris ad medicũ: num omissa cu-
ra tua: studiose medicũ percunctaris: vulnus habeat ille
nec ne? An vero et si ille sit sauti⁹: vulnus tuum idcirco
Chrysos. non curas: dicisq; illum sanũ esse oportuit / medicus cum
sit: quãdo vero sanus non est: abscedo vulnus meũ im-
medicatũ referens? Nõ siquid si sacerdos malus sit: inde
solatiũ capiet subditus? Omnia inquit quecũq; dixerint
Matth.23 vobis facite: sm̃ autem opera eorũ nolite facere. Gloria
nostra nõ in ore hominũ collocãda est: sed in cõscientia.
2.Cor.1.cap. Leuis enim est cõsolatio eius qui in se con
fusus est: quantũcunq; laudetur ab alijs. Qui vos inquit
beatos dicunt: ipsi vos in errorem mittunt. ¶ Ve inquit ꝓ
Esaie.5. pheta vobis qui dicitis malo: bonum es: ⁊ bono mal⁹ es.
Hiero. Vere aũt dicit Hieronym⁹: Difficile hac maledictiõe ca-
remus: cum ⁊ malis frequẽter adulemur propter potẽ-
tiam: ⁊ bonos despiciam⁹ propter inopiam. Probet igitur
p.Cor.3. quilibet opus suum: et sciat quod sequitur: qm̃ vnusquisq;
x. onus suum portabit. Quod si ille malus onus portat vi
delʒ ligni stipule ferri ⁊ plumbi et similiũ que per ignem
purganda sunt: non ꝓpterea onus nostrum leuius erit.
Quomõ autem superi⁹ dixit: Alter alterius onera por-
tate? Obscure igitur docemur per hãc sententiã nouum
dogma quod latitat. Dum in p̄senti seculo sum⁹: siue ora
tionib⁹ siue cõsilijs inuicem nos posse coadiuuari: Cum
Ezech.14 autẽ ante tribunal christi venerim⁹: non Job: non Da-
niel: non Noe rogare posse pro quoq̃ / etiam si sit ꝓpin-
quus: etiã si sit filius: sed vnũquemq; portare onus suũ:
quod tamẽ tanto leuius erit / quanto hic frequẽtius sup-
portauim⁹ in charitate onera fratrum nostrorum. ¶ Habet
enim sua onera charitas: sed leuis et tanto magis leuis
quanto hoc qd momẽtaneũ est ⁊ leue laboris nostri im-
mẽsum pondus glorie operatur in nobis non cõsideranti- 2.Cor.4
bus que cum tẽpore transeunt ⁊c. Habet suum iugũ: sed
cuius alterã partem christ⁹ sustinet: vt sicut dicitur: pari iu- Prouer.
go incedat cum christo: qui iugum eius sup se tulit. Po-
test ⁊ hunc habere sensum: Unusquisq; onus suũ porta-
bit: ꝙ deus onera peccatorum nostrorũ portat: quãdiu spes
est correctiõis: sicut alibi dixit apostol⁹: An diuitias pa- Roma.2
tientie ⁊ lõganimitatis dei cõtemnis? Cum autẽ excesse-
rimus mensurã peccatorum nostrorum tunc implebitur qd scri-
ptum est Amos.cap.2. Ecce ego stridebo subter vos: si- Amos.
cut stridet plaustrũ onustum feno: ⁊ peribit fuga a velo-
ce: ⁊ fortis non obtinebit virtutem ⁊ robustus non salua-
bit animã suam. (Glosa.) Cuncta adducet deus ad iudi-
cium siue bona siue mala: et aurum ⁊ argentũ ⁊ lapides
preciosos: et lignum ⁊ fenũ ⁊ stipulã. Cum ergo tãta vo
bis fecerim bona: ⁊ vos econtra tantis malis mihi respõ xj.
deritis: idcirco sicut plaustrũ feni onere pregrauatũ stri
dore ⁊ sonitu lõge exululat: sic ego peccata vr̃a vltra non
sustinens: ⁊ quasi stipulam tradens incendio / clamabo ⁊ 2.Reg.11.
dicam: Perijt fuga a veloce Hieroboam / qui prius Egy
ptũ fugerat: ⁊ fortis videlʒ Baasam ad bella promptis
simus. 3.Reg.15.et.16.cap. Et robustus videlʒ Amri nõ
saluabit animã suam. Et tenẽs arcum. s. Jehu nõ stabit.
4.Reg.9.cap. Et velox pedib⁹ videlʒ Manahen non sal
uabitur: et ascensor equi videlʒ Phacee filius Romelie: ⁊
robustus corde scʒ Osee vltimus rex. 10. tribuum quasi
nudus egredietur: quem ꝓpheta nudum vocat: ꝙ sub eo
decem tribus captiuate sunt. ¶ Unusquisq; igitur onus 4.Reg.18.
suum portabit. Multi quidem venient cum exultatione
portantes manipulos suos. ps.125. alij vero cum talento Zacha.5.
plumbi intra amphoram: quibus preparata est Tophet
ab heri ⁊ nudiustertius: pfunda et dilatata: nutrimenta
eius ignis ⁊ ligna multa: et flatus domini sicut torrẽs sul 13.q.1.eccle
phuris succẽdens eã. Esaie.ca.30. [Cõmunicet autẽ is sias.
qui catechizatur verbo ei qui se catechizat in oĩbus bonis.
Cõmunicet aũt.] Nullus magis Cesarem Augustũ de-
meruit: ⁊ ad alia impetrãda facilem sibi reddidit ꝙ Fur
nias: qui cũ Petro Antoninas partes sequuto veniã im Seneca.
petrasset: dixit. Hanc vnam Cesar habeo iniuriã tuam:
effecisti vt viuerem ⁊ morerer ingratus. Quid enim est
tam grati animi ꝙ nullomõ sibi satisfacere: nec ad spem
quidẽ coequandi vnꝙ beneficij accedere? vnde illa vox.
Quid retribuam dño ⁊c. Ceterũ nullum est tam plenũ
bñficiũ qd non vellicare malignitas possit: nullum tam
angustum qd non bonus interpres extendat. Quis au
tem tam ingratus est ꝙ qui qd in prima parte animi po
situm esse debuit: ⁊ semp occurrere: ita seposuit ⁊ abiecit
vt in ignorantiam verteretur? Apparet illum non semp de
reddẽdo cogitasse cui obrepsit obliuio. Sane multa sunt p
denda: vt semel ponas bene. Nullum tamẽ perit: qr qui
perdit computarat. Non est autẽ beneficiũ id quod sub
oculis venit: sed ipsa tribuendi volũtas. Qui preteriti
obliuiscatur: sit vero ptinax memoria debentiũ. Itaq; aurũ
vel quid simile non est bñficium sed beneficij vestigiũ
⁊ nota: alioqui eo maiora essent bñficia quo maiora sunt
que accepimus: id autẽ falsum est. Nõnunꝙ magis nos
obligat qui dedit parua magnifice: qui regũ equauit o-
pes animo: qui exiguum tribuit sed libenter: qui paupta
tis sue est oblit⁹ dum meam respicit: qui non volũtatem
tantũ iuuandi habuit sed cupiditatẽ: qui accipere se pu-
tauit bñficium cum daret: qui dedit tanꝙ non receptu-
rus: qui occasionẽ qua ꝓdesset et p̄occupauit ⁊ quesiuit?
Cõtra ingrata sunt: q̃ danti aut extorquentur: aut decidũt.
Ceterum Alexãder orbis domitor eodẽ die vict⁹ est: quo vi
dit hoiem (Diogenẽ dico) cui nec dare quicꝙ posset: nec
eripe. De hmõi catechistis dicitur ad Ezech. cap.4. Fili
hominis sume laterẽ ⁊ posito coram te: describe in eo ci
uitatem Hierusalẽ: et ordinabis aduersus eam obsidio-

nem ⁊c. sumes ⁊ sartaginẽ ferream ⁊ pones eam murum
ferreũ inter te et ciuitatẽ. Predicator laterẽ assumit: qm̃
terrenũ hoiem vt instruat apprehẽdit. In hoc ciuitatem
Hierusalẽ iubetur describere illam videlʒ que sursũ est
⁊ est mater nostra: vt ei sermone aperiat quãta sit supne
pacis visio. Sed contra hanc obsidionẽ ordinat: cum ei
Job.7 inter docẽdum aperit qm̃ militia est vita hominis super
terrã: iuxta illud: Abstinete a carnalib⁹ desiderijs que mi
1.Pet.2. litant aduersus animã. Tunc vero aggerẽ comportat: et
arietes ponit in circuitu: quando vnũquodq; pctm̃ quo-
modo peccatori insidias tendat ostendit: dicens: Fugite
fornicationẽ: resistite diabolo: state succincti lũbos. Quid
est vero sartaginẽ ferream ⁊c? Audi. Si anũciaueris im
pio et ille non fuerit cõuersus a via sua impia: ipse quidẽ
Ezech.3. in iniquitate sua morietur: tu animã tuam liberasti. Sic et
Paulus. Mũdus sum a sanguine omniũ vestrum: non
Actu.20. enĩ subterfugi quo minus anũciarem vobis ingruentia
bella: pericula videlʒ in terra in mari: in falsis fratribus.
⁊c. Est autẽ catechizare tradere verbo mysteria religio-
nis christiane: id quod scripto facere fas non erat in prin
cipio nascientis ecclesie. Illud autem in oĩbus bonis:
ad cõicet refertur non ad catechizat. Potest autẽ sic legi
xij. textus hic. Cõmunicet aũt qui docet verbũ cum eo qui
ipsum docet in oĩbus bonis. Exponit enĩ apostol⁹ qd
dixerat: Alter alterius onera portate. Quãdiu inquit su
mus in hoc seculo in quo sicut null⁹ sapit oĩbus horis:
sic ⁊ nullus abũdat in oĩbus bonis: mutuis officijs fo-
uere debem⁹ inopiã fratris indigentis. ¶ Ut enim eorũ
qui potẽtes sunt verbo et doctrina partes sunt ignorãtie
succurrere fratris: ita qui docent viã mandatorum dei: me-
minisse debent ne ingrati existant eis a quibus spũalia
p.Timo.5 bona pceperunt: cum scriptũ sit: Presbyteri duplici ho
nore digni sunt: maxime aũt qui laborant verbo ⁊ doctri-
Hiero. na. Mala autẽ ⁊ bona sicut dicit Hieronym⁹ non in diui
tijs sed in virtutib⁹ ponũtur ⁊ vitijs. ¶ Juxta ergo cõmunẽ
vulgi cõsuetudinẽ victũ ⁊ vestitũ ⁊ cetera que videlʒ ho
mines inter bona numerant appellauit: ⁊ hoc etiam mo
2.cap. do puto loquutũ fuisse Job vxori sue cum dixit ad illam
Si bona suscepim⁹ de manu dñi: mala autem quare nõ
sustineamus? Diues quoq; ille in euãgelio qui boni ma-
liq; sciẽtiã non habebat: nulla timẽs futura mala: nulla
cogitans aut diligens eterna bona: recte agrorum vbertatẽ
Luc.12 bona arbitrabatur dicens: Anima habes multa bona po
sita in ãnos multos / quiesce: bibe: comede ⁊ letare. Sed
⁊ diues qui iacebat in purpura: cuius operimẽtum iam
vermes erãt qui non dormiũt. Esa.14. cuiusq; stratum
Luc.16 erat tinea: audiuit apd̃ inferos: Recepisti bona tua: ⁊ La-
zarus mala sua. Hinc ⁊ illud: Uos cum sitis mali: nostis
bona data dare filijs vr̃is: querẽtes non que dei sunt sed
vestra: docentes ad questũ non ad vtilitatẽ audientium.
Luc.11.cap. Cõmunicet igitur qui docetur (etiam solo ver
bo: ⁊ si non exemplo) bona sua docẽti: dignus est enĩ ope
rarius mercede sua. Luce.10. [Nolite errare: deus non
Exo.17. irridetur. Deus nõ irridetur. Sciẽdum ꝙ in heb. Zecer / me-
זכר זכר moria est: Zacar vero masculũ significat. Hac igitur ver
Deut.25. bi ambiguitate deceptũ arbitrãtur Saul. Deo enim p̄ci
piente vt deleret omnẽ memoriã Amalech de sub celo.
p.Reg.15. Ille pro memoria non tam errore ꝙ prede se-
ductus cupidine: masculos interp̄tatus est: Nesciẽs qd
hoc loco dicit apostol⁹: Deus nõ fallitur. Hieronym⁹. Ne-
xiij. mo inquit se vane excuset: qm̃ deus nõ potest falli. Scit
enim corda vr̃a: non ignorat facultates. Excusatio verisi
milis hoiem potest placare: deũ autẽ fallere impossibile
est. Unde dicitur Deut. capi.15. Si vnus de fratribus
Forsitã vir tuis ad paupertatẽ deuenerit: nõ obdurabis cor tuũ: nec
est vn⁹ aut cõtrahes manũ: sed aperies eam pauperi: ⁊ dabis mu
alter q̃ hoc tuum quo eum indigere pspexeris. Caue ne forte subre-
p̄ceptũ im par tibi impia cogitatio: ⁊ dicas in corde: Appropinquat
pleat. septim⁹ annus remissionis: ⁊ auertas oculos tuos a pau
pere fratre tuo: nolẽs ei qd postulat cõmodare vt clamet
contra te ad dñm. Nec ages quippiã callide in eius ne-
cessitatibus subleuãdis: vt bñdicat tibi dñs in omni tem
pore: ⁊ in cũctis ad que manum miseris: sciens qm̃ [que
seminauerit homo: hec ⁊ messurus est.] Qualẽ doctri-
nam quis docuerit: talem mercedem recipiet: ⁊ in hoc in
tellectu similis est hec sentẽtia illi: Si quis supedificaue p.Cor.3
rit lignũ fenum aut stipulã: aurum aut lapides p̄ciosos.
Si autem referatur ad eos qui catechizantur: sensus mani-
festus est qm̃ qui parce sua impartitur se catechizanti: par
ce metet: hoc est parcam mercedem pcipiet a deo: imo Mat.19.
centuplũ ⁊ vitam eternam: sicut dicitur in cõmuni sermone:
exiguũ malum ingẽs bonũ: quo verbo significatur ex pau
lo laborio: summa maximaq; cõmoda colligi. Hanc sen Mausoni⁹.
tentiam sic explicat Mausoni⁹. Si quid feceris honestũ
cum labore: labor abijt: Jam enim hyems transijt. Cãti.
2. honestum manet. Siquidem feceris turpe cum volu
ptate: voluptas abijt: Lassati sumus in via iniquitatis: tur Sap.5.
pitudo manet. Quẽ enim fructum habuistis in quibus
nũc erubescitis? Roma.6.cap. Transijt tẽpus messis col-
lectio vltra non erit. Vorat impius hamũ: qui tamẽ ali- Hiere.8.
quãdo se captum sed sero clamabit / ꝙ toties stultus fue-
rit: vnco plusꝙ semel re sauciat⁹. [Qm̃ qui seminat in
carne sua: de carne ⁊ metet] ea omnia que superior sermo xiiij.
complexus est: cum dixit: Manifesta sunt autem opera
carnis. ¶ Quid est autẽ seminare in carne? Nempe im
petus carnis ⁊ instinctus per oĩa sequi: nullo cõtinen- Sap.2.
tie moderamie cohiberi: vbiq; relinquere signa stultitie
nostre: gaudere ad sonitum tympanũ ⁊ organorum: ⁊ duce-
re in bonis dies nostros: ⁊ tandem in puncto oĩa relin Job.21.
quere ⁊ eo pergere vbi nullus ordo. Job.10.cap. Scd̃m
autem Hieronymũ: omne qd loquimur: cogitamus aut
agim⁹: in duobus seminatur agris carne ⁊ spiritu: terra ꝓ Hiero.
missionis ⁊ terra salsuginis: terra inuia ⁊ inaquosa ⁊ ter-
ra quam superi⁹ irriguũ irrorat ⁊ similiter inferius: ter-
ra que sacta est: et terra cui maledixit dñs: ⁊ quam iubetur Gene.3.
serpens comedere cunctis diebus: terra que lacte ⁊ mel
le manauit. Exo.3. et terra quam replent spine ⁊ vrtice et
paliurus. Esa.34. capi. Si bona sunt que de thesauro
cordis de manu ⁊ ore pferuntur in spiritu: vite eterne fru-
ctibus redũdabũt. Sin mala ab agro carnis excepta: cor
ruptionis nobis segetem pullulabũt. Dicite inquit iusto
qm̃ bene: qm̃ fructum adinuentionũ suarum comedet. Esa.3.
Ue autem impio in malum. Retributio manuũ eius fiet
ei. ¶ Comedent igitur fructus vite sue: suisq; consilijs sa-
turabuntur. Jubemur autem sm̃ legis preceptũ. Exo.16. Puer.1.
in sexta die duplum colligere: et nobis reponere pro die
sequenti. i. futuro seculo in quo nõ erit tempus messis et
vindemie. Qui enim hic acquisiuit decẽ talenta: ibi de- Mat.25
cem ciuitatũ dñs constituitur. Quid ergo agimus nos qui
non duplum imo et quadruplũ colligimus / vndiq; lucra
captantes etiam de lotio sicut legimus de Uespasiano: Luc.19.
non vt in quadruplũ restituamus que substulim⁹ frau- xv.
de: sicut legimus in Zacheo: sed vt reponam⁹ in annos
plurimos: Luc.12. cum pcipiamur nõ cogitare de crasti- Mat.6
no? [Et tamẽ qui seminat in carne corruptionẽ metet:] Exo.16
Ipsi sunt vermes quos generat mãna reseruatũ in cra
stinum contra preceptũ dei. ¶ Nõ est inquit finis thesau Esaie.2
rorũ eius. Quod poeta sub alijs verbis dixit: Semp aua-
rus eget: hoc explicauit Esaias dicens: Non est finis ⁊c.
non ꝙ thesauri finem non habeãt: sed ꝙ possidentiũ ani- Aggei.1
mus nõ impletur: qm̃ congregantur in sacco pertuso: sangui
suga altera mulgente hircum. Puer.30. altera supponẽ-
te cribrũ. Respicite inquit volatilia celi quomõ nõ cõgre Mat.6.
gant ⁊c. que absq; sollicitudine sui pascuntur. Et certe ho-
minũ exempla ꝓponere poterat sicut Mosen Heliam
Joannẽ ⁊ similes qui de victu non fuerũt solliciti: sed vt
magis conscientias audaciũ verberaret: de irrationaliũ Chrysos.
cos securitate cõmonuit. Si enim iustos illos cõmemo-

vasset dicturi erant audientes: necdum ad eorum virtutis cacumen ascendimus. Nunc vero illos reticens et volatilia proponens: omnium prorsus occasionem contradictionis intercidit. Quod si dicas: propterea me oportet esse sollicitum: quia sunt necessaria: ego e regione respondeo propterea non oportere te esse sollicitum quod sunt necessaria. Si enim essent superflua: non ita deberes confidere quod deus illa tibi donaret: nunc vero quia necessaria sunt: iacta cogitatum tuum in domino et ipse te enutriet.

Ps.54.

[¶ Qui igitur seminauerit in spiritu: de spiritu metet vitam eternam.] Nec dixit: qui seminat in spiritu suo vel de spiritu suo: sicut dixit in carne sua: semen enim carnale ex nobis est: fructus autem spiritus sicut et semen spirituale ex deo habemus.

xvi.

1.Cor.4

Quid enim habemus quod non accepimus? [Bonum autem facientes: non deficiamus:] coronam enim sola perseuerantia meretur: [tempore enim suo metemus non deficientes vel non defatigati:]

Figura.

Hinc lex precipit vt cauda offeratur in sacrificio dicens: Bouem et ouem aure et cauda amputatis voluntarie offerre potes: votum autem ex his solui non potest.

Leui.22.

Glosa. Curtatus est cauda qui de nouissimis non cogitans: omnia bona sua thesaurizat in terra. Aure autem: qui ad celestia totus est surdus: tale animal occide tibi ipsi: quoniam non est aptum regno dei. ¶ Cohortatur igitur nos apostolus ad studium perseuerantie: scientes quia aliud est tempus sationis: aliud messis: pro qualitate autem sementis diuersas nos facere messuras et vel fructum tricesimum sexagesimum vel centesimum repturos. Quale est autem vt cum peccatores quotidie in malis operibus augeantur:

Hiero.

nos in bono opere lassemur? Murmurantes contra dominum et quasi dolentes pro labore itineris: cum sciamus non esse condignas passiones huius vite ad futuram remunerationem?

Roma.8

[Ergo dum tempus habemus: operemur bonum ad omnes: maxime autem ad domesticos fidei. vide Tobie. 4. a. bene.]

xvii.

Operamini inquit dum dies est: venit enim nox quando nemo poterit operari.

Joan.9.

Nox hec illa est de qua dicitur: Media nocte clamor factus est: prudentes virgines aptate lampades vestras. Mat. 25. Appelles pictor queri solitus est: perisse diem in quo non duxisset lineam.

Tho. secunda secunde. q. 31 ad secundum.

Egroti vel sani: potentes vel humiles: pauperes aut diuites: ignobiles honorati: omnia in nomine christi cum equanimitate faciamus: vt impleamus illud: Diligentibus deum: omnia cooperantur in bonum.

Roma.8

Ira ipsa et libido: et iniurie que desiderant vltionem: si nos refrenemus et amore dei taceamus:

1.Pet.2.

qui cum malediceretur non maledicebat: si per singulos commotionis aculeos et incentiua vitiorum dei desuper cuncta speculantis recordemur: fiunt nobis occasio triumphorum.

Hiero.

¶ Ne dicamus in largiendo ille est amicus: hunc nescio: hic debet accipere: iste contemni.

Mat.5

Imitemur eum qui solem suum oriri facit super bonos et malos. Fons bonitatis omnibus patet: seruus et liber: plebeius et rex: diues et pauper ex eo similiter bibunt. Candela cum fuerit accensa omnibus equaliter lucet.

Titus.

Titus filius Vespasiani tante dicitur bonitatis fuisse: vt cum quadam nocte sero recordaretur inter cenandum: quod nihil boni in illa die fecisset: dixit amicis: hodie diem perdidi. Nos putamus non perire nobis horam: diem: momenta: tempus et etates: cum ociosum verbum loquimur pro quo reddenda est ratio?

Matth.

Atque vtinam ociosa tantum verba loqueremur: et non mortifera plenaque veneno. Titus sine lege et euangelio hec fecit et dixit sola duce natura. Quid nos facturi sumus ab infantia euangelica pasti doctrina? Quid quod cum panem nostrum iubemur

Gene.3

comedere in labore et sudore: nos econuerso alienos labores in delicias nostras conuertimus: et cum multorum lingua arida sit pre siti et penuria: de ventre nostro pinguissima aruina dependet. Job. 15.

Exemplum

Cum Joannes euangelista vix pre senectute inter discipulorum manus deferretur ad ecclesiam: nec posset in plura vocem verba contexere nisi hoc: Filioli diligite alterutrum: qui aderant: quod semper eadem audirent: tedio affecti dixerunt: Magister quare semper hoc loqueris? Et ille respondit dignam Joannis sententiam: quia preceptum domini est: et si hoc solum fiat: sufficit.

Joan.

¶ Refert Seneca de Cesare: quod cum veteranus miles diceret ei / qui apud conciues ex causa premebatur: Meministi o imperator in Hispania cum sub quadam arbore feruente sole velles residere: quendam ex commilitonibus penulam substrauisse? Memini inquit: et quod siti confectus: ire volebam ad fontem: sed non poteram repere manibus: nisi miles fortis ac strenuus aquam mihi in Galea attulisset.

Exempla.

xviii.

Posses inquit o Imperator agnoscere militem illum aut Galeam. Et ille: Galeam non agnoscerem sed hominem: et adiecit: Tu quidem ille non es. Merito ait miles me non agnoscis: nam tunc integer eram: nunc monoculus: et de capite ossa eiecta. Quod audiens Cesar vetuit exhiberi negotium: et agellos in quibus causa rixe ac litium fuerat militi donauit. Et de Julio Cesare narrat Solinus quod benignitate adeo preditus fuit: vt quos armis subegerat: clementia magis vicerit. De Antigono refert Seneca: quod cum philosophus quidam peteret ab eo talentum auri: respondit: plus esse quam Cynnicus petere deberet. Ille igitur repulsus: denarium petit: Cui rex respondit: minus esse quam regem dare deceret: Turpissime cauillatus: cum posset et talentum dare tanquam rex: et denarium tanquam Cynnico. Econuerso de Alexandro legimus. Is vrbem cuidam donabat vesanus: et qui nihil animo nisi grande concepit: dum ille cui donabatur ciuitas me visus inquit Seneca tanti muneris inuidiam refugisset: dicens non conuenire fortune sue: Non quero inquit quid te accipere deceat: sed quid me dare.

Seneca.

Animosa vox videtur: et cum regia sit stultissima est: nihil enim pro se quemquam decet. Refert quid: cur: quando: quare vbi: et cetera sine quibus ratio facti non constabit. Tumidissimum animal si hoc illum accipere non decet: nec te dare: habetur personarum ac dignitatum proportio: et cum sit vbique virtutis modus: eque peccat quod excedit: quam quod deficit. Etsi enim te in tantum fortuna sustulerit vt congiaria tua sint ciuitates: est tamen aliquis minor quam vt in sinu eius condenda sit ciuitas. Audi Ennium. O fortuna quam vehementer te rerum varietas oblectat: et quam magno odio est tibi beate vite perpetuus et constans fructus. Non inquit vocetis me Noemi: sed amaram: quia plena exiui: et vacuus reuertor.

Ruth.1

Oppositum factum est in Alexandro: sicut alias diximus. ¶ Verum est enim quod respiciende sunt vires et facultates in largiente: ne plus prestemus quam possumus: sed similiter estimanda est persona cui datur: quoniam et si omnibus sit benefaciendum: maxime tamen domesticis fidei debent patere viscera misericordie. Omnibus vita eterna optanda est: et omnis homo proximus est / qui eget ope nostra: sicut parabola ostendit eius qui incidit in latrones:

xix.

preponendi tamen sunt iusti infidelibus: si vtrisque simul benefacere nequimus: quoniam habet charitas ordines suos: de quo alibi diximus.

Luc.10.

Sed quid est illud quod dicitur Eccli. cap. 12. Da misericordi et ne suscipias peccatorem: et impijs et peccatoribus redde vindictam. Prohibe panes illi dare: ne potentior sit: Nam et duplicia mala inuenies in omnibus bonis quecunque feceris illi. Simul enim est ingratus: et confirmatur in nequitia. Sed sic intelligitur: Ne cuique bene facias quia peccator est: sed quia homo. Ut nulli homini claudatur misericordia: nulli peccatori relaxetur impunitas: sed persequamur in malo propriam iniquitatem: misereamur in eisdem communem conditionem. Si ergo in omnes liberalitatis frena laxanda sunt: maxime tamen in eos quorum sumus inuicem membra.

Eccli.12

¶ Illud igitur est satis mirabile vixque venia dignum quod vnus homo non filium non fratrem habens aut patrem: aut nepotes: vnus inquam et solus vno eodemque loco habitans et fortassis podagra constrictus alio transire non valens: vbique tamen et in omnibus ciuitatibus vt ita dixerim monumenta sue auaritie relinquere et immortales sue amentie colossos statuere velit. Et peccata quidem ex quibus hec omnia collecta sunt suo imponit ca

Chrysost.

pitis: vsum autem suarum rerum nescit cui relicturus est. Neque enim vnus venter omnia potest consumere. Sed percussus breui febricula virtute quidem nudatus: vestitus autem iniusticia et rapinis ac omnimoda fraude: putat se posse per angustum foramen acus intrare: qui cum omnibus benefacere debuisset iuxta preceptum apostoli: Omnium pauperum sanguis inuentus est in alis suis. Hiere. 2. quorum vox est illa in morte hominis. Quomodo cessauit exactor: quieuit tributum? Contriuit dominus baculum impiorum: conquieuit omnis terra et gauisa est. Ex quo enim dormisti: non ascendit qui succidat nos.

xx.

Mat.19.

Esaie.14.

¶ Videte qualibus litteris scripsi vobis mea manu. Quicunque enim volunt placere in carne: hi cogunt vos circuncidi tantum vt crucis christi persecutionem non patiatur. Neque enim qui circunciduntur, legem custodiunt: sed volunt vos circuncidi vt in carne vestra glorientur. Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu christi per quem mihi mundus crucifixus est: & ego mundo. In christo enim Iesu neque circuncisio aliquid valet neque preputium: sed noua creatura. Et quicunque hanc regulam sequuti fuerint: pax super illos & misericordia & super israel dei. Decetero nemo mihi molestus sit: ego enim stigmata domini Iesu in corpore meo porto. Gratia domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro fratres amen.

¶ Videte autem qualibus litteris scripsi vobis mea manu.] Ambro. Vbi enim holographa manus est: falsum dici non potest. Videtis inquit quam grandem epistolam mea ipsius manu conscripsi: cum in ceteris soleam dumtaxat subscribere hec verba: mea manu Pauli. Tamen secundum Hieronymum ab hoc loco vsque ad finem epistole manus sue annotatione compleuit apostolus: ne quis fortasse sub nomine eius falleret incautos. [Quicunque volunt iuxta faciem placere in carne: hi cogunt vos circuncidi: tantum ne ob crucem christi persequutionem patiantur.] sicut superius patuit si apostolus Paulus predicaret circuncisionem cum euangelio currere: euacuaretur scandalum crucis: nec vltra esset inuisus iudeis: qui ob hoc vel maxime illi molesti erant.

supra.1.ca.

Sed quoniam deo querebat placere et non hominibus: etiam cum periculo capitis sui: predicabat quod veritas habet. Qui autem per prius inquit volunt placere hominibus: tum deinceps deo: preponentes honestis vtilia: hi pellunt vos ad circuncisionem: ne simul et gentibus inuisi sitis ob christum: et iudeos habeatis infensos ob preputium. Sic suscepta circuncisione vtrumque videbantur vitare incommodum.

xxi.

[Nam qui circunciduntur: ne ipsi quidem legem seruant: sed volunt vos circuncidi: vt in uestra carne glorientur.] Non inquit persuadent vobis circuncisionem studio legis seruande: quam nec ipsi quidem seruant: imo in multis transgrediuntur: et si ipsi circuncisi sint a parentibus suis iudeis secundum carnem: sed abutuntur vestra simplicitate: predicantes vobis circuncisionem necessariam ad peccatorum remissionem: non amore legis quam vt diximus nec ipsi seruant: sed vt glorientur apud maiores sue gentis: quod ipsis autoribus tanti facinoris: iugum legis susceperitis. Venantur inquit hoc modo gloriam apud suos: quod multos proselytos fecerint: cum interim scribe et pharisei circuientes mare et aridam: vix vnum producerent ad cultum legis.

Mat.23.

Fortassis autem hoc ideo dicit apostolus secundum Hieronymum: quod Romani imperatores Caius cesar et Octauianus et Augustus leges promulgauerunt: vt iudei vbicunque essent: proprio ritu viuerent: et patrijs ceremonijs deseruirent. ¶ Quicunque enim circuncisus erat: licet in christum crederet: quasi iudeus habebatur in gentibus. Qui vero incircuncisus se non esse iudeum preputio pre se ferebat quasi christianus: persecutionibus et iudeorum et gentium fiebat obnoxius.

xxii.

Has igitur molestias qui Galatas deprauauerant vitare cupientes: circuncisionem tanquam preceptum legis insigne discipulis persuadebant. Nam nec iudei eos persequi poterant nec gentiles quos videbant et proselytos circuncidere et legalia obseruare. Nam iudeis vt diximus illo tempore licebat legem seruare sub Romano imperio: christi autem nomen adhuc erat inuisum Romanis sicut et iudeis. Itaque vtrumque incommodum vitabant: circuncidentes filios suos: quia et apud iudeos et apud gentes in pace viuebant. [Mihi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri Iesu christi: per quem mihi mundus crucifixus est: et ego mundo.] Crux christi iudeis scandalum fuit. 1. Cor. 1. Gentes autem stulticiam putant: sed vbi huius seculi sapientia stulta inuenit erubescentiam: ibi prudentissima stulticia Pauli inuenit thesaurum: et margaritam preciosam: quam vt possideret cetera omnia vt stercora arbitratus est.

Philip.3

Nec magnum fuit apostolo in sapientia aut potentia dei gloriari: sed in cruce: vnde impius insultat et stultus irridet dicens: Si filius dei est descendat de cruce: et credimus ei.

Matth.27

Ideo autem crux in fronte credentium vbi sedes est verecundie figitur: ne de nomine eius fides erubescat: qui nudus in cruce pependit: et pro nobis factus est maledictum: et magis dei gloriam quam hominum diligat.

supra.3.ca.

¶ Signum veteris testamenti circuncisio erat in latenti carne: signum noui crux in libera fronte. Ibi enim occultatio: hic reuelatio est: quoniam ibi Moses velabat faciem: nobis autem iam velum templi scissum est. Crucem autem vt in ea gloriemur: dominus suo gestans humero: sicut scriptum est: Dabo clauem Dauid super humerum eius: pro virga regni nobis commendauit.

Esaie.22

Grande spectaculum videre Isaac ad montem ligna portantem: grande mysterium videre Jesum a ligno triumphantem: sed si pietas prospectet: grande vero ludibrium si spectet impietas: et dicat: Vah qui destruis templum dei. Mat. 27.

Gene.22

Tantam denique salutem in cruce domini futuram esse cognouit Moses: vt non ob aliud ad eius indicium serpentem illum eneum erigere iuberetur.

Nu.21.c.

Nec propter aliud serpens ille eneus factus est: nisi vt permansure passionis dominice fidem significaret. Si enim obliti essent homines et oblitteratum esset de memoria temporis quod christus pro hominibus mortuus est: vere morerentur. Nunc autem tanquam enea permanet crucis fides: vt cum alij moriantur alij nascantur: ipsam tamen sublimem permanere inueniant: quam fide intuendo sanentur. Nam et apud Ezechielem / illi soli mortis supplicium inueniuntur effugisse: qui signum ✠ habebant in fronte.

Eze.9

Sciendum quod hec littera Tau prima est in hoc nomine Tesuha: quod significat salutem. Igitur prophetica visio significauit quod illi soli angeli percutientis euaderent iustam vltionem qui fidem mediatoris et saluatoris et corde crederent ad iusticiam. Roma. 10. et fronte quasi ore confiterentur ad salutem.

Exo.12.

Thorah. i. lex prima videlicet huius nominis littera est. T. in Hebraico.

תורה

Hinc est etiam quod Jacob presentes tangens et futura prospiciens: cancellatis manibus filijs suis hoc est nepotibus benedixit: preponens interim minorem fratri maiori.

Gene.48

Per crucem enim nos qui eramus cauda facti sumus in capite: et de sinistra ad dexteram transiuimus: facti ex hedis oues pascue dominice: sicut dicitur:

Deut.28.

In baculo meo transiui Jordanem istum: et ecce nunc cum duabus turmis regredior.

Gene.32

¶ Denique in cruce christus titulum accepit pro corona: quem corona sacerdotum ostendit: titulus autem regem: et quoniam tribus idiomatibus scriptum erat: ostendit eum esse regem celestium terrestrium et infernorum: vt omnis lingua confiteatur quoniam dominus Jesus in gloria est coequalis patri.

Philip.2

Merito igitur dicit apostolus: Mihi autem absit gloriari nisi in cruce. Hec

xxiiij. quādiu fuit in domo Goliath: terrori erat domui Israel:
nunc autem postq̄ eam Dauid manu sua tenuit sicut di
Habac.3.c. cit: et cornua in manib⁹ eius: licet ibi abscōdita esset for-
titudo eius: et per eam fecit vltionē de hoste qui quotidie
1.Reg.17 exprobrabat exercitui dei viuētis: sicut dicit: Bñdictū li-
gnu3 per qd̄ fit iusticia: non timori est: sed glorię: per quā
Sap.14. et aplo Mūdus crucifixus est: et mūdus eum nō cogno
uit: et ipse mundo. Crux autē christi sicut dicit Origenes
Origenes. gemina fuit: hoc est gemina ratiōe constat: et visibiliter
quidem in ea filius dei crucifixus est in carne: inuisibi-
liter autem diabolus cum principib⁹ et potestatib⁹ suis:
Collos.2 sicut dicit apostol⁹. Qd erat cōtrarium nobis chirogra-
phu3 tulit de medio etc. que habes ad Collos. cap.2. Fuit
enim crux quidē christo tropheū et tribunal: diabolo au-
tem crux et patibulū. Sic ergo apostolus intellexit cum
dixit: se mūdo crucifixū esse et mūdum ipsi. Duo enim cō-
traria sibi dixit esse crucifixa: se sanctū et pctōrem mūdu3
¶ In hoc ergo ligno crucis in quo precisū mundi pepen
Gene.2 dit: credit esse scientia boni et mali: in quo et bonus chri-
stus et malus diabolus pependit. Astabat enim satan a
Cap.3 dextris eius sicut dicit in Zacharia vt aduersaret ei: imo
Tobie.6 et inuasit eum piscis qui morat in locis virētib⁹: adeoq3
Luc.27. expauit Jesus vt exclamaret: Pater si possibile est etc. et
Math.26 Deus meus de⁹ meus: vt quid dereliquisti me? Sed po
situs in agonia: confortat ab angelo. Luc.22. et apprehē
dit brachiam eius: et cepit palpitare ante pedes eius. Ca
1.Cor.15. ptus est igitur qui captiuum tenebat hominē. ¶ Christus
xxv. autem et si crucifixus est ex infirmitate: tamē viuit ex om-
nipotētia. Talis autē erat aplus ad ista terrena sicut nos
absentes sumus ad mortua corpora. Cum eīn dixit: Mi-
hi mundus etc. emortuū mihi videtur in semetipso corpo-
raliū sensuu3 efficaciam prestari: imo nō solum hoc: sed
duplicari in seipso istā vt ita dicā insensibilitatē: cū addi-
dit: Mihi mūdus: et ego mundo. Hoc igitur ostēdit apo-
stolus q̄ non tantū abesset a terrenis corporibus. i. sen-
Mortuus. sibus quantū viuentes a corpibus mortuis: sed quantum
absunt mortui a mortuis. ¶ Viuens eīn etsi non potest a
mortuo videri: potest tamē mortuu3 respicere et mirari et
lachrymas fundere. Qui autem ipse defunct⁹ est: quem
Chryso. poterit erga alterū mortuum exhibere affectum? Vides
quantū apostolus aberat a terrenis. Cōtingit autem ali-
August. quādo sicut dicit Augustin⁹ vt homo mūdum mente nō
teneat: sed tamē tenet a mundo: et mortuus est mundo: et
mūdus quasi viuus cum cōspicit: dum alio intentum/in
Ps.54 suis actibus implicare cōtendit. vnde illud. Quis dabit
mihi pēnas sicut columbę et volabo: et tunc requiescam?
[In christo enim Jesu neq3 circūcisio aliquid valet neq3
preputiū. ¶ Legimus Genes.38. q̄ Zare manui ligatur
coccus ab obstetrice: et eo recluso prior nascitur Phares.
Figura. Sic iudaicus populus primo apparuit in hac luce fidei:
Chryso. rubricata manu sanguine circūcisionis et sacrificiorū: pu-
tantibus oībus q̄ ipse futurus erat populus dei prim⁹:
Cap.4. sic enim vocatur in Exodo filius primogenit⁹. Sed posi
ta est ante faciem eius quasi seps vt impediret iusticiam
eius. Nam lex inquit Chrysostom⁹ impedit fidē non ad
Roma.7. iuuat: dicente aplo: Priusq̄ veniret mandatū: peccatum
mortuū erat: veniente eo/peccatū reuixit: ego autē mor-
tuus sum. Sic ergo impedit⁹ est popul⁹ iudęorū: ne ad iu
sticiam veniret: lege occasionem pstante. Sed apparē-
te christo: rupta maceria et sepe legis (de quo ad Ephes.
cap.2. Excluso iudaico populo: Phares nascitur primū
sed intrante gentium plenitudine sequetur et Zara: cu-
ius vox est: Sanguis eius super nos. Sed vide q̄ dicen
te apostolo Peccatū reuixit: ostendit q̄ et ante legem vi
uebat. i. imputabat apud deum: sed cum cōsuetudo pec
candi hoc obliterasset: mortuu3 ęstimatum est: vt crimē
cū psona mortuū putaret. Cum aūt reformata esset lex:
Ambro. reuixit apud eos qui mortuū putabant: ceperunt enim
scire peccatum imputari/ inquit Ambro. proinde recte
dixit apostolus: Neq3 circūcisionem prodesse: nec obes-
se preputium credētū: sed noua creatura in precio est an-
te deum. [Sed noua creatura.] Hoc loco insanus Lu-
therus detorquet apostoli verba ad suum sensum dicēs:
Optima penitentia est noua vita. Hoc quidē verum est:
nisi lateret anguis in herba: negat enim omnē satisfactio
nem: sicut alias diximus. Reuera autē circūcisio non mo
do non prodest: imo christus nihil proderit si circūcida-
mur. Preputiū autem nec obest nec prodest. Obest au-
tem si sit cordis preputiū: per cuius abscisionem fit ex ve-
teri noua creatura. Huiusmodi autem circūcisio triplici
gladio fit: videl3 cōtritione confessione et satisfactione.
Noua igitur creatura: id est noua vita querit in his qui
pfitentur christum iesum: carnis autem depositio iusti- xxvj.
ciam habet sed apud homines. sequit. [Quicūq3 hanc
regulam sequuti fuerint] nō quidem Lesbiam vt dicit in puerb.
puerbio: sed euāgelicam normam: Pax veniat super il-
los que exuperat omnē sensum: et misericordia. i. remis- Philip.4.
sio peccatorū plena. ¶ Sicut enim dicit Valerius Ma.
Athenięses habebant optimas leges et viuendi regulas Val.M.
sed iniquissima ingenia: et morib⁹ suis potius q̄ legibus
vti voluerūt: non mores regulātes legibus: sed leges re-
torquētes ad mores sicuti dicit de Lesbia regula que et
plumbea erat. Sed qui hāc regulam sequuti fuerint: se
illi per omia coaptantes: nec declinantes ad dexterā aut
leuam: pax super illos etc. Et super israel dei: est enim sy
nagoga peccatorū/synagoga Satanę et israel scdm car-
nem: et iudei in manifesto. Romo.2. et semen Chanaā et 1.cor.10.
non Juda. Daniel.13. et semē Agar que seruit cum filijs
suis exemplari et vmbrę celestium. [De cetero nemo mi-
hi molestus sit: et subdit causam: Ego enim stigmata do-
mini iesu in corpore meo porto. Posuerat enim Paul⁹
christum sicut signaculū super cor suum carnei: non a- Cant.8.
damātinū vnde expressam in seipso imaginē crucifixi pre
se ferebat in moribus. Igitur super hac re de qua tanta
diximus videl3 cessasse legalia in morte christi et sublatā
esse Lesbiam regulam. i. Mosaicam legem que multa p
mittebat illicita pter duriciam populi illius: nemo mi-
hi molestus sit: labores mihi nullus exhibebat: quod se
mel complexus sum: semper predicaturus sum: Habeo Gene.17.
vnum dominū cuius cauterio signatus sum: tanq̄ alter
Abraam mutato nomine. Stigma autē notam significat 2.cor.11.
qua serui ne fugiant dños suos inurunt. ¶ De his au-
tem stigmatibus alibi dixit apostol⁹. Virgis cesus sum:
semel lapidatus sum: in fame et siti et ceteris quę ibi re-
censet apostolus. Precipuū tamē signum et stigma mili
tię eius charitas est: de qua dicit ad Roma. ca.8. Quis Roma 8.
nos separabit a charitate christi? Loquela enim ei⁹ cum
manifestat. Sentit igit aplus hoc loco certas habere no xxvij.
tas et stigmata q̄ sit seruus non Mosi: sed Jesu christi. Math.26
Dicit ergo. Tantū abest vt a rectitudine pdicationis euā
gelicę vllis probris aut afflictionib⁹ dimouear: aut palli-
nodiam vt dicit Cantem: vt vincula carceres virgas ce-
teraq3 mala que pro nomine christi sum perpessus: qua- Actu.5.
si quedam stigmata et trophea domini nostri Jesu chri-
sti circūferam: et glrier q̄ dignus habitus sum pro nomie
eius cōtumelias pati etc. [Gratia domini nostri iesu chri-
sti cum spiritu vestro fratres amen. Gratia autē consum
mata est vita eterna: que hic incipitur in nobis per pecca
torū remissionē quam habemus ab eo qui est aduocatus 1.Joan.2
noster apud patrem: ipse ἄλφα καὶ ὦ Jesus christus Apoc.1.et
dñs noster: qui cum patre et spiritu sancto
in trinitate perfecta viuit et regnat deus. Ipsi gloria in se
cula seculorum. Amen.

¶ Explicitur Epistola Pauli apostoli
Ad Galatas.

¶ Argumētum in eplam ad Ephesios.

Ephesus Metropolis quondā erat Asię
minoris: Ciuitas superstitiosę dedita cultui dęmonū & pręcipue
Dianę. Vnde in Actis aplorum cap.xix. dicitur Ephesus cultrix
Dianę Iouisq3 plis: non illi⁹ venatricis cui Poetę sagittas & arma
tribuūt: sed eius quam Gręci Polymasten appellāt, hoc est multi
mammę quā volebant oīm animātiū esse nutricem sicut dicit Hie-
ronymus. Hos curiosarū artium maxime tenebat studiū. De hoc
ita habes in Actis. capi.xix. Multi credentiū veniebant confitentes
& annūciantes actus suos. Multi autem ex eis qui fuerant curiosa se
ctati contulerunt libros: & combusserunt eos coram omnibus &
computatis precijs illorū: inuenerunt pecuniam denariorū quin
quaginta milium. Ita fortiter crescebat verbum dei & cōfirmabatur. Vt igitur a tantis errori-
bus illos abduceret: triennium apud illos egit: nihil interim non faciens quod ad illorum cor-
rectionem faciebat: magno tamen studio reclamantibus & obsistentibus multis. De hoc vide
latius per totum caput decimū nonū in Actis apostolorū. Ab eis autem discedens: Timotheū
apud eos remanere iussit. Abundabat autem ea ciuitas vt curiosis & Magicę deditis arti: ita do-
1.Cor.9. ctissimis viris in scientia seculi hoc est Poesi: Phisica & morali philosophia, vnde apostol⁹: Qui
omnibus omnia factus: & sapientiam loquitur inter perfectos: de dęmonib⁹ ac spiritibus cre-
bro facit memoriam: bonorū ac malorum differentiam assignans. Nec est vlla epistola qui tam
abdytos habeat sensus: vt ob hanc potissimū Petrus apostol⁹ scripsisse videatur: sicut & charis- 2.Pet.vl.
simus frater noster Paulus secūdum datam sibi sapientiam scripsit vobis sicut & in omnibus
epistolis: loquens in eis de his in quibus sunt quedam difficilia intellectu: que indocti & instabi-
les deprauant sicut & ceteras scripturas ad suam ipsorum pditionem. Hos igitur qm̄ in fide se-
mel accepta persliterant: hortatur vt ad perfectionem nitant: cōmone faciens cuiusmodi fue-
rint anteq̄ vocarentur de tenebris ad lucem: cum seruirent impiis spiritib⁹: & quales nunc fa-
cti sint subiecti iugo christi: docens interim euangelii gratiam consilio diuino inexcogitabili,
licet Iudęis tantū fuerit debita ex diuina promissione: in Gentes tamē diffusam: & huius mune
ris se apostolū & ministrū a deo constitutum. Qm̄ autem scripsit e carcere: hortatur eos ne defi-
ciant & animo consternent ob ipsius afflictiōes: verum eas potius glorię ducant: & merito: glo
Gala.vl. ria enim militis vulnera sunt: sicut dixit: Ego eīm stigmata dñi Iesu in corpore meo porto. De-
inceps formā illis viuendi pscribit: ostēdens quid sequēdū quid fugiendū: que officia maritorū
in cōiuges & econuerso: que parentū in liberos: & liberorū erga parentes: dñorum in seruos: &
ecōuerso. Scripta est epistola ab vrbe Roma per Tychium diaconū: cuius meminit apls in cal-
ce epistolę. Ambrosi⁹ addit scriptam e carcere cum ab Hierosolymis Romā deductus: sub fide
iussore degeret extra castra in suo conductu. Actu.vltimo.

¶ Incipitur epistola Pauli ad Ephesios.

Primum Caput.

Paul⁹ apostolus christi Iesu per voluntatem dei omnibus sanctis qui sunt Ephesi & fidelibus in christo Iesu: gratia vobis & pax a deo patre nostro & domino iesu christo. Bñdictus deus & pater dñi nostri Iesu christi: qui bñdixit nos in omi benedictiōe spirituali in cęlestibus in christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi cōstitutionem: vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in charitate. Qui pdestinauit nos in adoptionē filiorū per Iesum christum in ipsum: secundū ppositum voluntatis suę: in laudem glorię suę in qua gratificauit nos in dilecto filio suo: in quo habemus redemptionem per sanguinē eius remissionē peccatorū secūdum diuitias gratię eius que supabūdauit in nobis in omi sapiētia & prudētia: vt no

tum faceret vobis sacramentū voluntatis sue secūdum bn̄placitum eius quod proposuit in dispensatione plenitudinis temporū: instaurare omnia in christo que in terra sunt in ipso: in quo etiam nos sorte vocati sumus: p̄destinati secūdum ꝓpositū eius qui operat omnia secūdum cōsilium voluntatis sue: vt simus in laudē glorie eius nos qui ante sperauimus in christo.

i. ¶ **Paulus apostolus Jesu christi:** non meis meritis sed vocatione sua sancta qui linguas
Sap.10.c. infantium facit disertas: qui ponit humiles in sublimi: et dissipat cogitationes malignorum: ne possint implere manus
Job.5. eorum quod ceperant. Talis erat apostolus cum legem suam emularet: putans se obsequiū prestare deo gratissimū: et tamē apprehensus est in astucia sua: et consilium
Joan.16. eius dissipatū est. Ego inquit veni vt aduersarer tibi: quia peruersa est via tua: mihiq̄ contraria: nouissima autem
Hieri.22 eius se pergas ire: ducunt ad mortem. puer.16. Quis inquit es tu? Ego sum ille iesus non incognitus tibi: cuius nomen et genus conaris de terra delere. Rem difficilem niteris perficere. Vide ne cornix scorpium rapias: aut ne vlterius leonem stimules: qm̄ durum erit tibi contra stimulum calcitrare. Peccaui inquit: nesciens q tu stares
Actu.9. cōtra me. Et nūc si displicet tibi vt vadam: reuertar. Vade inquit cum istis: caue tamē ne aliud q̄ precepero tibi loquaris. Hieri.cap.22. vnde dicit apl's. Apostolus iesu christi per voluntatē dei. Perge inquit quo tendis Damascū videlz: caue tamē ne aliud loquaris q̄ qđ iussus
Exo.28. es: sicut dicit: Qui vocatur a deo tanq̄ Aaron ad sacerdotium: et ad regnum sicut Dauid. p̄. Reg. 16. et ad apostolatū sicut Paulus de celo vocatur. iuxta illud ex
Actu.15. Actis. Separate mihi Saulum et Barnabam in opus ad quod assumpsi eos. Is ergo non ignot⁹ vobis Pau
ij. lus apostolus per volūtatem dei patris cuius eadem est vnaq̄ cum filio et spiritu sancto volūtas: scribo vobis sanctis omnibus qui estis Ephesi hanc ep̄lam: quin et fidelibus omnib⁹ qui inibi sunt in christo iesu. [Gratia vobis subministret de sursum ad remissionē peccatorum et in pignus et arram eterne hereditatis: et pax illa quam p̄dicauit ipse lapis angularis iesus christ⁹ qui est pax omniū nostrum. Gratia igitur ad iustificationē refertur: pax ad tranquillitatē mentis et recōciliationem cum deo. Gratia autem a solo deo est per creationem: et ab eo solo cōseruatur: cuius destructio est anihilatio: et ꝓductio creatio. Gratia igitur sit vobis et pax a deo patre nostro: per quē omnia condita sunt et restaurata: et a domino iesu christo:
Ps.144. sine quo nulla nobis donātur bona/ qm̄ ipse est manus patris de qua dicit: Aperis tu manū tuam: et imples om
Menāder. ne animal bn̄dictione. Qm̄ autem sicut dixit Menāder: gratiam aut bn̄ficium cum dederimus: debemus obliuisci: quam autē accepimus semp in memoria retinere. sequit. [Bn̄dictus sit deus idem et pater domini nostri iesu christi: qui bn̄dixit nos in omni bn̄dictione spirituali in celestibus in christo. ¶ Scriptū est ibi. Ruben primogenit⁹ meus virtus mea et initium dolorum meorum: durus in cōuersatione/ cōtumelias irrogasti: tanq̄ aqua nō feruescas: ascēdisti enim super cubile patris tui. Quod enī in initiis laudis Jacob ipsi Ruben aliquid ei videt ascribere: idcirco fit: vt grauius notetur in crimine: qui cū virtus patris haberet: et initium filiorum: nesciuit seruare reuerentiam patri. Quale est et illud: Ego te plantaui vineam totam frugiferā: quomō conuersa es in amaritu
Origenes dinē vitis aliene? Orige. Si autem in eos quos speram⁹ nobis ꝓfuturos non dubitam⁹ officia cōferre: quales in eos esse debem⁹ qui iam profuerunt? Cum vero bn̄ficia in his maxime collocanda sunt: qui maxime egent: tamē contra fit a plerisq̄. Non est autem bn̄ficium ait Sene- Seneca.
ca sed fenus: circunspicere non vbi optime ponas: sed vbi questuosissime habeas: vn̄ facillime tollas. vide Daniel: cap.5. satis optime ibi: O rex deus altissim⁹. etc. Ad hec Seneca. Lacerat tamē animū et premit frequēs me Seneca.
ritorum cōmemoratio. Libet exclamare qđ ille Triūvirali ꝓscriptiōe dānatus: seruatus a quodam Cesaris amico exclamauit: cum supbiam eius ferre non posset: Redde me Cesari. Quousq̄ dicis ego te seruaui: ego te eripui morti? Istud si meo arbitrio memini: vita est: si tuo: mors est. Nihil tibi debeo: si me seruasti vt haberes quē ostēderes. Quousq̄ me circūducis: et fortune mee obliuisci non sinis? Semel in triūpho ductus essem: ¶ qui dedit taceat: narret qui accipit. vide Marci.7. de surdo et muto. Alioqui dicet illi qđ cuidam dictū est vbiq̄ iactanti bn̄ficium suū. Non negabis inquit te recepisse. Et cum respondisset: Quādo? sepe quidem inquit et multis locis. i. quoties et vbicunq̄ narrasti. Quid opus est alienū preoccupare officium? est qui narret et honestius quidem videlicet qui accipit. Seneca. Qđ dicit: in christo: sensus est. hanc bn̄dictionē collatam esse nobis per fidem quā habem⁹ de dn̄o nostro iesu christo. Et puto non inferiorem esse hanc bn̄dictionē quā a deo patre bn̄dicimur ab ea qua Isaac bn̄dixit nolens volēs filio suo Jacob dicēs Gene.27.
¶ Ecce odor filij mei sicut odor agri pleni cui bn̄dixit de⁹ Et si queras pergere quis est iste ager plenus: et quo est plenus: respondeo: Ager nos sumus et hortus irriguus: pleni omni bn̄dictione sp̄ali. i. charitate: patientia et ceteris fructibus sp̄s. Dedit enim nobis de⁹ omnia bona sua pariter cum hac benedictione. sequit. Det tibi deus de rore celi et de pinguedine terre abūdantiam frumenti iij.
vini et olei: Qui maledixerit tibi sit ille maledictus: et qui bn̄dixerit tibi: benedictionib⁹ repleat. Eximia quidem et solida est hec bn̄dictio: de rore celi et terre pinguedine: sed sicut exaltant celi a terra ita exaltantur bn̄dictiones quibus benedicimur a deo in celestibus per fidem iesu christi ab ea qua Isaac benedixit filio suo: Et nos igitur bn̄dicimus deum: et bn̄dicimur a deo: vtrobiq̄ tamen ad nos et super nos venit ipsa benedictio. Alioqui quid p̄- Job.35
dest deo: si iustus fueris aut quid ei confers: si immaculata fuerit vita tua? Si peccaueris: quid ei nocebis? Et si multiplicate fuerint iniquitates tue: quid facies contra eum? Et si iuste egeris: quid donabis ei? homini qui similis tui est nocebit impietas tua: et filiū hominis adiuuabit iusticia tua. Quid enim glorie dei pōt accrescere ex Ibidē.38.
bn̄dictione tua? quem laudant astra matutina: et iubilāt omnes filij dei indefessa voce dicētes sanctus sanct⁹ sanctus: qui est et qui erat et qui venturus est. Num et gracu Apoca.4
lus inter musas? Sed inquit dn̄e: Laude mea infrenabo te ne pereas. Esaie.48. Benedicit igitur ab homine: cum laudib⁹ dignis extollit: reuera tamē vera laus sile- Ezech.1.
tium est. ps.64. Nam et cū fieret vox angelorū qui erant super firmamentū dicentiū: Date claritatē ei qui fecit celum et terram: Quattuor animalia que erant sub firmamēto stabant: et submittebant alas suas: silentio admirātes magnitudinē glorie dei. Benedicit autem et homo a deo: cum de⁹ ei gratie dona impartit: non meritis illius p̄.Cor.15
sed misericordia sua: quam tamē bn̄dictionem nō omnes ex equo participant: quādo et alia claritas solis alia lu- iiij.
ne: alia stellarum. Aliaq̄ bn̄dictiōe bn̄dicitur Jacob. Gene. 27. alia Esau: alia Rubē: alia Joseph: alia et Judas cui Gene.49.
dicit: Juda te laudabūt fratres tui: Manus tue in ceruicibus inimicorum tuorum: adorabunt te filij patris tui. Bn̄di- Esaie.1.
xit igitur nos qui sub maledicto eramus filij ire. Nec tamē bn̄dixit nos simplici et vnica bn̄dictione: sed quicq̄d be- Math.20.
nedictionū sp̄alium diuisum acceperunt prisci illi patres: qui portauerūt pondus laboris et estus: hoc totū cumulatim effusum est super nos: sicut hic apostol⁹ dicit:

Benedixit nos omni bn̄dictione spirituali: que licet hic habeat ex parte in gratia et pace: mensura tamē plena et
Luc.6. cumulata in celo dabitur in sinum nostrū. [Quemadmodum elegit nos in ipso ante mundi cōstitutionem: vt essemus sancti et irreprehēsibiles coram illo in charitate.] Quod dicit ante mundi constitutionem: Grece est πρὸ καταβολῆς τοῦ κόσμου, quod ꝓprie sonat cum quid deorsū iacitur: et in inferiorē locum mittit e sublimi: siue cum iaciunt fun
Gene.2. damēta alicuius magni edificij. Plātauerat autem deus paradisum a principio ante hominis creationē. Volens itaq̄ ostēdere apl's q deus sit machinat⁹ vniuersa ex nihilo: non cōditionem non creaturam atq̄ facturam: sed καταβολήν i. initium fundamēti ad eum retulit qui fecit omnia ex nihilo. ¶ Ponit autem apl's duas dei p̄ordinationes et earum effectus: quarū altera
v. est de presenti ad iusticiam: altera de futuro ad coronā. Vna quidē est dei predestinatio qua iusti p̄ordinātur ad vitam: sed tamē duo complectit: videlz grām quam preordinauit dare in presenti: et gl'iam in futuro his quos ab eterno p̄ordinauit. Cum autē posterior harum. i. gloria prerequirat priorē. i. gratiam: apostol⁹ tamē quo ampli⁹
Ps.15. spes nostras cōfirmaret: qui etiā illic trepidam⁹ vbi non est timēdum: secūdam prime preposuit dicens: Bn̄dixit nos in celestibus omni bn̄dictione sp̄ali. Hoc enim adhuc futurū est. Quod autē sequit iam factum est: videlz [Elegit nos gratis in ipso. i. per ipsum iesum christū:] anteq̄ essem⁹: elegit autem p̄destinādo nos ad grām et
Tho.1.pte. q.14.arti.8 vtrū scietia dei sit causa rer. gloriam. Dicens autē ante mundi cōstitutionem/ palam excludit errorē eorum qui dixerūt animas ante hunc visibilem mūdum fuisse deo coeternas et tunc meruisse vt p̄eligerent ad vitam eternam. Elegit enim nos anteq̄ essem⁹. Quomō autem elegit: nisi p̄destinando? Et sicut non nos elegit eo q tūc sancti essem⁹: ita non elegit eo q sancti futuri eram⁹. ¶ Sumus igitur: qm̄ p̄cogniti sum⁹: sumus sancti: qm̄ predestinati sumus vt sancti essemus: sic a p̄scientia dei habemus esse cognitū: ab eius p̄destinatione habemus grām: et expectamus gl'iam. De p̄destinatione qm̄ multa diximus ad Roma. cap.1. hic supersedemus. Dicebat autem Pelagian⁹ hereticus: presciebat deus q essent futuri sancti et immaculati per libere voluntatis arbitriū: et ideo eos in sua prescientia quales futuros esse presciuit elegit. Elegit inquā anteq̄ essent/
vj. p̄destinās illos quos futuros sanctos presciuit: sed apostolus manifeste oppositū ostēdit dicens: qm̄ elegit nos: [Vt essemus sancti:] (Alioqui non futuri sancti si non eligeremur ab eo) [et immaculati coram eo:] qđ tamen
Roma.8 fecit in charitate. i. propter nimiā charitatē suam: vel mediante charitate hoc est per donum charitatis que sola diuidit inter filios regni et p̄ditionis. Dicit autem coram eo: qm̄ gloria nostra est cōscientie nostre testimoniū bo
2.Cor.1 num. Ve enim vobis cum vniuersi homines bn̄dixerint. Nec immerito. Nam si ad singularū artiū discrimē inter noscēdū optimos opifices ip̄os in iudices malis: quo
Chryso. pacto virtutē ꝓmiseris multitudini ꝓbādam? ¶ Illudq̄ sciēdum q nihil magis admirant homines/ q̄ eum qui gloriā pessundat humanā. Certe si effigiādi perit⁹ esses: discipulisq̄ haberes qui quicq̄d a te p̄doctus esset: alijs te inuicto ꝓderet: vel opus quod p̄fecisset non tibi ꝓbandum sed alijs in tui cōtemptum traderet: valde moleste tulisses. Intellige ergo qm̄ opera nr̄a deo ꝓbanda sunt cui placere regnare est/ et preludiū quoddam vite eterne: vnde dicit: vt essemus sancti et immaculati coram eo. Qđ dicit immaculati: Grece est ἀμώμους, idest inculpatos et irreprehensibiles. Est enim quidā deus inter poetas nomine μῶμος, et vocat deus reprehensionis: iuxta illud ꝓuerbij: Momo satisfacere: de quo alias dixim⁹.
vij. [Qui p̄destinauit nos in adoptionē filiorū per iesum christum in sese iuxta bn̄placitū volūtatis sue: vt laudet gloria gratie sue.] Hec est secun viij.
da ordine predestinatio que ponit ab ap'lo: cum in priori dixerit: elegit nos: vt essemus sancti coram ipso: tamē in dei p̄destinatione hec secūda que est ad gl'iam est prior: p̄ordinatio ad gl'iam est ad grām.
et illa que primo loco posita est ab ap'lo que est ad gratiam et iusticiā est posterior. Finis enim ponit necessitatem his que sunt ad finem. Finis ad quem p̄destinati sumus est gloria: sed qm̄ gloria nō datur nisi p̄cesserit gratia per quā remittit originale in paruulis: et actualia in adultis: ideo cōsequenter predestinat etiam ad gratiam. Sed ap'ls posuit secūdam priori loco ꝓpter causam supra positam. Qđ ergo dicit p̄destinauit nos in adoptionem filiorum: de priori p̄destinatione intelligit qua p̄destinamur ad gl'iam: quam habituri sunt hi qui per fidem accepe- Joan.1.
runt potestatē: vt fierent filij dei adoptiui: et cōsequenter coheredes christi qui est primogenit⁹: et merito et dignitate multis in fratribus. Sciēdum autē q adoptatio in homine nihil aliud est q̄ per nouū actum volūtatis aliquē ad hereditatem optare. Deus tamē cum adoptat aliquē ad gloriam. i. ad hereditatē eternam de qua dicit: Here- Ps.15.
ditas mea p̄clara est mihi: non est per nouū velle: quod enim semel voluit semp volet: adoptat igit nos per nouū effectum gratie. Et inde et si concedat christum fuisse p̄destinatū in sensu quo cōceditur a doctoribus: non tamē concedit q sit adoptat⁹: licet p̄destinare sit quoddam p̄ordinare et adoptare ad vitam eternam: ꝓprie tamē vt diximus nō ipsa p̄destinatio est adoptatio: sed collatio gratie in tēpore que correspōdet nouo velle in homine adoptante. vide doctorē nostrū in.3. distin.10. ¶ Predestinauit igitur nos ad gl'iam ab eterno sola gratia sua vt sim⁹ ix.
filij eius adoptiui: predestinauit autē per iesum christū: non meritis nostris qui nō eram⁹: cum p̄destinaremur: merito autē passionis christi donat prima gratia iustificādis: vt in eis impleat predestinatio. i. glorificatio que gratiam cōsequit: predestinauit autē nos pater in seipso. i. vt simus filij eiusdem patris et fratres iesu christi sed adoptiui. Quodq̄ dicit s̄m ꝓpositum voluntatis sue: Grece est κατὰ τὴν εὐδοκίαν, quod proprie est: vbi quid nō solum placuit: sed etiā optime pla- ꝓpositum qd.
cuit: Nam placent et que nō recte placent. Predestinauit igitur nos in adoptionē et ius hereditatis filiorū in sē ipso s̄m ꝓpositum volūtatis sue: vt laudetur gloria gratie sue: de quo dicit: Gloriam meam alteri non dedero: et laudē meam sculptilib⁹. Inde igitur maxime laudanda Esaie.42.
et superexaltanda est gloria eius: q tanta bona contulit nobis immeritis vt ne dicam ingratis: et qui omne patrimoniū nostrū iam semel et iterum cōsumpsimus luxuriose. Luc.15.
[In qua gratificauit nos. i. gratos siue charos reddidit. ἐχαρίτωσεν, a quo verbo est illud participium: κεχαριτωμένη μαρία, Maria gratia plena: gratos autem nos reddidit in dilecto filio suo: vt intelligam⁹ nos amari a deo non ex nostris meritis: sed ob amorē quo filium suum charissimū diligit pater: cui nos fratres esse voluit. [In quo habem⁹ redemptionē per sanguinem ipsius: et sequitur appositiue quē sit redemptio: [Remissionē inquit peccatorum:] Habes igitur thesaurū indeficiētem repositum in sanguine christi tanq̄ in arca testamenti noui: vnde liceat haurire quo- Mat.18
ties peccaueris etiam vsq̄ septuagies septies: sicut dicit: A custodia matutina vsq̄ ad vigiliam matutinā speret is- Ps.129.
rael in domino: qm̄ copiosa apud eum redemptio. Nam vos inquit gratis venūdati estis aduersario: Ecce in san- Esaie.52
guine christi habetis remissionē peccatorum. Excutere inquit de puluere o captiua filia sion: solue vincla colli tui: vt videlz sponsus circundet armillas manib⁹ nostris et monile collo: vt graui iugo seruitutis liberati: et recipientes ornamenta pristina: captiui esse cessemus: redēpti ab eo qui venit p̄dicare captiuis remissionem. Qm̄ igitur Esaie.61
difficile inuenit qui hanc catenam peccatorum et torquem

grauissimã nõ habeat in collo circũdatam ad terrena se
opera inclinãtem: sicut illa mulier quam vinxerat Sata
Luc.13 nas per annos decẽ & octo ne celestia videret: posuit pa
ter Clemẽtissimus in sanguine vnigeniti sui redemptio
nem pplo suo.ps.110.idest remissionẽ pctõꝝ: vt quicqd
petierimus in nomine vnigeniti filij sui accipiamus: etiã
Mat.18 vsq ad decem milia talenta. Habem⁹ igitur remissionẽ
peccatoꝝ.[Secundũ diuitias gratie sue de qua vbertim
nobis impartiuit: siue exundare fecit in nobis.] Gra qui-
dem & remissio peccatoꝝ omibus equaliter est cõmunis
qui credunt in nomine vnigeniti filij dei: & in hos omnes
abũdat. Habent enim vnde diluant peccata pterita: et
futura precauere possint: habent inq̃ vnde semper pos-
sint excusso iugo seruitutis redire ad libertatẽ. Sed tamẽ
hec gratia que abundat in omes: supabundauit in aplo
Joan.15 Paulo: et in ceteris apostolis: sicut dicit: Jam nõ dicam
vos seruos sed amicos: & beati oculi qui vidẽt que vos vi
detis: & accipite spm sanctũ: quoꝝ remiseritis pctã &c. vñ
sequit. [De qua gra nobis vbertim ipartiuit in omi sapiẽ
tia & prudẽtia. De hac em sapientia que abũdanti⁹ exun
dauit in aplis scriptũ est: Abscondisti hec a sapientib⁹ &
Mat.11. prudẽtibus: et reuelasti ea paruulis: qm sic fuit placitum
ante te. Vhinc dixit Joãnes qd fortassis angelos latet
In principio erat verbũ &c. et Petrus accepit in reuela
Matth.16 tione a pre vt diceret Tu es christ⁹ filius dei: & Andreas:
Inuenim⁹ messiam qui dicit christus. Joan.1. et Tho-
mas: Dñs meus & deus meus. et Paulus: Audiuit ar-
Ps.44. cana mysteria in paradiso dei: & sic de ceteris. Acceperũt
ergo sapientiã diuinoꝝ et prudẽtiam ad regẽdũ ecclesiam:
sicut dicit: Pro patrib⁹ tuis nati sunt tibi filij: Cõstitues
eos principes super omes ecclesias &c. De hac autem sa
pientia prudẽtissima que exuberauit in aplos sequitur.
x. [Noto facto nobis siue patefacto nobis sacramẽto vo-
luntatis sue:] Sentit autem mysteriũ diuine volũtatis de
gentibus ad fidem vocãdis: quod supioribus retro secu-
lis incognitum fuit mundo: iudeis existimantib⁹ hoc p-
Actu.10. missum ad se pprie ptinere: iuxta illud: Cecidit spiritus
sanctus sup omes qui audiebant Petri verbũ: et obstu
puerũt ex circũcisione fideles qui venerant cum Petro:
quia & in natiões gra spũssancti effusa est. Patefacto in-
quit nobis arcano volũtatis sue. [Juxta bñplacitũ suũ:
κατὰ τὴν εὐδοκίαν αὐτοῦ, pro eo q sic visũ fuerit il-
li⁹ optime volũtati: que ni
hil potest velle nisi quod optimũ est: cum sit ipse omnis
boni fons et origo. [Patefacto inquã nobis arcano vo-
luntatis sue: ẽm placitũ volũtatis sue:] quod pposuerat
in seipso. i. ab eterno preordinauerat: licet nunc in fine se
culoꝝ: secũdum bñplacitũ suum hoc mysteriũ de vocan-
dis gentibus nobis patefecerit: vt fieret nobis nouum &
alias inauditũ: quod apud deum erat eternũ et antiquũ.
Non q ante hac non fuerit reuelatũ mysteriũ prophe-
Heb.1. tis suis: sicut dicit: Multifarie olim deus loquut⁹ est pa
tribus in pphetis: et quia nõ faciet dñs verbũ: nisi reue
Amos.3 lauerit secretũ suum ad seruos suos pphetas: vni⁹ quo-
rum hec sunt verba: Non est mihi volũtas in vobis: dicit
Mala.1. dñs: et munus nõ suscipiam de manu vrã. Ab ortu enim
solis vsq ad occasum magnũ est nomen meũ in genti-
bus: et in omi loco sacrificat nomini meo oblatio mũda:
quia magnũ est nomẽ meum in gentib⁹ &c. sed qm quod
tunc in figuris & enigmatibus est obscure pronũciatum.
xi. [Nunc reuelatũ est re ipsa in dispẽsatione plenitudinis
temporũ.] Uel qd pposuit in christo idest in filio ex quo
pater pposuit nos sibi gratificare. Hieronym⁹ autẽ ponit
differentiã inter pdestinationẽ et ppositum: q illud perti-
Hiero. neat ad ea que multo ante definimus in animo q̃ fiant:
hoc autẽ cum iam vicina est machinatio: vt pene cogita-
tionem sequat effectus. Uocat autẽ hic apls dispẽsatio-
Gala.4 nem temporꝝ: quod alias vocauit tẽporis plenitudinem
de quo suo loco diximus. De hoc ita dicit Daniel: Ani-

maduerte sermonem & intelligẽ visionem. Septuaginta
hebdomades abbreuiate sunt super populũ tuũ et sup
Daniel.9 vrbem sanctã tuam vt consumet pũaricatio: & finem ac-
cipiat peccatũ: et deleatur iniquitas: et adducat iusticia
sempiterna: & impleat visio et pphetia: et vngatur san-
ctus sanctoꝝ: in quo [pater proposuit instaurare omnia
que in celis sunt & que in terra.] (Ascendũt in celum ho
mines humiliati: vnde apostate angeli per supbiam tan
q fulgura descẽderunt:) et ad priorem statum reducere
in quo erant añ peccatũ. Quod añt dicit: que in celis et
que in terra sunt: ppterea dicit: q angeloꝝ et hominũ
christus factus est caput: siue q ex hominibus reparant
ruine angelice. Hieronym⁹ autem pro instaurare: reca-
pitulare legit. est autem Grece ἀνακεφαλαιώσασθαι
Oratores enim vocant ἀνακεφαλαίωσιν idest recapi
tulationem cum ea que sparsim ac
fusius dicta sunt: summatim repetũtur: & simul iudici re-
uocant. Quod ergo dicit instaurare omia: sensus est ẽm xii.
Hieronymũ: Omis dispensatio que & ante mũdum & po
stea esse cepit in mũdo tam visibiliũ q inuisibiliũ creatu-
rarũ aduentu filij dei pollicebat: q Adam ad paradisũ
reuocãdus esset: q in fabricatione turris linguaꝝ vnitas Gene.11.
scissa est: in Actis aplorum.cap.2. portendebat dona lin-
guaꝝ: q Jsaac in typo dñi crucem sibi ipsi portauit. Ge-
nes.22. q Samson sanctã comam nutriens: Dalile pau
peris dilexit amplexus: & omia cordis secreta eidem cõ-
fessus est: saluatoris & ecclesie ex gentib⁹ verũ mysteriũ
sonat. In cruce itaq domini & in passione eius recapitu-
lata sunt omia. i. vniuersa in hac anacephaleosi supputa
ta. Si em dicas viginti denarios erogaui: rursus qnq et
alios.15. triginta quoq & ter decies per diuersa tẽpora de
di: si hec semel cõputemus: centenari⁹ numerus crescit:
et in vno numero habeo omia que ante descripsi. Cum
igitur mihi semel passus fuerit christus & sepultus: et re
surrexerit & ad patrem victor ascenderit: non necesse ha-
beo veterem numerũ: qm omnia in vno teneo. Non so-
lum autẽ omes historie scripturaꝝ quas in terra gestas
spũs sanctus numerat: sed etiam in celestib⁹ que nobis
occulte sunt in christi passione recapitulata tenentur.
Reuertamur ad illud quod de Daniele pmisimus de
plenitudine tẽporũ. De hoc Hieronym⁹ ita dicit. O Da- Hiero.
niel scito q a die hac qua tibi nunc loquor (erat autem
annus primus Darij qui occidit Balthasar: et regnum
Chaldeoꝝ inter Persas Medosq transtulit) vsq ad se xiii.
ptuagesimã annoꝝ hebdomadã hoc est annos.490. hec
populo tuo per partes accident. Primũ ppitiabitur tibi
deus: qd nunc magnope deprecaris: et delebit iniqtas:
& finem accipiet peccatũ et pũaricatio. Nunc enim vrbe
deserta & templo vsq ad fundamẽta destructo: in luctu
est populus cõstitutus: sed non post grande tempus in-
staurabit. Et non solum hoc fiet in his.70. hebdomadi
bus vt edificet ciuitas et reedificet templũ: sed nascetur
christus. i. iusticia sempiterna: et signabit visio & prophe
tia: v nequaq̃ ppheta inueniat in israel: et vnget sanct⁹
sanctoꝝ ẽm illud: ppterea vnxit te deus deus tuus oleo Ps.44.
exultatiõis. Scito ergo qm a die hac qua hec tibi loquor
& dei sermone pmitto q reuertat dei populus & Hieru-
salem instauret vsq ad christũ ducem & ppetuam deso
lationẽ templi hebdomade numerẽt sexaginta due: nec
non & alie septem hebdomade in quibus iuxta ordinem
suum due res fient: de quibus iam dixi q reuertat popu
lus: et edificet platea a Neemia et Esdra. Jn fine ergo
hebdomadaꝝ complebit dei sententia in angustia tem-
poꝝ quando rursum destruet templũ et capiet ciuitas.
Nam post sexaginta hebdomadas occidet christus: et
non erit populus qui eum negatur⁹ est. Et quid dico de
christo occidendo & populo penitus destituendo auxilio
dei: cum & ciuitatem et sanctuariũ dissipaturus sit popu-
lus Roman⁹ cum duce venturo Uespasiano. Quo mor-
tuo:

suo trãsactis septem hebdomadib⁹. i. annis quadragin-
ta nouem: Aelius hadrian⁹ a quo postea de ruinis Hie-
rusalem vrbs Aelia condita est: rebellantes iudeos: Ti-
no Rufo magistro exercitus pugnante fugauit. Et tunc
deficiet hostia & sacrificiũ: et vsq ad cõsummationẽ mũ-
Daniel. di & finem pseuerabit desolatio. vnde sequit in textu Da
nielis: Scito ergo & animaduerte ab exitu ẽmonis vt ite
rum edificet Hierusalẽ vsq ad christum ducem hebdo-
madas septem: et hebdomade.62. erunt: et rursum edi-
ficabit platea et muri in angustia tempoꝝ. Et post heb-
domadas.62. occidet Christ⁹: & non erit popul⁹ qui eum
negaturus est: Et ciuitatẽ & sanctuariũ dissipabit popul⁹
cum duce venturo: et finis eius vastitas: et post finem bel-
li statuta desolatio. Cõfirmabit autẽ pactũ multis heb-
domada vna: et in medio hebdomadis deficiet hostia et
sacrificiũ: & erit in templo abominatio desolatiõis: & vsq
ad consummationẽ & finem perseuerabit desolatio. Nec
nos moueat q primũ numerẽtur septem hebdomade &
post.62. & rursum vna que in duas partes diuiditur. Est
em hoc idioma ẽmonis Hebraici & antiquoꝝ sermõis la
tini: vt ante minorẽ numerũ supputent: & post maiorem
vt si dicamus Abraam vixit annis.175. illi dicũt quinq:
septuaginta & centum. Non igit vt legitur ita adimplet:
sed vt totum pariter supputet ita finem accipit. Nec
ignoramus quosdã illoꝝ dicere: q vna hebdomada de
qua dr: Cõfirmabit pactũ multis hebdomada vna: diui-
xv. dat in Uespasiano et Adriano: q iuxta historiã Josephi
Uespasian⁹ et Titus tribus annis & sex mẽsibus pacem
cum Judeis fecerint. Tres autem anni et sex mẽses sub
Hadriano supputant: quãdo Hierusalem omino subuer
sa est: et Judeorum gens cateruatim cesa: ita vt Judee
quoq finibus pellerent. Hec loquũtur Hebrei: non ma-
gnopere curantes a primo anno Darij regis Persarũ
vsq ad extremam subuersionẽ Hierusalem que sub Ha
driano eis accidit supputari olympiades.174. id est an-
nos sexcẽtos nonaginta sex: qui faciũt hebdomadas He
braicas.99. et ãnos tres: quãdo Chochebas dux Judeo
Hierony. rum oppressus est: et Hierusalẽ vsq ad solum diruta est.
Hec Hieronymus ẽm opinionem Hebreorum. Uerum
qm ad pphetam septuaginta hebdomade dicunt prefi-
xe a deo vsq ad plenitudinẽ temporũ: et secundũ hec nõ
70. sed.99. vt diximus reperiunt: dubium est quo tẽpo-
re incipiat harum hebdomadarũ computũ: cum de fine
manifeste appareat. Nicolaus incipit cõputare a.5. an-
no Sedechie. i. a sexto anno ante captiuitatẽ Babyloni-
cam. vide eum Daniel.9.cap. Beda dicit has hebdoma
das cõputandas esse a vigesimo anno Artaxerxis. i. As-
sueri: de quo in historia Hester. Hoc tamẽ est recõpertũ
q in Christi passione impleti sint anni.490. demptis.42
His enim elapsis a passione eius desolata est ciuitas si-
mul & templũ: et cessauit iuge sacrificiũ. Alij computant
ab anno.5. Sedechie quo tempore dixit dñs per Hiere-
miam: Cum ceperint impleri in Babylone septuaginta
anni visitabo vos. &c. Et si quidem ab hoc anno quinto
Sedechie vsq ad primũ annum Darij computarent an
ni ducenti sex: tentanerẽt a primo anno Darij anni.490.
idest septuaginta hebdomade vsq ad destructionẽ tem-
pli per Aelium vt diximus: sed de hoc scriptura non fa-
cit memoriã. Hoc igitur sufficiat q iam diu impleta est p
phetia Danielis etiam secũdum doctores Hebreorum.
Origenes. Origenes ita dicit: Has septuaginta hebdomadas arbi-
tror ego esse quattuor milia et nongẽtos annos ab Adã
xvi. vsq ad septuaginta annos qui fuerunt post dispensatio-
nem Christi triginta: & quadraginta post mortẽ eius. Cõ
summatũ est enim populi peccatũ: propter quod a deo
est derelictus. Et illoꝝ quidem peccatũ signatũ est: cre-
dentium autẽ in iusticia deleta: & post delectionẽ eius de-
ducta est iusticia sempiterna. Sed qm lex et prophete
Mat.11.ca. vsq ad Joannem qui Christum ostendit: ppterea pro-

to dictum signari pphetiam et visionem. Illa autem si-
gnata vnctus est sanctus sanctoꝝ. Et secundũ Hugonẽ
ita numerant anni isti: ab Adam vsq ad diluuium anni Anni.
1656. Generatiões sunt iste. Adam: Seth: Enos: Cai-
nam: Malalel: Jared: Enoc: Matusalẽ: Lamech: Noe.
A diluuio vsq ad Abraam anni.292. gñatiões sunt iste. Gñationes
Sem: Arphaxat: Cainam: Sale: Heber: Phalec: Reu: xi.
Saruch: Nachor: Thare: Abraã. Ab hinc vsq ad Mosen
anni.425. gñationes sunt Abraam: Jsaac: Jacob: Leui:
Caath: Amram: Moses. A natiuitate Mosi vsq ad pri-
mam edificationẽ templi: anni.560. sicut habes.3. Regũ. 3.Regũ.
cap.6. Ab hinc vsq ad secũdam reedificationem anni.512.
Ab hinc vsq pdicationẽ Christi anni.542. His si addas
40. annos vsq ad aduentũ Titi et Uespasiani in Hieru-
salem: fiunt omes simul anni.4036. Deficiũt ergo a com xvii.
puto Origenis anni.864. Hũc nodum soluat qui pote
rit. Sequit. [Jn quo & nos sorte vocati aut delecti sum⁹: de sortilegi
& in partem hereditatis adoptati. vide Deuto.capi.8. et eccl'ia vña.
Tho.opusculo.25. Sorte: hoc est diuina electione: longe
est enim a deo sors aut fortuna. Uocat autẽ sors gratia:
de qua dicit: Cecidit sors super Matthiã qm non est ho-
minis electio sed volũtas dei. Unde tunica dñi desuper
contexta sorte venit. Joan.19. Ne igit apostoli in quib⁹
superabũdauit gratia diuina viderent meruisse melius
aliqd aut maius alijs: ostẽdit & eos similr diuina sorte vo
catos sicut & ceteri. Sicut añt dicit Ambro. nullus ex gẽti Ambro.
bus ad apl'atum elect⁹ est: sed omes ex his qui ante spe-
rauerunt pmissa diuina. Dicit etiam diuina electio sors
quia non accipit psonam sicut neq ipsa sors. Sequitur.
[Predestinati ẽm ppositum illius.] Propterea igitur
electi sumus in tẽpore sorte electionis gratie diuine: qm
ad hoc pdestinati eramus decreto & pposito illius. Illi⁹
inquã [Qui operat omnia ẽm consiliũ voluntatis sue.
pro operat: Grece est ἐνεργοῦντος, de quo) ...
alias diximus q aliud so... nat: Añ ἐνέργεια
dicta est. Significat igit q eius vi & consilio inscrutabili
gerunt ac moderãtur vniuersa: vt intelligam⁹ q nihil fit
a casu vel fortuna vel necessitate: sed omia deus operat
cum cõsilio. Et sicut dicit in pũerbio: Festina lente. Ni- Puerb.
hil autem tam inimicũ consilio q̃ festinatio. Unde illud
maturũ verbũ: Descẽdam & videbo. Gene.cap.18. Uide Gene.
autẽ in Dauid semel precipitatũ cõsilium: de quo habes xviii.
2.Reg.16. quantas regni sui ruinas traxit: cum hinc vel 2.Reg.16.
pcipua causa diuisiõis regni sui in nepote suo Roboam
orta est: q dixerit filio Jonathe: Tu et Siba diuidite pos
sessiones. Et qd in Dauid peperit festinatio: hoc in Ro-
boam inutilis mora: sufficiebat em ei consuluisse sapien 3.Reg.12
tes & senes. Qm autem inutili consilio & iuuenes consu-
luit: nec festinauit lente (pondera) inde decem regni sui
Tribus amisit. Uerum & si omibus mortalib⁹ necessariũ
sit omia cum cõsilio agere: precipue tñ hoc ad reges pti- Consiliari.
net: q duob⁹ his vitijs ingenia principũ videãtur esse cõ-
finia videlz socordie et temeritati. Nam fortune fauor et
parate voluptatũ illecebre: ptinusq licere quicqd volue
runt: illudq assentatoꝝ pestilẽs euge / semp parati quic-
quid quocũq modo dictũ factũq fuerit apprehendere:
Hec inquã et multa hmõi nimirũ si in principe socordiã
cõcilient: maxime si his omibus fomentis etas iuuenilis
cõtigerit: & hmõi comes rerũ imperitia. E diuerso autẽ fit
aliqñ vt insitus ille principũ ingenijs vigor ac impetus
quidã Leonin⁹ excitatus rerũ maximaꝝ successib⁹: inflã Nũeri.12.
mat⁹ vel ira vel ambitione: & consilijs ferocib⁹ transuer
sos rapiat: atq oẽm imperij molẽ in pcipitiũ auferat.
Unde de Mose legimus q fuerit mitissimus. Tolerabi
lius enim est in principe: si peccãdum est in alteram par-
tem: impendio lẽtiorẽ esse: q̃ plus equo precipitem. Hoc
modo Egyptij Osirim suũ significant: cũ insculpunt sce
ptrum inq in eo speciem imprimũt oculi: de quo dixim⁹ Puerbiũ.
super illo verbo Omis aia ptãtibus &c. ad Roma.ca.13.
P

Puerbium. xix.

Inuenit & quoddā numismatis gen⁹ in cuius altera parte erat facies Titi et Vespasiani cum inscriptione: in altera autem anchora cuius medium ceu timonem delphin ceu obuolut⁹ complectit: quod est festina lente: nihil enī delphino velocius: quem confert Oppian⁹ cum aquilis in velocitate: cum iaculis: cum vēto et ꝓcellis. Nec ignorat ipse hāc naturę suę dotem: sed veluti laudis animive causa certat aliquoties cum nauigijs plenis velis euntibus. ¶ Ad hunc modum volētes temp⁹ significare motum & ęternitatē: circulum figurabant deinde anchoram quam delphinus complectebat. Circulus qm̄ nullo finitur termino: sempiternū innuit temp⁹: Anchora que nauim remorat: tarditatem significat: delphin⁹ q hoc nullum aliud animal celeri⁹ sit vt diximus velocitatē exprimit: que tria si simul connectas efficiunt hanc sententiā memoratu dignam: [Semper festina lente.]

Tres partes ꝫm poetas significant tria tēpora.



Delphinus igitur cōiunctus anchorę idem est ac si equo indomito (qualis est indomitus animi spiritus) frenum et calcaria adhibeas: vt calcaria sint festina: frenū autem: lente. Qui autem plus equo festinat in initio: sero perueniet ad finem ait Plato. Et teste Quintiliano precox illud ingeniorū genus in pueris: qui adhuc & ante temp⁹ sapiunt: in senectute stulti euadunt: qm̄ arbores que ante temp⁹ florent: totę euanescunt in floribus sicut dixit Esaias: totum ante maturitatem effloruit: hoc est festinauit propere.

Plato. Esaie. 28.

¶ Non est autē idem finis cursus atq̄ consilij. Siquidem in cursu vincit celerrim⁹: in consultādo autem: periculosa celeritas. vnde illud: In nocte cōsilium. Et apud veteres nox vocata est εὐφρονης, id est bona prudētia. Operat igitur deus omnia cum consilio. [Ut simus in laudem glorię eius qui priores sperauim⁹ in Christo: idest vt per nos alij laudent gloriam eius: dū nostra predicatione veniunt ad fidem in qua glorificat deus: per nos inquā qui priores sperauimus in Christo: etiam anteq̄ predicaret euangelium Christi: moniti videlicet ꝓphetarū oraculis: eadem enim est fides & patrū & nostra: sicut alias dixit Hieronym⁹: q nos in patrib⁹ seruiuimus legi: et patres in filijs saluant in euangelio.

xx.

¶ In quo & vos cum audissetis verbum veritatis euangelium salutis vestrę: in quo & credentes signati estis spiritu promissionis sancto qui est pignus hereditatis nostrę in redēptionem acquisitionis in laude glorię ipsius. Propterea & ego audiens fidem vestram que est in Christo Iesu: & dilectionē in omnes sanctos: non cesso gratias agens pro vobis memoriam vestri faciens in orationib⁹ meis vt deus domini nostri Iesu Christi pater glorię det vobis spiritū sapientię & reuelationis in agnitionē eius: illuminatos oculos cordis vestri: vt sciatis que sit spes vocatiōis eius: & que diuitię glorię hereditatis ei⁹ in sanctis: & que sit supeminēs magnitudo virtutis ei⁹ in nos qui credimus: secūdum operationē potentię virtutis eius quam operatus est in Christo: suscitans illum a mortuis: & cōstituens ad dexteram suam in cęlestibus supra omnē principatū & potestatē & virtutem & dn̄ationem: & omne nomē quod nominat non solum in hoc sęculo: sed etiam in futuro: Et om̄ia subiecit sub pedib⁹ ei⁹. Et ipsum dedit caput supra omnē eccl̄iam: que est corp⁹ ipsius & plenitudo eius: qui om̄ia in omnib⁹ adimplet.

¶ In quo speratis & vos qui estis ex ꝓputio: audito verbo veritatis: & sequit appositiue: euāgelio salutis vestrę. [In quo etiam posteaq̄ credidistis: obsignati estis spiritu ꝓmissiōis sancto: qui est arrabo hereditatis nostrę in redemptionē acquisitę possessionis in laudē glorię suę. Iudei vero beluarū more carnis signaculo excepto: nostis iniusti sunt seruorū more. Obsignati ergo sum⁹ spiritu ꝓmissionis sancto in pectore in frōte & in scapulis. In fronte quidem cruce & chrismate &c. In pectore et scapulis oleo exultatiōis & hoc in sacramēto baptismatis/ cum ascribimur dat[is] nominib⁹ militię Christi: sicut & hi quos continet fortis armatus: obsignātur in manu aut in fronte charactere eius. i. imagine Cęsaris. Olim enim nulli pugnare fas erat: nisi sacramēto adactis: nec licebat ex auctoritatis in aciem descendere: signabant punctis: dabant nomina: iurabāt se ad om̄ia ducis imperata presto futuros: & nec mortē pro republica recusaturos. Nos igitur qui cęlestium regnoꝝ predā censumq̄ muneris sempiterni cōtendimus occupare: cum sine cōgressu non possim⁹ esse victores: signamur interim spiritu ꝓmissionis sancto: qui cum eo q est signum christianę militię: est et arrabo palmę que datur victorię. Imprimit enim character in anima baptizati immediate a deo. Est autē character secundū doctorē nr̄m in .4. distin. 6. q. 10. quidam respectus extrinsecus adueniens ipsi animę causatus a deo immediate in susceptione sacramēti initerabilis: qui ex institutioe diuina efficaciter significat gratiam illi⁹ sacramenti & disponit ad eam: sicut dispositio que est imperfectior forma precedit formā ad quam disponit. & de hoc vide vbi supra. q. 9. et extra de baptismate & eius effectu. Maiores. Hic ergo arrabo datus est nobis in redēptionem acquisitionis. Estq̄ sensus: Spiritū sanctum a deo datum fidelib⁹ velut arrabonem et pignus quo certum scirēt fore: vt aliquādo vindicaret sibi possessionē quam redemptione acquisierat sua/ Iesus christ⁹. ¶ Sciēdum ꝫm Hieronymū non esse idem pignus qd arrabo: quod hic positū est cū dicit qui est ἀρραβὼν Arrabo enim futurę emptioni quasi quoddā testimoniū & obligamentum datur. Pignus autem hoc est ἐνέχυρον, pro mutua pecunia ponit: et vocatur Grece Hypotheca. Arrabo autē vt diximus datur in cōtractu emptiōis & vēditiōis quo firma sit obligatio. Et quo modo ex arrabone ęstimat qualis emptio futura sit: ex que possessio: verbi gratia: ex decem solidis centū solidorum villa: et ex centum solidis: mille solidorū possessio: ita ex varietate arrabonis hereditatis quoq̄ postea sequuturę magnitudo cognoscit. Si autē arrabo tantus: quāta erit ipsa possessio? Quę autem maior potest esse hereditas: q̄ contemplari & videre sensu pulchritudinē sapientię et verbi & veritatis: et ipsi⁹ ineffabilem & magnificā dei considerare naturā: omnisq̄ que ad similitudinē dei condita sunt substantiam contueri? Talia sunt pignora: talia prelu[di]a nostrę futurę libertatis: sed omnia ad laudem dei. [Propterea & ego audita fide vestra que est in domino Iesu: & dilectionē in omnes sanctos. Hec est enim fides vera & integra minime que fucata que per dilectionem operatur. [Non cesso gratias agere pro vobis:] memoriam vestri faciens in orationibus meis. & cetera. Hic textus et sequens est aliquantulum durior/ et male cohęrens. Hieronym⁹ ita eum connectit. [Audiens fidem vestram in domino Iesu: et charitatem in sanctos eius: non cesso gratias agere: & memoriā vestram memorari in orationib⁹ meis: vt dn̄i nostri Iesu christi deus pater: pater autē glorię: det vobis spiritū sapientię & reuelationis in cognitionē eius: det & vobis illuminatos oculos habere cordis vestri. Hi sunt oculi quos iubemur collirio inungere vt videamus. Cōficit vero vnguentum hoc limo et saliua ex ore Christi. Nō ergo putem⁹ corporeo sensu deū attingi: sed oculis mentis: sicut dicit: Beati mūdo corde qm̄ ipsi deum videbūt. In corpore quidem vbi diuersa membra sunt: alibi videmus alibi audimus: In corde autem vbi audim⁹: ibi et videmus. Que igitur ea que sequit huiusmodi sunt vt ea nec auris audierit nec viderunt oculi: nec ascenderūt in cor hominis: nisi forsitan cor ascēdit ad illa: sicut de corde legimus Pauli qui raptus est in tertiū cęlum: orat ap̄s vt det illis deus pater & fons glorię totius /oculos quales ipse accepit in triduo cum apertis oculis nihil videbat foris: (mens enim sine oculis videre potest: at oculi sine mente minime) vt possitis cū huiusmodi reuelatis oculis scire vtcunq̄ que sit. [Spes vocationis eius: quam eximia & incōprehensibilis hereditas illa ad cuius spem vocati estis sola vocantis misericordia. Et que sint diuitię glorię hereditatis eius in sanctis]. i. quas ꝓparauit his qui diligunt eū: et hę sunt spes vocationis nostrę. Has diuitias ille in se non facit vacuas qui quātum valet humana fragilitas nititur & laborat vt cum ap̄lo dicat: Gratia dei in me vacua non fuit. Qui vero beneficij magnitudinē non recordans ad deteriora delabit: in isto gratia dei et opulenta largitio paupertate tenuat. Ecce mna tua. &c. [Et que sit supeminēs magnitudo: aut sublimis siue excelsa magnitudo potētię illius in vos qui credidistis: siue in nos qui credimus. Potentiā autem hanc modo in nos ostendit deus in p̄senti: cum potenter & quadam vi & efficatia secretiore eductos de tenebris sęculi hui⁹ transfert in euangelij lucem: et de incendio Sodomoꝝ ad mōtem in quo bn̄placitum est deo habitare in eo. ps. 67. Quam quidē potentiam & efficaciam deus pater iam olim [exercuit in Christo] cuius nos membra sum⁹: [suscitans illū a mortuis: et cōstituens ad dexteram suam in cęlestibus supra omnē principatū & potestatē et virtutem & dn̄ationem: et omne nomē quod nominat non solum in sęculo hoc: verum etiā in futuro: et omnia subiecit sub pedes eius.] De hoc dicit ad Heb. cap. 1. Nominant autem in p̄senti sęculo & alia nomia que vident sonare principatū sicut archangeli: angeli: throni: cherubim et seraphim: et si qua sunt alia nomina nobis tamē incognita: supra que om̄ia Christus dn̄s cōstituit iudex viuorū et mortuoꝝ: cui omnis potestas data est in cęlo & in terra. Quid sit autē sedere ad dexteram dicit plene in fine capitis huius. [Et ipsum dedit caput in omni eccl̄ia: alias caput sup omnia ipsi ecclesię. Una est enim eccl̄ia sicut vnū caput: cui ecclesia corpus eius coniungit natura & gratia: que videlicet ecclesia est plenitudo eius et corp⁹ eius: qui om̄ia in omnibus adimplet aut adimplet:] vtroq̄ enī modo pōt legi πληρουμένου, nam est participiū verbi cōmunis: vt intelligam⁹ corpus: hoc est fideles esse cōsummationē ipsi⁹ Christi qui est caput: qui ita adimplet vt sit om̄ia in oībus: aut ita implet oia vt omnia sit omnibus que nūc in singlos alia in alios sparsa sunt. Nam & apostolus adimplet in carne sua ea que desunt passioni Christi &c. Collos. 1. Si passiue accipiat adimplet: sensus est: Christum per om̄ia adimpleri in omnib⁹ corporis sui mēbris simul collectis: & tunc plenitudo eius eccl̄iam significat que adimplet collectis in vnum omnib⁹ membris: cum fiet vnū ouile & vnus pastor. ¶ Cum apud omnes nationes vsitatissima sit cōsuetudo vt qui sedet siue incedit ad dexterā alicuius: obtineat locum priorē: quid sibi vult quod scriptū est: Dixit domin⁹ dn̄o meo: sede a dextris meis. ps. 109. Quia enim incōgruentius dici potest q̄ q filius sicut & hic dicit apostolus: sedeat ad dexteram patris et locum occupet priorem? Quod si ad dexterā patris honorificētius est: cur in eodem psalmo subiūgit: Domin⁹ a dextris tuis confregit in die irę suę reges? aut quid sibi vult hec dexterarū ꝑmutatio? Legimus et. 3. Reg. capi. 2. de Bethsabe cum venisset ad Salomonē filium nup regno potitum: qd sedit rex super thronū suū: et q positus est thronus matri regis: & sedit ad dexteram illius. Sed & illud ex p̄s. 44. Astitit regina a dextris tuis. Nec enim tantū reuerentię filius deb; matri aut sponsę sponsus: vt si ad publicum magistratū puenerint: matri aut sponsę in aliorū maxime conspectu priores sedendi partes cōcedant. Iure igitur factum est: q Q. Fabi⁹ maximus consul: cum pater proconsul equo vehens illi obuiam processisset: imperauit lictori vt iuberet patrem ex equo descēdere: qui iussus paruit: filiumq̄ collaudauit: q dignitatē imperij retinuisset. Ego vero cum hanc ordinis sedendi dignitatē mecū sepius reputarem: subijt mihi quedam suspitio: alium fuisse apud antiquos sedendi ordinem: vt qui sederet ad sinistram potior esset: id quod postea multis argumētis fuit mihi exploratū. Sed qua via id assequutus fuerim aperiam. Principio q illi qui potētiores affectabant siue armati siue inermes: tum satellites tum stipatores: tum laterones siue latrones fuisse dictos: eosdēq̄ apd autores aut cingere latus aut claudere dici aut tegere. Latus quoq̄ in tectum dicebat siue nudū illius quem nemo comitaret. Is p̄terea qui alium comitabat: dicebatur irę exterior: cui vero prestaret comitatus ire interior. Restat ꝓbādum q exterioris dicat qui sit ad dexteram alicuius: & interior qui ad sinistram. Seruius enarrans illud ex. 5. Eneid. Radit iter leuum interior: exponit pro sinisterior: citatq̄ Ciceronem dicentem: in quem om̄ia intus: et multa huiusmodi. Colligamus igitur ex his que diximus eum qui sit alterius comes: claudere aut cingere latus: atq̄ eidem ire exteriorem: hoc est ad dexteram illius: cuius vero latus claudit aut cingitur: ire interiorem hoc est ad sinistram: qui locus erat olim dignitate prestantior. Est preterea non cōtemnēda ratio quedam sumpta ex eo q legimus Paulum apostolū datum comitem ad dexteram Petri: quod in illorū imaginib⁹ disponēdis pictores obseruant: et in diplomatis pontificum sigillo munitis animaduertim⁹ vt Paulus sit semper Petro dexter. Nunquid tanq̄ in potiori loco? Absit vt apostolorū principi alter quiuis p̄feratur. Nam quid sibi vult gladius ille quem Paul⁹ habet strictum: nisi quod est Petri comes stipator atq̄ satelles? Huius antiquitatis fortassis pro tunc ignar⁹ beatus Thomas: nec enim om̄ia sapimus om̄es: super hoc loco cum non haberet quid diceret: Illud dixit: quia presens vita significat per sinistram: futura vero p dexterā. Ideo Petr⁹ qui vocatus est a Christo adhuc in carne mortali: ponitur in bulla in sinistra parte. Paulus vero quia vocatur a Christo iam glorificato: ponitur in dextera parte. Respōdemus igitur ad questionem: q aut pater sedet in throno maiestatis suę: et ita iubet filium sibi a dextris: hoc est in secūdo loco sedere. Aut prestat se filio tanq̄ stipatorem ꝓtectoremq̄: et tunc reponit filiū in primo hoc est in tutiori loco: et sic dictum est: Domin⁹ a dextris tuis: confregit in die irę suę reges. Et iterum in psalmo: Prouidebā dominū in conspectu meo semper: qm̄ a dextris est mihi ne cōmouear. Quia enim futura semp incerta sunt homini: vt spes nr̄a firmaret: caput nostrum dicit in cęlo sedere: nec esse perfectū: quousq̄ cohęreant ei omnia sui corporis membra. &c.

Margin notes: Apoca. 13. — Doctorn̄. — xxi. — Hierony. — xxii. — Gala. 5. — Tho. 1. pte. q. 12. arti. 5 — Apoc. 3. — Joan. 9. — Matth. 5. — ꝯ. Cor. 2 — Actu. 9. — 24. q. 1. loquitur. — xxiii. — ꝯ. Cor. 15. — Hierony. Luce. 19. — Genes. 19 — ἐνέργησεν. — Matth. vlt. — xxiiii. — Joan. 10. — Hebr[illegible] sis. — ps. 109. — 3. Reg. 2. — ps. 44. — xxv. — sedere. — Seruius. — xxvi.

¶ Caput Secundum.

Et vos cō uiuificauit cū essetis mortui in delictis & peccatis vestris in quibus aliqn̄ ambulastis scd̄m seculū mundi huius scd̄m principē potestatis aeris huius: spiritus qui nūc operat̄ in filiis diffidētię: in quibus & nos omēs aliquando cōuersati sumus in desideriis carnis nostrę: facientes voluntatem carnis & cogitationū: et eramus natura filii irę sicut & cęteri. Deus autē qui diues est in misericordia: ꝓpter nimiā charitatē suam qua dilexit nos & cum essem⁹ mortui in peccatis: cōuiuificauit nos in christo cui⁹ gratia estis saluati: & cōresuscitauit: & cōsedere fecit in cęlestibus in christo iesu: vt ostēderet in seculis superuenientib⁹ abundātes diuitias gratię suę in bonitate super nos in christo Iesu. Gratia enim estis saluati: per fidem: & hoc nō ex vobis. Dei enim donum est non ex operibus: vt ne quis glorieť. Ipsius enī sumus factura: creati in christo Iesu in operib⁹ bonis que pręparauit deus: vt in illis ambulemus.

sunt Idolorum beneficia: vt cum videntur prodesse: plus
Cāticorū.8. noceant. Christus autem ita ecclesie sponse sue subduxit
presentiam suam illa orante ad eum: fuge dilecte mihi ꝛ
assimilare capree hinnuloqʒ ceruorū (sciens qr si ipse non
Joan.16. abiret amore Paracleti non perfunderet): vt celo cele-
stibus donis omnia impleret ꝛ alia quadā ratiōe ad esset
De Hereti- dilecte sue efficati⁹ qʒ cum esset cum ea in carne. [Et ipse
cis excōica. quidē dedit alios quidem apostolos: quib⁹ dicitur. Uos
Et si aduer estis qui pmāsistis mecū in tētationib⁹ meis: ꝛ ego dispo
sum vos. no vobis sicut disposuit mihi pr̄ me⁹ regnū: vt edatis bi-
batis ꝛ sup mēsam meā in regno meo: ꝛ sedeatis sup thro
nos iudicātes. 12. trib⁹ Israel: cū de angelis legam⁹ milia
Daniel.7. miliū ministrabāt ei: ꝛ decies cētena milia assistebant ei.

Isti sūt. 12. lapides i rationali pontificis: quib⁹ dicit vos
estis lux mūdi. Isti sunt. 12. panes ppositiōis quibus pre
cipitur colligite fragmēta que superauerunt ne pereant. Exo.28.
Ipsi sunt. 12. lapides sublati de Jordane ꝛ positi in mo- Josue.4.
nimētum extra: insignū qr sicco pede transierunt filii Isrl': xiiij.
et positi sunt ibi vsqʒ in presentē diem: p patrib⁹. n. tuis
o eccl'ia nati sunt tibi filii: Cōstitue eos principes non tm̄
Judee: sed sup oēm rationalē terrā. Hos. 12. lapides duo
decim viri exportauerūt in humeris suis electi singuli de
singlis tribub⁹. Ipsi sunt. 12. exploratores missi a Mose vt
circūirēt terrā pmissionis: qui reuersi post. 40. dies: repor
tātes de fructibus terre dixerunt populo dei. venimus in
terram ad quā misistis nos que reuera fluit lacte ꝛ melle
vt ex his fructib⁹ cognosci potest: sed cultores fortissimos
habet: ꝛ ita est qm̄ regnū celorū vim patitur ꝛ violenti ra- Math.11.
piūt illud ꝛc. Sūt ꝛ. 12. porte ciuitatis quā Joānes vidit de 3.Re.7.
celo descendere. Apo.21. Deniqʒ istis. 12. quasi duodecim Apoc.12.
stellis coronatur mater eccl'ia: que lunā sub pedibus ha
bet: et sole vestitur. ¶ Legim⁹ aūt Heliā ex lapidibus. 12. 3.Reg.18.
extruxisse altare dei qd' erat demolitū. Sane hic numerus
sacratus est. Senarius. n. est primus nūerus q cōponitur 3.Reg.15.
ex oīb⁹ partib⁹ suis aliquotis. Sūt aūt vnū duo tres: simul
aūt fiunt sex. Senarius inse duplicatus fit duodenari⁹: cō
tinens in se quater ter: aut ter quater: significat. n. qr pre
dicāt fidē trinitatis p quattuor orbis partes. [Alios vero
pphetas]: quorū numerū alibi retulimus. Quosdā vero
Euāgelistas. Fons. n. qui ascēdebat de terra diuiditur in Gene.2.
quattuor flumina. Et quattuor sunt minima terre: ꝛ ipsa
sunt sapiētiora: sapiētib⁹. Pro.30. Minima sūt quattuor
Euāgelia que satis cōpēdioso sermone describunt: Ipsa
tn̄ cōtinent sapientiā fontis totius qui de celo venit in ter
ram. Nam ꝛ si minima nobis videntur sensu: tamen sen- xv.
tentiis abundāt: iuxta qd' dicitur ad prophetam: sume tibi
librū grandem ꝛ scribe in eo mysterium virginalis pa us
cetera sunt ꝛ alia multa que fecit Jesus: que si scriberētur Esaie.8.
per singla: nec ipsum arbitror mundū posse eos capere qui
scribendi sunt libri ait Joānes. Nā verbi gratia mysteriū Joā.vlti.
verbi incarnati si describere velis: generationē eius quis
enarrabit? Esaie.53. Quibus verbis exponitur ea quod
dicitur/pannis eum inuoluit: ꝛ reclinauit in presepio? Et
inuenta est in vtero hñs de spiritu sancto. Math. primo. Luc.2.
Et sedens inter doctores duodennis puer audiebat ꝛ in
terrogabat. Luc.2. Et qr aperti sunt celi ꝛ descendit spūs Luc.3.
sanctus: ꝛ vox patris audita est? ¶ Jam illud quis expli
cet: qd' credimus ꝛ adoram⁹ de sacro corporis sui? Mini-
ma igitur sunt animalia: que sequuntur impetum spiritus
Ezech.1. Sed sapientissima sunt [Habēt. n. facies pēnas
per quattuor partes. Juncta. n. sibi sunt euangelia: herēt
mutuo: ꝛ in toto orbe volitant: atqʒ discurrunt: nec habent
finē volatus: nec aliquādo separantur: vel retro cedūt: sed
semper ad vlteriora procedunt: preteritorum obliti. facies Hierony.
principia sunt Euangeliorum: ex quibus homo ꝛ leo: hoc
est natiuitas Christi ꝛ Prophete vox tonantis in eremo
dextras partes tenent: vituli aūt. i. victimarū ꝛ sacerdotii
Judeorum infinistris est: qd' abolitum transiuit in sacer
dotium spirituale scdm̄ ordinem Melchisedech. Aquila
aūt extra oīa est ꝛ sup oīa: de natiuitate edisserēs spūali ps.109.
quomō pr̄ sit in filio: ꝛ filius in patre. Sunt ꝛ penāta: qm̄
corpora sua tegunt pēnis historie: ne nobis aspectum in pria.cor.13.
buant pleniorem/ quādiu videmus per speculum. Deniqʒ
dicitur qr reūtebātur in similitudinem fulguris coruscātis
Et quomō crebris micat ignib⁹ ether: ꝛ in ictu oculi atqʒ
momēto discurrūt fulgura ꝛ restituuntur nō amittētis ma-
tricem: ꝛ vt ita dicam fontem luminis atqʒ materie: ita xvi.
euangelia cum in offenso pede pgant: ad priora festināt:
sin autē conatui suo aliquid obsitum viderint: nō tam re-
uertunt qʒ cōtrahunt sese extendēda rursum et prebitura
lumen quod parūper abscōderant: vt dent cibaria seruis

E

Luce.12.ca. in tempore suo: nec tribuāt sctm̄ canibus ꝛ ante porcos
margaritas. Mat.7. ¶ De medio animaliū splendor ignis
Ezech.1 ꝛ fulgur egrediꝫ; si enim euangelia sibi colliseris: in me-
dio littere vilisq; historię spirit⁹ sancti sacramenta repe-
ries. Sed ꝛ quācūq; creaturā aspexerimus: fulgurat dei
noticiam / dum ex creaturis creator agnoscitur. Euange-
Hieronym⁹. liorū etiam.i. quattuor animaliū que spirant: viuunt ꝛ in
telligunt: ꝛ plena sunt oculis: hoc est miraculis que ostē-
dunt potētiā Christi: si quis rotam cursumq; cōsideret:
in breui tempore videbit mūdum esse cōpletū sermone
aplico. Rota quoq; in rota vel duorū testamētorū iunctu
Gene.28 ra est: quod indicat scala Jacob ꝛ forceps Esaię. Esa.6
et gladius bis acutus de quo in Apocal.cap.1. vel euan-
gelia sibi coherentia: quorū cursus ꝛ statura tendit ad cę-
Ps.18. lum: paululūq; quid attingit in terra: et semp ꝑperans
ad excelsa festinat. Totum autē corpus plenū oculis ap-
probabit: qui viderit nihil esse in euāgeliis quod nō lu-
ceat ꝛ enarret gloriam dei: suoq; splendore mūdum illu
minet: vt etiā que parua putanꝫ ꝛ vilia spirit⁹ sancti ful-
geant maiestate. Quattuor ergo sunt minima: sed ipsa
sapiētiora cunctis sapiētibus cunctis sectis ꝛ doctrinis sa
piētium seculi: qui tamdiu sapientes putati sunt quādiu
Prouer.8. sapientia dei ędificauit domum.i. ecclīam in terra: cuius
3.Reg.10. mirabilis sapiētię famam audiens regina Saba relicto
xvij. regno venit audire sapiētiam Salomōis: Et ecce plusq;
Salomon hi quattuor euāgelistę: quorū doctrina fulget
Mat.12. ecclesia vt sol ꝛ luna. [Alios autem pastores ꝛ doctores
Joan.21. vni quorū dicit: Pasce oues meas: pasce ꝛ agnos meos.
Cuius autē vita despectui est: restat vt eius ꝑdicatio cō-
temnatur. Sunt enim quorū sapientia aurea est: doctrina
dulcis et canora demulcēs aurem populi: mores autem
vel terrei sunt: vel ferrei: aut ad multū similes aurichal-
co: habētes quidem spēm pietatis: intrinsecus autē ple-
Mat.23.ca. ni sunt dolo et ossibus mortuorū: qui vocanꝫ in euāgelio
sepulchra dealbata Sileni Alcibiadis. Sed inquit oīa
que vobis dixerint facite. ¶ Legimus autē Genes.cap.
Gene.26. 26. q pastores Jsaac foderūt quattuor puteos: ꝛ de duo
Figura. bus quidem cōtenderūt cum pastorib⁹ Gerarę: prior pu
teus appellat⁹ est calūnia: sequens inimicitię. Terti⁹ la-
titudo: quartus vocatus est abūdantia. Hi sunt sacrę scri-
pturę doctores ꝛ pastores qui de puteo altissimo et ꝑfun
do sup cuius os Christus sedet (qui claudit ꝛ nemo ape
Joan.4. rit. Esaie.22. Fons inquā signatus. Canti.4. pute⁹ aqua
rum viuentiū) de quo qui biberit. Joā.7. flumina de vē
tre eius fluent: Haurīūt quadruplicē aquam videlꝫ mora
lis doctrinę: litteralis historię: spūalis allegorię: ꝛ anago
gici sensus vt adaquent gregem sibi cōmissum. Sunt au
tem quattuor modi expugnādi hereticos. Primus mo-
d⁹ impugnādi hereticos est ꝑ naturales rōnes: sed Judęi
signa quęrunt: ideo vocaꝫ hic puteus calūnia. Secūdus
xviij. modus est per fidem ꝛ exempla: sed Greci quęrūt sapiē-
tiam: ideo vocaꝫ puteus iste inimicitia. Tertius modus
est per autoritates veteris testamenti luce clariores: vn
de vocaꝫ hic puteus latitudo. Quart⁹ modus est per ra
tiones fidei et testimonia noui testamēti que ostēdunt in
oībus ꝛ per omnia vetus testamentū expletū: vnde ꝛ
vocaꝫ puteus hic abūdātia. Qm̄ autē habet ꝛ Pharao
suos magistros qui ꝑsint operib⁹ carnis qb⁹ premāt Js-
Exo.5.ca. rael onerib⁹ luti ꝛ lateris: et cōpellant eos quotidie red
dere integrū numerū: abscedens dn̄s Jesus / reliquit vi
Collo.3. carios suos aplos: euāgelistas: pastores: ꝛ doctores qui
nos ereptos de ptāte eorū: doceant operari in libertate:
deponere hominē terreum: et induere eū qui secūdum
deū creatus est. [Ad instaurationē inquit siue cōsumatio-
nem in opus administrationis in ędificationem corporis
Christi: donec occurram⁹ oēs in vnitatē fidei et agnitio-
nis filij dei: in virū ꝑfectum: in mēsurā ętatis plenitudinis
Christi.] Tādiu inquit durabit hec ꝑlatio: eritq; necessaria
administratio doctorū et pastorū mutuaq; cōmunio mē-
brorum in officiis: donec oēs perueniamus quo tēdimus Exo.8.
fiatq; vniuersorum vna fides: omnesq; cognoscamus eū
qui dixit Ego sū qui sum: sic tādem euadamus in virum Exo.31.
ꝑfectum: iuxta quod dicitꝫ: os nō cōminuetis ex eo. ex vꝫ
corpore Christi vel ecclesię cuius ipe est caput: vt pro cap- Matth.6.
tu et modulo nr̄o capiti nostro respōdeamus: sic dicitur:
estote ergo ꝛ vos ꝑfecti sicꝫ ꝛ pr̄ vr̄ perfectus est. pōt ꝛ sic
expōi. Donec veniēte Chr̄o in nubibus ad iudiciū: occur-
ramus ei obuiam: vel occurramus nobis inuicem de.4. Matth.5.
orbis partibus: sicꝫ dicitur. ꝛ recumbent cū Abraam. ꝛc.
Occurramus inquā lampade nō vacua spōso Chr̄o quasi xix.
desiderio currentes ad gaudiū. ¶ Quod dicit in virū per Ibid.25.
fectum pōt referri ad interiorē hominem perfectum fide
ꝛ charitate: In mēsuram aūt ętatis plenitudinis Christi
ad hominē exteriorē: creditur enim oēs resurrecturos
in eadem ętate qua Christus resurrexit: siue paruuli siue
decrepiti mortui fuerint. Itaq; virum perfectum vocat:
cum capiti membra omnia copulata fuerint: tunc.n. ple-
nus erit christus omnes habens: qui modo per singulos
crescit ꝛ augetur. Dicit aūt in mensura ętatis: non autem
corporis vel staturę: qm̄ vnus quisq; recipiet suā mēsuram
quā vꝫ habuit in iuuentute etiam si senex obijt vel fuerat
habiturus: si puer est defunctus. Non est aūt dicendum
quoniā in resurrectiōe accedat corporis magnitudo quā
non habuit: nec maiora corpora redigenda sunt ad men
suram dn̄ici corporis: periret.n. multū ex eis: cum nec ca-
pillus periturus sit. Luc.21. Christus tn̄ non dixit longi-
tudo capillorū vestrorū seruata est: sed capilli vr̄i oēs nu-
merati sūt. Aug. Nec tn̄ illa terrena materies q̄ discedē- August.
te aīa fit cadauer ita resurrectiōe reparabitur: vt ea que
dilabuntur q̄uis ad corpus redeant vn̄ dilapsa sunt: ad
easdem corporis partes vbi prius fuerūt redire necesse
est: alioqui capillis ꝛ vnguibus immoderata et indicens
magnitudo redderetur. Sufficit q ex tota massa idē vas
reparetur: sicut placuerit in oculis dei. Ad hoc ita habes
Exo.25. facies ꝛ candelabrū ductile de auro purissimo. Hiere.17.
Corp⁹ Chr̄i ex auro est: quia peccatū nō fecit: ꝛ tn̄ vt per Exo.25.
ueniret ad gloriā resurrectionis ꝑ passiōis contumelias
profecit. Nam iuxta virtutes animę quib⁹ ꝑcussionibus Figura.
posset proficere omnino nō habuit: in nobis aūt proficit
quisumus mēbra eius: donec occurramus in virū ꝑfectū. xx.
Hastile aūt ecclīa est quę inter aduersa ꝛ prospera stat ꝛ
lucet. Aliqn̄ autem paruula erat: vbera non hn̄s: erat.n. Canti.8.
adhuc candelabrum in quo erant septem infusoria / sub
modio. Cum aūt ascēdit in altū cap.du. captiui. iam pene
oībus linguis loquitur: donec occurram⁹ ꝛc. ¶ Pre-
cessit igitur interim caput: vnū tn̄ corp⁹ est qd̄ hastile dici-
tur: quodq; resurgere ꝛ beatificari expectamus. Quomō
aūt erit caput sine oculis ꝛ manib⁹ ꝛ aliis mēbris necessa-
riis? Quę leticia erit oculo: si manus non habeat? Nā ꝛ si
est aliqua pręcellēs gl̄ia in hoc qd̄ caput regit corpus: ꝛ
oculorū in eo qd̄ dirigunt cętera mēbra in operationib⁹ suis
tn̄ caput sine corpore non viuit: sicꝫ nec corpus acephalū.
Hoc aūt nos per prophetę Ezech. visionē doceri puto: cū
dicit cōgregandum fore os ad os ꝛ iuncturam ad iunctu-
ram ꝛ neruos ad venas ꝛ pellem ac singula suis locis re
paranda. Qd̄ si tibi qui membrū es non vr̄ esse perfecta Ezech.37.
leticia si desit aliqd̄ mēbrum quāto magis dn̄o qui caput
est ꝛ autor totius corporis. Dissipata erāt ossa nr̄a secus Ps.140.
inferos: sed venit pontifex qui colligeret dispersa: ꝛ dissi-
pata coniungeret: consocians q os ad os: ędificare cępit
ecclesiā sanctūq; corpus / cuius ipse est caput: que vt ro bu-
stior cōsurgeret: ex latere suo detracta costa sup ea ecclīaꝫ Eccl̄ia.
cępit ędificare: sic scriptū est: cūq; obdormisset vꝫ in ✠:
tulit vnā de costis ei⁹ fortassis que fortior erat ꝛ vegetior:
ꝛ repleuit locū eius carne. Sequitur: ꝛ ędificauit dn̄s
de⁹ costā quā tulerat de secūdo Adā in mulierē: ipa est ec Gene.2.
cl̄ia: q̄ vocata est os de ossib⁹ Chr̄i quo ad fortiores ꝛ per
fectos: et caro de carne ei⁹: quo ad infirmos ꝛ imbecilles xxi.

cuius ędificatio tam diu durat (huius ędificij existentib⁹
magistris ꝛ cooperatorib⁹ apostolis ꝛ pastorib⁹) donec
occurramus. ꝛc.
¶ Vt iam non simus paruuli fluctuantes: &
circūferamur omni vento doctrinę in ver-
sutia hominū in astucia ad circūuentionē er
roris. Veritatem autem facietes: in charitate
crescam⁹ in illo per omnia qui est caput Chri-
stus: ex quo totum corpus cōpactum & con-
nexū per omnē iuncturam sūministrationis
secundū operationē in mensuram vniuscu-
iusq; mēbri augmentū corporis facit in ędi
ficationē sui in charitate. Hoc igitur dico &
testificor in domino: vt iam non ambuletis
sicut & gētes ambulāt in vanitate sensus sui:
tenebris obscuratum habentes intellectum:
alienati a via dei per ignorātiam que est in il-
lis propter cęcitatem cordis ipsorū: qui de-
sperantes semetipsos tradiderunt impudici
tię in operationē immūdicię omnis in auari
tiam. Vos autem nō ita didicistis Christum:
si tamē illum audistis: & in ipso edocti estis si-
cut est veritas in Christo.
Esaię.65. ¶ Ut non amplius simus pueri: centum annorū: qui flu
ctuāt [et circūferunꝫ quouis vento doctrinę:] nullis cer
tis decretis de quęrēda fęlicitate subnixi: sed more Aca-
demicorū omnia vertentes in dubium. [In versutia ho
minū in astutia ad circūuentionem erroris. Quod dicit
in nequitia hominū: Grece est ἐν κυβείᾳ, quod verbū
ductū est a lusu Tesserarū: in quo qui po
test circūuenit alterum. In huiusmodi enim ludis arte
opus est: et quisq; nititur circūuenire collusorē si possit:
ad suum duntaxat cōmodum spectans. ¶ Que Hiero
nymus ad dialecticorū argutias ꝛ insidiosas fallacias re
fert. Unde alius interpres ita exposuit: Cybeutę dicitur
qui talis visitur. Eiusmodi sunt falsi doctores transponē
tes simpliciores ceu talos prout volunt. Hieronym⁹ le-
git in fallacia hominum in astucia: ad circūuentionem:
πρὸς τὴν μεθοδείαν. Dictū est aūt a verbo μεθοδεύειν
quod est hominē adoriri ex insidiis. Hoc est ergo qd̄ di-
cit: vt deinceps non fluctuemus more puerorū: nec sedu-
camur per astutos homines in se siquidē nequissimos:
Gene.3 ad deceptionē autem simplicium astutissimos: nimirum
mali corui pessima oua: genimina illi⁹ viperę que sapiē-
tior est cunctis bestiis. Fortassis ꝛ ad hos venerāt aliqui
qui pro veritate euāgelica fictas tradebant margaritas.
Matth.10. Non igitur sim⁹ tales: sed cum simplicitate columbę iun
gamus serpentis prudētiam illius videlꝫ quem Moses
exaltauit in ligno. Numeri.21.cap. [sed veritatem sectātes
xxii. in charitate: ad quam nati sumus: et huic veritati doctri
nę copulātes vitę sinceritatem: [Crescam⁹ in illum per
omnia qui est caput:] Nempe Christus. Crescam⁹ om
ni genere virtutū: donec occurramus oēs in virum ꝑ-
fectum. [In quo totum corp⁹ si coaugmenteꝫ ꝛ compin
gatur per omnē cōmissurā subministratiōis iuxta actum
in mensura vniuscuiusq; partis: incrementū corporis fa-
cit in ędificationē sui ipsius in charitate.] Qd̄ legimus
compactū: Grece est συναρμολογούμενον quod alias
vertit constructum. Quod legi
mus cōnexum: Grece est συμβιβαζόμενον, idest co-
agmentatum vel conglutinatum.
Qd̄ dicit per oēm iuncturā: grece est διὰ πάσης ἁφῆς
id est per omnē cōmissuram. Est eī̄ ἁφὴ
cōmissio: sic vt vtrumq; se mutuo contingat: veluti
membrū membro cōnexum. Quod dicit secundū
operationē Grece est κατ' ἐνέργειαν, de quo sępe di-
ximus: q non operationē simplici-
ter: sed actū ac vim occultā significat. Sentit eīm de spū
vitali qui a capite emanans: impartiꝫ vim suā: non om
nib⁹ ex ęquo mēbris / sed quatenus cōducit toti corpori.
Energia igitur quam hic vertit opationē ad actum spiri
tus Christi pertinet quem operaꝫ in mēbris corporis sui
mystici. Qd̄ dicit in mensura / pro eo dicit vt intelligam⁹
in corpore hoc mystico cuiq; membro iuxta suum modu
lum impartiri de vita corporis ꝛ alimento et motu: ꝛ sen-
su. Caput itaq; nostrum Christus est. Ab hoc capite vi-
talis spirit⁹ deriuaꝫ in corpus ecclesię sicut vnguentū qd̄
est in capite Aaron descendit in barbam eius: et ros mō Ps.132.
tis Hermon descēdit in monte Sion: Quod videlꝫ cor-
pus e diuersis membris ordine sibi coherentib⁹ compa
ctum ꝛ cōnexum a spiritu Christi per oēs artus iun-
cturas ꝑfunditur ac irrigatur: quod tamē non fieret nisi xxiij.
mutua amicitia et pace partes totius corporis adinuicē
iungerenꝫ: vt oīs vitalis spiritus a capite ipso defluens
virtutem suam possit deriuare a membro in membrum.
Nam si manus vel pes a corpore precidaꝫ: iam a capite
non viuificaꝫ: quando ꝛ sępe videmus etiam ariditate ta
bescere membra que coniuncta sunt corpori. Tales sunt
qui fidem habent ꝛ per hanc cōnectunꝫ corpori Christi: Osee.10.ca.
sed qm̄ toti in foliis effluūt: perpetua ariditate dānanꝫ:
sicut dicit vitis frondosa Israel: fructus adequat⁹ est ei.
Aquila ἔνυδρον dixit: quam nos aquosam possum⁹ di Aquila.
cere: eo q vini perdat saporē. Symmachus Symmach⁹.
ὑλομανοῦσαν, que tota in frondib⁹ creuerit. Vites quę
putatę a vinitore non fuerint: in flagella
frondesq; luxuriant ꝛ humorē quem debuerant in vina
mutare: vana frondium ambitione disperdūt. Istiusmo
di vitis exciditur ꝛ in ignem mittitur et ardet. Matth.3.
Hanc.70. dixerunt εὐκληματοῦσαν, idest bonas hn̄s 70.
ꝑpagines ꝛ flagella fructifera: mul-
tosq; botros afferens: et vuarū fęcūditate ramorū magni
tudinē coęquās: quod tamē fuit quamdiu spiritu Chri-
sti viuificabaꝫ. Dum oē igitur corpus sibi agglutinatū
est: fit vt vnicuiq; mēbro pro suo cuiusq; captu ꝛ mēsura
Christi spūs vim suam atq; virtutē influat: dum alios cō
stituit pastores ꝛc. Deniq; dum membra hec oīa mu-
tua charitate sese vicissim iuuant fouentq;: totum corp⁹
crescit: ac roboraꝫ: et perficiꝫ donec occurram⁹ oēs ꝛc.
¶ Sunt autem in corpore naturali tria / videlꝫ mēbrorū
cōnexio: quia omnia vnum corpus cōstituunt. Scdm̄ est xxiiij.
colligatio per neruos: vnum eīm pendet ab altero. Ter-
tiū est mutua subministratio: qm̄ oculi dirigunt manus:
et manus oculos ꝑtegit. Primū pertinet ad fidem: per
quam multi vnū sumus in Christo. Scdm̄ referꝫ ad cha Thomas.
ritatem que est vinculū ꝑfectionis. Tertium referꝫ ad
caput Christū: qui cum oīa viuificet mēbra: non tamē
ęque: neq; enim oēs sunt apl̄i vel pastores ꝛc. De pri-
mo dicit: Ex quo totum corp⁹ compactū. De secundo ꝛ
est cōnexum per omnē cōmissionem. De tertio: augmen
tum faciens sm̄ mensurā vniuscuiusq; mēbri: quasi dice
ret: non solum a capite Christo est mēbrorū ecclesię com
pactio per fidē: et colligatio per charitatē ꝛ mutuā submi
nistrationē: sed etiam ab ipso est membrorū actualis ope
ratio secundū mensuram vniuscuiusq; membri: quia nō
omnes sunt oculi aut prophetę qui vocantur videntes.
¶ Hieronymus. Totas rationales creaturas sub vnius
animalis intelligam⁹ exēplo tali. Putem⁹ hoc animal
ita ꝑ artus venas carnesq; laceratum: vt neq; os ossi hę
reat: nec neru⁹ iungaꝫ ad neruū. Separatim oculi iaceāt:
seorsum nares: manus alium locū teneant: ꝛ reliqua mē
bra in hunc modū inter se dispersa sint ꝛ diuisa. Finge ali-
quē venire tātę sciētię medicū: qui iuxta fabulas Ethni-

coꝝ Aesculapiū medicum peritissimū si possit imitari: ꝛ in nouam figuram nouūq; nomen Uirbium (nomē ꝓpriū est) suscitare. Hic necesse habebit vnūquodq; membrū in suum locum restituere: ꝛ compagem copulare compagi: et quoddam glutino paribꝰ restitutis vnum corpus efficere. ¶ Ponamꝰ aliud exemplū. Paruulus crescat: et occulto quo in pfectam adolescat etatem: suum manꝰ augmētum habebit ꝛ pedes; venter dum nescimus impletur ꝛ humeri dilatantur: ꝛ oīa membra per partes sic crescūt: vt tamē non sibi sed corpori videant augeri. Ita igitur in restitutione hoīs/quādo corpus totius ecclesię nunc dispersum ꝛ laceratū verus medicus Christꝰ sanaturus aduenerit: vnusquisq; s̄m mēsuram fidei suum recipiet locum: et incipiet esse quod fuerat: et vnūquodq; membrū iuxta mensuram suam: ꝛ officiū suum pfectū: vt dicat: Uidit deus cuncta que fecerat ꝛ erant valde bona. Gene.i. vide Ezechiel.37.cap. [Hoc itaq; dico ꝛ testificor in domino ne post hac ambuletis quēadmodū ꝛ reliquę gentes ambulant (de malo in malū pręcipites vide Hiere.9. sicut econtra iusti eunt de virtute in virtutē. Hiero.) in vanitate intellectꝰ sui: dum mentē habēt obtenebratam: abalienati a vita dei propter ignorātiam que est in illis et excecationē cordis eorum.] Gene.34. Sichen enī agglutinat Dinę: 2.Regū.13. Amnon abiecit se a Thamar. Horū ingt que tot similitudinibꝰ ꝛ innolucris significare volui 2.Cor.6. summa est: vt qm̄ a deo tanta accepistis vt possitis indies proficere: ne in vacuum talenta dei recipiatis: nec deinceps ambuletis per viam latissimam Matth.7. quam gentes terunt: videlz voluptatē existimātes delitias: cor exercitatū in auaritia: oculos habētes plenos adulterij: derelinquētes 2.Pet.2. viam rectam et sequentes viam Balaam ex Bosor/ qui correptus est ab asina cui insidebat: cum iret auaricia cecus. xxv. Hi sunt fontes sine aqua: viua cadauera vt dicitur: traditi suis desiderijs: et dati in reprobum sensum: Ps.35. per ignorātiam (quo nihil periculosius) que pmanet in illis: cum noluerint intelligere vt bene agerent: sed voluntate Daniel.13. clauserūt oculos suos. ¶ Manet quidem semper in homine ad quęrēdam vitam que deus est arbitrij libertas: sed deo prius inspirāte ad salutem. Ut ergo acquiescamus Ordinaria. salutari inspirationi/nostrę potestatis est: vt adipiscamur quod desideramꝰ diuini est muneris: vt non labamur adepto salutis munere nostrę sollicitudinis est ꝛ celestis adiutorij: vt labamur: potestatis nostrę est ꝛ ignauię. Anima quidē ex quo est: perfecta est in genere suo: vnde ex quo est: sciret oīa que ab homine sciri possunt nisi grauitas carnis esset: quod in primo homine ostenditur: Sap.9. qui ante peccatū pfecte sciens fuit. Nunc autē corpore aggrauāte mentem/ ꝓprietates suas exercere non potest: donec vsu ꝛ arte excitata: incipit discernere: veluti si quis cum subtili acię oculoꝝ in tenebrosa detrudat: videre nō potest nisi priꝰ assuescat tenebris iuxta illud poetę: Quantū noxia corpora tardant. Sicut autē dicit Phus. philosophꝰ. Nemo tam ignorās ꝛ improbꝰ est/qui nequeat esse sapiētior: sed ij sibiipsis dissolute viuendo: causa sunt xxvi. vt iusti ꝛ improbi fiant: in maleficijs et flagitijs degētes. Nam quales sunt actus cuiusq;/talis tādem ꝛ ipse euadit. Nam ignorare q ex actibus habitus fiant/nimiū hebetis est. Si quis autem non ignorās agit ea ex quibus erit iniustus: volūtarie quidem erit iniustꝰ: et si velit: non tamen cessabit ab iniusticia vt iustus fiat. vide Hiere.13. cap. optime. Quemadmodū enim nec emissum lapidē quis retinere potest: fuit tamē in ipso ipsū capere ꝛ emittere (principiū enim in ipso) sic ꝛ flagitioso licebat ab initio talis non esse: ex quo fit vt volens delinquat: sed postq̄ talis factus est: nō licet postea sibi talem non esse: simpliciter tamē voluntas semper libera est: etiam cum est De phia. dist.3. inter hec. peccati ancilla. De his itaq; qui huiusmodi sunt sequit. [Qui desperātes: semetipsos tradiderunt volūtarie impudicitię ad patrādum immūdiciam omnē in auaricia.

Tho.2.secūda.quest.10.ad primū. Uehementior est animi q̄ corporis febris: et ideo pro animi voluntate corporis salus plerumq; cōtemnitur: nec a periculis abstinetur. Theotinus cum graui oculorum incomodo laboraret: ꝛ Ambro. amaret vxorem: interdicta sibi a medico facultate coeundi: cupiditatis impatiēs atq; impetu libidinis raptus: se moderari nequiuit. Sciens enim prudensq; q erat oculos amissurus: priusq̄ cōueniret vxori in ipso estu feruentis cupiditatis ꝛ cōsuetudinis apparatu: vale inquit amicum lumē. Sic febre libido flagrantior est: grauiusq; animū pręcipitat et inflāmat. Ambro. Grece pro desperātes ἀπηλγηκότες est: significat autem eos qui postq̄ peccauerūt non dolent: imo peccatū suum Esaie.3. pdicant sicut sodoma (qd̄ quāti sceleris sit inde licet colligere: q etiam qui bona sua pdicant: perdiderūt mercedem suam sicut ptz in phariseo) quasi dicas in dolorios: Luce.18. qui nequaq̄ sentientes ruinam suam/feruntur in ꝑnum: et tanq̄ bestię ferrum videntes: in mortem ruunt: qui nō modo non dolent: imo et gloriant putantes se quādam Hierony. turpitudinē palmam ꝛ victoriam cōsequutos. ¶ Iniquitas quidem vt ꝓuerbio dicit compendiaria res est. Fit enim nescio quomō vt que turpia sunt: nobis ipsis magistris Prouerb. protinus addiscamꝰ: que autem honesta vix laboribus diutinis inculcant. Uersitamen ꝛ impij fatentur se ambulasse vias difficiles in exitu: latas alioqui et amęnas. Sap.5. ¶ Desperātes. Ad peccatū in spiritū sanctum tria reqrunt: videlz q ex certa sciētia: qui.n. dixerit verbū in filium: remittet ei. Caro enim et sanguis non filium dei sed filiuz Joseph ostēdebant. Quando vero Judęi dei videntes opera retorquēt ad diabolum: irreuocabilē ferunt sententiā: qm̄ arbitrati sunt diabolū fore deū: et verum deum nihil plus q̄ demones in operibꝰ putauerūt habere. Hoc vocat Basilius peccatū in spiritū sanctum. Basilius. Scd̄o q sit contra pręceptuz primę tabulę: et q sit actus oppositus pfectissimo cōuersiuo. Et hoc modo peccatū in spiritū sanctum est finalis impenitētia: nō quia homo decedit sine penitētia: sed quia habet ꝓpositū de nunq̄ penitendo: ꝛ oritur ex desperatione. Qui enim hmōi est: credit peccata sua maiora fore misericordia ꝛ bonitate dei: que appropāt spiritui sancto: et inde dicit peccatū in spiritū sanctum. Isti igitur postq̄ in ꝓfundum malorū puenerint quasi nulla reliqua sit spes salutis. ꝓuerbioꝝ.18. [semetipsos tradiderunt omni immundicię et auaricię. xxvii. Sicut enim alibi dicit scriptura: Qui parua contemnit: incidet in maiora. Nullus enim repente pessimꝰ fit. Mirabile est inquit Chrysostomus hoc quod dicere volu- Eccli.19 mus. Solet mihi nōnunq̄ non tanto studio magna videri peccata esse euitanda: quāto parua et vilia. Illa enī Chryso. natura ipsa sponte auertit: hec autem hac ipsa re q parua sunt desides reddunt: et dum contemnūtur: nō potest ad eorum expulsionē animus generose insurgere: vñ ex paruis magna fiunt: non q ex veniali fiat mortale qd̄ est impossibile: sed vt diximus: qui parua cōtemnit. ꝛ cętera. ¶ Qm̄ iuxta ꝓuerbium: taurum tollet qui vitulum sustulerit: hoc est maiora peccabit adultꝰ: qui puer vitijs minoribus assueuerit. [Uos autē non sic didicistis Christum: si quidem (vel si tamē) illum audistis.] Gentes quidem ita ambulant videlz in circūitu: donec in puncto descendant ad inferos: vos autem quibus lumen et sol iusticię Christus exortus est: non ita edocti estis euangelium Christi: sed tū interiore aure illū audistis ꝛ didicistis: si audistis eum loquētem in euangelio ꝛ per ora apostolorū suoꝝ: ꝛ in ipso edocti estis [sicut est veritas in Christo Jesu.] soli enim huic dicit: ꝛ vere dicit: Magister scimus q verax es in doctrina: fidelis in promissis: optimꝰ in cōuersatione: ꝛ viam dei in veritate doces.

¶ Deponite ergo vos secundū pristinam cōuersationē veterem hominē qui corrūpitur

secūdum desideria erroris. Renouamini autē spiritu mentis vestrę & induite nouum hominē: qui secundū deum creatus est in iusticia & sanctitate veritatis. Propter quod deponentes mēdacium loquimini veritatē vnusquisq; cum proximo suo: qm̄ sumus inuicem membra. Irascimini & nolite peccare, Sol non occidat super iracundiā vestram. Nolite locum dare diabolo. Qui furabat: iam non furetur: magis autem laboret operando manibus suis quod bonum est; vt habeat vnde tribuat necessitatem patiēti. Omīs sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad edificationem fidei: vt det gratiam audientibꝰ. Et nolite cōtristare spiritū sanctum dei in quo signati estis in die redemptionis. Omīs amaritudo & ira & indignatio & clamor & blasphemia tollatur a vobis cum omni malicia. Estote autē inuicem benigni: misericordes: donātes inuicem: sicut & deus in Christo donauit vobis.

xxviii ¶ Si igitur edocti estis veritatē vitę et doctrinę que est in Christo iesu: vere non edocti estis ambulare sicut gentes ambulant post desideria sua. Docti autem estis: [de- Gal.5. ponere iuxta priorē cōuersationem veterem hominē qui corrūpit secundū desideria erroris:] alīs desiderioꝝ erroris. Corrumpit autem qm̄ vitia vt ibidem dictum est in Roma.6 seipsis finiūtur. Quem enim fructum habuistis. ꝛ cętera. ¶ Et sciēdum sicut dicit Lactantius q adeo vitia in no- Lactantiꝰ. bis pro natura inoleuerūt: adeoq; ꝓcliues sumus ad vitia: vt etiam cum peccamꝰ: nō modo cum venia sed etiā cum ratione velimꝰ videri peccare. Unde illud: Arefa- Jone.4. cta hedera et estuante Jona pre caumate: petiuit animę suę vt moreret dicens: Melius est mihi mori q̄ viuere. Et dominꝰ ad eum: Putas ne bene irasceris super hederam? Et Jonas: Bene irascor ego vsq; ad mortē. Et tamē non bene irascebat. Quippe qui non laborauerat super hedera vt faceret eam crescere: que sub vna nocte nata est: et exaruit. Homo itaq; vetus ꝛ nouus intra nos Matth.22 est: ꝛ nos sumus: noui quidem cū signamur lumine vul- xxix tus dei: veteres autē cum portamus imaginem Cesaris. Et talis homo sicut dicit Philosophꝰ: milies plura mala faceret q̄ bestia mala. Hoc est ergo qd̄ didicistis a Christo: deponere veterem hominē qui corrumpit: nō enim Hester.4 est licituz indutos sacco aulam regis intrare: ꝓiciemur enim in tenebras exteriores. Matth.22. nec opera tm̄ de- i.Pet.2. ponenda sunt que suggerit caro: sed ꝛ ipsa desideria que militant aduersus animā. Didicistis igit deponere veterem hominē: quod est recedere a malo: didicistis Item [et renouari in spiritu mētis vestrę:] hoc est in spiritu ꝛ mente vestra: sicut illud: Dixi: nunc cępi. Si enim lasse- Ps.76. scere ab inchoatis bonis nolumus: necesse est vt incipere semp nos credamus. Unde illud: Priorū oblitus. ꝛc. Gene.4 Mens igit ratio est qua homo dñatur bestijs: subter te erit appetitꝰ tuus. ¶ Hec igit imago hec ratio siue mens aut interior homo per peccatū deformatꝰ est: sed refor- Ezech.36. mat in baptismate: iuxta illud: Effundam sup vos aquā mūdam ꝛ dabo uobis spiritū nouum ꝛ cor nouū ꝛ viuetis: et auferam cor lapideuz de carne vestra ꝛc. Sed qm̄ iterum peccādo: supinduximus menti nostrę imaginem Ps.81. bestię: sicut dicit: Facies peccatoꝝ sumitis: Scd̄a tabula Ps.101 post naufragiuz penitentia est: per quā renouat vt aquilę iuuētus animę nostrę. Didicimꝰ itaq; deponere veterē

hominē: et renouari in spiritu et mente nostra: Hoc est: xxx. [Induere nouū hominē: qui iuxta deum cōditus est in iusticia ꝛ sanctitate veritatis: alias sanctitatis veritate:] qualis cōditus est primus omniū parens Adam in iusticia quo ad proximū: ꝛ sanctitate quo ad deum. ¶ Indumētum enim hoc ex virtutibꝰ coaptat: vt sicut filius dei de spiritu sancto cōceptus: nouus homo venit in mundū: Hiere.31. nouū enim faciet dominꝰ super terrā: ita ꝛ vos in vtero i.Cor.1. ecclesię per euangeliū cōcepti ꝛ renati: illum hominē vestris moribus exprimatis qui factus est nobis sanctificatio: redemptio: sapientia ꝛ iusticia. Quid enī in Christo dño nouū nō fuit? Cōceptus: natiuitas: partus/infantia: doctrina: vita: virtutes: crux et passio expoliātis in ea principatus: et ostētui habētis ꝛ ad ęternam vitā resurrectio Leui.8.ca. et ascensio. ¶ Hinc s̄m legis pceptum Aaron et filij eius lauantur vt induant sacerdotalibus indumētis. Omnes enī in Adam peccauerunt: pceptis dei lauamur: sicut di- Esaie.1. citur: Si fuerint peccata vestra vt coccinū: quasi nix deal- Hierony. babunt: ꝛ si fuerint rubra quasi vermiculꝰ: velut lana alba erunt: si fuerint tenacia ex grauia: inueterata ex diuti- Figura. na consuetudine: ꝛ quasi in alterā versa naturā quasi nix dealbabunt in sanguine agni: et opera cruoris et sanguinis veste dñi mutabunt: que de agni confecta est vellere Apoc.14. quē sequūtur in Apoca. qui virginitatis candore resplēdent: sic parati in aduentum Christi: tunicas pelliceas et sanguine infectas deponimꝰ: vt induamus lineam: nihil Hierony. in se mortis habētem sed totam cādidam: vt de baptismo surgentes: stringamus lūbos in veritate: ꝛ tota delictoꝝ pristinorū turpitudo celetur: Hec est enim vestis que nu- Mat.22. ptialis dicit: ꝛ ipsa operit multitudinē peccatoꝝ. i.Pet. 4. [Propter qd̄ deponētes mendaciū: loquimini veri- xxxi. tatem vnusquisq; cum ꝓximo suo: qm̄ sumus inuicem mēbra.] Exequit autem apostolꝰ per partes quod dixit de vetere homine exuēdo ꝛ induendo nouo. Habet enī sua Hom.o. membra ꝛ hic homo vetus cuius caput superbia est: venter vero gula est. Inuidia sedem suā in oculis collocat ꝛc. Mendaciū vero ꝛ blasphemia ꝓpriam sedem habetꝰ in ore. Unde ab hac peste incipit dicēs: ꝓpter quod deponentes mendacium. ꝛc. de hoc dicit ad Collos. cap.3. ¶ Dicit autē Plato medicis tm̄ licitū esse mentiri. Adhi- Plato. bentes enim potiones insuaues: sed salubres vt egrotus hauriat: suaues eas dicunt: ꝛ haustu faciles. Sicut autē immortalis est veritas ꝛ omnia vincit: sic mendacia non diu simulant: nemo enī diu viuit sub aquis erūpat oporter: ꝛ frontem quam celabat aperiat. Nam ꝛ magno stu- Mēdaciū. dio compta cesaries: modico vento turbat: et operoso studio licet impressus fucus: sudore diluit: abeunt vmbrę ci- Seneca. to: natiuusq; color rebus redditur: et ꝓpius intuenti men- Tho.2.secūde.q.110.ar.3. daciū diaphanum est. Est autem mendaciū falsa vocis significatio cum intētione fallendi. Si quęratur vtrum Abraam mētitus fuerit cum dixit filio suo: postq̄ adora- Gene.22. uerimꝰ reuertemur ad vos. Respōdet doctor sub. q sicut refert Josephus in de antiqtatibꝰ: pater inter ambulandum apuit filio suo: quomō mirabiliter fuerat cōceptus: Gene.17 et quomō poterat cum deꝰ excitare post mortem qui fecerat nasci de mr̄e sene ꝛ sterili. Et hoc credit expectasse tenens firmā dei ꝓmissionem: videlz qr in Isaac vo- Gene.42. cabit tibi semen. Quęrit ꝛ de Joseph dicente: Exploratores estis/ad fratres suos. Et de Jacob dicente: Ego sum filius tuus Esau. Gene.27. De Judith tñ dicit doctor q non oīno videt excusari a mortali peccato: qm̄ Judith.10. velle inducere aliū in peccatū mortale: mortalis est culpa. Ipsa autē ornauit se vt placeret in oculis eius qd̄ ꝛ fa- i.Reg.27. ctuz est. Siliter legimꝰ: i.Reg.ca.27. de Dauid qui verbis scd̄m duplicem intellectū prolatis: animū Achis sibi cōciliauit vt diceret. Multa mala opatus est cōtra ppl'm suū israel: erit mihi suus. De his oībus quęre suis locis. xxxii. Ad illud tamē de Jacob ita dicit doctor noster in tertio: licet quidam conent excusare Jacob a mendacio ꝛ ali-

quos alios patres veteris testamenti: non tamen videt
periculū si dicamus eos mentitos fuisse: ⁊ venialiter pec
casse: cum in multis alijs cōcedant eos habuisse legem
impfectam: que erat lex timoris ⁊ in qua si dabat gratia
erat ad mensuram breuem respectu nostri: qui ⁊ legem
habem⁹ perfectam: et gratie plenitudinem: ⁊ de nostris
cōcedimus aliquādo mentiri vel mentitos fuisse. Quod si
ita est: et si laudemus bona facta eorum patientiā iusti-
ciam ⁊ largitatē: mala tamē nec in exemplar accipimus:
nec ptinaciter excusamus. Crebro quidem faciē menda
cij veritas retinet: crebro mendacia specie veritatis ob-
Hierony. umbrat. Nam sicut aliquādo tristem faciem amicus et
blādam adulator ostendit: sic ⁊ verisimitudine colorat mē
Seneca. dacium: et vt surripiat colorat. Seneca. ¶ Querit autē
Exodi. doctor exponens illud de obstetricib⁹ Exo. cap. i. Bene
fecit ergo deus obstetricib⁹: ⁊ creuit pplōs: et quia timue
runt obstetrices deum: edificauit eis domos: si quādoq3
eligendum sit mendaciū veniale cum magno motu pie-
tatis: an simul vtrumq3 fugiēdum. Secundū inquit vi-
detur ꝙ veniale nullo modo est eligendū. Primū videt
Pblema. pbari: quia veniale delebitur qualitercūq3 vel hic vel in
futuro: actus autē charitatis meret aliquem gradū glo-
rie. Sed propter qualecūq3 malum quod est ex se tēpo
rale: non videt omittēdum aliquid quod est ex se causa
eterni boni. Hanc questionē non soluit doctor. Dicit aūt
Roma. 3. aplus: qm̄ non sunt facienda mala vt veniāt bona. Ta-
men qui hoc modo mētit nulli obest: et sibi pdest simi-
liter ⁊ proximo. Deponētes igitur mendaciū: loquimini
xxxiii veritatem cum pximo: proxim⁹ autē noster om̄is homo
est ⁊ cōditione prime natiuitatis: et spe cōuersionis: vnde
⁊ inter hostes seruanda est fides: ⁊ non cōsiderandū cui.
sed per quem iuraueris. Multo em̄ fidelior inuētus est
ille: qui propter nomē domini tibi credidit ⁊ decept⁹ est:
te qui per occasionē diuine maiestatis hosti tuo imo iam
amico es machinat⁹ insidias. Quādiu igitur nō iures: ⁊
pactum nō ineas in nomie domini: prudentie est vel for
titudinis decipere vel supare hostem scđm ꝙ potueris.
Cum autem te iuramento cōstrinxeris: nequaq̄ aduersa
rius sed amicus est qui tibi credidit: et sub occasione ius-
iurandi. i. dei nūcupatione decept⁹ est: vnde dicit dñs per
Eze. c. 17. Ezechielē de Sedechia qui fregit pactum qđ inierat cū
rege Babylonis. Nunquid psperabitur aut cōsequet sa
lutē? Et qui dissoluit pactū: nunquid effugiet? Viuo ego:
qm̄ iuramentū quod spreuit ⁊ fedus quod puaricat⁹ est:
ponam in caput eius. Ergo qui contēnit iuramentū: illū
despicit per quem iurauit: illiq3 facit iniuriam cuius no-
mini credidit aduersari⁹. ¶ Cum quidam fugiens clam
ab exercitu Pyrrhi venisset ad consulem Romanū vi-
delz Fabricium: pmittens se clam redditurū: et venenū
Pyrrho Romanorū hosti ppinaturū: si premiū ei polli-
ceret consul: eūdem captus Fabricius Pyrrho remisit:
monuitq3 regem hmōi litteris. C. Fabrici⁹: et. Q. Emi-
lius Pyrrho regi salutem. Neq3 amicorū neq3 hostium
estimator esse videris. Cognosces em̄ cum eplam hanc
ad te trāmissam plegeris: te bonis quidem ac iustis viris
bellū inferre: malis vero atq3 iniustis confidere. Hec au-
tem non tui gratia nota facimus tibi: sed ne mors tua no
bis calūniam afferat: quasi virtute nequierim⁹ te supare:
Chryso. dolo cōtendisse. Intuere igitur quomodo iuramentū vr
bem ingressus: domos templum et menia destruxit: et
Josue. neq3 sancta sanctorū neq3 sacra vasa nec aliud quicq̄ pe-
nam auertit. ¶ Iurauim⁹ inquit eis in nomine domini:
et idcirco non possumus eos contingere. vide historiam
Josue capi. 9. [Quoniam sumus inuicem membra.] Signū
autem magne stulticie est sibiipsi imponere: seipsum fal
lere. [Irascimini et nolite peccare. Si inquit irascimini:
xxxiiii si insurgit animi motus qui iam propter penam peccati
non est in potestate: saltem ei nō cōsentiat ratio et mens:
sic menti seruiamus legi dei: si adhuc carne seruimus le

gi peccati. [Nolite peccare decetero: ne vobis cōtingat Joan. 5.
deterius. Non ergo iubet apostol⁹ nos irasci: sed iram
non vult esse diuturnam: sicut dicit: Odi tanq̄ amatur⁹.
Illud mirabile: ꝙ Herodes occidi iubet. 100. millia pue-
ros ob vnius innocentis vitam perdēdam. Cum Plato Plato.
aliquando irasceret seruo: iussissetq3 tunicam exuere et
scapulas prebere verberib⁹: manu sua ipse cesurus: post
ꝙ se intellexit iratum: manum suspensam detinebat: si-
cut sustulerat: ⁊ stabat pcussuro similis. Interrogatusq3
ab amico qui interim venerat quid ageret: respōdit. Exi
go penas ab homine iracundo. Tu autem seruū istum
verberib⁹ obiurga. Nam ego irascor: propter qđ non ege-
do. Irascor inquit ⁊ plus facerem q̄ oportet. Non sit il-
le seruus in eius potestate: qui in suā non est: qualis sci-
licet ego sum. Plato oblitus est serui: quia alium quem
potius castigaret inuenit: videlz seipm: abstulitq3 in suos
potestatē. Nihil igitur tibi deceat ait Seneca dum ira- Senece.
sceris: sed si vis omnia tibi licere: pugna tecum ipse. Si
autem iram nō vincis: iam incipis vinci ab ea. [Sol nō Tho. 2. secū
occidat super iracūdiam vestram: iuxta vetus verbum: de. q. 158. ad
Ne malorū memineris. Quod enim factum est oblitui- scđm.
sci potest: infectum esse nō potest. Thrasibulus vbi ciui-
tatem Atheniēsium triginta tyrannorū seuitia liberasset:
legem statuit: ne qua pteritarū rerum mentio fieret.
¶ Ne inquit reputes mi domie iniquitatē mihi: neq3 me
mineris iniuriarū serui tui in die qua egressus es de Hie 2. Reg. 19.
rusalē: neq3 ponas rex in corde tuo. Sol non occidat in-
quit: ne cū ipse feruere desierit noctis aduētu: vos nihilo
minus estuetis iracundia. Ira enim nescit modum: et vi Hierony.
res acquirit eundo. vnde illud: Rex repletus est furore
et aspectus illius immutat⁹ est: precepitq3 vt succēderet
fornax septuplum q̄ succendi cōsueuerat: quasi non pos- xxxv.
set simplex ⁊ solitus ignis trium puerorū consumere cor
pora: sed qm̄ sol occubuit super iram eius: ignis non in
pueros sed in ministros regis deseuit. Habet em̄ rector
tenebrarū harū suas septem hebdomadas: quādo ignis
ille cubitis. 49. diffusus est: qui septies fuerat feno pec- Chryso.
catorū succensus. Ignis autem colitur apud Persas tan
q̄ deus: etiam hucusq3. Volens igit deus radicitus im-
pietatis materiam auferre: concessit hmōi pene modū:
vt pre oculis Chaldeorū seruis suis victoriam cōferret:
re ipsa persuadere volens: ꝙ gentium dū non deum tm̄:
sed seruos eius verent. Chrysostom⁹. Sicut autem dicit
Hieronym⁹: dupliciter apud nos et pbos ire nomen ac-
cipit. Vel cum iniuria lacessiti: naturalibus stimulis cō-
citamur: vel cum requiescente impetu ⁊ furore restincto: Hierony.
potest mens habere iudicium: et nihilominus super eo
qui putatur lesisse desiderat vltionem. Arbitror itaq3 de
priori ira nunc dictum: Irascimini ⁊ nolite peccare: et no
bis quasi hominib⁹ esse concessum vt ad indigne alicui⁹
rei aspectū moueamur: trāquillitateq3 mentis velut lenis
quedam aura perturbet: nequaq̄ tamē tumentis gurgi
tis furoris impetu subleuemur. Si autē simpliciter hūc
solem nobis visibilē intelligam⁹: peccamus quādo irasci
mur: et occidente sole: iracundia perseuerat: non pecca-
mus autē quādo (verbi gratia) a prima hora vsq3 ad vn
decimam irascentes: facim⁹ quod indignatio furor iraq3
suggesserint: quo sensu nihil mihi videtur absurdi⁹: quasi
si non queat quispiam a solis ortu vsq3 ad occasū in tan
ta scelera debachari quanta tota vita sua non possit la-
chrymis emendare: aut non magis ira locum in die ha-
beat: cū vtiq3 nox requies sit furoris: et succedēte somno/
etiam si irascimur in die: iracundiam differamus. ¶ Ve
rus ergo sol timendus est: ne nobis occidat in meridie:
sicut dicitur Amos. capi. octauo. et principale cordis no-
stri tenebris inuoluatur. Sol igitur non occidat super
iram: ne forte que erat stipula aut festuca trabes fiat: et
ira vertatur in furorem. Et nota ꝙ quadruplex est ira.
Leuis ira cito accenditur: cito finitur. Fortis ira/ sero

accendit: vix finitur. Impia ira cito accendit: sero finitur.
Bona ira sero accēditur: cito finitur. De qua apostolus:
Irascimini ⁊ nolite peccare. Et illud: Vade reconciliari
fratri tuo. ⁊c. [Nolite locum dare diabolo] pseuerando
in odio contra fratrem. Quomodo em̄ pater ⁊ filius et
spūs sanctus stant ad ostium ⁊ pulsant intraturi ⁊ cena-
turi nobiscū. Apoc. 3. ita ⁊ aduersarius semp in nos est
paratus irrūpere: et si locum demus ingredit: sicut scri-
Gene. 4 ptum est: si male egeris: statim in foribus peccatū tuum
aderit. Solet autē anteq̄ veniat: quedam iacula pmitte
xxxvi re: ⁊ pcursorem aduentus sui facere cogitationē. Hanc si
nos in corde susceptam nutrierim⁹: et crescere fecerim⁹
cum in nobis auctā plem viderit: audebit ⁊ ipse intrare.
Hierony. Deniq3 in Juda iscariot primam iecit sagittam vt trade
ret saluatorē: quā si ille miser non fouisset: nunq̄ post ac
ceptam bucellam intraret in illum Satanas. Simulq3 ⁊
Joan. 13. hoc diligēter attende: ꝙ non inuenerit diabolus locū in-
troeūdi in Judam nisi in cōuiuio saluatoris: quia tūc vel
maxime in potestate eius tradimur: quādo nec humili-
tate nec clemētia nec māsuetudine eius vincimur: quem
odimus indigne. Dicit autē liber pastoris ꝙ bini angeli
singulos quosq3 homines comitent: bonus bona sugge-
Origenes rens: malus cogitationes item malas. Per hoc autē ni-
hil nobis accidere pōt: nisi ꝙ cōmonemur vel incitamur
vel pvocamur ad mala vel bona: nostrū autem est vel
malis resistere vel bonis cōsensum prebere. Quod autem
memorie nostre vel bona vel mala suggerant: vide quo
modo Assuero ab angelo suggestum est vt faceret ante
Hester. 6. se anales relegi vt exaltaret Mardocheus: et suspende-
retur Amā: Judeorumq3 gens de tanto periculo libera-
retur: per cōtrariam vero potestatē memorie pontificum
Math. 27. ⁊ scribarum suggestū est illud ꝙ venientes ad Pilatum
dixerunt: Domine recordati sumus ꝙ seductor ille. ⁊c.
xxxvii ¶ Nolite ergo locū dare diabolo. Ostēdit autē per hoc:
q3 certa quedā desidia animi locus diabolo datur: quo
ingresso semel: aut certe possidebit animā vel saltem pol
luet. Si enim intus sua iacula iaciat vt diximus/ vel sau-
ciabimur vel inflāmabimur. Non ergo sol occidat super
iram nostram. Euenire autē patiētibus solet vt eo qui-
dem tempore quo ⁊ aduersa ⁊ cōtumelias patiūtur: nul-
Gregorius. lo dolore pulsent: ⁊ sic patiētiam exhibeant vt cordis in-
nocentiā non amittant. Sed cum post paululum ea ipsa
que ptulerunt ad memoriā reuocant: igne se doloris in-
flammāt: argumenta vltionis inquirūt: et mansuetudinē
quam tolerātes habuerunt: retractantes in malicia ver-
tunt. Sed sciendū ꝙ callidus hostis bellum cōtra duos
mouet: vnus inflammat vt contumelias prior inferat: al
terum pvocans vt iniuriā lesus retaliet. Sed plerumq3
dum iam huius victor est qui prior lesit fratrem: ab illo
vincit qui illatam cōtumeliam patienter tolerat. Vnius
victor ab altero victus quia ipsum in ipsa contumeliarū
irrogatione vincere non potuit: ab aperto certamine in-
terim quiescens: aptum tempus deceptionis inquirit.
Quietis tempore ad victoris animū reddit: et iniurias
illatas ad memoriā reducit: que vehemēter exaggerans:
intolerabilia ostendit: tantoq3 mentem merore cōturbat:
xxx- vt vir patiēs illa se equanimiter tolerasse post victoriam
captiuus erubescat: ⁊ deteriora rependere si occasio det
viii. querat. Hi similes sunt his qui per fortitudinē in campo
victores sunt: et per negligentiam intra vrbis menia ca-
piunt: vel his quos irruens grauis langor a vita nō sub-
traxit: sed leuiter veniēs recidiua febris occidit. ¶ Itaq3
non ipsum irasci peccatū est: si irascimur oportune/ ⁊ le-
niter irascimur. Qui enim irascit sine causa: cōmuniter
modum excedit. Sed sicut manente amicitia etiam gra
Chryso. uia leuia vident: ita inter inimicos leuiora queq3 p gra-
uissimis audiūtur. Qui inquit dixerit fratri suo racha:
hoc est vanum: reus erit concilio: qui irascitur: reus erit
Math. 5. iudicio: qui dixerit fatue: reus erit gehenne ignis. Sciens

dum ꝙ Hebraice: Rik: vanum significat: Grece autē Ra ריק
chos panōsus dicit: Syra autem lingua Racha signifi
cat quod nos dicimus Tuissare. Videtur autē significare
Racha lingua nostra vocem confusam indignātis: sicut
heu est dolentis: pape admirātis. Quid igitur acturi su
ri sumus nos in die iudicij: super quorū ira non vni⁹ dei/
sed tantorū annorū sol testis est: qui ortus est ⁊ occubuit:
quādo non modo Racha dicimus fratri: sed perpetuas
cum eo interim⁹ inimicitias? Quomō dicemus dimitte Mat. 6.
nobis debita nostra/ animo discordāte a verbis? Hiero-
nymus. Nolite igitur locum dare diabolo: non enim so-
lus venit: sed adducit secum septem alios se nequiores. Ibidem. 12
Mētem em̄ quam resipiscere videt a culpa: spem ac se-
curitatē vacuam ante oculos vocat: Tristemq3 blāditijs
delinit: sicut dicit de Emor/ Sichen filio: qui vi oppressit Gene. 34.
Dinā filiam Jacob: quaten⁹ vtilitatem tristicie que fm
deum est subtrahat: ⁊ modo aliorum facta grauiora: mo Gregorius.
do nihil esse quod factū est: modo misericordē deum lo- Figura.
quit: ⁊ tempus ad penitētiam pollicet: sic indies augētes xxxix
restim peccati: suspendio perēūt: pro eo ꝙ dederunt lo-
cum diabolo sicut in Juda legimus: tum et de Saul.
[Qui furabat (alter Judas) iam non furet: magis autē
laboret (cum Martha circa multa) quod bonū est mani-
bus suis: vt habeat vnde necessitatem tribuat patienti.] Roma. 13.
fures nos prātibus sublimiorib⁹ dimittamus qui non si-
ne causa gladium portant. ¶ Lex quidem ita precipit: si
furat⁹ fuerit quis bouē aut ouem: quinq3 boues p vna Exodi. 22.
boue restituet: ⁊ quattuor oues p vna oue. Latro noctur
nus impune occidit: orto sole qui eum occiderit/ re⁹ erit Ibidem.
mortis. Si non habuerit quod reddat pro furto vendēda
bitur: si bos aut ouis viuū fuerit inuentū apud eum qui
sustulit: duplū restituet. Ceterū nec Romane leges nec
Mosaice: nec vlle gētium simplex furtum capitis suppli
cio vindicauerūt. Sed auaricia nostra inquit Chrysosto
mus facit ꝙ vsq3 a deo simus infensi furibus. Ideo enim
malū magnū estimam⁹ furtū: qm̄ pecuniā summi boni
loco ducimus. Scimus tñ dñm ab initio posuisse rhom-
pheam in paradiso ⁊ patibulū. i. lignū sciendi ⁊c. Si autē
queras quātum Judei de suis pbebant: certe primū de- Judei.
cimas omniū que possidebant: deinde alteram decimā:
deinde tertiam offerebant. vide Numeri. 18. cap. et Deute. xl.
cap. 12. et. 14. Ad hec primitias ⁊ pmogenita: aliaq3 plu-
ra partim pro peccatis/ partim pro purgationib⁹ offere- Chryso.
bant. Preterea in dieb⁹ festis in Jubileo: in debiti abso
lutione in famulorū dimissionib⁹ in mutuis absq3 feno-
re. Septimo autē anno nō seminabant similr ⁊ quinqua
gesimo. Item ꝙ messem metētes: angulos paupibus re
linquebāt similr ⁊ in vineis et oliuetis. Quid igitur no-
bis faciendū est: qui nō modo nostra non largimur: imo
sepe aliena vi vel fraude substulim⁹? Laboret inquit ma
nibus suis: ne quando tanq̄ inutilis et iniquus seruus:
ligatis manibus: pitiatur. ⁊c. [Omnis sermo malus ex Math. 12.
ore vestro non pcedat: sed si quis est bonus ad edifica-
tionem vtilitatis: vt det gratiam audiētibus. Corrūpunt 1. Cor. 15.
enim bonos mores colloquia mala. Multi ceciderūt in
ore gladij: sed non sic vt hi qui interierūt per linguam. Eccli. 28
Sepi ergo aures tuas spinis: et linguam nequā noli au-
dire ⁊ cetera que sequūtur. Linguam tamē null⁹ doma- Jacobi. 3.
re potuit. ¶ Tunc igitur loquendū est cum tacere non ex
pedit: ⁊ ea per que pximus edificetur: alioqui reddituri
sumus de omni sermone inutili ratonē. [Et nolite cōtri- Math. 12.
stare spiritū sanctum dei: in quo idest cuius gra signati
estis in diem redemptionis. Quod potest exponi de sa-
cramento baptismatis in quo cōsignamur et quasi cha- xli.
racterizamur signaculo indelebili sicut alias dictū est: vt
simus oues dominice pascue. Quoniam autem textus gre-
cus nō dicit In die: sed εἰς ἡμέραν idest in diem: sic po
test intelligi. Nolite cō tristare spiritū san
ctum: qui dicit contristari: si sis causa tristitie aplo vro.

Zacha.8 qui enim tangit vos: tangit et pupillam oculi mei. Per hunc
autem spiritum sanctum si inhabitat in vobis et mansionem fa
cit: anima et corpus et spiritus omnium vestrum velut ob-
signata sunt deo: sicut dicitur: Pone me sicut signaculum sup
Canti.8. cor tuum et brachia: decet autem ut sigillum hoc integrum
et inviolatum exhibeamus in die redemptionis nostre: sicut
1.Timo.6. dicitur: O Timothee depositum custodi. Tandiu autem in-
tegra manent sigilla quamdiu non damus locum diabolo.
Nisi autem spiritus sanctus contristatus fugere consuevisset
et dimittere habitaculum suum: nunquam apostolus hec precepis-
set. Huius autem signaculi signum fuit anulus quem acce
Luce.15. pit a patre filius de longinquo revertens: et quia ipse reces
1.Reg.16.c. serat a patre: recessit ab eo spiritus sanctus: sicut et a Saul
qui semper est cum patre et filio unus deus: sicque perdi-
derat anulum: quem revertens recepit. Dies itaque redem-
Roma.8. ptionis dies est de qua dicit apostolus: Et nos gemimus
expectantes redemptionem corporis nostri. [Omnis amari-
tudo et ira et indignatio: et clamor et blasphemia tollatur a
vobis cum omni malicia.] Amaritudo ira est latens in cor-
de: Ira appetitus vindicte: de qua superius dictum est:
Indignatio et clamor proprium est insanientium: qualis erat
Math.17. vox illa: Crucifige crucifige eum. Ire autem in homine
multa sunt signa videlicet cor palpitans: corpus tremens:
xlii. lingua prepedita ignescens vultus: oculi exasperati: clamor
irrationalis votorum ignorantia: verba comminatoria: inter-
dum autem et miscetur blasphemia: hinc rixe: contumelie et
clamores. Accenso enim sanguine circa cor perturbatur visus
Ps.72. rationis: et inde furor iraque mentem precipitant ut ponant
etiam in celo os suum. Sed ponam frenum in naribus tuis
et maxillis: et reducam te per viam qua venisti. Esaie.37.
Sane blasphemia trifariam fit. Vel cum attribuitur deo
aliquid indignum maiestate sua: sicut si dicatur dormire: vel
negare ab eo quod proprium est eius: sicut negare eius omni-
Joan.8. potentiam: vel attribuere creature quod est dei solius: si
cut peccata remittere. Hoc modo dicebant Judei: Quem
teipsum facis: et de bono opere non lapidamus te: sed de
Joan.10 blasphemia quia cum sis homo facis teipsum deum. Et il
lud: Quis potest peccata dimittere nisi solus deus? Luc.
7. capi. Hoc modo idolorum cultus blasphemia est: quum
Daniel. honor soli deo debitus datur creature. Potentiam negabat
a deo qui dicebat: Et quis est deus qui eripiet vos de ma
nu mea? Daniel. cap.3. vide in Job cap.22. de iis qui di-
vinam providentiam negant dicentes: Super cardines celi
perambulat etc. Hic tamen sententiam generalius protulit
apostolus dicens: Omnis amaritudo etc. Cunctis igitur exte-
Gregorius. rius bene compositis: ad interiora convertitur dicens: Cum
omni malitia: quia frustra indignatio et clamor ab exte-
xliii. rioribus tolluntur: si in interioribus vitiorum mater malicia
dominetur et incassum fons nequitie ex ramis inciditur: si sur
rectura multiplicius intus in radice servatur. Sic inquit fa-
Mat.18. ciet vobis pater meus: si non remiseritis fratribus ex cor-
dibus vestris. Formidolosa sententia si iuxta mentem no
stram sententia dei vertitur/flectitur/ atque mutatur. Si parva
non dimittimus: magna non dimittuntur nobis. Et quia po
test quis dicere: nihil habeo contra eum: ipse novit: habet
deum iudicem: non mihi cure est quid velit agere: ego igno
vi ei: Confirmat sententiam suam et omnem simulationem fi-
cte pacis evertit dicens: Si non remiseritis fratribus ex
cordibus vestris. [Estote invicem benigni: misericordes:
donantes invicem ex cordibus vestris: sicut et deus in Chri
sto largitus est vobis.] Videtur hic apostolus ponere du
plicem misericordiam videlicet reficere viscera mendicantium et re
mittere iniuriam eorum qui nos leserunt: tamen Grecus
textus aliud sonat: dicit enim χαριζόμενοι, quod est libe-
raliter vestra impartientes: et sic idem est cum eo
quod dicit: Estote misericordes: nisi quod dicens χαριζόμενοι,
ostendit misericordiam illam veram esse que fit
cum hilaritate. Dicit autem: donantes vobisipsis: ut intel
ligamus ea que in alios contulimus nostris accrescere co
modis: nostro lucro fieri magis quam eius qui interim pa-
scitur: sicut alias diximus: Dispersit dedit pauperibus: iu-
sticia eius manet in eternum. Hoc autem facere debemus
imitantes largitatem patris celestis qui intercedente morte
unigeniti sui donavit nobis omnia delicta. et pater.

Quintum Caput.

Estote er
go imitatores
dei sicut filii cha
rissimi: & am-
bulate in dile-
ctione, sicut &
Christus dilexit
nos: & tradidit
semetipsum pro no
bis oblationem
& hostiam deo in
odorem suavitatis. Fornicatio autem & omnis
immunditia aut avaritia nec nominetur in vobis:
sicut decet sanctos: aut turpitudo aut scurrili
tas que ad rem non pertinent. Hoc enim scitote
intelligentes quod omnis fornicator aut immundus
aut avarus quod est idolorum servitus: non ha
bet hereditatem in regno Christi & dei.

Estote autem imitatores dei sicut fi i.
lii charissimi: opus est nobis aliquo ad quem mores no
stri dirigantur. Nisi enim ad regulam prava non diriges. Tho.3.pte. q.48.ad.3.
Seneca. Superius apostolus Corinthiis scribens: Esto
te inquit imitatores mei sicut ego Christi. Non enim pote-
rant statim imitatores fieri Christi: sed grande illis erat si
imitatores essent imitatoris Christi. Ephesiis vero qua-
si iis quos iam tanta mysteria docuerat: non ait: Imita-
tores mei estote nec Christi sed dei: non quo minus sit imi
tatorem esse Christi quam dei. Christus quippe deus est: sed
quod aliud sit illum secundum hominem imitari: aliud secundum deum.
Sunt enim nonnulli quos ad sequendum virtutis iter plus
exempla quam verba succendunt: licet et verba Christi ardere Luce.24.
faciant corda alioqui tepentia sicut dicitur: Nonne cor no
strum ardens erat: dum loqueretur nobis in via? Qui a sit
plenissime intelligere appetit qualis sit: tales debet aspi-
cere qualis ipse non est: ut in bonorum forma metiatur: quan-
tum ipse difformis est. Iustorum enim species quasi que-
dam forma multiformis nobis imitanda proponitur. Qui
autem solo verbo prophetatur: iter ostendens virtutis: al-
ligans importabilia onera que ipse nec digito dignatur Math.23.
movere: pulchram depingit imaginem ipse pictor existens
fedus. Estote dei imitatores. Non inquit super aquas in-
fusis gressibus ambulantes: non ut tactis montibus fulgu Solon.
rent: sed in dilectione. Ars vero imitatur naturam: quando
autorem nature non potest quod vos potestis. Zeusis cla
rissimus pictor cum in certamen picture cum Parrhasio
descendisset: uvas tanto successu pictas in scenam detulit:
ut ad eas aves advolarent. Parrasius vero pictum attulit
linteum: ita veritate representata ut Zeusis alitum iudicio
tumens: flagitarit tandem remoto linteo: picturam ostendi:
et intellecto errore: palmam ingenuo pudore concesse-
rit: quoniam ipse aves fefellisset: Parrhasius autem se artifi-
cem. Fertur etiam postea Zeusis pinxisse puerum uvas fe
rentem: ad quas cum advolassent aves: iratus est mira
ingenuitate operi suo: et dixit: uvas melius pinxi quam pue-

rum: nam si hunc consummassem: aves timere debuerant.
Quidam cum quereretur ab eo: quomodo tanta diligentia
arti operam navaret ad paucos perventure? Satis sunt in
quit mihi pauci: satis est unus: satis est nullus. Quomodo
Epicurus. dixit Epicurus cum uni ex consortibus studiorum suorum scri-
beret: Hec inquit ego non multis sed tibi: satis enim ma
gnum alter alteri theatrum sumus. Quomodo apostolus: Si
quo aliquos salvos faciam ex illis: ut si non quos volo:
certe paucos: certe duos: certe vel unum feram: nec debe-
mus omnino ad aream redire vacui: dicentes: Domine ecce
mina tua etc. Unde interrogatus Solon philosophus qualis debet
Solon. esse populi rector: respondit: Qui in exemplum aliis prepo
nitur: prius se quam ceteros rectificare debet: alioqui futurus si-
milis ei qui umbram rectificare conatur: priusquam virga cur
va recta fiat: que umbram facit. Probum enim esse patrem
Plautus. oportet qui natum suum esse probiorem quam ipse est postu-
ii. lat. Unde illud Plauti: Id ne tu mireris si patrizet filius:
scilicet in vulgus manant exempla regentium. Et parvula
exemplo est magni formica laboris: que ore suo trahit
Seneca. quodcunque potest: et parat in estate non ignara ac non in-
cauta future hyemis. Et dum feriunt unum: non unum ful
mina terrent hominem: sed unus quidem percutitur: multi
autem loco discedunt. Sic patientia unius Christi in cruce
Luc.23. pendentis: multos commovit ut revertentes percuterent pe-
ctora dicentes: quoniam hic homo iustus erat: qui inter oppro
bria et contumelias/charitatis pristine non est oblitus di-
cens: Pater dimitte illis. Hi convenerant ad spectaculum
illud de quo dicit apostolus: Estote imitatores dei sicut filii cha
rissimi: et videntes eum aceto potari: nudum pendere: si-
tire: clamare: matris curam gerere: latroni parcere: hec
omnia videntes: videntes doctorem iusticie spectaculum contu
Esaie.1. melie factum principibus sacerdotum: et filiis quos ipse enu-
trierat et exaltaverat: revertebantur percutientes pectora sua.
Et vos igitur depingite hoc spectaculum ante oculos men-
Seneca. tis vestre: et estote imitatores eius sicut filii charissimi: qui-
Joan.19. bus e cruce alloquitur Christus: Fili ecce mater tua. Pro-
dest igitur sine dubio custodem nobis imposuisse et ha-
iii. bere quem respiciamus: Tamen hoc longe magnificentius
est: sic vivere tanquam sub alicuius optimi viri ac presentis ocu
lis: cum iam eo profecerimus ut sit nobis etiam nostri re-
verentia/donec nos tales fecerimus: cum quibus et coram
quibus peccare non audeamus sicut dicit Seneca. Ale
xander cum aliquando res gestas patris legeret: collachryma
vit dicens ad amicos: Is cum hac esset etate: Darium vi-
cit: mihi vero in hanc usque diem actum est nihil. Cum igitur
spectandi consuetudo: etiam imitandi licentiam sumat: talem
nobis formam apostolus proponit: ut quis a longe imitan-
tes: in viros optimos transformemur: sicut dicit alibi: in eam
2.Cor.3 dem imaginem transformamur tanquam a domini spiritu. Sane
Prover.22. sicut dicit Salomon quoniam adolescens iuxta viam suam etiam
cum senuerit non recedet ab ea: Custodiendi sunt/ut ne di-
cant nec audiant malum vel turpe aliquod: quoniam ex dicere
et audire aliquid turpium: de facili fit facere aliquod tur
pe. In quo autem maxime velit apostolus Ephesios imi
tatores esse dei: superius ostendit dicens: donantes vo-
bismet sicut et deus donavit vobis. Non enim puto quod et
in ceteris videlicet quecunque deus facit homo deum possit imi
Math.5. tari: sed verbi causa ut quomodo ille clemens est et pluit
super bonos et malos: sic et nos bonitatem nostram super
omnes homines effundamus: quod cum fecerimus: erimus filii
dilecti sive ipsius Pauli: sive ut melius puto ipsius dei.
Sed et in hoc possumus deum imitari: si simus benigni
et suaves omnibus: precipit enim apostolus ut omni amaritu
iiii. dine et motu turbido: quadam cum frontis austeritate dana
tis: clementes simus et blandi: et ad familiaritatem no-
stram ultro homines invitemus: ut nullus ad nos formidet
accedere: que familiaritas maxime ex misericordia comparatur: et
Luce.6. ad hanc solam invitamur a Christo cum dicit: Estote
misericordes ut sitis filii patris vestri: cuius filius charis
simus in tantum fuit clemens in nos [ut traderet semetipsum
deo patri in odorem bone fragrantie vel in odoris suavi
tatem.] Si enim odoratus est deus tanquam odorem suavem sa- Gene.8
crificium quod Noe obtulit egressus ex arca: multo magis
suscepit tanquam odorem suavissimum mortem unici filii tanquam
sacrificium vespertinum. Dicit autem Hieronymus: legis- Ps.140.
se se in evangelio quod dicitur secundum Hebreos: Christus
dominus dicebat discipulis suis: et nunquam leti sitis: nisi cum fra-
trem vestrum in charitatem videritis. Quod si verum est: to Hierony.
ta nobis vita lugendum est et maxime his temporibus: quan-
do abundante iniquitate: iam pene refriguit charitas om
nium: nisi forte sunt aliqui qui adhuc non curvaverunt ge- Math.24.
nua sua ante Baal. 3.Reg.19. videlicet ante statuam quam
erexit Nabuchodonosor. Daniel.3. Nos enim sumus in
quos fines seculorum devenerunt: et puto quod iam transierit 1.Cor.10
aurea etas: imo et argentea/aurichalceaque: et mores nostri
vel ferrei sunt vel terrei: iamque degeneravimus in arbores
steriles quas ignis expectat. Ambulate igitur in dilectio Daniel.2.
ne: quamdiu lucem habetis: et quamdiu pedes statue non per
cutiuntur a lapide offensionis et petra scandali. Esa.8. Sicut
et Christus: non quidem ea tenuitate: sed secundum possibilitatem Luce.23.
nostram: nam et femine sequebantur Christum sed a lon-
ge (imo et Petrus:) et magistri pueris litteras pulcher-
rimas proponunt: ut vel in deterius imitentur. Et Moses iu- Exodi.24.
betur facere secundum exemplar sibi preostensum in monte: ta-
men tabernaculum quod erexit: tantum distabat ab exempla
ri: quantum umbra a sole. [Fornicatio autem et omnis im- Judicum.16.
munditia: ne nominetur quidem in vobis. (hyperbole est)
Si tantum nocere potuit uxor legitima viro: ut eum liga- v.
tum traderet hostibus: omni virtute nudatum: quod figu-
rant septem crines aut discrimina crinium capitis sui: quos Figura.
Dalila eidem derasit: quibus attonsis et vitam et oculos
amisit: factus interim opprobrium philistinorum et abiectio
plebis: quantum putas nocere posse alienam cuius umbra Gene.39.
etiam nocet? Relinquendum est pallium in manu femi
ne etiam et vitam si necessarium est antequam septem flocellis Luce.15.
nostris privemur. De nullo quippe alio legimus quam de fi
lio perdito qui consumpsisset totum patrimonium vivendo lu
xuriose. Etenim et corpus: et vitam: et animam et famam con Eccli.7.
sumunt: ut porcos pascant. Inveni inquit mulierem mor-
te amariorem: que laqueus venatorum est. Iste enim sapiens Prover.
licet sero: tamen ictus resipuit: quippe qui eo stultitie perve-
nit ut haberet uxores quasi reginas septingentas: et concu- 3.Reg.11.c.
binas trecentas: quibus copulatus est ardentissimo amore.
etc. Cumque iam esset senex: sed desideriis iuvenilibus estua Salomon.
ret: depravatum est cor eius per eas: ut sequeretur deos alie
nos. vide Eccli.47. late. Egit tamen penitentiam scribens
proverbia (sicut testatur Hieronymus super Ezechielem
cap.43.) in quibus ait: Novissime ego egi penitentiam: et Prover.24.c.
respexi ut eligerem disciplinam. Itaque femina primum
iniecit oculos in Joseph. Secundo de adiecit dicens: Dormi
mecum: Tertio tenuit laciniam vestimenti eius: Quar- Femina.
to infamavit eum de adulterio. Est enim primum libido
petulans: deinde procax: demum importuna: Quinto ve Figura.
ro peccatum suum predicat quasi meretrix famosa. Et tamen
Joseph vir optimus fugit/sciens ex carbonibus scintil-
las dissilire: et ex ferro prodire rubiginem: et quoniam sunt aspi- Eccli.14.
des que flatu ipso occidunt: quoniam de vestimento quidem procedit
tinea: a femina autem iniquitas viri: et multos leones domuit
hec infirmitas delicata. Habemus carnem unam quam su-
peremus: ut quid alteram superinducimus Dalilam que
nos inermes hostibus tradat? Nemo super unam febrem
cupit alteram habere peiorem: ne incipiat hemitriteo in-
sanabili laborare: et propterea Joseph vestem abrumpit/
ne per eam serperet venenum. Illudque sciendum quod dicit scri
ptura: quoniam post multos dies iniecit oculos domina in servum.
Ubi enim castitas potest esse secura si castitas libere de
amore fuit tentata? sed ille erat servus iusticie: illa autem ancil
la iniquitatis. Post multos inquit dies: post multas vi-

ctorias de carne & maximos triumphos: concupiscentia
postq̄ putat mortua: tunc demū rediuiua resurgit. Me-
rito pinde dixit apl's Fornicatio nec nominet inter vos:
q̄m sicut diximus feminę etiam vmbra nocet: et qđ distu
lit tamē dicēdum est: si expertis credimus tm̄ nocet eius
memoria: quantū eius pręsentia: imo aliquādo plus po-
Augustin⁹ test in somnis q̄ in vigilia: sicut dicit Augustin⁹: et expe-
rientia docet. vnde nos iuxta cōsilium puerbij: Malum
bene conditum non moueamus: sicut decet sanctos dei.
[Aut turpido vt in osculis & amplexib⁹:] secundū Stoi
cos multa re turpia praua hominū consuetudine verbis
honesta est: vt parricidium: adulteriū: homicidium: ince
stum &c. Rursumq̄ re honesta nominib⁹ videri turpia:
sicut liberos pcreare: inflationē ventris crepitu digere-
re: aluum releuare stercore: vesicam vrinę effusione laxa
re. vnde Esaię capi. 47. Denuda turpitudinē tuam: qđ
sic exponūt Hebręi. In morem victoris libidini expone-
re. Quoq̄ legimus Samson ad molam damnatū: sic ex
70. ponunt q pro sobole robustissimus virorū hoc in Allo-
Hierony. phylas mulieres facere sit compulsus. 70. dixerūt: De-
nuda operimētum. Symmach⁹ denuda taciturnitatē: q
taceri debeat pre verecūdia. Qđ & in Cātic. canti. legi-
mus vbi spōsę pulchritudo describit: ad extremū infert
Absq̄ silentio: nolētibus qui interpretati sunt trāsferre
nomen qđ in sancta scriptura sonaret turpitudinē. Hie-
rony. [aut stultiloquiū aut scurrilitas vel vrbanitas que
ad rem nō ptinet:] sed magis grarum actio εὐχαριστία,
gratiosus sermo. Nam sicut dicit philosoph⁹
qualis quisq̄ est: talia agit et dicit. Qui autem magis q̄
oportet risum mouent: scurrę videntur esse & onerosi sunt:
nam risum sequuti: magis cogitant quemadmodū illum
mouere possint: q̄ quēadmodū honeste loquāt. ¶ Qui
autem neq̄ dicunt quicq̄ iocundū nec alios dicere patiū
tur: rudes & agrestes videntur. Qui autē cum modera-
tione locatur pro loco & tēpore & personis: Comes appel
latur: vnde apl's non simpliciter dixit: & vrbanitas: sed ad
iecit: que ad rem non ptinet. Cessatio tamen & iocus ne-
cessaria videntur in vita ait phus: sicut dicit & Seneca: In-
dulgendū est animo: dandūq̄ est sibi ocium quod alimē
ti & virium loco sit. Viri tamē ecclesiastici sobrietas tem-
perate vti debet ludo honesto. Egregie Aristoteles ait:
nunq̄ nos verecūdiores esse debere q̄ cum de dijs agit:
aut regibus loquimur: ne accidat nobis quod Callisthe
Exemplū. ni Alexandri pręceptori quem occidi iussit ppter intem
pestiuos liberos sales. Nam cum se vellet deum videri:
& vulnerat⁹ esset: viso sanguine philosoph⁹: mirari se di-
xit q nō esset de⁹ sed homo. Sic Antonius cū se Liberū
patrem vellet dici: & hoc nomen statuis subscribi: habitu
quoq̄ & comitatu Liberū patrem imitaret: occurrerunt
ei venienti Athenienses cum coniugibus & liberis: et Grece
δυονισου salutauerūt: dicentes deinceps despondere ei
ipsos in matrimoniū Mineruā musam suam:
et rogauerūt vt duceret. Et Antonius ait se ducturū: sed
dotis nomine imperare illis mille talenta: sic vrbana eo
rum dicacitas recidit in caput eorū. Cum aliquādo Ioā-
viij nes euangelista pdicem demulceret: videns eum quidā
iuuenis mirat⁹ est: tantū virum talia facere. Cui apl'us:
Quid inquit gestas in manu? At ille arcum inquit. Cur
inquit non semp tentum circūferes? Et ille: ne iugi curua
tione inquit mollescat. Sic inquit apl's: non te offendat
hec parua laxatio: quia interponenda sunt gaudia curis:
¶ Ceterum q̄m sicut dicit phs: quecūq̄ quis audire su-
Phs. stinet: hec & facere videt: Inde dicit apl'us: nec stultilo-
quiū aut vrbanitas nolet in vobis: sed magis grarum actio.
Decet itaq̄ xpiani sermonē sale semp esse cōditū sicut dicit
Hiero. vt grām apđ audiētes habeat. Qđ hic dicit apl's
Tho. 2. secū de. q. 15. ad 8m. scurrilitas Grece εὐτραπελία. Est autē aliquis Eu-
trapelus dupliciter: qui neq̄ omēs & om-
nino cōuitians est: sed potens cōuitiari moderate: et qui

vtiq̄ sustineat cōuitiatus: et hic vocatur εὐτράπελος,
idest comis. [Hoc autem scitote intelli-
gentes q omnis fornicator aut auarus qui est idolorū cul-
tor/non habet hereditatē in regno Christi & dei.] Non in
quit clam me est esse phos qui doceant fornicationē non
esse flagitium q humanis legibus non puniat: imo au-
diam⁹ reipublicę institutionē secundū doctrinam Pla- Plato.
tonis. Hic enim sicut refert Lactanti⁹: omnia dicit fore cō-
munia etiam vxores. Quid autē erat talis institutio nisi ix.
omniū criminū fons et fomes: et virtutū omniū extermi
nium? Qui enim vult omnes adequare in patrimonio & ce-
teris: non opes subtrahere debet non msimonia: sed ar-
rogantiā supbiam & tumorem: vt illi potentes & elati pa-
res esse se etiam mendicissimis sciant. Detracta enim di-
uitibus insolētia. i. superbe non sapere: nihil interest vtrū p. Timo. 6.
ne alij diuites alij pauperes sint cum animo pares sint.
¶ Putauit igitur se inuenisse iusticiam: cum eam pror-
sus euerteret: Quia nō rerum fragilium tantū sed men- Lactātius.
tiū debet esse communitas: sicut dicit: Erat illis anima vna: Actu. 4.
& cum hoc omnia communia. ¶ Sed tamē iste dixit: tunc bea
tas fore ciuitates: si aut sapientes regnarent: aut Reges
sapientię studerent. Sed o miram Platonis equitatem:
dum omnia vult esse communia: omnia cōfundit. Ubi est er
go virtus castitatis? vbi fides coniugalis? Que si tollas:
omnis iusticia sublata est. Qua sublata: omne regnuz la
trones occupabūt. Ciuitas inquit hoc modo cōcors erit:
et mutui amoris cōstricta vinculis: si omnes omniū fue-
rint & mariti et patres & vxores et liberi. Que est ista cō
fusio generis humani? Quomodo seruari potest chari-
tas vbi nihil est certum quod ametur? Quis autem vir
mulierē aut mulier viruz diliget: nisi habitauerint semp
vna: et mutuam fouerint charitatē? Item si omnes omniū
liberi fuerint: qui amare liberos tanq̄ suos poterit: cum
suos esse aut ignoret aut dubitet? Quis honorem tanq̄
patri deferet: cum vnde natus sit nesciat: ex quo fit vt nō
tantū alienū pro patre habeat: sed etiam patrem p alie-
no. ¶ Quid qđ vxor potest esse communis: filius non po-
test: quem cōcipi nisi ab vno manifestum est. Perit ergo x.
filiorum communitas: ipsa reclamante natura. superest vt
tantūmodo concordię causa vxores velit esse communes.
At nulla vehemētior discordiarū est causa q̄ vnius femi
nę a multis maritis appetitio. In quo Plato si ratione
non poterat: exemplis certe potuit admoneri et mutorū
animaliū: que ob hoc vel acerrime pugnant: et hominuz
qui semp ob eā rem grauissima inter se bella gesserunt.
Quid enim turpius q̄ vt ad eādem feminam multi viri
tanq̄ canes cōfluāt: & maxime si pulchra esset: et is vtiq̄
obtineat qui viribus vicerit? Aut si sapientes sunt vt phi
losophi: expectēt vt vicibus tanq̄ lupanar habeāt. Sub-
lata ergo modestia: & pudicitia verecundia & pudore: re-
degit humanā vitam ad similitudinē non dico mutoruz
sed pecudum & beluarū. Nam volucres pene omnes fa-
ciunt nidos dempto cuculo: quos tanq̄ geniales toros
concordi mente defendunt: & relictos translata hyeme re
petunt: & paria iunguntur: et filios fetusq̄ suos quia certi
sunt amant: & alienos si obieceris abigunt: nisi qđ de p-
dice legim⁹ que fouet que non peperit: & cuculo qui que
parit alij fouēda tradit. ¶ Et q̄m videbat in ceteris ani Hiere. 17.
malib⁹ officia non esse diuisa videlz marium & feminarū:
existimauit etiam oportere feminas militare & consilijs
publicis interesse: & magistrat⁹ gerere & imperia suscipe-
re. Itaq̄ his arma & equos assignauit. Cōsequens erat
vt lanam & telam viris & infantiū gestationes. Nec vidit
impossibilia esse que diceret: ex eo q adhuc in orbe terrę
nec tam stulta nec tam vana gens extiterit ad hunc mo-
dum viuens. De studio auaricię idē forte credebāt Ephe xi.
sij: eo q nō solum nulla humana lege puniebat sicut nec
fornicatio: q sicut supra scriptū est: A maiore vsq̄ ad mi Hiere. 6.
norem & a sacerdote vsq̄ ad pseudopropheta omnes aua

ricię student: & omnes huic igni ligna supiciunt: cōgre-
gantes opes perituras intra inexplebile dolium. Quod
est idolorū cultor? Idolum auarorū alias dixim⁹ esse sta-
tuam aureā quam cōsecrauit Nabuchodonosor. Deli⁹
Homer⁹. tamē illam suis pingit coloribus Homer⁹. Dicit autem
Scyllam bestiam marinam latratū emittere catuli nup
editi: aspectu horrendā esse: duodecim habere pedes: ca
pita sex: singulis capitibus os ingens cum tribus dentiū
ordinibus: morari in cauę spēluncę medio: Capita exerē
tem in pfundissimū mare: piscātemq̄ & delphinos q̄uis
velocissimos: ac balenas deuorātem: imo sicut scriptum
est: Deuorabit Ionam & non mirabit: habet enim fidu-
Iob. 40 ciam q influat Iordanis in os eius. O duram seruitutē:
ignis et infern⁹ nunq̄ dicunt: sufficit. Stultus est inquit
puer. 30 Calisthenes qui fructus arborū spectat: altitudinem nō
metuit. Vide nedum ad altitudinem venire cōtendis: in
ipsis ramis quos comprehēdere niteris decidas. Arbo-
res enim magnę diu crescunt: et vna hora extirpātur. Si
deus es: bn̄fac mortalibus: si homo: qđ es: hoc semp me
mēto. Regium est bn̄facere: tyrannicū vero labores alie
nos tuos facere O Alexāder. Scilla tamē hec vsura est
quę more leporis simul parit: & aliud alit: & rursum sup-
fetat. Vnde merito Plato vetabat aquam a vicinis pe-
tere: nisi prius domi foderis vsq̄ ad terrā quā Ceramiti-
dem vocant: repcrisq̄ non esse spem venę. Ita prius ex-
cutiendum est vtrum parsimonia aut alia via suppedita-
re nobis possim⁹ priusq̄ a mensarijs pecuniā mutuo ac-
cipiamus. i. a Scylla capitū. 6. &c.

¶ Nemo vos seducat inanibus verbis: pro-
pter hec enim venit ira dei in filios diffiden-
tię. Nolite ergo effici participes eorum: era-
tis enim aliquādo tenebrę: nūc autem lux in
domio: vt filii lucis ambulate. Fructus enim
lucis est in omni bonitate & iusticia & verita
te: pbantes quid sit bn̄placitum deo: & noli
te cōicare operibus infructuosis tenebrarū:
magis autē redarguite. Quę enim in occul-
to fiunt ab ipsis turpe est dicere. Omnia autē
que arguūtur a lumine manifestātur. Omne
enī quod manifestat lumē est: propter quod
dicit: Surge qui dormis & exurge a mortuis
& illuminabit te Christus. Videte itaq̄ fra-
tres quomō caute ambuletis: non quasi insi-
pientes, sed vt sapientes: redimentes tempus:
q̄m dies mali sunt: propterea nolite fieri im-
prudentes: sed intelligentes que sit voluntas
dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxu-
ria: sed implemini spiritu sancto: loquentes
vobismetipsis in psalmis hymnis & canticis
spiritualib⁹: cantātes & psallentes in cordib⁹
vestris domio: gratias agentes semp pro om
nibus In nomie domini nostri Iesu Christi:
subiecti inuicem in timore Christi.

¶ Nemo igitur vos seducat inanibus verbis:] qualia
sunt ea que retulimus de ordināda republica sm doctri
nam Platonis. [Siquidem propter hmōi vitia et simi-
lia] etiam si humanis legibus non puniūtur (imo pmit-
Augustin⁹ tunt et construūtur lupanaria in ciuitatib⁹: que si extirpa-
rent sicut dicit Augustin⁹: tota ciuitas turbabitur libidi
nibus.) [Frequēter vltio diuina seuire solet in filios dif
fidētię. De excessu platorū. celeriter. de vita & hone. cleri-
corū. vt clericorū mores. Est autem Grece pro diffidentię/

ἀπειθείας, idest inobedientię siue incredulitatis: qđ
Hiero. verti putat insuabilitas] quos nos
intractabiles appellare possum⁹. ¶ Nō omnibus dormit
deus: licet aliquādo conniueat ad quedam hominū sce-
lera: adest tamē sępe non expectatus: & pluit ex improui
so deus ignem & sulphur de celo: qui videbat dormire: se Genes. 19
roq̄ vt dicit inspexisse diphtheram suam. [Nolite ergo
effici cōparticipes malorū huiusmodi. Quasi dicat apo- puerb.
stolus Ephesijs] qđ dixit Loth generis suis: Surgite et
egredimini de loco isto: quia delebit dn̄s ciuitatē hanc: & xij.
tamē visus est eis quasi ludens loqui. Inde apostolus:
Nemo vos seducat inanib⁹ verbis: ppter hoc enī solet
venire ira dei. [Eratis aliqn̄ tenebrę nunc aūt lux: para
uit enī deus lumē ad reuelationē gentiū: quarū de nume p. Cor. 6
ro vos estis. Hinc illud qđ in figura legimus Iosue: cap.
10. Sol inqt nō mouearis cōtra Gabaon. Ex quo inquit Iosue.
Origenes: Aduenit saluator: finis erat iam mundi. Sed Origenes.
videns deus pater salutem gentiuz que in tenebris erāt
imo ipse tenebrę per filium suum posse constare: repres-
sit diem cōsummationis: et adesse phibuit. Donec ergo Roma. xi.
plenitudo gentiū intrat ad ecclesiam et currit ad lucē p-
ducitur dies: et differt occasus: neq̄ vnq̄ sol occūbit: sed Malach. 4
semper exorit credentib⁹ sol iusticię. Cum vero expleta
fuerit mensura credentiū: & deterior ac decolor etas vlti-
mę generationis aduenerit: cum increscēte iniquitate re- Mat. 24.
frigescet charitas multorū: tunc iam abbreuiabunt dies.
Idem igitur ipse dn̄s nouit diem extendere et retrotra-
here: cum salutis est temp⁹ & pugnę contra aduersarios:
& breuiare cū temp⁹ est tribulationis. Interim ergo qui
fuimus tenebrę curramus ad lucem: ne a tenebris com- Joan. 12.
prehēdamur exteriorib⁹: si hic interiores sustinemus de
quib⁹ dicit: et tenebrę eam non cōprehenderūt. Ioan. 1. xiij.
Sic igitur vitam vestram componite: vt memineritis in-
terim semp patere oculis dei: licet animū eundem semp
habere non possim⁹: sed sicut multę facies hominū sic &
corda diuersa. Et siquidem fieri posset vt semp aquę ba- Hierony.
ptismatis mersos teneremt: volitantia nos desup pecca-
ta nō tangerent. Sed q̄m hoc non datur: vel illud in me
moriā reuocem⁹ quid fuimus: quid sumus: quid futuri
simus: quādiu hic erimus: quot per longū pelagus secū
dis ventis nauigantes: in portu naufragium passi sunt.
Vos igitur quādiu lux est & dies. [vt filij lucis ambulate:
nam fructus lucis est in omni bonitate & iusticia et veri-
te.] vt bonitatis partes sint iusticia & veritas. Cum autē Iusticia.
iusticia sit rectitudo voluntatis ppter se seruata et con-
stans animi ppositum tribuendi vnicuiq̄ quod suū est:
patet q̄m iniusticia est sibi pl⁹ tribuere ex simpliciter bo
nis: minus autem ex simpliciter malis: ppter quod nō
sinimus principari hominē sed rationem: quia sibi hoc
ageret sicut dicit phs/ et tyrannus efficeret. Cum autem Phus.
nemo sibiipsi nocere velit: patet q̄m ad seipsuz nō est in-
iusticia. Iusticia autem secundū phm virtus est per quā
iustus dicit iusti operator sm electionem: ac tributor sibi
ad alium et alteri ad alterum. Vel sic: Iusticia est virtus
qua singuli sua sm leges possident. Nō autem semp qđ
iuste fit honestum est. Cum enī damnat quis: turpe ma
gis est si iuste fiat: q̄ si iniuste. Illud mirabile quomōdo xiiij.
eligimus magis videri boni et iusti q̄ esse: at sanos esse



non ita. ¶ Et sciendum q
phs virum vtcunq̄ bonū &
iustum lapidi tetragono cō
parat: qui habet sex superfi
cies & vocat corpus cubicū:
hmōi enim lapis semp be-
ne stat in qualibz supficie.
Similiter & felix & iust⁹ in qua
libz fortuna bene se habet:
sciens abundare et penuriā
pati: et mutatione fortunę

Iust⁹ quecunq̄ accidit semp permanet idē.

patienter ferre. Philip.4. Et sm sententiã Grecorum: io-
cundũ est re amata potiri: optimũ sospitatẽ habere: pul
cherrimũ qđ iustum est. Optimum & pulcherrimũ et iu-
Felicitas. cundum felicitas ad quam nõ peruenit nisi per iusticiã
et veritatem: sicut dicit ad domum israel: Loquimini ve
ritatem vnusquisq; cum proximo suo. Veritatẽ & iudiciũ
pacis iudicate in portis vestris: & vnusquisq; malum cõ-
tra amicũ suum ne cogitetis in cordibus vestris: et iura-
mentũ mẽdax ne diligatis. Omnia enĩ hec sunt que odi:
dicit dominus. Zacha.cap.8. Fructus igitur lucis est viue
re in omni bonitate quo ad nos: iusticia quo ad proximũ:
veritate aũt quo ad deum: sed & bonitatẽ debemus osten-
Roma.15. dere in proximo: & iusticiam & veritatẽ: qui enim proximũ
diligit: legem implet. [probantes quid sit beneplacitũ deo.]
Omnia facienda sunt cum consilio: vt cauti atq; solliciti:
Trapezita. ea tantũ que scimus deo placere faciamus: in morem pru
dentissimi trapezite qui sculptum nomisma: non solum
oculo sed & pondere & tinnitu & cote examinat. [Et nolite
cõmunicare operibus infructuosis tenebrarum:] de quibus
alias dixit: Quem fructũ habuistis in illis in quibus nũc
Roma.6. erubescitis? Illum nempe: q̃ sepe postq̃ peccare cessa
xv. uimus: velle adiacet nobis: et perficere non possumus: sed
nobis etiã renitẽtibus: ad memoriã veniunt cepe et allia
Roma.7. et carnes Egyptie quas gratis comedebamus. Numeri.11.
cap. Beatus aũt vir qui tenebit paruulos istos & allidet
Ps.136 eos ad petram Christum: priusq̃ grãdescant et captiuos
nos pertrahant iterum in domũ seruitutis. [Magis autẽ
ea redarguite.] Qui enim tacet: cõsentire videtur. Siq-
Matth.5. dem ipsa lux bone vite de qua dicit: Sic luceat lux vestra
coram hominibus: arguit & prodit turpia opera tenebrarum:
etiam si verbis nullum obiurgemus. Opposita enim iux-
Actu.7. ta se posita clarius elucent. Ergo et qui reprehendit: et
qui reuincit: sicut dicit: Non poterant resistere sapiẽtie &
spiritui qui loquebat: et qui perdit: omes arguũt. [Nam
que secreto fiunt ab istis & in tenebris vt ipsi putant: tur-
pe est vel dicere: Nesciẽtes scriptũ: qm̃ tenebre non ob-
Ps.138. scurabunt a te: & nox sicut dies illuminabit: sicut tene
bre eius ita & lumen eius. Nox equaliter ipsa et tenebre
lux sunt ante dominũ: nec tenebre habent tenebras ante
deum: & nox quasi dies lucet: similes sunt tenebre & lux.
Turpe est inquit dicere: Isti sunt quorum vox est: quis vi-
Struthio. det nos? Struthionibus similes. Huius enĩ animãtis mi-
ra est stoliditas. In affrica altitudinẽ hominis equo insi
dentis excedit. Et in tanta corporis altitudine si colla fru
ctice occultauerit: latere se putat. Vngulas habet ceruí-
nis similes bisulcas comprehendendis lapidibus vtiles
quos in fuga contra sequẽtes ingerit. Cõcoquit quecũq;
deuorat sine aliquo delectu. Nox sicut dicitur pudore caret si
cut & vinum: et propterea ea fiunt in tenebris que vel dice-
re turpe sit: de quibus superius dixit: Fornicatio nec nomi
xvi. net in vobis: sicut decet sanctos. Ea igitur qm̃ apostolus
tacuit: & nos silentio preteramus: pudice tamẽ & verecũde
Joel.1. opera carnis notauit: de quibus dicit: Cõputruerunt iumẽ
ta in stercore suo. Turpe est igit ea vel dicere: [Sed om
nia prodita a luce manifesta sunt. Nam quicqd manife-
statur lux est:] siue quicquid manifestat lux est: vtrumq;
enĩ significat participiũ hic positũ videlz τὸ φανερούμενον
quod est a verbo cõmuni. videt autẽ
melius exponi actiue hoc modo. Id quod omia manife-
stat: lux est. Quicqd enim celat nox & caligo: id lumẽ ex
plicat & reuelat. Et ex sanctorum vita optima: redarguitur
et oppilat os suum iniquitas. [Propter qđ dicit spiritus
sanctus: Surge qui dormis: et exurge a mortuis: et illu-
Angelus. He minabit te Christus: aut orietur tibi Christus.] Sed vbi
lig. hec verba scripta sint: qm̃ Hieronymus dicit se nescire: ego
& meam ignorantiã confiteor. Putat tamẽ ab ipso Pau
lo prophetico spiritu proferri: sicut dicunt prophete: Hec di-
cit dominus: Surge igit qui dormis. Ergo inter mortuos
viuimus. Qui autem mortuũ tetigeris: inquinabit: etiam si

sit Nazareus aut summus sacerdos. Numeri.19. Leui.18
Et Paulus quidẽ vigilantibus loquebat sicut alibi: Ho
ra est iam nos de somno surgere: tamen & in hoc corporali Roma.13.
somno cauẽdum est ne toti dormiamus: sed semper cor no
strum excubias agat. Nec cum surrexerimus aperire di-
lecto: iam declinauerit alio &c. et cogamur circũire ciui- Canti.5.
tatem: ne sit somnus noster non quies lassi sed viui homi
nis sepultura: non reparatio laboris: sed spiritus extinctio.
Nam q̃ãtum ad debitum continui profectus/ nihil tem-
poris tam perit de vita nostra: q̃ quod somno deputat.
Videtur enim somnus medium inter viuere & non vi- Somnus
uere sicut dicit phs. Unde videtur esse quedam mortis
imago: & quedam mortis premeditatio. Unde dicebat Hie
ronymus. Cõsuetudinem meam nosti: breuissimo somno Hierony.
vtor: & quasi interuigilo. Satis est mihi vigilare desinis-
se. Aliquãdo dormisse me sentio: aliquãdo suspicor. Vsq; xvii.
quo igitur tu piger dormis: et postq̃ dormieris somnũ puer.6
tuum: nihil inuenies manibus tuis. Hi sunt qui apud infe Ps.75.
ros perpetua ociositate dãnãtur secundũ poetarum figmen-
ta. Surge igitur qui dormis: & dimitte mortuos sepelire
mortuos: et illuminabit te Christus. Luc.9. [Videte itaq;
quomõ caute ambuleris: non quasi insipientes: sed vt sa-
pientes: redimẽtes tempus: qm̃ dies mali sunt. In tene-
bris enĩ non licebat cernere. caute ἀκριβῶς, diligen-
ter & acurate: cochlearum more ingre dientium
lente: qui nunq̃ seipsas mouent nisi cornibus pretentaue-
rint. Videte inquit qm̃ videre potestis: cũ iam in luce ver
semini: quod aliqñ non licuit: videlz cum essetis in tene- 1.Cor.12
bris: sz ducebamini ad simulacra muta: Duces cecos et
ipsi ceci sequentes. Sapientes inquit oculi in capite eius: Eccl.2.
stultus autem habet eos in calcaneo: vnde & in luce am
bulat in tenebris. Et fiant vie illius tenebre & lubricum:
et angelus domini qui cum persequitur. Habent enim & im- Ps.34.
pii lucem suam: de qua dicit: In hac die: que ad pacem Luc.19.
tibi. Habent & cõsilium suum videlz presentia appetere:
eterna desperare: iniusta agere: iusta deridere: nimirum xviii.
qm̃ habẽt vt diximus non in capite sed in calce oculos su
os. Sed precipitabit eum cõsilium suum. Job.18. Quem Mat.22.
enim hic gloria tẽporalis extollit: ligatis manibus & pedi-
bus illuc eum vltrix fama suscipiet: Interim autem insi- Gregorius.
piẽte fortunato nihil intolerabilius: sicut dicit: per tria mo puerb.30
uet terra sed quartũ non põt sustinere/ videlz per seruũ
cum regnare ceperit: per stultũ cum saturatus fuerit: per
odiosam mulierẽ cum assumpta fuerit in matrimonio: &
per ancillam (Agar verbi grã) cum heres fuerit domine
sue. Sane interrogatus Aristippus quid interesset inter Aristippus.
sapientem & stultum: mitte inquit vtrumq; ab loca igno
ta: & nosces. Dignoscit autẽ maxime sapiens in hoc: qm̃
sapientes tempus vndecũq; redimunt: etiã cum dispen-
dio ceterarum rerum: stulti autem solatia querunt dicentes Sap.2.
Coronemus nos rosis anteq̃ marcescant. Sapiẽtes itaq;
qm̃ dimidio tm̃ vite ab insipientibus differunt: vtrisq; enĩ
necessarius est somnus: interim autem reliquum vite irre
parabile volat: illud maxime adnititur vt famam suam
factis extendant: sicut & stulti dicunt: vbiq; relinquamus
signa leticie. Redimẽtes tempus. Seneca. Quem mihi Seneca.
dabis qui aliquem tẽpori precium ponat? qui intelligat se
quotidie mori? In hoc enim fallimur q̃ mortem non pro
spicimus. Magna pars eius iam preteriit. Quicqd eta-
tis retro est mors tenet. Omia aliena sunt: tempus tm̃ no-
strum est. Memento illius puerbii: sera in fundo parsi
monia: non enim tm̃ modicum in imo sed pessimũ rema
net. Nusquã est qui vbiq; est. Tyrannus fuit exacte dili
gentie senex: qui dum post annũ.40. vacationem procura
tionis a. C. Cesare vltro accepisset: componi se in lecto: et
velut exanimẽ a circunstante familia plangi iussit: luge-
bat domus ocium dñi senis: nec finiuit ante tristiciam: q̃
labor illi suus restitutus est: adeo iuuat occupatum mori:
esse enim sub sentibus delitias putabat: putans & in hoc

redimere tempus: ne apud inferos perpetua ociositate
damnaret. Seneca. Sicut autem dixit Menander opti
mus cõsiliarius tempus est: cuius tanta est efficacia vt pos
sit mutare & nomẽ & formam et naturam & fortunã. Tẽ-
Menãder. pore enim decedente ex hedo fit hircus: et ex pulchro fit
deformis: ex sapiente stultus: et ex paupere diues. Deniq;
vbi erat rosa: tempore decedẽte spinam reperies. Itaq;
puerb.24. qm̃ iustus scit se fragiliorem esse vitro ipso: quippe qui se
pties in die cadere potest: vitro autẽ & si casus timet: non
tamen senectus aut febris aut mors: querũt oportunitatẽ
Luce.10. vacãdi vni & soli: de quo dicitur vnum est necessariũ. Possu-
xix. mus hoc mõ redimere tẽpus: qđ minus fecimus in vno
tẽpore: resarcire in alio: implentes mẽsurã virtutis: iux-
ta puerbium: pensum soluere: sicut dictum est ad populũ
Exo.5. dei in Egypto: vacatis ocio. Palee non dabũtur vobis:
et implebitis cõsuetum numerũ laterum: impii autẽ non
dimidiant dies suos. Ps.54. Imo quidam nec viuere in
cipiũt: cum iam sint senes pueriq; etatis & dextera sua
computent annos. Alii moriunt in Egypto: alii in deser
to: pauci ad terram promissam perueniũt. Aliis dicit: Diem
Ezechie.4. pro anno computaui tibi: aliis autem annus pro die im-
putabit. Numeri.14. Alii cõsumati in breui implent tem-
pora sua. Sap.4. expectãtes mortem que vbiq; eos ex-
Luce.12. pectat: sicut dicit: et vos similes hominibus expectãtibus
dominũ suum. Quid autẽ stultius q̃ eo tempore cogita-
re de corrigenda vita quãdo excedendum est de vita. Mali
Job.24. igitur sunt dies: sed iis quibus dedit deus tempus penitẽ-
tie & ipsi abutũtur eo in superbia. Mali sunt quãdo & an-
gustiat homo ad vitam: dilatatur ad miseriã: sicut dicit
Gene.47. de Jacob: dies peregrinationis mee pauci & mali sunt. Redi
mẽdi ergo sunt & cõmutãdi: et in multos & bonos. Quis
est inquit homo qui vult vitã: diligit dies videre bonos?
Ps.33. imo quis est qui hoc non vult? Sed vide quoniã hi dies
hic sunt querendi: alibi autẽ inueniendi: non autẽ hic: vbi
homo natus de muliere satis breui viuit tẽpore. Job.14.
Augustinus Et hodie sicut dicit Augustinus: paganorũ querela est
contra ecclesiam: vos inquiẽtes corrũpitis disciplinã: mo
xx. resq; humani generis perditis. Quam obrem? Dando in
quiunt hominibus penitentie locum. Ideo enĩ homines
mala faciũt securi: qm̃ non illico contra eos profertur sen
tentia: sed cõuersis statim patet ianua misericordie. Imo
augerent duplo peccata desperatione venie: Non atten-
ditis q̃ licẽtiosa crudelitate viuũt gladiatores? vnde hoc
nisi iam ad ferrum victimamq; destinati: explere volũt li
bidinem anteq̃ fundant sanguinẽ. Ergo ne desperatio-
ne homines deterius viuerẽt: promisit deus indulgẽtie por-
tum: quo proposito deponis vela iniquitatis: cõuertis pro-
ram: velificas ad iusticiã et speras veniã. Rursus ne spe
venie peius viuerẽt homines: fecit diem mortis incertũ.
Cras inquis bene viuam. Vide qm̃ & si indulgẽtiam tibi
deus promisit: non tamẽ diem crastinũ: cum diẽ sequentẽ
non viderit qui noctu dicebat: Anima mea: habes mul-
Luce.12. ta bona. Et propterea [nolite fieri imprudẽtes:] sicut legi
mus de quinq; virginibus reuera stultis. Mat.25. que fini
to tempore/ expleta messe atq; vindemia/ oleum quere-
bant: et sicut dicit: sero sapientes vt Phryges: sicut legi-
Luce.16. mus & in epulone: qui sero magister esse incepit cũ iam
nec discendi tempus haberet: nec docẽdi. Nolite igitur
fieri imprudẽtes: [sed intelligẽtes que sit voluntas dei]
de cõsec. di. bona: beneplacens & perfecta. Roma.12. [Et nolite inebria-
2. in calice. ri vino in quo ẽ luxuria: Grece ἀσωτία, idest in qua
est luxus. Dicebat aũt Apuleius Qm̃ prima
Eccl.19. cratera ad sitim pertinet. Secũda ad hilaritatem. Ter-
tia ad voluptatem. Quarta ad ebrietatem. vere autẽ si-
xxi. ne Cerere & vino luxus friget. Vinum vero amor & nox
Exo.32. nihil moderabile suadent. Nox pudore vacat: amor & vi
num nõ timẽt: sed sicut dicit: sedit populus mãducare et
& bibere: et surrexit ludere. Legimus & in Daniele hoc
modo. Balthasar rex fecit grande conuiuiũ optimatibus

suis mille: et vnusquisq; secundũ suam bibebat etatem. Daniel.5.
Precepit ergo iam temulẽtus: vt afferrẽtur vasa aurea
et argẽtea que asportauerat Nabuchodonosor pater eius
de templo quod fuit in Hierusalẽ: & biberunt ex eis rex &
optimates eius (et quod dictu quoq; scelus est) vxores &
concubine. Bibebãt ergo temulenti iterũ atq; iterum: et
laudabant deos suos aureos: argenteos: ereos: ferreos:
ligneosq; & lapideos. Vide vnde ceptum est cõuiuium &
vbi finitum: & intelliges quomõ est in vini temulẽtia lu-
xus. Erat igitur gula & ebrietas & temulentia: quia fecit
grande cõuiuium: et cum esset temulentus. Erat & luxu-
ria: qm̃ erant ibi & cõcubine quibus inter epulandũ in-
escarent cõuiuantiũ oculi. Erat & superbia qm̃ mille nu
mero erant. Erat & idolorum cultus: qm̃ deos suos lau-
dabant. Erat & blasphemia: qm̃ crateris dei abutebant:
vñ et in eadẽ hora apparuit vltio dei/ manus videlz scribẽ-
tis contra cãdelabrũ hec verba/ in pariete: Mane: Tetel: מנא
Phares. Qui scriptũ legerit inquit rex Balthasar pur תקל
pura induet: bibet in auro: dormiet super aurũ: curru ve
hetur cũ frenis aureis: bysso induet & torque aurea: scdo פרס
loco sedebit propter sapientiã & regis affinis vocabit. Jo- Josephus.
sephus ita dicit. Legit igit eum Daniel: & exposuit in hũc
modum: Mane: Thetel: Phares. id est: numerus: appen
sio: diuisio. Numerauit deus regnum tuum: & compleuit
illud. Thetel: appẽsus es in statera: et inuentus es minus
habens. Phares: diuisum est regnum tuum: & datum est
Medis et Persis. Eadem nocte interfectus est Baltha xxii.
sar rex Chaldeus: et Darius Medus successit in regnũ.
Quandiu lucebat candelabrũ humane prosperitatis: co-
messationi iste vacabat: sed in puncto ad inferna descen
dit. Vos igit huius deterriti exẽplo: nolite inebriari vino
in quo est luxus: [sed implemini spiritu sancto. Non q̃ po
testatis nostre est sic impleri: dicit tamẽ spiritus sanctus in
psalm. Aperi os tuum: & ego implebo illud: et flumina a-
que viue fluent de vẽtre eius. Joan.7. Et illud: ipse vos Ps.80.
baptizabit spiritu sancto & igne. Luc.3. cap. Ipsa transla
tione sermonis exprimẽs gratie largitatẽ: cõmemoratione
vero ignis ipsius gratie spũs sancti vehemens atq; incõ
prehensibile designauit donũ. Implemini igit spiritu
scto: [loquẽtes vobismetipsis psalmis & hymnis et can-
tionibus spũalibus:] sicut dicit: Cantabiles mihi erant Ps.118.
iustificatiões tue in loco peregrinationis mee. Sed quomo
do inquies cantabimus canticũ domini in terra aliena: in
terra Babylonis/ in terra seruitutis exules a patria? Si Ps.136
oblitus fuero tui Hierusalẽ cãtaueroq; inter alienos cã
ticum dñi: Adhereat lingua mea faucibus meis: ne locum
peregrinationis incipiamus habere pro patria. Sed vide
quid sequit: [Cantantes dixi: sed in cordibus vestris.] (et
exultauit spũs meus. Joan.bapt.) Habet enĩ & pater ve-
ster celestis suos choros: symphoniasq; de quibus dicit:
Preuenerũt principes: siue precesserunt cantores eos qui Ps.67.
post tergũ psallebant in medio puellarũ tympanistriarum.
Videt autem hic cõmemorari historie que habet Josue
cap.6. quomodo capta est Hiericho: arca dei circũeunte Josue.
muros & sacerdotibus buccinãtibus: vociferãte populo re cap.38
liquo. vide ibi. Habet & cãtores qui vocant in Job astra
matutina & filii dei. Cantabiles mihi erant iusticie tue in
loco huius peregrinationis. Cõsolabat se propheta in iudi-
ciis celestibus: & angebat in alienis peccatis. Ea autem
cantare cõsueuimus que bene memoria tenemus: & que
melius cantant: melius nostris adherent sensibus. Non
ergo perfunctorie transeamus que legimus: sed cum abest xxiii.
codex a manibus tanq̃ animalia que munda habent in
lege: que etiã cum non pascitur ruminare cõsueuerũt: ex Luce.11.ca.
semetipsis alimenta sibi recondita proferentes: ita & nos
de nostre memorie thesauro ruminãdum nobis pabulũ
spirituale promamus: vt psallamus spiritu: psallamus et
mente: ne si obliti fuerimus comedere panem nostrum: di Ps.49.
cat nobis: precisisti sermones meos retrorsum. Unde vt

expelleret obliuio a domo sancta sua/cantores fecit sta=
Eccl.47 re verus Salomon: et in sono eoꝝ dulces fecit modos.
p̄.Reg.16. Sic ⁊ Dauid psallente malus ille spiritus expellebatur:
qui Saul regis cor vexabat. Prophete quoqꝫ vt ꝓphe
4.Reg.3. tarent: psallendi peritū iubebant psallere quo suaui inui
tati dulcedine: spūalis refunderet gratia. Deniqꝫ et ipse
met Dauid iam regno potitus: saltauit ante arcam do=
2.Reg.6. mini: et percutiebat in organis armigatis: sicut ⁊ alibi dicit
ps.70. Psallam tibi in cythara sancte Israel. Gaudebunt labia
mea cum cantauero tibi: ⁊ anima mea quam redemisti.
Cātauit ⁊ tympanistria nostra in fine seculoꝝ dicēs: Ma
Luc.1. gnificat anima mea dn̄m. Sed qm̄ in corde cantandum
est: hoc est in auribꝰ dei: sequit: Et exultauit spūs meus
in deo salutari meo. Ceterum psalmus et hymnꝰ Greca
xxiiij. sunt: primū significat cantionē: posterius laudem. [Gra
tias agentes semꝑ de omnibꝰ in nomine dn̄i nostri Jesu
christi deo et patri. Semꝑ igitur sunt habēde gratie deo
in ꝓsperis quia consolat: in aduersis quia corrigit: cum
essemus quia vocauit: cum peccauimus qr ignouit: cum
conuersi sumus quia occurrit: cum pseueramus quia co
ronat. Sed quomō vnicam filiam tot locabimꝰ generis?
Ambro. Quid reddemꝰ pro suscepta carne de virgine: quid pro
verberibꝰ? quid pro cruce quam portauit humeris? quid
ps.115. pro morte eius? quid deniqꝫ ꝓ eo ipso ꝙ ipsum et in ipso
habemus oīa? Reddamꝰ igitur charitatē pro munere:
pro precio pecuniā ⁊ gratiam ꝓ sanguie. Nihil est enim
Seneca. grato animo honestiꝰ: acceptū enim bn̄ficium sicut dicit
Seneca eterne memorie infigendum est: sicut dicit apo=
stolus semꝑ agentes gratias deo: in nomine domini no=
stri Jesu christi: per quem cognouimꝰ veritatem. [Sub
iecti inuicē in timore Christi. Nam ⁊ si dignitas maiorū
Daniel.7. est: tamē Christus ministrare venit: cui in celo milia mi=
lium ministrāt ⁊ decies centena milia presto sunt.

¶Mulieres viris suis subdite sint sicut domi
no: qm̄ vir caput est mulieris: sicut Christus
caput est ecclesie: ipse saluator corporis eius.
Sed sicut eccl'ia subiecta est Christo: ita & mu
lieres viris suis in omnibꝰ. Viri diligite vxo=
res vestras sicut & Christus dilexit ecclesiam:
& seipm̄ tradidit pro ea vt illam sanctificaret:
mundans eam lauacro aque in verbo vite: vt
exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam: non
habētem maculā aut rugam: aut aliquid hu=
iusmodi: sed vt sit sancta & imaculata. Ita &
viri debent diligere vxores suas vt corpora
sua. Nemo enim vnqꝫ carnem suam odio ha
buit: sed nutrit & fouet eam: sicut & Christꝰ
ecclesiam: quia mēbra sumꝰ corporis eius &
de ossibꝰ eius. Propter hoc relinquet homo
patrem & matrē: & adherebit vxori sue: &
erunt duo in carne vna. Sacramentū hoc ma=
gnum est. Ego autem dico in Christo & in ec
clesia: verūtamen & vos singuli vnusqsqꝫ vxo
rem suam sicut seipsum diligat: vxor autem
timeat virum suum.

¶Mulieres viris suis subdite sint sicut domino: Caput
enim mulieris vir est: sicut Christꝰ caput est ecclesie: ipse
Gene.18. saluator corporis eius. Sint igitur mulieres subdite vi=
xxv. ris exemplo Abrae et Sare que eum dn̄m vocabat. Et
quidem ordo nature hoc exposcit vt vir sit caput vxoris.
Sed tamē caput tandiu caput est quandiu corpus regit
⁊ moderat: sed cuius cor emortuum est intrinsecus: et fa
p̄.Reg.25. ctum ad modum durissimi lapidis: non erat caput in do
mo: magis autem sapiētissima Abigail/ que dulci collo=
quio simul et muneribꝰ: (nam ⁊ muneribꝰ dii capiuntur)
iram prophete sedauit. Sed ⁊ in domo Lapidoth vxor Judic.4.
eius Debbora caput erat: erat enim ꝓphetes: et iudica=
bat populū illo tēpore sub palma que nomine illius vo=
cabat inter Ramam et Bethel in monte Effraim: ascen
debantqꝫ ad eam filii Israel in oīe iudiciū. [Sed sicut
ecclesia subiecta est deo in Christo: ita ⁊ mulieres viris
in omnibꝰ. In omibus inquā que decent ⁊ expediūt: nec
tamē omni modo sicut ecclesia est Christo subiecta: qm̄
et Christus deus est ⁊ ecclesie saluator: quod tamē non
sunt viri. [Et vos viri diligite vxores vestras sicut ⁊ Chri
stꝰ dilexit ecclesiam: ⁊ seipm̄ tradidit pro ea precio. 30. ar Zacha.11.
genteorū:] decoꝝ preciū quo appreciatus est a populo
suo. Cato dicebat illum maiore fore laude celebrandum
qui in vxorē ꝙ qui in senatū bene se gesserit. sicut Chri=
stus inquit eccl'iam. Sed quis est hic ⁊ laudabimꝰ eum?
¶Uxor quidem optima: (sed fenice rarior) tutū est sola=
tium: mala autē penale tormentū: compedes auree vt di
citur. ¶Unde ⁊ cum quidam letanter diceret Diogeni se
de nouo duxisse vxorē: ait illi. Paruū solatium ⁊ magnā
sollicitudinē es mercatus. Nam hoc tibi psuasum habe p̄.Cor.7.
quādiu vxorem habes: seruus es vite non liber: qm̄ po= xxvi.
testatē corporis non tu sed vxor habet. Si pulchram du
xisti: fortasse non solus habebis. Si turpem: duplex incō Uxor.
modum: ⁊ seruū esse: et vxoris fedē: tamen si vxorem du=
xisti ne alienaꝝ amore vincaris: sed vxor que tibi primū
virginali cōiuncta est mrimonio: perseueret tecū vsqꝫ ad Themisto.
senectutē. Quidam vnice filie pater Themistoclen con
sulebat vtrū eam pauperi sed morato/ aut locupleti sed
parum cordato locaret. Cui ille: Malo inquit virum pe Pecunia
cunia ꝙ pecuniā viro indigētem: Quo dicto stultuꝫ mo= vl' sapiētia.
nuit vt generū potius ꝙ diuitias generi legeret. His ta=
men temporibꝰ non raro videmus/ inuitas canes vena=
tum duci: hostis est enī vxor que inuita viro tradit: non
quia optimꝰ est: sed quia diues est. Tamē si duxistis: me
mores qm̄ os de ossibus vestris est ⁊ caro de carne: dili= Genes.2.
gite eas sicut ⁊ Christꝰ ecclīam. [Ut illam sanctificaret:
mūdatam lauacro aque in verbo] baptismatis videlꝫ sa
cramēto. de quo p̄.Cor.cap.3 dictum est. [Ut adhiberet 2.q.1.oībꝰ
⁊ copularet eam sibi ipsi gl'iosam ecclesiā: non habētem cōsiderat/⁊
maculā aut rugam aut quicꝙ eiusmodi: sed vt esset san= 3.q.44.
cta et irreprehēsibilis:] sicut dicit ad Abraam patrem fi recurrat.
dei ecclesie: Ambula coram me ⁊ esto irreprehensibilis.
¶Uideant igitur viri si hoc p̄ceptum apostoli implent: Gene.17
vt vxores diligant pinde vt Christꝰ eccl'iam. Et quomo
do putas eam dilexit? Nō illi exprobrauit suam turpitu=
dinem: ꝙ erat Ethiopissa et fusca et mēdicans. Ipsa est Numeri.12
enim illa nobilis Ruth Auia sancti Dauid: que olim col xxvii
ligebat spicas que fugiebāt manus messorum Booz cui
postea nupsit. Non autē eidem nuberet: nisi domū parē Ruth.2.
tes patriamqꝫ relinqueret. Sic ⁊ ecclesia non ante ama
bilis efficit domino: ꝙ priorem cōuersationē relinquat. ps.44.
Cui dicit: Audi filia et vide ⁊c. Hec inquā est que dein=
ceps effudit vnguentum super caput Jesu: ⁊ similiter vn
ctos pedes extersit capillis capitis sui: et domꝰ impletur Luce.7.
ex odore vnguenti. Nardus ergo que per se non redole
bat: statim vt tetigit spōsum: regressa ad spōsam ecclīam Joan.12.
odorem retulit sponsi. Pone ergo Mariam tanꝙ spon=
sam que habꝫ figurā ecclesie: hec affert libram vnguēti: Eccl'ia.
que prius spicas colligebat: ⁊ vnxit pedes Jesu ⁊ capil=
lis detergens: videt recipere per crinē capitis sui ad se=
metipsam ex qualitate ac virtute corporis eius infectuꝫ: Origenes.
et odorē non tam nardi per vnguentū ꝙ ipsius verbi dei
ad se trahentē per capillos quibus abstersit pedes: et im
ponere capiti suo non tam nardi ꝙ Christi fragrātiam.
sicut per oppositū Christꝰ contactu manuū suaꝝ aposto
loꝝ pedes sanctificauit et vnxit: et aquas Jordanis ⁊c.
Hec est inquā que ignorante Booz iacuit ad pedes eiꝰ: Ruth.3.

Ruth.3. prius tū lota: ⁊ vncta ⁊ induta cultioribus vestimētis: hoc
est aqua baptismatis: penitētie lachrymis. S.S. vnctiōe:
Luc.15. induta charitate ⁊ omī virtute. Dormiuit aūt Booz: cum
spiritū pr̄i cōmēdauit. Ipse dicet tibi quid te oporteat fa=
Figura. cere: qꝫ ab ipo necesse est vt salutis sue eccl'ia ordinē dis
cat. Uidet mulierē Booz iacentē ad pedes: eccl'iaꝫ vꝫ hūi
liter venerātē sacramētū incarnatiōis. Priorē misericor=
diā posteriore supasti. qm̄ postꝙ eccl'ia credidit: Cōstāter
Rom.8. pseuerat. Dormiuit ad pedes eiꝰ vsqꝫ ad noctis abscessuꝫ:
qꝛ in spe incarnationis quiescēs: patiēter expectat sui cor
poris redēptionē. Nolo te vacuā reuerti: qm̄ eccl'ia ꝓ cer=
Marci.vlt. to nouit qm̄ qui credi. ⁊ baptizatꝰ fuerit: saluꝰ erit. [Tulit
itaqꝫ Booz Ruth ⁊ accepit vxorē: Christo. n. sācta eccl'ia
ꝓlem/ gn̄rat spūalem: sic dicit: donec sterilis peperit plu=
p̄.Reg.2. rimos. Amauit igitur Chr̄s eccl'iaꝫ alienigenā Ruth: pau
perem nō quidē meretricem: tū que alii nupserat viro:
xxviii. Alibi tū dicit: tu aūt fornicata es cuꝫ amatoribus multis
Hiere.3. tū reuertere ad me. ¶Amauit ethiopissam: vt formosaꝫ in
oculis dei: postꝙ seipm̄ tradidit ꝓ ea: vt exhiberet eā sibi
Esaie.4. nō hn̄tem maculā: has. n. lauit sanguine suo: sicut dicitur
quia abluet dn̄s sordes filiarum Sion: ⁊ sanguinē Hieru=
salem de medio eius in spū iudicii ⁊ ardoris: sanguis aūt
hic ille est quē sup se acceperūt Judei dicētes: sanguis eiꝰ
Matth.27. sup nos ⁊ ... Sordes igit filiaꝝ Siō lauant aut vrunt spū cō
bustiōis qd. n. leue est lauatur: qd aūt graue exurit: iuxta
Luc.3. illd: ille vos baptizabit. S.S. ⁊ igni. Homo igit aquā tri=
buit: deꝰ aūt spiritū. S. dat: quo macule eccl'ie abluunt:
⁊ sanguis mūdatur spiritu ardoris: qm̄ ex charitate pec=
cata nr̄a tulit: spū iudicii qm̄ non potētia cum hoste con=
flixit: sed equitate: sicut alias dictū est: Maculas igit mo=
riens abluit: rugas vero cū impletū est illud: dinumera=
uerunt omnia ossa mea. ps.21. hic non sumus sine omni
ruga peccati venialis quod est cōtra Pelagium qui dice
bat inueniri posse multos ī hac vita sine oī macula ⁊ ruga
sed hoc nitimur hic vt ibi exhibeamur sine oī macula ⁊c.
sublatis igitur maculis ⁊ rugis: eccl'ia vndiqꝫ inculpata ⁊
irreprehēsibilis facta: introducta est ad thalamū Chr̄i: di
Canti.4. cēte spōso: tota pulchra es amica mea ⁊ macula nō est in
te. Est etiā eccl'ia per actionē bonā: munda a macula: ⁊ ꝑ
spem tensa ad supna: proinde vestis Christi in mōte tāꝙ
nix dealbata effulsit. Marc.9. que significabat eccl'iā omī
macula peccati mūdataꝫ que per Christi in ligno crucis
extensionem extensa est ab omni ruga: ⁊ erecta ad cele=
stia vt dicat: cupio dissolui: ⁊ esse cum viro meo Christo.
Philip.1. Neqꝫ rugā: fidelis sermo: quota est. n. femina
his nr̄is seculis que nolit se exhibere marito (⁊ vtinā suo
tm̄) sine macula ⁊ ruga. ¶Quod scimꝰ loquimur ⁊ qd
vidimus testamur: Quedā femina quinquagenaria pin
gebat oculos stibio ⁊ maxillas purpurisso: cerusaqꝫ pe=
ctora marcescētia arataqꝫ rugis: dicebatqꝫ per iocū: ego
tendam dū potero pellē meā quātuncunqꝫ deus rugis
implicet eam. Deniqꝫ vxor Neronis siue mater. 500. per
omnia loca secum fetas asinas traxisse legitur: qd lac il=
lud cōferre ad candorem mulieꝝ in cute existimatur: to=
tumqꝫ corpus etiā illo lacte in balneo macerasse: extendi
qꝫ eodē modo cutem existimās. [Sic debent viri diligere
suas vxores: vt sua ipsoꝝ corpora. ¶Nā ꝙuis summo in
uicem maritus ⁊ coniūx amore teneant: qualis illa vxor
memoratur Hasdrubalis que capto viro: in pire se iecit
incēdiū: vel que viris mortuis superuiuere noluerūt: nūꝙ
xxix. tū dilectionē illā vir sapiēs dilectioni Chr̄i ⁊ eccl'ie cōpa=
rabit. Sācius igit hic intelligēdus est amor: quo ⁊ Isaac
dilexit vxorē suā Rebeccaꝫ: que interpretatur patientia: ⁊
de terra Messopotamie que seculi huius ex omni parte
Gene.24. fluctibus cingitur: in terrā eā promissionis induxit: vt con
solaretur pro morte matris sue. Interitum quippe syna=
Jone.4. goge coniunctione ecclesie tēperauit. At Jonas videns
Niniue cōuersam: synagogā autē perpetua ariditate dā
nataꝫ: irascebatur vsqꝫ ad mortem: ⁊ interrogatus a dn̄o:
num bn̄ irasceris tu super hedera: confidenter respōdet:
bn̄ cōtristor ad mortē. Non. n. sic volui cōuerti alienos vt
meos perderez. Tu (inquit) doles sup hedera inqua nō
laborasti. Christus dn̄s nō laborauit in Israel quō in gen
tiū pp'lo. Deniqꝫ Isrl' loquitur cōfidēter. Ecce tot an̄is ser
uio tibi: ⁊ mādatum tuū non preteriui: ⁊ nūꝙ dedisti mihi Luc.15.
hedūꝫ ⁊c. filio autē huic perdito dedisti vitulū saginatuꝫ:
cui clementer pr̄ respōdit: fili tu semꝑ mecū es ⁊c. pro gen
tium populo immolatus est agnus dei: ⁊ hedum ⁊c. pro
illo descendit ad inferos. vn̄ fr̄ maior inuidet minimo: ꝙ
post oēm sub stantiā cū meretricibus prodactaꝫ: recipiat
anulum ⁊ stolaꝫ: ⁊ fulgeat pristina dignitate. ¶Nata est
aūt hedera sub vna nocte: que significat tēpus an̄ Christi
aduētum qui mundi lumē fuit: ⁊ vna nocte periit: que nō
recepit lumen illud qui illuminat omnem hominem ⁊c.
Niniue aut ecclesiam significat: in qua maior est numerꝰ
ꝙ decem tribuuꝫ Israel: qd ⁊ fragmenta in solitudine si=
gnificāt. 12. Cophinoꝝ. Sunt aūt plusꝙ. 120000. nescien Joan.6.
tes inter bonum ⁊ malū: deum ⁊ Idola: ⁊ erāt quasi ma=
gna domꝰ in qua erant non solū aurea ⁊ argētea vasa sed
⁊ fictilia. Illudqꝫ interim sciendū ꝙ non casu aut fortuitu 2.Timo.2.
vxor futura Isaac ad fontem reperitur. Gene.24. Seruꝰ
Abraam a multis puellis aquā expetiit: nec accepit: nisi xxx.
a sola Rebecca. Josephꝰ. Et vxorem suā futurā Jacob ad Josephus.
fontem osculat: ⁊ femina cui copulatꝰ est Moses: ad fon Gene.29.
tem inuēta est cū sex sororibus suis. Exo.2. que adaqua=
re cupiebant oues: deniqꝫ ad fontem audit samaritana: Joan.4.
Messias venit: ⁊ qui loquitur tecum ipse est. De fonti=
bus. n. saluatoris haurit eccl'ia cum gaudio aquā. Esaie. Esaie.12.
12. qua mundatur a maculis ⁊ extenditur ne contrahat
rugas: sed sit semꝑ sancta ⁊ corpore ⁊ spū. Fortassis ⁊ iste
septem filie Raguelis siue Jethro madianite aut Obab
Septē sunt mulieres de quibꝰ predixit Esaias: apprehē
dent. 7. mulieres virum vnū: idest vniuersitas ecclesiaꝝ
ex gētibus adunata ad fidē vnius mediatoris: ⁊ ꝓpterea
vni tm̄ nupsit Moses vt vnā eccl'iaꝫ prefiguraret. ¶Dica=
mus illud: qm̄ vnus quisqꝫ homo humani generis pars
est: ⁊ sociale quiddam est nā humana: magnūqꝫ habet ⁊
naturale bonuꝫ vim qꝫ amicitie: et ob hoc ex vno deꝰ vo= Chryso.
luit omnes condere: vt in sua societate non solū similitu=
dine generis sicut in ceteris aīalibꝰ: sed etiam cognatio=
nis vinculo tenerent. prīa itaqꝫ naturalis humane socie=
tatis copula vir ⁊ vxor est: quos nec ipsos singulos cōdi=
dit deus. ⁊ tanꝙ alienigenas iunxit: sed alterum ex altero
creauit: signās etiam vim cōiunctionis in latere: vn̄ illa de
tracta formata est: lateribus. n. sibi iungunt qui pariter
quo ambulāt intuentur. Consequēs est connexio societa
tatis in filiis: qui vnus honestus fructus est concubitus
maris ⁊ femine. De modo autē quo humanū genꝰ mul=
tiplicaretur Adam nō peccante/ alias dictū est. Dicit aūt
Aug. hoc modo. Potuerūt condi sine cōcubitu: vel sicut August.
Adam ⁊ Eua creati sunt: sed hoc modo nō magis essent xxx.
vnius nature ꝙ pisces aut aues: ⁊ periret vnitas illa qua
ex vno sumus oēs: nec essemus fr̄s ⁊c: vel sicut pōt deꝰ Uide.S.bo
dare apibus vt sine cōcubitu generēt: vel sicut potuit cor nā.in.3.dist.
pus Christi in vtero virginali formare: possent ⁊ ꝑ cōcu= 21°.de hac
bitum gn̄ari: potuisset. n. vtero coniugis salua virginitate matēa.
vel integritate feminei genitalis: virile semen immitti: si=
cut nunc potest eadē integritate salua ex vtero virginis
alicuius fluxus menstrui cruoris emitti. ¶Ex quo sequi
tur primū ꝙ femine ante pctm̄ concepissent saluo pudo=
re. scōm ꝙ hoies cum virginitate gn̄arent: qm̄ nō maior
integritas debuit seruari in femina ꝙ in viro. 3 ꝙ nūc pōt
femina concipere manente virgine ꝑ rationē aug. dicētis
per eandem viā pōt semen immitti ꝑ quā egreditur men=
struum: est. n. illud mēbrum attractiuū ⁊c. 4. ꝙ hō potest
virgo gn̄are: quia emissio seminis non diminuit hois inte 4 Mara.
gritateꝫ: sicut patet in dormiēte ⁊c. 5. ꝙ sic fuisset partus
sine dolore ⁊ salua virginitate. Dicit. n. Augu. lib. 14. de

Ciui. dei/ꝙ illud fieret p viscerū relaxationem nō per fra
ctionē: qualē tñ non ponim⁹ in immaculata virgine: dici-
mus aūt fuisse duo corpora simul in eodē loco: vide Aug.
F. Maro. lib. 14. de Ciuitate dei capite. 28. Hic locus nō placet vsq;
quaq;: tamē hec deductio Fran. Maronis est. Poterāt
igitur sic geniti crescere vsq; ad certum modū ⁊ incremen
tum: nec vergerent tamen in senium: nec morerentur: sed
illa benedictione impleta qua dictum est/Crescite ⁊ mul
Gene. pᵒ. tiplicamini: transfererentur in celū. Si. n. vestib⁹ Israe-
litarū prestitit deus per. 40. annos non veterascere: quā
Deut. 8. to magis prestaret hoc corporibus obedientium prece-
pto suo feliciſſimum quoddam temperamentum certi
status donec in melius conuerterēt: non morte interue-
niēte: sed beata cōmutatione a mortalitate ad immortali
tatem? Bonum itaq; coniugij non solum est bonū pp̄ter
filiorū generationem: sed propter ipsam etiam naturalem in
xxxii diuerso sexu societatem: alioqui iam non diceretur matri
monium in senib⁹: presertim si vel amisissent filios vel eos
Augustin⁹. non genuissent. ¶ Nunc vero in bono licet annoso cōiu-
gio si emarcuit ardor etatis inter masculum ⁊ feminam:
viget tamen ordo charitatis inter virum ⁊ vxorem. Quia
quāto meliores sunt: tanto maturius a cōmixtiōe carnis
sue pari consensu se continere ceperunt: non vt necessita-
tis esset postea non posse quod vellēt: sed vt laudis esset
primū noluisse quod possent. Habent etiam id bonū cō-
iugia: ꝙ iuuenilis in continentia etiā si vitiosa est: ad p
pagande prolis reducuntur honestatem: vt ex malo libidi-
nis aliquid boni faciat copula coniugalis. Intercedit. n.
quedam grauitas feruide voluptatis: cū in eo ꝙ sibi vir
Matrimo. ⁊ vxor adherent: pater ⁊ mater esse meditantur. Inde. n.
Genes. 3. dictum est matrimonium: ꝙ mulier mater fieri desiderat:
Cui tamen dicitur: ad virum conuersio tua. Vir ergo di-
ligat vxorem: sciens quoniam os est ex ossibus suis: ⁊ ca-
ro de carne. [Qui. n. diligit vxorem suā: suū corpus imo
se ipsum diligit. Nemo. n. vnꝙ̄ suā ipsius carnē odio ha-
buit: Imo nutrit ⁊ fouet eam: sicut ⁊ dñs ecclesiā.] Nisi
Iudi. 16. ꝙ de Dalila legimus que oculos eruit marito suo: cū ipse
eam foueret in sinu suo. Nam ⁊ si sancti carnem domāt:
non carnem: sed peccatum domāt ⁊ prudentiā carnis ⁊
xxxiii mortis corruptionem qđ regnat in carne. Mulierē tamē
omnem esse qualis illa Dalila fuit per ꝙ̄ venuste signi-
ficauit Lacon quidā: qui cū vxorem duxisset perpusillā:
ac pro hoc ludibrio esset populo: dicebat e malis qđ mi-
nimum esset eligendum. Nutrimus igitur carnem ⁊ fo-
uemus. Si ergo tanti vitrū vt dicitur: quanti margaritū?
si caro ancilla sic ex colitur ⁊ curatur: quāto amplius stu-
dio anima curanda est? Quod ego nonnulli dicunt male
se esse sine corpore: omnino falluntur. Nō. n. corpus sum
sed corruptionem eius ⁊ pondus oderunt. Quod autē
continentia quadā ⁊ laboribus quasi persequi videntur
sancti corpora sua: nō id agunt vt non habeāt corpus sed
vt habeāt subiugatū ⁊ paratum ad opera necessaria. Cer
te. n. quātūlibet domator sis carnis: ⁊ quantūlibet in ea
Augustin⁹. seueritate accendaris: nescio vtrum ne claudis oculum si
aliqs ictus immineat. Sed tñ castigāda est caro. Qui. n.
xxxiiii a nullis abstinet licitis cito in illicita decidet. Licitū est cō-
iugiū. Illicitū adulteriū: ⁊ tñ tēperātes viri vt lōge sint ab
illicito adulterio: refrenāt se aliqñ ⁊ a licito coniugio sicut
quis potest inebriari de vino cellarie sue. [Quoniam
membra sumus corporis eiusdem: ex carne eius ⁊ ex ossi
bus eius.] Ossa robustiores sunt in corpore ecclesie: ca-
ro autem imbecilles ⁊ infirmi: quos lacte nutrit et aposto
lus. quos bene significauit ouis illa macilenta semiuiua
atq; nudata vellere suo/quam pastor in humeris reuexit
Luc. 15. ad ouile. [Huius rei gratia relinquet homo patrē ⁊ ma-
34. q. p̄. c. 2. trem ⁊ adherebit vxori sue ⁊ erūt duo in carnem vnā.] Hec
cū. p bel. 31. verba primū hoiem dixisse legimus in Genesi. que Chri-
q. 1. qm̄ Vgi stus dñs in euangelio dicit fuisse ipsius dei: cū dicit: Nō
nib⁹. de di- legistis qr qui fecit ab initio masculū ⁊ feminā fecit eos: ⁊

dixit: propter hoc relinquet hō patrem ⁊c. vt intelligam⁹ nostris gau demus.
propter extasim soporis que precessit in Adam inqua in
3. paradisum ⁊ ipse raptus fuit: hoc eum diuinitus tanꝙ̄
propheta dicere potuisse. Et hoc loco magnificat linguā Math. 19.
suam is cuius manus cōtra omēs: Luter dico: dicitq; sed
non in spiritu dei loquens: Matrimonium non est diuinit⁹
institutum: Sed ab hoibus in eccl'ia inuentum: quod for
tassis verū est de matrimonio quo ipse (vt fertur) vxorē
duxit contra ius fasq;: dicente Apo. qui violauerit tēplū p. Corin. 3.
dei destruet ⁊ disperdet illum deus. Quod si nō est diui-
nitus institutum: quid est illud: propter hāc relinquet hō
patrem ⁊ matrem? ¶ Relinquit aūt filius patrē priuile
gio dilectionis quā transferre debet in vxorē vt fiat pater
familie proprie qui est filius aliene. Tantaq; erit dilectio
inter virum ⁊ vxorem ꝙ vtriusq; spiritus nullā habebit
differentiam inter carnem a se viuificatā ⁊ carnem alte-
rius dilectam: ⁊ si possent in vna ⁊ eadem carne libenter
habitarent: ⁊ qr re non possunt facere hanc vnitatem: qđ
possunt faciunt vnionem dilectione: vel in carnem vnā. i.
ad generationē vnius carnis ⁊ prolis. Itaq; iunguntur in
prole qui diuisi sunt vt iungerentur. propter hoc (inquit)
p p̄re ⁊ m̄re relictis adherebit vxori. Hierony. Q̄ videlꝫ
ex viro est vxor ⁊ ex vna carne sunt ambo. ¶ Relinquet hō
patrem ⁊ matrem. Cameli nunꝙ̄ superueniūt matres suas.
Cū. n. aliqñ camel⁹ emissarius nō haberetur: curator pul
lū m̄ri optū emisit: Qui dū coiret: delapso operorio agno- xxxv
uit matrē. Et quis coitū absoluerit: memor tñ cōmissi sce
leris: paulo post camelariū illū morsu defixo interemit.
Quēadmodū igitur scel⁹ est vnā carnē in duo diuidere:
sic iniquissimum est virū ab vxore diuidere. Est. n. diuor-
tiū preter naturā qr caro inciditur: contra legem: qr sepa
rantur quos deus coniunxit. Quoniā autem sicut dicit
Augus. hō in paradiso non vixit sine sacramēto aliquo:
nec fuit aliud ꝙ̄ sacramentū matrimonij videlꝫ: Infertur
inde ꝙ hoc sacramētum non sit ex euangelio tm̄: non sit
inquit primo institutum in euangelio: sed est ⁊ ex lege na Matrimo nium.
ture. Non ꝙ aliquod ceterorum si de iure humano: sacra
menta. n. solus deus potest instituere. Et quoniam
fuit in statu perfectissimo videlꝫ innocētie: patet ꝙ nihil
imminuit de statu perfectionis: ⁊ iterū inter immaculatā
Virginem ⁊ Ioseph fuit verū coniugium ¶ Matrimonium
scđm docto. nostrū in. 4. dist. 26. q. p'ma. est vinculū indisso
lubile inter marē ⁊ feminā ex mutua translatione pote-
statis corporis: vel corporū in se inuicem facta: si petatur
videlꝫ: ad procreandam prolem ⁊ debite educandā. Vel
sic: Sacramētū matrimonij est expressio verborū maris ⁊
femine ad inuicem: significantium traditionem mutue
potestatis corporum ad prolem debite procreandam: ex
institutione diuina efficaciter significans gratiam confe-
rendā mutuo contrahentibus: ad coniunctionem mutuā
animorū gratiosam. Vel si verba certa nō sint precise for- xxxv
ma huius Sacramēti: ponatur loco illius: expressio certo
rum verborum: exhibitio certorū signorū vel aliquid gene Augustin⁹.
ralius significans traditionē mutuā potestatis corporum
⁊c. Liberorū ergo in matrimonio opera cōcessa sunt: volu
ptates aūt que de meretricū capiunt amplexib⁹ in vxore
scđm indulgentiam conceduntur. Hoc igitur legens ois
vir ⁊ vxor: Intelligunt sibi post conceptū magis orōni ꝙ̄
cōnubio seruiendum. Et qđ in animalibus ⁊ bestijs ipso
nature iure prescriptū est vt pregnātes vsq; ad partū nō
coeant: hoc in hoibus sciāt arbitrio derelictū: vt merces
esset ex abstinentia voluptatū. Vir quidā cū suspitione la
boraret zeli: ꝙ puer quē susceperat ex vxore suus nō esset
(inquit) vxor sciscitāti vtquid mest⁹ esset ⁊ solito tristior.
Vellem hūc meū esse vti tuus est. Nihil est hic impense:
negotij parū: ait illa Acceptoq; filio: hic (inquit) qđ nemo
dubitat me⁹ est: annuēte viro: vt nihil igitur dubij supsit
de manibus meis suscipe eum ait tuus sit. Vt isti sapiē-
tiam femine quanta arte quantaq; facilitate ꝙ̄ paruis ex
pensis plagam

pensis plagā sanauit insanabilē alias humana industria.
Cum igitur vir ⁊ vxor vna caro sint: ita vxorib⁹ vt nostris
Hierony. corporibus prouidendū est. Nemo autem corpus suū tur
piter amat: aut semetipsum propter coitū diligit: sed quasi
vasculū aie sue fouet corpus ⁊ nutrit: ne fracto vase: id qđ
cōtinebatur effluat ⁊ erūpat. Erūtq; duo in carne vnam.
quomodo enim de Adam ⁊ Eua omne hominū nascitur
gen⁹: sic de Christo ⁊ ecclesia oīs credentiū multitudo ge
nerata est: que vnum corpus ecclesie effecta: rursum in la
tere Christi ponitur ⁊ coste locū replet: sicut dicitur: Asti-
Psal. 44. tit regina a dextris tuis: siue cōiunx sicut legit Hieronym⁹
Hierony. ⁊ vnū viri corp⁹ efficitur iuxta illud. Ioan. 17. cap. Pater
da: vt quomodo ego ⁊ tu vnum sumus: sic ⁊ ipsi in nobis
Tho. 3. p. q. vnum sint. ¶ Ita ergo adherebit ei amoris vinculis et
61. ad scđm. vi sacramēti: vt ex duob⁹ vnū fiat. [Mysteriū hoc magnū
De Diga- est: verū ego loquor de Christo ⁊ ecclesia.] Qđ autē nos
mis nō ordi legimus sacramentū hoc: grece μυςήριον legimus: non sa
nādis. De- cramentū. Qđ autem ap'ls di cit: ego autē di-
bitum. co in Christo: manifeste indicat hoc magnū mysterium ad
Christum ⁊ ecclesiam pertinere: nō ad mariū ⁊ vxorem.
xxxvii Neq; enim in hoc magnū est sacramentū si vir iungatur
vxori: qđ ⁊ apud gētes sit: sed in hoc ꝙ sub hac copula car
nali prefigurabat mysteriū illud ⁊ sacramentū: de quo di
Ioā. p'mo. citur verbū caro factū est ⁊c. Primus igitur homo ⁊ pri-
mus vates Adā hoc de Christo ⁊ ecclesia prophetauit: ꝙ
relinqueret Christ⁹ patrē suum deum ⁊ matrem suā cele
stem vꝫ Hierusalem: ⁊ venerit ad terrā pp̄ter corpus suū
ecclesiā: ⁊ de suo latere eam fabricatus sit: ⁊ propter illam
Sacramē- verbū caro factū sit. Et quoniā non oīa sacramēta equa-
ta. lia sunt: sicut sacramentū baptismatis est magnū propter
absolutā necessitatem: ⁊ quoniā est ianua aliorū: sacramē
tum autem eucharistie est magnū propter cōtinentiā re-
alem presentie corporis Christi: ita ⁊ sacramentū matri-
monij magnū est propter id qđ significat: vꝫ verbi incar-
nati mysteriū: ⁊ hoc modo non solū magnū est: sed maius
Augustin⁹. ceteris sacramētis sicut patet intuēti: quoniā in rebus per
tēpus ortis summa gratia est qua verbū caro factū est ⁊c.
Hierony. De hoc ita dicit Hieronym⁹. ¶ Gregorius Nazianzenus
Gregorius. cum de hoc loco tractaret mecū: dicere solebat. Vide quā
tum istius capi'i sacramentū sit: vt ap'ls illud in Christo ⁊
in ecclesia interpretās: nō se ita asserat vt testimonij postu
laret dignitas expressisse: sed quodāmodo dixerit: scio ꝙ
locus iste ineffabilibus plenus sit sacramētis: ego autem
pro pusillanimitate sensus mei in Christo interim illud ⁊
ecclesia intelligendū puto: nō ꝙ aliquid Christo ⁊ eccle-
sia malus sit: sed qđ totū qđ de Adā ⁊ Eua dicit: in Chri-
sto ⁊ in ecclesia interpretari difficile est. Nō tantū autē fe-
cūditas cuius fructus in prole est: nec tantū pudicitia cui⁹
vinculū est fides/verūetiam quoddā vt diximus sacramē
tum nuptiarū cōmēdatur cōiugatis: vt vꝫ viuēs cū viuēte
in eternū nullo diuortio separētur. Cuius sacramenti tā-
ta obseruātia est in ecclesia Christi: vt cum filiorū procreā
dorū causa vel nubāt femine vel ducātur vxores: nec sterilē
xxxviii. cōiugē fas sit relinquere: vt alia fecūda ducatur. Et vsq; a
deo manēt inter viuētes semel inita iura nuptiarū vt po
ti⁹ sint inter se cōiuges q̄ ab inuicē separati sunt causa for
nicationis interueniēte ꝙ̄ cū ijs qb⁹ sic separati fortassis
adheserūt. Deniq; mortuo viro cū quo verū cōnubiū fuit:
iniri cōnubiū nō potest cū quo pri⁹ adulteriū fuit. Hoc tñ
patit exceptionē de quo vide extra in Decretis de eo qui
duxit quā prius polluit per adulteriū libro. 4. Ita inter
viuētes manet vinculū cōiugale: ꝙ nec separatio: nec cū
altero copulatio possit auferre qđ de⁹ cōiunxit. Manet au
Augustin⁹. tem vinculū ad noxā criminis nō ad vinculū federis. Si-
cut apostate aīa velut de cōiugio Christi discedēs/etiā fi-
de pdita: sacramētū fidei nō amittit: qđ lauacro regenera
tionis accepit. Redderet eñ proculdubio redeūti si ami-
sisset abscedēs. ¶ Quid autē sibi vult in sacramēto eccle
Gene. 26. sie: ꝙ tātus patriarcha Isaac legitur cū vxore sua lusisse

⁊ inde cōiugiū eius agnitū est: cū dixerit vxorē suam esse
sororem? Videat inquit Augustin⁹: ne aliquid in ecclesia Figura.
narrādo peccet: si secretū viri eius in scripturis intueatur
⁊ inuenerit eū maiestatē qua equalis est patri paulisper
abscōdisse in forma serui: vt eius capax esse posset huma
na fragilitas: eoq; modo se cōiugi cōgruum ꝑpararet sicut
Heliseus puero. Quid enim absurdū: imo quid pronū-
tiationi futurorū incōgruū: si ꝑpheta aliqđ carnale lusit
vt eū caperet affectus vxorie: cū Vbū dei caro factū sit vt
habitaret in nobis? Sed iam audisti Apostolū dicentem Ioan. 1. ca.
quoniā sacramentū hoc magnū est in prefigurādo. Quo
modo magnū? Nūquid nō potuit deus vxorem facere vi-
ro: ipso vigilāte? Aut pp̄terea voluit eum dormire: ne sen-
tiret cū costa sibi detraheretur? Quis autē ita dormit: vt
osse cōuulso: non expergiscatur: corde interim apparēte si xxxix.
adesset qui intueret? Qui potuit sine dolore auferre costā
dormiēti: potuit ⁊ vigilāti. Quare ergo dormiēti extracta Augustin⁹.
est? Sacramētū hoc magnū est. Dormiēti eñ Christo in
cruce facta est cōiunx de latere. Percussum est lat⁹ dor- Ioan. 19.
miētis militis lancea: ⁊ pfluxerūt in mysterio ecclesie sa-
cramēta. Sic vellere expsso idest carne: manauit sanguis Iudicū. 6.
⁊ aqua: ⁊ illo sitiente in cruce: cōpluta est ois eccl'ie area:
vnde pullulauit tāta martyrū multitudo: cū Christ⁹ solus
esset ⁊ singularis anteꝙ̄ trāsiret. Nobis ergo nō nisi incō- Psal. 140.
mutabilis veritatis intuitu ⁊ in abysso diuine sapiētie cor
poris excedēs sensib⁹ obdormisse videt Adā: qđ ex ver-
bis ei⁹ satis liqt. Rediēs eñ indicat quo abierit: dū tanꝙ̄
ebrius de cella vinaria veniēs: eructauit hoc magnū sacra Bernard⁹.
mētū: qđ tāto post in Christo ⁊ in eccl'ia cōmēdauit ap'ls.
Nūquid dormiebat qui surgēs a somno dixit: hoc nūc os Genes. 2.
de ossib⁹ meis: ⁊ nō magis videt dicere potuisse: ego dor-
mio ⁊ cor meū vigilat? Qđ si pp̄ter illā parētes relinquē- Canti. 5. ca.
di sunt: quos parētes relinquet Adā qui nullos habuit?
ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, Sed inquit sacramētū hoc magnū
est/in Christo vꝫ implendum ⁊ in
ecclesia: qđ iam ex parte impletum est: reliqua impleri
cernimus: ⁊ perficienda certa fidē tenemus. [Quāquā ⁊
vos singillatim suam quisq; vxorem diligat vt seipsū: vxor
autem non solū diligat sed reuereatur virū.] Qui pro nu-
be Iunoni sacrificabāt exemptū fel abijciebant ad basim
altaris: significantes a matrimonio bilem omnem procul
esse oportere. Requirendū est autem an carnaliter vxor
intelligēda sit: que timere precipit virū suū: cū frequēter
multo meliores maritis inueniantur vxores: ⁊ eis impe-
rēt ⁊ domū regāt: ⁊ educāt liberos: ⁊ familie teneāt disci-
plinā: illis luxuriātib⁹ ⁊ per scorta ruētib⁹. He viros suos
vtrū regere debeāt an timere lectoris arbitrio derelinquo
ait Hieronym⁹. Et sciēdū ꝙ luna cū soli cōiungit: tūc obscu Hierony.
rat ⁊ occultat: cū abest: lucet. Econtra vero optima vxor
presente marito maxime cōspici debet: eodē absente: maxi
me condi: ac latere. De Sara tamē legim⁹ ꝙ fuerit post
ostiū tabernaculi: cū Abraā alloqret dño. Gene. 18. cap.

¶ Sextum caput.

Filij obe-
dite parētibus
vestris in domi
no: hoc enim
iustum est. Ho
nora patrē tuū
& matrem tuā:
quod est man-
datum primū
in promissio-
ne: vt bene sit ti-

f

bi & sis longeuus super terram. Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros: sed educate illos in disciplina & correctione domini. Serui obedite dominis carnalibus cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri sicut Christo domino: non ad oculum seruientes: quasi hominibus placentes: sed vt serui Christi: facientes voluntatem dei ex animo cum bona voluntate seruientes sicut domino & non hominibus: scientes quia vnusquisq; quodcunq; fecerit bonum hoc recipiet a domino siue seruus siue liber. Et vos domini eadem facite illis: remittẽtes minas: scientes: quia & illorum & vester dominus est in cœlis: & personarum acceptio non est apud eum.

Prima ¶ Filij obedite parentibus vestris in dño], Sciendũ q̄ preceptorũ dei (que decalog⁹ vocãtur in scriptura) partitio ita erat i lapidib⁹ deformata: vt tria pcepta vna tabula cõtineret. Figura. 7. vo altera: qm̃ de⁹ vnus est & trinus. Septẽ vero in amorẽ proximi dirigũt qui septenario numero constat: nã corpus ex quattuor constat elementis: quattuor item humoribus: anima vero ex tribus vz memoria intellectu & volũtate. Hoc pro nunc supponimus verũ / quoniã secũdum quẽdam Hebreorũ oĩa precepta cõtingebant tabulã vtranq;: tria tamen illa precedebant ordine cetera. Igitur inter precepta septem secũde tabule. Primũ preceptũ est de honore parẽtum: qm̃ sicut deus principiũ est omniũ per creationem: ita et homo primus parens est totius posteritatis humane per propagationem: parẽtibus autẽ sicut alias dictũ est quoniã digne non possumus retribuere sicut nec dijs nec magistris: cũ nobis causa essendi sint: honestius est illis circa alimẽta subuenire: & honorem illis queadmodũ dijs impẽdere: & maxime hs: qui non solũ genuerũt: sed educauerũt ac erudierũt in via mãdatorũ dei. ij. Filios autẽ ἀπὸ τοῦ φύλου, hoc est ab amore dictos volũt: q̄ oim constãtissimus amor sit parẽtũ in filios. Pittacus. Dixit autẽ Pittacus quoniã que ipsi erga nr̃os parentes fecimus: eadem expectem⁹ nos passuros esse. Qui suis parẽtibus nõ defert honorem: quibus parcere poterit? Chryso. Phs. Unde quidaz sicut refert Phs cũ increparetur q̄ patrẽ verberasset ita se excusabat dicẽs: & ipẽ inquit patrem verberauit suũ / Exẽplum. & ille rursus suũ: qui & puerũ ostẽdens inquit & hic cũ vir erit me: nã id nobis gentile est. Et quidã qui trahebatur a filio: sistere precepit ante Ianũ: nã & patrem suũ eo vsq; Math. 15. a se tractum fuisse. ¶ Qui ergo maledixerit patri suo aut matri eadẽ pena plectitur ac si nomen dei blasphemaret morte inquit moriatur. Deut. 21. Denique & qui patrẽ percutit aut matrem morte punitur secũdũ legem. Exo. 21. ca. Imo inobediens parẽtibus iubetur lapidibus obrui. Hierony. Meretur etiã cecitatis subire suppliciũ ait Hierony. qui parentũ vultus toruo visu despexerit: & elatis oculis leserit pietatem. Ne vultu quidem ledenda est pietas parentũ. Docuit enim nos Christus in cruce pendens vsq; ad vltimã respirationẽ parentum gerere curã. Ioan. 19. Qui enim alijs mulieribus astantibus nihil dixit: docet nos plus aliquid impẽdere parẽtibus cũ dicit: mulier ecce filius tuus: ipse te accipiat in sua. Iustissime itaq; sicut dicit Uale. Maxi. Ua. Maxi. quadã pari vindicta parẽtum ac deorũ violatio expiãda est. iij. Qui enim in parentes iniurius est: quomodo deũ reuerebitur aut hoĩes? Prouerb. Oculũ inquit sapiens qui subsanat patrẽ: suffodiãt eum corui de torrẽtibus: & comedant eum filij aquile. Propter irrisum enim parentẽ maledictio & seruitus cõprehendit omnem poteritatem Cham. Gene. 9. cap. Ad satisfaciendũ humanis desiderijs filios & filias dat de⁹ promiscue: sicut legim⁹ in Iob. 7. filios & tres filias: & adhuc vt concordia multiplicetur p cõnubiorũ copulationes. Quõ si sane alicui filij tm̃ nascerentur: alij autem filie: cum eas omnes viris traderet: domũ vacuã relinqueret: atq; hereditatẽ suam desolatã. Nũc vero filias suas dat foras: filijs autem intus accipit vxores: ac per hoc & intrinsecus hereditatem. ¶ Memẽto Origenes. illi⁹ venerabilis Ruth: quomodo detulerit socrui sue Noemi. Nõ ergo nurus inferat cõtumeliã socrui: reminiscentes q̄ ipse socrus eis viros genuerint: & nutrierũt sibi filiũ tibi vero maritũ. Noli cõpellere filium. i. maritũ tuum parentes inhonorare. Sufficiat tibi q̄ possides virum quẽ nõ nutristi: & sustãtiã quã non acquisisti: q̄ venis in domũ quã non edificasti: & eris domina laborũ alienorũ. Noli ergo retribuere mala pro bonis his qui tibi ea preparauerũt: atq; suo labore acquisierũt hec oĩa. Tanta autẽ fuit vnanimitas filiorũ Iob vt & malignus atq; inuidus demõ facilius oẽs pariter indiuisos interficere: q̄ diuidere ac dissotiare potuerit. Nõ sic autem filij Dauid Amnõ Absalon: Adonias: quorũ prior sororem stuprauit. 2. Reg. 13. Sequens patrem regno expulit. 2. Regum. 15. cap. Tertius patre viuente eleuabatur dicens: ego regnabo. 3. Reg. 1. ca. Non inuidebat alter alteri sicut legimus de filijs Iacob. Gene. 37. cap. iiij. Et merito quidem: nã mittens ad eos sanctus Iob: sanctificabat illos. Job. 1. cap. Mittebat eos ad creatorẽ vt illũ agnoscerẽt: mittebat & ad magistros q̄ i dei timore instruerent. Sed & ipse surgens diluculo sanctificabat eos / pro singulis sacrificiũ offerens. Quare pro singulis? Quia singuli a deo creati sunt: singuli de vtero matris exierunt: sigillatim totidemq; in resurrectione atq; in inquisitione iudi(t.) resurgent. Si hereditatem illis distribuerem: non Iob. ne secũdum numerũ illorum diuiderem? Multo ergo magis pro singulis hostias immolabo. O syncerltatẽ patris & studium genitoris. Quãdo permitteret vt aliquid mali filijs suis in verbis atq; operibus euidentioribus appareret: qui pro occultis & abdytis aut oĩno forsitan non existẽtibus ita sollicitus est vt dicat: ne forte benedixerint deo in cordib⁹ suis? Ne forte de impudicitia cogitauerint aut de similibus. Ne forte cõfringantur rami mei: euellantur propagines mee: & excidat fructus meus: quẽ ego in iusticia genui & enutrini. Omnia enim que deliquerint filij: de parentibus requiruntur qui non erudierint neq; corripuerint filios suos: qd̃ euidenter ostenditur in Heli. 1. Reg. 2. ca. Hoc faciebat Iob non semel: & .2. neq; vno anno: sed omnibus diebus vite sue: non quiescebat: non dormitabat: non obliuiscebatur / dicens: ne forte. Ergo & vos o filij obedite parentibus vestris in dño: hoc est in rebus licitis & honestis: vnde dicit. [Hoc enim iustum est.] V. Lege quidem nature omnes nascũtur liberi: tamẽ seruitus vel magis proprie subiectio filialis ad patrem est de lege nature: puta obedientia filialis qua filius subijcitur discipline patris: sicut dicit doctor noster in .4. distin. 56. q. pma: propterea igitur dicit apl's. Doctor nr̃. Hoc enim iustũ est vz revereri eum a quo habemus & esse & bene esse: sed & lex dei hoc ipsum dictat: que in hoc consona est legi naturali: nec in hoc vim suam & autoritatem amisit. Dicit autem. [Honora patrem tuum & matrem tuam.] Et q̄q̄ alias hoc sit de lege nature: tum de lege scripture: & nunc eandem vim obtineat illud preceptum: tamen quo magis inuitaret ad officium: adducit & premium: vt bene sit tibi: vt sis longeuus super terram. Exo. 20. ca. (Quod secundum litteram stare non potest: multi enim honorant parentes: & cito moriuntur: multi autem parricide longo viuunt tempore. Hieronymus.) Hierony. Quod in alijs preceptis decalogi non legimus: sed tantum: non occides: non mechaberis: non furtum facies. ¶ Reuera autem indignus videtur vita qui parentes non reueretur: quorum ope ipse vz vite munus accepit. Honora ergo parentes tuos: quod est primum mandatũ in repromissione: vt bene sit tibi: & sis longeuus sup terrã.

vj. Ad hec Hieronymus. Hierony. Dicũt aliqui q̄ in primis quattuor preceptis prime tabule nulla promissio ponit. Sed videtur mihi nõ obseruasse subtili⁹: qr in scd̃o precepto ponit hoc modo: faciẽs miam in milia his q̄ diligũt me: & custodiũt Exo. 20. ca. mãdata mea. Hec verba certe repromissionẽ sonãt: voco autẽ secũdũ preceptũ: illud: nõ facies tibi idolũ neq; omnẽ similitudinẽ eorũ que in celo sursum sunt vel in terra deorsum: Deut. 6. ca. & que in aquis subt⁹ terrã: nõ adorabis ea. Primũ vero preceptũ est: audi israel: dñs deus tuus de⁹ vnus est. Tertiũ est de iuramẽto. Quartũ de sabbati obseruatiõe. Forsitan ergo qr decalogus exeunti de Egypto populo prima lex data est: vnũquodq; mãdatũ decalogi primũ mãdatum est appellãdũ ad cõparationẽ eorũ preceptorũ Luce. 2. ca. que postea in lege pcepta sunt. Honora igit parẽtes tuos: qm̃ & Iesus descẽdit Nazareth & erat subditus parẽtib⁹ Gene. 21. suis. Optat enim pater paruulũ crescere vt faciat ei festũ in die ablactationis: citoq; videre maiorẽ: eumq; numeris iuuenũ miscere festinat: nũq̄ sibi forsitan seruiturũ. Solue ergo parẽtib⁹ vel ex parte qd̃ debes: qui nũq̄ tuos vagi- Hierony. tus horrẽtes: totũ in te lambebãt osculis corpus. Si ergo quicq̄ sapitis o filij: eo aĩo videte venerabiles facies: quo vos ipsi cõspiciũt: qm̃ eorũ oscula adhuc habetis impressa maxillis. ¶ Senib⁹ seruire facile est: quos nemo portat: nemo nutrit succo corporis sui. Habet enim quãdam senect⁹ infantiã. vij. Nomẽ igitur pr̃is grãde mysteriũ est: & nomen matris arcana reuerẽtia. Et propterea quantũcũq; detulerim⁹ obsequij: nõdum reddidim⁹ gratiã qua geniti sumus: qua portati: qua hausimus lucem: qua & honestis artibus instituti: & ipsis autorib⁹ cognouimus deũ / a quo cõditi sumus. Honora ergo patrẽ & matrẽ. Et vide quãta Exẽplum. sit vis nature in parẽtibus & filijs. Ua. Maxi. Narrat Uale. Maxi. de quodã filio Cresi qui erat officio loquẽdi destitutus. Cum autẽ vnus e numero Persarũ concito impetu in necẽ patris nudo ferret gladio: velut oblitus q̄ fortuna sibi nascẽti denegarat: ne Cresum regẽ occideret proclamãdo: mucronẽ reuocauit & qui mut⁹ sibi vixerat: saluti parentis vocalis fact⁹ est. Exẽplum. Similiter narrat de gẽte Scytharũ: que cũ Dario imperiũ facientis in eorũ regiones: paulatim cederẽt: interrogati ab eis per legatos quẽ finem fugiendi aut qd̃ initiũ pugnãdi facturi essent: respõderũt se nõ vrbes: nec agros cultos pro quib⁹ dimicarẽt habere. Ceterũ cũ ad parentũ suorũ monumẽta venissent: scituros queadmodũ Scythe pugnare solẽt. ¶ Prima igit & optima regula natura pietatis est magistra: que nullo vocis ministerio: nullo vsu litterarũ indigẽs: tacitis viribus charitatẽ parẽtum pectorib⁹ filiorũ infudit. Coriolan⁹ quidã dãnatus a Romanis / ad Uolscos Romanis infestos cõfugit: eorumq; adeptus imperiũ: Romanis postea infestissim⁹ fuit. Nec voluit cõfederari: licet missi fuissent ad eum sacerdotes cũ infulis. Qd̃ vidẽs mater eius: vxorẽ illius & filios secum adducẽs: filiũ adijt. Quã vt vidit: expugnasti inquit me: & vicisti iram meã. Patriã istã q̄uis merito mihi inuisam vtero tuo dono: & cõtinuo agrũ Romanũ armis hostilib⁹ liberauit. Primũ missi sunt legati. Scd̃o sacerdotes. Tertio haruspices: postremo editui vates. Deiceps venit Uolumnia mater: & vxor Uirgilia multa cum turba feminarũ. Et querit Uale. Maxi. an liberi possint dare parẽtib⁹ maiora beneficia q̄ acceperũt. Quid ergo mirũ si filij parẽ- Ambrosi⁹. tes honorẽt: quãdo sicut dicit Ambrosi⁹ & Ciconie hoc faciunt: sicut alias diximus: quas tamẽ nec scriptura nec lex: sed ipsa natura cõstringit? Non solũ autem pro eo parentes iubemur diligere q̄ illud natura docet: lex precipit: et premiũ pollicetur: sed ne eorũ iram incurram⁹ & maledi- viij. ctionem sicut dictũ est de Cain: quomodo & dixit Iacob: timeo ne putet pater meus sibi voluisse me illudere: & inducat sup me maledictionẽ pro benedictiõe. Gene. 27. ca. Tho. 22. q. 65. ad scd̃3. sequitur. [Et vos patres ne prouocetis ad iram liberos vestros: sed educate eos in eruditione & correptione dñi.] Asserebat Cato haud secus mulctandũ esse qui vxorem aut filios verberibus torsisset: q̄ qui in deũ manus intu- Cato. lisset. Ne inquit abutamini potestate vestra ac liberorum obedientia: putãtes oĩa vobis licere que libet. Utinã autẽ nõ ipsi liberorũ nostrorũ mores deperderem⁹ ait Quin- Quintilianus. tilianus: ante enim palatũ eorum instituimus q̄ mores. ¶ Cum Antiochus filius Seleuci regis incidisset in gra- Exẽplum. uem langorẽ / ex vesano amore nouerce: & hoc deprehẽderetur a medicis: pater cõiugẽ sibi cõcessit (Callido vz medici cõsilio ad hoc inductus: simulauit enim adolescẽtem in vxorem Medici deperire) tribuẽs fortune q̄ in amorẽ incidisset: pudori imputans: q̄ dissimulare esset paratus vsq; ad mortẽ. Sed hec mia crudelitas erat: & filiorũ dispẽdium. Hic nõ prouocabat ad iram filiũ suum: prouocabat tamen iram dei: imo & iram filij: sicut narrat Boetius de Boetius. quodã Lucretio Zenonis discipulo: sine disciplina enutrito: cõsumẽte bona parentis in alea: & cum meretricibus: sepe autem a patre redẽptus de mille angustijs. Tandem captus: parentũ penuria redimi nõ potuit. Qui cũ duceretur ad mortẽ: voce querula petijt a patre osculum: quo accedente: morsu acutissimo nasum secuit dicens: tu iram filij super te prouocasti: eo q̄ noueras me inique agere: nec corripuisti. Adolescens enim iuxta viã suã &c. Prouer. 22. [Serui obedite dñis carnalibus cũ timore & tremore &c.] De hoc diximus prima Corin. 7. cap. Ibi seruus vocatus es &c. Ambrosi⁹. In dño bona seruitus & bona libertas equa lance appenditur. Nihil tam facile qd̃ nõ difficile fiat: si id inuitus facias. ix. Nihil tam difficile qd̃ amor non faciat leue: sicut dicitur: si tu sustulisti eum dicito mihi vbi eũ posuisti: & ego eum tollã. Omnis quidẽ seruitus de se est amara: & tamẽ Ioan. 20. Paulus omniũ se seruũ fecit. Doctor nr̃. Dicit autẽ doctor noster: q̄ seruitus cum sit cõtra naturã que oẽs liberos genuit: non potest esse iusta nisi altero duorũ modorũ. Uno modo qñ aliquis volũtarie se subijcit tali seruituti: qd̃ fortassis est cõtra legem nature: sed tamen si fiat: seruanda est: qr hoc iustum est. Quo casu iubetur perforari auris serui subula & fieri seru⁹ in seculũ. Exo. 21. ca. Altero modo si aliquis princeps iuste dominans in sua ipsius cõmunitate videat aliquos abuti libertate sua: potest seruituti addicere sicut in certis casibus a lege concessis posset punire vltimo supplicio: propter bonum reipublice. Conclusio. Et concludit doctor q̄ difficile esset saluare per perscriptionẽ iustitiã esse detinere tales seruos: nisi psumat q̄ altero duorũ modorũ fuerint facti a principio. Si obijcit: quare igit pcipit apl's tales seruos obedire dñis suis? Respõdet. Multe obligatiões sunt iniuste ex parte illorũ qbus fiunt: & tamẽ postq̄ facte sunt: seruande sunt. ¶ Non inquit ad oculũ seruiẽtes. pma. cor. 7. O quantũ debent diuites dño Christo qui illis cõponit domũ: vt si fuit ibi seruus fidelis: cõuertat illũ Christus: nec dicat ei x. dimitte dominum tuum: iam cognouisti eum qui verus est dñs: & ille forte impius est & iniquus: tu iam fidelis et iustus. Chryso. Indignũ est vt seru⁹ iusticie seruiat peccati seruo & dño infideli: nõ hoc dixit: sed seruite & non ad oculũ qm̃ & man⁹ sancti Ioseph in cophino seruierũt. Psal. 80. Et tres pueri apud Nabuchodonosor. Qui ergo homini seruit patiẽter interim sufferẽs seruitutem sibi a domino iniunctam / dicens cum Ioseph: memento mei cum bene tibi fuerit vt Gene. 40. suggeras Pharaoni vt educat me de isto carcere: quia furtim sublatus de terra hebreorum / & hic innocens in lacum missus sum: talis deo dicitur seruire: a quo recipiet mercedem suam tam seruus q̄ liber. Cetera patent. [Et vos domini eadem facite erga illos: remittentes minas: scientes q̄ & vester dominus est in celis.] ad quem ascendit clamor eorũ propter duritiam eorũ / qui presunt. Dicuntq;: vacatis ocio. Exo. 5. ca. ¶ O durã seruitutem: vtinã vel decimo anno donarẽtur libertate: & manu mitterẽtur vel parẽtes retẽtis liberis. xi. Seruiũt parẽtes: seruiũt & filij: seruiũt & nepotes. Rapiũtur vi vel metu: vel promissis: aspontãtur: cauterio inurũtur onerãtur ferro: distrahũtur in nundinis quasi bruta animalia: atq; vtinã interim rugiẽtem leo-

[Quintilianus.] machum vel pane hordeaceo impleat. Remittentes inquit minas: princeps enim qui vult oia scire: multa debet remittere multa dissimulare: ad alia conniuere: nã et si serui sunt: tamen hoies sunt: et qui sunt serui cõditione: possunt [Diogenes.] liberi esse virtute: sicut Diogenes seruus factus: quesitus qd genus seruitutis sciret ab eo qui eum emere parabat: noui inquit hominib9 liberis imperare. Accipe inquit li- [Seneca.] beros meos quib9 imperes. Seruos inquit Seneca emimus: vnde ergo est illud qd dicitur: quot serui tot hostes? Non habemus eos hostes: sed facimus propter crudelitatem. Preterea autem crudelia et inhumana: quoniã non tanq̄ hoibus sed tanq̄ iumentis abutimur. Hec autẽ [Seneca.] precepti mei summa est ait Seneca: imo et apls dicit vt sic cum infimo viuas: quẽadmodũ superiorem tecũ viuere velis. Nescis enim qua etate Hecuba seruire cepit: qua Darij mater qua Plato et qua Diogenes: sciens qr et tu ex libero potes fieri seruus: et seruus eo dñi qui regnat in celis. [Et persone respectus: nõ est apud eum.] Deus iu- [Psal.7.ca.] dex iustus in retribuẽdo: fortis: etiã fortes et superbos humiliando: patiẽs in expectãdo: nõ personas hominũ respicit sed causas: sicut dicitur ad eum: et nõ est tibi cura de ali- [Math.22.] quo: ideoq3 qua quis mẽsura mẽsus fuerit: eadem et remetietur ei. Luce.6.cap. Non inquit accipies personã nec [xij.] munera: que excecant oculos sapientium: et mutãt verba iustorũ: sed iuste qd iustum est exequeris: vt viuas et possi- [Deut.16.] deas terrã. Qd si vel ipsos sapientiũ oculos munera excecant: et peruertunt verba iustorũ: quid putamus futurũ si munera pulsent aures stultorũ? Nõ sequeris turbã ad faciendũ malũ: nec in iudicio plurimorũ acquiesces sentẽ- [Exodi.23.] tie vt a vero deuies: pauperisq3 non misereberis in iuditio. Nã et Dauid iuditiũ quo dixit: seruate mihi puerũ Ab- [2.Regũ.18.] salon: speciem quidẽ pietatis videbatur preseferre tamen persone erat respectus. Si enim qui maledicit patri morte punitur Exodi.21.cap. Quãto magis qui patrẽ regno [2.Regũ.19.] expulit: dign9 erat morte: vnde merito audiuit diligis odiẽtes te: imo peruertẽtes statum et pacem reipublice. Nec pauperis miserẽdũ est nec filij: qr non est respectus apud deum. Et in hoc iustior apparuit Saul qui nolebat parcere filio: eo q gustauerat paululũ mellis in agro cõtra pa- [p.Reg.14.] tris edictum. De hoc vide pmi Regũ.14.ca. Viuit inquit dñs saluator israel: qr si super Jonathã filium meum factũ est: absq3 retractatione morietur. Et infra / hec faciat mihi deus et hec addat: qr morte morieris Jonatha. Et nisi obstaret populus dicens: viuit dñs si ceciderit capillus de capite eius in terrã: certissime moreretur. Liberat9 est igitur/populo inferẽte vim ipsi Saul. ¶Similiter et [xiij.] Seleucus rex quidam cũ lege cauisset vt adulter viroq3 oculo priuaretur: inuentus est vnicus filius eius patrasse adulteriũ: et vix ad hoc induct9 est pater rex vt sibi eruto sinistro: filio autẽ oculo dextro: legi deferretur: sicq3 vtriq3 relictũ est officium videndi. Sicut autẽ dicit Augusti. cũ [Augustin9.] iuditia et testimonia que vera nõ sunt nec iusta/venditur multo tamen scelerius pecunia sumitur: q̄ a volentibus datur. Ille tamen solet tanq̄ male sibi ablatã pecuniam repetere: qui iustum iuditiũ emit. Qui vero pro iniquo iuditio dedit: Vellet quidẽ repetere: nisi seipsum proderet. Qui autem iusticiam vendit: videtur vẽdere qd ipse non habet: et hoc est iuditiũ peruertere sicut dicit iterum Au- [Augustin9.] gustinus. Unde illud Joelis.3.cap. puellam vẽdiderunt pro vino. Puellam vocat iusticiam: que est omnes virtutes: cui obsequi debet iudex: et tamẽ prodit cum vili precio prodit: quo facto penã proditoris incurrit. Non est igitur persone respectus ante deum.

¶De cetero fratres confortamini in domino & in potentia virtutis eius. Induite vos armaturam dei: vt possitis stare aduersus insidias diaboli: quoniã non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinẽ: sed aduersus principes & potestates aduersus mũdi rectores tenebrarũ harũ cõtra spiritualia nequitie in celestibus. Propterea accipite armaturam dei: vt possitis resistere in die malo: & in omnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in veritate: & induti loricam iusticie & calciati pedes in preparationem euangelii pacis. In omnibus sumẽtes scutum fidei: in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. Et galeam salutis assumite: & gladium spiritus quod est verbum dei: per omnem orationem & obsecrationem orãtes omni tempore in spiritu: & in ipso vigilãtes in omni instãtia & obsecratione pro omnib9 sanctis & pro me: vt detur mihi sermo in apertiõe oris mei cum fiducia: notum facere mysterium euangelii: pro qua legatione fungor in catena ista: vt in ipso audeã prout oportet me loqui. Vt autem & vos sciatis qui circa me sunt: quid agã: omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater: & fidelis minister in domino: quẽ misi ad vos in hoc ipsum vt cognoscatis que circa nos sunt: & consoletur corda vestra. Pax fratribus & charitas cũ fide a deo patre nostro & domino Iesu Christo. Gratia cũ omnibus qui diligunt dominũ nostrũ Iesum Christũ in incorruptione. Amen.

¶De cetero fratres cõfortamini in dño] In quo et omnia possum: et in potẽtia virtutis ac roboris illius. Et induite [Phil.4.] totã armaturã dei: quã hic apostolus vocat πανοπλία, vt possitis v3 stare aduersus insidias siue insultus diaboli. (Vide.2.Paral.32.cap.in principio, ibi: obturauerũt capita fontiũ.) Qm̄ non est nobis lucta aduersus sanguinẽ et carnem: sed aduersus principatus: aduersus potestates: aduersus mundi dños: quos hic vocat κοσμοκράτορας tenebrarũq3 seculi hui9:] exponit enim qd dicit: mũdi rectores aut dños. [Aduersus denique spũales astucias in celestibus. Cõtra eos loquitur qui diffidẽtes de diuino adiutorio dicũt: forsitã nõ erãt sepulchra in Egypto: Vide Exodi.14. Et illud Gene.19.cap. Nõ possum in mõte saluari. Hacten9 inquit cõmonui vos de mutua cõcordia: sicut dicit: o q̄ bonũ et iocũdum habitare fratres in vnũ: cetera quoniã vita nra nihil [Psal.132.] aliud est q̄ cõtinua pugna: et nõ tantũ nobiscũ pugnamus qr caro cõcupiscit aduersus spiritũ: nec tantũ cũ fratre nro [Gala.5.ca.] et amico: sicut dicit: ois amicus fraudulẽter incedit. Hiere.9.cap. sed insup habemus et alios coryceos auscultãtes [Corycei.] semp agẽtes excubias: circũeuntes terrã et perambulantes. Job.1.ca. quiq3 omniũ discutiũt cõsuetudines: euẽtilãt [Prouerb.] curas: scrutãtur affect9: et vbiq3 tendũt pedicas querentes supplãtare gressus nros. Nos quoq3 dicam9 cum Dauid [Psal.139.] dño. Apprehẽde arma: exurge: dic aie mee salus tua ego sum. ¶Ab hoc igit ppugnatore mutuãda sunt nobis arma oia spũalia: ea sunt bacul9 et pera cũ quinq3 lapidib9 [xiiij.] et funda. His eñ pmuniti securi stabitis aduersus assult9 [p.Reg.17.] Goliath de Geth: qui insultat cotidie acieb9 dei viuẽtis: querit virũ qui descẽdat secũ ad singulare certamẽ. Nõ est [Tho.2.p.q 114.ar.p°.] inquã nobis bellũ cõtra fratres nros: quos nõ melius q̄ tolerãtia vincimus: nec aduersus carnem quã inedia et vigilijs spiritui subijcimus reluctãtem: sed est nobis conflictus cum potestatibus aeris huius: quorũ satellites nobiscum versantur in terra: sicut dicit: Quid est israel: q in [Baruch.3.]

[Baruch.3.] terra inimicorũ es? Sunt enim et inter demones principatus et potestates sicut inter angelos: sed ad nocẽdum non ad regendũ. Requiret autem quis merito eorum quibus legibus aut sanctiõibus hi principatus regũtur. Regũtur sane voluntate sua que obstinata est in malo (vbi nullus [Cap.10.] ordo inquit Job.) Nec potest a malo resilire: deo illos deferente demerito eorum. Qd enim est hoibus mors: hoc [Damascenus.] fuit angelis casus. Sed ruinam angelicã qua causa scriptura nõ dixerit aperiamus: supposito hoc q creaturarũ dei primũ angelum cecidisse nõ ambigamus: iuxta illud: [Esaie.14.] quomodo cecidisti de celo Lucifer qui mane oriebaris idest primo omniũ creatus es sub lucis noie. Hic textus loquitur quidem de Nabuchodonosor: sed potest habere duplicem litteralẽ sensum/sicut alij multi loci sancte scripture. ¶Angelicũ igitur vulnus verus medicus qualiter [xv.] factum sit indicare noluit: dum illud penitus curare non destinauit: et qualiter sit electus per sententiã vindicte re- [Gregorius.] ticuit: quoniã per penitentiã nullo modo reuocauit. Hominis autẽ peccatum et expulsionẽ scriptura non tacuit: quoniã per penitẽtiã reuocãdum erat. Quare ergo peccatum angelorũ irremissibile perseuerat: cum oibus dica- [Math.3.] tur penitẽtiam agite: appropinquauit enim regnũ celorũ? Respõdeo. Inscrutabilia sunt iuditia dei et abyssus pro- [Roma.11.] funda: tamen dicimus q angelus in summo honoris sui ordine constitutus: immutationẽ ad excellẽtiorem statum non habuit: nisi q per contẽplationem sui creatoris confirmatus: in eo statu permaneret in quo cõditus fuit. Ideirco semel prolapsus: iterũ reuocari non potuit: qui de sublimiori sui ordinis statu corruit. Homo vero adhuc in terra positus: generãdi officio destinatus: mutationẽ sublimiorem spiritualẽq3 vitam sine morte reciperet: si quandiu in hac cõuersatione positus esset in mãdati custodia pmaneret pmaneret aũt: habita pma victoria. Adã si nõ rupisset imperiũ: et obediẽs fuisset mãdatis celestib9: prerogatiua nature atq3 ingenite sibi innocẽtie heredibus proprijs re- [Ambrosi9.] seruasset. Ambrosius. Quoniã igitur anteq̄ ascenderet decidit in terram de qua sumptus est: clemẽtia conditoris ad illam beatitudinẽ reuocatur: ad quã peccans non per- [Math.22.] uenit: qui si inde cecidisset: nõ magis reuocaretur q̄ angelus: nunc autẽ dicitur: erunt sicut angeli in celo. Conclusio hec certa est: quoniã insanabilis facta est Satane pla- [Luce.10.ca.] ga: et tanq̄ hostis percussus est: sicut dicitur. Videbã Satanam sicut fulgur de celo cadentẽ: sed vide vlterius doctorem nostrũ in.2.sen distin. septima. De illis enim scri- [Psal.73.] ptum est. Superbia eorũ qui te oderũt ascendit semper: non intensiue: qr tunc summũ malum esset summũ bonum. Ascendit igitur extẽsiue semper: eo q nunq̄ reparabitur eorum ruina. ¶Sunt itaq3 rectores tenebrarũ earũ [xvi.] que dominũ non cõprehenderũt: sed in tenebris captum et ligatum tradiderũt Pilato presidi. Fuistis enim et vos [Math.26.] aliquãdo tenebre. Vocãtur etiam spirituales nequitie in abstracto: vt obstinatã et perfrictã malitie eorũ frõtẽ intelligas in nocẽdo. Qd dicit spiritualia nequitie: ly nequitie est genitiuus singularis. τῆς πονηρίας, sed legendũ est: spirituales nequitias. Quodq3 dicit in celestibus/regionem eam intelligit que est immediate sub spera ignis in aere caliginoso: quo nõ peruenit lumẽ solarium radiorũ: sol enim non illuminat nisi per reflexio- [1.Corin.10.] nem &c. Non puto autem Paulũ scribentem ad Corinthios: dicere potuisse non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinẽ: quibus ait tẽtatio vos non apprehendit nisi humana: fidelis autẽ deus &c. Existimo enim aduersus carnem esse certamina que ibi appellãtur tẽtatio- [Gala.5.ca.] nes humane: quãdo caro cõcupiscit aduersus spiritum: et eum prouocat ad opera sua. Porro nõ est humana tentatio: nec aduersus carnem: quãdo aut ipse Satanas mentitur angelum lucis: vt seducat per similitudinẽ veritatis: [2.Corin.11.] quos nõ potest permanifesta vitia pertrahere. ¶Talem luctam Jacob putamus esse: qui v3 non aduersus carnẽ:

et sanguinem contenderit: quãdo remansit solus: et luctabatur cum eo homo/adiuuans eum et corroborãs aduer- [Gene.32.ca.] sus alium sudore nimio dimicãtem: putãt autem fuisse an- [xvij.] gelum Esau. Et simul vide ne forte ridiculi sint: qui arbi- [Hieronym9] trãtur in morem luctãtium tota Jacob nocte luctatũ. Vide autem quanta fiducia Jacob dicit: Non dimittam te: nisi benedixeris mihi. Nam et a patre benedictionem arte quadã furatus fuerat. Quidã aiunt q apls nos vult docere: nõ ex natura corporis nec de materia carnis et sanguinis hec vitiorum genera procreari sed instinctu demonũ. Sed positionẽ hãc supra improbauit Origenes. [Origenes.] Sunt tñ quidam demones: amoribus et amatorijs canticis seruiẽtes: vt et propheta quoq3 Osee cõmemorat: spiritu fornica- [Osee.4.] tionis inquiens seducti sunt. Nam et barbara quedam nomina eorum esse dicitur: vt sepe confessi sunt hi quos vere vulgus maleficos vocat: et incãtationes et preces et colores varij: et diuersa vel metallorũ genera vel ciborum: ad que inuocati assistere demones: et infelices animas capere memorãtur. Alij vero iracundias et bella cõmittere: alij preesse inimicitijs: et inter homines odia concitare: sicut dicitur: immissiones per angelos malos. [Psal.77.] ¶Hec autem omnium doctorũ opinio est q aer iste qui celũ et terram medius diuidens inane appellatur: plenus sit cõtrarijs et spiritualibus nequitijs: sicut aer atomis. Quomodo ergo [Origenes.] in vrbibus eos qui aliquid cõmisere flagitij videmus vel [xviij.] bestias alere vel secare marmora: vel mundare spurcitias cloacarũ vel qd his temporibus magis est in vsu destinari triremiũ perpetue seruituti: ita et demones ex proprij arbitrij libertate: insidiarum fraudum: scelerum atq3 periurij et reliquorũ vitiorum prouintiam esse sortitos: vt sint rectores tenebrarũ qui inter milia milium assistere noluerunt: magis autem volentes sedere cum autore suo in [Daniel.7.] lateribus aquilonis. Esaie.14.cap. Hec sententia Hiero- [Hierony.] nymi est. Videtis igitur oppugnãtium pessimã multitudinem et agmina sua: non munita ferro: sed quibus pro armis oibus natura sufficiat. Vis et alium exercitum ferum incurrẽtem dominico gregi? Manifesta inquit sunt opera carnis: et cetera: subiunxit autem et his similia: quoniũ nõ cũcta collegit. Manifesta autem sunt: nisi volũtarie cecu- [Gala.5.ca.] tiamus. Hi sunt exercitus regis Seon ad quẽ misit israel nuntios vt cõcederet ei transitũ per terram suam dicens. [Nume.21.] Obsecro vt transire mihi liceat per terram tuam. Terra [Figura.] enim diaboli est quam comedit cunctis diebus: dicente eo: hec oia dabo tibi &c. ¶Via regia gradiemur: nec quicq̄ [Gene.3.ca.] contingemus de tuis. Videamus autem quando nos ista promisimus: quando hec verba Diabolus audiuit ab ore nostro: ab ore nuntiorum et fideiussorum quos in baptismate prestitimus. Recordetur igitur vnusquisq3 fidelium [Origenes.] cum primũ venit ad aquas baptismatis: cum signacula fidei prima suscepit: quib9 ibi tunc vsus sit verbis: et quid denuntiauerit Diabolo: non se vsurum pompis eius: nec operib9: nec vllis voluptatibus eius pariturũ. Volumus ergo nos trãsire pacifice per mũdum: sed hoc ipsum magis incitat rectores tenebrarum: q dicimus nos nolle permanere cum illo: nec aliquid eius velle contingere. Inde magis exacerbatur: et armatus occurrit: et excitat nobis persecutiones. Unde dicit: congregauit Seon populum suum. Isti sunt spirituales nequitie qui persequũtur populum dei. Non autem hoc tantum agunt spiritus ne- [xix.] quam: cum damna temporalia et pericula excitant nobis: vt hec tantũmodo patiamur. Charitatem vult in nos ferire potius: et vt per hoc ad tristiciã multam vel iram vel desperationem vltimam prouocemur. Vel certe quod est grauius vt benedicamus deum et moriamur. Ut conque- [Job.1.cap.] ramur aduersus deum fatigati et victi tedio tentationum: tanq̄ humanam vitam non eque moderãtem. De quo latius vide Habacuc.cap.1. et Hiere.cap.12. Ut per hoc infirmemur in fide vel decidamus a spe vel trãsferri cogamur a veritate: et impiũ aliquid de deo sentire cogamur. Hoc

enim propositũ est rectoris harum tenebrarũ a minori-
bus incipere ⁊ ad deteriora pertrahere: sicut ibi: dic vt la-
pides isti panes fiant: deinceps mitte te deorsum: tum de-
Math.4. mum: adora me. [Quapropter assumite vniuersam ar-
maturam dei: vt possitis resistere in die malo: et omni-
bus peractis stare.] Quemadmodum enim miles om-
nia facit quo possit hosti resistere: ac suam tueri vitam:
⁊ maxime vbi vel vincetur necessario vel vincet: ita nobis
omnia sunt facienda cũ spiritib⁹ nequã quãdiu viuimus
Job.7.ca. luctaturi. ¶ Dies malus tota presens vita est: que ten-
tatio est: sicut ⁊ eterna beatitudo vnus dies vocatur sicut
Psal.83. scriptũ est: melior est dies vna in atrijs tuis. Positis sta-
re supra Christum qui est lapis adiutorij ⁊ petra refugiũ
erinacijs, Psal.103. De hac autem omnimoda dei arma
tura scriptum est: mille clypei pendẽt ex ea: omnis arma-
Cant.4.ca. tura fortium. Patroclus in bellum proditurus: reliqua
quidem Achillis arma sibi sumpsit: solũ hastam vt gra-
uem ac prequalidã nõ attigit. Hec est charitas: qua qui nõ
vulnerat: iam iudicatus est. Turris hec diuina est scriptu
ra: in qua perfacile est inuenire ⁊ in promptu arma cõtra
omnia tela inimici ignea. Unde ⁊ dñs triplici iaculo fron-
Deut.8.ca. tem aduersarij repulit ⁊ cõfodit dicens: non in solo pane
viuet homo. Non tẽtabis dominũ deum tuum. Deut.6.
xx. cap. Dominũ deum tuum adorabis: ⁊ illi soli serues: que
tria de Deuteronomio accepit: idest de secũda lege: vt euã
gelium prefiguraret. [State ergo lũbis circũcinctis bal-
theo in veritate.] Nõ dicit in veritate: pro eo dicit quoniã
est ⁊ castitas simulata sicut ⁊ charitas ficta: qualis erat ca
Gene.38. stitas Thamar: que depositis viduitatis vestib⁹: assum-
pto teristro ⁊ mutato habitu: suffurata est cõcubitum Ju
Thamar. de soceri sui: ⁊ tum demũ deposito habitu quẽ sumpserat,
induta est viduitatis vestibus: simulans castitatẽ in habi-
tu: quã non habebat nec in carne nec in animo: de hoc di
cetur in epistola ad Hebreos. c. Erit sermo de veste sacer
4.Regũ.1. dotali. ¶ Helias quidẽ precinctus erat circa lũbos zona
pellicea: attamẽ Agnus vel angelus precinct⁹ videtur ad
Apoc.1.ca. mamillas. Sed ⁊ Daniel. Cap.10. Cinctũ ad renes vidit
angelũ: in veteri enim testamẽto carnis actus prohibetur:
in nouo etiam cogitationes iudicãtur sicut dicitur: qui vi-
derit feminã ad cõcupiscendum eam: iam mechatus est
Math.5. in corde suo. Castitas itaq; illa est vera que decoratur bo
norum operũ charitate: alioqui stulte virgines vocantur:
que de sola carnis integritate gloriãtes: non sumpserunt
Math.25. oleũ suũ. [Et induti thoracem iusticie.] Sunt autem iusti
cie quattuor gradus: vz monastica que est eiusdem ad se
F.Maro. ⁊ secũdum istam regitur corpus per animã: ⁊ anima per
nobilissimã sui potentiã que vt nunc supponitur est ratio.
Secũdus est iusticia economica: secũdum quã pater fa-
Justicia. milie iuste regit ista que pertinent ad domũ suam. Ter-
xxi. tia est iusticia politica secũdum quam princeps gubernat
rempublicã. Quarta est iusticia hierarchia que est in di-
stributione cuiuslibet principatus in ecclesia: ⁊ secũdum
hãc anima est subdita deo: ⁊ omnis natura angelica. De
Hebre.1.ca. hac dicit apl's, oẽs sunt administratorij spiritus. De tertia
in ordine dictũ est ad Roma. cap.13. in principio. De secũda
in ordine dixit apl's cap. precedẽti: ⁊ in hui⁹ initio. De pri-
ma igit loquit hic q̃ est eiusdẽ ad seipsum q̃uis secũdum
Phs. Phm iusticia nec iniusticia nõ sit eiusdẽ ad seipsum. Ne
mo enim sibi imponit. ¶ Justicia igit hoc loco omnẽ vir-
Job.29.ca. tẽ significat: iuxta illud: indutus sum iusticia sicut vestimẽ
to. Et sequit quid intellexit p hoc indumẽtũ. Oculus fui
ceco: ⁊ pes claudo: pater eram pauperũ. Sequitur. [Et
calceati pedes in preparatione euangelij pacis.] Facturi
Exo.12.ca. enim phase precipitur calceari. Signum si quidem pre-
parationis est cũ festinatiõe ⁊ calceatis pedibus comede
Hieroym⁹. re: Ut corroborati paschali cibo: latũ ⁊ horribilem possint
eremũ pertransire. Qui ergo adhuc ambulant: calcean-
tur. Qui vero iam iordane transito terram promissionis
Exo.3.cap. intrauit: nudet pedes: locus enim in quo stat terra sancta
est. Siquis autem apostolus est: ⁊ inter duodecim cõnu-
merari potest: nequaquã tollat in via calceamẽtum suũ:
nec ad scorpiones ⁊ colubros declinandos calcaneũ te-
gat: sed iam cõsummatus atq; perfectus: stet in petra: ⁊ vi
uat in Christo. Denique quattor animalia que euangelisti Ezech.1.
per quattuor orbis climata portãt: pennata esse dicuntur: xxij.
vt ne vel terram tangere videantur: quorum pedes sunt
speciosi: quos lauauit dñs Jesus Christus: ⁊ extersit ve-
lo carnis sue. Joan.13. cap. [Super omnia assumpto scu-
to fidei: in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extin
guere.] Nubes obscura Egyptijs: lucens Hebreis. Exo-
di. cap.14. Ceterum iuxta sap. omnis sermo dei ignitus
clype⁹ est sperãtib⁹ in se. Prouerb.30. defẽdit ⁊ protegit:
offenditq; aduersariũ. Mille clypei tales pẽdẽt ex ea ⁊ igne
ignis extinguitur. Clypeo ignito excipite tela ignea hostis.
Exemplũ eius qui precisam morsu linguam expuit in fa-
ciem osculantis: sicq; magnitudo doloris ⁊c. Legimus ⁊ 2.Mac.6.
clypeos aureos apud Machabeos: ⁊ resplenduisse mon-
tes ab eis: ⁊ tamen parua sunt arma foris: nisi consilium
adsit intus. ¶ Cum aliquãdo Hanibal causa profugij mo
raretur apud Antiochum regem: ⁊ ostentaret exercitum
rex gloriabũdus ipsi Hanibali: insignijs aureis ⁊ argen- Hanibal.
teis florentem: frenis ⁊ phaleris prefulgentem: putas ne
inquit satis hec sunt Romanis? Ille lepide: breuiter et
acerbe eludens ignauiam militum preciose ornatorũ: ait.
Et si Romani auarissimi sint: pugnabunt acrius propter
predam. Quesierat de numero exercitus: ille respondit
de preda. Et Scipio aphricanus cum ornatũ scutum ele- Scipio.
gantius vidisset: nõ mirari se ait: si tãta cura ornauit illud:
in quo plus habebat confugij q̃ in gladio. Uerum quia
⁊ nobis summe necessariũ est scutum fidei/in quo omnia
tela aduersarij retundũtur: curemus illud maxime orna-
re bonis operibus: fides enim illa est probata ⁊ ingenua/
que per dilectionẽ operatur. Quoniã igitur humana pre Gala.5.ca.
lia alijs armis conficiũtur: ⁊ alijs prelia dñi que Dauid 1.Regũ.25.
preliatur: ex precepto dei denũtiatur populo: vt qui formi
dolosus est corde reuertatur. Uide textũ. Deut.20. capite
Timidus est qui primo aspectu trepidat ad congressum
non tamen toto corde terretur sed reparari ⁊ animari de-
nuo potest. Formidolosus autẽ est qui iam inolescẽte vi- Deut.20.
tio: etiam anteq̃ videat mala: sola cogitatione terretur: ge
lidã formidinẽ per mẽbra voluens: ita vt non tam in cõpe xxiij.
ctu malorum: q̃ ipso auditu ⁊ expectatione soluatur. Oẽs
igitur qui Paulũ apostolum ducem militie dei sequi vul
tis: procul a vobis timorem mortis: procul ⁊ cordis expel Origenes.
lite formidinem. Uis scire q̃ facile est hec implere in fide
militantibus? Ecce Debbore mulieris triumphum: cuius Judicũ.4.
femineam mentem muliebris formido nõ turbauit. Alio-
qui ceruis frustra sunt ingentia cornua: cum deficiat ani-
mus. ¶ Quid de nobilissima feminarũ Judith dicam: Ceruĩ.
que iam perditis pene rebus: nõ dubitauit sola succurre-
re: seq; summũq; caput immanissimi Holophernis neci so-
la subijcere: ⁊ confidentia fidei: animiq; virtute ⁊ consilio Judith.
simul ⁊ audacia hostem peremit: ⁊ quam viri perdiderãt:
femina reddidit libertatem patrie. Et quid tam longe
nobis antiquorũ exempla reuoluimus. In oculis nostris
inquit Origenes sepe vidimus mulieres ⁊ virgines pri- Origenes.
me adhuc etatis: pro fide tyrãnica pertulisse tormẽta: qui-
bus ad infirmitatem sexus nouelle adhuc vite fragilitas
addebatur. State ergo qui fortes estis succincti lumbos
mentis vestre. (Uide secũdi Regũ.21. cap. ibi deficiẽte Da
uid.) Induti lorica iusticie: calceati pedes: in omnibus su-
mentes scutum fidei: ⁊ dicite: noster es: an aduersariorũ? Josue.5.
Qui vero formidolosus est reuertatur: ne Jesum quem
semel confessus est cogatur negare. Quicũq; enim fu-
git: denuo pugnabit. Certum est enim quoniã Christum
confitetur propterea autem fugit: ne negare cogatur. Hoc
consiliũ siue dei preceptũ si audiret Petrus: Christũ non
negaret tertio in ore/quẽ fixũ verissime tenebat in corde.

xxiiij. [Et galeã salutis accipite: hec est memoria salutis eter-
ne: cuius memoria mẽtem obuoluit circundat ⁊ cõplecti-
1.Corin.13. tur: ne deficiat inter angustias. Potest ⁊ per galeam in-
telligi charitas de qua dicitur: omnia suffert: omnia tole-
rat: que ⁊ videtur corona omnium virtutũ hoc est totius
armature dei. Potest intelligi ⁊ prudentia que quasi a lõ
Math.10. ge prospicit vẽtura aut ingruentia pericula: sicut dicitur.
Estote prudentes sicut serpentes. Serpens pro tuendo
capite totum corpus periculo exponit. Hanc galeam q̃̃
pmi Re.17. non portabat Goliath de geth: ⁊ si galea grea esset super
caput eius: proprijs armis interẽptus est: habebat enim
frontem inermem: in qua nobis crucis signum infigitur
Exo.28.ca. ⁊ sanctũ domini sacerdos portat. [Accipite et gladiũ spi-
ritus qui est verbum dei:] nam alias ⁊ iste gladio accin-
ctus erat. ¶ Est autem sermo dei viuus ⁊ efficax ⁊ qui vnĩ
Actuũ.5. co verbo separat animã a corpore sicut patuit in Anania
⁊ eius vxore. De hoc diximus alias exponẽtes illud: dñe
ecce duo gladij hic: qui satis superq; sunt: si cui presto sint
vz doctrina ⁊ scientia vtriusq; testamẽti. Et hodie videre
quidẽ est vaginas eburneas multorũ: diligẽter excultas:
sed si Silenũ explices: gladij plumbei sunt: aciesq; retuse.
Hi quoniã vacant ocio sed non litterarũ: cõpellẽdi essent
Exo.5.cap. in luto ⁊ lateribus: ex quo de altario viuere volunt. Tamẽ
apl's nõ dixit: negociandũ de altario: vel alenda examina
Hieronym⁹ canũ. Ad hec Hieronimus. Si fiscellam iunco texerem:
aut palmarũ folia cõplicarem: vt in sudore vultus mei co-
Gene.3.ca. mederẽ panẽ: nemo reprehẽderet: nemo morderet. Nũc
quoniã operor cibũ qui non perit: ⁊ antiquã diuinorũ vo-
luminũ viam sentibus purgare volo: error mihi gemin⁹
infigitur: corrector vitiorũ falsarius vocor: ⁊ errores non
auferre sed serere: tanta est enim vetustatis cõsuetudo: vt
etiam cõfessa plerisq; vitia placeãt: dum magis pulchros
habere volunt codices q̃ emẽdatos. Faber ferrarius in-
1.Regũ.13. quit Samuel nõ inueniebatur in israel: erat enim sermo
preciosus illo tempore: nec erat visio manifesta. pmi Re-
gũ.3. Oẽs studebãt auaritie. Hiere.6. nullus dabat operã
verbo dei. Cauerant enim Philistijm: ne forte facerent
Hebrei gladiũ aut lanceã. Retuseq; erant acies vomerum
Figura. ⁊ ligonũ ⁊ securiũ: vsq; ad stimulũ corrigẽdum. Cumq; ve
nisset dies prelij: nõ est inuẽtus ensis aut lancea in manu
xxv. totius populi: excepto Saul ⁊ Jonatha filio eius. Uides
in tãta sacerdotũ turba vix vnũ aut duos legi dei operam
Luce.10.ca. dare. Et messis quidem multa: at falces vix vnã aut duas
reperies. Et he due falces aut duo gladij in manu Saul
Luce.22.c. ⁊ Jonathe sunt duo illi de quib⁹ dixit dñs: satis est. ¶ Hoc
est igitur qd antiquus hostis nunc maxime satagit vt ab
instantia eruditionis prelatos auertat: vt ⁊ ipsos ⁊ oues
illis cõmissas facilius inuadere possit. Ad hos ⁊ sui simi-
les dicitur per prophetã in nomine dñi. Nõ ascẽdistis ex ad
uerso: neq; opposuistis murũ pro domo israel vt staretis
Ezech.13. in prelio in die dñi. Quomodo enim ascẽdent ante popu
lum dei ad preliũ inermes: canes muti nec valẽtes latra-
Math.5. re? Accipite igitur vos gladiũ spiritus: non vt noceatis ali
cui: qui iubemini pro inimicis orare: sed vt carnem vestrã
spirituali iuguletis gladio de quo dicitur vt castigati: ⁊ nõ
2.Corin.6. mortificati. [In omni oratione mẽtis ⁊ deprecatione oris
Marci.11. orantes in omni tẽpore:] et instantia. Quicquid enim orã
tes petitis accipietis. Est ⁊ instanter orandum exemplo
xxvj. Christi qui positus in agonia: prolixius orabat: donec fa-
ctus est sudor eius sicut gutte sanguinis decurrẽtis in ter-
Luce.22. ram. [Orãtes inquã pro omnibus sanctis ⁊ pro me: mul-
tũ enim valet deprecatio iusti: ⁊ maxime assidua. Jaco.5.
Exo.17.ca. capite. Nam ⁊ Moses orans: vincebat Amalech: ⁊ He-
lie lingua facta est clauis celorum. tertij Regũ.18. Orãn-
tes igitur pro me. [Ut mihi detur sermo in apertione oris
Cap.5. mei.] Nam ⁊ Ezechieli dicitur a domino: linguam tuam
faciã adherere palato tuo: ⁊ eris mutus: nec quasi vir ob-
iurgans: qr dom⁹ exasperans est. Cum autem loquutus
fuero tibi: aperiam os tuum. ¶ Estq; sensus tante sunt
amaritudines et aduersus deum contentiones ingrati Hierony.
populi huius: vt obiurgantem non mereantur audire.
Ex quo perspicuum est vbi fuerit multitudo peccatorũ:
indignos esse qui a domino corripiantur. Quoniam au-
tem nonnũq̃ talis est predicatoris vita: cui demerito suo
auferẽ sermo dei de ore: sicut dicitur: peccatori autẽ dixit
deus: quare tu enarras iusticias meas: petit apostol⁹ fie-
ri pro se orationem ad deum vt ipsi quoq; qui alias fue- Psal.49.
rat blasphemus suppeditetur sermo dei. i. gladius spirit⁹
vt libere ⁊ cum omni audatia. [Notum faciat mysterium
euangelij sibi concrediti: super quo inquit legatione fun-
gor in catena hac] qua circũdatus sum. Dicens ergo apo
stolus catena hac: quasi digito eam ostendit. Afflictiones Phs.
enim tũc miserabiles sunt: cum oculis cernũtur. Nam et
vestes eorũ qui passi sunt ⁊ verba cũ iam morerentur mi-
seratione mouẽt sicut dicit Philosophus. Erat ergo apo
stolus legatus ad gẽtes: cuius legationis summa hec est
appropinquasse iam gentibus regnũ celorum. Math.3.
⁊ lucem illam magnam de qua Esaias cap.9. Ut in illo
inquit idest in euangelio loquar cum omni fiducia: ⁊ sicut
oportet me loqui.] Nec enim passim oia omnib⁹ funden
da sunt: accomodãdus est sermo secũdũ qualitatẽ audito
rum. Qui enim vult sapiẽter proponere verbũ dei: men-
tem captumq; auditorũ diligenter perdiscat ne forte mit-
tat margaritas porcis: alioqui dicetur in eum illud e tri- Math.7.
tio: falces postulabã. [Ut autem sciatis ⁊ vos que ad me
pertinent ⁊c.] Et patet. [Pax fratribus ⁊ charitas cum
fide a deo patre ⁊ domino Jesu christo.] Tria dicit apo-
stolus: pax: charitas ⁊ fides: a fine cepit: ad initium termi xxvij.
nauit. Initiũ est enim in fide: finis autẽ in pace. Jungitur
autẽ charitas cum fide: q̃m ⁊ demones credũt ⁊ tremũt. Jacob.2.
¶ Dixit Petrus: tu es Christus filius dei: dixit Demon
imo ⁊ demones: Tu es Christus filius dei: quare Petr⁹
est beatus pro hac confessione: non item demones? Sed Math.8.
Petrus amabat: demones timebant: dicẽtes venisti ante
tempus torquere nos. Quoniã igitur ⁊ fides donum dei
est post pacem et charitatem posita est. Dicamus igitur
nos: fides charitas ⁊ pax. Hoc est: crede: ama: regna: in pa Charitas.
ce qui Christus dñs est: ipse est enim finis omniũ deside- Pax.
riorum. Per fidem igitur peruenitur ad charitatem: q̃m
qui non credit: non diligit. Nam ⁊ si inuisa diligere possu
mus: incognita minime. Fides igitur pre ostendit deum
voluntati: charitas eum complectitur: sed quasi in specu- Canti.2.
lo: ⁊ qui adhuc stet post parietem nostrũ: donec perueniat
ad pacem dicens: tenui eum nec dimittam. Itaq; fides Ibidẽ.3.
pulsat: charitas intrat: pax osculatur. Fides deducit: chari
tas perducit: pax coniungit amãtem amato: iuxta quod di
citur in cãticis. Leua eius sub capite meo: ⁊ dextera illius
amplexabitur me. [Gratia sit cum omnibus diligentibus
dominũ nostrum Jesum christũ in incorruptione.] Ut non
ante vos deserat gratia diuina: quam perducat ad eum Math.11.
qui loquitur in euãgelio dicens: venite ad me omnes qui
laboratis: ⁊ onerati: ⁊ ego reficiam vos: vt gratia que
datur tanq̃ arrabo in presenti: fiat in vobis consummata
in vita eterna: cum mortale hoc ⁊ corruptioni obnoxium
corpus: induerit incorruptionẽ ⁊ immortalitatẽ: prestan-
te domino nostro Jesu Christo qui cum patre et spiritu
sancto viuit ⁊ regnat in secula seculorum. Amen. pma cor.15.

¶ Explicita est Epistola Pauli ad Ephesios.

Argumentū in Epistolā ad Philippēses.

Philippēses in prima Macedonię parte sūt sicut patet in actis Cap̄.xvi. Colonia oriūda ab Vrbe Philippis dicta a Philippo cōditore. Horū metropolis est Thessalonice. Qui qm̄ in fide semel accepta persliterant: nō receptis pseudapostolis/quibus auscultauerāt Corinthii & Galathæ: merito apostoli voce collaudantur. Ad hos apostolꝰ admonitus spū sancto, profectus: cōplures dies apud illos egit non sine labore multo tñ. Nā hic flagris cæsus est apostolus & cū Sila cōiectus in carcerem: quo tempore carceris custos cū omni familia sua baptizatus est: sicut habes in actis cap̄.xvi. hic & erat Lyda purpuraria que prima cōuersa: Paulum excepit hospitio. hic similiter & milites cognito ꝙ Romanus esset ciuis/vltro rogauerunt vt quo vellet abiret: & Christi nomen satis fœlicibus incrementis inclaruit. Quin etiam cum apostolus Romæ esset in vinculis: miserūt illi que ad vitæ necessaria opus habebat per Epaphroditū: quod & ante fecerant cū ageret Thessalonicæ: Sicut in hac ipse testatur epistola. Collaudatos igitur: adhortatur vt perseuerēt, ac seipsis semper fiant meliores: ostēdens gloriandum esse etiam in afflictionibus: que ad illustrandum Christi euangelium facerent. Se vero vel mortem a deo non horrere, vt optet etiam: si Christo volente cōtingat. Deinceps adhortatur eos ad mutuā concordiā: que inter superbos esse nō potest. Et quo æquiore sint animo: pollicetur Timotheum atq; etiā se ipsum breui ad illos redditurū: interim misso Epaphrodito, qui ex periculosissima infirmitate cōualuerat, Deinceps confirmat animos illorū aduersus pseudapostolos ad legē Mosi semper & vbiq; sollicitātes: quos & canes appellat: operarios iniquitatis: inimicos crucis Christi: & qui vētrē dei loco colerēt nusq̄ apertius in eos stomachatus. Vltimū caput cōmēdationibus & salutationibus occupat: nisi ꝙ monita quedā breuiter interserit: & Philippēsibus pro sua in se beneficētia gratias agit. Scripsit ex vrbe Roma cū iterum esset in carcere per Epaphroditū. Nā post primā defensionem rursus in carcerem cōiectus est: de quo meminit ipse in epistola ad Timotheum.

Incipitur Epistola Pauli apostoli ad Philippenses.

Primum caput.

Paulus et Timotheus serui Iesu Christi omnibus sanctis in Christo iesu qui sunt Philippis cum Episcopis et Diaconis gratia vobis et pax a deo patre nostro & domino Iesu christo. Gratias ago deo meo in omni memoria vestri semper in cūctis orationibus meis pro omnibus vobis cum gaudio deprecationem faciens super cōmunicatione vestra in euangelio Christi: a prima die vsq; nunc: confidens hoc ipsum: quia qui cœpit in vobis opus bonum: perficiet vsq; in diem Iesu christi. Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis: eo ꝙ habeam vos in corde et in vinculis meis & in defensione & confirmatione euangelii socios gaudii mei oēs vos esse. Testis enim mihi est deus: quomodo cupiam omnes vos esse in visceribꝰ Iesu christi. Et hoc oro vt charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia & in omni sensu: vt probetis potiora: vt sitis synceres & sine offensa in diē Christi: repleti fructu iusticię per Iesum christum in gloriam & laudem dei.

Paulus et Timotheus serui Iesu Christi oībus sanctis qui sunt Philippis vna cū Episcopis & diaconis: gr̄a vobis & pax. Pria. Paulus vas admirabile opꝰ excelsi: vas odorifex: & refertū omni puluere pigmētario: (Eccle.43.) vbiq; terrarū Christi bonus odor ex eo diffundebatur. Cuius nomē post nomē Christi iesu quasi oleum effusum est. Paulus est: & minimus sanctorū: sed non paruas nobis diuitias attulit ex abdytissimis thesauris dei. (Mat.13.ca.) Hic est fratrū amator & populi israel; qui multū orat pro populo & sancta ciuitate. Hic est qui filiorū infirmitates patiēter supportat: (2.Mach.15.) iuuat obsequiis: cōfortat alloquiis: consiliis informat: orationibus corroborat: & paratus est mori cotidie pro aīabus nr̄is impēdi & superimpēdi. Paulꝰ niger erat in oculis suis: & tamē caput in tribubus cōstitutus est. Seruus erat: sed qui poterat facere ex seruis liberos: liberosq; seruituti satanę tradere. 1.Corin.5. (1.Regū.15.) Denique hāc quasi nigrā sed pulcherimā animā infirmū inhabitātem corpusculū & fragile/pulchritudo celestis admittere nō despexit: charitas diuina non repulit. Ideoq; qd̄ nigrum est Pauli: speciosius est omni ornamento ac regio cultu: & si oīs gloria eius ab intus sit. (Psal.44.) Gloriat ergo de exteriore nigredine: & libēter gloriatur: quin & absit inquit vt aliunde gloriā capiam/quam de cruce dn̄i nostri Iesu Christi. Seruus inquit. Et cuius seruus? Iesu christi. (Gala.5.ca.) Seruus inquit eius: qui cū esset in forma dei formā serui accepit. Non igitur erubescit Paulus nigredinē: quā ipse (Philip.2.) commendat in ecclesię sponso cuius ipse Paranimphus

ij. erat: cui similari: quātę glorię est? Paulus igitur seruus eius qui speciosus cū esset forma prę filiis hominū: (Psal.44.) vermis & nō homo. Psal.21.cap̄. obprobriū hominū & abiectio plebis factus est: & Timotheus seruus & ipse eiusdē dn̄i nempe Iesu christi cui seruire regnare est: cui & deseruimus in euangelio predicādo. [Scribimus hanc epistolam oībus sanctis qui sunt in Christo cōgregati Philippis.] Sāctificati in baptismate in quo datur remissio peccatorū: per quā sanctificatio inchoatur/perficienda in patria: simulq; cū episcopis & diaconis. Et sciendū ꝙ apostolus hoc loco per episcopos sacerdotes intelligit; neq; enī in vna ciuitate plures erāt episcopi. [Gratia vobis & pax sit a deo patre nostro et dn̄o Iesu christo.] Est autē gratia siue charitas pōdꝰ sanctuarii quo pōderabātur quęcūq; ponderāda essent: sicut dicitur Leui.Cap.27. Oīs estimatio Siclo sanctuarii ponderabitur. Hoc igitur pondere (Daniel.5.) estimātur opera nr̄a: quādo tota vis promerēdi vitam ęternā consistit in charitate aut gratia: licet huic cooperetur volūtas libera. Meretur autē homo per opus

iij. bonū elicitū ex charitate maxime tria hec: vitam ęternā: augmentum gratię: remissionē penę. vita correspondet radici. i. gratię vel charitati: remissio pęnę penalitatis operibus: sicut sunt Ieiunia & oratiōes: augmētū autem gratię respōdet operibus super erogationis: imo & cuicūq; operi elicito ex charitate. Gratia igitur pręuenit volūtatem vt velit: sequitur ne frustra velit: gratia per bonū eius vsum mereē augeri: vt in patria mereat perfici: sed qm̄ & dare (Infra.4.c.) primā gratiā: & collatā augere: & auctam perficere solius dei est qui est vera pax: gratiā vobis optamus a deo patre nr̄o & dn̄o Iesu christo: cuius intercessione oīa nobis subministrātur de cęlo. [Gr̄as ago deo meo in omni memoria vestra semp in omni oratione mea pro oībꝰ vobis: cum gaudio deprecationē faciēs: ꝙ veneritis in cōmunionem euāgelii] (pro quo nos legimꝰ super cōmunicatione vestra in euāgelio Christi) a prima die vsq; ad hoc tēpus: persuasum habēs hoc ipsum: ꝙ is qui cepit in vobis opus bonū: perficiet vsq; ad diem Iesu christi. Quoties inquit flecto in oratiōe genua mea ad patrē: id autē facio frequēter (Nā si de filiis israel legimus in Neemia ꝙ quater in die: totidem in nocte cōfitebātur & adorabant dn̄m deum (Neemi.9.) suum: multo magis hoc credimus de ap̄lo cui sollicitudo omniū ecclesiarū incūbebat) nunq̄ non omniū vestrum succurit memoria. Vel in omni memoria vestra: hoc est quotiescūq; se offert vestri omniū memoria: semper autē se offert. Semper igitur memoriā vestri facio in orationibus meis gratias agēs deo: ꝙ veneritis in cōmunionem euāgelii: credētes & operātes. Ostēdamus & nos qm̄ non solū ad corpus nos pertinet: sed etiam ad animā. Nam et christus pernoctabat orās. [Cōfido autē & futurū vt qui

iiij. cepit in vobis tāta bona: dabit vt perficiatis.] Qui enim vocat auersos: donat peccata cōuersis: patiens est donec cōuertamur. Cōuersis: pręterita obliuiscitur: futura promittit. Hortatur pigros: reuocat errantes: cōsolatur afflictos: docet studiosos: adiuuat dimicātes: neminē deserit laborātem & clamātem ad se. (Math.16.) Dabit igitur perseuerātiam vsq; in die quo dn̄s noster Iesus christꝰ reddet vnicuiq; secūdum opera sua. (Seneca.) Nihil autē est ait Seneca qd̄ nō expugnet pertinax opera: & intenta ac diligens cura: qm̄ & si in excelso est vita beata: perseuerātia tamen penetrabilis est: (Perseuerātia.) qm̄ puerorū est terga dare fortunę: sed per varios casus per tot discrimina rerū tendimꝰ in patriā: ad quam nemo peruēturus est: qui semel ad aratrū missa manu: retro respexerit. (Luce.9.ca.) Vtrūq; igitur facit deus & inchoat & perficit: sed non sine nobis: q: nec nos sine illo. (Roma.9.) Nō enim volentis sed miserētis est dei. [Sicut iustum est mihi vt hoc sentiam de oībus vobis.] Iustū est inquit vt fretus diuino auxilio talia pręsumā de vobis. Si enim de nullo est male pręsumēdum: qm̄ de nullo scimus virū amore vel odio dignus sit: (Eccle.5.ca.) homo enim quādiu viuit semper est ad [...]libet liber: de tam optimis auspiciis: cōsequēs est bo[...]dia & finem fęlicē pręstolari. [Propterea ꝙ vos habeam in corde.] Hoc est in intimo affectu charitatis. In corde inquit: de quo alibi dixit: cor nostrū dilatatū est. (2.Corin.6.) Tāta est igitur cordis eius latitudo vt & Corinthios capiat: &

v. Philippēses capiat: & quo amplius capit: eo fit capacior. Talis est enī natura charitatis. Ignis est: nūq̄ dicit sufficit. (Prouer.30.) Non tale erat cor Iudę in quo intrauit Satanas: sed patiebat angustias: a deoq; cōstrictū est: vt nec seipm̄ capiēs crepās mediꝰ: diffunderētur oīa viscera eiꝰ. (Math.27.) Sed enī teneamus firmiter ꝙ animā vel mētem hoīs nulla creatura iuxta substātiam possit implere nisi sola trinitas: q: tantūmodo secūdum operationē & volūtatis errorem siue virtutē animus de iis que creata sunt impletur: (Ioan.13.ca.) Querit quomodo intelligēdū sit hoc qd̄ diximus Satanā cor Iudę ingressum fuisse & possedisse atq; implere: (Didimus.) nam & Petrus legit dixisse Ananię & vxori sue: quare impleuit Satanas cor vestrū? (Actuū.5. Math.5.) Sed ingredi principale cordis potestas est solius trinitatis. Sed diabolus quasi callidus quidā neq̄ ac fallax deceptor in eos animā humanā malitię affectus trahit per cogitationes & incentiua vitiorū quibꝰ ipse plenus est. Obseruās itaq; Satanas quibusdā motibus & operationū signis: ad que potissimū Iudę cor esset vitiis procliuius: depręhēdit eum patere insidiis auaritię: & reperta cupiditatis ianua: misit in mentem eius quomodo pecuniā concupitā acquireret per occasionē lucri/factus magistri proditor. Hec ergo cogitationis occasio locū tribuit Satanę vt intraret cor Iudę nō quidē secūdū substā-

vj. tiam sed secundum operationē. [Et in vinculis meis & in defensione mea: & cōfirmatione euāgelii.] Tāta inquit charitate vos prosequor: vt in his etiā vinculis & apud Neronis tribunal vbi & dicenda fuit causa capitis reo: & cęteris afflictionibꝰ meis quas patior ob Christi euāgeliū: semp vos prosequutus fuerim singulari beneuolentia. [Qui oēs estis cōsortes gratię. i. gaudii: quo gaudeo] pro eo ꝙ video per tribulationes mihi excitatas semper magis ac magis illucescere euāgeliū Christi. Testis enim est deus quāto affectu desiderē vos oēs in visceribꝰ Iesu christi.] Habebat eos in corde suo: nunc autē desiderat si quomodo fieri possit vt ea charitate ipsi diligant Christum qua (Math.22.) Paulus diligit: & hoc est implere scd̄m veritatē pręceptū illud: diliges proximū tuum sicut teipsum. Itaq; dicens: Iesu christi: pro eo dicit ne quis suspicareē quicq̄ in Paulo esse affectus humani: cur eos tātopere amaret. Viscera igitur vocat affectū animi intimū. [Et illud oro vt charitas vestra magis ac magis abūdet:] que intendi potest quidē quādiu per fidem ambulamꝰ/perfici autē minime (2.Corin.5.) donec veniat qd̄ perfectū est. p̄ma Corin.13.cap̄. Querit ergo vtrum homo in via possit deū diligere super omnia & extensiue & intensiue. (Doctor nr̄.) Cōclusio est affirmatiua: verba doctoris nostri subscribā in.3.Sentē.distin.27. Sicut tenemur diligere deum sup oīa alia extensiue: ita eodem modo intensiue. Hoc enim magis diligimus etiam intensiue

vii. quod amore firmo et robustiore diligim⁹. Nā ponamus Paulū nūc extra se raptum: aut extasim passum: sicut de multis legim⁹ viris sanctis: nūquid propterea amor eorū superabat Pauli amorem/ quē nec vita nec mors pote- *Roma.8.* rat separare a charitate dei? Quis cotidie moriebat pro Christo & cupiebat anathema esse a deo pro fratrib⁹ suis? sicut de apostolo legimus. Roma.9. Puto autem ego q̄ *Tho.22.q.44.ad q̄rtū.5.6.* plus q̄ Dis diapasson distabat charitas Pauli a charitate multorū qui multocies suspēdebantur deuotionis excessu: ita vt supra se rapti: & vltra humanū sensum aliquid sentiētes: omnino quid circa seipos ageretur nescirēt. Sic de aliis traditur: q̄ visi sunt aliquādo subleuati a terra corpore vz cōsequēte spiritū: sicut legimus in quattuor animalibus Ezechielis: sed hic amor magis est affectus & passio quedā appetitus sensitiui: sicut aliqui dicūtur de- *Charitas.* uoti vt diximus/ qui gustant aliquā maiorem intēsioremq̄ dulcedinē q̄ alii multo solidiores ac firmiores in dei amore: qui multo paratiores sunt ad subeundū martyrium. Hec enim dulcedo non est actus volūtatis elicitus: sed passio quedam cōsequens actuū fortassis remissiorē quā deus allicit & nutrit paruulos: aliquādo & grandiores ne deficiāt in via. Quod dicitur igitur q̄ possum⁹ implere hoc preceptū extensiue: non autē intēsiue: dico q̄ vtroq̄ modo potest impleri in via: verūtamen non quātum ad omnes *Matth.22.* conditiones que ponūtur in hoc precepto vz ex toto corde ex tota aīa: viribus: mente & fortitudine: qm̄ nō potest *Gala.5.ca.* fieri in hac vita vbi caro semper concu. aduersus spiritū: cum alioqui infirma sit: vt sublato omni impedimēto: qd̄ aggrauat animā. Sapien.9. & deprimit sensum. i. mētem: mēs nostra toto conatu feratur in amatū: nam fragilitas virium inferiorū: de quib⁹ dicitur: Factus sum mihi met *Job.7.ca.* ipsi grauis/ pro statu isto in quo seruiendū est & Lie & Ra- viii. cheli: & ire in anteriora & tamen aliquādo reuerti in similitudinē fulgurū: impedit & retardat superiores ab actib⁹ *Ezech.1.* suis: & Hę sunt rugę in facie sponsę. Ephe.5.cap. que aliquādo tendēdę sunt: cum repletū fuerit in bonis desiderium *Psal.102.* nostrū: & renouata fuerit vetustas faciei animę nrę. [In sciētia & in omni intelligētia: vz vt sciatis in quibus maxime charitatis officia collocare debeatis. Charitas prestat vt velim⁹: prudētia ostēdit cui dandū est: & de qb⁹ *Gala.6.ca.* maxime bene merēdū est: iuxta illud: maxime aūt ad domesticos fidei: qd̄ intelligitur ceteris parib⁹: nam alicqui fortassis homo qui incurrerat manus latronum non erat Samaritanus: & tamē samarites ille non respexit ad con- *Luce.10.* ditionē iacentis: sed ad necessitatē patiētis. [Ut probetis que sunt meliora.] Imitātes apes que optima legunt de pulchris floribus: vnde non modo ceram sed & mella cōficiūt. Sunt enim qui ḋ malis pessima & de iniquis semp̄ deteriora pre eligūt: more cācrorū semper retrocedentes: sicut dicitur: vsquequo paruuli diligitis infantiam: & stulti ea que sibi noxia sunt cupient: & imprudētes odibunt sciē- *Prouerb.1.* tiā? Cum enim dicitur ad israel ecce ego do ante vos viā *Hiere.21.c.* vitę & mortis; & illud considera q̄ hodie proposuerim in *Deut.30.* conspectu tuo vitam & bonū: & ecōtrario mortem & malū & dicitur ei: elige tibi vitam vt diligas dn̄m: manifestū est ix. qm̄ non oēs vitam sequūtur: sed sunt qui sequūtur & mor- *Apoc.6.ca.* tem: sicut scriptū est. Ecce equus pallidus: & qui sedebat super eum nomen illi mors: & infernus sequebatur eum. [Et vt sitis synceri.] qui nō possitis offendi qd̄ proprium est robustiorū: qui non cōmouentur ad qd̄libet leuiculum verbū: sicut dicitur: virū improbū vel mus mordeat. Cete- *Prouerb.* rum quisquis fuit inuertit prouerbiū dicens: bonos viros vel a mure morderi: malis ne draconē quidē audere dentes admoliri: hoc est insontibus passim noceri: propterea q̄ ii impune ledi posse videntur: prebituri alteram maxillam. Tamē & nocētem vix attigisti: cum ecce ex improuiso *Psal.143.* fumat: & emittit scintillas quasi eris candētis. Ezech.1.ca. Synceri ἀπρόσκοποι qui nulli sunt scandalo vel quos nullus irritare possit. [In diem Christi: hoc est vsq̄ in diē Christi: hoc est vsq̄ in diem aduēt⁹ Christi vt tūc inueniamini repleti fructibus atq̄ operib⁹ charitatis: quorū hic interim velut semētem facitis: iuxta quod sequitur. [Repleti fructu iusticię:] non quidē viribus vrīs: sed per Jesum christū: neq̄ enim venturi essent iusti cum exultatione portātes manipulos suos: nisi Joseph (qui vo- *Psal.125.* catur saluator mūdi) aperiret horrea sua & diceret: accipite semina et serite agros vt fruges habere possitis. Quid enim habemus: qd̄ nō accepimus? p̄ma Corin.4. Oia *Gene.47.* igitur habem⁹ per Jesum christū. [Sed in gloriā dei patris. Quo autē magis sitis gaudii mei participes.

¶ Scire autē volo vos fratres: q̄ que circa me sunt magis ad profectum venerunt euangelii: ita vt vincula mea manifesta fierēt in Christo in omni pretorio & in ceteris oībus: vt plures e fratribus in domino cōfidentes in vinculis meis: abūdantius auderent sine timore verbum dei loqui. Quidam quidem & propter inuidiā & contētionē: quidam autē & propter bonā voluntatem Christū predicant. Quidam ex charitate: scientes quoniā in defensione euangelii positus sum. Quidam autem ex contentione Christū annūciant non syncere: existimātes pressurā se suscitare vinculis meis. Quid enim? dum oīno siue per occasionē siue per veritatē Christus anūtiet: & in hoc gaudeo: sed & gaudebo. Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutē per vestrā orationē & subministrationē spirit⁹ Iesu christi secūdū expectationem & spem meam: quia in nullo confundar: sed in omni fiducia sicut semp̄ & nunc magnificabitur Christus in corpore meo siue per vitam siue per mortem.

¶ Scire vos volo o fratres q̄ que mihi acciderunt:] licet x. obstare viderētur profectui euāgelii ne latius spargeret: tamen qm̄ diligētibus deum oia cooperātur in bonū per *Roma.8.* infamiā & bonā famā. 2. Corin.6. Deus in diuersum vertit: qui tantę potētię est vt & aquā & mel producat de petra *Deut.32.* oleumq̄ de saxo durissimo: & cum viderētur cursui obuiare euāgelii: magis ad profectū eius venerūt. [Ita vt vincula mea quibus ob Christū cōpeditus sum: manifesta facta sint in toto pretorio: & ceteris oībus siue locis siue personis. Cum enim apl's esset Romę vinctus que tunc caput erat orbis: intra domū Imperatoris: ibiq̄ doceret euāgeliū Christi: multaq̄ miracula ederet quibus sermonē suū cōfirmaret: ex carcere persecutoris ecclesiaz cōstituit: ibiq̄ vincula eius manifesta fuerūt: quoniā fama vulgāte: & doctrina eius & virtutes eius & vincula: toti orbi nota facta sunt: quo facto plures ex credētibus accepta fiducia exemplo apl'i euāgelium Christi audatius predicabant: & hoc est qd̄ dicit. [Ita vt plures ex fratribus freti vinculis meis: abūdātius auderēt sine timore verbū dei loqui.] Cōstantia igitur eius multos animauit vt deposito timore/ impauide euāgelizarent verbū dei: dicētes. Si Pau- xi. lus cōpeditus loquitur: cur nō potius nos? Nā teste Clau- *Claudian⁹* diano ad Theodosium / facta egregia principis & exēpla virtuosa plus prouocāt subditos q̄ imperia. Siquid inquit censes esse cauēdum: primus iussa subi: tunc obseruātior equi fit reliquus populus: nec ferre obnuit: cum viderit ipsum autorē & caput precedere. Mobile enim semper mutatur cum principe vulgus. Licet autē teste Jullio *Jullius.* Celso: nemo tam fortis sit: quin rei nouitate perturbetur Paulus tamē in eo cōfortat⁹ qui oia potest. Infra.4.ca.

non solum malis ingruentibus non cadebat: sed econtra audatior efficiebatur: sciēs quoniā audaces sunt quos fortuna iuuat: sicut dicitur: cui iis maxime infensa sit qui nihil audent experiri: sed veluti cochleę perpetuo latent in- *Cocleę.* tra testas: in thalamis quidem leonib⁹ fortiores: in bello ceruis timidiores. [Nōnulli quidem per inuidiā & cōtentionem.] Ponit apl's ex incidenti gradus tres annūtiantium Christū: pro eo q̄ dixerat quosdā ex fratrib⁹ Pauli xii. exemplo animatos: Christū predicare audatius. Multi inquit exēplo mei exhortati: Christū predicare ceperunt: qd̄ tamen & si nō eadem intentione ab oībus ceptum est: tamen eorū predicatio (Christo oia vertēte in bonum) in *Roma.8.* euangelii gloriā cessit. Erant igitur quidā ex iis qui Christum predicabāt: qui hoc iniquo studio factitarēt. Agebāt enim hoc: quo mihi atrociorem inuidiā excitarēt: ac Neronis animū vltro insaniētem aduersum me irritarēt: quo diffusus videret euangeliū Christi in populos spargi: fortassis enim & Nero dicebat: oēs credēt in eum: & venient *Joan.11.* gentes pari studio eademq̄ volūtate: & tollent imperium nostrū et transferēt in Judeos: vnde Christus originem noscitur trahere. Sic irritatus Nero: me Paulū celerius tolleret e medio. Isti sunt qui per cōtentionem Christum predicabāt: putātes sese afflictionē addere posse vinculis Pauli. Alii autem glorię Pauli inuidētes: Christū per inuidiā predicabāt: hoc conātes vt suo studio Pauli gloriam obscurarent. Perambulabāt enim fortassis circūadiacētes prouintias Romę multo conatu euāgeliū predicātes: vt vel sic superare viderētur Paulū in euāgelii predicatiōe: qui interim intra vnas edes cōpeditus tenebat: ibiq̄ tantū docebat de regno dei. Istos igitur apl's vocat xiii. inuidos atq̄ cōtentiosos. Rursus alii Christū quidem ex apostolo predicabāt bono quidem animo: nec ex inuidia aut cōtentione: sed ex charitate: que tamē charitas adhuc imperfecta erat: & quasi ex affectione carnis: qualis est parētū ad filios & filiorū ad parētes: etiam inter Ethnicos & publicanos. Humano enim affectu nolebāt abesse a Paulo: nolebāt inquā deesse apl'o quē diligebant: sed cum eo pariter Christū predicabāt: non intendētes quid predicarent: sed cui obsequerētur in predicādo: q: Paulo quem *Ruth.p̄mo* summe diligebāt: iuxta qd̄ legim⁹ dixisse Ruth socrui suę: ne aduerseris mihi: vt relinquā te: & abeam. Quocūq̄ enim perrexeris pergā: & vbi morata fueris: & ego pariter morabor &c. Isti ergo discurrebāt circūcirca predicantes euāgeliū dei: quādiu apl's in vinculis erat: quem positum sciebāt in predicationē euāgelii Christi. ¶ Text⁹ quidē nōster aliquātulū confusior est: hic tamen est litterę sensus: alios quidē ex inuidia/ Christū predicare/ vt pressurā suscitarēt apl'o: qui erat in vinculis: alios predicare vt eius gloriam possent intercidere: alios vero ex charitate qua ferebantur in Paulū: sed erat charitas priuata vt diximus. Quartus predicātium ordo est eorū qui in gloriā Christi euāgelizabant verbū dei: quomodo Paulus & sui similes. Ad hec Paulus. [Quid inquit mea interest? Quouis enim modo siue p̄ occasionē siue per veritatē Christ⁹ anūtietur: in hoc gaudeo & gauisur⁹ sum.] Nō prohibet igitur xiiii. apl's mercenarios: nō eos preficit gregi: permittit tamen q: & si vtilitatem suā querūt: Christū tamen eundē predi- *Matth.23.* cant quē & nos predicam⁹. Habent in lingua veritatē: & si non habeāt in corde castitatē. Tres autē inuenim⁹ in euā- *Ordinaria.* gelio personas: si dn̄i verba intueamur pastoris vz mercenarii & furis. Pastor veritatē anūtiat propter veritatē: *Joan.10.* mercenarius occasione rei tēporalis: fur autē & latro veritatem tollit & negat. Diligēdus est ergo pastor: tolerād⁹ mercenari⁹: latro aut fugiēdus aut fugādus. Quid enim si canes alieni & inimici lupos arceāt a grege Christi? Cōgregauit Moses ex dei precepto septuaginta viros: quos *Nume.11.* stare fecit circa tabernaculū: cumq̄ requieuisset spirit⁹ in eis prophetauerūt: nec vltra cessauerūt. Remāserūt autē in castris duo viri Heldad & Medad super quos etiā requieuit sp̄s dei: & prophetabāt sicut & ceteri septuaginta *Figura.* Quo audito Josue filius Num minister Mosi ait. Dn̄e xv. mi Moses: prohibe eos. At ille/ quid inquit emularis pro me? Quis tribuat vt oēs populus prophetet: & det eis dn̄s spiritū suum: Dum enim per occasionē seu per veritatem *Matth.8.* Christus anūcietur: siue hoīes seu demones dicāt: scimus q̄ tu es Christus fili⁹ dei: siue Cayphas siue asina Christū loquatur: qm̄ veritatē anūtiant eandem quā & nos: gaudeo: & gaudebo. [Scio enim q̄ hoc mihi cedet in salutem: *Vide Marci.Capi.9.* presidio orationū vestrarū: & per subministrationē spirit⁹ Jesu christi qui diligētibus se oia inuertit in bonū: cedet *Ad hoc idē Roma.8.* autem nō preter spem meā. [Imo secūdum expectationem meam: q̄ nulla vz in re cōfundar:] sed rebus omnia explebūtur: ita vt nullis procellis aut aduersitatibus fractus: Cogar desistere ab anūtiāda veritate quā semel cognoui. [Sed in omni libertate vt semp̄ & ante hac quoq̄ magnificabitur Christ⁹ in corpore meo: siue cōtingat mori: seu detur viuere.] Et est sensus. Sicut inquit afflictiones quas iuxta corpus olim perpessus sum: cesserunt in gloriā euangelii: siue cum nocte & die in profundū maris fui. Actuū.27.ca. Siue cū bestiis obiectus sum: siue cum *Actuū.9.* per murū submissus sum in sporta: siue cum pedes mei ligno constricti sunt. Actuū.16.cap. Ita & presens afflictio qua de vita periclitor: similiter cessura est in gloriā Christi: siue mori cōtingat: siue viuere detur. ¶ Cōtendebant xvi. aliquādo sorores due vxores Jacob de numerositate prolis: a deo vt diceret Rachel ad Jacob: da mihi liberos: alioqui moriar. Cūq̄ ipsę parere desinerēt: ancillas adhi- *Gene.30.* bebant. Unus igitur erat pater Jacob quattuor autem *Figura.* erant vxores: qm̄ vt ex predictis patet/ quattuor sunt ordines predicātiū Christū. Rachel q̄ vix duos peperit illos significat q̄ Christū p̄pter Christū anūtiāt. Lia vero figurat eosqui ex charitate quidē Christū docēt sed imp̄fecta/ que videtur charitas mercenaria: & hec plures generat filios q̄ Rachel: & propterea Rachel dicitur dolere q̄ plures sint mercenarii q̄ pastores. Porro Bala & Zelpha illos prefigurant qui vel ex inuidia aut ex cōtentione Christum predicāt: omnes tamen eundē habent maritum vz Jacob: & oēs eundem Christū predicāt: & anūciant veritatem. Possibile est autē vt & filii ancillarū & matres liberi fiāt & Christū oēs eodē animo & cōcordi voluntate anuntient: vt & mercenarii & fures fiant pastores.

¶ Mihi enim viuere Christus est: & mori lucrum. Quod si viuere in carne hic mihi fructus operis est: & quid eligam ignoro. Coartor autem e duobus: desiderium habens dissolui & esse cum Christo multo magis melius: permanere autem in carne necessariū propter vos. Et hoc confidens scio q̄ manebo & permanebo oībus vobis ad profectum vestrum & gaudiū fidei: vt gratulatio vestra abundet in Christo Iesu, in me per meū aduētum iterum ad vos. Tantum digne euangelio Christi cōuersamini: vt siue cum venero & videro vos: siue absens audiam de vobis/ q̄ statis in vno spiritu vnanimes: collaborātes fidei euāgelii & in nullo terreamini ab aduersariis quod est illis causa perditionis vobis autem salutis: & hoc a deo. Quia vobis donatum est pro Christo: non solum vt in eum credatis: sed vt etiam pro illo patiamini: idem certamen habentes quale & vidistis in me & nunc audistis de me.

¶ Nam mihi vita Christus est: & mori lucrum.] Grece sic.
τὸ ζῆν, καὶ τὸ ἀποθανεῖν cũ seruus empticius sim/neq
mihi viuere liceat: sed eius cu
ius precio emptus sum vtilitati: si detur viuere: faciam qđ
hactenus feci: magnificabo enim nomen Christi in quo
positus sum: si moriendũ fuerit: etiam & ipsa mors quã gra
tãter amplexabor: exaltabit gloriã Christi. Nõ ergo mirũ
xvij. si Christum magnificem siue moriens seu viuens: quãdo
Christus est mihi vita hic in spe & in futuro per speciem.
Nec mirum si pro Christo mortale corpus morti expono
alioqui cito vel senio vel casu moriturũ: quando illud ab
eo immortale spero me recepturũ. Sed & Christus vita
erat Pauli in quo Christus loquebatur: & cui mũdus cru
Gala.6.ca. cifixus erat. Erat & lucrũ: quoniã quãdiu viuimus: pere
grinamur a dño. 2. Corin.5.cap. Nec datur sponsũ presen
tia frui. Quomodo ergo ingemiscit eo q nõ vult expoli
ari? Sed vir fortis vicino bello: armis accingitur & palpi
tat & festinat. Apostolus de vicina morte trepidat: sed lu
crum est ei mori & esse cum Christo. Intelligit igitur ap̃s
Hierony. sicut dicit Hierony. Lucrũ esse mori: cui sit vita futura cum
Christo: sine illo autem nihil prodest homini si totũ mun
Math.16. dũ lucretur. [Qđ si cõtingat viuere in carne: ea res mihi
fruct9 est operis: quid eligã ignoro. Coarctor enim e duo
bus: desiderans dissolui & esse cũ Christo: multo longe q
meli9 est: ceterũ manere in carne magis necessariũ vz q
volũtarium, propter vos.] Grãdis autem audacie est & pu
re cõscientie postulare regnũ dei: iudiciũ non timere: cupe
Hierony. re solui cum Simeone & Paulo. Hierony. Littera obscu
De renũtia rior est prout iacet: sensus autẽ est. Si viuo: Christi causa
tione. Nisi viuo: si morior: meo comodo morior. Qđ si procedit mea
cũ pridem. predicatio: & prosum ecclesie Christi: a deo non prefero
Itẽ.7.q.p. meum cõmodũ vestre vtilitati: vt dubitem etiam vtrũ eli
ibi adunati. gam permanere in carne: propter vos an dissolui & esse
cum Christo. Fructũ igitur operis intelligit profectũ euã
gelij per suam predicationẽ. Ignorat igitur ap̃s quid eli
gat ex his duobus vz mori & viuere: imo vtriusq rei tenet
desiderio cum dicit: Coarctor e duobus cõcupiscẽtiam ha
bens. Potest tamen sic distingui & melius: coarctor e duo
bus: cõcupiscẽtiam habens dissolui: & esse cum Christo: &
hoc melius est paulo: dissolui vt fruat amplexibus spõsi:
permanere tamẽ in carne magis necessariũ erat propter
Philippẽses: & hoc pregelegit ap̃s: Qui alibi dixit: opta
Roma.9. bam anathema esse a Christo pro fratrib9: charitas enim
non querit que sua sunt. Dubitat igitur ap̃s vtrum mori
eligat: quoniã videt vitam suã cedere in vtilitate ecclesie
Christi: alioqui non dubiũ quin mori eligeret. De hoc ita
Augustin9. dicit Augustinus. Paulus eius qđ simpliciter optimũ est
xviij. habet cõcupiscẽtiam. s. mori et esse cum Christo: alterius
tamẽ habet necessitatẽ vz permanere in carne. Dicit ergo
Coarctor aut cõpellor e duobus/ Deinde sequitur: ego di
co desideriũ habens solui ab his miserijs quib9 quasi cõ
pedib9 vinctus sum: & cũ Christo esse. Et quasi quereret:
quare huius rei potius habeat cõcupiscentiã: subiecit: qz
multo meli9 quãtũ ad me. Et quasi iterũ quereret quare
ergo e duobus cõpelleris: subdidit: qz est manẽdi necessi
tas: dicens: permanere autẽ in carne necessariũ propter
vos. Elegit ergo vt multis prodesset: sciens repositã sibi
2.Timo.4. esse coronã iusticie &c. Itaq Paulus colũba delicata: re
ligata affecta nõ cupiditate sicut coruus quẽ emisit Noe
volare nõ poterat propter implendũ officium: nõ propter
paruũ meritũ. Vult volare & esse cum Christo. Christus
autẽ timet calicem mortis. Timebat & Agag pinguissim9
mortẽ: huiusmodi enim Tyrãnis amara est mors. 1. Reg.15.
cap. Sed pullorũ affectus illam detinebat in carne. Nec
mirũ quãdo & pro eisdem pullis tuendis verbũ caro fa
ctum est: vt tanq gallina sub alis suis protegeret iu plu
mes pullos: sicut dicitur: sub vmbra alarũ tuarũ protege
Psal.9.ca. me. Itaq esse cũ Christo oẽs cupim9: sed absolui ab his
cõpedibus aureis quidẽ: grauissimis tamen/rarus inue

nitur qui velit: quãdo & Petrus: ne duceretur/tertio ne
gauit. Alius inquit te cinget & ducet quo tu non vis. Cum Joan.21.
aliquãdo persecutionis tẽpore furor immanis aduersus
ecclesiam cõcitat9 esset: duo viri christianissimi cõprehẽsi Exẽplum.
sunt. Ex his alter paratus erat oĩa tormẽta perpeti: alter
quidem & ipse sibi abscidi quidẽ caput alacriter passurus
erat: ceterũ alia tormenta trepidare videbatur. Intuere xix.
obsecro autem diuine bonitatis ineffabilẽ dispositionem.
Cum iudex sedisset pro tribunali: cum quidẽ qui oĩa para
tus erat sufferre tormẽta: iussit caput illico precidi. Illum
vero qui videbatur tormẽta trepidare: in sublime attolli
& exungulari: neq id semel aut secũdo: sed per oẽs fere ci
uitates: cum eum vinctũ secum duceret. Cur autẽ id a deo
permissum est? Nã & hic optabat mori pro Christo & esse
cum Christo: optabat tamen cõpendio vitam finire. Ob
hoc vz vt animi eius negligentiã & formidinem metumq
omnem per tormẽta fugaret. Sic & Joseph cũ maxime Chrys.
e carcere egredi voluit & ad hoc properabat: tũc maxime
illic immorari permissus est. Meritoq hec passus est: vt Gene.40.
disceret nõ ab homine. s. a pincerna regis suffragiũ postu
lare: sed spem omnẽ in deũ dirigendã. [Et hoc certo scio
q manebo: & hoc enim Philippẽses summe desiderabant
vz videre iterum apostolũ a quo instituti fuerant in fide
Christi: nec minus desideriũ erat in Paulo videndi cha
rissimos filios suos: quo copiosius de fidei eorũ gauderet
incremento. Uere autẽ hinc apparet maxima in Paulo
charitas. Quis enim secretorũ tertij celi particeps fact9: xx.
& verborũ arcanorũ memor/humana non negligat allo
quia: & liber a corporis perpetua pugna & iugi cura: eligat
esse cum Christo: & dies videre bonos? sed tantũ valet in
eo fraterna charitas/vt aliorum profectũ suis desiderijs pre
ponat. Alias autem tam molestã sibi hanc vitã ducebat
& grauem: vt exclamare cogeretur. O me miserũ & infeli Roma.7.
cem &c. Ea igitur sola cupiebat: que ei secũdum deum lu
cra pararent: etiam si viderẽtur esse contraria. [Tantũ vt
dignũ est euãgio Christi conuersemini:] illud autem vnũ
interim tãtum curãdum vobis est vt cõuersemini in euã
gelio Christi vt dignũ est: [vt siue cũ venero & videro vos:
siue absens sim/audiã de reb9 vr̃is q stetis in vno spiritu
vna anima: collaborãtes fidei euãgelij:] hoc est in hoc cer
tamine euãgelij adiuuãtes nos. Sic enim pugna vnani
miter aggressa victoriã parit: maxime quoniã plures sunt 4.Reg.6.
nobiscũ q cum illis. Dicit autem vno spiritu & vna anima
quia sicut cõcordia parue res crescũt: ita & discordia maxi
me dilabũtur. Scilurus teste Plutarcho: cũ relictis ma
ribus filijs octoginta: diem esset obiturus: hastarũ fascem
cuiq obtendens vt illum cõfringerẽt iubebat. Id autem
singulis se posse negãtib9: ipse singulatim eductas hastas
facile cõfregit. Ita docens illos vbi vnũ esse perseuerent:
firmos ac potẽtes fore: imbecilles autem si separarentur Eccle.25.
ac dissiderẽt. De tribus Horatijs quere. Nam & in tribus xxi.
beneplacitũ est spiritui Christi vz cõcordia fratrũ: & amor
proximorũ: & vir & vxor sibi bene cõsentiẽtes. [Nec in vllo
terreamini ab aduersarijs: qđ illis quidẽ est ostẽsio per
ditionis vobis autem salutis & hoc a deo.] Sicut dicitur
ad Ezechielem: dedi faciẽ tuã valentiorẽ faciebus eorum Ezech.3.
& frontem tuam duriorẽ frõtib9 eorũ. Sed tamen eorum
improbitas qui euãgelio obsistunt: nihil aliud efficiet nisi
vt ipsis. [Pariat exitiũ & perditionẽ: vobis autem salutẽ
& hoc a deo: qui est & vltor malorũ: ac bonorum remune
rator amplissimus. [Quia vobis donatũ est non modo
in Christũ credere.] Qđ cũ multis cõmune habetis: sed
accepistis [Ut pro illo patiamini:] vel pati parati sitis:
[Idem certamẽ habẽtes quale & vidistis in me:] cũ olim
flagellis cesus sum apud vos pro curatiõe puelle que spi
ritum habebat Pythonicũ de quo habes Actuũ.16.ca.
[Et nunc audistis in me:] nunc vincto & capite reo. Hec
tamen certamina sunt/non flagella dei que paritura sunt
vobis immẽsum glorie pondus. Nã & que pati durũ fuit:

dulce est meminisse. Nec illi tantum felices sunt quibus
Seneca. nihil euenit aduersi (quãq & hunc miserũ Seneca iudi
cat qui nunq fuerit miser) sed & illi qui ferre incomoda
vite: nec iactare iugum discipline in aduersitate virtute di
dicere magistra: qz inquit acceptus eras deo: necesse fuit
Tobie. vt tentatio probaret te. Tobie.12.capite.

¶ Secundum caput.

Jqua ergo consolatio in Christo: si quod solatium charitatis: si qua societas spirit9: si qua viscera miserationis: implete gaudium meum: vt idem sapiatis eandem charitatem habentes: vnanimes idipsum sentiẽtes. Nihil per contentionem neq per inanem gloriam: sed in humilitate superiores sibi inuicem arbitrantes: non que sua sunt singuli cõsiderantes sed ea que aliorum. Hoc enim sentite in vobis quod & in Christo Iesu: qui cum in forma dei esset: non rapinam arbitratus est: esse se equalem deo. Sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens: in similitudinem hominũ factus: & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum factus obediẽs vsq ad mortem: mortem autem crucis. Propter quod & deus exaltauit illum: & donauit illi nomen quod est super omne nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur cœlestium terrestrium & infernorum: & omnis lingua cõfiteatur: quia dominus Iesus Christus in gloria est dei patris.

Pria ¶ Si qua ergo in Christo consolatio
est]. Proinde inquit o Philippẽses si qua cõsolatio spi
ritus sancti mutua est inter illos qui vno & eodem initiati
sunt sacramento baptismatis: vnũ & eundem Christum
induerunt: si quod est solatiũ qđ habet fraterna charitas:
de qua dicitur. O q bonũ & iocundũ habitare fratres in
Psal.132. vnũ: que facit & gaudere cũ gaudẽtibus. Roma.12.cap.&c.
Si quam vim habet spiritus Christi per quem adoptati
Roma.8. sumus in ius eterne hereditatis: & in quo clamam9 Abba
pater: si qui sunt & affectus quibus in afflictionibus ami
Job.2.cap. corum tãgũtur amici: sicut scriptũ est: Sederũt cum Job
amici in terra septem diebus &c. Si que sunt cõmiseratio
nes quib9 ipso nature sensu ingemiscimus super afflictis
Luce.10. sicut legimus de Samarite alligãte vulnera eius qui se
mianimis iacebat in via: per hec inquã oĩa vos obtestor
vt impleatis gaudiũ meum. Quod gaudiũ? Gauisus sum
de vr̃o profectu in eo qđ cepistis: implebitis autẽ/si per
gatis sicut hucusq vt sitis cõcordes: vnanimes: idem sen
ij. tientes. Et sciendũ quoniã non oĩs cõcordia bona est: qz &
Christus venit separare filiũ aduersus patrẽ suũ: & latro
Math.10. nes inter se magna concordia conspirare scimus. Sic et
Gene.11.ca. olim cõcordiam edificãtium turrim Babel diuisit dñs: et

Iudei leuite cõsecrauerũt manus suas dño: dispersa q est
cõcordia adorãtium vitulum. Inuẽta est inquit cõiuratio Exo.32.ca.
in viris iuda: reuersiq sunt ad iniquitates patrũ suorum
priores. Utitur autẽ hoc verbo scriptura teste Hieronymo: Hiere.11.
quando non subito fortuitoq casu: sed paratis insidijs et Hierony.
coniuratione: tenditur ad delictũ: & pari mente eodẽq stu
dio id agunt vt dei mãdata contẽnant. Narrat autẽ Phi
lostratus qđ cũ quidã ciuis nomine Leo prodisset ad po
pulũ suasurus concordiã: statimq populũ risisse obesum
vt erat: ridetis inquit? Est vxor me crassior: tamẽ vnus le
ctulus capit cõcordes: discordes nec tota quidem domus:
atq ita fortuitũ risum vertit in argumẽtum suadende con
cordie. Uocatur autẽ in scriptura discordie crimen: pecca
tum pessimũ: sicut dicitur: accusauitq fratres suos crimi
ne pessimo: pro quo in alia translatione legimus: retulit ri Gene.37.
xam eorũ coram patre vt corrigeret. Si quis ramũ arbo
ris in aliam partem torqueat & inflectat: violẽter quidem
inflexus est: sed nõ violẽter redit: nam & tunc maxime Je Luce.23.ca.
sus dicitur expirare cum velũ tẽpli scinditur mediũ. Diui iij.
sum est inquit cor eorum: nunc interibunt. Osee.10.cap.
Hierony. Tradunt Hebrei huiusmodi fabulã: suspitionẽ Hieronym9
suã scripturarum autoritate firmãtes. Quãdiu & reges & po
puli vitulos aureos pariter adorabãt: & habebãt in impie
tate cõsensum: non venit captiuitas. Extremus rex decem
tribuũ fuit Osee: cuius nono anno Salmanasar rex Assy
riorum cepit israel. s. decem trib9: & duxit eos in Assyrios 4.Reg.18.
& habitare fecit iuxta fluuiũ Gozam in ciuitatib9 Medorum.
De hoc igitur Osee scriptũ est: q fecerit quidẽ malũ in
conspectu dñi: sed non sicut reges israel qui fuerunt ante
eum. Queritur ergo quare sub pessimis regibus capti nõ
fuerũt: sed sub eo qui ceperat ex parte aliqua ad meliora
conuerti? Ad qđ hec inferunt. Excusabat se primũ popu
lus & dicebat: regum paremus imperijs: nec possumus
eorum resistere Tyrãnidi. Colimus vitulos quos adora
re cõpellimur. In diebus autem Osee Ab eodem Osee
preceptum est vt qui vellet iret in hierusalẽ & in templo
sacrificaret deo. Huic aiunt sentẽtie populus contradixit
& hoc est qđ nunc dicit: diuisum est cor eorum hoc est re
gis & populi: & nulla excusatione remanẽte: nũc interibũt.
Nõ approbamus commẽtum: sed neq improbam9. Illud
tantũ dicimus quoniã si tantũ valet cõcordia etiam in re
bus pessimis: multo magis valebit concors multorũ ani Math.18.
mus in optimis: etiam si duo tantũ sint vel tres: dum mo
do cõgregati sint in nomine Christi. [Nequid per conten
tionem aut inanem gloriã fiat in vobis:] hec enim nõ cõ iiij.
cordiam sed dissensionẽ pariunt: etiam si discipuli Christi
fuerint & de principatu contẽdant. Facta est inquit cõten Math.20.
tio inter eos quis eorũ videretur esse maior. Ecce autem
& decem indignati sunt de duobus pro eo q inani quadã
iactãtia propius Christo assidere volebãt: carnis cogna
tione freti. Sed persuasio hec inquit ap̃s non est ex eo Gala.5.ca.
qui vos vocauit: est autem ex eo cuius vox est: sedebo in
mõte testamenti: & similis ero altissimo. [Nequid igit̃ fiat Esaie.14.
per contentionem: sed per animi humilitatẽ.] Nam cogi Luce.23.
tandum est illud: nullũ vz esse hominem etiam si sit latro
pendens in cruce & improperia improperans Christo: qui
non possit habere aliquã virtutem quã tu nõdum habes:
Nec arbitreris quoniã bona tua quedã eminent & appa
rent: ideo alterũ nulla habere que lateant: & fortassis ma
ioris ponderis sunt bona quibus te superat nescientem.
Iste autẽ huiusmodi cogitationes deprimẽtes superbiã:
& acuentes charitatẽ: faciunt onera fraterna inuicẽ nõ so
lum equo animo: sed etiã libẽtissime sustineri. Nullo mo
do autem de quoq homine incognito ferẽda sentẽtia est: 2.Parali.6.
quoniã nemo scit quid sit in homine/excepto eo cui dicit:
tu solus nosti corda filiorũ hominũ. Narrat autẽ Grego. Gregorius.
de quodã viro dei Constantio noĩe: q quidam fama eius
permotus venit inuisere eum: cuius cõtẽptibilem perso
nam intuens a longe: ego inquit grãdem hominẽ credidi

Gregorius. iste nihil habet de homine. Et ille: tu solus inquit es qui
apertos in me oculos habuisti. Qualis enim quisq; apud
V. se lateat cõtumelia illata probat. [Nec sua quisq; spectã-
Infra hoc tia: se vnusquisq; que sunt aliorũ.] Quod tamen preceptum
capite. nescio si quisquã mortaliũ seruat: nam propria curamus
Seneca. oẽs: oẽs enim que sunt sua ea querũt. Dixit tamen Sene
Augustin⁹. ca; q̃ nec sibi viuit qui soli sibi viuit. Et Augustin⁹ recitat
quedã verba Catonis cõcionãtis ad senatũ Romanum.
Nolite inquiens existimare maiores nostros armis rempu
blicam ex parua magnã fecisse. Si enim ita esset: multo
pulcherrimã nos haberem⁹: quippe ciuiũ sociorũ prete-
rea & armorũ equorũq; maior nobis copia est q̃ illis. Sed
alia fuere que illos magnos fecerunt: que nobis aut ra-
ra aut nulla sunt domi industria: foris iustũ imperiũ: ani-
mus in cõsulẽdo liber: neq; delicto neq; libidini obnoxi⁹.
Pro his nos habemus auaritiã: publice egestatem: pri-
VI. uatim opulentiã. Laudamus diuitias: sequimur inertiã:
inter bonos & malos discrimen nullũ: oĩa virtutũ premia
Phs. ambitio possidet. Sicut autem dicit Phs: quod multorum
cõmune est: in eo minima adhibet diligẽtia: nã de ꝓprijs
maxime curãt hoĩes: de cõmunibus autẽ minus: q2 quã-
tum singulis cõpetit: quẽadmodũ inseruilib⁹ ministerijs
famulãtes: multi interdũ deterius inseruiũt q̃ pauci. Me
lius est itaq; vt proprie sint res: (ne incidamus in Plato
nis rempublicã que iubet etiã vxores esse cõmunes:) sed
vsu facere illas cõmunes: per virtutẽ enim erũt cõmunes:
Prouerb. vt in prouerbio est: amicorũ oĩa cõmunia. Sicut & in vsu
carum rerũ quas ipsi possidem⁹ liberales esse debem⁹:
non autẽ in cõmunibus: que vnusquisq; maxime curare
debet: qñ in bono totius saluatur pars. Deniq; tunc Ro-
mana respublica collabi cepit: cum Romani dona accipe
re ceperũt: sicut dixit. C. Põtius samnis: vtinã inquit ad
illa tẽpora me fortuna seruasset & tunc essem natus: quã-
do Romani dona accipere cepissent: nõ essem passus eos
diutius imperare. Habere enim questui rempublicã: non
Tertullian⁹ modo turpe est sed etiam nefariũ: teste Tertulliano. [Hoc
enim sentite aut sentiatur in vobis quod & in Christo Iesu:
VII. qui cũ esset in forma dei: non rapinã arbitratus est: vt esset
equalis deo.] Inuitat igitur apl's Philippẽses exemplo
Christi ad patientiã: humilitatẽ & charitatẽ: & vt nihil per
contẽtionem faciant: cõsiderãtes eum qui cum esset in for
Psal. 8. ca. ma dei: formã serui accepit/qui est in forma dei & chara-
cter substãtie patris. Premittit autẽ alta de Christo: illa-
turus deinde ea que videntur supreme esse cõtumelie: vt
Ioan. 13. ca. opposita iuxta se posita clarius elucescãt: iuxta quod & Ioã-
nes dicit: sciens q2 oĩa dedit ei pater in manus: & q2 a deo
exiuit: & ad deum vadit: nihilominus tamen cũ tãtus esset
& tãtam potestatẽ accepisset a patre: surgit a cena & depo-
nit vestimẽta sua &c. Sic & hic: qui cum in forma dei esset:
hoc est qui cũ natura Deus esset ex deo: habitu inuentus
Christi aĩe est hõ &c. Si pudet ergo hoĩes humiles imitari: vel cum
ad ṽbũ co- imitamini qui cum natura Deus esset: atq; re ipsa se deũ
pula sũma declararet quem & angeli & demones: hoĩes maria & ven
grã est. Do- tiq; mors & vita & omnis natura elemẽtorum obsequeba-
ctor nr̃. in. 3. tur: cum solo verbo mortuos vite restitueret. Ioã. 11. cap.
disti. 18. ss. g. Et vel ipso nutu cõuerteret elementa. Ioan. 2. cap. Et si-
Matth. 8. lentiũ imponeret spiritibus immũdis & cui celi obsequuti
Luce. 3. ca. sunt & pateruntq; mare se calcãdum prebuit sub plan-
tis ei⁹: & cui pater testimoniũ perhibuit Moses & Helias
idest lex & prophete. Matth. 17. cap. Tamen quo nobis
Esaie. 14. preberet exẽplũ perfecte patiẽtie: nõ rapinã &c. Sicut qui
dixit: similis ero altissimo. Nõ vsurpauit quod suum nõ erat:
sicut legimus in Satana & in primis parentibus: loquit
enim de Christo secũdum quod homo. Rapina enim esset
si existimaret se equaliter fore deo secũdum id quod mino-
ratus est aliquãtulum ab angelis. Hoc igitur per experiẽ-
tiã sentiatur esse in vobis ne sitis quasi pellis caprar que
pmi. Re. 19. inuenta est in lectulo ipsius Dauid: sed hoc sentiatur re
in vobis: vt queratis que aliorũ sunt: non que vr̃a sunt quod

& in Christo iesu videtis re ipsa ostẽsum: qui cum esset in
plena essentia & equalitate patris: non rapinã arbitratus
est: quã: vt esset equaliter deo. τὸ εἶναι ἴσα θεῷ
Secũdum hoc loquitur de Christo
vt homine. Sic ἴσα nomen est: aduerbij loco positum. VIII.
Quod dicit hic apostolus formã: grece est μορφή,
quod sonat speciẽ aut figuram: quã in ep̃la ad Hebr.
primo cap. Characterẽ vocat. Is igitur cũ esset forma
Deus: non arbitratus est vt esset par deo: vere enim erat
deo coequalis: ideoq; non erat rapina esse equalem deo:
quẽ pater coequalem sibi genuerat. Et tamẽ quo nobis
viam humilitatis pararet: celãs interim quis esset: a quo
esset: cui equalis esset: cui coeternus esset & coessentialis:
hec inquã oĩa interim celans: & in semetipso semper ma-
nens id quod est vz ἄλφα καὶ ω, ipse. [Semetipsum exina
niuit: formã serui accipiens.] Sicut legim⁹
in Achab qui pugnaturus cum hoste: mutauit habi- Achab. 3. re
tum suum. Inuenietis inquit puerũ pannis inuolutum. gũ. cap. 21.
Luce. 2. cap. Et quare non ostẽditur in gloria & maiestate
sua in qua visus est Helie & Mosi? Quia nõ venerat preliatu-
rus: nõ regnaturus: ministraturus & moriturus. Rex autẽ Figura.
in bello purpura & diademate dimissis: militis habitum
frequẽter induitur. Sed ille rex temporalis ne in se alios Chryso.
hostiũ de regalibus notus insignijs accendat. Hac enim
ex causa Achab rex israel mutato habitu: Ingressus est
preliũ: & versa est pugna & põdus prelij ad Iosaphat. Hic
vero ne si in sua maiestate cernatur: in fugam cõtinuo cõ-
uertat inimicũ: vt ne audeat quidem profutura in regis
gloriã subire certamina: & ne nõ modo ante congressum
aduersarios fuget: verũetiam ne suos milites importabi-
lis glorie onere conturbet. Venit enim saluare quod perierat
humilitate nõ potentia. Ideo igitur semetipsum exinani-
uit & incubuit super puerũ mortuũ: ad mensurã puerilis IX.
etatis cõtrahens quodãmodo formã dei: de qua dicitur. 4. Reg. 4.
Celum mihi sedes est. Esaie. 66. cap. Itaq; nõ parũ fidu Figura.
cie robur prestat nobis q̃ magnus ille vir & dei prophe-
ta potens opere & sermone: de forma dei descẽdens: visita
re dignatus est nos. cum essemus puluis & cinis: misereri
mortuis: inclinare se iacẽtibus. Cõtrahi & coequari par- Bernard⁹.
uis: cecis impartiri lumen oculorũ & ora muta oris proprij
osculo soluere: debilesq; manus suarũ roborare cõtactu:
atq; nutãtia genua firmare: & dirigere pedes nr̃os in viã
pacis. Deniq; & seraphim dicũtur faciem dei pedesq; ve- Luce. primo.
lare: & certatim proferre testimoniũ veritatis. Esaie. 6. ca.
Et omne quod clamãt trinitatis sacramẽta mõstrare: & mi- Hierony.
rari adinuicem q̃ dñs Sabaoth in forma dei positus: for-
mam serui acceperit: & humiliauerit semetipsum vsq; ad
mortem crucis: & nequaq̃ eum vt prius celestis tantũ sed
& terrena cognoscãt. Postq̃ autem terra repleta est glĩa Origenes.
dñi sabaoth: Iudeorũ templũ repletũ est ignorantie tene-
bris & caligine & fumo. Christus igitur formã serui acce-
pit & habitu inuentus homo. (Lamina de auro purissimo Exo. 28.
in qua spũs sanctus inculpsit sanctũ dño: hoc est verbum
quod erat apud patrẽ in carne exarauit litteris quattuor: hõ I.H.V.H.
enim secũdum carnẽ ex quattuor cõstat elemẽtis:) vt prin-
cipem mũdi insultare posset ad agonem: cui carnem suam
ipse tradens velut escã: hamo eum diuinitatis intrinsecus
teneret insertus ex profusione immaculati sanguinis. Si- X.
cut ergo hamum esca cõtectum si piscis rapiat: nõ modo
escam ab hamo nõ remouet: sed & ipse de profundo esca
alijs futurus educitur: ita & is qui habebat mortis impe-
rium: Rapuit quidem in morte corpus Christi: non sen- Hebre. 2.
tiens in eo hamum diuinitatis latẽrẽ sub forma serui: sed
vbi deuorauit: hesit ipse continuo: & diruptis inferni clau-
stris velut e profundo extractus: trahit vt ceteris esca fiat
sicut dicitur: dedisti eum escam populis Ethiopum. Non Psal. 73.
ergo dãno aliquo aut iniuria diuinitatis Christus in for-
ma serui patitur: nõ vt lege mortaliũ detineretur a morte:
sed vt ianuas mortis aperiret. Veluti siquis rex pergat ad

Chryso. carcerem: & ingressus aperiat ianuas Vincula & claustra
cõminuat: educatq; vinctos in remissionem: & eos qui se-
dent in tenebris: luci vitẽq; restituat: dicitur quidem rex
fuisse in carcere: nõ tamen ea conditione qua ceteri qui ibi
Cap. 2. tenebãtur. [Hic est igitur ille liber scriptus intus & foris de
quo legim⁹ in Ezechiele. Int⁹ generationẽ ei⁹ quis enar
Esaie. 53. rabit? Foris formã serui accipiens: intus: qui cum in for-
ma dei esset: verbũ quod erat in principio: foris: Christi ge-
neratio sic erat. Matth. 1. cap. Verbum caro factum est.
Matth. 1. Intus inuenta est virgo habens de spiritu sancto: foris cũ
eum alij Heliã alij vnũ ex prophetis existimãt. Matth. 16.
cap. Et cum ponitur in presepio. Intus legit Petrus: tu
es Christus filius dei viui: foris: dixit Cẽturio: hic homo
Luce. 23. iustus erat. Petrus tamen vtrũq; cõplexus est. Igitur ca
ro & sanguis non reuelauit: que hominẽ Christum osten-
XI. dunt: non autem dei filiũ. Sed pater meus reuelauit tibi.
Et quando fuit Petrus in celo cũ patre? Sed operibus
credidit Petrus/que Christũ clamant dei filiũ. Reuela-
tum est tamen postea Petro Iacobo & Ioanni in mõte
Matth. 17. Thabor: dicẽte patre: hic est filius meus dilectus. Itaq;
foris esurit & tentatur. Matth. 4. cap. Intus panes multi-
tiplicat. Ioan. 6. cap. & aduersariũ propulsat. Foris crucifi
gitur: int⁹ paradisum donat. Foris clamat heli heli: lama
azabthani: intus terram concutit: & soli lumen intercidit.
Ioan. 20. Foris sepelitur: intus tertia die resurgit. Foris ostendit
suis loca clauorũ: intus ingreditur ianuis clausis: & ascen
dit super celum celi ad orientem. Psal. 67. cap. Et sedet
ad dexterã patris. Sed miro modo cum interior libri hu-
XII. ius scriptura magis obscura sit: amplius hominũ mentes
Manichei. turbat exterior. Manichei enim Christum deum confessi
sunt sed eundem hominem esse credere noluerũt. Isti mi
ra peruersitate quod vident negantes: quod non vident confi-
tentur. Inuisibilem in virtutibus recognoscunt: visibilem
pa. Ioan. 1. hominem nõ agnoscũt. Vtrãq; autem scripturã Ioannes
breui charactere depinxit dicens. Quod fuit ab initio quod au
diuimus: ecce interiorem scripturã: & vidimus oculis nr̃is
& manus nostre contrectauerũt: ecce exteriorem. [Tanta
est itaq; humane humilitatis vtilitas: vt eam Christ⁹ dñs
suo cõmendaret exẽplo: dñs inquã qui cum in forma dei
Cãti. 1. cap. esset &c. Vnde & vocatur in cãticis Fascicul⁹ myrrhe siue
Ioan. 13. ca. gutte aligamentũ. Guttam quippe possumus dicere filiũ
Figura. dei in carne & serui forma exinanitum: & pedes suorũ lauã
tem: tergentem: fortasse & osculãtem: & ante crucis tormẽ-
Capite. 2. tum suis vestibus expoliatũ: atq; indutum alienis: sicut &
Daniel eum vocat lapillum paruum excisum de monte.
Decebat enim vt qui cõgregare venerat gentes que sicut
Esaie. 40. gutta reputate sunt ab eo & sicut stilla situle: exinare se-
metipsum diuinitatis forma: & effici nihilominus & ipsum
guttam iuxta illud. Myrrha & gutta & casia a vestimentis
Psal. 44 tuis. Myrrha caro Christi est que vncta est centũ libris.
Ioan. 19. cap. Gutta autem exinanita diuinitatis forma:
Origenes. seruilisq; forme suscepta dignatio. Casia autẽ que aquis
XIII. indesinentibus nutriri dicitur: aĩa eius est que in redẽptio
nem nostrã data est: que non accepit gratiã ad mẽsuram
semper ex dei verbo hauriens & viuens cui copulata est.
Humana enim fragilitas totũ montem aut totũ pelagus
capere non poterat. Quod ergo factus est lapis & gutta &
paruulus & flos cãpi & lilium vallium: & splendor & fons: no
Cãti. 2. cap. bis factus est. Nos enim manes: ille est exinanitus. Nos
stulti: ille infans nesciens loqui. Nos peccatores ille pro pec
catis nr̃is hostia. Oĩa factus est: vt ab oĩbus caperetur.
Psal. 21. Inde illa vox: vt quid dereliquisti me? Possumus enim di
cere Christum a deo patre derelictũ: in hoc q̃ seipsum exi
naniens formã serui accepit: & ab illa magnitudine descẽ-
dens qua equalis est patri: forma suscepta: derelictus est
Habac. 3. (Ibi tamen abscõdita erat fortitudo eius.) Vt pro nobis
tanta & talia sustineret: vt vsq; ad mortem veniret: & mor-
Chryso. tem crucis: q̃ inter hoĩes turpissima esse videt. Chrysosto.
Is dedit alapam Christo dño: cuius dñs sanauerat auri-

culam: quod nota. Nam extremũ dilectionis eius factũ est &
derisionis eius quãdo postq̃ fecerunt sibi lusum filiũ dei
sputis illitum & palmis cesum/inter latrones crucifixerũt Origenes.
eum: & posuerũt super caput eius quasi deridẽtes litteras
dicẽtes. Hic est Iesus nazarenus rex iudeorũ. Hebraice sic.
ישוע נוצרי מלך היהודים : Ergo nũc manifeste Titulus.
intelligere poteris
quid sit quod dicit: quare me dereliquisti: & semetipsum exi-
naniuit: faciẽs cõparationẽ glorie illius quã habuit apud
patrem ad cõfusionem quã contẽnens sustinuit crucem: &
nunc est in dextera dei patris. Verũ de oĩbus de eo mira- Hebre. 12.
culis & magnificẽtijs illud penitus admirationem huma- Origenes.
ne mentis excedit: nec inuenit mortalis intelligẽtie fragili
tas quomodo sentire vel intelligere possit q̃ tanta illa po
tentia diuine maiestis verbum per quod oĩa facta sunt intra XIIII.
circũscriptionem eius hominis qui in terris visus est an-
nis. 33. fuisse credenda sit. Sed & ingressam fuisse dei sa-
pientiã vuluam femine & nouem mẽsium expectare tem-
pus: & per singulas adolescere etates: vitãq; vt homo vi-
deatur finire: mortẽq; ipsam trepidare quã voluntarie susce
pit. Hac admiratione percussa humana natura: quo decli Matth. 26.
net & quo se cõuertat ignorat. Si deum sentiat: mortalem
videt & mortem timere. Si hominẽ putet: deuicto mortis
imperio: cum spolijs redeuntem a mortuis cernit. Natu-
ram autem aĩe illius hanc fuisse que est omniũ animarũ
non potest dubitari: alioqui nec dici aĩa potuit: si vere nõ
fuit aĩa. Verũ quoniã boni maliq; eligẽdi facultas presto Esaie. 7.
est huic anime que Christi est: ita elegit bonũ & reproba-
uit malũ: vt pro immẽsitate dilectionis bono incõuertibi-
liter inhereret: ita vt propositi firmitas & dilectionis inex-
tinguibilis calor omnem sensum cõuersionis ad peccatũ
excluderet: & quod in arbitrio erat positũ: longi vsus affectu
versuz sit in naturã: ita vt fuisse quidẽ in Christo humana
& rationabilis aĩa credenda sit: & nullũ sensum vel possibi
litatem eam putãdũ est habuisse peccati. Exẽplũ. Ferri Vide Do-
metallum capax est frigoris & caloris. Si ergo massa ali- nr̃m in. 3. di
qua ferri semp in igne sit posita: oĩbus suis poris oĩbusq; stin. 12.
venis ignem recipiens: & tota ignis effecta: sic q̃ ignis ab
ea nõ cesset aliquãdo: nec ipsa ab igne separet: nunq̃ dici XV.
mus hanc que natura quidem ferri massa est in ignem
positã & indesinenter ardentem: posse frigus aliquãdo re-
cipere: quinimo (quod verius est) magis eam sicut in forna- Origenes.
cibus sepe fieri oculis deprehendimus: totã ignem effectã
dicimus: quoniã nec aliud in ea nisi ignis cernitur. Sed
& siquis cõtingere atq; tractare tẽtauerit: nõ ferri sed ignis
vim sentiat. Hoc igitur modo aĩa illa que quasi ferrum in
igne sit semper in ṽbo: semper in sapiẽtia semper in deo
posita est: omne quod agit: quod sentit quod intelligit deus est: et
ideo nec cõuertibilis nec mutabilis dici potest: que incõ-
uertibiliter ex dei & verbi vnitate indesinenter ignita per-
seuerat. Ad oẽs deniq; sanctos calor aliquis verbi dei pu Collos. 2.
tandus est peruenisse: in hac autem aĩa ignis ipse diuin⁹
substantialr̃ requieuisse credẽd⁹ est: ex quo ad ceteros ca
lor aliquis venerit. Deniq; aliter aĩa hec oleo leticie un-
gitur: aliter autem participes eius sancti apl'i & prophete. XVI.
Illi enim in odorem vnguentorũ eius cucurrisse dicũtur: Aliud.
ista autem aĩa vas admirabile vnguenti huius fuit. Et si-
cut vas ipsum quod vnguenti substãtiam cõtinet nullo mo-
do potest recipere aliquid mali odoris ita Christus velut
vas ipsum in quo erat vnguenti substantia & impossibile
fuit vt contrariũ reciperet odorem. Participes vero eius
quãto propinquiores fuerint Christo tãto magis odoris
huius erunt participes. Exinanitus est igitur Christus dñs
cum esset in forma dei: vt eius odore repleretur oĩs terra:
sicut dicitur: vnguentũ exinanitũ est nomen tuũ: nomẽ quod Canti. 1. ca.
est super omne nomẽ. Christus speciosus forma pre filijs Psal. 44.
hominũ: nisi enim sidereũ quiddã in vultu eius micuisset
nunq̃ eum statim sequuti fuissent apl'i: nec qui ad cõpre- Ioan. 18.
hendendũ venerãt corruissent: formã tamen serui accepit Hierony.

τ vere accepit: sicut dicitur ad domū Juda: vocabit no-
men eius Emanuel vt sciat reprobare malum et eligere
Esaie.7. bonū. Quid est hoc? O inquit domus David non mire
ris ad rei nouitatē/si virgo deū pariat: qui tantā habeat
potestatē: vt multo post tēpore nasciturus: te nunc libe-
Genes.18. ret inuocat⁹. Ipse enim est qui visus est Abrae: loquut⁹
Hierony⁹. est τ Mosi: per cq ora omniū prophetarū. Dicam τ aliud
mirabile. Neputes eum in phantasmate nasciturum: ci
Luc.2. bis vtetur infantie butyro τ melle. Qui licet teste euan
gelio proficiat sapiētia τ etate: quod de eo dicitur vt ve-
xvii. ritas humani corporis ostendatur τ forma serui: tamen
adhuc pānis inuolutus: lacteq; pastus: habebit boni ma
liq; iuditiū: vt reprobans mala: eligat bona: non q hoc fe
cerit: sed q scierit reprobare τ eligere: vt per hec verba
noscamus infantiā humani corporis diuine nō preiudi-
casse sapientie: sicut nec forma assumpta serui forme dei.
Psal.44. Et hoc modo intelligitur qd scriptū est de Christo: dile-
xisti iusticiā τ odisti iniquitatē. Docemur enim in vtra
q; parte τ amoris τ odij esse in nobis semina cum ipse q
Tho.3.p.q. primitias masse nostrorū corporū leuauit in celum: et di
2.ad.6. lexerit iusti. τ odio habuerit iniquitatē. [Et habitu in-
uētus vt homo.] Grece pro habitu est σχήματι qd ma
gis sonat figurā. Habitus autē de quo loquū
tur dialectici: ἕξις vocatur non autē σχῆμα. Figura igi
tur inuēt⁹ est humana cū in terris visus ē
Baruch.3. τ cum hominibus conuersat⁹. Itaq; quod dicit/in simi-
litudinē hominū: hec similitudo verū hominē exprimit:
quoniā habendo hominē inuētus est vt homo. Quoniā
igitur apo. hic nō loquitur de habitu quomodo dialecti
ci: sed per habitū veram carnē exprimit τ verā susceptā
serui formā: quecūq; hic de habitu dicūtur: non faciunt
ad mentē apostoli. Sequitur. [Humiliauit semet ipsum
vsq; ad mortem factus obediens.] Humiliauit se vsq; ad
carnis susceptionē: vsq; ad famē: sitim: obprobria τ cōtu-
melias: collaphos et flagella: vsq; ad hoc vt ipse sibi tor-
mentū baiularet: vsq; ad hoc q felle potaretur et nudus
crucifigeretur: τ inter latrones et in pascha [deniq; vsq;
ad mortē τ mortē crucis] vt fieret pro nobis maledictuz.
Gala.3. Hec enim omnia vnico verbo denotauit apo. dicēs: mor
tē τ mortē crucis: q oīm turpissima erat. Ambro. hoc lo-
Christus. co dicit q ante incarnationē aut Christus potest dici aut
Jesus: q simul ambo noīa τ hoīs filiū τ dei filiū signifi-
1.Corin.10. cant. Petra enim erat Christus sicut dicit apo. Fuit au
tem tormentū crucis apud Romanos in vsu vsq; ad Con
stantinū imperatorē qui primus omniū fidem exaltauit
Is enim crucē sibi depingi fecit in frōte quam vidit in
xviii. celo igneo fulgore rutilantē. Deinceps igitur crucis tor
mentū a locis suppliciorū transijt ad frōtes imperatorū.
Gratias igitur agamus ei qui cum in forma dei esset: vt
Psal.68. solueret q non rapuerat: factus est obediens vsq; ad mor
Augustin⁹ tem crucis. Sicut ergo obediētia Abrae non immerito
Genes.22. summa predicatur: quia vt occideret filiū res difficilli-
ma est imperata: ita in paradiso tāto maior inobediētia
fuit: quanto id qd preceptū est nullius difficultatis fuit.
Sciendū autem q nunq per obedientiā mala facienda
sunt. Aliquando tamē per obedientiā debet bonū quod
agit intermitti. Neq; enim arbor illa scientie mala erat
quā deus homini interdixit. Omnia enim q fecit deus
bona erant: sed vt melius per obedientie meritū homo
bene conditus cresceret: dignū fuerat vt etiam a bona p
Gregorius hiberet: quatenus tanto verius hoc quod ageret virtus
esset: quanto τ a bono cessans autori suo se humilē τ sub
1.Reg.15. ditū exhiberet. Unde dicitur: melior est obediētia q vi-
ctime: quoniā per victimas aliena caro: per obedientiā
vero propria voluntas immolatur. [Propter qd τ deus
Esaie.53. illum super exaltauit] est enim Grece ὑπερύψωσεν,
idest vehemēter exaltauit: gloriā quidē
xix. nō ea ptauit: sed ea talis est nature vt eos maxime sequa
tur qui eā fugiunt: τ quoniā eam fugiendo peruenerat

in profundum abyssi: inde dextera dei exaltat⁹ [accepit
nomē quod est super omne nomē: vt in nomine Jesu il- Actu.2.
lius videlicet qui inter latrones pendens spiritū patri
cōmēdauit: nō tantū eorum qui sunt de regno Artaxer Hester.3.
xis genua (sicut legimus de Amā) sed omne genu flecta
tur celestiū: terrestriū: τ infernorū] nec tantum hebrea:
greca latinaq; lingua [sed omnis lingua cōfiteatur: qm
dñs Jesus christus est in gloria dei patris.] De hoc insi
gura ita legimus in Genesi. Ad regis imperiū eductuz Cap.41.
de carcere Joseph totōderūt: ac veste mutata obtulerūt
iuxta illud: conscidisti saccum meū: τ circundedisti me
leticia. Et infra. Tu eris super domū meā: et ad oris tui Psal.28.
imperiū cunctus populus obediet. Uno tantū regni so-
lio precedam te. Ecce cōstitui te super vniuersam terrā
Egypti. Tulitq; anulū de manu sua: et dedit eum in ma-
nu eius: vestiuitq; cum stola byssina: τ collo torquem au
ream circūposuit: fecitq; eum ascendere super currū suū
secundū clamāte precone: vt omnes coram eo genu flecte
rent τ prepositū esse scirēt omni terre Egypti. Uertitq; xx.
nomē eius: τ vocauit eū lingua Egyptiaca saluatorē mū-
di: deditq; illi vxorē Acenē filiam Putifaris sacerdotis
Eliopoleos. Erat autem .30. annorū quando stetit coram
Pharaone. Curr⁹ igitur secūdus dextera est paterne glo
rie siue gloria corporis Christi. Accepit anulū pontifica
tū fidei: quo credentiū anime salutis signo signantur: stola
byssina caro est innocentia τ immortalitate decorata.
Torquis regiū insigne pro spinea corona. Preco autem
apo. Paulus est cuius vox est: in nomine Jesu omne ge-
nu flectatur. Ipse est qui vocat Saluator mūdi: cū in ✠
pendens audiret: se ipsum non potest saluū facere. Uxor Matth.27.
autē eius ecclesia est de gentibus de qua dicitur: astitit
coniūx a dextris tuis τc. Ad huius imperiū cuncti obe-
diēt: vnoq; tantuz regni solio a patre preceditur: quoniā
pater filio maior est secūdum quod homo est. Non itaq; Psal.67.
multū laborauit apo. potentiā Christi probare: sed obe- Ambro.
dientiā vsq; ad mortē crucis. Et multa quidem fecit dñs
Christus: τ nunq ei flexim⁹ genua: factus est obediēs
vsq; ad mortē: et omnis creatura confitetur quoniā dñs
Jesus est in gloria dei patris: est inquam domin⁹ in glo
ria dei patris.

¶ Itaq; charissimi mei sicut semper obedi-
stis: non in presentia mei tantum: sed multo
magis nunc in absentia mea cum metu & tre-
more vestram salutem operamini. Dominus
est enim qui operatur in vobis & velle & per-
ficere pro bona voluntate. Omnia autem fa-
cite sine murmurationibus & hesitatiōibus:
vt sitis sine querela & simplices filii dei sine re
prehensione in medio nationis praue & per-
uerse: inter quos lucetis sicut luminaria in mū
do: verbum vite continentes ad gloriam meā
in die Christi: quia non in vanum cucurri:
neq; in vacuum laboraui. Sed & si immolor
supra sacrificium fidei vestre: gaudeo & con-
gratulor omnibus vobis. Idipsum autem &
vos gaudete: & congratulamini mihi.

¶ Textus. Proinde charissimi queadmodū semper obe
distis non tanq in presentia mea solum: sed nunc multo
magis in absentia mea cū tremore τ timore vestrā ipsoꝝ xxi.
salutē opamini.] Noui indt q post mortē meā iniq; age- Deut.31.
tis. Peccatū iuxta Greg.4. modis patrat in corde: quat Gregori⁹.
tuor itē in opere: suggerit enim aduersarius: caro delecta
tionem ingerit: spūs cōsentit: elatio defendit: hoc est: Eua
suasa: ecce primū: delectata est: ecce secūdum. Adā con-
sensit: ecce tertiū τ in vxorē peccatū retorsit: ecce quartum.
Deinceps

Deinceps ergo primū pctm opere explet. Tum sine cō
fusione aperit, deinceps in cōsuetudinem ducit: tādem
Cap.3. obstinatione misere desperationis solidat. vnde Job:
quare non in vulua mortuus sum? ecce primū: Egres-
sus ex vtero: non statim perij/scdm: Cur except⁹ geni-
bus? tertiū: Cur lactatus vberibus? quartū: Unde dñs
tres quidē mortuos excitasse legit: quartuz vero audi-
uit: sed sine inquit mortuos sepelire mortuos suos: exci
Matth.8. tatur tñ sed rara auis hec est: Lazarus quatriduanus.
Joan.11. Cum eñ culpa in vsum venerit: et iam anim⁹ etiā si ap
Roma.7. petat debilis resistit: velle enim adiacet nobis τc. quia
quot vicib⁹ ad vomitū redimus: quasi tot nouis funib⁹
τ adhuc neruiceis religamur: Jamq; non est rumpere
Judic.16. hec vincula: attonsis crinib⁹: que prius quasi fila cum
odorē ignis senserint: abrumpebam⁹. vñ si te lactaue-
Puerb.1. rint pctōres: ne acquiescas. Seruoꝝ est autem in psen
tia tñ obedire: filioꝝ autē eandē curam in seipsos trās
ferre quam impēsur⁹ esset pater si adesset psens. Cum
timore igitur opamini vram salutem. Crede mihi: τ pu
Seneca. tata repullulant vitia: τ effugata redeunt: τ reaccēdunt
extincta: et sopita iterum atq; iterū excitātur. Qd vitia
sunt succidēda: fouēda natura: vide Mat.17. vbi Chri-
stus demonem increpauit: non hominē qui patiebat.
Opamini itaq; vos quod vestruz est: deinceps autem
non est qd timeatis. [Deus est enim qui agit in nobis
ὁ ἐνεργῶν ἐν ἡμῖν, et vt velitis τ efficiatis pro bono
animi pposito.] Potest eñ legi in
nobis: τ potest legi in vobis. nos legimus τ velle τ pfi-
cere: pficere tamē idē est qd efficere hoc loco. Est eñ
Grece: ἐνεργεῖν, a quo vbo est participiuz ἐνεργῶν.
idest agit siue interi⁹ operatur.
xxii. Igit τ si deus operet in nobis velle efficax τ op⁹ ipsuz:
non tamē sine nostra bona volūtate: qm iuxta vet⁹ ver
bum sui cuiq; mores fingunt fortunā: hoc est q homo
bonuz finem sortiat vel male vitam finiat: ex suis mori
bus habet. Nam τ pcutit hac aīaduersione peccator vt
moriens obliuiscat sui: qui dum viueret oblitus est dei:
Sap.4. iustus autem si morte puentus fuerit: in refrigerio erit.
Dixerūt autē quidā heretici q homo sine gratia solo li
bero arbitrio pōt operari bonuz. contra quos apl's di-
Thomas.] cit: Deus est qui operat. Alij vero negabāt liberū arbi
trium dicētes oīa fieri a facto vel fortuna siue neces-
sitate. Contra hos dicit: efficit in nobis: mouēdo aut ex
citando interi⁹ voluntatē alias torpētem. Tertio alij di
xerūt q electio est volūtatis nostre: psequutio autem
operis a deo: cōtra hoc dicit: et velle τ efficere. Alij dixe
runt deum quidē oīa bona in nobis opari sed per me
rita nr̄a vel pcedentia vel subsequētia. contra hos dicit
P.Cor.4. pro bona volūtate: quid eñ habem⁹ qd non accepim⁹?
Uerumtñ qd apl's dicit pro bona volūtate. i. bono ani-
mi pposito: non videt referri ad deum sed ad Philip-
pēses: dicit eñ Grece ὑπὲρ τῆς εὐδοκίας, Operat
igitur in nobis deus: efficitq;
vt bonū velimus: sed nō sine nobis. non q cū illo citius
pcurram⁹ viam quasi velis τ remis: sine illo aūt qua-
si sublatis velis: pueniam⁹ quidē: sed sero: sed fessi: pue
niam⁹ tādem: qm sine illo: nō modo nō sum⁹ pueturi:
imo nec viam inueniem⁹. Deus est igit qui efficit in no
bis vt velimus τ efficiamus pro bono animi pposito.
[Oīa autē facite sine murmurationib⁹:] qd proprie
seruoꝝ est/nec faciētium ex animo qd preceptū est: sed
tñ ad oculum seruientiū. Querulū est aūt seruoꝝ ge-
Hieroym⁹ nus sicut dicit Hierony. τ qtumcūq; dederis: semp eis
minus est. Non eñ cōsiderāt de quāto: sed quantū de-
xxiii. deris: doloremq; suū solis qd possunt obtrectationib⁹
cōsolant. [et sine disceptationib⁹:] qd est pprium diffi
vide Mat. dentium diuinis pmissis. [vt sitis sine querela: [ita vt
20. de opa- nemo de vobis cōqueri iuste possit. [sitis τ synceri filij
rijs vineę. dei.] Uir. n. duplex animo incōstās est in oībus ōgibus

suis: Hui⁹. n. mores sunt duab⁹ sedere sellis vt dr: sicut Jacobi.1.
de homie stabili minimeq; nutabūdo dicit p oppositū:
duab⁹ anchoris suffult⁹. [irreprehensibiles in medio na-
tiōis praue inter quos lucetis sicut luiaria in mundo si
cut lilia inter spinas. Sicut. n. stelle quicqd agat in ter Canti.2.
ra: si etiā qui mentiunt de ipsis cursus suos in celo non
deserunt: nec retrocedūt aut tardant: sic sancti quoꝝ cō
uersatio in celis est: quicqd homines mentiant: vias iu-
sticie nō interpolant dicētes: mihi autē pro minimo est P.Cor.4.
vt a vobis iudicer aut ab humano die. Deniq; τ stelle
poti⁹ videnf fulgere in nocte q in die: licet τ in die ful-
geant: sed nō ante oculos hoim. ¶ Per infamiā enim τ 2.Cor.6.
bonam famā τc. Inter quos lucetis. sicut scriptum est:
ille erat lucerna ardens τ lucēs: ardens vita: lucēs do- Joan.5.
ctrina. Et alibi: qui ad iusticiā erudiunt multos: fulge Daniel.12
bunt sicut stelle. Itaq; nocturnū spatium dum decedē
tium ac succedentiū stellaꝝ hmōi cursib⁹ illustrat: ma- Genes.1.
gno celi nitore pagitur. Fecit deus duo luminaria ma-
gna alterū vt pesset diei: alteruz vero nocti. Dicit tamē
de vnica columba dei: ascēdit quasi aurora: pulchra vt Canti.6.
luna: electa vt sol: stella splendida τ matutina/stella in
egressu: luna in pgressu: sol in egressu: imo sole amictā
vidit euāgelista. Et ergo noctis nostre tenebras suo tē- Apoc.12.
pore editus vicissimq; pmutatus τ solis et lune stella- Gregori⁹.
rumq; radius τ nos tāgeret: ad ostēdēdam innocentiā
venit Abel. Ad insinuādam longanimitatē spei τ ope-
ris venit Noe: ad manifestādam obedientiā Abraam:
ad manifestādā cōiugalis vite castimoniā venit Isaac:
ad insinuādam laboris tolerātiā venit Jacob: Joseph
pro malis bona reposuit: Moses vir mitissim⁹ sup ter Numeri.12.
ram: patiētiam inter flagella exhibuit Job. Ecce q ful-
gentes stellas in celo cernim⁹: vt inoffenso pede operis
iter nostre noctis ambulem⁹. Quorūdam tamē virtus
plus in aduersitate q in psperitate clarescit iuxta illd: Job.35
Qui dat carmina in nocte. Carmen enim in nocte leti-
cia est in tribulatione: quia τ si pressuris tpalitatis affli
gimur: spe iam tamē de eternitate gaudētes: in tribula- Ps.4.
tione dilatamur: vt inde plus videamur fulgere vñ lu-
men nostrū intercipi putabat: Ille inquit magis ac ma
gis clamabat miserere mei fili David. vñ illud: spe gau Luce.18.
dentes: in tribulatione patiētes: Roma.12. vnde τ Eze-
chiel librum se accepisse testatur in quo scripte erant la
mētationes carmē τ ve. Quid eñ in libro hoc nisi diui Ezech.2.
na eloquia figurant: que qr nobis lachrymas luctusq;
pcipiunt: lamēta scripture referunt: carmenq; τ ve cōti xxiiii
nent: qm τ si illic dulcia pstolamur: prius necesse est vt
hic amara tolerem⁹. Possunt intelligi lamenta p his
qui ad penitēs cor cōuertunt: carmen sup his qui digni Ps.84.
sunt dei testimonio: ve autē super illis qui penit⁹ despe
rant: τ cum venerint in pfundum maloꝝ cōtemnūt. Fin Puerb.18.
autem littere sensum: lamētationes sunt eoꝝ qui trans
gressi sunt in Babylonem: carmina patiēter tolerantiū
τ quasi stelle fulgentiū in medio natiōis praue. i. Chal- 4.Reg.25.
deoꝝ: ve autem eoꝝ qui sub Sedechia capti τ trucidati
sunt. de quo alias. [verbū vite sustinētes:] vt gloriari
possim in die Christi: qui tales filios genuerim per euā
geliū meuz. Qd autē dixit: oīa facite sine murmura-
tione: tale est. Nullū mandatū dei cōtemptibile vide-
ri potest si eius cogitem⁹ autorē. viles τ ignobiles dños
palam contemni videmus a seruulis: eisq; ad minima
queq; pcepta in faciem resisti solere. At hoc in psonas Hierony.
nobiles iam nō admittit: Quātoq; pstātiores dñi: tan-
to serui ad obedientiā priores sunt. Cumq; difficilio-
ra pcipiunt: liberius audiūtur. Certe ad regis imperiū
ita omnes parati sunt: vt optēt iuberi: τ nō solum bñ me
rituros esse se credūt si iussa fecerint: sed tanq iam me- xxv.
ruissent quod iussi sunt: ita pro dignitate pcipientis ser-
uitiū loco beneficij ducit. Nobis vero cum eterna illa
maiestas vere adorandos suorum preceptorū apices

mittit: ꝓ nihilo ducim⁹: maxime cū non iubentis quęrit cōmodum sed vtilitas obsequētis. verū ecōtra cum non pro magno habeam⁹ eius p̄cepta: queruloꝝ more seruoꝝ: reclamam⁹ ⁊ dicimus: durū est: arduū est: non possumus: hoīes sumus: fragili carne circūdamur. O delirain temeritatē: duplici ignorātia accusam⁹ deū vt videat̄ nescire qd̄ fecit: nescire qd̄ iussit: quasi oblit⁹ fragilitatis humanę cui⁹ ipse autor est: imposuerit homini mādata que ferre nō potest. Quid tergiuersamur in cassum: ⁊ p̄cipienti opponimus naturę fragilitatē? Nemo meli⁹ nouit mensurā virium nostraꝝ q̄ qui eas dedit: ipse em̄ cognouit figmentū nostrū: imo figmētum
Ps.102. suum. prius em̄ pensat vires: et tunc lachrymas nobis
Ps.79. mensura partit̄. Unde filij israel om̄ia inquiūt que p̄-
Exodi.14. cepit dn̄s faciemus: ostēdētes cum eius adiutorio qui p̄cipiebat: om̄ia eis esse possibilia. [Quin etiā si immo-
xxvi lor super immolatiōe ⁊ sacrificio fidei vestrę: gaudeo et congaudeo om̄ibus vobis.] Sentit autē ap̄ls mortem suam ⁊ vincula victimā quādam esse atq; holocaustū odoris gratissimi narib⁹ dei: cuius tn̄ ipse sacerdos esset ac minister: semetip̄m immolās pro fide illoꝝ: et de hoc dicit se maxime gaudere. [Idem aūt ⁊ vos gaudetis ⁊ congaudetis mihi.] Nam si decet filios charissimos per om̄ia cōgaudere parēti: non debet eiusdē parentis mors mœrori esse filijs: que parenti futura est io-
Joan.12. cunda: nam si granū frumenti cadens in terrā mortuū non fuerit: ipsum solum manet.

¶ Spero autē in domīo Iesu Timotheū me cito mittere ad vos: vt & ego bono sim animo cognitis que circa vos sunt. Neminē em̄ habeo tam vnanimē: qui syncera affectione pro vobis sollicitus sit. Om̄es enim que sua sunt querūt non que Iesu christi. Experimētum aūt eius cognoscite: qm̄ sicut patri fili⁹ mecū seruiuit in euāgelio. Hunc igit̄ spero me mittere ad vos: mox vt videro que circa me sunt. Cōfido autem in dn̄o: qm̄ & ipse veniam ad vos cito. Necessariū autē existimaui Epaphroditū fratrē & cōmilitonē meū: vestrum autem ap̄lm & ministrū necessitatis meę mittere ad vos: qm̄ quidem omnes vos desiderabat & mœstus erat: ꝓpterea q̄ audieratis illum infirmatū. Nam & infirmatus est vsq; ad mortē: sed deus misertus est eius. Nō solum eius verūetiā & mei: ne tristiciā super tristiciā haberē. Festinātius ergo misi illum: vt viso illo iterū gaudeatis: & ego sine tristicia sim. Excipite itaq; illum cum omni gaudio in domīo: & hmōi in honore habetote: qm̄ ꝓpter opus Christi vsq; ad mortē accessit: tradens animā suam: vt impleret id quod ex vobis deerat erga meū obsequium.

¶ Spero autem in dn̄o Iesu: me Timotheū breui mis-
p̄.Reg.17.⁊ surum vobis. ⁊c.] Uade inquit ⁊ visita fratres tuos: et
Geñ.37.ca. vide si cuncta ꝓspera sunt: ⁊ renūtia mihi quid agatur. sic inter absentes medius Timothe⁹ existeret: ⁊ disiūctos eius relatio iungeret quos non mentiū sed locorū diuersitas separabat. [Neminē. n. habeo tam vnanimē q̄ Timotheum videlz qui syncera affectiōe pro vobis sollicit⁹ sit. Qd̄ maxime his tēporibus verum est: quādo inter tot lupos in pelle ouina: vix vnus pastor inuenit̄ cum Paulo. [Cęteri. n. om̄es magis que sua sunt quęrunt q̄ que Iesu christi.] Isti sunt mercatores ven- Joan.2.
dentes columbas ⁊c. in templo domini. ⁊c. Unanimē: ἰσόψυχον. idest paris ⁊ eiusdē animi: quo verbo Pythagorici summā amicitiam significabāt.

Om̄es quęrūt que sua sunt. Nam si dei operarij sunt: ostēdant manipulos quos exultantes ad aream ecclę reportarūt. Quis per linguā vestrā inquit Grego. cor- Gregori⁹.
rectus penitentiā egit: luxuriam deseruit: auaritiā pesumdedit: cęlestia desiderauit? Uere om̄es sua quęrūt: imo qd̄ pace dixerim multoꝝ: fere om̄es volunt de bo- 3.Reg.17.
nis pasci (cum Helia) viduę: vel instruere sibi ⁊ amicis 2.Reg.11.
cōuiuia de oue paupis Urię. ⁊c. Hyrūdines sunt: ęstate aduolāt: instāte vero hyeme euolāt. sunt in cęna cum Christo: non in cruce. Non autē increpant̄ pastores q̄ p̄.Timo.5.
lacte gregis pascunt̄: ⁊ lanis operiunt̄: qm̄ pastores duplici honore digni sunt: si laborant in verbo ⁊ doctrina. xxvij.
sed qm̄ seipsos curantes: oues negligūt. Qui p̄bet lac: victū p̄bet: ecce vnum honorē: qui p̄bet lanam honorem p̄bet: ecce alterū. Ista sunt duo que a ppl'is quęrunt: qui semetip̄os pascunt non oues. Si em̄ cogitas quid sit p̄latus: homo est fragilis sicut ⁊ tu: tu tamē honorādo eum sicut angelū dei: cōtegis quod infirmū est. Hoc indumētū acceperat ap̄ls a Galatis quibus dice- Galat.4.
bat: sicut angelum dei suscepistis me: sicut Iesum christum ⁊c. Sed nūquid ꝓpter tantū honorē: ne forte cum argueret eos negaret̄: et minus ipse ap̄ls laudaret̄: pe- Augustin⁹
pcit errātibus? Si hoc fecisset: inter illos esset qui sua tm̄ quęrunt: seipsos tantū pascunt non oues: diceretq; apud semetip̄m. Quid ad me ptinet? quisq; quod vult agat: vict⁹ meus saluus erit: ⁊ lac et lana satis est mihi: eat quisq; quo potest. Non hoc fecit ap̄ls sed lac quidē accepit: lanis opertus est: ⁊ tamē accessit ad ouem languidā: secuit: nec pepcit dicens: O insensati Galatę ⁊c. Gala.3.
Inimicus fact⁹ sum vobis: veritatē vobis dicēs? Nam si sua tantū quęreret: veritatē taceret: diceretq;: viuite vt vultis: securi estote: deus om̄ia diligit: non perdet qd̄ Pastores.
redemit: qui crediderit salu⁹ erit: Coronate vos rosis Marci.vlti.
anteq̄ marcescant: qm̄ bona bonis creata sunt: Eccli. Sap.2.
39. hec si doceret ap̄ls sua tm̄ quęrens: (vide Malac. cap.1. optime ibi: Quis in vobis.) fortassis turbas congregaret ampliores: sibiq; lautissimos cibos: nec lanā tantū sed ⁊ byssū et purpurā. Qm̄ autem ea que Christi sunt quęrebat: nō lanam sed oues: non vestra inquit 2.Cor.12.
sed vos: In frigore inquit ⁊ nuditate sępe versat⁹ sum: inq; fame. [Porro ꝓbationē eius nostis: q̄ vt fili⁹ me- xxviij
cum veluti cum patre seruierit in euāgeliū.] Nec enim habitu tm̄ optimum hominē pręse fert: sed ⁊ intus omnib⁹ est ornatus virtutib⁹: nec lingua tantū est amicus vt aiunt. [Hunc igitur spero me missurū ad vos: mox vbi videro quem exitum habitura sint mea negotia. et patz. [Cōfido autem in domino q̄ ⁊ ipse breui ventur⁹ sim. Sed interim necessariū duxi Epaphroditū fratrē ⁊ coopatorem ⁊ cōmilitonem meum: vestrū autem apostolū simul cum Timotheo mittere ad vos: qui vestram largitatē qua soletis meę indigentię subuenire detulit mihi. Qm̄ quidem ⁊ ipse om̄es vos desiderabat: ⁊ alloqui mestus erat: ꝓpterea q̄ audieratis illum infirmatum fuisse. Uere aūt infirmatus est: ita vt esset morti vi- p̄.Reg.2.
cinus. sed domin⁹ misertus est eius.] Dn̄s enim mortificat ⁊ viuificat: ducit ad inferos ⁊ reducit. Sed infir- Joan.11.
mitas eius non est ad mortē: etiam si dicat ꝓpheta: dispone domui tuę: quia morieris ⁊ non viues. Etiam si Esaię.38.
mortuus fuerit: etiam si quatriduan⁹: quoniā infirmitas hec nō est ad mortē/ sed vt glorificet̄ filius dei per eam: sicut dicit̄ ⁊ in cęco nato: vt manifestent̄ opera dei in illo. Joānis.9. Nam sępe videmus vt quos nec corigit amor dei: non timor iusticię: non cōsilium amicoꝝ: non cōiūctus vxoris: non mordens cōscientia: superue-

niens infirmitas corrigat: iuxta quod dicit̄: multipli-
Ps.15. cate sunt infirmitates eorū: postea accelerauerūt. Non
xxix. q̄ om̄es flagella dei agnoscant: vt saltē tunc reuertant̄: cum Uberib⁹ submittūtur: quia ⁊ Pharao quo magis flagellat̄ magis indurat cor suū. Et de Asa legim⁹ qm̄
2.paralip.16. ęgrotauit dolore pedum vehementissimo (merito autē qm̄ iussit ꝓphetam Anani mitti in neruo) ⁊ nec in infirmitate sua quęsiuit dn̄m: sed magis in medicorū ar-
Joan.11. te cōfisus est: nec misit cum sororib⁹ Lazari vt diceret: ecce quem amas infirmat̄. Iniquissim⁹ autem omniū Ochozias rex Samarię qui cū cecidisset per cācellos
4.Reg.1. cęnaculi sui: misit nūcios dicens ad eos: Ite consulite Beelzebub deū Acharon: virū viuere queam de infirmitate hac. Quib⁹ occurrit Helias dicēs: Nūquid nō est deus in israel: vt eatis ad cōsulēdum deum Beelzebub? ꝓinde qualem medicū consuluistis: talem recuperabis sanitatē. super lectulū quem ascēdisti non descē-
2.paralip.21. des: sed morte morieris. De Jorā autem legim⁹ p̄dictū ei esse per ꝓphetam Heliam ex ore dei: Tu autē ęgrotabis langore pessimo vteri. Percussus est igit̄ dolore insanabili. Cūq; diei succederet dies: ⁊ tempoꝝ spacia voluerent̄: duoꝝ annoꝝ expletus est circulus: et sic longa cōsumptus tabe: langore pariter et vita caruit: mortuusq; est in infirmitate pessima. vere autē pessima qm̄
Ps.33. mors peccatoꝝ pessima. Unde nec sepult⁹ est in sepulchro regum: ne vel in terra societatē haberet cadauer
xxx. eius cū optimis regib⁹ Juda videlz Dauid: Josaphat. ⁊ cęteris: cuius nomē ⁊ memoria deleta erant de libro
Ps.68. viuentiū: nec vnguentis corp⁹ eius delibutū est s̄m morem maloꝝ suoꝝ: qm̄ operimentū suum vermes futu-
Esaię.14. ri erant: ⁊ subter eum sternenda tinea: et qm̄ cōputruerat quasi iumentū in stercore suo: Joel.1. cap. ⁊ nec post duos annos dieꝝ reuersus est ad eum qui habz claues
Apoc.1. vitę ⁊ mortis. Misertus est igit̄ dn̄s eius. fortassis em̄ ⁊ ipse cōuertit faciem suam ad parietē dicens: Memēto dn̄e quomō ambulauerim corā te in veritate ⁊ in cor-
Esaię.38. de pfecto: et quod placitū est coram te fecerim. fleuitq; fletu magno. Et dn̄s qui nusq̄ deest: audiuit orationem eius: viditq; lachrimā suam: ⁊ restituit eum p̄stinę sanitati. [Non autē illius tm̄ misertus est: sed ⁊ mei: ne haberem dolorē sup dolorē.] vide historiā p̄.Reg. cap.30. de Dauid: ibi. et cōtristat⁹ est Dauid: qr satis cōgruit. Dolebam infirmū: ne dolerē morte sublatū. ¶ Eudamidas Corinth⁹ Aretheo Corinthio ⁊ Charixeno Scyonio amicis vtebat̄: etijs quidē opulentis cum ipse pauperrim⁹ esset. Hic vita decedens/ita testamentū cōdidit. Lego Aretheo quidem matrē meam alēdam: atq; in senecta fouēdam: Charixeno vero filiam meā elocā-
Exemplū. dam cū dote quanta ab illo maxima dari poterit. Erat autē illi mater anus: ac filiola iam matura nuptijs. Si quid autem interim acciderit alterutri: hui⁹ quoq; partem (inquit) alter habeto. Post .5. dies Charixen⁹ diē obijt: Aretheus aūt optim⁹ successor factus: tum illius tum suo ipsi⁹ suscepto onere: ⁊ matrē alit Eudamidę ⁊ ex .5. talentis que possidebat duobus in ꝓpię filię dotem: duob⁹ in amici filiam erogatis: ac nuptias ambaꝝ eodem die fieri voluit. De hmōi amicis vere dicēs: ami-
xxxi. cus alter ego: ⁊ dimidiū animę meę. Quidam cū audita filij vnici morte grauiter tulisset ⁊ fleret: quid inquit ad eum quidā philosoph⁹ faceres si amicū pdidisses? Nam amic⁹ verus diu quęrit̄: raro inuenit̄: facile amittitur: quē nec ioco lędere licet: non magis q̄ pupillam
Scipio. oculi. Et hoc est qd̄ dixit aliquādo Scipio affrican⁹/nihil esse difficili⁹ q̄ amicitiā vsq; ad extremū vitę diem pmanere: qm̄ mutant̄ mores hominū aliqn̄ aduersis aliquādo et ꝓsperis successib⁹. Quid autem turpius q̄ cum illo bellū gerere: quo cum familiariter vixeris ab infantia? videbit̄ enim nō solum amicitias depositas esse: sed etiā receptas esse inimicitias. Ponam⁹ casū ait

Tertullian⁹ vt aliquis nos deus ex hac hoīm frequētia Tertullianus.
tolleret: ⁊ in solitudinē vspiam collocaret: atq; ibi suppeditans omniū quā natura desiderat abūdantiam ⁊ copiam: hominis omnino aspiciēdi ptātem eriperet. Quis tam esset ferreus: qui eam vitam ferre posset? Potissi- Phs
me tamē tunc vocādi sunt amici: quoties magna nobis cōmoda: cum parua ipsoꝝ molestia afferre possunt: vt Archita.
dicamus interim illud: satis est: q̄ ipse calamitatib⁹ p̄mor. Phs. Et Archita Tarentin⁹ dicebat. si quis cęlū ascendisset: naturāq; mundi ⁊ pulchritudinē siderum p̄spexisset: insuauē illam admirationē fore: que iucūdissima foret: nisi aliquē cui narraret habuisset: sic natura solitariū nihil amat: vt ⁊ autor naturę dixerit: nō est bonum hominē esse solum. pręstat quidē solum esse q̄ es- Genes.2.
se in societate iniquoꝝ: sed faciam⁹ ei inquit adiutoriū simile sibi. Talis erat Epaphrodit⁹ ap̄lo cooparius et cōmilito et coap̄ls. Hunc dn̄s periclitari pmisit vsq; ad mortē: ⁊ tamē que flagella putam⁹: sępe medicina est: sicut dicit̄: Ego quasi nutriti⁹ Ephraim portabam eos in brachijs meis: ⁊ nescierūt q̄ curarem eos: nescierūt Osee.11.
inq̄ q̄ vuln⁹ idololatrię quadraginta annoꝝ spacio obducerē: vt pristinę redderē sanitati cum interim nutritius fact⁹: paruulū meū in vlnis meis portarē: ne lę- xxxij.
deret̄ in solitudine: ⁊ ne vel ęstu vel tenebris lęderet̄: in die nubes eram: ⁊ in nocte ignis colūna. Semp enim Exodi.14.
iusticię dei comes est eius ineffabilis misericordia. Osee. ca.11. [Festinātius itaq; misi illū ad vos vt viso illo: denuo gaudeati. ⁊c.] Qui. n. socij sunt tribulatiōis: debēt et participes esse gaudij. [Excipite autē illum in dn̄o.]
sicut legimus in Zacheo: Et ille festinus descendit ⁊ su- Lucę.19.
scepit Christū cum gaudio in domo sua. [Non solum autē hunc sed ⁊ qui hmōi sunt: eos cum honore habetote: Illos inquā in precio habete: non tantū qm̄ precio Christi empti sunt: sed qm̄ laborant in dei tritura: qm̄ inquit [ꝓpter opus Christi eo accessit vt morti ꝓxim⁹ esset: vt suppleret id qd̄ in vestro erga me officio fuit diminutū.] suppeditastis vitę necessaria: sed qui ferret ad me ex vobis non erat: ⁊ hoc ipse suppleuit: agens vicariū vr̄m omniū. Tradidit autē in mortē animā suam:
cum sciēs ⁊ prudens manū in ignē mitteret: qm̄ ob hoc Puerbiū.
ipsum sciebat ap̄lm Paulum ex p̄cepto seuissimi Neronis carceri traditū esse: Ipse aūt ꝓposuit euāgelij ꝓfectū ⁊ gl'iam Christi etiam vnicę vitę sue: et patz.

¶ Tertium Caput.

De cętero fratres mei gaudete in domīo: eadem vobis scribere mihi quidē non pigrū: vobis aūt necessariū. Videte canes videte malos operarios: videte cōcisionem: Nos em̄ sumus circūcisio: qui spū seruimus deo: & gl'iamur in Christo iesu & non in carne fiduciā habētes: quāq; & ego habeā cōfidētiam in carne. Si quis ali⁹ videt̄ cōfidere in carne: ego magis: circumcisus octaua die: ex genere isrl': de tribu Beniamin: hebręus ex hebręis: s̄m legē phariseus: s̄m ęmulationē psequēs ecclīam dei: s̄m iusticiā que in lege est: cōuersat⁹ sine querela. Sed que mihi fuerūt lucra: hec arbi-

tratus sum ꝓpter Christū detrimenta. Verū
tamē existimo omnia detrimentū esse ꝓpter
eminētem scientiā Iesu christi domini mei:
ꝓpter quem omīa detrimētū feci: & abitror
vt stercora vt Christū lucrifaciam: vt & inue
niar in illo: non habēs meam iusticiā que ex
lege est: sed illam que ex fide est Christi iesu:
que ex deo est iusticia in fide: ad cognoscēdū
illum: & virtutē resurrectiōis eius: & societa
tem passionis illius: cōfiguratus morti eius:
si quo mō occurram ad resurrectionē que est
ex mortuis.

i. ¶ De cetero fratres gaudete i dn̄o.

Cum autem apl's intulit in dn̄o: manifeste ostēdit hoc
p̄cepto oēm nr̄am intentionē in interiora gaudia debe-
Job.21.ca. re dirigi: ne foris querētes mercedem: huic seculo con
formemur: in quo qui de mūdo sunt ducūt in bonis di-
es suos: & amittam⁹ ꝓmissionem tanto solidioris atq;
Roma.8. firmioris quāto interioris beatitudinis qua nos elegit
deus cōformes fieri imagini filij eius: quādo gaudium
Joan.16. nr̄m nemo tollet a nobis. Ibi sī cōcordia querit: oīb⁹
Matth.6. erit vna volūtas: que tunc plenarie fiet in celo & in ter
ra. Ibi erit verum gaudiū/qn̄ omipotentes erim⁹: qm̄
sicut nos non aliud volemus q̄ ille volet: ita ille volet
quicq̄d nos voluerim⁹. Totum illud gaudiū non intra
bit in gaudētes: attamē toti gaudētes intrabūt in illud
gaudiū. Quātum autē gaudebim⁹: in cor hominis nō
ij.Cor.2. ascendit: gaudebūt tn̄: tantū quantū amabunt: amabūt
autē quantū cognoscent: quantū aūt cognoscent ama-
bunt et gaudebūt: oculus nō vidit nec aures audierūt:
j.Cor.13. Illud tn̄ scimus qm̄ tunc facie ad faciem cognoscem⁹
Ps.47. amabim⁹ & gaudebim⁹ dicētes: sicut audiuim⁹: ita & vi
dimus in ciuitate dei nostri. Ceterū quale gaudiuz est
Tobie.5. nobis qui lumē celi non videntes: sedem⁹ in tenebris &
vmbra mortis? nisi q cōfortamur ab aplo dicente: forti
ij. animo estote filij: in ꝓmo est vt curemini. Nam & Ja-
Jacob. cob absentiā charissimi sui filij Joseph ferre equo ani-
mo non poterat. Cum autē filij eius cōgregati essent vt
dolorē patris lenirent: noluit cōsolationē accipere: sed
Gene.37. ait. descēdam ad filiuz meum lugens in inferno. Illud
autē admiratione dignum videt/quomō Joseph cum
dn̄aretur toti regno Egypti per totos septē annos ferti
litatis: & duos sequētes in quib⁹ iam ceperat fames su
per terrā: non miserit ad p̄rem suum Jacob nūcios qui
dicerent/filius tuus dilect⁹ viuit: & ipse dn̄atur in Egy-
Chanaā. pto. Non eñ longe erat terra Egypti a loco in quo mo
rabat Jacob. Non enim ignorabat Joseph quante an
gustie p̄merent patrē suum nescientē quid acciderit fi-
lio suo quem sup oīes diligebat. Deniq; venerūt fra-
Figura. tres: emerunt cibos: reuersi sunt. Venerūt scd̄o vt eme
rent triticū & dimissi sunt: donec tertio de via per quam
p̄gebant reuersi hoc est reducti: audierūt: ego sum fra-
Genes.45. ter vester Joseph: festinate & ascēdite ad patrē meum:
& dicetis ei: hec mādat filius tuus Joseph. Deus me fe
cit dn̄m vniuerse terre Egypti: et ꝓinde tu & filij tui gau
dete in dn̄o: Nūciate patri meo vniuersam gl'iam meā:
Festinate & adducite eum ad me. Osculatusq; est Jo-
seph oīes fratres suos: & plorauit super singulos. De
hoc itaq; gaudio dicit apl's: gaudete in dn̄o. Qui autē
Luce.10. non in hoc vno gaudent: hi sunt qui turbant erga pluri
ma. [Eadem scribere me vobis quidē non piget: vobis
iii. autē tutum est imo & necessariū.] Jubet ergo gaudere
Philippēses de profectu euangelij: cui non tm̄ timet
apl's ab infidelibus qui illud palam impugnant: q̄ ab
Matth.7. his qui veniūt in ouillis pellibus viscera gerētes lupor.

De hac igitur re sepe inquit vos p̄monui: sed tamē qm̄
abūdans cautela nō nocet: non grauabor eadē litteris
mandare. [Videte canes: videte malos operarios: videte Canes.
cōcisionem.] Canes qui & ipsi rabiunt & quos ipsi mo
morderint: eodē morbo afficiūt. Canū natura talis est:
cōsuetudinem sequūtur nō rationē: non eñ latrant ad
ad eos cum quib⁹ habent cōsuetudinem: isti canes non
tuent gregem, muti ad latratū: ceterū tripartito dentiū Daniel.7.
ordine armati sunt. Mordent ergo anteq̄ latrēt: cuius-
modi erat vn⁹ de duodecim: nō merito se numero: qui
abijt ad luporū concilū dicēs: Quid vultis mihi dare: Matth.26.
& ego vobis eum tradam? Nō inquit sum medic⁹: et in Hieroym⁹
domo mea non est panis: neq; vestimentū: nolite me cō
stituere p̄ncipem populi. O quāti non habētes panem Esaie.3.ca.
doctrine: nec vestimentū opationis bone: cum ipsi esu- iiij.
riant & nudi sint veste p̄cisa ad nates: vtinam & nō ege-
ci & miserabiles: nec habeant sp̄uales cibos: et Christi 2.Reg.10.
tunicā diuiserint: alijs hec ꝓmittunt: et pleni vulnerib⁹
medicos se esse iactant: nec seruant illud Mosaicū: ꝓ- Exodi.4.
uide alium quē mittas. & illud: Ne queras iudex fieri: Eccli.7.
ne forte non possis auferre iniq̄tates. O pastor & idolū
qui te beatū dicunt: ipsi te decipiunt. Non ergo statim Esaie.5.
multitudinis acquiescam⁹ iuditio: sed electi in principa Hierony.
tum nouerim⁹ mensurā nr̄am. Ille est verus pastor ec
clesiastic⁹: qui facie hominis pre se fert per māsuetudi Esaie.58.
nem: leonis per audaciā: clamās in fortitudine & annū-
cians populo scelera sua: bouis per patientiā & tolerā- Ezech.1.
tiam labor: faciem aūt aquile per scientie plenitudinē.
Sed quis est hic & laudabimus eum? Videte itaq; ca-
nes qui inuidēt libertati euāgelij: assuentes vestimēto
nouo veteris commissuram: arantes in boue & asino, Matth.9.
Deut.22. ingrediētes terrā duabus vijs. Eccl.2.cap. te Deut.22.
nentes nidum matrē vz cū pullis: et dolētes ꝓ iam are Jone.4.
facta cucurbita. Videte malos operarios: videte inquit
& cōcisionem que iam nullius vtilitatis est: postq̄ venit
signatū per eā: imo testificor inquit oīni circūcidenti se Galat.5.
qm̄ Christ⁹ nihil huic est ꝓfuturus. [Nos eñ sumus
circūcisio: qui sp̄ū deū colimus.] Circūcidite inquit p̄- v.
putium cordis vr̄i. Et illud ex Hieremia: Ecce dies ve-
niūt: & visitabo sup omnē qui incircūcisum habet p̄pu- Hiere.9.
tium: Egyptū: Judam: Edom: & sup Moab: quis oēs
gentes habēt p̄putiū: oīs aūt domus israel incircūci
si sunt corde. Multar ex quedā parte gentiū & maxime
que Judee Palestineq; cōfines sunt vsq; hodie popu
li circūcidunt: et p̄cipue Egyptij: Jdumei & Amonite:
Moabite & oīs regio sarracenor qui habitāt in solitu
dine. Et circūcisio apud gētes ita magni habet: vt non Origenes.
passim vulgo ignobili: sed solis sacerdotibus & his qui
inter ipsos electiorib⁹ studijs mācipati fuerint credat.
Apud Egyptios.n. qui in supstitionib⁹ et vetustissimi Circūcisio.
habēt & erudissimi a quib⁹ oēs ꝓpe reliqui ritū sacror
et ceremoniar mutuati sunt: apd hos null⁹ geometrie
studebat aut astrologie et Geneseos qua nihil diuini⁹
putant secreta rimabat: nisi circūcisione suscepta. oīs
sacerdos vel aruspex vel sacrorū minister circuncisus
est. Oīs Hierophātes infernīq; mystes & cōsci⁹ apud Orige.con
eos esse non credit: nisi fuerit circūcisus. Non erat igit tra Celsuz
hoc turpe apd iudeos qd apud gētes habebat honestū
& magnū (vt celestium infernorūq; secreta non nisi per
hmōi insignia eusciari vobis posse crederet) etiā si de⁹
non p̄cepisset iudeis circūcisionē. Non tn̄ gloriari debz
Juda qui mixt⁹ est cū gentib⁹ supra scripti: eo q p̄putiū
nō habeat: sed q ex lege dei circūcisus sit: cū & alij mul
ti hec faciant qui legis mādata nō seruant: nec nouerūt Hierem.9.
deum israel: Jsrael tn̄ incircūcisus est corde nō carne:
que incircūcisio ducit ad mortē. Nos autē sum⁹ circūci vi.
sio qui sp̄ū deū colim⁹. [& gl'iamur in Christo iesu:] cū
illi vsq; hodie dicant: Non loquat nobis dn̄s: Exo.20.
nos eñ Mosi discipuli sumus. [et non cōfidim⁹ in car- Joan.9.

ne.] Alioqui filijs israel s̄m carnem loquit ꝓpheta di-
cens: Ve genti peccatrici populo graui iniq̄tate: semini
neq̄ filijs sceleratis: qui dereliquistis dn̄m. Blasphe-
Esaie.1. mastis sctm̄ israel: abalienati estis retrorsum. Audite
verbuz dn̄i principes Sodomor: p̄cipite aurib⁹ legem
populus Gomorre: genimina viperar: semen Chanaā:
Ezech.16. imo vos ex patre diabolo estis. Joan.8. Generatio in-
quit praua in peccādo: atq; puersa in p̄sistendo: heccine
reddis dn̄o deo tuo popule stulte & insipiens: ei inquā
Deut.32. qui sicut aquila ꝓuocauit te ad volandum: & expandit
alas suas vt portaret te in humeris suis? Generatio p̄-
uersa est & infideles filij. Et vnde infideles? Scio qm̄
introducam pp̄lm hunc in terrā pro qua iuraui p̄ribus
Deut.31. eorum lacte & melle manātem: cumq; comederint & sa-
turati crassiq; fuerint: conuertent ad deos alienos: & ser
uient eis: detrahentq; mihi: & irritū facient pactū meū:
tamē postq̄ inuenerint eos mala oīa que scripta sunt
in libro hoc: respōdebit eis cāticū istud ꝓ testimonio:
qd nulla delebit obliuio ex ore seminis eor. Deut.cap.
31. hec dicunt ad isrl s̄m carnē. [Quanq̄ & ego inquit
apl's cōsiderem & in carne: circūcisus octauo die: Jsrael
ex genere: tribus Beniamin: Hebreus ex hebreis: iux-
ta legem Phariseus: iuxta studiuz ꝓsequens ecclīam:
vij. iuxta iusticiam que est in lege factus irrep̄hensibilis.]
Hec sunt in quib⁹ gl'iari possunt qui in carne sitam pu
tam veram iusticiā: de quibus si quid gl'iandum esset:
possem & ego gl'iari. Sum eñ & ego circūcisus in car-
Jsrl noīa- ne: Jsrael non ꝓselytus: sed natura Judeus: nō e qua
tiui casus uis tribu sed ex tribu Beniamin: ea excedebat fere ce
est. teras in multis. Primū q Beniamin filius erat Ra-
chelis vxoris p̄dilecte ipsi Jacob: In hoc excedebat
Dan Neptalim filios ancille Rachelis: ipsumq; Gad
et Asser filios Celphe ancille Lie. Scd̄o q prim⁹ rex in
israel ex tribu Beniamin est electus Saul vz. Tertio
q templū et Hierl'm & oīs dei cultus in tribu et sorte
erat Beniamin. Quarto q hec sola tribus remāsit cū
tribu Juda in cultu vnius dei: ceteris excepta tribu Le
uitica declinantib⁹ ad vitulos aureos. Deniq; hec tri-
bus bellicosissima erat inter oēs: qui ausi sunt contra
Judi.19. reliquū isrl ancipiti Marte inire p̄lium. Erantq; inter
ceteros: habitatores Gabbaa septingēti viri fortissimi:
ita sinistra vt dextra p̄liantes &c. Erat vlterius Phari
seus. Pharisei aūt erant quasi p̄marij & ad nobilitatē
iudaicam segregati: nō cōtemptibili plebi cōmixti: sed
egregij & selecti in cultū dei. Eratq; iterum apl's legis
viij. sue emulus: hoc est non piger iudeus: sed quicq̄d erat
quod legi sue aduersari videbat: impatienter ferebat
festinabat sed nō lente. Pharisei & Saducei inter se cō
trarij sunt. Pharisei diuisi interp̄tant: eo q traditio-
num & obseruationū suar (quas illi deuterosis vocant)
iusticiam p̄ferunt: vnde & diuisi vocant a populo/quasi
צדק per iusticiā. Saducei interp̄tant iusti: a cedec/quod est
iusticia: corporis resurrectionē negant: & animā interi-
re cum corpore p̄dicant. Quinq; libros legis recipiūt:
ꝓphetas respuūt: nec angelum credūt nec sp̄m. Sunt
& alie iudeorū secte sed he p̄cipue inter iudeos. Et sciē-
dum q Abraam mutato vocabulo carnalis natiuitatis
accepit sacramentū circūcisionis: & testamētum dei: et
vocant presbyteri ipse & admirāda vxor eius. Cum eñ
esset.99. annor: dixit ad illum dn̄s: Cōplace coram me:
Genes.17. & esto inculpabilis: esto inq̄ irrep̄hēsibilis &c. Circū
cidetur oē masculinū vr̄m. Requiram⁹ aūt si oīpo
tens deus qui celi terreq; dn̄atum tenet volens testa-
Origenes. mentū ponere cū viro sancto: In hoc summā tanti ne-
gotij collocabat vt p̄putiū carnis eius qui iam ex fide
fuerat iustificatus: ac future ex eo sobolis circūcideret.
Hoccine erat qd celi ac terre domin⁹ ei quem e cunctis
mortalib⁹ soluz elegerat munere testamēti cōferebat?
ix. Nam & stoici dicunt. Indicet aliquid mysticū Circūci

sio & figuram teneat allegorie: ita ne oportuit vt cum pe
riculo paruulorū & pena et tenere partis infantie figu-
rar species: et legis enigmata cōderent? Sic nō habe
bat legislator vbi formas mysticas poneret nisi in ve-
recūdor locor decurtatione? et dei oīpotētis lex eter
niq; testamenti signaculū non potuit nisi obscenis mē-
bror partib⁹ collocari? Jta ne bon⁹ deus est iste: qui na
tum hominē statim in primis noue lucis auspicijs p̄ce
perit vulnerari. Aut supfluo se plasmasse illā partē cor-
poris notat: quam postmoduz mendat abscindi: vt per
miseror supplicia ꝓprium emēdet errorem: aut qd ne
cessario & vtiliter fecit: nō recte mandat auferri. His ob
iectionib⁹ iudei respōdeant qui in sola carnis circūci-
sione gl'iant. Hec enim sunt sola in quib⁹ magistri & do
ctores synagoge quos apl's cōcisionē appellat sanctorū
gloriam posuūt: non intelligētes qd scriptum est: Hodie
abstuli a vobis obprobria Egypti. Obprobria.n. Egy Josue.5.
pti secum circūfert: si quis in ecclesia positus: & sub Je
su duce militans: Egyptios mores & motus animi bar
baros fert. Alioqui quid faciebat circūcisio in Cente
nario sene? cōfer scripturas ꝓphetar & inuenies circū Exodi.4.
cisionem cordis: aurīū et labior sicut dixit Moses. Si x.
quis igitur erga motus carnales nō importun⁹ existat:
nec statutis legibus terminos supet: nec aliam feminā
q̄ legitimā vxorem nouerit: & in ea quoq; ipsa posteri-
tatis tm̄modo causa certis et legitimis tēporib⁹ agat:
(sed quis est hic) iste circūcisus p̄putio carnis sue dicen
dus est. Qui vero in omnē lasciuiam ꝓruit: & per illici
tos & diuersos passim pēdet amplexus: atq; in oēm libi
dinis gurgitem fert in frenis: incircūcisus est: sicut & il- Matth.5.
le qui in corde mechat: & fedis cupiditatib⁹ estuat qua-
si equus insaniēs. sic & oculi manus et lingua & cor cir-
cūcidenda sunt scd̄m quod alibi dicit apl's: Sicut exhi- Roma.6.
buistis mēbra vestra seruire iniq̄tati. &c: Jnunc tu iu-
dee cui talis in diuinis scripturis cōplacet intellectus:
& admoue falcē vt oris tantū opimenta reseces vel au
res quib⁹ nō esse circūcisus ꝓbaris. Secundū iusticiā
igitur legis irrep̄hensibilis eram: [Sed que mihi fue-
runt lucra: ea arbitrat⁹ sum ꝓpter Christū damnū esse
ac detrimētū. Quinetiā arbitror oīa damnū esse ꝓ
pter excellentiā cognitiōis Christi iesu dn̄i mei: ꝓpter
quē oīm damnū feci: & arbitror vt stercora vt Christuz
lucrifaciā: Jnuēta eñ vna p̄ciosa margarita: oīm detri Matth.13.
mentū fecit apl's/qūo vn⁹ vna frueret: vnum enim tm̄
necessariū est. Luce.10.ca. Tūc inquit tēporis cum ad-
huc essem paruul⁹ sensu non etate: nec reuelatus mihi
fuerat sermo dei de celo: videbar mihi felix diues & ocu xi.
latus: et nobilis genere: & dignitate secte & admirabilis
obseruatione legis: sed vbi intellexi legem vmbrā tantū
esse futurorū bonor: mox ipsam deserui abiecīq; detri-
mentū ducens: quicq̄d cū euāgelio pugnat. Et sicut di
cit Esaias cap.64. quicq̄d videmur habere iusticie: pā
no mēstruate mulieris cōparat. Symmach⁹ panno pa
rientiū: Aquila panno martyrior. i. testimonior: quā- Aquila.
do sanguis in primo coitu maritali virginis approbat.
Justicia igit que est in lege ad cōparationē euangelice
puritatis immūdicia nominat et stercora. Et vocat lex
ministra mortis ab aplo. Est enim iust⁹ qui perit in iu- Roma.7.
sticia sua: si post euāgelij veritatē vmbras exercere ve- Eccli.7.
lit legales. Oīs.n. illa legis iusticia pānus est men-
struate: cui & Hester diadema suum qd erat regie pote
statis insigne cōparat: qd ne quaq̄ volūtate sed necessi
tate portabat. Hester.14. Hierony. Non q legē dam-
nē inquit apl's si quis eam sp̄ualiter intelligat: nam lit-
tera eius plane occidit: sed qd tantū tribuat euangelio 2.Cor.3.
Christi vt hui⁹ excellēti cognitioni nō solū postponā le
gem que aliq̄n eluxit in facie: verū etiam quicquid in
p̄cio est apud homines seculi huius dispendium re-
putem. Vocat autem euangelij doctrina cognitio emi-

nens:et q̄ eminet omī humanę scientię quo ad ea que
tradidit de exercitio omniū virtutū:et qm̄ habet tantū
xiij. per reuelationē: excedit em̄ omnē humanā intelligen-
tiam. Videt autem apostol9 tunc demū agnouisse pau-
pertatē suam:cum Christi cępit nosse diuitias:& cōpel-
Actu.9. litur mēdicare apud Ananiam. Et hec fuit sicut dicit
puerb. Diomedis et Glauci pmutatio. historia sic habet: Ho-
mer9 inducit quēdam Glaucum Lyciorū ducem: ostē-
tatorem magis q̄ pugnacē contra Diomedē astutū ac
callidum. Ante cōgressum igitur ambor: quo singula-
Historia. ri certamine erāt dimicaturi: Glaucus rogatus a Dio-
mede quisnā hominū esset aut deorū: longa oratiōe na
talium suorū seriem exposuit. Mox Diomedes vt qui
Gręcus erat: hominis barbari stuporem ex ofonis fa-
stu intelligens: illudendū magis ratus q̄ occidēdum/
respōdit suis maiorib9 cum illius ꝓgenitoribus vetus
hospitium ac necessitudinē intercessisse: iamq; defixa
humi lancea: cępit hortari: vt dimissa pugna: maior suo
rum veteres amicitias inter se reuocarēt. Cum ne id
videamus ꝓditione magis q̄ hospitij obseruantia fa-
cere: arma inter nos pmutemus: quo reliquus exercit9
intelligat: nos maiorum necessitudine deuinctos esse.
Quib9 dictis vterq; ex equo descendit: datisq; dextris:
ac fędere inito: arma pmutarunt: sed admodū inequa-
xiiij. lia. Erant arma Glauci aurea: Diomedis ferrea. Et li-
cet pugnę tēpore vtiliora sint aureis ferrea: tamē cessan
te pugna: vtiliora sunt aurea. Mosi lex vtilis fuit tem-
pore belli: postq̄ autē vera pax descendit ad terras suc
cessit fulgor euāgelij.i.aurea arma: pro lege Mosi quā
Paulus stercora reputat: vt Christū inquit lucrifaciā:
non quo inuentio bonę margaritę cōdemnatio sit vete-
Hierony. rum: sed quo cōparatione eius omīs alia gemma sit vi
lior. Hiero. [et vt inueniar in illo non habēs meam iu-
sticiam que est ex lege.] Sed si ex lege quō tua? nūquid
tu tibi imposuisti legem? Deus legem cōdidit & posuit:
deus te legi suę obtemperare iussit: non obtēperātem: ius
sit capitis subire supplicium: sicut dicit: Dedi eis pręce
Ezech.20. pta nō bona: que qui fecerit homo viuet in eis. et tamē
illa iusticia tua est: qm̄ de lege p̄sumis: tuis virib9 absq;
Thesgo: legem dei te posse implere existimās. Iustus
Roma.1. autē in fide viuet. [Iusticiam inquā que ex deo est per
fidem vt cognoscā illum & potentiā resurrectiōis eius]
xiiij. vt cognoscam illum: quē nosse vita ęterna est: nosse au
tem & diligere: vita ęterna & vita beata: ad cuius aspectū
suspirabat: cuius vox est in Cāticis: Indica mihi vbi pa
Canti.1. scas vbi cubes in meridie: ne vagari incipiā circa mul-
ta: ea aūt sunt greges sodalium tuor. ¶Cognoscā & po
tentiā resurrectiōis illius: quā nulla hūana argumenta
psuadere possunt: siue de capite intelligas siue de mē-
bris & corpore. Nec mirū hoc de infidelib9: quādo Tho
Joan.20. mas dicit: Nisi videro in manibus fixuram clauorū. &c.
Deniq; verbū passionis et resurrectiōis abscōditū erat
aplis: nec intelligebāt que Christus dicebat. Luce.18.
et quidem de morte vtcūq; capiebāt: nam mesti erant
audientes: tradet gentibus & illudet &c. Resurrectio-
nem autē eius penitus non intelligebāt: nec quecunq;
Ordina. per eam erat mirifice actur9. Nam alios quidē a mor-
te excitatos ab alijs audierant: q̄ vero quisq; seipsum ex
citauerit: et in perpetuū vltra non moritur9: nunq̄ fuit
auditum: & hoc est quod latebat. Similr & quomō ipsa
eum mors esset inuasura. Nam vidētes mortuos ab eo
excitari: non poterāt his auditis non turbari: videlz oc-
cident eum. Dicebat aūt Plato q̄ animę sanctę ad hu
Plato. mana corpora post mortem redibūt. Porphiri9 negat
hoc: tamē dicebat q̄ animę sanctę ad mala huius mūdi
nunq̄ redibūt. Dicat igitur cum Platone Porphiri9:
redibūt ad corpora: dicat Plato cum Porphirio: non
Augustin9 redibunt ad mala: et ad ea corpora redire cōsentiēt in
quib9 nulla mala patient. [Et cognoscam cōmunionē

afflictionū illius: videlz non esse formidādam his qui Rom.8.
credunt se cōformes futuros imaginis filij dei. Nisi em̄
certi essem9 de ęterna btitudine per notitiam fidei: quā XV.
do parati essem9 pati pro nomine Christi vincula & la-
bores & mortē ipsam que vltimū est omniū terribiliū?
Scimus enim qm̄ non sunt condignę passiones huius
vitę &c. [dum cōformis fio morti eius.] qd exponit in eo
quod sequit: si quo modo.i. vt aliquo modo ptingam
ad resurrectionē mortuorum. Ad resurrectionē quidem
mortuor omēs puenturi sunt: tamē ad gloriam resur-
rectionis illi soli puenient et cōfigurabunt corpori cla-
ritatis Christi in cęlo sedentis: qui hic conformes facti
sunt morti eius. Jacob potitus optatis nuptijs: amorē
sequētis priori ptulit. Genes.cap.29. Et agnoscam in-
quit cur natus: cur passus: & agnoscam que virt9 est re
surrectionis suę.i. iustificationē credentiū: et agnoscam
societatem passionū eius: per quas puenit ad requiem
ęternam. Sunt aūt quidā siles illis qui arcam dei iux- Figura.
ta Dagon posuerūt. sed illa vetera etiam nolentib9 ca-
dunt: & quo magis volunt statuere: eo fortius corruunt. 1.Reg.5.
Nam & idolum hoc prima vice repertū est pnum iace
re ante arcam: altera autē vice trūcus inuentus est: ca
pite & manib9 amputatis. Sed & ipsi qui idolum cons-
ti sunt statuere: percussi sunt in posteriora: et dati sunt
in obprobriū sempiternū. Paulus igitur qui erat ma- Ps.77.
gister in lege villicus iniqtatis: cogitur esse discipul9 et
mēdicare apō Ananiā. Quid igitur faciam vt recipiāt
me christiani in domo sua.i. in ecclīastica vnitate? Cępit Luce.16.
pdicare legem abolitam: pphetas pterisse. Cępit pdi-
care remissionē peccator et gentibus et iudęis. Remi-
sit gentibus.50. et iudęis.80. hoc est peccator remissio
nem que fit in iubileo: sanctor & omniū resurrectionē
que fiet in octaua die. Et hoc est quod dicit: Laudauit XVI.
dñs villicum q̄ optime fecerit: et p salute sua in euāge
lij clementiā de legis austeritate mutatus sit. Nam sa
tius est recurrere q̄ male currere: sicut currebat apo- Actu.9.
stolus cum iret in Damascū.

¶Nō q̄ iam acceperim aut iam pfectus sim:
sequor autē: si quo modo comprehēdam in
quo & cōprehensus sum a Christo iesu. Fra
tres ego me non arbitror comprehendisse.
Vnum autem que quidem sunt retro obli-
uiscens: ad ea vero que sunt priora extēdens
me ipsum ad destinatum: persequor ad bra
uium supernę vocatiōis dei in Christo iesu.
Quicūq; ergo pfecti sumus hoc sentiam9: &
si quid aliter sapitis: & hoc vobis deus reue-
labit. Verūtamē ad quod puenim9 vt idem
sapiamus: & in eadem pmaneamus regula.
Imitatores mei estote fratres: & obseruate eos
qui ita ambulant sicut habetis formam nos
Multi enim ambulant quos sępe dicebā vo
bis: nūc autem & flens dico inimicos crucis
Christi: quorū finis interit9: quorū deus vē
ter est & gloria in confusione ipsorū qui ter-
rena sapiunt. Nostra autē conuersatio in cę-
lis est. Vnde etiā saluatorē expectam9 dñm
nostrū Iesum christum: qui reformabit cor
pus humilitatis nostrę cōfiguratum corpo-
ri claritatis suę: s̄m operationē virtutis suę
qua etiam possit subiicere sibi omnia.

[Nō q̄ apphēderi: aut iam pfect9 sim. sed sector si q̄ mō Tho.1.par.
& apprehēdam in eo in quo & apphēsus sum a Christo q.12.arti.7.

Exodi.17. Jesu.] Adhuc inqt sub lite res est: et gerit pugna cum
Amalech: et sumus in via qua ad patriam pergimus:
quam maligni spūs quasi quidam latrūculi obsident:
in medijs hęremi9 fluctibus: & timemus ne nauem no-
stram aut pcella tempestatis arripiat: aut fluctus de-
mergat: aut in ęternam pdam pirata crudelis abducat.
Qui enim quādiu viuit vult laudari quasi iam puene
rit: hic exit de via ante finem: quod est retro respicere:
Gene.19. cum vxore Loth. licet tamē nō puenerim: id ago: id as-
sequi cupio: sector enim vt quod sequor assequar. Non
enim segniter laboranti & quasi dormitāti in via cōtin-
git gloria resurrectionis. Vim em̄ factura est sibi anīa:
vt palmam labor quam sibi subtrahi multis inimicis
aduersantib9 sentit: viribus cōtendat eripere. Necesse
est em̄ cum summo labore ex hoc mundo rapere palmā
salutis: & quasi excubantib9 & circūiectis hostibus irrū
2.Reg.23. pere vt pueniamus ad cisternam que est in Bethleem:
et prędam ad thesauros vitę velut de medio arreptam
sęculi huius incēdio reportare. Bona tamē spes est me
apprehēsurū: quādo in hoc ipm rephensus sum a Chri
Actu.9. sto atq; e media via quam male pgebam olim per vim
XVII. retractus: audiui: Saule saule quid me psequeris: du-
rum est tibi cōtra stimulū calces mittere. Nemo igitur
puerb. sit securus: quādo Paulus timet reprobari. p̄.Cor.9.
qui terciū cęli secreta penetrauerāt. Periander Corin-
thus initio populariter ac moderate gerebat imperiū:
Exēplum. postea versis morib9: tyrannice agere cępit. Id simul
atq; cognouit Pittacus Mytilenus: diffusus de sui ani
Alter saul. mi constantia: magistratū deposuit: relictoq; imperio:
in exiliū abijt. Querentib9 deinde quibusdā: qua cau
sa fugisset imperiū: respōdit: q̄ ad modum esset arduū
pbum esse: propter mutatū Periādrum. Quibus audi
puerbiū. tis fertur dixisse Solonem: difficilia que pulchra. Et
Solon. Plato cum Heliconem Dionysio satis litteris cōmen-
Plato. dasset: scribēs illum virum pbum ac modestum: ad scri
psit in calce epłę: Hec autem tibi scribo de homine vi-
delz animāte natura mutabili. ad qd ptinet littera Py
thagorę.Y. videlz gręcum discrimine secta bicorni: quor
Matth.7. alterum tēdit ad vitam: alterum per viam latissimā du
cit ad mortem. [Fratres ego meipsū nōdum arbitror
Galat.5. assecutum esse.] In via sum non in patria: quādiu ca-
ro concupiscit aduersus spm̄: & peccatū pręsto est ante
XVIII. fores nostras: & serpens caput leuare nitit atq; morde-
Gene.3. re calcaneū nostrū. Non igitur arbitror me adeptū esse
ppositam palmam: quicqd alij de me existimēt: magna
tamē spes est adipiscendi: propter id quod scriptū est:
Joan.16. cōfidite: qm̄ ego vici mūdum. [Vnum aūt illud ago: ea
quidē que a tergo sunt: obliuiscens: (percussit em̄ dñs
p̄.Reg.5. in posteriora eos qui arcam dei posuerūt iuxta Dagō.)
de peni.di. ad ea vero que priora sunt & a fronte extēdens meipsū
2.ais lia pe- iuxta pfixum signum insequor ad palmam supnę voca-
nata. tionis dei in Christo.] Finis huius cursus Christus est
omī credenti. Possunt autē intelligi per ea que retro
sunt & a tergo iusticia que est s̄m legem. Paul9 igitur
ad destinatū nūc scopum intentionē suam dirigit voca-
tus a deo: cum aliquādo toto erraret cęlo. Cum aliquā
Exēplum. do Diogenes quosdam sagittarios cōspexisset q̄ longe
a scopo iacientes sagittas: pxime scopum consedit. Ro
gatus quid sibi vellet: ne me feriant inquit. Apostolus
igit instar sagittarū ad ppositum signum intētionem
suam dirigit: qm̄ nemo fere est qui si totum diem iacu-
letur: non aliquando scopum attingat. Nam & de cęco
quodam legim9 q̄ cornicem quādam iaculo cōfixerit.
Ezech.1. De hoc scriptū legim9 qm̄ vnūquodq; animal ante fa-
ciem suam gradiebat. Ante nos enim ęterna sunt: post
nos tēporalia/quia illa pgentes inuenimus: et ista re-
cedentes quasi post dorsum relinquimus. Unde & ma
XIX. gnum nunc animal pennatū dicit: que retro sunt relin-
quens: festino ad ea que ęterna sunt: ad ea inq̄ ad que

siue in corpore siue extra olim sublatus sum. Cuidā au- 2.Cor.12.
tem semp ad malum currenti/ ad bonum autē semp re-
trogrado iubent alligari pedes ac manus: deinceps au Matth.22.
tem mitti in tenebras exteriores. Mementote igit vxo
ris Loth: Gene.19. que vbi respexit: ibi & remansit. In
hoc mūdo em̄ anima nostra quasi more nauis est cōtra Gregori9.
ictum fluminis cōscendētis: vno in loco nequaq̄ stare
permittit: qm̄ ad ima relabitur: nisi ad summa conet.
Quotquot itaq; pfecti sumus: hoc sentiamus q̄ extra
Christū non est vera iustificatio: q̄ quādiu in via sum9:
perfecti sum9 quidē respectu imperfector: sicut iustifi-
cat publican9 respectu pharisęi: et Niniue respectu ip-
sius israel: nō simpliciter pfecti non sumus: donec eua- p̄.Cor.13.
cuet quod ex parte est: vt diligam9 deum ex toto corde Matth.22.
anima: virib9 et mente. Hec est enim scopus ad quam
dirigēda sunt iacula nostra: licz hic scopum non attinga
mus. Tamē nō recte currit: si quo currēdum est nescia Matth.5.
tur. vnde illō: Estote pfecti: sicut & pater vester cęlestis
pfect9 est. Sed alia est perfectio que habet in via: alia
est per quā erimus sicut angeli in cęlo: quādo qui mi- Ibidē.22.
nor est in regno cęlorū maior est ipso Joāne baptista.
Matth.11.ca. Nō & si de Christo intelligit: non absurde dist.90.no-
tamē potest intelligi de quolibz beato respectu viator. li frater.
[Et si quid aliter sentitis: & hoc vobis de9 reuelabit.]
Reuelabit legendum est: ἀποκαλύψει, estq; sensus. XX.
si qui adhuc sunt qui pa trijs legibus
assueti: omino relinquere nō possunt que a teneris vn- puerbiū.
guiculis vt dicit edocti sunt: ferāt interim donec & ipsi
pficiant: et ipsis sicut & nobis reuelet deus: qm̄ ex euā
gelio non ex Mosaicis institutionib9 habetur vera re-
missio peccator. [Attamē quod assequuti sum9: eadem
pcedam9 regula: vz vt idem sapiam9.] Interim inquit Joan.9.
quicūq; pfecti sumus: quādiu lucem habem9: (siquidē
veniet nox quādo nemo poterit operari) sequamur cur
sum quem semel arripuim9: grādis enim adhuc nobis 3.Reg.19.
restat via. Curramus autē iuxta p̄scriptam nobis regu-
lam euāgelij: de qua alibi dixit: Quicūq; hanc regulam
sequuti fuerint: pax sup illos et misericordia. De hac ita Galat.6.
dicit August. Istam religionē christianā quam paucis-
simis et manifestissimis sacramētis misericordia dei esse August.
liberam voluit: quidam seruilib9 oneribus et ceremo-
nijs superfluis ita premūt: vt tolerabilior sit cōditio iu-
dęorū: qui etiā si temp9 libertatis non agnouerūt: lega
libus tamē sarcinis non humanis p̄sumptionib9 subij-
ciunt. Tamē & illud dictum est: postq̄ cęperunt docere Matth.5.
mandata hominū. Decimatis mētam: anetum & cimi-
num: & relinqtis que grauiora sunt legis: iudiciū mise- Ibidē.13.
ricordiā & fidem: cum oporteret illa sic facere: vt hec nō XXI.
intermitterent. Non negligēter autē attendendū est: q̄
cum decimari minima diceret: extrema de holerib9 ma Gregori9.
luit sed tū bene olentia memorari: vt ostēderet q̄ simu-
latores cum parua custodiūt: odorem de se ostendere
bonę opinionis quęrūt: et quāuis implere maxima p̄-
termittant: ea tamē minima obseruāt que longe lateq; puerb.
redolent: pube tenus sapiētes vt dicit: alioqui sardana
pali. [Cęterum coimitatores mei estote fratres: & con
siderate σκοπεῖτε eos qui sic ambulāt: quēadmodū
habetis formā nos.] nos appositiue legē
dum est: τύπον ἡμᾶς. Dionysius tyrānus cum ipse
deformis esset: nec tales habere filios
vellet: vxori suę in cōcubitu formosam pponebat pictu
ram: vt pulchritudinem quodāmodo raperet: & in pro-
lem quam cōcipiebat afficiendo trāsmitteret. ¶Neces Gregori9.
se est ergo vt is qui pręest/ que exempla subditis pręę
beat solerter attendat: & tantis se sciat viuere: quantis
pręesse. Nec debet hominū ducatū suscipere: qui ne-
scit oues bene viuendo pręire. Nec ad hoc eligitur vt
aliorū culpas corrigat: qui qd reficere debuit ipse com
mittit. Judicium durissimū fiet his qui pręsunt. Pen- Sap.6.

set ergo q ad satisfaciendū iusto iudici de sua tm̄modo
anima fortassis vix sufficit: et quot regēdis ouibus pre-
est: reddēde rōnis tempore (vt ita dixerim) tot solus ani-
mas habet. Numerari em̄ culpe nequeūt: que habēde
potestatis amore pperrant. Obseruate itaq; et eos qui
parentē referūt moribus et doctrina. Scriptū est enim
xxij. Genes. cap. 30. Tollens Iacob virgas populeas viri-
des et amigdalinas &c. Quid est em̄ virgas virides et
ex platanis ante gregū oculos ponere: nisi per scripture
Gregorius. sacre seriem antiquorū patrū vitas atq; sententias in exē-
plum populis pbere: que quia iuxta rōnis examē recte
sunt: virge dicunt. Has aspicientes arietes: cum ouibus
coeunt: quia rōnalis mens nostra dum in earum intē-
tione oculos defixos tenet: tales fetus operū procreat:
qualia exempla precedentiū in vocibus preceptorū videt:
dicēte aplo: Sicut habetis formā nos. habet autē et prin-
ceps tenebrarū harū sequaces suos quibus suam formā
impressit et characterē: quos imitant qui sunt ex parte
Sapien. 2. illius: sicut de multis dicit: et nō recessit de peccatis Hie-
roboā filij Nabath: qui peccare fecit Israel: adeo vt ex
3. Reg. 16. 18. regibus qui regnauerūt post eum in Samaria: nul-
lus asserat bonus: sed alius alio deterior. Nam et Na-
dab: Baasa: Hela: Zambri: Amri: Achab: Ochozias:
Ioram: Hieu et ceteri omnes ambulauerūt in peccatis
Hieroboam qui peccare fecit israel. Unde et nunc cōse-
quēter dicit apls. [Nam multi ambulāt de quibus sepe
dixi vobis: nūc autē et flens dico inimici crucis Christi.]
Multi em̄ sunt in quorū corde adhuc viuit Moses: ne-
gant em̄ sine lege Mosi posse haberi a deo remissionē
xxiij. petōrū. Hi sunt quos supra vocauit canes: malos ope-
rarios: ministros satane: et cōcisionē. Hos igit et nunc
vocat inimicos crucis Christi: predicāt enim Christuz
gratis mortuū fuisse/hoc est supuacue: conātes reedifi-
care ruinas Hierico contra legis pceptum / sicut dicit:
xi. [Deleto qđ aduersus nos erat Chirographo qđ feceramus diabolo manibꝰ nr̃is. i. opibus. Hiero. qđ erat contrariũ nobis per decreta: ꝛ illud sustulit e medio af- Tho. 3. par. q. 52. ad. 5. fixum cruci: exutis p̃ncipatibus ac ptãtibus/ ostẽtauit palam triũphans illos in semetipso. Hiero. legit alicubi: dehonestauit: cõfidenter triũphans de eis. Qđ dicit hic: traduxit cõfidenter: palam triumphãs illos: nihil aliud significat q̃ aliquid spectãdum omnibus pponere. Alludit. n. ad morem triumphantiũ qui trophea sua circũferebant: ꝛ populo ostẽtabãt monumẽta victorie sue. Hoc modo cum Dauid reuerteret̃ percusso Phili- 1. Reg. 18. steo: ꝛ ferret caput eius in Hierusalẽ: egresse sunt mulieres de vniuersis vrbibꝰ israel cãtantes chorosq̧ ducẽtes. Uos igit̃ gentes cum essetis mortui ppter peccata vr̃a: cõuiuificauit cum illo: tunc videlz q̃ñ Christus per passionem ꝛ mortẽ suam deleuit antiquauit: penitusq̧ disrupit chirographũ decreti: ꝛ abrogauit penitꝰ legales obseruãtias que cõtinebant̃ in decretis: hoc est in 5. libris Mosaice legis: qđ videlz chyrographũ erat cõtrariũ nobis: sicut enĩ alias sepe diximus lex irani ope- Roma. 4. rabat̃: cõcupiscẽtiam irritabat: trãsgressores occidebat obseruãtes non viuificabat: leprosos eiiciebat. Numeri. 12. sacerdotes phibebat ab ingressu domus in qua ali- Leuit. 21. quis defunctꝰ erat. Homicidas etiã qui sine culpa erãt iubebat cõfugere in ciuitates refugii vsq̧ ad mortẽ summi sacerdotis: multaq̧ id genꝰ que satis ostẽdunt quo- Numeri. 35. mõ chyrographũ hoc contrariũ nobis erat. sed hoc chi-
xii. rographũ iudeis tñ contrariũ erat: nõ item nobis qui Gentes sumꝰ. Hoc itaq̧ decretũ potest intelligi cõscien- Cõscientia. tia nr̃a: que trãsgressores naturalis legis cruciabat: cuius triplex est officiũ videlz ad bonũ ppellere: sicut dicit̃: Surgam ꝛ ibo ad patrem: Luce. 15. a malo retrahere: 1. Reg. 24. iuxta illđ: ppitius sit mihi dñs: ne faciã hanc rem dño meo Christo dñi: vt mittam manũ meã in eum: memoriam pctõꝝ refricare: iuxta qđ dicit̃: recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee. Esaie. 38. Hec ergo memoria trãsgressionũ que etiã in dãnatis viget sicut dicit̃: vermis eorũ non moriet̃. quantũ ad hoc tertium. Esaie. 66. maxime torq̃bat ꝛ quasi reos cruciabat nos. Genes. 2. Potest esse decretũ hoc p̃ceptum illud: in qua hora comederis morte morieris: et huiꝰ violari decreti chirographũ. i. memoriã transgressionis qua dictũ est peccãti homini: q2 puluis es: ꝛ in terrã ibis: deleuit deus: q̃ñ Ibidẽ. 3. primoꝝ parentũ peccatũ agnus dei lauit sanguine suo: sicut dicit̃: Ego sum qui deleo iniq̃tates tuas ppter me: Esaie. 43. et pctõꝝ tuoꝝ non recordabor. Quicq̃d igit̃ a nobis
xiii. ex decreto huiꝰ chirographi poterat exigi ab eo qui possidebat genus humanũ: ꝛ reos suppliciorũ tenebat sub chirographo peccatoꝝ: idipse Christꝰ dependit in cruce: q̃ñ que non rapuit exoluebat: exoluit aũt per hoc q̃ Ps. 68. cum non esset rapina arbitrari sese esse equalẽ deo: tamẽ semetipm̃ exinaniuit formã serui accipiẽs factꝰ obediens vsq̧ ad crucẽ in qua dilaceratũ est vt diximus: ꝛ Philip. sublatũ penitus e medio quicq̃d nobis poterat esse cõtrariũ ex trãsgressione legis Mosaice quo ad iudeos: et ex trãsgressiõe legis naturalis quo ad nos ꝛ quo ad iudeos simul: iuxta illđ: Job. 39. Clamorẽ exactoris non audiuit. Quid intelligi exactoris illiꝰ noĩe nisi diabolꝰ põt: qui semel in paradiso homini male psuasiõis numũ cõtulit: Gregorius. et cotidie ab eo huius debiti exigere reatũ querit: Redẽptor autẽ nr̃ liber quidẽ erat ab hoc debito psoluẽdo: sicut sequit̃: Mattha. Quis dimisit onagrũ liberũ ꝛ vincula eius quis soluit? q2 et si particeps factus est nature nostre: liber dimissus est qui peccati vinculo nõ tenet̃: et tamẽ vt solueret que nõ rapuerat: quedã vincula dicit̃ habuisse quem ꝛ si macula culpe nõ attigit: passio tñ nostre mortalitatis astrinxit. Sed vincula eiꝰ quis disrupit? Samson ligatus. Judic. 16. 7. nouis funibus: quid nũero septenario figurat̃. Uincula eius tunc soluta sunt: cum infirmitates passionis illius in resurrectionis sunt gl̃iam cõmutate. Esurire enĩ sitire, lassescere/ teneri/ flagellari/ crucifigi nostre mortalitatis vinculũ fuit: sicut dicit̃: eminẽs per Canti. 2. retia: pspiciens per cãcellos. Sed cũ expleta morte velum templi rumperet̃: scinderent̃ petre: monumẽta paterẽt: quid aliud tot argumẽtis tante virtutis ostendit̃: Figura. nisi q̃ illa infirmitatis vincula soluebãtur/ vt ad celum etiã cum mẽbris debellatis palam ptãtibus ꝛ ostentui habitis rediret liber: sicut dr̃: quẽ deus suscitauit: solutis Actu. 2. doloribꝰ inferni: iuxta qđ impossibile erat detineri
xiiii. ab eo, nec est q̃ hostem ꝛ exactorẽ nr̃m vltra timeamꝰ: postq̃ Christus in cruce morte sua ꝛ mortis autorẽ deuicit: ꝛ spolia electissima abstulit: vasa vz aurea ꝛ argẽ- Luce. 11. tea sicut Paulus et Mees. Tunc enĩ illos libere ac cõfidenter deuictos atq̧ exutos ostẽdit: cũ ante mortẽ cepit pauere ꝛ tedere ac mestus esse. Deniq̧ orauit dicẽs Matth. 26 Pater mi si possibile est ꝛc. sed hec tristicia ꝛ pauor tã diu durauit quãdiu impleret dispẽsationẽ carnis sue: sicut dicit̃: Tristis est anima mea vsq̧ ad mortẽ. Tunc. n. excitatus est dñs tanq̃ potens crapulatꝰ a vino: et pcutiẽs inimicos suos in posteriora: opprobriũ sempiternũ Ps. 77. dedit illis: iuxta illđ: Juda manus tue in ceruicibꝰ ini- Genes. 49 micoꝝ tuoꝝ. ad p̃dam fili mi ascendisti: requiescẽs accubuisti vt leo. Ascẽdit igitur leo de tribu Juda crucem: ibiq̧ tunc maxime triũphabat ꝛ p̃dabatur/ cum videbat̃ dormire. Canti. 5. ca. Qđ autẽ dicit: in semetipso: sensus est: q̃ hec omnia non angeloꝝ p̃sidiis sed sua ipsius virtute p̃fecit. Uno ergo ꝛ verissimo sacrificio pro nobis oblato: quicq̃d culpaꝝ erat vnde nos ptãtes inferni ad Augustinꝰ abluẽda pctã per supplicia detinebãt extinxit. Uñ ergo
xv. accepit diabolus exteriꝰ ptãtem dñice carnis occidẽdi: inde interior qua nos tenebat potestas eius occisa est. Roma. 5. Fuso enĩ sanguine vnius qui sine culpa erat: omniũ chirographa deleta sunt: sicut per vniꝰ delictuz omnes sub mortis decreto tenebamur: sine vlla spe resurgendi.

¶ Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu: aut in parte diei festi: aut Neomenie: aut sabbatorũ que sunt vmbra futurorũ: corpꝰ autem Christi. Nemo vos seducat volens in humilitate & in religione angelorũ que nõ vidit ambulans frustra inflatus sensu carnis sue: & non tenens caput: ex quo totũ corpus per nexus & cõiunctiones subministratũ & cõstructũ: crescit in augmentũ. Si ergo mortui estis cum Christo ab elemẽtis huius mũdi: quid adhuc tanq̃ viuentes mũdo decernitis? Ne tetigeritis neq̧ gustaueritis: neq̧ cõtrectaueritis: que sunt omnia in interitu ipso vsu scd'm p̃cepta & doctrinas hominũ: que sunt rõnem quidẽ habẽtia sapiẽtie in supstitione & hũilitate: & nõ ad parcendũ corpori: nõ in honore aliquo ad saturitatẽ carnis.

¶ Ne quis igitur vos iudicet in cibo aut in potu: aut in parte diei festi/ aut nouilunii aut sabbatorũ: que sunt vmbra rerũ futuraꝝ: corpus aũt Christi/ corpꝰ opponit̃ 1. Cor. 5. vmbre. Qđ si hec inquit ita se habẽt: ꝛ iam vetera trãsierũt ꝛ noua facta sunt omnia: nemo vos iudicet ob neglectas iudaice legis ceremonias: quales sunt delectꝰ ciboꝝ: discrimina dierũ festoꝝ aut nouiluniorꝝ: que om- Hebre. 10. nia fuerũt vmbra futuroꝝ sicut sepe dictum est. Postq̃ igitur corpus ip̃m tenemus in quo plenitudo diuinitatis habitauit corpaliter: relinquamꝰ synagoge palliuz Genes. 39. sicut legimꝰ in Joseph. Et sciẽdum q̃ ceremonialia legis hec erant: sacrificia: sacra: obseruantie. Sacrificia quattuor erãt/ videlz oblatiões: sacrificia: holocausta: pro pctã. Sacra erant vasa: indumẽta: oleum vnctionis ꝛ festa. Sacramẽta erant tria videlz circũcisio: agnꝰ paschalis: consecratio sacerdotũ. Obseruãtie erant baptismata: fimbrie: delectus ciboꝝ ꝛc. Festiuitates autem iudeoꝝ he sunt. Prima est iuge sacrificiuz: castitas ppetua. Scdã sabbatũ: quod est requiescere ab omni opere Exodi. 16. seruili: sicut dicit̃: videte q̃ dederit dñs vobis sabbatũ: et propter hoc die sexta tribuit vobis cibos duplices. Maneat vnusquisq̧ apud semetipm̃: ꝛ nullus egrediat̃ de loco suo die septima. Tertia est neomenia: cum luna innouat̃ ꝛ soli fuerit valde cõiuncta ita vt sub clarita- Ps. 44. te eius lateat. Sol Christꝰ est: luna ecclĩa que tunc in-
xvi. nouat̃ cum omnis gloria eius abintus est: sicut dicit̃: Nigra sum: ab extra: sed formosa: absq̧ eo inquit qđ intrinsecus latet. Quarta festiuitas est azimorum: nec putã- Canti. 4. dum est deum aĩam voluisse exterminari de populo: si Exodi. 12. modicũ fermenti domi habere reperiat̃. sed magis de 1. Cor. 5. illo loquebat̃ de quo apl̃s: parum fermẽti veteris to- Ibidem. tam conspersionẽ fermẽtat siue luxurie siue ambitiõis ꝛc. Quinta solennitas pasche est: de qua dicit̃: pascha nr̃m immolatꝰ est Christꝰ. cũ dixerint vobis filii vestri: Exodi. 12. que est ista religio? dicetis: Uictima trãsitus dñi est q̃ñ trãsiuit sup domos filioꝝ isrl̃ in Egypto/ occidens egyptios: libertati reddẽs nos Hebreos. Sexta festiuitas Leuit. 23. est de ferendis primitiis: siue de primis agri fructibus qđ impletũ est cum redẽptor noster deuicto mortis p̃ncipe: nature nostre primitias secum ad patrem detulit: ꝛ pater miratus donũ: sedis sue participẽ fecit. Septi- 1. Cor. 15. ma festiuitas tubaꝝ est: Canet enim tuba ꝛ mortui resurgent incorrupti: ꝛ nos immutabimur. Octaua festiuitas est ppitiationis dies de qua dicit̃. Affligetis animas vestras hac die. omnis autẽ anima que afflicta nõ fuerit die hac: peribit de pplis suis: ꝛ que operis quip- Leuit. 23. piã fecerit/ dele..o eam de populo suo. que omnia sp̃ualiter intelligenda sunt. Nona festiuitas schenophegie

est. idest tabernaculoꝝ: dicta a σκηνή, qđ est tentoriũ xvii. siue tabernaculuz: ꝛ πήγνυμι, quod est figo: quasi tabernaculoruz fixio: quam festiuitatem ille Ps. 38. in veritate celebrat qui dicit: aduena ego sum ꝛ peregrinus sicut oẽs patres mei. Nemo ergo vos iudicet in parte diei festi. ex parte enim ꝛ non ex integro in hoc mun Ps. 136. do posti festa celebramus. Quomõ enim cãtabimꝰ cãticum dñi in terra aliena? Suspẽdimus ergo interim organa nr̃a: q̃m interpellamur etiam nolentes ab onere Sap. 9. ca. carnis: quãdiu captiui tenemur a corpore qđ corrũpit̃ et aggrauat animã. [Nemo igitur vos seducat: Grece καταβραβευέτω, hoc est ne quis vobis palmam p̃ripiat. Cum enĩ in certamine positus quis: iniq̃tate agonethete vel insidiis magistroꝝ brauiũ ꝛ debitam sibi palmã pdit: καταβραβεύεσθαι dicit̃. Est itaq̧ catabraueuin: cum apud alterũ est victoria: ꝛ apud alterũ premiũ. Cauete igit̃ ne quis vos ad ea que post tergũ reliq̃stis reuocãs (eã sunt omnia legalia: siue mũdus hic. i. Sodoma ꝛ cõcupiscẽtia eius:) premiũ qđ sectabamini interim vobis p̃ripiat: [volẽs suadere in humilitate cõficta ea que nõ vidit. Item nemo vos seducat: volens docere vos de religione angeloꝝ ea que ambulãs frustra inflatꝰ sensu suo carnali ex sese adinuenit ꝛ cõfinxit:] volens inq̃ docere pro sublimibꝰ qualia sunt ea que euãgeliũ docet: humilia elemẽta ꝛ egena legis: et pro vera Christi religione supstitiosum quẽdam angeloꝝ cultum inducere: et velut ex oraculis angeloꝝ ea docẽs que ex sensu suo xviii. cõmentatus est: [Et per hoc non tenẽs caput Christũ: ex quo totũ corpus per cõmissuras ꝛ compagines subministratũ ꝛ compactũ: augescit augmento dei]. idest ad gloriam dei. vel q̃m Christus deus est caput ecclĩe: crescente corpore augescit ꝛ caput: totum autẽ corpus crescit in templũ sanctũ ꝛ in habitaculum sp̃us sancti. de hoc vide ad Ephes. 4. [Itaq̧ si mortui estis cum Christo:] peccato videlz: vt iusticie viuatis: quid quasi viuentes in mũdo. i. sub lege: decretis tenemini? si mortui estis legi: quid quasi iudei natiõe sitis: elemẽtis ege- Gala. 4. nis denuo seruire vultis: dies obseruãtes: ꝛ delectus ciborũ: atq̧ aliis aliũ dicitis. [Ne tetigeris: ne gustaueris neq̧ cõtrectaueris rem hãc que sacra est: nec fas est tãgere fimbriã vestimẽti eius: ꝛ tamẽ Jesus tetigit leprosum: Mat. 8. ca. et ossa Helisei pullulant de sepulchro. 4. Reg. 13. ¶ Et nota quomõ s̃m legem corpus sit immũduz egressa anima: vt qui tetigerit illud immũdus sit septem diebus. Numeri. 19. cap. vocaturq̧ pollutꝰ in anima qui huiusmodi est. Aggei. 2. ca. [Que omnia ipso pereũt vsu:] tñ esce nõ cõmendant nos deo: sed necessaria sunt corporis alimẽto: et tamẽ ipso vsu cõsumunt̃: nec polluunt aut sanctificãt aĩam nostram: sed mittunt̃ in secessum. Et si aliquãdo fuit aliquis ciboꝝ delectus: nunc tñ euacuatis legalibus per crucẽ Christi: [nihil aliud sunt q̃ p̃cepta hominũ ꝛ doctrine.] non enĩ vere non lotis ma- Matth. 15. nibus mãducare cõmunicat hoĩem: aut edere de suffo-
xix. cato: sed de corde exeũt que hoĩem cõmunicãt. [Que rationẽ quidem habẽt sapientie: ꝛ spẽm quãdam san- Heb. 9. ctitatis:] sicut alibi dicit apl̃s: Habuit quidẽ tabernacu- Eccli. 19. ca. lunt prius iustificatiões culture et sctm̃ seculare qđ est iusticia quedam cõficta ꝛ apparens: et tñ est aliq̃s qui nequiter se humiliat: interiora aũt eius plena sunt dolo. Supstitiosa ꝛ cõficta religio est cum quis vltro sibi cõfingit religionem: sicut apud Thraces primꝰ omniũ Orpheus cepit nugari de diis: ꝛ instituere nouos ritus colẽdi deum vnũquemq̧. Habẽt igit̃ ciboꝝ delectus et que hmõi sunt ceremonie rationẽ quidẽ sapiẽtie in su- Matth. 6. pstitione ꝛ humilitate animi: ꝛ lesiõe corpis sui: Grece καὶ ἀφειδίᾳ σώματος, quod ad verbuz sonat: Et in parsimonia: cũ quis non par

est alicui rei. Ambrosi⁹ aũt legit: ad vexationē corporis:
Matth.6. sicut dicit: exterminãt enim facies suas vt appareãt ho-
minib⁹ ieiunãtes. Sentit enim de ijs qui supstitiose lace-
rabant aut mutilabãt corp⁹ suũ: sicut sacerdotes Baal:
vel Pharisei iuxta Hiero. aut imoderatis ieiunijs cõsi
ciebãt: et hoc est qđ dicit: ad non parcẽdum corpori: nõ
in honore aliquo: quasi non curarent de seculi honore
Matth.7. sed humilitatē pferrent: venientes in amictu ouiũ hu
miles ꝛ abiecti: ꝛ quasi nec de cibis solliciti essent qui-
bus saginat corpus. Qđ autē apls dicit: Que habent
quidē rõnem sapientie: inabsoluta est oratio: ppter ly
quidē: cui nihil reddidit, potest sic intelligi: Que om-
nia verbotenus videtur erudita ac magnifica: nimirũ
Galat.3. ab angelis pfecta vt illi narrant: (et veruz est: quoniã
lex per angelos ordinata est: ꝛ tradita Mosi in monte
Sinai.) Ceterum re longe absunt a religione Christi:
xx. que non lesione corporis sita est: cum deus cibo volue-
rit honorari corpus moderato tamē: indifferenter tamē
omni/seruata ecclesie cõsuetudine: non autem cruciari
inedia: sed in puritate vite et charitate. Verũ si vtrũq
cõiungamus: hoc est ieiunia moderata: delectũ quędam
ciborum: pro loco ꝛ tēpore: humilitatē animi: charitatem
Ps.34. ad proximũ/multo melius: iuxta illud: Humiliabã in ie
iunio animã meam: ꝛ oratio mea in sinum meũ cõuer-
tet. sensum vtcũq reddidim⁹: textus tamē satis est im-
Hierony. plicatus. Sciẽdum autē sicut dicit Hieronym⁹: ꝙ non
soluitur a lege cõmuni qui supra legem facere pponit.
Quinimo nullus magis illicita vitare debet: ꝙ qui re-
spuit que licebãt: qui enim amplius statuit facere ꝙ pce-
ptum sit: ostẽdit minus sibi preceptũ esse: ꝙ facere po
tuerit. Oportet igit hec minuta facere: et illa maxima
Matth.23. nõ dimittere: sed si vtrũq non possum⁹: vera religio est
non decimare olera: sed imaculatũ se custodire ab hoc
seculo. Jacobi.2. Est autem religio fm Tulliũ per quã
Tullius. reuerẽti famulatu ceremonie diuini cultus exercent: di
cta a relegẽdo. Qui enim omnia que ad cultum deorum p
tinerent: diligẽter retractarent: ꝛ tanꝙ relegerent: reli-
Deut.6.ca. giosi dicebant: sicut Pharisei supstitiosi qui decalogũ
legis circũdabant capiti suo tanꝙ coronam: vt pcepto-
rum dei semp memores essent: ꝛ tamē si quis putet sese
Jacobi.1. religiosum esse: non refrenãs linguam suam: hui⁹ vana
est religio. Religiosi quidem videnť qui faciẽda et vitã
Macrobi⁹. da discernũt fm Macrobiũ: multo autē verius qui que
docent faciũt. Hunc textũ alioqui pplexum ita exponit
Hierony. Hieronymus: interim notans aplm ꝙ ppter penuriam
grãmatices orõnem inabsolutã reliquerit: nec valuerit
explicare fmone conceptũ animi sui. dicit ergo in que-
stionib⁹ ad Algasiam. Nemo vos superet ac deuincat vo
lens humilitatē littere sequi et angelorũ religionē atq
cultum: vt non seruiatis spũali intelligentie sed exẽpla-
ribus futurorum: que nec ipse vidit qui vos supare deside
rat siue audiuit: psertim cum tumẽs ambulet ꝛ incedat
inflatus: mẽtemq supbam gestu corporis pferat. Fru-
stra autē inflatur ꝛ tumet sensu carnis sue: carnaliť cun
cta intelligens: ꝛ traditionũ iudaicarum deliramẽta pqui-
rens: ꝛ non tenẽs caput omniũ scripturarum: de quo di-
1.Cor.15. cit apls: Caput viri Christ⁹ est: ex quo capite corp⁹ ec-
clesie per suas cõpages atq iuncturas vitalem doctrine
celestis accipit succũ: vt omnia paulatim membra vegetē
tur: vt de fonte capitis rigati artus crescant in pfectio-
nem dei. Loquit autē vniuersa contra eos qui credẽtes
ex iudeis in Christuz: iudaicas ceremonias obseruare
cupiebãt. Querim⁹ vero quid sit: in humilitate ꝛ reli-
gione angelorum: aut quē sensum habeat. Ex quo dñs ait
Matth.23. Surgite eamus hinc: ꝛ relinquet vobis domus vestra
deserta: ꝛ locus in quo dñs crucifixus est spũaliter vo-
Apoca.11. cat Egytus et Sodoma: omnis iudaicarum obseruationũ
cultura destructa est: ꝛ quascũq offerunt victimas: non
deo offerũt sed angelis refugis ꝛ spiritibus immũdis.

Nec mirum si hoc post passionem dñi faciãt: cum per
Amos dicat ad eos cap.5. Nũquid hostias ꝛ sacrificia.
vide ꝛ in Actis. capi.7. Qđ autem ibi Stephan⁹ dicit:
Tradidit eos de⁹ seruire militie celi: hoc loco apls vo-
cat angelorum religionem. et Luce. cap.2. dicit militia ce-
lestis exercit⁹. Qđ autem apls dicit: in humilitate: ve-
re humilis sensus est ꝛ miserãda supstitio: deum crede-
re hircorum sanguie delectari ꝛ nidore thymiamatis que
sepe declinamus. sequit. Si ergo mortui estis ꝛc. ꝛ me-
cũ mundo crucifixi: quare mecũ non dicitis: mihi ab-
sit gliari nisi in cruce. sed ecõtra quasi viuentes mũdo Galat.6.
decernitis: ne tetigeritis corp⁹ hominis mortui: nec sca
bellũ in quo sedet mulier menstruata: nec gustaueritis Leuit.15.
carnē suillam: que omnia in corruptionē ꝛ interitũ sunt.
Dicam⁹ vel vnũ in ignominiã Gentis inimice. Prepo- Leuit.11.
sitos habēt in synagogis sapiẽtissimos quosq fedo ope
ri delegatos: vt sanguinē virginis siue menstruate mũ-
dum vel immundũ si oculis discernere non potuerint:
gustu pbabēt: Preterea iussum est vt die sabbati sedeat Exodi.16.
quisq ne stet: ne iaceat ꝛc. Qđ si quãdo eos iuxta litte
ram ceperim⁹ arguere vt non iaceãt: non ambulẽt: non
stent: sed tñ sedeant iuxta legem: respõdent. Rabi aqui
ba et Simeõ ꝛ Hille magistri nostri tradiderũt nobis:
vt bis mille pedes ambulem⁹ in sabbato: ꝛ has doctri-
nas pferunt doctrine Christi. sequit: Que sunt quidē Quidem.
rõnem habentia sapientie. Cõiunctio: quidē: superfluit.
Imaginē habēt rõnis: humaneq sapiẽtie apđ imperi-
tos ꝛ vilem plebeculã. sequit: Ad nõ parcẽdũ: Grece est
αφειδίας σώματος, cuius nomē latin⁹ sermo non ex-
plicat. i. imparsimõia. cũ quis nõ
parcit corpori. φείδομαι enim Grece parco est: idest
abstineo: misereor. inde ἀφειδία. Nõ par
cunt igit Judei corporib⁹ suis in assump-
tione ciborum: cõtemnẽtes interdum que habent: ꝛ quere
tes que non habēt. Ex qua necessitate debilitates inter
dum ꝛ morbos cõtrahunt. nec honorãt seipsos: cũ om-
nia mũda sint mundis: nihilq possit esse pollutum: qđ 1.Timo.4.
cum gratiarum actione pcipitur: ꝛ idcirco a dño sit creatũ:
vt saturitate ꝛ adimpletiõe carnis humanos artus ve-
getet atq sustentet. Elementa autē mundi a quib⁹ su-
mus mortui lex Mosi ꝛ omne vetus testamētũ est: qui-
bus quasi elementis ꝛ religionis exordijs deum disci- Galat.4.
mus. Quomõ enim elemẽta appellãtur littere per quas
syllabas ac verba cõiungimus: et ad texẽdam orõnem
longa meditatione pcedimus: Ars quoq musice ha-
bet elementa sua: et Geometria ab elemẽtis incipit li-
nearum: sic elementis veteris testamẽti vt ad euangelicã
plenitudinem veniant sancti viri eruditur infantia. Hec
Hieronymus.

Tertium Caput.

Sit si cõ surrexistis cum Christo: q̃ sursum sunt querite vbi Christus est ĩ dextera dei sedens: que sursum sunt sapite: nõ que super terram. Mortui enim estis: & vita vestra abscõdita est cũ Christo in deo. Cum autem Christ⁹ apparuerit vita vestra: tunc &

vos apparebitis cum ipso in gloria. Mortifi
cate ergo mẽbra vestra que sunt super terrã:
fornicationẽ: im mũdiciam: libidinẽ: concu
piscẽtiam malam & auariciã: que est simula
crorũ seruitus: ppter que venit ira dei super
filios incredulitatis: in quib⁹ ambulastis ali-
quãdo: cum viueretis in illis.
i. Igitur si cõsurrexistis cũ christo:
que sursum sunt querite. Tulli⁹. Nemo vnꝙ sine ma-
Tullius. gna spe immortalitatis se pro patria offerret ad mortē.
Licuit esse ocioso Temistocli: Scipioni: Epaminõde:
licuit ꝛ mihi. Sed nescio quomodo inheret in mentib⁹
quasi seculorum quoddam augurium futurorum: idq in maxi
mis ingenijs altissimisq animis ꝛ existit maxime ꝛ ap-
paret facillime. Quo quidem dempto: quis tam esset
amens: qui semp in periculis ꝛ laborib⁹ viueret: loqui-
mur de pncipibus. Quid poete: Nõne post mortē no-
bilitari volunt: vnde ergo illud: Aspicite o ciues senis
Ennius. Ennij imaginis vrnam. hic vestrm pinxit maxima facta
patrũ. Mercedē glorie flagitat ab ijs quorum patres affe-
cerat gloria. Idẽq: Nemo me lachrymis decoret: nec
funera fletu faxit. Cur: volito viuens docta per ora virum.
Opifices etiã post mortē nobilitari volunt. Quid enim
Phidias. Phidias sui similē speciem inclusit in clypeo Minerue:
cum scribere non liceret: hinc testamentorum diligẽtia: se
pulchrorum monumẽta et elogia: imagines ꝛ similia. Si
inquit intellexistis qm regnum dei non est esca et po-
Roma.14. tus: sed spũs est qui viuificat: ꝛ verus est dei cultus: ho
Joan.6. stia sancta rõnabilis atq viuifica est mortuũ esse mun-
do atq sepultum: Romã.12: Si hec itaq intellexistis: ac
eadem bñ intellecta ope exhibuistis: sic crucifixi cum
Galat.6. aplo mundo: post tres dies vestre mortificationis (qui
Exodi.8. alibi vocant via trium dierũ ad immolandũ deo: in q-
bus membra mortificant per ieiuniũ: castitatem ꝛ ora
tionē) cõsurrexistis cũ Christo: vt in nouitate vite am-
buletis: [que sursum sunt querite.] Sed quomõ resur-
gem⁹ qui nõdum mortui sumus: Reuera enim qui non
est mortuus mũdo: ꝛ cui adhuc mũdus viuit: resurgere
nõ potest. Qui itaq mũdo viuit: mortu⁹ quidē est: sicut
Apoc.3. dicit: nomē habes ꝙ viuas: ꝛ mortu⁹ es: tamē resurge
Ps.33. re nõ potest: qñquidem mortem hanc qua mũdo viui-
ij. mus: nõ vita consequit: sed mors altera que vocat pes-
sima. Qui vero nõdum mortu⁹ est: nec resurrexit: male
adhuc viuit. et si male viuit: non viuit. Moriat: ne mo-
Apoc.2. riat. Quid est hoc qđ dixim⁹: mutet: ne habeat locuz
in eo mors secunda. Et mortē quidem carnis omnes ti-
Augustin⁹ ment: mortē anime pauci. pro morte carnis que sine du
bio qñq ventura est curant homines ne veniat. et cum
laboret homo ne moriat id agit vt multum/ vt scz mor-
tem differat: nõ vt euadat. Sed o si possemus excitare
omnes homines mortuos deo: ꝛ cum ipsis pariter exci-
tari: vt tales essem⁹ amatores vite pmanentis: quales
sunt homines amatores vite fugientis sicut aque que
3.Reg.14. non reuertunt. Hec vox mulieris est per quam mors
intrauit. Quid nõ facit homo sub mortis periculo cõ-
stitutus: Gladio impẽdente ceruicib⁹ pdiderũt homi-
Hiere.41. nes quicqd sibi vnde viuerẽt reseruabãt: ꝛ forte postꝙ
pdiderunt pcussi sunt. vide Hierem. 41. cap. Multo le
uiora iubet deus/ vt in eternũ viuamus: ꝛ negligimus.
Interim autē que sursum sunt querite. Dicebat autem
Bias phs. Bias illud esse in hac vita optimũ: Mens sibi bone re-
ctitudinis cõscia: quod alibi dixit apls testimoniuz cõ-
2.Cor.1. scientie nostre: ꝛ nunc dicit: que supna sunt querite vbi
Christ⁹ est in dextera dei. Felices autē qui iam pelag⁹
huius mortalitatis trãsierunt: ꝛ ad portũ ppetue secu-
iij. ritatis puenerũt: Infelices nos qui adhuc in salo hui⁹
vite vndiq agitamur pcellis: et inter tot ꝛ tam varios

casus incerti nauem trahim⁹: ignari vtrum portũ simus
habituri: semper inter Scyllam ꝛ Charybdim inceden
tes. O vita dubia ceca ꝛ erũnosa quã dolores extermi- Augustin⁹
nant: acra morbidant: esce inflant: ieiunia macerãt: io-
ci dissoluũt: tristicie cõsumunt: sollicitudo attenuat: se-
curitas hebetat: diuitie iactant: paupertas deijcit: iuuẽtus
extollit: senectus incuruat: infirmitas frangit: mors ex-
terminat ꝛ vniuersis gaudijs finem imponit: ꝛ vtinam
finem bonũ imponat. Lugẽtes intram⁹: cum labore vi-
uim⁹: cũ timore exituri sum⁹: ꝛ breui exituri: ꝛ cum exi
tus incertus sit: mors tamē certissima est: nec tardabit.
Attendam⁹ vel a longe quanta sit celestis patrie pul-
chritudo. vnde cecidim⁹: vbi iacemus: quid pdidimus
ꝛ quid inuenim⁹: vt ex vtroq intelligamus quantũ no
bis in hoc exilio lugẽdum sit. Qui enim apponit sciẽ- Eccle.1.
tiam: apponit ꝛ laborē ꝛ dolorem. Laudabilior est aũt
animus cui nota est miseria sua: ꝙ qui ea non aspecta
vias siderũ ꝛ naturas rerum perscrutat. Scito quoniã
homo es: cuius cõceptio in culpa: nasci miseria: viuere Bernard⁹.
pena: mori necesse. Attendamus si alterius bonũ vt no
strum diligam⁹: ꝛ mala nostra vt aliorum repħendamus.
Sunt enim quidam attẽdentes tantũ mala que non fa-
ciunt: alij autē sapientes sunt vt faciant mala: bene aũt Hiere.4.
facere nescierũt. [Vos autem si cõsurrexistis cũ Chri-
sto: que sursum sunt sapite: nõ que super terrã:] Quid
est hoc qđ dicimus: omniũ humanarum actionũ ad hunc iiij.
finem currere debet intentio: vt vel diuine imaginis in
nobis similitudo restauret: vel hui⁹ vite necessitati con
sulat. Que vero in nobis diuinã similitudinē reparãt
duo sunt: videlz speculatio Veritatis: et exercitiũ virtutũ. Ordina.
In hoc autem primũ trinitatis vestigium inuentũ est:
cũ agnoscere ceperit anima qđ est supra se: quod est in-
fra se: et quod ipsa est. Si itaq consurrexistis: ibi figite
aciem mẽtis vbi est caput vestrm ad quem suspiratis: do-
nec aspiret ꝛ vester resurrectiõis dies in carne: et incli-
nent vmbre. [Siquidē mortui estis mundo: ꝛ vita vestra Canti.2.
abscondita est cum Christo in deo.] Hinc illa vox apli:
viuit vero in me Christ⁹: licz estimemur sicut oues mor Gala.2.
ti ꝛ victime destinate: ꝛ quasi moriẽtes: ecce tamē viui- Roma.8.
mus. 2.Cor.6. Nemo igitur nos interroget vtrum vita
sua abscondita sit cũ Christo: an Christo (quod auertat
deus) mortu⁹ sit. Huic enim melius fuisset natũ non es- Matth.26.
se: redeat vnusquisq ad cor suum: si ibi inuenerit chari
tatē: securus sit q: transit de morte ad vitam. 1.Joh.3.
iam in dextera est. Alget enim sed adhuc in hyeme. viuit
radix sub terra: sed quasi aridi sunt rami: Intus tamen v.
est medulla: intus folia ꝛ fructus: sicut in virga Aaron:
sed estatem expectant vbi discernent arbores fructuose Numeri.17.
a sterilib⁹. Tempus enim terrena amantiũ semp est pa-
ratũ. Joan.7. cap. Nunc pulegiũ sunt quod in hyeme
floret: cras in libanũ mittendũ est. Heliotropiũ sunt: so
lem sequũtur mũdane glorie: ac lupini: futuri cib⁹ ver-
mium: et tamē iam radici securis apposita est. Non enim
de oibus dicit: succidite arborē ꝛ pcidite ramos: ꝛ ex- Matth.3.
cutite folia: ꝛ dispergite fructus: verumtñ germen radi
cum eius in terra sinite: sed ad radices inquit apposi- Daniel.4.
ta est. [vita autem abscõdita est] donec imber abeat ꝛ
recedat. Mortui videmur: sed quõ arescet vita nr̃a cu- Canti.2.
ius radix charitas fixa est in Christo qui est vita nostra:
In charitate inquit alte defixis radicib⁹: vt nec morte: Ephes.3.
nec vita separemur ab eo qui est via Veritas et vita. Joã. Rom.8.
14. [Cum enim Christ⁹ scđo apparuerit vita vestra: tunc
ꝛ vos cum ipso apparebitis in gl'ia.] iuxta quod dicit:
Exultem⁹ et demus gl'iam ei: qm venerũt nuptie agni Apoca.19.
et vxor eius pparauit se: ꝛ datum est illi vt cooperiat se bys
sino splendẽti ꝛ candido. [Interim autē mortificate mẽ
bra vestra que sunt sup terram.] Nam sicut ecclesie ca-
put Christ⁹ est: cuius corporis mẽbra ij sunt qui cũ apo
stolo mũdo sunt crucifixi: ita in iquorum omniũ caput dis

vj. bolus est: cuius primum membrū fuit Cain: deinceps
Cham ⁊c. ¶ Est ⁊ aliud corpꝰ mysticū quod ex omnibus
aptat virtutibꝰ. Huius caput sapientia est: charitas cor/
fides oculi sunt: ⁊ sic de virtutibꝰ ceteris. Ita ⁊ est eo-
Roma.6. dem mō corpus peccati sicut alibi dicit apls: vt destruat
corpus peccati: cuius caput supbia est. Sed cur vnicū
ei caput aptamꝰ: cū Joānes Apoca.17. septem huic ca-
pita corpori tribuat? Nescit eñ vnitatem qui in corpo-
re Christi non est. Huius ergo corpis cuius caput sup-
bia est reliqua mēbra sunt ea que in cōsequentibꝰ de-
scribit apls dicēs. [fornicationē immūdiciam:] que est
omnis immūdus tactus ad cōcupiscentiā sollicitans. Li-
bidinem: Grece πάθος, qd molliciem vertere licz: vt
de effeminatis ⁊ Pathicis intelligamus: Cō-
cupiscētiam malam: ne simꝰ sicut dealbata ⁊ semipul-
Math.23. chra sepulchra. Hec eñ cōcupiscentia mala tanta vi im-
pellebat Balaam ad maledicendū populo: vt nec tanti
mōstri miraculo terreret: sed respōderet asine loquenti
Nūeri.22. quasi ad hoiem loquens: cum deus vtiqz non asine ani-
mā in naturā rōnalem vertisset: sed quod illi placuerat
ex illa sonare fecisset ad illius vesaniā cohibendam. Et
tamē vt diximꝰ cecus cupiditate: asinam sub freno cur-
rere docebat: vel potius mortuo verba faciebat: [⁊ aua-
Tullius. ritiam: de qua Tullius. Auaritia senilis quid sibi velit
non intelligo. Potest eñ quicq̄ esse absurdius: q̄ quo
minus vie restat: eo plus viatici querere? sed hic mos
auis illaqueate est: vt quo amplius exagitat sese: am-
plius implicet: Crescit enim amor nūmi: quātum ipsa
pecunia crescit: non eñ satiatur oculus visu: et mul-
Eccl.1. to minus cor nostrū cuius latitudinem solus deus po-
vij. test implere. [propter que omnia solet venire ira dei su-
per filios incredulitatis: diffidentie aut intractabiles:
imo non raro ira desevire solet etiam super bonos: ꝓ-
pter malos quibꝰ admixti sunt. vide.2.Regū.cap.21.
Nam ⁊ si diis laneos pedes habere dicant: et ad scelerū
vltionem lente ꝓcedere: tamē aliqñ de male factis pe-
Val.max. nam sumūt vel inopinato: sicqz tarditatē supplicij (sicut
dixit Valeriꝰ ma.) grauitate cōpensant. Repēte inquit
Hiere.18. loquar aduersus gentē ⁊ aduersus regnum: vt eradicē
⁊ destruam ⁊ disꝑdam illud. Nam subito diruta est ter-
ra sub Dathā: Nūeri.16. ⁊ eadem nocte ⁊ sero quo ap-
Daniel.5. paruerūt digiti manus contra Balthasar: interfectꝰ est
et Darius Medus successit in regno eius: ⁊ hoc est qd
dixit: repente loquar aduersus gentem ⁊ regnū. [in-
ter quos ambulabatis quondā: cum viueretis in his:]
sed sanctificati estis: ⁊ abluti: et separati de medio eo-
rum: ne similis vos cum eis inuolueret pena.

¶ Nunc autē deponite & vos omnia: iram: in-
dignationē: malitiam: blasphemiā: turpem
sermonē de ore vestro. Nolite mentiri inui-
cem: expoliantes vos veterem hominē cum
actibus suis: & induētes nouum eum qui re-
nouat in agnitionem dei ſm imaginem eius
qui creauit eū: vbi non est gētilis & iudeus:
circūcisio & preputiū: Barbarus et Scytha:
seruus & liber: supportātes inuicem & donā-
tes vobismetipsis: si quis aduersus aliquē ha-
bet querelā: sicut & dominꝰ donauit vobis
ita & vos. Super omnia autem hec charitatē
habete quod est vinculū pfectionis: & pax
Christi exultet in cordibus vestris in quo &
vocati estis in vno corpore: & grati estote.

domi + posteriꝰ fam

Sed omnia et in omnibꝰ Xp̄us. induite vos ergo sicut electi dei sancti et dilecti viscera misericordie benignitatem humilitatem modestiam paciençiam

¶ Nunc autē deponite ⁊ vos omnia ⁊c.] Cōtentiones
quidē fratrū ⁊ ire sicut ꝓuerbio dicit acerbissime sunt:
magisqz irritat animus contra familiares ⁊ amicos: q̄
contra ignotos: si cōtemptū se putet: ⁊ hoc non est a ra-
tione alienū: a quibus videlz sibi bñficium exhiberi ex-
pectant: ab eisdem iniurię lędi. Si igitur irascimur: non
vsqz quaqz vt indignemur: ⁊ malitiam vindicte medite- viij.
mur in corde nostro: vt tanq̄ nouacula acuta faciamus ps.51.
dolum. Sed turbatus sum inquit: ⁊ non sum loquutꝰ:
ps.76. Interim scientes qm̄ de omni verbo ocioso red-
demus rōnem: Math.12. vt non dicamꝰ de turpi. [Ne
mentiamini alius aduersus alium. de peni. dist.2. quo
mō. de cōse. distin.4. primū interroget.] De hoc ita di-
cit Augustinꝰ. Nihil iudicādus est dicere qui dicit ali- August.
qua esse iusta mēdacia: nisi aliqua esse iusta peccata: ac
per hoc aliqua iusta esse que iniusta sunt. Sed dicit ali-
quis: Ergo Raab melius fecisset: si missos a Josue cur- Josue.2.
sores ꝑdere voluisset. Nōne si querentes ciues mentiē-
do non falleret: verū dicendo: latentes hostes ꝑderet?
an posset interrogantibꝰ dicere: scio vbi sunt: sed deum
timeo: non eos ꝑdo. sed inquies. hoc audito: illam per-
merēt: ⁊ domū scrutarent. Sed nūquid cōsequens est:
vt quos diligenter occultauerat inuenirent? ꝓspexerat
enim cautissima mulier: et ibi eos posuerat vbi latere
potuissent: si mētienti credere noluissent. Et si a ciuibꝰ ps.115.
suis pro misericordie opera occisa fuisset: preciosa esset
in cōspectu dñi mors. Et certe a quo post mulieris mē-
dacium custoditi sunt: ab illo potuerūt ⁊ si illa non mē-
tiret custodiri. Nisi forte obliti sumus hoc fuisse in So- Genes.19.
domis factum/ quādo vir iustus Loth in causa omnino
simili pro suis hospitibꝰ mentiri noluit: ⁊ vim morte pe-
iorē ne paterent timebat. Et certe poterat talia respō-
dere querētibꝰ: qualia ꝓ suis hospitibꝰ in Hierico mu-
lier illa respondit: sed homo iustus noluit ꝓ corporibꝰ
hospitū animā suam mendatio maculari: pro quibꝰ vo-
luit corpora filiarū aliene libidinis iniquitate vim ꝑpeti.
Faciat ergo homo etiā pro tēporali hominū salute qd
pōt: cum autē ad hunc articulū ventū fuerit: vt talis sa-
luti consulere nisi peccādo non possit: iam se existimet
non habere quid faciat: qñ id reliquū esse ꝓspexerit: q̄
non recte faciat. Illud magis videtur querendū: Num
licuerit Amā cōmētū ꝑniciosissimū adinuenisse: quo nō
vnius vita sed vnius Gentis sanguis effunderet in ter-
ra: datis decem milibꝰ talentis vel oblatis. Sed quia
mendaciū hoc ꝑniciosissimū redūdabat in regem: ver-
sum est in caput ordiētis hanc telam. vide Hester.ca.3.
Hoc tamē scio q̄ qui docet oportere mentiri: verū doce- ix.
re se vult videri. Nam si falsum est qd docet: quis falsę
vult studere doctrinę: vbi ⁊ fallit docens: et fallit addi-
scens? Ponamus casum: Ecce graui morbo periclitat Exemplū.
egrotus: cuiꝰ iam vires ferre nō possint: si ei mortuꝰ vni-
cus ⁊ charissimus filius nunciet, querit a te an viuat:
quem vitam finisse tu nosti: quid respondebis: quando
quicqd aliud dixeris q̄ vnum e tribus: aut mortuꝰ est:
aut viuit: aut nescio: nihil aliud credit ille q̄ mortuū: q̄ Augustinꝰ
te intelligit timere dicere: nec velle mentiri: tantūdem
etiam valet: si omnino tacueris. Ex illis autem tribus duo
falsa sunt: viuit/ ⁊ nescio. Illud autem verum vnum: id est
mortuus est si dixeris: ⁊ perturbati hominis mors fuerit
subsequuta/ abs te occisus esse clamabit. Et quis ferat
homines exaggerātes quantū sit mali salubre menda-
ciū deuitare: ⁊ homicidā diligere veritatē? Moneor his
sane oppositis vehemēter: sed mirū si etiam sapienter.
senteintia mea est: nec hoc casu mēdacium dicendum.
Sunt vero octo mēdatiorum genera. Primū est qd fit in
doctrina religionis Christiane: de quo dicit: Si dixero Joan.8.
quia nescio eum: ero similis vobis mendax: longe qui-
dem fugiēdum: ⁊ ad quod nulla cōditione quisq̄ debet
adduci. Ego eñ in hoc natus sum ⁊ ad hoc veni in mū- Joan.18.
dum: vt testimoniū phibeam veritati. Hāc negauit Pe-
trus cum tertio dixit: non noui eum. sed erat in domo Petrus.

Joan.18. Caiphe: siue Anne vbi veritas ingredi nō potest: et si in-
veritas. grediat: colaphizabit. sed neqz in domo Pilati est: di-
Luce.22. cente eo: quid est veritas? et si ibi etiam ingressa fuerit:
velatur facies eius. Denique inter quatercētum ꝓphe-
x. tas Baal qui erant in curia regis Achab: vix inuentus
est vnus qui verum diceret regi: ⁊ ipse adhuc cunctabū-
3.Reg.22. dus. Et merito. accepit enim ipse alapam: insuper vin-
cula ⁊ carcerem ꝑpessus est: et pane angustie pastus.
⁊c. Scdm mendatiū est: qd nulli prodest: et alicui ob-
Joan.8. est. Samaritanꝰ est: et demoniū habet: et in Belzebub
principe demoniorū eijcit demonia. Luce.11.ca. Tertiū
qd ita prodest alteri: qd alteri obest: sicut est illud: Di-
Math.28. cite q: nobis dormiētibꝰ ⁊c. qd non dicerent nisi multa
summa pecunie accepta. Quartū qd fit sola mentiēdi
⁊ fallendi libidine: quod merū mēdaciū est: sicut est il-
3.Reg.3. lud: Mentiris: filiꝰ quippe tuus mortuꝰ est: meus autē
viuit. nec eñ ꝓ aliqua vtilitate mentiebat: cū in sequē-
tibꝰ dixerit: nec tibi nec mihi: sed diuidat infans viuꝰ.
Quintum qd fit placendi cupiditate de suaui loquio:
quod ꝓprium est nebulonū scurrarūqz: qui semper il-
lud habēt in ore: Placebo dño in regione viuorū. Sex-
ps.114. tum est: qd ⁊ nulli obest et prodest alicui: quocūqz in-
xi. terrogāte: quale est illud: p̄.Regū.cap.27. et sunt verba
p̄.Reg. Achis ad Dauid. In quē irruisti hodie? Et ille. Contra
meridiem Jude: et contra meridiē Hieramel. ⁊c. vide
textū. Septimū qd ⁊ nulli obest et prodest alicui: exce-
pto si iudex interroget: quale fuit mendaciū obstetricū
Exodi. de quibus habes in Exodo capite p̄mo. Non inqt sunt
Hebree sicut Egyptie mulieres: ipse enim obstetricā-
di habent sciētiam: ⁊ priusq̄ veniamꝰ ad eas pariunt.
Octauū genus mendatij est: qd ⁊ nulli obest: et ad hoc
ꝓdest vt ab immūditia corporali aliquē tueat: intelli-
ge de pctō innominabili ⁊ etiam in femina: pudicitiam
eñ corporis non cōsentiēte animo ac ꝑmittente: nemo
violat. ꝑmittere tū possumus non volētes euitande ali-
cuius maioris turpitudinis causa. Hmōi mendatiū es-
set. si irruētibꝰ Sodomitis in domū iusti Loth vt abu-
terent viris qui ad eum declinauerāt in foro: respōdis-
Josue.2. set eadem vba que dixisse legimus Raab meretricē ꝓ
exploratoribꝰ duobꝰ quos miserat Josue in ciuitatem
Hierico. Fateor inquit venerūt ad me: sed nesciebā vn-
de essent ⁊c. In his octo generibꝰ tanto quis minꝰ pec-
cat cū mentit: quanto emergit ad octauū. tanto amplꝰ
quanto emergit ad primū. Est autem mendacium falsa
significatio cum intētione fallendi. vñ Nathan dicens
3.Reg.12. ⁊ cōfingens parabolam ante Dauid de viro qui sustule-
xij. rat ouem vt exhiberet cōuiuiū peregrino: non mēdaciū
erat sed veritas sub enigmate latens: sicut ⁊ illud: Fin-
Luce.24. xit se longiꝰ ire: ⁊ multa hmōi que inueniunt in cōtextu
sacre scripture. Nolite ergo mētiri: [postq̄ exuistis vos
veterem hoiem cum factis suis. (Job.39. Nūquid per
sapientiā tuā plumescit accipiter?) et induistis nouū:
qui renouat in agnitionē ⁊ imaginem eius qui creauit
Chrysost. eum.] Chryso. Omnes quidem passiōes carnales dicū-
tur ⁊ sunt: quia spiritu carnis mouent: siue ira siue sup-
bia: inuidia. ⁊c. extra naturā sunt hominis: At vero ci-
bus: potus/ somnus/ ⁊ coitus naturales: sine quibꝰ im-
possibile est viuere hominē. Si ergo he tres passiones
naturales sunt et intime ⁊ proprie nature carnalis: vt
quisquis illis vim inferre voluerit: non solum laborare
videat ⁊ cōterere: sed consumere ⁊ interficere ipsam na-
turam carnis: et quasi truncare substantiā ipsam: ac si
quis trūcaret a corpore membrū aliquod: patz quomō
nullius passionis abstinētia sic sanctificat corpus: quo-
mō abstinētia ab istis: vt sit homo castus: ieiunus ⁊ to-
tus vigil in dei laudibꝰ. et hoc est veterem hoiem exuis-
se ⁊c. Nam habet caro suam manū ⁊ oculum sinistrū:
Math.6. de quibꝰ dicit: nesciat sinistra tua (pōdera) quod facit
dextera: ne videlz opus bonū intentio offuscet praua: ⁊
si oculus tuus vidit mulierē cum Dauid: erue eum ⁊c. 2.Reg.11.
hoc est: ne cōsensum ꝑstes carni pulsanti ad fores: que
lassat vsqz ad mortem cum Dalida: dicens Samson: di- Judi.16.
cis ⁊c. Nam ⁊ alibi legis: quia molesta erat femina ipsi
Joseph. ¶ Itaqz tres homies imaginemur. veterē qui Genes.39.
exuit: nouū qui induit: et eū qui exuit veterē vt nouū
induat. vide ad Ephes.cap.4. vbi fere hec eadem ver-
ba ponunt. Quotquot autē hoc modo Christū indui-
mus: exuti pristinā cōuersationem: adeo desinmus esse
qd fuimꝰ ⁊ mutamur in virū aliū sicut dicit ad Saul: p̄.Reg.10.
vt deinceps [nullum sit discrimen inter Grecum ⁊ Iu-
deum ⁊c. vide Exodi. cap.12. ibi: Eadem erit lex indige-
ne ⁊ colono. sed omnia inquit in oībus est Christꝰ.] Est dist.40. il-
enim seruo libertas: pauperi diuitie: lumen ceco: infir- lud autē. et
mo sanitas. Dicit autem renouari homo ſm imaginē 29.q.2. scda
dei: vt in ea re intelligat renouatio fieri vbi est imago questio.
dei in mente videlz. In nouo igitur homine nulla exte-
rior diuersitas alicui ꝑiudicet: nec sexuū nec gñationū:
nec linguarū aut conditionū sed Christꝰ idem dñs om-
nium: diues ⁊c. Estote inquit prudentes sicut serpentes: Roma.10.
Math.10. intrātes per angustam portam que Christꝰ Luce.13.
est: vt deposito onere ⁊ pelle veteri: renouemini spiritu
mentis vestre: sed ⁊ in lege scriptuz est vt si egressus Is-
raelita ad bellum: vidisset inter mulieres captiuas ali- Figura.
quam que placuisset in oculis suis: assumeret eam ⁊ ra- xiij.
deret oēm pilum capitis eiꝰ: et vngulas eius: indutaqz
vestimētis lugubribus sederet in domo mense integro: Deut.21.
lugens pr̄em ⁊ matrē: ac deinceps acciperet eam in cō-
iugem. Sed ⁊ ſm legem illi pisces dicunt mūdi qui ha- Leui.11.
bent squamas ⁊ pēnulas: qm̄ his iuuant vt ascendant
ad aque superficiem: et fiunt aeri viciniores: velut qui li- Origenes.
bertatem spūs querāt. Per has enim pēnulas ⁊ squa-
mas potuit surgere de ceno infidelitatis: ⁊ illis deposi-
tis venire ad fidei rete: quasi vetere deposito homine.
Hi autem qui squamas non habēt/ cum ex integro sint
carnei: nihilqz possint deponere: ideo immūdi sunt ſm
legem. [Induite igitur vos sicut electi dei: sancti ⁊ dile-
cti viscera misericordie.] Egregie mihi videt Marcꝰ An-
tonius cum fortunā suam alio transeūtem videret: ⁊ si- Seneca.
bi nihil relictū preter ius mortis: id quoqz si cito occu-
pauerit: exclamare: Hoc habeo quodcūqz dedi. O quā-
tum habere potuit si voluisset. Simile huic emisit vocē
portentū illud Sardanapalꝰ sed in dissimili causa. Cō-
sule ergo rebus tuis: et fac donādo tua que in deposito
accepisti a fortuna. Socrates amicis audientibꝰ: emis- Socrates
sem inquit pallium: si nūmos haberem: Neminē popo-
scit: omnes admonuit. Non illos castigare mollius po-
tuit. Multū enim erat aliquē meruisse vt vellet ab eo
Socrates accipere. Nō est autē magni animi dare bñfi-
cium ⁊ ꝑdere: hoc est magni animi ꝑdere ⁊ dare. vincit
multos pertinax bonitas. Neminē ad excitādas domos
ruina deterruit: ⁊ cum penates ignis absumpsit: funda-
mēta repente ponimꝰ a deo ad bonas spes pertinax ani-
mus est. Bonus agricola cura cultuqz sterilitatem soli
vincit: iactis ad radices fici stercoris cophinis tribꝰ. Vi- Luce.13.
de autē verbi dei virtutē: ⁊ quō nos apls semp vult esse Chrysost.
misericordes. Nec eñ dixit: miseremini simpliciter sed
induite vos: vt sicut vestimentū semper nobiscū est: sic
⁊ eleemosyna. Huius viscera habebat Ezechiel postq̄
comedit libruz qd accepit de manu dñi. ca.3. vide textū
Ezechielis. Nec simpliciter dixit miam: sed misericordie
viscera: vt naturalē imitemur amorē. Nec simus durio-
res canibus/ qui lingebant vlcera Lazari. Et illud in- Luce.16.
terim nouerimꝰ: qm̄ si eleemosynā morientes damus:
iam eleemosyna non est: quādo hilarem datorē diligit 2.Cor.9.
deus. Nam quomō non absurdum est: si soluēs alteriꝰ
tristiciam tu ipse tristeris? Cum ergo talia debeamꝰ in-
dumēta assumere: nos pro misericordia induimur crude-
litate: et vt semel dicam pro virtutibꝰ induimur omnia vi-

ria non intelligẽtes quod scriptū est: Uisitabo sup om-
Soph.1. nes qui induti sunt veste peregrina. Nam qui ad nu-
xiiij. ptias vocati sunt: qm̄ ſm pręceptū boni ⁊ mali vocati
sunt: non ideo mali sunt vocati vt tales pmanerent: sed
exuerent ac deponerẽt indumẽta que peccando in fra-
Genes.37. trem intinxerãt sanguine hędi: ⁊ acciperẽt vestem nu-
ptialẽ: Matth.22. videlz viscera misericordię: vestem po-
lymitã omni ornatu virtutuz cõtextam: ⁊ in qua essent
Sap.18. parentū magnalia opere plumario inter texta: Ideo in
greditꝰ rex cõuiuiū vt videat si oẽs more nuptiali in-
duti sunt. Et illud interim mirãdum quomõ nec vnus
qui veste conscisa cõuiuio intererat/latere potuit illum
oculum insopitum: quin illico audiret: quomõ huc in-
Job.p. trasti lupus inter agnos: miluus inter columbas: vnus
inq̃ Satan inter filios dei: [benignitatẽ:] affectuz pie-
Lucę.1. tatis erga oẽs. [humilitatẽ] quã respexit dñs in an-
cilla sua: ⁊ quã docere venit: Mat.11. Is qui cū in forma
dei esset humiliauit semetipm vsq; ad mortẽ: ⁊ de qua
Matth.22. scriptū est: qui maior est inter vos fiat minister vester.
et illud: nisi cõuersi fueritis ⁊ efficiamini sicut paruuli.
p.Reg.15. Matth.18. nam cū esses inquit paruulꝰ in oculis tuis:
caput in tribubꝰ cõstitui te. [Modestiã:] que medium
tenere docet in omni virtute: nũc frenum nunc calcaria
adhibẽs: ⁊ quasi docent illud: festina lente. [patientiã:]
ea est que sola ⁊ vnica accipit brauium ⁊ palmã labor:
Lucę.21. in patientia eñ possidetꝰ anima. i. in pseuerantia. [Pa
xv. tientiã in quã: sufferentes vos inuicem: et cõdonantes
vobis mutuo ⁊c. Sapientẽ inquit Plato: non solū in-
ferre: sed nec quidem referre oportet iniuriã: Imo re-
Matth.5. linque munus tuuz ante altare: vade autẽ recõciliari
fratri tuo: Iniuria tñ iniuste irrogata eius est infamia
qui facit: sicut dicitꝰ: ab impio egredietꝰ impietas. p.Re
guz.24.cap. Nescio autẽ si quis nr̃m possit implere vt
Lucę.10. laceretꝰ obprobrijs fama nostra: et exultemꝰ quia nota
nostra scripta sunt in cęlis: nam ⁊ si nõ quęramus glo-
riam: dolemꝰ cum inglorij sumus: si formidolosam sen
Hierony. tentiã illã semp ante oculos hēmus: si parua fratribꝰ
nõ dimittimꝰ: magna nobis a deo non dimittentꝰ. Et ta
mẽ si vindicari vis: sic accepta iniuria: ⁊ funestam ei
Salustiꝰ. dedisti plagam. Nulli quidẽ mortaliuz sicut dixit Salu
stius iniurię suę parue videntꝰ: p eo q nos puato amo
re diligimus: ⁊ multi eas grauiꝰ ęquo habuere: verum
Matth.18. qd veritas habz: vix centū denarior fratres debitores
tenemꝰ: cum nos plus q̃ decem milia debeamꝰ talẽta.
Dimittite igitꝰ ⁊ dimittetꝰ vobis: Lucę.6.cap. lauate pe
Joan.13. des fratrū vestror: sicut ⁊ Christus lauit pedes suor:
exemplū eñ dedi vobis. [Super oĩa autẽ hec chari-
tatẽ habete: que est vinculū pfectionis] ⁊ vestis in cõsu
tilis: Joã.19. et eminẽs via in lege altissimi: p.Cor.13:
Ps.11. que paucis interpositis vocatꝰ viscera misericordię: de vi
sceribus eñ xp̃i illius cõtexta est: de quo dicitꝰ: Ego
autem vermis ⁊ non homo/obprobriū hoim ⁊ abiectio.
Athanasiꝰ sine hac virtute cetere arena sunt sine calce. Athana. In
terrogabit autẽ nos forsitan aliquis ex his quos alie-
xvj. na vitio reficit: ⁊ gaudent de malo alieno: quid cõsula-
mus homini qui aduersus fratrẽ cõmotus fuerit: sed
questio. non adeo vt eum lędere ipse velit: adeo tamẽ vt libẽter
accipiat: si quo mõ aliunde lędi contigerit: sit ne videlz
Bernardꝰ. tutum ita cõmoto accedere ad altare: an se subtrahere
interim debeat: donec compescatꝰ cõmotio. Non lõge
quidẽ iste est a regno dei: nunq̃ tamẽ mihi ptingat tur
Canti.2. batum ad pacis accedere sacrm̃: cum ira vel festuca le
uissima ⁊ disceptatione contingere mysterium in quo
deus indubitãter est respiciẽs per cãcellos: mũdum re-
cõcilians sibi. 2.Cor.5.cap. Nam ⁊ ppter hoc lauãtur
Joan.13. pedes discipulis accessuris ad sacrificiuz suauitatis in
quo donator venit in donum: vt ne leuissimo puluere
sordidentꝰ affectus eius qui vult pascha cū Christo fa-
cere: sicut dicitꝰ: Laui pedes meos: quomõ inquinabo il-
los? ppter hoc autem nobis maxime deus ineffabilẽ Canti.5.
mercedem cõstituit: vt inimicū non rogati suscipiamꝰ.
Nam si rogati recõciliamur: non iam dei pcepto sed il-
lius studio facta est amicitia: vñ sine corona recedimꝰ: Ephes.6.
illo nobis palmã ante vertente. Hostem habemus im-
placabilẽ rectorẽ tenebrar harum: quid cõsanguineos
inimicos supinducimꝰ? Uere autẽ si rex talem legem tu Chryso.
lisset: vt omnes regni sui inimici fędera pacis cõtrahe-
rent sub latę mortis sentẽtia ⁊ crimine lęsę maiestatis: xvij.
oẽs festini currerẽt vndiq;: legem ab eo latam exple-
turi. Audi ergo ⁊ tu Joãnem: Si quis non diligit fra-
trem suum: homicida est: ⁊ scitis quoniã omnis homi-
cida nõ habet vitam ęternam in se manẽtem. Non igi- p.Joan.3.
tur diligamus verbo nec lingua: sed opere et veritate.
[Et pax dei exultet in cordibꝰ vestris.] Grece autẽ sic.
καὶ ἡ εἰρήνη τοῦ θεοῦ βραβευέτω ἐν ταῖς καρ-
δίαις ὑμῶν. Hoc est: ⁊ pax dei palmã ferat: siue trium-
phet: superet ac vincat in cordibus vr̃is
aut pręmij loco detur cordibꝰ vestris: sicut dicitꝰ: dabo Leuit.26.
pacem in finibus vestris: dormietis in pace in idipsum:
⁊ non erit qui exterreat. Ipso autẽ cõcedente pacem:
quis est qui cõdemnet? Nam ⁊ si absconderit vultum Job.34.
suum: quis cõtemplabitꝰ eum? Is igitur se putet vicisse
mũdum ⁊ oĩa que in eo sunt: qui omniū rerum dispẽ
dio ⁊ si opus est: etiam diuẽdita tunica: gladium spiri- Lucę.22.
tus emit: quo pacem cõseruet ⁊ tueatur. [In quã: idest
ad quam ⁊ vocati estis: Et grati estote: alias iocundi.
εὐχάριστοι. vnde illud: vos estis sal terrę. Matth.5.

¶ Verbum Christi habitet in vobis abun-
dãter in omni sapiẽtia docentes & cõmonẽ-
tes vosmetipsos in psalmis & hymnis & cã-
ticis spũalibus in gratia cãtantes in cordibꝰ
vestris deo. Oẽ quodcũq; facitis in verbo
aut in opere omnia in nomie domini nostri
Iesu christi grãs agentes deo & patri per ip-
sum. Mulieres subditę estote viris sicut opor
tet in domino. Viri diligite vxores vestras:
& nolite amari esse ad illas. Filii obedite pa-
rentibꝰ per oĩa: hoc enim placitum est in
domino. Patres nolite ad indignationẽ pro-
uocare filios vestros: vt non pusillo animo
fiant. Serui obedite per oĩa dominis carna
libꝰ non ad oculum seruiẽtes quasi homini-
bus placẽtes: sed in simplicitate cordis timẽ
tes dñm. Quodcũq; facitis: ex animo ope-
ramini sicut domino & non hominibꝰ: sciẽ
tes q a dño accipietis retributionẽ heredita
tis. Domino Christo seruite. Qui enim iniu-
riam facit: recipiet id quod inique gessit: &
non est personarũ acceptio apud deum.

¶ Uerbum Christi inhabitet in vobis abũdãter: vt tan
to hospite lętabundi: audiatis illud: Hodie domui huic
salus a deo facta est: ⁊ illud: Ecce sedule in omnibꝰ mi- Lucę.19.
nistrasti nobis: quid vis vt faciam tibi? 4.Regū.4. In-
habitet autem abũdanter [in omni sapiẽtia:] vt intelli-
gatis quid fuistis tenebrę: quid estis lux: a quo ⁊ estis: 4.causę.
⁊ ad quid facti estis: nempe vt summū bonū intellectū
amando possideatis. [Docentes ⁊ admonẽtes vos in- xviij.
uicem:] ⁊ quasi alis quibusdã inuicem excitantes: sicut
legimus de duobꝰ cherubim qui cõtra sanctuariū erãt:
quor extrema alarū se inuicem cõtingebant: admonẽ- 3.Reg.6.
tes inquã in psalmis ⁊ hymnis ⁊ canticis spũalibus: in

gratia:] hoc est in cõsideratione beneficior dei: [cãtan
tes in cordibus vestris dño:] sicut dicitꝰ: de omni corde
Eccli.47. suo laudauit dñm. Habet ⁊ ecclesia cantica sua que cã-
tat dilecto suo in loco huius pegrinatiõis q̃uis nõnun-
Ps.136. q̃ suspendat organa letitię: memorans qm̃ in terra ini
micor est. Fuerũt inquit mihi lachrimę meę panes die
ac nocte. Ps.41. [Et quicq̃d facitis in verbo aut in ope
1.Cor.10. re ⁊c.] siue mãducatis: siue bibitis ⁊c. [grãs agẽtes deo
et patri per illum:] tanq̃ per sacerdotẽ scd̃m ordinem
melchisedech: per quem oĩa siue pspera siue aduer-
Rom.8. sa nobis cõuertuntꝰ in bonū. [Uxores subditę estote p-
prijs viris: sicuti cõuenit in dño.] Hucusq; apl̃s de pace
politica disseruit: nunc autẽ agit de conuersatione do-
Socrates. mestica. vide late ad Ephes.5.cap. Socrates cum infi-
nita cõuitia ex superiori loco iacienti Xantipi tacuisset:
xix. aqua pfusus immũda: nihil aliud respondit: q̃ terso ca-
pite: Sciebam inquit q ista tonitrua imber sequeretꝰ.
Hunc socratẽ cum aliq̃n quidam ex discipulis rogarẽt:
vt aliquod pceptum ordinãdę vitę ab eo audirent: ius-
Exẽplum. sit eos in diuersoriũ secum ire: vxoremq; in superioribus
cõstitutam vocans: iussit vt vasa melle ⁊ oleo plena per
fenestram domus eijceret: qd ⁊ fecit. Admirãtibusq; il-
lis ait: Si hanc in domibꝰ vestris potestatẽ habueritis:
beatã vitam viuetis. Et hoc est quod dicit apl̃s: Mulie
res subditę estote viris: sicut oportet in dño. [Uiri dili-
Genes.2. gite vxores vestras:] memores qm̃ os ⁊ caro vr̃a sunt.
Eccli.4. Noli inquit esse sicut leo in domo tua: euertẽs domesti-
cos tuos ⁊ opprimens subditos tibi. Sicut autem dicit
Chryso. nihil potentius muliere bona ad instituẽdum
⁊ informandũ virum quodcũq; voluerit.: neq; tam leni
ter amicos aut fratres patietꝰ vt cõiugem admonẽtem
Job.2. atq; cõsulentem: non quidẽ illud: (bñdic deo ⁊ morere)
Habet eñ voluptatẽ quandam admonitio vxoris: si sit
Ephes.5. ipsa qualem apl̃s descripsit videlz sine macula ⁊ ruga:
⁊ tanq̃ altera Eua: cũ plurimũ amat qui consulit. Ipsa
enim mensa: lecto: filior cõcatione: dicendis/tacendis/
ingressu ⁊ exitu et alijs pluribus cum marito cõicans
vt corpus capiti: si prudens fuerit: oẽs in admonẽdo
vincet. ¶ Faustina pulcherrima nec minꝰ inuerecũda
vxor Cõmodi imperatoris depibat in quẽdam lanistam:
adeo q necessitate compulsa: secreto rem pãderet ma-
Exemplũ. rito. Hunc ergo lanistam impator ex consilio medici oc
cisum: inq; sanguine eius lota Faustina cõualuit. Dein
de cum Augusta pareret: peperit Cõmoduz Antoniũ:
adeo Lanistę similẽ: vt ipsius putaretꝰ filius: nõ autem
imperatoris. Huic ergo Cõmodo cum suaderetꝰ vt vxorẽ
adulteram abijceret: respõdit: adorabat eñ eam ne di-
cam amabat vehemẽtiꝰ. Ulsus maiorũ nostror habet:
vt qui vxorẽ dimiserit: tradat ei simul ⁊ dotem suam. sed
cũ ego imperiũ dotis noĩe cũ ea receperim: nescio quo-
modo vxorem amittã: ⁊ statꝰ honoremq; retineam. Fuit
xx. enim Cõmodus hic gener. M. Antonij imperatoris et
adoptiuus filius eiusdẽ: Faustina vero legitima filia.
Genes.12. [Nolite ergo amari esse ad illas:] memores qm̃ aliq̃n
ipso etiam Abraam bene vsi sunt serui Pharaonis p
Tho.2.2.q. pter Saram eius vxorem. [Filij obedite parentibꝰ ve-
104.ad.5. stris per oĩa ⁊c.] Nam ppter inobedientiã patris Ab
salon in dimidio dierum suor suspendio vitam finiuit:
Lucę.15. 2.Regū.18. et filius qui recessit a patre statim cępit ege
re. [Patres nolite ad indignationẽ puocare filios ve-
stros: vt nõ pusillo animo fiant.] Narrat autẽ Ua. Ma-
Exẽplum. ximꝰ de Bruto consule qui filios virgis cęsos ⁊ ad pa-
lum ligatos securi pcussit: q volebant reducere dñatio-
nem Tarquinij superbi septimi Romanor regis in
vrbem: quẽ ipse expulerat. patrem eñ exuit: vt consulẽ
indueret. Similr narrat ⁊ de Aulo Fuluio: qui filium
amicitiã Catilinę sequutũ supplicio mortis affecit. pręc
fatus eñ est nõ se Catilinę aduersus patriã: sed patrię
aduersus Catilinã filiuz genuisse. Isti habebãt quidẽ
zelum sed nõ ſm sciẽtiam: scitum eñ est illud puerbiũ: Roma.9.
ne quid nimis. Simia catulos fere complexu necat. ita
quidã parẽtes indulgẽtiores in filios: corrũpunt illos. xxj.
Et inde est illa vox toties repetita: seruate mihi pue-
rum Absalõ. [Serui obedite per oĩa dñis carnalibꝰ: 2.Reg.18.
non ad oculũ seruiẽtes ⁊c.] Hec oĩa fere nullo immu
tato habes ad Ephes.cap.6. A. vide ibidẽ. [Nam dño Matth.11.
Christo fuitis:] cuius onus leue est: remuneratio au-
tem ęterna. [Ceterum qui peccauerit: recipiet id quod de pben.cũ
inique gessit: siue liber sit siue seruus: qm̃ non est perso- causam.
nar respectus apd deum.] hec eadẽ verba habẽtur ad psonę re-
Roma.2. Gala.2. Ephes.6.capi. Prohibetꝰ autẽ maxi spectus.
me psonar acceptio in honoris exhibitione: Nõ est au
tem putãdum leue esse peccatũ in psonarũ acceptione Jacobi.2.
fidem dñi habere. nam qui sedere volebãt/audierũt ⁊
merito: nescitis quid petatis. Quis eñ ferat ait Augu Matth.20.
stinꝰ: eligi diuitẽ ad sedem honoris ecclesiastici: contẽpto xxij.
paupe instructiore ⁊ sanctiore? Quãdo infirma mundi
potius elegit deus: vt fortia cõfunderet. Item in iudi- p.Cor.1.
cior declaratione: vide Deut.cap.1. optime. sicut dicitꝰ:
Princeps postulat: ⁊ iudex in reddendo est. Oẽs se- Micheę.7
quũtur munera ⁊ retributiões: pupillo non iudicant: ⁊
causa vidue non ingreditꝰ ad illos. Item in eleemosy-
nar largitione: sed estote misericordes sicut ⁊ pater ve
ster celestis est: qui solem suum oriri facit sine omni p-
sonar respectu super bonos ⁊ malos ⁊c. Item in hospi Mat.5.
tum receptione: sicut dicitꝰ: Carnẽ tuam ne despexeris:
Esaię.58. Item in fidei pdicatione: iuxta verbũ Christi
dicentis: pdicate euãgeliũ oĩ creature. omnis.n. qui- Marci.vlt.
cũq; inuocauerit nomen dñi: saluus erit. Rom.10. Item
in pęnitentię impositione: de oĩbus enim scriptuz est
ſm mensurã delicti erit ⁊ plagar modus. Sciẽdum ta Deut.25.
men qm̃ summũ ius summa est iniusticia: ⁊ ęquitas sum
ma/summa crudelitas est. Tunc eñ maxime discedit
ab ęquitate: cum nimis supstitiose hęretur legum litte
ris: Hoc est eñ summa iniusticia cũ de verbis iuris cõ
tenditꝰ: neq; spectatꝰ quid senserit is qui scripsit. Nam ⁊ p.Petri.2.
Petrus dicit: siue regi quasi pcellenti: siue ducibus ab
eo missis. Et illud: Reddite omnibꝰ debita ⁊c. ad Ro-
manos. capi.13.

¶ Quartum Caput.

DOmini qd iustum est & ęquum ser-
uis pstate: sciẽ
tes quoniã &
vos dñm ha-
betis in cœlo.
Oratiõi insta-
te vigilantes in
ea in gratiarũ
actione: oran-
tes simul & p nobis: vt deus apiat nobis o-
stium sermonis ad loquendũ mysteriũ Chri
sti: ppter quod etiã vinctus sum: vt manife-
stem illud ita vt me oportet loqui. In sapien
tia ambulate ad eos qui foris sunt: tempꝰ re-
dimentes. sermo vester semper in gratia: sale
sit cõditus: vt sciatis quomõ oportet vos vni
cuiq; respondere. Que circa me sunt omnia
vobis nota faciet Tychicus charissimus fra-

ter: & fidelis minister & cõseruus in domio: quem misi ad vos ad hoc ipm vt cognoscat que circa vos sunt & cõsolet corda vestra cũ Onesimo charissimo & fideli fratre qui ex vobis est: qui omnia que hic agũtur nota faciẽt vobis.

i. ¶ Domini quod iustum est ⁊ equũ seruis pstate.] Seneca, Seneca. Nemo nõ seru⁹ habet in nobis vite necisq; arbitriũ: qm quisquis vitam suam cõtempsit: noster dñs est: sicut videri põt in facto Mutij Sceuole: ideoq; vos o dñi quod iustum est ⁊c. Iustum: victum ⁊ vestitũ: equum: ne alium in delitijs alium iniq; tractent: quod est intolerabile ceteris: ¶ scientes qm ⁊ vos habeatis dñm in celis. (vide Exodi.21.ca.) ante cuius tribunal cõparendum est vt referat ⁊ dñs ⁊ seruus
2.Cor.5. put gessit. Plato ait et verũ ait: neminẽ regem non ex seruis esse oriũdum: neminẽ seruũ non ex regib⁹.
Plato. Omnia ista lõga varietas miscuit: ⁊ sursũ deorsumq; fortuna versauit. Quis est generosus? ad virtutẽ bene a natura cõpositus. Non facit nobilẽ atrium plenum fumosis imaginib⁹: nec seruum vincula ⁊ compedes: quia ⁊
Ps.80. Ioseph manus in cophino seruierunt: ⁊ tamẽ possedit
Senec.41. scdm currũ in terra Egypti. E cõtra de Manasse. Non habem⁹ seruos nr̃os hostes: sed facimus: quibus non tanq̃ hominib⁹ sed tanq̃ iumẽtis abutimur. Nulla tñ turpior seruitus q̃ voluntaria. Seneca. Audi enĩ Iob cap.31. Si cõtempsi subire iudiciũ cum seruo meo ⁊ ancilla mea: cum disceptarẽt aduersũ me: quid enĩ faciã cum surrexerit ad iudicãdum deus? et cum quesierit: quid respõdebo illi? Nũquid non in vtero fecit me qui ⁊ illum operatus est? Qui igitur venturũ iudiciũ iugiter cogitat: cotidie rõnum suarum in melius causas parat. Qui vt semper cor in humilitate deprimat: nequaq̃ in eisdem famulis conspicit q̃ sibi status est dispar: sed q̃ natura cõmunis: Omnes namq; homines natura equales sum⁹.
Gregori⁹. Si igitur hoc a mente deprimim⁹ quod tẽporaliter accessit: inuenim⁹ citius qd naturaliter sumus. Nec autẽ diuersitas que accessit ex pctõ: quod seruitutẽ induxit: recte est diuinis iudicijs ordinata: vt quia homo iter vite eque non graditur: alter alteri subijciatur.
Senec.9. Sed terror vester inquit deus non super homines sed sup animalia sit: ac pinde contra naturam est supbire:
Senec.47 atq; ab equali velle timeri. vnde ⁊ patres antiqui non tam reges hominũ: q̃ pastores pecorum fuisse memorant. Intueat igitur homo qui sub ipso sunt: sed cõsideret sub quo ipse sit: vt ex cõsideratiõe veri dñi decrescat tumor false dñationis. Nec enĩ leue se ppeti damnũ humilitatis viri sancti credunt: si ab hominib⁹ aliqñ pro merito fortasse ordinis pluris estiment. Et me inquisit sicut ⁊ vos formauit in vulua deus.
Petrus. Actu.10.c. Hinc Petrus cum adorãte se Cornelio super se sibi honorẽ videret oblatum: ad equalitatẽ conditionis sue citius recurrit dicẽs: Surge: et ipse ego homo sum.
Apoc.22. Inde ⁊ illud: Cõseruus tuus cum sim: vide ne me adoraueris.
Cap.37. et Ezechiel cum ad vidẽdum sublimia rapit: filius hominis vocatur: vt ductus ad celestia hominẽ se esse meminerit: ac si ei voce dei dicat: memento quid fueris: ⁊ altitudinẽ reuelationis tẽpera memoria cõditionis.

ii. [Orationi instate ⁊c.]
Luce.18. Cecus enĩ multo magis clamat: miserere mei ⁊c. Mirabilis est autem orõnis virtus ⁊ maxime humiliãtis
Eccli.35. se: ea enim nõ modo nubes penetrat: sed ⁊ vincit ac ligat
Exodi.32. omnipotentẽ: sicut dicit: dimitte me vt irascatur furor meus ⁊c. Ipsa est que pugnauit contra Amalech: Exodi.17. et stare fecit solem in celo. Iosue.10. ⁊ redu-
Esaie.38. xit vmbram solis in horologio Achaz: et Ezechiam ad annos pteritos: ⁊ occlusit ora rictusq; leonũ: Daniel.

35. Deniq; cum improba est: non tantũ tres panes: sed quotquot necessarios habet impetrat. [Orãtes simul et pro nobis ⁊c.] vt impleat inq̃ quod pmisit dicens: Luce.11. Aperi os tuum: ⁊ ego implebo illud: et illud: Fili hominis aperi os tuum: ⁊ comede quecũq; ego do tibi. Ps.80. Ezechiel.3.] Ob cuius inquit pdicationẽ ego vinctus sum his cõpedibus.] Omnis quidem seruitus amaritudine plena est: sed in domo dei magna felicitas est esse seruũ ⁊ in compedib⁹. Quõ si murmuram⁹ sicut iudei in Egypto: non hoc agimus vt non seruiam⁹: sed vt mali serui fiamus: interim scientes durum esse contra stimulum Actu.9. calces.

iii. [vt manifestem illud sicut oportet me loqui:] 2.Timo.4 libere ⁊ intrepide: oportune ⁊ importune: arguẽdo obsecrando ⁊ increpando. [In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt.] Seneca. Seneca. Nec dico sapiẽtem semp vno iturum gradu: sed vna via. obserua nũquid in te liberalis sis: in tuos sordidus. Quid est sapientia? semp idem velle: idem nolle. Nec adijciam illam exceptiunculã: vt rectũ sit quod velis. Nõ potest cuiq̃ semper idem placere nisi rectum: stultus enĩ vt luna mutat: iustus pmanet sicut sol. Eccli.27. Oportet enĩ habere testimoniũ etiam ab his qui foris sunt: vt sic obmutescere faciatis imprudẽtium hominũ ignorãtiam. 2.Timo.3. [Temp⁹ redimẽtes.] Nos 2.Petri.1. quidem teste Seneca nõ accepim⁹ vitam breuem: sed male viuẽdo breuẽ facimus. Seneca. Cõsuetudo fuit olim dies fortunatos cãdido notare calculo: si quem autẽ egregie felicem vixissent: vnione notabant: quem autẽ in auspicatũ: Scytaꝝ mores. nigro lapillo. Verũ si respiciam⁹ ad nature violentas leges: quomõ in filijs dentes obstupescant: cum parentes comederint vuam acerbam: fortassis vix vnionẽ Ezech.18. vnum repturus es inter multos dies quibus homo vixit repletus multis miserijs. Cuius dies letos putam⁹: Job.3. si illius mali sunt qui vidit dominũ facie ad faciem? Seneca.31. Senec.47 Deniq; ipsa dies quãdoq; nouerca quãdoq; parens est: sicut dicit in pverbio: quo significat non omni die bene esse posse: sed isto bñ: illo male. Et Plini⁹ dubitat Plini⁹. vtrũ natura sepius nouerca sit an mater: vt que tot venena: tot iten remedia pgignat: itaq; in fine vite prolata pharetra: et numeratis lapillis: semp plus aloes q̃ mellis replebant Scythe.

iiii. Itaq; temp⁹ redimim⁹: quãdo in bono opere illud cõsumimus: ⁊ pprium facim⁹/ quod malicia hominũ vẽditum fuerat. ¶ Ioseph vnum ppositũ habebat videlz placere deo: hoc nulla tẽporis Hieroym⁹ varietate mutatũ est: nec fratrũ inuidia nec conditione seruitutis: nec gratis illecebris: nec domine repromissis: Ioseph. nec squalore carceris: nec tumore Egyptie ptãtis: sed semp vnus fuit: ⁊ varietatẽ vt diximus tempoꝝ sibi redimẽs: dies malos vertit in bonos. [Sermo vester semper in gratia sit sale cõditus. ⁊c.] Non quidẽ sale nigro vt dicit: quo videlz per iocum mordet proximorũ vita. Cicero generũ habuit statura pusillũ: quem aliqñ intuitus accinctũ gladio longo: quis inquit generũ meũ ad gladiũ alligauit? Et cum in ea puincia quam. Q. Cicero frater eius rexerat imaginẽ eius clypeatam vidisset ingentib⁹ lineamentis vsq; ad pectus ex more pictam: Erat autem Quintus ipse stature parue: frater meus inquit dimidi⁹ maior est q̃ totus. Cesar aliquãdo predia paruo admodũ Seruilie vẽdidit: plerisq; autem precij vilitatẽ admirantib⁹: Cicero inquit: vt ne temere vendita sciatis: Tertia deducta est. Seruilie enim filia erat Tertia nomie: hec a matre Cesari deducta putabat. Ceterũ cuidam garrulo petenti per risum a Socrate vt doceret eum sapientie pcepta: Accipe inquit duo: primũ vt taceas: scdm vt loqui discas. Differt enĩ doctus ab indocto sicut equus in frenis ⁊ indomit⁹ ab. ⁊c. Homerus salem diuinũ appellat. vñ ⁊ Egyptij honoris causa prsus a sale abstinent: cuius oppositũ habetur ex lege: in omni inquit sacrificio offeres sal. Est Leuit.2. autem salomniũ obsonioꝝ cõdimentũ et obsoniũ. Nec

Sal. desunt qui dicãt hac de causa salem grãm vocatum: q̃ citra hanc omnia videant ingrata ac insulsa. Quanq̃ illud maxime diuinũ in se sal habere videt q̃ a corporibus vita defunctis putrefactionẽ ac tabem arcet: diu veluti resistens: animeq; quo ad hec vice fungẽs. At nihil est
v. anima ipsa sublimi⁹. Hac eadem rõne fulgurũ ignem sacrum ad diuinũ arbitrabant: q̃ ictoꝝ corpora multo tempore pdurent nec putrescant. Sed ⁊ illud habet diuinũ sal: q̃ vim quãdam habet gignendi. Non enĩ desunt qui dicũt: mulieres etiam sine viri admixtione fieri grauidas: si linguãt sal. Deniq; nullũ est animal nec terrestre nec volatile pinde fecũdum vt sunt omnia marina. Nam ⁊ christianis mysterijs maxime in baptismate quo renascimur Christo ac denuo generamur/sal in primis adhibet: cõmisceẽ ⁊ aque ad abijciendos demones: morbosq; pellendos. Sermo igitur sale conditus
Luce.24. ille est de quo dicit: ardens erat cor nostrũ dum loquere nobis: sicut ⁊ sermo pessim⁹ ille est qui vt cancer ser-
2.Timo.2. pit. Deniq; sterilitas aque supinfuso sale sanata est ministerio Helisei: qd est quasi doctrine legis aut philosophoꝝ (que per se sterilis ⁊ insipida est) admisceam⁹
4.Reg.2. dulcedinem euangelij: de qua dicit: vos estis sal terre. Matth.5. Possum⁹ ⁊ illud dicere q̃ plerumq; psuadere melius elatis possum⁹: si pfectum eorum nobis po-
Gregori⁹. tius q̃ illis pfuturũ dicamus. vnde Moses qui regente se deo: deserti iter colũna duce pgebat: cum Obab co-
Nũeri.10. gnatũ suũ vellet a Gentilitatis cõuersatiõe educere: et dei dñio subiugare: ait, pficiscimur ad terram quam dñs daturus est nobis: veni nobiscũ: quia dominus bona pmisit populo suo: sed ille noluit venire. Cui protinus
vi. Moses: Noli inquit nos derelinquere: tu enĩ nosti in quib⁹ locis per desertũ castra ponere debeam⁹: et eris dux noster. Neq; enĩ mentem Mosi ignorãtia itineris
Exo.40. angustabat: quem colũna exterius pgebat: et intus prophetie spirit⁹ mẽtem dilatauerat. Sed vir puidus elato auditori colloquens: solatiũ petiuit vt daret ducem: eumq; requirebat in via: vt dux ei Moses fieret ad vitam: ⁊ ille eo fieret magis deuotus: quo putaret necessarius. Plerũq; autem elatos vtilius corrigim⁹: si eoꝝ correctioni quedam laudũ fomenta misceam⁹. Inferenda enĩ sunt illis aut aliqua bona que in eis sunt: aut dicendũ certe que poterãt esse ⁊ non sunt: ⁊ tunc demũ resecãda mala que nobis displicent. Nam equos indomitos prius blãda manu tangim⁹: vt eos nobis pleni⁹ postmodum etiam per flagella et calcaria subdamus. [Que circa me sunt omnia vobis nota faciet Tychicus charissim⁹ frater ⁊ cetera. que luce clariora sunt:] de Onesimo suo dicetur loco: de quo dicit. [q̃ ex vobis est.] hoc est vestre Gentis: preputiatus enim venit ad Christum.

¶ Salutat vos Aristarch⁹ cõcaptiu⁹ meus & Marcus cõsobrinus Barnabe: de quo accepistis mãdata: si venerit ad vos suscipite illũ: et Iesus qui dicit iustus: qui sunt ex circumcisione. Hi soli sunt adiutores mei in regno dei: qui mihi fuerũt solatio. Salutat vos Epaphras qui ex vobis est seruus Christi Iesu: semper sollicitus pro vobis in orõnibus: vt stetis pfecti & pleni in omni volũtate dei. Testimoniũ enim illi phibeo: q̃ habet multũ laborem p vobis: & pro his qui sunt Laodicie & qui Hierapoli. Salutat vos Lucas medicus charissimus & Demas. Salutate fratres qui sunt Laodicie & Nimphã: & que in domo eius est ecclĩam. Et cum lecta fuerit apud vos epistola hec: facite vt in Laodicensiũ ecclesia legatur: & ea que Laodicẽsium est vobis legatur. Et dicite Archippo. vide ministeriũ quod accepisti in domino vt illud impleas. Salutatio: mea manu Pauli. Memores estote vinculorũ meorum: Gratia dñi nostri Iesu christi vobiscum amen.

¶ Salutat vos Aristarch⁹ cõcaptiuus meus ⁊ laborũ meoꝝ cõparticeps: et Marcus cõsobrinus Barnabe: de quo accepistis mandata.] hoc est quem alias cõmendauimus vobis pcipientes idem qd nunc replicamus: [vt si venerit ad vos: cũ humanitate suscipiatis illum: et Iesus qui dicit iustus.] Hi ⁊ si sunt Iudaice gentis sunt tamẽ veri dei cultores et socij laboꝝ meorũ in euãgelio regni dei pdicando: atq; in his cõtinuis psecutionibus
vii. quib⁹ vndiq; pmor/fuerunt solatio. [Salutat vos Epaphras: qui ex gente vestra est: est ⁊ seruus Iesuchristi: semp enixe laborãs pro vobis in orõnib⁹: vt stetis semper pfecti ⁊ completi in omni volũtate dei.] volũtas autem eius sctificatio vr̃a est: qui vult omnes homines sal- 1.Timo.2.
uos fieri ⁊ ad agnitionẽ veritatis venire. [Testimoniũ illi phibeo q̃ habeat multũ studiũ pro vobis] qui estis dei agricultura: dei ⁊ edificatio: et oues pascue ei⁹: nec 1.Cor.3.
solũ p vobis] sed ⁊ p his qui sunt Laodicie: ⁊ Nympham ⁊ que in domo illius est cõgregationẽ: hoc est familiam.] Nympha scdm Grecum textũ vir est non femina: nam pro ly domo eius: Grece est οἶκον αὐτοῦ, autu autẽ generis est masculini: alioqui si femina esset: dicturus erat αὐτῆς, ⁊c. [et cum lecta fuerit a vobis epistola hec: facite vt ⁊ in Laodicensiũ ecclesia legat: ⁊ eam que scripta est ex Laodicia vt ⁊ vos legatis.] Hec epl̃a putatur esse ea que est prior ad Timotheũ: que scripta fuit in Laodicẽsium vrbe. Ex hoc loco apparet qm generales sunt apl̃i admonitiões: ⁊ qd vni ecclesie dicit: omnibus dicit: nam ⁊ ipse Senec.15.
cupit omnes homines saluos fieri: ⁊ puenire ad lucem
viii. quam de⁹ olim Abrae pmisit ⁊ semini eius. [Archippo autem pfecto vestro atq; pastori meis verbis dicite: vide ministeriũ qd accepisti a dño: vt illud impleas:] Non enĩ homini sed deo rationẽ reddes de suscepta puincia. vide ministeriũ. Cambyses fremens in Ethiopes: q̃ non supinis manib⁹ excepiũt seruitutẽ: missisq; legatis: libera respõsa dederãt: que cõtumeliosa reges vocant: pmissis cõmeatibus: non exploratis itinerib⁹: per inuia per arentia trahebat omnẽ bello vtilem turbam. Deficiẽte igitur victu: primũ tenerrima frondiũ ⁊ cacumina arborũ: tum coria igne mollita absumebãt. Postq̃ inter harenam radices ⁊ herbe deficerent: apparuitq; etiã inops animaliũ solitudo: decimũ quemq; sortiri iubet in alimentũ exercitus. Agebat adhuc regem ira pcipitem/cũ partẽ exercitus amisisset: partem comedisset: donec timuit: ne ⁊ ipse vocaret ad sortem. Tum demũ receptui dedit. Seruabant interim gene- Seneca.
rose aues: et instrumenta epularũ camelis vehebant: cum sortirent milites eius quis male periret: quis peius viueret. Vide tu mysteriũ qd accepisti: ne sis sicut leo in domo tua: mactãs ⁊ mãducans: reliquaq; cõculcans Daniel.7
pedibus. Qui autẽ hmõi nacti sunt principẽ aut pastorem: non meli⁹ q̃ tolerando efficient supiores. Omnis enim indignatio intormentũ sui pficit: ⁊ imperia grauiora sentit: quo contumaci⁹ patitur. Sic laqueos ferarum iactat astringit: sic aues viscum dum trepidantes excutiũt: plumis omnibus illinunt. S. M. Ita enim sacer- S.Basi.
dotũ multiplicatus est numer⁹: vt iam non ad formã et exemplũ plebi pbendum ordo ille videat: sed occasio quedam in abũdantia ⁊ securitate viuendi. Ita de multis dicit: Num ⁊ Saul inter pphetas: Neq; enĩ idem 1.Reg.19.

Exodi.3. est pecora pascere & hominib9 p̄esse. Ubi enim pastor minat gregem ad interiora vt validus mēbris et plenus carnibus fiat. ad hec iugulare pinguius & vertere in preciū licet. Tibi dicit: animā pono pro ouib9 meis. Joan.10. Quanq̄ nec Mosi populus dei commissus est anteq̄ oues soceri.40.pauisset annis: ne videlz prius acciperet gubernaculū q̄ sedisset ad remum. si fieri posset vt ex multis bestiolis specie & genere differētibus ferocibus et cicuratis vnum aliquod animal cōstitueretur. Hoc vtiq; ad mitigādum si cui traderet: quantū ei immineret curę laboris & industrię: vt vnicuiq; animali ꝓut mos exigit ꝓuideret: verbi gratia: qū eodem sibilo quo alia bestia mitigat: alia exagitat. Certe necesse habet qui hanc curam suscepit alterū fieri Protheū aut cameleonta sicut Noe intra arcam. Genes.7. alioqui iuxta ꝓuerbium: In dolio discit artem figuli qui indoctus ascēdit. ꝓuerb. Cathedram magistri: vētriloquus est. Quot sibi Samueles videnf: qui tamē vix phm agunt vsq; ad cingulum. Hieremi.1. Esaię.6. Nemo dicit Ahaha nescio loqui: sed ecce ego mitte me: quorū labia seraph non tetigit: quorū ventrē non impleuit liber dei sicut Ezechielē. Cap.3. vltimę & desperabilis imperitię est: nescire q̄ nescias: vel supremę temeritatis: si scias te nescire: & doctoris cathedram occupas. Hec ille. ¶ Proinde tu esto vigilans et cōfirma oues: Apoca.3. in mente habe qualiter acceperis & audieris et serua: & ꝓuinciam quam nactus es exorna. Principis partes sunt omnibus modis reipublicę cōmodis ꝓuidere: publicā tueri libertatē: alere pacem: dare operam vt sanctos & itegros habeat magistrat9. Nihil pastori pulchrius q̄ vt ecclesiā suam que ei forte diuina obuenit: sua sapientia virtute ad diligentia reddat ornatiorē: audit9 aliquādo: Matth.25. Super pauca fuisti fidelis: tamē intra in gaudiū dñi tui. [Salutatio mea manu Pauli:] hoc est salutem ęternam opto vobis meapte manu: nempe Pauli. [Et vos memores estote vinculoꝝ meorū: que vestri & euāgelij causa gesto:] orās interim patrē: ps.141. Educ de custodia animā meam ad cōfitendum nomini tuo. Gratia vobiscum. Amen.

¶ Explicit epistola Pauli apostoli ad Collossenses.

¶ Argumentū in priorem ep̄lam ad Thessalonicēses.

Thessalonica Macedonię metropolis est: vnde & regionis eius incolę Thessalonicenses appellati. Hi in fide quam semel imbiberunt tanta cōstantia ꝑstiterunt: vt facilius fuerit solem a suo cursu cōtrahi atq; lapides in plumbi cōuerti molliciem q̄ animū eorum ab intētione Christianitatis, vnde & Pauli exemplo ciuium suorū ꝑsequutiones infracto & alacri animo ꝑtulerūt: nec vllo pseudapostoloꝝ suasu quiuerūt ab euangelica institutione diuelli. Quod veritus apostolus cum vidisset illorum cōstantiam: collaudat eos gratias agens deo: idq; agit cap. primo & secūdo. in cęteris tribus instituit eos in variis charitatis officiis: interim indicans esse inter eos qui nōdum omnino exuissent veterem hominē cum actib9 suis: nec deesse qui ocio deditī: grauarent cęteros: Item qui inquieti ipsi: turbarent ecclesię tranquillitatē: quos corripi iubet. Preterea esse quosdam qui de resurrectiōis mysterio nōdum satis firma essent opinione: cum mortuos suos ita implacabili luctu ꝑsequerent quasi omnino perissent: ac non potius ad meliora demigrassent. Hos igitur instituit atq; confirmat. Rursus alios disputasse de aduentu domini quasi dies ille qui in potestate dei cōstitutus est prescriri ꝑdiciq; possit: Matth.24 cum incertus sit etiam angelis ipsis: verū eum ait subitum & pręter omniū expectationē ad futurum: quo magis simus ad omne momentū parati: qm̄ cum nihil certius morte nihil tamen die mortis certius. Scripsit ab Athenis per Tychicum ministrū iuxta Gręcorū inscriptionem: cui collegam addunt Onesimū Nostra argumenta: que incerto autore leguntur in vulgatis exemplaribus.

¶ Primum Caput.

Paul9 et Siluanus & Timothe9 ecclesię Thessalonicēsium in deo pr̄e nostro & domino Iesu christo: gratia vobis & pax. Gr̄as agimus deo semp pro omnibus vobis: memoriā vestri faciētes in orōnibus nostris sine intermissione: memores operis fidei vestrę & laboris & charitatis & sustinētię domini nostri Iesu Christi ante deum & patrē nostrum. Scientes fratres dilecti a deo electionē vr̄am: quia euāgelium nostrum non fuit ad vos in sermone tm̄: sed & in virtute & spiritu sancto & in plenitudine multa: sicut scitis quales fuerim9 in vobis propter vos. Et vos imitatores nostri facti estis & domini, excipiētes verbū in tribulatiōe multa cum gaudio spiritus sancti: ita vt facti sitis forma omīb9 credentib9 in Macedonia & in Achaia. A vobis enim diffamatus est sermo domini: non solum in Macedonia & in Achaia: sed & in omni loco fides vestra que est ad deum profecta est: ita vt non sit nobis necesse quicq̄ loqui. Ipsi enim de vobis annūciāt qualem introitum habuerim9 ad vos: & quomodo conuersi estis ad deum a simulacris seruire deo viuo & vero: & expectare filium eius de coelis: quem suscitauit ex mortuis Iesum: qui eripuit nos ab ira ventura.

j. ¶ Paulus & Siluan9 & Timotheus dei coadiutores] et ministri per quos agnouistis eum Joan.1. qui est lux vera que illuminat omnē hominem veniētem in hunc mūdum: scribimus hanc epistolam vno & pari consensu ecclesię Thessalonicēsium que congregata est vno spiritu eadem & mente in nomine dei patris & vnigeniti eius domini nostri Jesu christi. Paulus apostolus sicut scriptum est: ipse est currus israel 4.Reg.2. & auriga eius; vt portet nomen dei in gentibus. Actu.9. Cum aliquādo esset currus Pharaonis preceps vt persequeref populū dei: nuper egressum de Egypto: hoc est de domo seruitutis Mosaicę legis: pręcedente Esaię.9. eum angelo magni consilij: cuius sanguine consignā- Exodi.15. tur omnes credentes. Sed cantemus domino: gloriose enim honorificat9 est: qui & equum & ascensorem proiecit in mare. Prostrat9 enim apostolus: apertisq; oculis Actu.9. nihil videns: mittif ad Ananiam: a quo baptismatis vnda perfusus & quasi submersus in mari: emergens: Eccli.43. e vase contumelię factus vas admirabile: & e Pharaonis curru: currus factus est israel & auriga eius. Gregori9. Auriga enim & currum agitat: currus autem onera portat. Paulus igitur qui mores populorū & per patiētiam sustinuit/ vt nutrix fouit: & per doctrinam correxit: et sacri eloquij verbis ad meliorem frugem perduxit: & currus est et auriga. ij. Currus autem cum dixit: quis infir- 2.Cor.11. matur: & ego non infirmor? Auriga vero cum dixit: lac p.Cor.3. vobis potum dedi tanq̄ paruulis in Christo. Audi aurigam dei Paulum/ agitantē currum dei: quem agit ps.76. mille milia lętantes: (vide in Zacharia, cap. sexto.) et domin9 in eo in Sinai in sancto. Festinem9 inquit ingredi in illam requiem: vt ne in idipsum quis incidat Hebrę.4. incredulitatis exemplū: quasiq; cum Mose auriga altero domus israel oues minetur ad interiora deserti: Exodi.3. vbi verus cubat pastor in meridie: Cantic.p. Paulus itaq; auriga est ecclesię: currus autem euāge- Ezech.10. lium est: cuius rotę intra rotam sunt legis. Hunc currum ascēdit sanctus Joseph qui vocatur saluator mū- Genes.41. di: postq̄ accepit nomen quod est super omne nomen. Philippē. scdo. Et vocaf currus secūdus Pharaonis cui agendo pręficif Paulus doctor gentiū: sicut currus prioris auriga fuit Moses minister legis. [Js ergo Paulus optat vobis gratiam & pacem a deo patre nostro & domino Jesu christo.] per gratiam enim impletur illud: Uidete qualem charitatem dedit nobis p.Joan.3. deus pater: vt filij dei nomiemur et sim9. Jn hac enim radicati & subnixi: poterimus comprehēdere cum omnib9 sanctis que sit dei longitudo: latitudo: sublime: et ꝓfundum. hoc est intelligem9 quomō deus sphera est Ephe.3. intellectualis vndiq; ęqualis: vndecunq; incomprehēsibilis. Stat enim scientia foris: vbi charitas penetrat/ quęrens diu dilectū: iuxta illud: Foris te quęrebam: Cāti.2. iuxta.70. & tu intus eras. Erat enim vulnerata charitate anima hec: et a seipsa deficiens: vt posset in eo subsistere: de quo dicit: Ipse est pax nostra. vnde & eo inuento dicit: Ephes.2. In pace in idipsum dormiā: et requiescam. psalm.4. Gratia itaq; animā mouet & excitat alioqui male torpē- iij. tem cum Helia sub vmbra iuniperi. 3.Reg.19. vt pacē quęrat que descendit de cęlo: qua inuenta secure dormiat sub vmbra illius: sicut dicitur: Leua eius sub capite meo: & dextera illius amplexabif me. Canti.2. Gratia itaq; vobis & pax a deo & patre nostro. &c. [Gratias agimus deo semper de omnib9 vobis: mētionem vestri facientes in orationibus nostris indesinenter: memores vestri: ꝓpter opus fidei & laborem charitatis & sustinentię spei: hoc est q̄ patienter ꝑseuerastis in spe domini nostri Jesu christi coram deo & pr̄e nostro.] Quoniā Jacobi.1. enim omnia bona desursum nobis largiuntur siue naturę siue gratię siue & glorię: sicut sunt vita: gratia & pax: Idcirco apostolus deo primū gratias refert in profectu illorum: qui dignat9 est non solum dona sua dare hominibus natura filijs irę: Ephes. scdo: sed in filios eosdē adoptare: simul & exhortans eos ad maiora toleranda pro fide: vt capaciores fiant donorū dei: sicut dicit: In ps.4. tribulatione dilatasti me. vnde & dicit meminisse eorū in orationib9 suis: eo q̄ crebrescerent in opere fidei super cęteras ecclesias: non tantū coram hominib9: sed iiij. & coram deo/ ꝑficientes opus cęptum donec culmē imponerent: de quo dicit: super omnia charitatem que est Colloss.3. vinculum perfectiōis: charitas enim nunq̄ excidet. p. Corinth.13. prompti inquā in studio charitatis & patiētię & spei aduentus Jesu christi: qui dignatus est vos vocare vocatiōe sua sancta. Scio inquit tribulationem tuam: & paupertatē tuam: sed diues es in oculis meis: licet blasphemeris ab his qui se dicunt iudęos esse Apoc.2. & non sunt sed tenebraꝝ ministri: nihil horum timeas que passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem dieb9 decem vt tentemini: sed estote fideles vsq; ad mortem: & dabo vobis coronam vitę: Nouit enim deus opera vestra et fidem & charita- ps.138. tem & patiētiam: et in libro eius omnia scribūtur: & opera vestra plura prioribus. Tenete igitur quod habetis vt nemo accipiat coronam vestram. Et sciendum secūdum Augustinum q̄ quis alius non est accepturus Augustin9 coronam vitę: nisi is qui tenet eam perdiderit: Idcirco inquit Petrus satagēdum nobis est: vt per bona opera certam nostram vocatiōnē & electionem faciamus. 2.Petri.p.capi. quoniā certus est numerus electorū ac diffinitus: iuxta quod dicit: Si quo minus veniam Apoc.2. & mouebo cādelabrum tuum de loco suo: nisi pęnitentiam egeris. [Scientes fratres dilecti a deo electionē vestram: quoniā euangelium meum non fuit erga vos in sermone solum: verum etiam in virtute & in spiritu sancto et in certitudine multa:] vt per hoc in nullo videamini inferiores ecclesijs iudęorum. Quod autem dicit apostolus non in sermone tantū: sciendum q̄ sermonem: idest λόγον, veritati opponit & efficacię. v. Nam vocatus est apostol9 aliquando spermo λογος. Actuū.17. Non inquit solis et nudis verbis ꝑdicauimus (nudo hamo vt dicit) sed & virtu- ꝓuerb. tibus et signorū portentis cōfirmauim9 doctrinam nostram: que facta sunt inter vos virtute spirit9 sancti ad ad inuocatiōnē nominis Christi. [Licet enim noueritis quales fuerimus inter vos vestra de causa: vt formam videlz vobis traderemus māsuetudinis. (Pit- Pittacus. taci mansuetudine pectus instructū mirari libet: qui Alcęum poetam & amaritudine odij & viribus ingenij aduersus se ꝑtinacissime vsum: dīatum a ciuibus Mitylenę delatum adeptus: tantūmodo quid in opprimēdo posset admonuit. Valeri9 max.) iuxta illud: ego au- Ual.max. tem in medio vestrum sum sicut qui ministrat: et sicut Luce.22. nutrix fouens filios suos: ꝓuocans eos ad volandum Deut.32.

⁊ super eos volitans: non tamē defuerunt que vos ad
fidem hortarētur magnalia: quoniā doctrinę euange-
Exodi.7. licę robur virtus pręstabat signorum que facta sunt in
spiritu sancto: hoc est non in phātasia sicut Magos fe
cisse legimus Pharaonis: sed in certitudine multa: vt
nullus sanę mētis negare posset quoniā digitus dei est
hic. Exodi.8. ¶ Pręsentia igitur infirma erat: conuer-
satio humilis doctrina non in persuasibilib⁹ humanę
1.Cor.2. sapientię verbis. persuasit enim apostolus fidem non
tantū verbis sed ⁊ miraculis: et malorū tolerantia: que
omnia certam faciunt electionem vestram: quādo per
euangeliū nostrum ⁊ vos cōsequuti estis quicquid do
norū ad aliorum apostolorū pdicationem ecclesię iu-
dęorum cōsequutę sunt. [Et vos imitatores nostri fa-
vj. cti estis: ⁊ domini excepistis verbum in afflictione mul
ta cū gaudio spūs sancti: adeo vt fueritis exemplo om-
nibus credentib⁹ in Macedonia et Achaia.] Intelle-
xistis enim quoniā si oportebat pati Christum ⁊ ita in-
Luc.24. trare in gloriā suam: (Rhomphęa seruante aditum cę-
li filiis irę: Genesis.3. pudendum fore sub spinato capi-
te membra delicata cohęrere. Magna autem exhorta
tio est ad virtutē: cum eos ęmulos dicit apostolorū atq
ipsius domini: quoniā ⁊ domin⁹ eadem passus est a iu
dęis: vt confusione crucis contempta sederet ad dexte-
Heb.12. ram patris: et apostoli ibant gaudentes. ⁊c. Actuū.5.
¶ Quantę autem glorię est quod sequitur: vt fueritis
exemplo omnibus credentibus in Macedonia et A-
2.Cor.2. chaia. Christi inquit bonus odor sumus in omni loco:
(sicut ea que effudit vnguentum super pedes Christi:
Joannis.12.) sicut ⁊ de stultis legimus: relinquamus
Sap.2. vbiq signa stulticię nostrę. Quid autem beatius ho-
mine qui sic viuit: vt homines obstupescant et dicant:
Chrysost. Gloria tibi domine: quā multi sunt qui pręsentia despi
ciunt: ⁊ omnia ipsis vt vmbra reputant et somniū: om-
nia que agunt quasi sint huius sęculi peregrini ⁊ adue
nę: et cotidie ex hac vita migrare cōtendunt ⁊ anhelant
Ps.141. dicentes: Educ de custodia animā meam. Alii autem
plantati in terra: radicem mittunt. Hieremię.12.capi.
pficiunt et faciunt fructum. Hi sunt semen illius qui
Genes.4. prior omniū ciuitatem extruxit in terra: ⁊ vocauit eam
vij. nomine primogeniti sui Enoch. sequit. [A vobis enim
diffamatus est sermo domini non solum in Macedo-
nia et Achaia. (Ad tubę metaphorā dixit: diffamatus
est: que cum suum clangorem eliserit: longe exauditur.
Athanasi⁹. Athanasius.) Sed in omnē locum fides vestra que est
ad deum processit ⁊ dimanauit: vt non sit nobis necesse
loqui quicquā.] Gręce quidem vobis dicit: ὑμᾶς,
sed Ambrosius/nos legit: non vos: et est sen-
sus. in laudem Romanorū dictum est: quoniā fides ve
Roma.p. stra annūciatur in toto mundo. quod inquit hec fecit:
in toto mundo dicet: Matthei.26.capi. In Thessaloni-
cēsium autem amplius est: quoniā non solum fides: sed
⁊ opus fidei illorum peruenit in omnē locum: adeoq
hec diffamata sunt in omnē circunquaq regionem: et
exemplum vrbis Metropolitanę excitauit more tu-
bę: vt diximus late pstrepentis animos omniū: ardo-
rem Thessalonicensiū diuulgans vbiq: vt iam super-
fluum sit ea effari que omnib⁹ obuia sunt. ¶ Esset enī
actum agere sicut dicitur: [Ipsi enim de vobis: hoc est
ad commēdationem fidei vestrę annūciant qualem in
viij. troitum habuerimus ad vos.] Si enim aliquando oc
casione oblata: tentamus his de rebus aliquid enarra
re ipsi interrūpentes sermonem nostrū: pręoccupant
nos: vltro referentes (edocti rumore celebri magis q
oratiōe nostra) quomō nos primū vos adierimus euā
gelium Christi tradituri: ⁊ quanta illud alacritate ex-
ceperitis: et quibusdam fidei vestrę complexi fueritis
brachiis. [Et quomō conuersi fueritis ad deum viuū

⁊ verum vt seruiretis ei:] relictis simulacris multis si
ne sensu ⁊ vita: qui cum habeant sepulchra in terra: fin
guntur esse stellę in cęlo. Neq enim reuera stella illa August.
Jouis est: aut illa Saturni: sed post eorum mortem si-
deribus ab initio conditis: hec nomina imposuerunt
homines: qui illos mortuos quasi deos habere volue-
runt. De quibus quid tantū mali castitas aut quid tā-
tum boni voluptas cōmeruit nescio: vt inter astra que
cum sole ⁊ luna circumeūt Venus habeat stellam: Mi
nerua non habeat. de hoc alias. ¶ Quomodo cōuersi
fueritis. Eratis euntes put ducebamini ad simulacra Seneca.
vana. p̄.Corint.12. Nunc eum sequimini qui est via et
vita beata. Adeo autem non est facile consequi vitam
beatam: vt ab ea quisq lōgi⁹ recedat quo ad illam cō
citati⁹ fertur. In peregrinatiōibus comprehēsus ali-
quis limes: ⁊ interrogati incolę: non patiuntur errare.
Hic vero certissima quoq via ⁊ celeberrima maxime
decipit. Nihil ergo magis curādum est: q ne pecorum
ritu sequamur ante cedētem gregem pgentes non quo
eūdum est: sed quo itur. Argumentū pessimum turba
est, quod in strage hominū magna euenit: cum ipse po-
pulus premit. Nemo ita cadit: vt non alium in se tra-
hat. Primi exitio sequētib⁹ sunt. Nemo sibi tantū cor-
ruit: sed alieni erroris causa ⁊ autor est: alienisq pim⁹
exemplis. Nunc autē idem euenit quod in cōmitiis: in
quib⁹ eos factos pretores idem ipsi qui fecerunt mirā
tur. Eadem pbamus: ⁊ eadem improbamus ⁊ rephen
dimus: sed non sic itur ad astra. [Quomodo conuersi
estis vt expectaretis filium eius de cęlis secundo ven-
turū:] quē humanę salutis causa mortuū audieratis:
⁊ resurrexisse: deuicta morte: ⁊ cum carne assumptū su
pra astra dei: ministra nube: ad cōfusionem. sapiētium Actu.1.
sęculi: qui potentiā dei suis viribus metientes: carnis
naturam que alioqui grauis est/ putant fieri non pos-
se vt sustollat in cęlum. Hunc igitur vos expectatis vē- Math.16.
turū cum gloria patris sui: [qui morte sua eripuit nos
ab ira vētura. siue vt Gręce dicit: eripit nos de pñti:
ῥυόμενον ἡμᾶς, iuxta quod dicit: nisi q domin⁹ ad- Ps.93.
iuuit me: paulomin⁹ in inferno habi-
ix. tasset anima mea. Ps.93. Et illud: Eripuisti animā meā
ex inferno inferiori: quod toties fit quoties audit pec- Ps.85.
cator: Cito pferte stolam primam ⁊ induite illum: Lu-
cę.15. Nam peccator recedens a deo: in terra scribit no- Hiere.17.
men eius: vt diffinito tempore descendat in infernū vi-
uens cum Abiron. Nūeri.16. nisi misericordia dei libe
ret ab ira ventura. Hanc non timebāt Hetrusci nō pa
rum feroces in hostium suorū pęna excogitanda: qui
viuorū corpora cadauerib⁹ aduersa aduersis alligata
atq constricta: ita vt singulę membrorū partes singulis
essent accomodatę: tabescere simul patiebātur: amari
vitę pariter ac morti tortores: sicut ⁊ illi Barbari quos
ferunt mactatarū pecudū intestinis et visceribus ege-
stis: homines inserere: ita vt capitib⁹ tantūmodo emi
neant: quoq diutius pęnę sufficiant cibo ⁊ potu infę-
licem spiritū prorogant: donec intus putrefacti: laniati
sunt ab animalibus que tabidis in corporibus nasci so
lent. Scriptum est autem: fames ⁊ terremotus ⁊ pe- Luc.21.
stes erūt per loca. ¶ Nec enim in simul vult deus per-
dere gen⁹ humanū: sed sicut dicit Origenes iudicans
per partes: paulatim in eo dum fiunt terremotus. ⁊c.
dat pęnitētię locum his qui ex modicis castigatiōibus
emendātur: ⁊ fugiunt a facie arcus dei. Ps.7.et.59. Et
queādmodū incipientib⁹ infirmitatibus: possibile est
afferre medicinalia adiumenta: sic incipiētibus fame Origenes.
et pestilētiis per loca: possibile est quibusdā hominib⁹
ad cōuersationem ⁊ fidem ⁊ sapientiā sanctorū purga-
toria dari: vt fugiant a ventura ira. Si autem incipiēti-
bus huiusmodi malis nō fuerit pia facta correctio: p

Math.24. ficient ad peius fames et pestis: cum locum habuerit
abominatio desolatiōis: non contenta alia parte mūdi.
¶ Veniet enim vt etiā in loco sancto cōsistat. Et hec in-
Ps.10. quit initia sunt dolorū: et pars calicis malorū. Qualis
ergo cōsummatio malorū: si talia sunt initia? Audituri
Esaię.50. sunt ergo illō ex Esaia: Ambulate in lumine ignis ve-
stri: ⁊ in flamma quam accendistis. per quod videt in
x. dicari q peccator flammā sibi ipsi ignis interioris accē
dat: (de quo dicit: quia anima epulonis cruciabat apō
inferos. Lucę.16.) et non in aliquem ignem qui ante ac
census fuerit ab alio (filius enim non pferet iniquitatē
patris: Ezech.18.) demergit: cuius ignis materia atq
1.Cor.3. esca nostra sunt peccata que ab apostolo lignum ⁊ fę-
num vocant. hunc ignem diabolus secum vbiq circū-
fert. ¶ Et arbitror q sicut in corpore escę abundantia ⁊
q̄titas ⁊ qualitas cibi febres generāt: ⁊ febres diuersi
mode ꝯm eam mēsuram qua intempies iuxta collectā
materiā suggesserit ac fomitē febriū: que materię qua-
Origenes. litas ex diuersa intempie cōgregata causa vel acerbio-
ris morbi vel prolixioris exstit: Sic anima cum multi-
xj. tudinem malorū operū ⁊ abūdantiam in se cōgregaue
rit peccatorū: competenti tempore omnis illa malorū cō
gregatio efferuescit: atq ad supplicium inflammat et
ad pęnas. ¶ Ne autem putes leuiora esse ista tormenta
que ex ipsis peccatorū noxiis affectibus generant: vide
quanto dolore torquet quis cum ira vel odio vel zelo
accendit vel furore: quas passiones aliqui intolerabi-
liter ferentes: sibi ipsis manus iniecere: sicut Cleopa-
tra: Cato/⁊ Judas/et Achitophel: tolerabili⁹ habētes
ad infernales flammas descēdere: q pręsentes passio-
nes sustinere. Et sicut sentim⁹ soluta corporis mēbra:
atq a suis auulsa compagibus: immensi doloris gene-
rare cruciatū: Ita anima cum extra ordinem atq cō-
pagem vel eam harmoniā ad quam ad bene agendum
a deo creata est fuerit inuenta: nec sibimetipsi rōnabi-
lium motuū compagine consonare: pęnam cruciatūq
putāda est sibimetipsius ferre dissidii ⁊ incōstantię sug
sentire supplicium. Que animę dissolutio atq diuulsio
cum adhibiti ignis purgatorii ratione fuerit explorata:
sine dubio ad firmiorem sui cōpagem restaurationēq
solidatur. Eat nunc delirus atq hereticus nescio quis
Leuteri⁹. Leuterius ⁊ dicat qm̄ purgatoriū non habet ex scri-
xij. ptura: et si purgatoriū est: nihil aliud est q timor et fu-
ga. ¶ Ipse inquit apostolus saluus erit: sic tamē quasi
p̄.Cor.3. per ignem. de quo alias. ¶ Deniq in Deuto. sermo di
uinus peccatorib⁹ cōminatur q febribus ⁊ frigoribus
Deut.28. et aurigine punient ⁊ oculorum vacillationib⁹: et mē-
tis insania ⁊ cęcitate ac debilitate renum cruciādi sunt.
Sed ⁊ per Hieremiā gentes iubentur potari: vt bibāt
Hiere.25. et insaniant ⁊ euomant. Per hoc enim ostēditur: q si
quis noluerit bibere: non ⁊ mūdabitur: sed reseruatur
Math.22. irę venturę cum ligatis manibus et pedibus proiiciet
in tenebras exteriores: quas nō tam aereum aliquem
obscurū ⁊ sine lumine locū intelligere debemus: q q
pfundę ignorantię tenebris imersi: extra diuinę intelli
gentię lumen effecti sunt. Potest etiam hoc intelligi:
q sicut sancti post resurrectionem lucida corpora reci-
Daniel.12. pient: vt fulgeant sicut stellę in firmamento: ita impii
quique in hac vita errorū tenebras ⁊ ignorantię dile-
xerunt: obscuris ⁊ tetris post resurrectionē corporibus
induātur: vt ea ipsa caligo ignorantię que in hoc mun-
do interiora mentis eorum obsederat: in futuro per ex
Nau.2. terius corporis appareat indumētum: sicut dicit: Fa-
cies omniū sicut nigredo ollę: de qua vide Hieremię.
capi. pmo. in principio: Nisi μαώμαδ q pfidus as-
seuerat: omnes sequaces su … os abluendos
fore in Jordane in fine sęculi: quęcunq sordescant im-
mundicia: donec fulgeant: ⁊ dealbētur super niuem:

sicq omnes deducendos in pascua ęternę ⁊ internę pa-
cis. proh superi.

¶ Secūdum Caput.

Am ⁊ ip-
si scitis fratres
introitū nostrū
ad vos: q nō in
anis fuit: sed an
te passi multa:
& contumeliis
affecti sicut sci-
tis in Philippis
Fiduciā habui
mus in deo no-
stro loqui ad vos euangeliū dei in multa sol
licitudine. Exhortatio enī nostra non de er-
rore neq de immūdicia neq in dolo: sed si
cut probati sumus a deo vt crederet nobis
euāgelium: Ita & loquimur: non quasi ho-
minib⁹ placentes: sed deo qui probat corda
nostra. Neque enim aliquando fuimus in
sermone adulationis sicut scitis: nec in occa-
sione auaricię: deus testis est: nec quęrentes
ab hominib⁹ gloriam neq a vobis neq ab
aliis: cum possem⁹ vobis oneri esse vt Chri-
sti apostoli. Sed facti sumus paruuli in me-
dio vestrum tanq si nutrix foueat filios su-
os: ita desiderantes vos cupide volebamus
tradere vobis non solum euāgelium dei sed
etiam animas nostras: quoniā charissimi no
bis facti estis.

¶ Nam ipsi scitis fratres introitū
nostrum ad vos q̄ non fuerit inanis:] Vere autem in- j.
anis est pdicatio ⁊ doctrina pastoris: qui alligat onera
que nec digo mouet: qui dicit ⁊ non facit: Math.23. si
videns lupum veniētem relinquit gregem ⁊ fugit: hic
enim mercenari⁹ est non pastor: sed oppositū suadet Joan.10.
princeps pastorū dicens: aduersari⁹ vester tanq leo cir
cuit ouile: quęrens quem deuoret: cui resistite fortes in p̄.Petri.5.
fide: dicētes cum ppheta: Super custodiam meam sta
bo: ⁊ figam gradū sup munitionē: ⁊ contēplabor. Nam
qui irruente pressura fugit a plio: non pastor sed idolū Abac.2.
vocatur in Zacharia. At inquit apostol⁹ introitus no
ster ad vos non inanis fuit sicut melius ipsi scitis: [sed Cap.11.c.
cum anteq vos adirem⁹ multa passi fuerim⁹] in Phi-
lippis sicut scitis ob spiritū Pythonis eiectum e puel-
la: de quo habetur in Actis capi.16. vbi ⁊ contumeliis
affecti sumus: et multis impositis plagis: coniecti su-
mus in vincula: nihilo tamen hinc segniores effecti:
[Fiduciam habuimus in deo nostro (cuius vox est: in
mundo pressuram habebitis: sed confidite: quia ego vi
ci mūdum) audacter loquendi ad vos euangelium dei Joan.16.
in multo certamine.] sic legit Ambrosius: et Gręce est:
ἐν πολλῷ ἀγῶνι, hoc est non sine graui discrimine

scriptum est enim: Qui vicerit: vestietur vestimentis al-
Apoc.3. bis: et non delebo nomen eius de libro vite: et confite-
bor nomen eius corã patre meo et coram angelis eius.
ij. Et vide quanta arte et fallacia vtitur Satan transfor-
mans se in angelum lucis: vt tribulationes suscitet apo
Actu.16. stoli vinculis. Isti inquit homines serui dei sunt excel
si: qui annunciant vobis viam salutis. Unde dolens
Paulus dixit ad spiritũ nequã qui in puella loque-
batur: precipio tibi in nomine Jesu Christi exire ab ea.
Non enim dolebat apostolus quod veritatem doceret: sed
Joan.8. quoniã cum esset pater mendacij et eius inuentor: sub
pretextu hoc tribulationẽ maximam excitauit apostolo:
veritatẽ dicebat: sed non in spiritu sancto. Roma.9.ca.
alioqui que participatio lucis ad tenebras aut Christi
2.Cor.10. ad Belial? Huius enim illa vox est: venisti ante tempus
Math.8. torquere nos. Hinc illud apostoli: per infamiã et bonam
famam. 2. Corint.6. ¶ Seruum dei vocat apostolũ: qui
et annũciat viam salutis: cuius dominũ toties vocauit
Joan.8. voratem: Samaritẽ: et demoniũ habentem. Itaque siue
iij. per infamiã siue per bonam famam Satanas impu-
gnet seruos dei: Paulus apud Thessalonicẽses auda-
cter euãgelizauit regnum dei. [Siquidem exhortatio
nostra non fuit ex fallacia/neque ex immũdicia neque ex
dolo: sed quemadmodũ probati fueramus a deo vt cre-
deretur nobis euãgelium: Ita loquimur: non vt homini-
bus placẽtes sed deo qui probat corda nostra. vnde il-
Job.1. lud: timens deum et recedẽs a malo. virtus enim timo-
re incipitur: charitate ꝯsummatur. cui tunc est penitus
a malo recedere: cum ex amore dei cepit iam nolle pec
Gregorius. care. Qui enim timẽs non peccat: eo ipso peccat quo
peccare libet: si inulte potuisset. Is qui huiusmodi est/
Leuit.11. Camelus est secundũ legem: Capite enim legi concor
dat. i. initio operis: quia ruminat: pede discrepat quia
vngulam non diuidit: nec opus suum charitate cõsum
Collos.3. mat/que est vinculum perfectionis. Hominibus placet: nõ
tamen deo qui de intentionibus iudicat: iuxta illud: Ego
scio quod simplici animo feceris: etc. Genes.20. et hic est
Gene.3. calcaneus cui serpẽs insidias tendit: iuxta illud: Ipsi cal
Ps.55. caneum meum obseruabũt. quod si semel cor in intentione
corrũpitur: sequẽtis actionis medietas et finis ab ho-
ste possidetur: quoniã totam sibi arborem fructificare cõ-
spicit: quam veneni dente in radice vitiauit. Gregorius.
Est autem sensus. si rem humana adinuẽtione cõmen
tam atque nulla veritate subnixam vobis predicassemus:
nunquam in eius causa capitis subiremus periculũ: quãdo
quidẽ vix pro iusto quis audeat mori: quãdo legimus
Rom.8. etiam veritate agnita Petrũ timore mortis negasse: et
Marcellum episcopũ vrbis Rome thura idolis impo-
suisse. ¶ Si igitur in mortis articulo et ipse pastor eccle
sie Petrus fugit: quid facturos putamus mercenarios
et predones? Qui enim ad suum questũ docent ea que
ipsi adinuenerũt: non autẽ euãgelium Christi: hi instã-
te mortis articulo: pellem pro pelle et cuncta que possi-
Job.2. dent relinquũt vt saluam faciãt vitam suam. Hi et in ar
guendo remissiores sunt: et in tribulatione infirmi: quoniam
omnis qui sine spe agit: cuius sermo omnis in fallacia est:
orta tribulatione succumbit: non enim habet radices
in charitate: Ephes.3. habet autem eas in terra: iuxta
2.Cor.12. Hieremi. capi.12. Paulus autem et in pressuris fortior
inuentus est: et in cõuersatione irreprehẽsibilis. Quid
iiij. est quod dicimus in pressuris fortiorem Paulum inuẽ-
tum et probatum? dicit propheta: Quomõ confractus est
Hiere.50. malleus vniuerse terre? Domus quõdam edificabatur
nomini dei excelsi per Salomonẽ: vbi in laudem eius
3.Reg.6. dicitur: quoniã malleus et securis nõ audiebatur in domo
Origenes. dei. hic tundimur malleo: vt illic collocemur in pace in
Ps.4. idipsum. põdera. Quis est ille malleus volens quantũ
in se est impedire lapides edificationis templi: vt cõtri
ti non cõueniant fundamẽtis eius? Ego autem pronun-

ciabo cõfidenter esse aliquos licet paucos qui non ma-
gnopere curent de malleo vniuerse terre. Est malleus iste
etiam incus: quia nos illo percutiente cõponimur: ipse au-
tem et semper percutitur: et in vas vile nunquam formatur. Nos
in ipso tũdimur vt vasa honoris efficiamur: ipse incus 2.Timo.2.
est cuius cor induratum est quasi lapis. Job.41. Et quoniam
exemplũ ad sanctũ spiritũ est de sensibili malleo: que-
ramus materiã malleo fortiorẽ: que nihil ab eo percus-
sa patiatur. Ecce inquit vir stans super murum adaman- Amos.7.
tinũ: et in manu eius adamas. Amos.7. Duo itaque sunt Em.70.
cõtraria adamanti isti (is autem Paulus est) malleus
et incus. vnde illud prouerbiũ: inter malleum et incudem. Puerb.
Talis autem vir est ante tentatiões: ab his qui probare
lapides nesciunt ignoratur. Certissime autẽ nouit Ada
mantinorum lapidum naturã solus deus plurimis igno-
tam: qui probat renes: et scrutatur corda. vnde illud: Nunc Ps.7.et
cognoui quod timeas dominũ. Genes.22. Huiusmodi erat Hiere.11.
igitur apostolus cuius vox est: Scio quoniam nec mors nec Roma.8.
vita etc. ipsi adhuc nescimus vtrum veniente malleo et
percutiẽte nos: cõfringamur tanquam vasa perdita lutea: aut Ps.50.
lignea/et indigna in quibus dilectus bibat: conuicti quia
non sumus veri adamantes: vel veri inueniamur si in- v.
gruentibus persequutionũ procellis: non tam contriti fue-
rimus ad ictus mallei: quam probati: quasi qui vnico lapi
de cõteramus frontem mallei. 3.Regũ.17. qui et tran-
sierimus per ignem et aquam. Ps.65. Doctrina igitur
apostoli non fuit ex fallacia et ad questum: neque de im-
mũdicia qualis fuit secta Epicuri et ea que Cynica di-
citur: sed omni puritate syncerior: neque in dolo. Explora
bant enim quidam euangelij libertatẽ quos apostolus
vocat falsos fratres: qui predicabant legalia tenenda cum
euangelio: sicut alias sepe diximus. Predicauimus au-
tem euangeliũ ita vere et syncere: sicut electi sumus a
deo ad hoc ipsum munus. [Neque enim aliquãdo in ser-
mone adulatiõis versati sumus sicut nostis: nec in oc-
casiõe auaritie: deus testis est.] vide Genes.14. ibi: Le
uo manũ. Item Numeri.16. ibi: Ne respicias. Item 3. Re
gum.12. ibi: Loquimini de me. Item.4. Regum.5. ibi:
Cumque vim faceret. Itẽ Daniel.5. ibi. Munera tua etc.
Seneca. Pugnãt vota nostra cum votis: consilia cum
consilijs. Adulatio quam similis est amicitie: non imitatur il
lam tantũ sed preterit ac vincit. apertis ac propitijs auri-
bus recipitur: et in precordia vna descendit: eo ipso gra
tiosa quo ledit. Uenit ad me pro amico blandus inimi-
cus: quomõ et vitia nobis sub virtutũ nomine obrepũt.
Temeritas sub titulo fortitudinis latet: pro cauto timi-
dus accipitur: in his magno periculo erramus. vide He
ster.5. ibi: Jube parari excelsam crucem. et Daniel.6.
ibi: Dari rex in eternum viue. Judith.2. ibi. Quod dictũ
cum placuisset omnibus. Hi similes sunt pediculis: qui
corpora examina deserũt: vtpote defecta sanguine quo
alebantur. Ita hi rebus prosperis adsunt: aridas et steri-
les non attingunt. Hi sunt similes simijs: que cum nec
domũ seruent more canum: nec gestare onera possint
more equorũ: nec arare sicut boues: tamen parasitantur:
ac risum mouent: sed huiusmodi risus extrema luctus
occupabit. prouerb.14. vide Judith vndecimo capi.B.
Congruit sentẽtie huic quod de Christo Hieronymus di Hieronymus
cit: ¶ Intelligẽdũ est quod tante paupertatis fuerit Christus:
et ita nulli adulatus sit: vt in vrbe maxima apud nullum
hospitem inueniret mansionem: Matthei.21. capi. atque
ita sit: vt qui adulari nescit: aut inuidus aut superbus re-
putetur. Sed quis est hic et laudabimus eum? Nos ta-
men ad patriã festinantes: mortiferos syrenarum cantus
surda aure transire debemus et dicere cum propheta: Cor
ripiet me iustus in misericordia et increpabit me: oleum Ps.140.
autem peccatoris non impinguet caput meũ. Impinguat enim
caput oleum peccatoris: cum demulcet mentẽ fauor adulã
tis. vñ illud ad Ezechielẽ: Fili hominis in medio scor-

Ezech.2. pionum tu habitas. Adulator enim scorpio est qui pal
pando incedit: sed cauda ferit: et quasi clauum figit in
vj. oculo illius: quo cum sermonẽ conferit: eoque magis ca-
uẽdus est: quo sub amantis specie nocere nõ desinit.
Intra inquit ad me domine ne timeas. Et ingressus Sy-
sara opertus est pallio ab Jahel: deditque sitienti bibe-
Judic.4. re de vtre lactis. Tulit itaque Jahel clauum tabernaculi
assumẽs pariter et malleũ: et ingressa abscõdite et cum
silentio: posuit supra tempus capitis eius clauum: percus-
Figura. sumque malleo defixit in cerebrum vsque ad terrã: qui sopo
rem morti socians: et mortuus est. vt merito dicat Hie-
Hierony. ronymus: plus nocet lingua adulatoris quam persecutiõis gla-
Genes.27. dius. Horum vox: vox est Jacob: manus autẽ manus
sunt Esau: dicentes pax pax: diuitibus seculi promittentes
prospera: et clemẽtem predicantes deum: magisque illos
supplicio et iracũdie preparantes. Isti sunt locuste exeun
tes de fumo infernalis putei quarum cruciatus sicut cru
ciatus scorpij cum percutit hominẽ: ita vt desiderent ho-
Apoc.9. mines mori pre doloris magnitudine. Paulus itaque quoniam
non querebat hominibus placere sed ei cuius erat mi-
nister: vere non fuit in sermone adulatiõis: cuius rei te
stes vocat ipsos Thessalonicẽses: nec in occasione aua
ritie: sicut pseudapostoli faciebant: et huius veritatis testem
inuocat deum: quoniam [nec querebat gloriam ab homini-
bus: nec a vobis inquit: nec ab alijs: sed tantũ gloriam
eius cuius seruus erat empticius. cum possemus inquit
1.Cor.9. vobis oneri esse sicut et ceteri Christi apostoli:] quãdo
etiam iure gentiũ nullus militare cogitur proprijs sti-
pendijs: de quo multa diximus prima. Corin. capi.9. et.2.
Corint. cap. vndecimo. et alias. Quod nos legimus: cum
possemus vobis oneri esse: Grece est: ἐν βάρει εἶναι,
idest in onere siue in põdere esse et au
Ambrosius. toritate. Ambrosius tamẽ legit: in honore: estque sensus
secundũ Ambrosiũ vt intelligamus apostolũ non fuis-
vij. se vsum fastu et supercilio inter Thessalonicẽses: sed man
suetudine et lenitate: et proinde precessit: nec querentes
Chrysost. ab hominibus gloriam: Inde sacerdotũ primates ama-
bant angulos: hoc est compita et triuia ad orãdum fle-
xusque viarũ. vide et Mar.7. Math.17. et cap.8. quomõ
dominus Jesus hanc vulpeculã cauit. Quas enim vires
habeat nocendi humane glorie amor nemo sentit: nisi
qui ei bellum indixerit: quoniam si cuique facile est laudem nõ
cupere dum negatur: difficile est tamen non delectari et
ambabus manibus complecti cum offertur. Apostolus au-
tem qui gloriam in presenti nõ querebat: se fecit humilẽ
Joan.3. vt dei gloria exaltaretur: dicens illud ex euangelio: Illum
oportet crescere: me autẽ minui. Qualis autem fuerit
ipse in cõsequentibus aperit dicens: [sed facti sumus
paruuli in medio vestrum: tanquam si nutrix foueat filios suos.]
Quod legimus paruuli in medio vestrum: Grece non est
νήπιοι quod est paruuli: sed ἤπιοι quod est mites et
placidi: nec est aliud ornamẽtum quo
magis cõmẽdetur pastoris ac principis sublimis pote-
stas quam morũ et ingeniũ lenitas ac mansuetudo: sicut di-
Numeri.12. citur: Erat autẽ Moses vir mitissimus super omnes homi-
nes qui morabantur in terra. Quo contra dicitur ad pasto
Ezech.24 res israel qui pascebãt seipsos et non oues: Cum auste
ritate imperabatis et cũ potentia: vnde dispersi sunt oues
mee. Non talis erat Jacob apud Labam socerũ suum:
Genes.31. qui nec vel vnã ouem captam a bestia ostẽdit ei. Insu-
per ait: Oues tue et capre steriles non fuerunt. Da mi-
viij. hi autem alterum Paulũ qui quasi nutrix sit in medio
ouium suarum et foueat quod infirmũ est: et quod forte cu
Ps.16. stodiat. Omnes auaritie student: Hiere.6. sequitur mu
nera et retributiões: saturati sunt filijs: et quod sine do
lore non dicimus: Dimiserũt reliquias suas paruulis
Ps.82. suis: dicẽtes venite hereditate possideamus sanctuariũ
dei. Non enim his nostris temporibus illi possident eccle-
Hebre.5. sie iura qui vocantur a deo tanquam Aaron: sed relinquũt

paruulis suis vt ne dicam filijs suis reliquias suas: et il-
li nepotibus: non timentes venturũ super se iudiciũ Da
than et Abiron. Helius imperator cum obsecrãte sena Numeri.16.
tu vt filium Cesarem appellaret: sufficere inquit debet
quod ego ipse immeritus regnauerim cum nõ mererer. prin
cipatus enim sanguini non debetur/sed merito. Dicamus
igitur et nos cum propheta: Deus meus pone illos vt ro-
tam et sicut stipulam ante faciem venti: qui dixerũt: he
reditate possideamus sanctuariũ dei. [Nos autẽ inquit
apostolus facti sumus inter vos ac si mater foueat tene-
ram filiorũ infantiam: ita desideramus vos cupide vel ca
pti affectu vestri: vt ex animo cuperemus impartiri vobis Math.13.
non solum euangeliũ dei Manna celeste/preciosam qui-
dem margaritã quam mercati sumus diuenditis omni- ix.
bus: sed etiam animas nostras: quoniam charissimi nobis fa
cti estis: siue esse cepistis.] Nam et alienos filios quan-
doque nutrit mulier pro mercede: non ex amore: proprios
autem ex dilectione fouet: ac nutrit. Non mireris autẽ
si Paulus libẽter impendit vitam suam pro filijs: quan
do Christus dedit animã suam pro seruis: Et de Gala
tis testimonium perhibet apostolus: si fieri posset oculos Cap.4.
vestros eruissetis et dedissetis mihi. Hec autem sunt te
stimonia veri pastoris: animã suam pro ouibus ponere:
euangeliũ in pastum tradere: nutricis ac baiuli officio
fungi: Ruth.4. et illud: Qui portamini a meo vtero:
imo et a mea vulua. Esaie.46. Et non sicut dicitur: Ero Osee.13.
eis quasi leena: sicut pardus in via Assyriorum: Occur-
ram eis quasi vrsa raptis catulis: et disrũpam
interiora iecoris eorũ. propter hoc inquit quia pastores
versi sunt in leenas vrsos et pardos: Sion quasi ager
arabitur: et Hierusalẽ quasi aceruus lapidum erit: et mons Michee.
templi in excelsa siluarum. Michee.3. capi. Nonne vide-
mus in mutis etiam animãtibus vbi non spiritualis cha-
ritas sed carnalis et naturalis est exigi tamẽ magno af-
fectu de vberibus matris lac paruulis? Et quis sugẽs
impetum faciat in vbera: melius est tamẽ matri quam si non Augustinus
sugat nec exigat quod charitate debetur. Sepe videmus vbe-
ra vaccarũ etiam grãdiusculis vitulis capite percuti: et
prope ipso impetu leuari matrũ corpora: nec eas tamẽ
calce repellere: sed si desit filius qui sugat: mugitu prouo
cari ad vbera. Tanquam nutrix inquit fouens filios suos:
imo et tanquam pellicanus de quo alias diximus. Ps.101.

¶ Memores enim facti estis fratres laboris
nostri & fatigationis: nocte & die operãtes:
ne quem vestrũ grauaremus. Predicauimus
in vobis euãgeliũ dei: vos testes estis & deus
quam sancte & iuste & sine querela vobis qui cre
didistis affuimus sicut scitis qualiter vnum
quenque vestrum sicut pater filios suos: depre-
cãtes vos & consolantes: testificati sumus vt
ambularetis digne deo qui vocauit vos in
regnũ suum & gloriam. Ideo & nos gratias
agimus deo sine intermissione: quoniam cum ac-
cepissetis a nobis verbũ auditus dei: accepi-
stis illud non vt verbũ hominũ: sed sicut est
vere verbum dei qui operatur in vobis qui
credidistis.

¶ Meministis enim fratres laboris nostri ac sudoris.
Nocte enim ac die opus facientes: ob id ne cui vestrũ
essemus oneri: ne quem vestrum grauaremus: predica- x.
uimus apud vos euãgeliũ dei.] Ad omnia inquit que mi
hi et his qui sunt mecũ fuerũt necessaria ministrauerũt Actu.20.
manus iste. Uade inquit ad formicam: et vide quan- puerb.13.
tã in ea deus inseruit laboris cupiditatẽ. Ab ape vero

Chrysost. disce mirabilem laborem & charitatē: que ideo est om
nium animalium gloriosissima: non quia laborat: sed quia aliis
laborat. At aranea & laborat & fatigatur & euiscerat: et
tenues extendit texturas: et omnē mulierum sapientiam
excedit: sed opus eius inutile est. Huiusmodi sunt qui
Ps.38. thesaurizāt & nesciunt cui: sicut dicit: Tabescere fecisti
sicut araneam animā eius: sed tamē frustra conturbat:
opus texit & sibi & aliis inutile quasi catulus in poma-
rio. custos est enim nō dñs suarum rerum. de hoc alias.
[Vos autem testes estis & deus: quā sancte & iuste et si-
ne querela vobis qui credidistis affuimus: et inter vos
cōuersati sumus.] Paulus igitur & coram deo cōuer-
satus est sancte: & iuste ante proximū & inculpate ante
omnes gentes: ita vt de eo nullus merito cōqueri pos-
set: vt per hoc videat implere preceptū quod accepit
Genes.17. Abraam pater eius: cui dictum est a domino: ambula
xi. coram me: & esto irreprehensibilis. Huius autem verita
tis testem inuocat deum. Obsecrat autem apostolus fi-
lios suos charissimos: quod proprium est pastoris & pa-
tris: his tamē nostris tēporibus non obsecrationes sed
anathemata in ecclesia sonāt: atque vtinā pro seriis rebus:
et non pro qualibet leui & nihili causa. Unde & in con-
temptum venit censura ecclesiastica: sicut pertractat doctor
noster in quarto. distin.19. dicens: Frequēs est huius
gladii percussio in ecclesia: qui tamē raro ab apostolis in
vsum fuit. Legimus apostolum p. Corint.5. cap. fornicarium
publicum tradidisse Satane ad interitum carnis sue.
Excōicatio. Item pma Timoth. cap.1. quidam circa fidem naufra-
gauerūt quos tradidi Satane &c. his duobus locis sen
tentia videt lata. Item pma Corint. capi.5. si quis fra-
ter nominat inter vos fornicator aut auarus &c. nec cum
huiusmodi cibum sumere. Item.2. Timothe.4. Alexan
der erarius multa mala mihi ostendit: quē & tu deuita;
Et ad Titum.3. cap. hereticum hominē post vnam & alte
ram monitionē deuita. Et illud Joan. in scda Canoni-
ca: Si quis venit ad vos & hanc doctrinam non affert:
nolite eum recipere in domo: nec aue ei dixeritis. Hec
sunt anathemata que inueniunt in apostolicis litteris/ vi-
delicet contra eos qui a fide naufragauerūt aut fuerūt pu
blici fornicarii & scortatores quorum delictum in dedecus
ecclesie redūdabat. Nunc igit frequētissime est huius
pverb. gladii vsus: ne dicam abusus: sed est sepe in manu Ba
laam: nec raro asina immerita impetit eodem. Numeri.
22. sed aerem verberat tantum: ignemque secat sicut dicit.
Sane intellige/ quia videlicet gladius ecclesie ferit quidem:
sed non perinde timet: quia vsus eius frequens est.
[Ideo & nos gratias deo agimus sine intermissione: quia
cum accepissetis sermonē auditus a nobis dei: accepi-
stis non sermonē hominum: sed sicut erat vere sermonē
xii. dei: qui & agit in vobis credentibus.] Gloria enim pdi-
cantium est multitudo credentium. Tanta autem facili-
tate & alacritate susceperūt verbum ex ore apostoli: vt p
barent vere illam esse dei doctrinā. pro eo quia nos legi-
mus qui operat: Grece est ὃς καὶ ἐνεργεῖται. Et po-
test referri ad verbum quod est Gre
ce generis masculini videlicet λόγος, quod quasi semen
dei agit & multiplicat in cordibus Thessaloni
censium donec redundet in fructum centuplum: sicut scri-
Hiere.15. ptum est in Hieremia: inuēti sunt sermones tui & come
di eos: & factum est mihi verbum tuum in gaudium & in
leticiam cordis mei. De impiis autem dicit per eūdem
Hiere.6. Cui loquar & quem cōtestabor vt audiat? Ecce incircū
cise aures eorum: & audire non possunt. Quam obrem p
Hiere.3. hibite sunt stelle pluuiarum: & serotinus imber non fuit: &
Esaie.5. mandabo nubibus meis: ne pluant super vineā meam.
&c. que sequuntur in Esaia. Denique factus sum ait Hie-
Hiere.20. remias in derisum tota die: et sermo domini in opprobrium
xiii. mihi. &c. Itaque propheta cum pudore superatus ob insa-
niam populi increduli verecūde quidem se stulte con-
stituisset vt taceret: cōceptus interim animo sermo di-
uinus in corde pclausus: ardebat in pectore. Ideo necessi
tate compulsus iterum ad populum loquitur dure cerui
cis: si forte credant & cōuertant: ne si tacente eo: lupus Ezech.33.
aut gladius ire dei sustulerit ouem de grege: sanguis
eius de manu speculatoris requiratur.

¶ Vos enim imitatores facti estis fratres ec-
clesiarū dei que sunt in Iudea in Christo Ie
su: quia eadem passi estis vos a cōtribulibus
vestris: sicut & ipsi a Iudeis qui & dominū
occiderūt Iesum & prophetas: & nos persequu-
ti sunt: & deo non placent: & omnibus homi
nibus aduersant: prohibētes nos gentibus
loqui vt salui fiant: vt impleant peccata sua
semper. peruenit enim ira dei super illos vsque
in finem. Nos autem fratres desolati a vobis
ad tempus hore aspectu non corde: abundan
tius festinauimus faciem vestram videre cum
multo desiderio: quoniā voluimus venire ad
vos ego quidem Paulus & semel & iterum:
& impediuit nos Satanas. Que est enim no
stra spes aut gaudium aut corona glorie? Nō-
ne vos ante dominū nostrum Iesum Chri-
stum in aduentu eius? vos enim estis gloria
mea & gaudium.

¶ Vos enim fratres imitatores facti estis ecclesiarum dei
que sunt in Judea: quia eadem passi estis & vos a propriis
cōtribulibus:] sicut & ipsi nos a Judeis qui & dñm oc- Matth.23.
ciderunt Jesum implentes mēsuram patrum suorum:
& proprios prophetas: quia veritatē annūciabant: sicut di-
cit: Uenite mittamus lignum in panem eius: & erada- Hiere.11.c.
mus eum de terra viuentium: & nomen eius non memo-
retur amplius. [Ita & nos persequuti sunt & deo non pla-
cent.] De Esaia autē ita dicit Origenes, cur non dica- Origenes.
mus in presenti traditionem quādam Judeorum verisi-
milē quidem non tamē veram. Aiunt ideo Esaiam es-
se sectum a populo quasi legem preuaricantem: et extra Exodi.33.
scripturas annūciantē. Scriptura enim dicit: nemo vi
debit faciē meam & viuet. Iste vero ait: vidi dominum sa- Esaie.6.
baoth sedētem super solium excelsum & eleuatum. Mo
ses aiunt nō vidit: & tu vidisti? et propter hoc eum secue-
runt vt impium. Non enim sciebant quia duabus alis vela-
bant Seraphin faciem dei. Uidit igitur Esaias: sed fa
ciē eius non vidit: sicut nec ipse Moses sicut alias dictum
est. De Zacharia autem ita legimus.2. paralip. ca.24. 2.palip.24.
Spiritus itaque domini induit Zachariā filium Joiade
sacerdotem: & dixit ad omnē populum ex ore dei: Quare
transgredimini preceptum dñi: quod vobis non proderit: xiiii.
& dereliquistis dñm vt derelinqueret vos? Qui cōgre
gati aduersus eum: miserūt lapides iuxta Regis impe
rium in atrio domus dñi. Et non est recordatus Joas rex
misericordie quam fecerat Joiada pater illius secum cō
stituens eum regem interfecta Athalia: sed interfecit fi 4.Reg.11.
lium eius: qui moriens ait: Uideat dñs et requirat. De
Amos ita dicit Hieronymus. hūc ablatum de numero Amos.
pastorum qui erāt in oppido Thecue misit dñs vt in Sa
maria predicaret: quē Amasias sacerdos frequēter pla- Hieronym.
gis afflixit. Misit enim Bethel ad Hieroboā regē israel
dicēs. Rebellauit cōtra te Amos in medio domus israel:
nō poterit terra sustinere vniuersos sermones eius. Hec
enim dicit Amos: In gladio morietur Hieroboā & Israel
captiuus migrabit de terra sua. Et dixit Amasias ad

Cap.7. Amos. Qui vides/ gradere: fuge in terram Juda: et
prophetabis ibi: & in Bethel non adiicies vltra vt prophe
tes. Tādem filius eius Ozias vecte per tēpora transfi-
xit. post hec semiuiuus in terrā suam euectus post ali-
3.Reg.18. quot dies dolore vulneris expirauit: sepultusque est cum
patribus suis. Legimus & 3. Regum. capi.18. quia cum inter
xv. ficeret Jezabel prophetas dñi: tulit Abdias centum ex
eis & abscondit eos quinquagenos & quinquagenos in
speluncis: & pauit eos pane & aqua. Unde dicit dñs ad
iudeos qui erant in Hierusalē: Implete mensurā pa-
Luce.11.c. trum vestrorum: Matth.23. Ue vobis qui edificatis sepul
chra prophetarum: & ornatis monumenta iustorum & dicitis:
si fuissemus in diebus patrum nostrorum: non essemus socii
eorum in sanguine prophetarum. Itaque testimonio estis vo
bismetipsis: quia filii estis eorum: qui prophetas occiderūt.
Matth.21. Et vos igitur implete mēsuram eorum & occidite eum
qui pmisit prophetas: dicentes: Ecce hic est heres: veni
te occidamus eum. lapidem quē reprobastis: eligentes
Ps.117. Barrabam constituit deus pater in caput anguli. ipse
est cubitus in quo cōsummat arca. Genes.6. Et tamē
putabant se obsequium prestare deo: Joan.16. cap. sicut
& apostolus dicit Petrus: scio quia per ignorātiam feci-
Actu.3. stis sicut & principes vestri. Eadem igit & vos passi estis
vt tanquam lapides viui superstrueremini fundamento apo
stolorum & prophetarum Christo iesu. Ephes.2. [Et omnibus
hominibus aduersant] quicunque predicant veritatē: aut il-
lam complectunt oblatam: tanquam hostes humani gene-
ris: cupientes omnes secum trahere in interitum: dicen-
Joan.10. tes: Demonium habet: quid eum auditis? Item illud: prae-
cipiendo precipimus vobis ne doceatis in nomine isto: et
Actu.5. ecce repleistis Hierusalē doctrina vestra: & vultis indu-
cere super nos sanguinē hominis istius: immemores ver
xvi. borum suorum quibus dixerunt: Matth.27. Sanguis eius
super nos &c. vnde dicit: [Qui obsistunt nobis & prohi-
bent ne loquamur gentibus vt salue fiāt: vt expleant pec-
cata sua semper.] iuxta quod supius audierunt: implete
mensuram patrum vestrorum: vt ostēdant inquit se attigis-
se iam refertam nequitie mensuram: & scelerum apicem.
Athanasius. Athana. Maledictus furor eorum: quia pertinax. Genes.
49. Eadem enim audituri sunt que de Amorreis dixit
dñs ad Abraam: Nedum enim complete sunt iniquitates
Genes.15. Amorreorum vsque ad presens tempus. Prohibēt inquit ne
loquamur gentibus: quia nec ipsi ingredi volunt ad cō-
uiuium: deinceps occidisti huic filio perdito vitulum sagi-
natum: Luce.15. capi. quia & superbissimo Aman parum
fuit in vnum Mardocheum mittere manum: sed omne ge
nus iudeorum voluit delere tanquam alter Pharao. Hester.
3. ca. Cum ergo impleuerint hanc mēsuram: iuxta quod
sequitur: [peruenit enim ira dei super illos vsque in finem:]
Apoc.vlt. (vt qui in sordibus sunt: sordescant adhuc:) tunc & ipsi
eadem patient que Amorrei & cetere gentes quas eie
cit dominus a facie eorum. Quod dicit vsque in finem: finem
Roma.11.c. ire dei super illos tunc futuram arbitramur cum intra-
uerit plenitudo gentium: tunc enim & ipsi in fine seculi cō-
uertent ad vesperam: & incipient inuocare eum quem
Sap.5. cruci affixerunt dicentes: Errauimus a via veritatis: & iu
sticie lumē nō luxit nobis. Potest & illud vsque in finem
sic intelligi quasi dicat: peruenit enim ira dei super illos
extreme: siue ad extremum: hoc est implacabilis: iuxta il-
Hiere.12. lud: facta est mihi hereditas mea quasi leo in silua: de-
dit contra me vocem dicens: Crucifige: crucifige eum:
ideo odiui eam. Quis ergo ibit ad rogandum pro pa-
ce eius? si steterint Samuel et Moses coram me: non
Hiere.15. est anima mea ad populum istum: Dorsum (sicut Mosi)
Luce.22. & non faciem ostēdam eis (quam velauerūt) in die perdi-
tionis eorum. Hierem.18. Et Zacharias: Pasce peco-
Zacha.11. ra occisionis: que qui possederāt: occidebant & non do
lebant: & vēdebant ea dicentes: Benedictus dñs: diuites
facti sumus. Legamus inquit Hieronymus veteres histo
rias & traditiones plangentium iudeorum in quos ira dei
nouissima peruenit: quia in tabernaculo Abrae vbi nunc per Hierony.
annos singulos mercatus celeberrimus exercet post vl
timam euersionē quam sustinuerūt ab Adriano mul-
ta hominum milia venūdata sunt: et que vendi non po- xvii.
tuerūt translata in Egyptum: et tam naufragio & fame
quam gentium cede truncata. Isti ergo victores & domini
vltores: qui occidebant vel vēdebant pecora: atque dice-
bant: benedictus dominus: diuites facti sumus: hanc ha-
bebant sententiā. propter peccata sua offendere iudei:
ideo eos oppressimus: & ex precio eorum diuites facti su
mus. Unde hoc? Quoniam inquit Esaias miscuit vobis dñs
spiritum soporis: quo loco septuaginta dixerunt spiritum cō- Esaie.29.
punctionis: Theodotio autē mentis excessum: Aquila
grauem somnum. Igitur soporati: cōpuncti: excedentes Ibidem.
& dormientes/ est illis visio omnium sicut visio libri signa
ti: signati in doctis pariter & sapiētibus: de quibus dicit:
Sinite illos: Matth.15. duces sunt τυφλοὶ τυφλῶν.
[Ceterum fratres orbati vobis ad
spacium tēporis aspectu non corde:] et sicut legimus di-
xisse Job ad filios suos natu maiores: Ego autē quasi
orbatus interim sine liberis ero. Grece pro desolati habet Genes.45.
ἀπορφανισθέντες, Itaque non animo sed corpore di-
uulsum se dicit ab eis. Charitas
enim non diuidit nec separat: non magis quam radius a so
le. Nam & Jacob viso filio suo Joseph quē ante quin-
decim annos audierat deuoratum a bestia: non sum in-
quit fraudatus aspectu tuo: mortuum audiui: viuum Genes.48.
speraui me visurum sicut est dies hec. Putemus apo-
stolum Paulum esse alterum Tobiam qui sollicitus sit
pro vnico et charissimo filio suo: ac dicat: Putas quare Cap.10.
moratur filius meus? flebat mater eius irremediabili-
bus lachrimis dicens: Heu me fili mi: vt quid te misi- xviii.
mus peregrinari lumen oculorum nostrorum: baculum se-
nectutis nostre: solatium vite nostre: spes posteritatis no
stre. Talis erat apostolus Thessalonicēsibus: tales &
ipsi charissimi filii huic patrie patri/ proficiscenti ab eis.
Orbati igitur aspectu non corde: [vehementius studui-
mus videre faciem vestram in multo desiderio:] non
minore cupiditate quam solet agricola quispiam: cum au-
dit quem optime coluerit agrum: fructus vberrimos pro
tulisse: et reuisere eundem: & oculis perlustrare mox cu-
piat. Athana. Dicturi deinceps cum patre nostro Ja- Athana.
cob: iam letus moriar: quoniam vidi faciem vestram: & superst
tes vos relinquo atque in fide immobiles: & repletos iu- Genes.46.
sticie fructibus. [Quapropter voluimus venire ad vos
ego quidem Paulus & semel & iterum: et obstitit no-
bis Satanas.] Nec mirum: erat enim via hec Satane
contraria: sicut & in simili legimus dixisse angelum dei
ad Balaam: Ego veni vt aduersarer tibi: quia peruer-
sa est hec via tua: mihique contraria. Denique in Actis ita Numeri.22.
legimus dixisse apostolum cuidam Satane vicario nomi
ne Elymas Mago: volenti auertere Paulum Sergium Actu.13.
a fide. ¶ O plene omni dolo & omni fallacia fili diaboli
inimice omnis iusticie: non desinis subuertere vias dñi
rectas? Quid igitur mirum si semel atque iterum Sata- 2.Cor.12.
nas obstitit Paulo: qui datus fuerat in stimulum bea-
to Paulo vt illum colaphizaret? Demones quidem
inimici omnis iusticie: omnis discordie autores: in ma- xix.
lo tamen semper concordes sunt. Illico enim vt audi-
uit eorum princeps Satan: ecce omnia que habet Job
in manu tua sunt: ventus vehemēs irruit a regione de- Job.1.
serti: & cōcussit quattuor angulos domus vbi Job ip-
sius pignora charissima epulabātur cum sororibus suis
& omnes oppressit. Omnes enim nequissimi mox vt la- Origenes.
xati sunt: continuo omnes generaliter ab omnibus parti
bus super ipsam domum irruerunt festinātes: atque aduer
sum inuicem rapiētes quis prior hanc iniquitatē inci-
peret & crudele spectaculum: ingētem vnusquisque eorum

sibi reputans dolorē:si prior illo alter pcederet ad eius
pditionem. Per quatuor partes: ne quis forte illorum
euaderet pter vnum quem de industria abire pmise-
runt. per. 4. partes: vt licet omnes sint semper discor-
des:ad malum tamē semp vnanimes. O lamētabilem
scenam atqȝ tragediam: carnes cum sanguine ⁊ ossib⁹
cōminuta sunt omnia. Fratres cum sororib⁹ ⁊ sorores
cum germanis omniū cōminutio simul cum ipsis ante
positis cibis cōmixta est. Capita caluarię brachia ⁊ ven
triculi om̄ia confusa sunt: ita vt fundamēta dom⁹ sur-
sum supra tectum excitauerint. Erat visio lamētabilis:
imo nec visio nec aspectus: nō enim erat quod videret
vt posset tradi sepulturę. Nec mirū: fecerunt enim tres
turmas: vt intelligas ꝙ vniuersa potentia et om̄es de-
moniū caterue simul illic cōuenerūt: ⁊ pariter se aduer-
Abac. 1. sum Iob armauerūt. [Esce enim illorum electę sunt,
xx. totum mūdum despexerūt: tantū vt Iob superent: cui
non erat similis alter in mundo. Tria cornua fecerūt:
p. Ioan. 2. qm̄ omne qđ est in mundo aut est cōcupiscentia carnis
aut cōcupiscentia oculoꝝ aut superbia: his enim corni-
bus tribus impugnāt fidem spem ⁊ charitatē ecclesię.
Tria cornua fecerūt qm̄ tertio cōgressi sunt cum sancto
Iob: Primū peculium pdentes cum filijs: secūdo totū
corpus lepra respgentes. tertio cum vxorem eius sedu
xerunt ⁊ tres amicos contra eum armauerūt: et tamē
adhuc Iob pmanet in innocētia sua. Nam sicut colum
ba de nido effugata: sublatis sibi pullis atqȝ ante ocu-
los mactatis: non indignat nec terret: nec nidum dese-
rit: ita ⁊ Iob sublato nido diuitiaꝝ et filijs pre oculis in
terfectis: adhuc pmanet in innocentia sua. Sed quid
adhuc adiecerit Satan audiamus. Coriū pro corio. O
Cap. 2. impudentissimā nequitiam: pdidisti omnē eius substā
tiam: de Christo autem dolens ꝙ perditio facta sit ma
gna nempe vnguenti sup caput eius effusi: clamas per
Math. 26. os eius cuius repleueras cor: Ut quid perditio hec? vt
quid ergo non ⁊ rem Iob que cum iniquitate perijt p-
ditionē iudicasti? sed inquit corium p corio. Quomō
Iacob cum occurreret ei frater Esau: posuit primo lo-
co filios ancillarū et ipsas matres. scđo loco Liam ⁊ fi-
lios eius. vltimo vero loco Rachel et Ioseph. has tres
familias pecora pcedebant: pellem em̄ pro pelle ⁊c. vi-
de Gene. 33. Reuertit enim tanq̄ canis rabidus ad ba
culum: sperans ꝙ per nouissimū bellum priorē ruinam
possit resarcire: nesciēs miser ꝙ nouissima eius futura
Math. 12. essent peiora priorib⁹. Non ergo miremur si ⁊ Paulū
impediuit Satanas: cuius pdicatione tot animaꝝ gre-
ges eruebātur de potestate eiusdē. [Nam que est nr̄a
xxi. spes aut gaudiuȝ: aut corona gl'iationis: an non ⁊ vos
in conspectu dn̄i nostri Iesu christi: in eius aduentu?]
puerb. 15. Gloria em̄ patris est filius sapiens: ⁊ perfectio discipu-
lorū gaudium ⁊ corona magistri est. qui em̄ ad iusticiā
erudiunt multos fulgebūt quasi stellę in ppetuas ęter-
nitates. Daniel. 12. Hec autē corona de qua loquit apo
stolus vocat cōmuniter aureola. Est autē triplex coro-
na videlȝ aurea: aureola: ⁊ palma. Prima est oīm bea
torū ⁊ correspōdet radici charitatis: ⁊ significat pręmiū
ęternitatē. Secūda datur martyrib⁹: v'ginibus: pdica-
toribus; palma dat his qui fuerunt martyres in voto: si
cut beatę virgini: sancto Martino: beato patri nostro
Francisco et hoꝝ similib⁹. Martyres vicerūt mūdum:
virgines carnem: doctores hostem. Martyres vincunt
passiōes illatas: virgines vero expugnāt illis innatas:
pdicatores autem eradicant stirpes inutiles de corde
Exo. 25. et credentiū. Deniqȝ ⁊ in veteri testāmento tria habebāt
30. cap. coronas videlȝ altare incensi: arca fęderis: mensa pa-
num ppōnis. Prior significat aureolā martyꝝ qui cor-
pora sua obtulerūt deo in rationabile obsequium ⁊ sa
Roma. 12. crificium vespertinū. Sequens figurat v'rginitatē: ar-
ca enim vndiqȝ auro vestiebat sicut ⁊ exponit Hierony

mus: qm̄ virginitas ⁊ in carne reperit ⁊ in mente: vt sit
sancta ⁊ corpore ⁊ spiritu. Mensa autē significat coro- 1. Cor. 7.
nam prędicatoꝝ in qua sunt panes. 12. hoc est doctrina
ad omnē populū: qm̄ non in solo pane victurus est ho Deut. 8.
mo. Hi panes ponunt in mensa seni ⁊ seni altrinsecus: Leuit. 24.
vt intelligam⁹ ecclesię doctores vtriusqȝ testamēti ha-
bere noticiam: vt pferant de horreo suo noua ⁊ vetera: Math. 13.
vt dent filijs suis cibum in tempore suo: quos hic apo
stolus suum gaudiū vocat ⁊ coronam. vñ concludit di-
cens: [vos enim estis gloria nostra ⁊ gaudiū. et patȝ.

Caput tertium.

Propter quod nō sustinētes amplius placuit nobis remanere Athenis solis: & misimus Timotheum fr̄em nostrū & ministrū dei in euāgelio Christi ad cōfirmandos vos & exhortādos pro fide vestra: vt nemo moueat in tribulatiōib⁹istis. Ipsi scitis: ꝙ in hoc positi sumus. Nam & cum apud vos essemus: pdicebamus vobis passuros nos tribulationes: sicut & factum est & scitis. Propterea & ego ampli⁹ non sustinens: misi ad cognoscē dum fidem vr̄am: ne forte tentauerit vos is qui tentat: & inanis fiat labor noster.

Propter qđ cum nō amplius su- j.
stinerem⁹.] Desideria em̄ dilata crescūt: sicut dicit: de-
fecit in salutare tuū anima mea. Anna em̄ mater To- ps. 118.
bię sedebat secus viam cotidie in supcilio montis vnde Tobi. 11. c.
respicere poterat de longe: indeqȝ veniētem vidit filiū:
in quo defecerat anima eius sicut ⁊ defecerat aīa Sy Luc. 2.
meonis cum accipiens pueruȝ in manib⁹: nescio quid
cygneum decātauit dicens: viderūt oculi mei lumen ad
reuelationē gentiū. hę sunt gentes quaꝝ desiderio te-
nebat apostol⁹: quod ⁊ ferre non sustinēs: [Uisum est
nobis inquit vt Athenis resideremus soli: ac misimus
Timotheū fratrem nostruȝ ⁊ ministrū dei ⁊ adiutorem
operis nostri in euangelio Christi: vt cōfirmaret vos ⁊
cōsolaret vos in fide nostra: ne quisq̄ turbaret in presſ-
suris his.] Aliorum casus apostol⁹ in ppria passione
metuebat. O immēsa viscera charitatis: despicit quod Gregori⁹.
ipse patit: ⁊ timet pusillo gregi. Quasi enim percussi
quidam magni medici ęgrotant: cum ⁊ se aduersa patiē
tes dolent: ⁊ alijs necessaria dolentes puident. Quasi
inquit vna de stultis mulierib⁹ loquuta es. Quo vni- Iob. 2.
co verbo ⁊ vxori iaculū intorsit: ⁊ sibiipsi scutum patiē
tię opponit. quomō ⁊ alibi dicit: foris pugnę: intus ti- 2. Cor. 7.
mores: periculis fluminū ⁊ latronū. sequit: sollicitudo
omniū ecclesiaꝝ. Intuere enim quanti laboris sit vno 2. Cor. 11.
eodēqȝ tēpore foris aduersa tolerare: intus infirma p-
tegere. Nemo igitur moueat: qm̄ si bona suscepim⁹ de
manu dei sinistra: ⁊ adhuc diuiniora expectam⁹ a dex- ps. 15.
tra: (delectatiōes in dextera tua) mala quare non susti

neamus? Multa sunt sancto Iob mala: multa: et pri-
mū parua: tum ⁊ maiora: et tamē Iob quasi tot iaculis
hostem cōfodit: quot voces patientię in dei laudib⁹ p-
cussus reddidit. Unde poterat ergo quis turbari? vnde
ps. 72. turbabat pphēta cum dixit: mei autē pene moti sunt
pedes a via angusta ad latam et spaciosam. Matth. 7.
videns pctōres optata pace sua frui: nec esse in labori-
bus hominū: iustos autē flagellari tota die: versari in
fame ⁊ siti: fieri opprobriū hominū ⁊ irrisionē plebis:
impios conculcare iustiores se: ⁊ hec omnia non latere
Habac. p. deum: ⁊ tn̄ tacere. vñ illud ex Habacuc: Usqȝquo domi
ne clamabo ⁊ non exaudies: vociferabor ad te vim pa-
tiens: ⁊ non saluabis? Facies hominis quasi pisces ma
ris ⁊ quasi reptilia non habētia ducem. ppter hoc lace
rata est lex: ⁊ non puenit vsqȝ ad finem iudiciū. Hec cō
ij. munis est querela mortaliū omniū contra dei puiden
tiam sicut alias diximus: quomō qui tanta signa face-
rent aliqū infirmarent: et quos deus pscierat confor-
Roma. 8. mes fieri imagini filij sui verberib⁹ subijcerent ⁊ vin-
culis: ęstimati tanq̄ oues victimę deuotę. Romā. 8. [Sed
ipsi inquit nostis nos in hunc vsum positos esse:] iux-
ta quod scriptū est: eritis odio om̄ibus hominib⁹ pro-
Mat. 10. pter nomē meum: Futurū est enim vt om̄is qui interfi-
cit vos: arbitret se victimam deo offerre gratissimam:
Ioan. 16. et tamē capillus de capite vestro non peribit:
Luc. 21. in patiētia vestra possidebitis animas vr̄as. De pctōri-
bus autē quid dicit Habacuc? Usqȝquo aggrauat con-
tra se densum lutum? Septuaginta/vsqȝquo aggrauat
70. torquē suam grauiter? hac enim pertrahit peccator in-
fidelis ad pęnam: iuxta quod sequit: Nūquid non re-
pente cōsurgent qui mordeant te? Mittit ergo aposto-
lus Timotheū qui illos ꝯfirmaret in fide: interim ipse
orbat⁹ remanēs ⁊ filijs et coadiutore ⁊ fratre: ppōnens
vtilitati suę filioꝝ salutem: interim deficiens ⁊ ęstuans
pre desiderio suorū pignoꝝ quos in Christo genuerat.
Quicqd enim est qđ vehemēter expetim⁹: nisi ei⁹ ma
Ambrosi⁹. iorem habeam⁹ effectū: videt nos quadam longa intē
iij. tione lassare. Amor impatiēs die noctuqȝ meretricias
fores pulsans: si diutius potiendi desideria differātur:
2. Reg. 13. ipsa deficit expectatione dum sperat: in quo vtiqȝ non
finis amoris est sed incrementū: sicut ptȝ in Amnō. Et
quicqd est desiderabile si non cōtingat desideranti: de-
ficit in illō: ⁊ quasi ipsam deponit animā qui desiderat:
Amor. si tn̄ spes pplor assurgat: dat vires spes prima. Itaqȝ
quanto longi⁹ est quod desiderat: tanto magis deficit
qui desiderat. Deficere igitur nil aliud est q̄ in id vnū-
quemqȝ migrare qđ diligit: illud cogitare: illi adhęre-
re: ⁊ illud ꝯsonare: in id quadam animę dilectione trās
fundi: iuxta qđ dixit quidam sanctoꝝ: anima ibi verius
est vbi amat: sicut dixim⁹ de Anna matre Tobię. et tn̄
quo magis lassat affectus: eo magis amor crescit: ⁊ quo
diutius abest dilectus: eo expectātis desideria fortius
ignescūt: vt ⁊ ipsa sponsa dilecti pudore virginali sepo-
sito: surgens quasi amoris impatiens circūeat vicos ⁊
Canti. 5. plateas quęrēs quem diligit anima ei⁹. [Nam ⁊ cum
essemus apđ vos: pdicebamus vobis passuros nos tri-
iiij. bulatiōes: sicut ⁊ factū est: et scitis.] iuxta quod scriptū
est alibi: Ego quos amo: arguo ⁊ castigo. Non debȝ igi
Apoc. 3. tur vobis hoc nouū videri: cū scriptuȝ noueritis: Dico
autē vobis amicis meis ne terreamini ab ijs qui vos p
Math. 10. sequūtur: aīam em̄ non possunt occidere. Quid dixim⁹
Luc. 10. ne terreamini? gaudete ⁊ exultate qm̄ nomina vr̄a scri
pta sunt in cęlum vbi ⁊ magna merces vobis cōstituta
est. [Quapropter ⁊ ego non ampli⁹ ferens: misi ad co
gnoscendū fidem vestrā: ne forte tentauerit vos is qui
puerb. tentat: ⁊ inanis factus esset labor noster:] ⁊ perisset vt
dicit ⁊ labor ⁊ impensa om̄is. Et sciēdum ꝙ tunc ma-
xime nos hostis aggredit: cum solos inuenerit. sic em̄
Matth. 4. aggressus est Euā: sic ⁊ Christum. Et vide quāta arte

explorat nos is qui tentat/⁊ librat verba sua. Si inquit
filius dei es: dic lapidi huic vt panis fiat: qđ tamē nul-
lam cōsequētiam habet. dictur⁹ em̄ erat si esuris: dic vt Chryso.
lapides isti ⁊c. sed famē in Christo videbat: diuinā na
turam suspicabat: audierat vocē de cęlo allatam: Hic
est filius meus dilectissim⁹: et Ioannē dicētem: Hic est Luc. 3.
agnus tollens pctm̄ mundi: Ioan. p. vnde magno cępit
teneri ambiguo: cum haberet rōnes pbabiles ad vtrū
libet: vñ ⁊ voces emittit ancipites. Et sicut in paradiso
finxit illa que non erant: vt que erant disceret: ita ⁊ in
Christo nesciēs manifeste suscepti hominis ineffabile
sacramentū: talia retia tendit per que se opinat abscō-
ditum hoc secretū posse rimari. Mitte te inqt deorsuȝ. v.
id ipsum nunc facit qđ ⁊ in primis parentib⁹. Nam si-
cut tunc de deo detrahēs dixit: scit deus ꝙ si comederi Genes. 3.
tis aperient oculi vestri: et ppterea non vult vos mā-
ducare ne sitis sicut ille scientes bonū et malum: ita ⁊ Luc. 3.
hic: Frustra inquit te pater tuus de cęlo filiuȝ vocauit:
aut si verū est: ostende nobis documentū tantę ꝟtutis:
mitte te: agnoscent em̄ angeli dn̄atorem cęli ⁊ terrę: et
in manib⁹ tollent te ⁊c. Sed potentia filij dei in saluādo
⁊ erigendo lapsos erat ostēdenda: non in eo ꝙ ab ange
lis tolleret: qui verbo virtutis suę om̄ia portat. Heb. 1.
Uerūtamen tentator iste nō impulit: non tetigit: sed tm̄
dixit: mitte te deorsum: vt intelligam⁹ ꝙ qui obedit dia Ambrosi⁹.
bolo: ipse se deponit: qui ⁊ si suggerere pōt: cogere ta-
mē non potest. pōt excitare tentationis motum: tuum
est exclamare: Dn̄e salua nos: perimus. Eos tamē pul- Matth. 8.
sare negligit: quos quieto iure se possidere sentit: quos
superbia erigit: auaricia tabefacit: ira inflammat: inui
dia exulcerat: luxuria necat: sed absorbebit fluuium ⁊
non mirabit ⁊c. Iob. 40. Sciens igitur apl's tentatorē
nunq̄ dormire: semp circuire: nullum non mouere lapi
dem: aut saltem vt moueat tētare sicut dicit: Ecce Sa Luc. 22.
tanas expetiuit vos vt cōcuteret: qm̄ vt supius diximus
escę illius electę sunt: Habac. p. timens filijs suis dile-
ctis: mittit ad eos vicariū suuȝ: per quem quodāmodo
psens intelligat ⁊ exploratam habeat fidem eorum.

Nunc aūt veniente Timotheo ad nos a vobis: & annūciante nobis fidem & charitatē vestram: & quia memoriā nostri habetis bonā semp desiderantes nos videre sicut & nos quoqȝ vos: Ideo consolati sumus fratres in vobis in om̄i necessitate & tribulatione nostra per fidem vestrā: qm̄ nunc viuim⁹ si vos statis in domino. Quā enim gratiaꝝ actionē possumus deo retribuere pro vobis in om̄i gaudio quo gaudem⁹ ppter vos ante deum nostrum: nocte ac die abūdantius orātes vt videamus faciem vestram & compleam⁹ ea que desunt fidei vestrę. Ipse autē deus & pater noster & domin⁹ Iesus Christus dirigat viam nostram ad vos. vos autem dn̄s multiplicet: & abundare faciat charitatē vestram in inuicem & in om̄es: quemadmodū & nos in vobis: ad confirmanda corda vestra sine querela in sanctitate ante deum & patrē nostrum in aduētu domini nostri Iesu Christi cum omnib⁹ sanctis eius amen.

Nuper autē cum venisset Timotheus ad nos de vo
bis: et annūciasset nobis fidem ac dilectionē vestram:
fides em̄ sine operib⁹ mortua est: et ꝙ habeatis memo Iacobi. 2.
riam nostri bonā semper: desiderātes nos videre quē

admodum ⁊ nos vos: Ideirco fratres cōsolationem
accepim⁹ nomine vestro in omi pressura ⁊ necessitate
nostra per vr̄am fidem: quam audiui esse in tuto] cuꝫ
metuens ne vacillasset in aliquib⁹ ex vobis imbecil-
lioribus: ⁊ mihi timebā: Nunc igitur videor mihi esse
in tuto: si vestra incolumis est fides: sicuti est, et patet.
[Quā nunc viuim⁹: si vos statis in dn̄o.] Letatus sum
(Ps.121.) em̄ in his que dicta sunt mihi: filius tu⁹ viuit: ⁊ ipse do
(Genes.45.) minat in tota terra Egypti. His enim auditis: licet pri
(vj.) mū pre gaudio non crederet pater Jacob: tādem tn̄ re-
uixit sp̄us eius: ⁊ ait euigilans quasi de graui somno:
sufficit mihi si adhuc viuit fili⁹ meus: Sufficit ap̄lo vi
ta filioꝝ suorum: qm̄ nunc nos viuim⁹ inquit: si vos sta
(Gene.44.) tis. [Anima em̄ apostoli ex vita filiorū suorum pende
bat: sicut dicit de Beniamin. Forsitan em̄ si Timothe⁹
rediens nūciaret ap̄lo multos ex Thessalonicēsib⁹ ex-
cidisse a fide: deduceret canos eius cū dolore ad sepul
chrum. Sed audiens fixam eorū in fide cōstantiā: nunc
inquit viuim⁹: si vos statis. [Quam em̄ gratiaꝝ actio
nem possum⁹ deo repēdere de vobis: in omni gaudio
quo gaudem⁹ ꝓpter vos in conspectu dei nostri: nocte
ac die supra moduꝫ orantes vt videam⁹ vr̄am faciem:
(Seneca.) et suppleam⁹ que desunt fidei vestre: Seneca. Omnia
honestaꝝ rerum semina animi gerunt: qui admonitio
ne excitant non aliter ꝙ scintilla flatu leui adiuta: ignē
suum explicat. Erigit veritas cum tacta est ⁊ impulsa.
Nulla autem res magis honesta induit: dubiosꝙ ⁊ in
prauū inclinabiles reuocat ad rectū ꝙ bonoꝝ viroꝝ cō
uersatio. Etenī paulatim descēdit in pectora ⁊ vim p̄-
ceptoꝝ obtinet frequēter audiri: videri frequēter: oc-
cursus ipse sapientis me iuuat: ⁊ est aliquid qđ ex ma-
gno viro vel tacēte ꝓficies. Nec tibi facile dixerim quo
modo ꝓdest: sicut id intelligam ꝓfuisse. Minuta que-
dam vt ait Phedron animalia cū mordēt: non sentiū-
tur: adeo tenuis illis ⁊ fallens in piculū vis est: tumor
indicat morsum ⁊ in ipso tumore nullū vuln⁹ apparet.
Idem tibi in cōuersatione virorum optimorū eminet.
Non dep̄hendes quomō ⁊ quādo tibi prosint: ꝓfuisse
(Pythago.) dep̄hēdes. Pythagoras ait: alium animū fieri intro-
eūtibus templū: deorumꝙ simulacra ex vicino cernētī
bus. Uere autē nihil est tam dignuꝫ qđ sufficere possit
ad cōpensationē acquisite salutis gentium: de qua scri
(Esaie.40.) ptum est: Cōsolamini consolamini pp̄lm meū dicit de⁹
vester. loquimini ad cor Hierl'm ⁊ aduocate eam: qm̄
completa est malicia ei⁹: dimissa est iniq̄tas illius. Cau
sa igitur cōsolationis populi gentiū remissio est pecca-
toꝝ. et causa remissionis: ꝙ susceperit de manu dn̄i du-
(Hierony.) plicia pro om̄ibus peccatis suis/ videlꝫ grām ⁊ glīam.
Et hoc notādum ꝙ nō soluūtur peccata nostra: nisi de
manu dn̄i recepimus ea. nec idem est solui ⁊ dimitti: cui
enim dimittūtur: solutione non indiget: audiens illud
(Luce.7.c.) iam amplius noli peccare. Cui autem soluūtur: ꝓpter
(vij.) ea soluūtur quia purgata sunt ⁊ soluta per penas. Ex
hac igitur peccatoꝝ remissione ecclesia ex gentib⁹ con
(Math.21.) gregata: excusso peccati iugo: ⁊ solutis vinculis colli sui
quib⁹ tenebat ligata in castello qđ fortis armat⁹ custo
(Esaie.61.) diebat: letabunda exclamat ⁊ laudans. Gaudēs gaude
bo in dn̄o ⁊ exultabit aīa mea in deo salutari meo. ⁊c.
De hoc igitur gaudet ap̄ls ecclesie paranymph⁹: ꝙ di-
(Ps.44.) missa sunt pctā eius: ꝙ suscepit de manu dn̄i duplicia
ꝙ circūamicta est omni ambitione virtutū ⁊ astat qua-
si cōiunx a dextris Christi: postꝙ soluit vincula colli sui
⁊ iugum ferreum excussit de ceruicib⁹ suis: pro quo ⁊
coronā accepit. Et qm̄ ꝓuexerant se Thessalonicēses
pseuerantia fidei ⁊ actu vite melioris: cupit eos magis
ac magis videre: vt ea que ad pfectionem illoꝝ condu-
cunt p̄sens suppleat: habet. n. nescio quid latētis Ener
gie viua vox ex ore doctoris in aures infusa discipuli:
qm̄ prestat aliquid presentia: qđ nec littere nec nūcius

quilibet possit efficere: et sacramēta rerum sp̄ualium
facile publicari non debent. [Aliud est em̄ fidem acci-
pere: ⁊ aliud expōnem fidei. vnde ⁊ catechumini voca-
bant olim quibus credenda non scripto sed viuotenus
tantū tradebant: ne fortassis margaritis inuētis cōcul (Math.7.)
carent ab infidelib⁹. Ap̄ls autem qm̄ adhuc imbecil-
les erant cum primū crediderūt/ lacte tantū pauit eos:
deinceps ꝓpter seditionem exortam in ciuitate de qua
habet in actis cap.17. in salutatis filijs discessit non si- (viij.)
ne merore: ⁊ prexit Athenas. Inde ergo optat eos vi-
dere vt suppleat si qua desunt fidei eoꝝ. [Ipse vero de⁹
⁊ pater noster ⁊ dn̄s noster Jesus christ⁹ dirigat viam
nostram ad vos] sic impedimēta diaboli soluerentur:
quib⁹ iam primo ⁊ secūdo impedit⁹ fuerat a Sathana:
sicut supius dixit ap̄ls. [Uos autem dn̄s abūdantes et
exuberantes faciat: (vides effrenatas amoris vires ⁊
furias: cum illos ⁊ abūdare ⁊ effluere cupiat ⁊c.) mutua
inter vos charitate ⁊ in omnes] sicut dicit: Uade ⁊ tu (Luce.10.)
⁊ fac similiter: [quēadmoduꝫ ⁊ nos in vos] plus inue
niam laude dignū: ꝙ audierim referēte Timotheo de
vobis: vt vincatis famam virtutibus vr̄is: sicut dictum (3.Reg.10.)
est ad Salomonē: Nam ⁊ de pctōribus dicit ecōuerso:
Uenite sumam⁹ vinū: ⁊ impleamur ebrietate: et erit si- (Esaie.56.)
cut hodie sic ⁊ cras: et multo amplius. Hec autem voꝫ
Epicureoꝝ est: quorū deus venter est ⁊ gloria: qm̄ futu
rum seculū non credunt. si tales essent Thessalonicē- (Philip.3.)
ses: non magnope eos cuperet inuisere ap̄ls: sed sicut
dicit: peccata vestra abscōderunt faciem eius a vobis.
70. dixerūt: ꝓpter peccata vr̄a auertit faciē suam a vo- (Esaie.59.)
bis: eo ꝙ pessimū odorem ⁊ iniq̄tates peccatoꝝ vr̄oruꝫ
ferre non potuit: sed auertit faciem suam ne eoꝝ turpi
tudinem cerneret: et statim pcutere cogeret: sicut fecit
in Sodomis: audiuit: descendit: vidit: pcussit sed plaga
inimici. ⁊c. Hieremi.30. et Genes.18. iuxta quod orabat
Dauid: auerte faciem tuam a peccatis meis. [vt confir (Ps.50.)
met vr̄a corda] super petram Christū: ne circūferami (Ephes.4.)
ni omi vēto doctrine: [⁊ custodiat illa irrep̄hensibilia:]
vt nulla de vobis possit esse iusta querimonia. Irrepre (ix.)
hēsibilia inq̄ [in sanctimonia corā deo et patre nostro
in aduentu dn̄i nostri Jesu christi cum om̄ibus sanctis
eius: cū ceperit ante tribunal eius examinatio singloꝝ
approbare.] Custodiat inquit corda vestra sine quere
la. Raro quidē inuenies ait Hieronym⁹ qui ita vitam
suam irreprehēsibilem exhibere velit: vt non libenter (Hierony.)
carpat alienam. Legim⁹ tamē de Zacharia eiusꝙ vxo
re Elisabet ꝙ erant ambo iusti ante deum: incedentes
in om̄ibus mandatis ⁊ iustificationib⁹ dn̄i sine quere- (Luce.1.)
la. Ambrosi⁹. Quid ad hoc referūt qui peccatis suis so
latia pferentes: sine peccatis frequētibus hominē pu- (Ambrosi⁹)
tant esse non posse: et vtunt versiculo: qr scriptum est in
Job: Nemo mūdus a sorde: nec si vnius diei vite sit in
terra: Job.14. s̄m.70. et illud: Celi non sunt mundi in
cōspectu eius: ⁊ inter sanctos eius nemo immutabilis. (Job.15.)
Quib⁹ respōdendum est prius/ vt quid sit hominē sine
peccato esse diffiniant: vtrum nunꝙ om̄ino peccasse: an
desisse peccare. siue em̄ hoc putāt sine peccato esse de-
sisse peccare: ⁊ ipse cōsentio: om̄es enim peccauerūt: ⁊ (Roma.3.)
egent gloria dei. Si autem eum qui veterem errorem
correxit: et nouum induit hominē: deinceps illud im-
plens: noli peccare. Joan.5. negāt abstinere a delictis:
non possumus in eorū cōuenire sententiā: cum legam⁹ (Ephe.5.)
ꝙ dn̄s sic dilexit ecclīam vt exhiberet eam sibi ipse glo
riosam: nō habētem maculam neꝙ rugam aut aliquid
hmōi: vt sit sancta ⁊ immaculata. Nam cum ecclīa ex
pctōribus cōgregata sit: quomō ex maculatis immacu
lata potest esse: nisi prius per dei gratiam abluat: ⁊ de-
albet super niuem: et deleant peccata sua sicut nubes: (Ps.50.)
in spiritu iudicij ⁊ spiritu ardoris? Esaie.4. que pri⁹ in
modum sanguinis coccinea erant: ac deinde infuso sp̄ū

(Ezech.36.) nouo ⁊ corde carneo: fiat immaculata: decetero absti-
nens a peccatis: et patꝫ intentio apostoli.

Quartum Caput.

De cetero ergo fratres rogamus vos & obsecram⁹ in domino Iesu: vt quēadmodū accepistis a nobis quomō oporteat vos ambulare & placere deo: sic & ambuletis: vt abundetis magis. Scitis em̄ que p̄cepta dederim vobis per dominū Iesum. hec est em̄ voluntas dei sanctificatio vestra: vt abstineatis vos a fornicatione: vt sciat vnusquisꝙ vas suum possidere in sanctificatione & honore: non in passione desiderij: sicut & gentes que ignorant deum. Et ne quis supgrediatur: neꝙ circūueniat in negotio fratrem suū: qm̄ vindex est domin⁹ de his omnib⁹ sicut p̄diximus vobis & testificati sumus. Non enim vocauit nos domin⁹ in immūdiciā sed in sanctificationē. Itaꝙ qui hec spernit: non hominē spernit sed deum: qui etiam dedit spiritū suum sanctū in nobis.

(j.) [De cetero fratres rogamus vos
⁊ adhortamur in dn̄o Jesu ⁊c. Inspice inquit ⁊ fac s̄m
(Exodi.25.) exemplar quod tibi in monte mōstratum est. Omnis
enim scriba doct⁹ in regno celoꝝ qualis erat apostol⁹.
cum ea que in litteris sanctis ⁊ in fide catholica actione
(Ordina.) pia didicerit ipse facere: ⁊ alios docere p̄cipitur: hoc est
inspicere ⁊ facere scd̄m exemplar quod sibi in monte
mōstratum est. Inspicit enim diligenter exemplar sed
vi. Homo vt dicitur dimidio vitę tantū differt a brutis: nec enim homo a bestia per somnū distinguitur. Si igitur nocte dormimus: per diem autem ociamur: quod documentū relicturi sumus: nos aliquādo vixisse? paruas facultates habētes (inquit phs) ociosi esse non possunt. Dicis qr diues sum: τ nullius egeo: et nescis qr tu es miser: pauper τ nudus. Apoca.3. Quid igitur? suadeo tibi emere: hoc est negotiari dum venio: Luce.19. auditurus alioqui: Auferte ab eo minam: τ date habēti decem minas. Quod autem huic seruo dicitur: quare non dedisti pecuniā meam ad vsuram: vide qr non nostrę: sed pecunię suę querit vsuram τ lucrum. Quid enim habes quod nō accepisti? 1.Cor.4. De tua autem pecunia si quā iusto labore quesisti: Luce.6. quid putas auditurū nisi illud: mutuū dantes: et nihil inde accipientes: imo inquit nihil inde accipiētes: nihil sperantes. Fuerunt fortassis τ alii feneratores dei de quibus siletur: Luce.15. pro eo quod quasi prodigi debitores que acceperant cōsumpserāt viuendo luxuriose: adeoq; ad paupertatē redacti sunt vt fierent porcorum pastores. [Ipsi enim scitis quēadmodum oporteat nos imitari. Et sequitur: quoniā non inordinate gessimus nos inter vos: nec gratis panem accepimus a quoquā: De cēsibus cum apl's. sed in labore τ sudore nocte dieq; facientes opus: ad hoc ne cui vestrum essemus oneri.] Quomō ergo Christus dicit: operamini non cibum qui perit? Joan.6. sed his loquitur qui querebant Christum propter cibum solum. vide textū. Isti araneis masculis similes sunt: hi enim neq; texunt neq; venantur: sed tm̄ fruendi preda comites sunt. prouerbium. vnde illud ex prouerbio: artem quęuis alit regio. Qua sentētia significatū est certissimū viaticū esse eruditionē aut artificium aliquod. Nam hec nec eripi possunt a latronibus: τ quocunq; terrarum te cōferas: comites sunt indiuidui: nihil adferunt sarcinę. Suetonius. Scribit Suetonius aliqn̄ Neroni predictū a Mathematicis futurum vt imperio destitueretur: vn̄ vocem illam Neronis celeberrimā fuisse: Artē quęuis alit regio: quo maiore venia meditaretur cytharedicā artem: principi gratā: priuato necessariā. Idem euenit Dionysio tyranno: qui imperio exutus Corinthi ludum aperuit: ac pueros litteras τ musicā docuit. Nam τ secundum Grecorum sentētiā ars ipsa inopię portus est: quā mater paupertas genuit. At nūc qm̄ multi cōtra preceptum apl'i māducare volūt: sed nō labores manuū suarum: tollūt qd̄ non posuerūt: cōtra preceptū Platonis. Plato. Quod nos legimus: nō inquieti fuimus: Grece est: ὅτι οὐκ ἠτακτήσαμεν ἐν ὑμῖν. Hoc est qm̄ non inordinate vixim⁹ inter vos. Est enim ἀτακτεῖν, preter ordinē viuere suoq; arbitratu: etiam cōtemptis legibus publicis: sicut dicitur sermone dei ad Job. Cap.39. Nunquid volet Rhinoceros seruire tibi: aut morabitur ad presepe tuum? Nunquid alligabis rhinocerotam ad arādum: aut credes illi qm̄ sementem reddat tibi: τ aream tuam congreget? Impatiēs quippe vt fertur: illico moritur. Est enim indomitę omnino naturę animal hoc: vt si captus aliquādo fuerit/teneri viuus nullatenus possit.

vii. Talis est natura stultorum suoq; arbitratu viuentiū atq; dicentiū: Non seruiā. Hiere.2. Isti sunt qui nullis disciplinę loris iugo Christi subduntur: et si quādo cōpelluntur intrare: iuxta quod dicitur: Luce.14. Cōpelle eos intrare domū conuiuii: moriūtur: qm̄ tristicia seculi mortem operatur. 2.Cor.7. Que inquit Sapiēs non cōgregasti in iuuētute: quomō inuenturus es postq̄ senueris? Nō ergo inquit apl's ordinē turbauim⁹ ac inquieti fuimus inter vos: Eccli.25. cuius probatio est: quia panē nostrum nostro labore quesiuimus. ¶ Imperator Octauianus filios τ si non genuit: tamē adoptauit: quos ad gradum militarē: cursum τ saltum exercitari fecit: vsumq; natandi: punctim: cęsimq; feriendi: τ iaciendi missilia: τ lapides manu vel funda docuit. Similiter τ filias legitur in lanificio fecisse instrui: vt si preter spem in extremā paupertatem fortuna preceerit: vitam possent arte deductis facultatibus sustinere. Difficulter autem ait Seneca rescinduntur vitia que nobiscum creuerunt: Seneca. quale est ociositas. Qua igitur fronte ociosis manibus gratis panem māducare audemus: quem vas electionis euangelica sollicitudine pressus: ociosus māducare non presumit? vnde dixit sapiens quidam: hanc esse sententiā patrū: operātem monachū vno demone pulsari: ociosum autem innumeris. Nam τ Hieronymus adhortatur nos dicens: Fac semp aliquid boni operis: vt te aduersarius occupatū semper inueniat. Nam si domum vacātem reperiat: Hierony. alioqui ornatam τ mūdam: Matth.12. reuertetur vnde exiuit: nec tamē solus. Tam diu non labimur retro: quādiu ad priora cōtendimus: nostrū enim non progredi reuerti est: qm̄ τ vitis non putata in labruscam silnescit: τ vicium capiunt ni moueantur aquę. Et legimus de Paulo abbate qui cū in horto pusillo moraretur: vnde tamē sufficiētiam victus haberet: collectis palmarū foliis: cotidianum pensum a se exigebat: et in fine anni cophinos quos intexerat exclatis palmarū: igni tradebat. Qui ergo in ordinem redigi non vult: ne gratis panem māducet: timeat ne ibi in ordinem cogatur: vbi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Job.10. Sed inquit apostolus: obliti dignitatis apl'icę: et quod semināti spiritualia debētur plus q̄ de condigno carnalia: nocturnis diurnisq; laboribus acq̄siuimus nobis vitę necessaria: ne cui inquit vestrum essemus oneri.

viii. Reuera autem non esset onerosus apostolus magis q̄ fuit apud viduam Sareptanā Helias: τ tres viri apud Abraam: Genes.17. aut 3.Reg.17. Christus dominus apud Martham charissimā hospitam suam. Luce.10.ca. vel apud Zacheū: Luce.19. siue apud eos qui ipsa die ibant in castellum Emaus. Luce.24. Cur enim tanto hospite non letarentur: a quo primū verbum vitę acceperāt: in quo Christus viuebat τ loquebatur? Reuera ergo non grauaret eos: si acciperet: imagisq; grauauit accipere nolens ab eis. Hoc modo putamus factum fuisse in Absalon: 2.Reg.13. cuius cum tonderentur oues inuitauit omnes filios regis: dixitq; ad patrē. Ecce tondentur oues serui tui: veniat oro rex cū seruis suis ad seruū suum. Et rex. Noli fili mi noli rogare vt veniamus omnes: et grauemus te. Fortassis autē Dauid hoc loco nesciens/verum dixit: vere enim presentia eius grauaret ipsum Absalon: qui presente patre nō ausus fuisset parricidiū perpetrare: simpliciter tm̄ iniuriā facit: qui non acquiescit roganti. Si inquit fidelē me iudicastis dño: Actu.16. introite in domū meam τ manete: Quare ergo non accepit apl's: sed labores manuū suarum māducabat? nunquid non licebat ei qd̄ cęteris apostolis Christi?

¶ Non quasi non habuerim⁹ potestatem: sed vt nosmetipsos formā daremus vobis ad imitādum nos. Nam & cum essemus apud vos denūciabamus vobis: qm̄ si quis non vult operari: nec māducet. Audiuim⁹ enim inter vos quosdā ambulātes inquiete: nihil operantes: sed curiose agentes. his autē qui eiusmodi sunt denūciamus: & obsecram⁹ in domino Iesu Christo: vt cum silētio operantes/ suum panē māducent. Vos autē fratres noli

te deficere: bñfacientes. Q̃ si quis non obedierit verbo nr̃o: per epl̃am hunc notate: & non cõmisceamini cum illo: vt cõfundatur. Et nolite quasi inimicũ existimare: sed corripite vt fratrẽ. Ipse autẽ deus pacis det vobis pacem sempiternã in omni loco. Dñs sit cum oĩbus vobis. Salutatio mea manu Pauli: quod est ſignum in omni epistola: ita scribo. Gratia domini nostri Iesu christi cũ omnibus vobis. amen.

ij.

¶ Non inquit q̃ id nobis non licet: sed vt nosmetipsos formam exhiberem⁹ vobis ad imitãdum nos.] Sunt enĩ plura que etsi licẽt: non expediũt: sicut alias diximus. [Etenim cum essemus apud vos: hoc ꝓcipiebam⁹ vobis: quod si quis nollet operari: is nec mãducaret.] Alia fuit causa ꝓpter quã apud Corinthios abstinuit. Nam ibi noluit accipere: vt pseudapstolos repelleret: hic autem vt q̃ docebat: prius ope impleret. Qui enĩ in ocio panem mãducat: nõ videt vinere nisi vt edat: cum magis deberet comedere vt viueret: sicut scriptum est: panẽ ociosa non comedit: vñ omes domestici eius vestiti sunt duplicib⁹. Alioqui hec fuit iniquitas Sodome: saturitas panis & ocium. [Audiuimus enĩ quosdã ambulãtes inter vos inquiete ac inordinate: nihil operis facientes:] sicut locutẽ in vere sed curiosa agẽtes: sicut illũ Domitij Affri de quodã oratore: quem dixit non agere: sed fatagere, οὐδὲν ἐργαζομένους, ἀλλὰ περιεργαζομένους. qualemcũq; fingũt Poete deum quẽdam nomine Momũ: quem Hesiodus dicit nocte matre somno pfe genitũ. Huic deo mos est: ipsius quidem nihil operis facere: sed aliorũ deorũ opera curiosis oculis cõtemplari: et si quid est omissum aut ꝑperã factũ: id summa libertate carpere. Illi vnum cõfingere Momũ: qui tamẽ & vnus tñi erat: nec vitra crepidam sicut dicit: Paulus adit non vnũ aut duos notat momos: sed audiuim⁹ inquit quosdã curiose agentes: serpẽtis oculi: & quib⁹ vir ipse Momus satisfaciat. Sine ꝓposito multi vagãtur quẽrẽtes negotia: nec destinauerunt quid agant: sed in que incurrerint incõsultus illis vanusq; ꝓcursus est: cõlis formicis per arbusta repentib⁹: que in summũ cacumẽ deuenientes in imũ inanes agũt. Quorũdam quasi ad incẽdium currentiũ misereberis: vsq; eo impellunt obuios: vt se alios q̃ precipitant: deinde domũ cum suis aqua redeuntes lassitudine iurant nescisse quare vbi fuerint: postero die erraturi per eadẽ illa vestigia. Ex hoc malo dependet illud temerariũ vitiũ auscultatio: et publicoꝝ secretoꝝ inquisitio: a multaꝝ rerũ scientia: quẽ neq; ꝓbe narrant: neq; tuto audiunt. Isti sunt quos notat apl̃s nil opis facientes &c. Seneca. [His autẽ qui sunt huiusmodi denũciamus & obsecramus per oñm nr̃m Iesum christũ: vt cum quiete operantes: suum ipsoꝝ panem edant.] Q̃ uid est suum ipsoꝝ: Si quis inquit cibo non indiget sed solo verbo dei reficit sicut scriptum est de Mose: huic ꝓmittit & alabore cessare: interimq; respicere quomõ deus vestit lilia agri: quomõ & pascit volatilia celi: que nec laborant: nec cõgregant. Sed non omnes frũstur diuitijs collo-

x.

quẽ cum Mose: nec oĩes accipiunt panem de manu angeli cum Helia/ quãdo iubemur orare panẽ nr̃m cotidianum da nobis hodie. Matthei. 6. Magis reuera ꝓmũs remunerãdi sunt: qui negligentib⁹ magistris: de solis verbis ꝓficiunt. Implent enĩ illud quod scriptum est: omnia quecũq; dixerint vobis facite. Apl̃s tamẽ & verbo docebat & forma fiebat viuendi ociosis. Sed qui ociosi esse desiderãt: id agunt quatenus occasio nascat vt inꝓbitũ suum desiderabile faciant domibus diuitũ. Hi enim circleunt et pambulãt ciuitatem: gesta & opiniones verboꝝ subtiliter colligentes: vt habeant vnde placeant hominib⁹ in terra viuentiũ: quos ps. 114. susurrones vocauit apostolus: Roma. 1. Ibi enim sicut libenter audiunt/ ita & gratis pascũtur: quod factuꝝ valde abhorret a disciplina christiana. [Vos autẽ fratres nolite deficere in bñfaciendo:] semp inquit pauperes habetis vobiscũ. Nec enim in repꝛhẽsionem venit qui humanꝰ est in largitẽdo: sed is qui cum possit laborẽ fere/ ꝓpter frigus arare noluit: is enĩ mendicabit ẽstate & audiet: Ite ad vendẽtes & emite vobis. [Q̃ si quis non obedit sermoni nostro: hunc per epl̃am indicate:] vt acrius corrigat: quem epistol̃ nostrę autoritas non emẽdauit: [et ne cõmercũ habeatis cum illo:] vt cõfundatur. [Et nolite quasi inimicum existimare: sed corripite vt fratrem. Ipse autem deus pacis det vobis pacem semper in omni loco. Dominus sit cum omnibus vobis. Salutatio mea manu Pauli: quod est signum in omni epistola: ita scribo. Gratia domini nostri Iesu christi cum omnibus vobis. amen.]

Deut. 8. Matth. 6.

Explicit prima ad Thessalonicenses.

¶ Incipitur argumẽtũ in priorẽ epistolã ad Timotheũ.

Timotheum matre iudea christiana tamẽ: patre greco genitũ/ Paulus in ministeriũ adoptat: optime indolis iuuenem: & sacris litteris eruditũ: quem tamen ob iudeos coactus est circũcidere sicut alias dictũ est. Quoniã autem huic ecclesiarũ curam mãdauerat sicut & Tito quas ipse adire nõ poterat/ instituit eũ in officio pastorali & in ecclesiastica disciplina: non sic admoneus vt discipulum sed vt filium & coadiutorẽ. Id quo cũ maiore factat autoritate apostolum Christi se vocat. Admonet autẽ vt reiectis qui iudaicas fabulas inuehẽtes: ea tantum doceret que essent fidei & charitatis. Deinde principum licet ethnicorũ autoritatẽ: quoniã hinc pendebat ordo ciuitatis & trãquillitas reipublicę adeo nõ contẽnẽdam christianis dicit vt pro iis orare iubeat. Quid viros deceat in ecclesia quid mulieres docet. Episcopũ depingit mitẽ suis videlicet coloribus cum sua domestica familia. Deinde admonet ne recipiat iudaicas fabulas de ciborũ delectu: de vitando cõiugio. Mox docet quale se prestare erga senes: iuuenes: anus: puellas debeat: erga viduas videlicet pauperes & ecclesie alendas pecunia: erga adolescẽtiores & suspectę etiã num ętatis. Ad hec tradit quid ꝓpere debeat dominis: quid seruis: quid diuitibus admonens omnib⁹ modis abiciendas quęstiones sophistarum/ inani doctrinę specie sese iactantes. Scribit e Laodicea per Tychicũ Diaconum.

Actu. 16. 6.

¶ Primum caput.

Paul⁹ apostolus Iesu christi secundum imperiũ dei saluatoris nostri & christi Iesu spei nostrę Timotheo dilecto filio i fide: gratia & misericordia & pax adeo patre & christo Iesu domino nostro. Sicut rogaui te vt remaneres Ephesi cum irem in Macedoniã: vt denũtiares quibusdam: ne aliter docerent: nec intenderent fabulis & genealogijs interminatis: que questiones prestant magis q̃ edificationẽ dei que est in fide. Finis autem precepti est charitas de corde puro: & cõscientia bona & fide non ficta. Aquibus quidam aberrãtes: conuersi sunt in vaniloquiũ: volentes esse doctores legis: non intelligentes neq; que loquũtur: neq; de quibus affirmãt.

Figura.

4. Reg. vi.

Joã. ꝓmo.

i

¶ Paulus apostolus Iesu christi secũdũ imperiũ dei saluatoris nostri: & christi Iesu qui est spes nostra. Paulus apo. lumẽ ecclesię qui olim latens sub modio tanq̃ Ciphus intra faceli Beniamin: fumus erat ecclesię oculis: posit⁹ adeo super cãdelabrũ: vt qui ingredi vellent viderent: septupliciradio toram irradiauit ecclesiã: sicut dicitur ad Zachariã in visione: quid tu vides: Et ille: vidi inquit & ecce candelabrũ aureũ totum: & lampas eius super caput ipsius: & septẽ lucerne eius super illud. Candelabrum quidẽ ecclesia est: super quam lucerna & lampas est qui est sol iustitię: hoc enim lumine circũamictã conspexit Joãnes. Septem autem lucerne dona sunt spiritꝰ sancti quib⁹ ecclesia regitur & illuminatur: duę oliue super candelabrũ vna a dextris altera a sinistris legem significant & euangelium a quibus ecclesia testimoniũ habet. Secundũ aliam intelligentiã per candelabrũ quod erat vtiliũ templi ornamentum significabatur templi totius regificatio cum omni ornatu quod demolitũ fuerat per chaldęos. Quod autem erat: significat materiã egli esse incoꝛruptibilẽ: quã phylosophus quintã vocat essentiã. Lãpas super caput eius: deus est qui illuminat omnẽ hominẽ: qui illuminatur in hoc mũdo. Septẽ lucerne eius septem sunt planetę que in singulis subsistunt ozibus. Duę oliue que sunt hinc inde ipsi sunt Esdras & Zozobabel: siue Jesus summus sacerdos et Zozobabel: hoc est regnũ et sacerdotiũ: que sunt in populo iudaico. De hoc latius dicẽdum ad Heb. cap. nono. Secundũ autem ꝓpositũ nostrũ: cãdelabrũ hoc ecclesia est vt ꝓdicitur/ super quã ponitur lucerna Paulus apostolus: nõ quidẽ lux vera: solus enim Christus lux est que illuminat nec illuminatur secũdũ quod deus: qui nõ accepit gratiã ad mensuram: secũdũ quod homo. Est ergo apo. lucerna illuminata & illuminans sicut scriptũ est: vedi te in lucẽ gentiũ: vt illuminares oculos ęcozũ: & dicerens his qui in tenebris sunt/ exite. Septem lucerne huius candelabri septem epistole sunt aut septem ecclesię sunt gentiũ que lumine huius cãdelabri illuminãtur: sicut dicitur ad Joannẽ: cãdelabra septem: ecclesię sunt septem. Scripsit itaq; apostolus Romanis Corinthijs: Galatis: Ephesijs: Philippẽsibus: Colossensibus: et Thessalonicẽsibus: quasi septem gentibus quas olim vñs electorum a facie Israel: & nunc quoniã cęcitas ex parte contigit ipsi Israel: vocatur ad lucem: Paulo duce verbi: iuxta illud: populus qui habitabat in tenebris vidit lucem magnã: habitantibus in regione vmbrę mortis lux orta est eis. Hebrios igitur septem gentibus & epistolis ad eas scriptis in superioribus ostendimus quantũ deus misericors donare dignat⁹ est. Hic inquirendum est quid sunt duę oliue que virunq; latus lãpadis aut candelabri ambiũt. Ipsi sunt Timotheus & Titus coadiutores & collegę apostoli Pauli: qui & vocant duo filij olei splendoris. Oliue sunt perseuerantia boni operis: oliua enim semper virens: fructũ olei splẽdoris/ quoniam & victi sunt ab apostolo & ordinati episcopi: & hoc pertinet ad oleum: & luxerunt vita & doctrina: & hoc refertur ad splendorẽ. Paulus igitur lucerna lucens fuit

Sene. 44

Luce. 11. c.

Zacha. 4.

Apoca. 12.

Esaig. 49.

Apoc. p. c.

Rom. 11. c.

Josue. 11.

Esaig. 9. c.

candelabrū ecclesię totius:a quo septem ecclesię illumi-
nātur idest fideliū vniuersitas:que numero septenario
cōprehēditur [apostolus autem Jesu christi] quē nosse
vita ęterna est:quem diligere vita beatā est:cui seruire
regnare est:cui placere summa perfectionis est:pro quo
⁊ pati gloria maxima est:quo ⁊ frui finis est desideriorꝫ
Psal's. 15. nostrorū:sicut dicitur:saciabor cum manifestabitur glo-
ria tua:apostolus autē [secundū imperiū dei saluatoris
Heb. 5. nostri] nemo enim assumit sibi honorē: sed qui vocatur
a deo sicut Paulus apostolus. Is inquā hāc epistolam
scribit Timotheo dilecto filio sibi in fide renato. Text⁹.
[Gratia ⁊ misericordia ⁊ pax sit tibi a deo patre nostro ⁊
dño Jesu christo dño nostro] Hec est autem firma gene
ratio que nescit occasum:nescit mortē:nescit famem ⁊ si
Joan. 1. tim:filius in fide: sicut dicitur:qui non ex sanguinibus
sed ex deo nati sunt. Quodq; dicit dilecto filio:grece est:
γνησίω τέκνω, hoc est ingenuo filio nec adulterino:sed
talis vt per omnia respondeat moribus
parentis instituētis eum in fide. Quid est autem quod
dicit:⁊ Jesu christo [qui est spes nostra]? Necessariū est
pastorē ecclesię de spe admonere. Multa inquit fiducia
Psal's. 31. vtimur:⁊ multa sunt que nos vrgēt pericula:quia ⁊ mul
ta flagella peccatorū:sperantes autem in dño misericor-
dia circūdabit. Licet autem lupus circumiens ouile do
minicū:⁊ gregem ⁊ pastorē deuoraturus obābulet:ve-
Chrysost. hementius tamē aduersus pastorē armatur:quippe cū
ex eius cęde gregis totius detrimēta sequantur. Nā qui
ouem iugulat: gregem quidē minuit:qui autē pastorē
ipsum de medio sustulerit:totū simul gregē dissipauit:
iuxta quod scriptū est:percute pastorem:et dispergētur
Zach. 13. oues. Itaq; minori cum labore maiora detrimenta moli
tur:atq; vna anima deuorata:cuncta simul perdere atq;
vastare cōtendit. Fortassis ⁊ hoc moliebatur satanas:cū
Matth. 26 per os ancillę loquebatur ad circūstantes:vere hic ex il-
Luc. 22. lis est. Sed ego inquit rogaui pro te (futurus erat enim
pastor ouilis dñici) ne deficiat fides tua. Inde ergo apo.
statim Timotheū confirmat:erigitq; animū eius dicēs:
quoniā ⁊ si multas nobis insidias molitur aduersari⁹:
adiutoriū tamen nr̄m in nomine dñi nostri Jesu christi:
qui est spes nostra:in quo inimicos nostros vētilabim⁹
Psal's. 43. cornu. Tria autem sunt que apo. optat filio suo Timo-
theo:videlicet gratiā:misericordiā ⁊ pacē:cum in cęte-
iiij ris epistolis duo tantū cōmemorare soleat videlicet gra
tiam ⁊ pacem. Diximus autem alias de gratia et pace:
que duo omni credenti necessaria sunt: videlicet gra-
Chryso. tia ad remissionē peccatorū:⁊ pax ad tranquillitatē mē
tis:que est quedam prelibatio pacis ęterne. Est autem
Isidorus. gratia secundū Isidorū:diuinę misericordię donū per qđ
bonę voluntatis est exitus:iuxta illud/tenuisti ma. dexte
Psalm⁹. 72 ram meā:⁊ in voluntate tua deduxisti me:alioqui volun
tas cęca est:⁊ quid eligat ignorat:etiam Paulus ipse.
Rom. 7. At quoniā talis est natura rerū:ꝙ diabolus ad
uersus eos qui regendam nauē susceperit vehemētius
armatur:ideo ⁊ pastori etiam misericordia dei opus est.
Qui enim dignitatib⁹ caret:nolens volensq; prophat.
Qui autē in dignitate cōstitutus est:similis est illi qui
Pastor. cum puella formosa cohabitans:legem pręceptūq; acce-
pit:ne inique lasciuientib⁹ ipsam oculis videat. Uersa ⁊
reuersa in animo tuo quot curis:quot stimulis:quot ac
cusatoribus:quot assentatoribus qui in dignitate consti
tutus est obsideatur. Quod si omnibus placere studeat
(licet ventos venari videatur) iam omnino est ei compa
tiendū. Reuera huic non est inuidendū/qui tot sensib⁹
subiectus est:quot capita sub sua potestate regit. magis
autē est ei optanda misericordia:vt onustam nauē cęlesti
bus diuitijs optato in littore collocet. Gratia igitur tibi
⁊ misericordia ⁊ pax. Textus. Sicut rogaui te vt rema
neres Ephesi:cū proficiscerer in Macedoniā (⁊ supplē
dus est textus) ita facito.] Quid autē rogauerit cū prę-

cipere posset (pater enim erat ⁊ apostolus: ⁊ ille filius)
sequitur [vt denūties quibusdam] nec enim digni sunt
nomine qui nomē Mosi euāgelio intermiscent [ne di-
uersam sequātur doctrinā] ne aliud doceant q̄ a nobis v
edocti sunt. [Nec attendāt fabulis ⁊ genealogijs nunq̄
finiendis:quę questiones prębēt magis q̄ ędificationē
dei in fide] magis autē compēdio quęrāt eum qui est fi
nis totius legis omni credēti. Dicimus autem ꝙ iudęi Roma. 10.
pręter canonicas scripturas:habēt ⁊ alias traditiones
non quidē cōscriptas:quas tamē memoriter tenēt:quas
⁊ deuterosim appellant:in quibus inter cętera figmēta
illud vnū cōtinetur:deum in principio duas vxores for-
masse primo homini:ex quib⁹ genealogias infinitas in-
texunt:mouētes deinceps multas q̄stiones sed stultas ⁊
vt dicitur de lana caprina:aut si mauis de asini prospe-
ctu sicut dicitur in prouerbio. Quid est interminabiles Prouerb.
q̄stiones? Solutio q̄stionis inuētio est veritatis. Quod
si questiōes sunt interminabiles:labor ⁊ impēsa perit.
Quid autē opus est q̄stione:vbi nihil oportet curiose in-
quirere? Questio enim fidem tollit. Qui enim quęrit:
non dum inuenit. Qui quęrit:difficile credere potest.
Aarō inquit dñs ⁊ filij eius intrabunt tabernaculū:ipsi Nume. 4.
q̄ disponēt opera singulorū:⁊ diuidēt quid portare quis
debeat:alij nulla curiositate videāt q̄ sunt in sanctuario Figura.
priusq̄ inuoluātur:alioqui morientur. Quare morient?
Quoniā sancta sanctorū nuda ⁊ parentia cōtigerunt:et
q̄ non dum operuit manus sacerdotalis. Solis enim sa-
cerdotibus reuelata patet arca diuinę scripturę in qua vj
vrna est habens mana verbi cęlestis. Siquis igitur di-
gnus est ex ijs qui deo ministrant diuina capere ⁊ vide-
re mysteria:q̄ videre cęteri nō valēt sub pęna mortis:hi
sunt Aaron ⁊ filij eius:hoc est ecclesię doctores ⁊ ponti
fices:hi enim considerāt propitiatoriū:Cherubim:men
sam sanctā:candelabrū luminis ⁊ altare incensi:qui ver Origenes.
bo dei ⁊ sapientię mysterijs operam dant:⁊ deo soli in
sanctis vacāt:sed ⁊ ipsi sacerdotes sciant nō sibi esse lici
tum aperire mysteria fidei quibus non licet:sed operta
cęteris minus capacibus tradere portāda humeris. Cū
enim ex verbis mysticis ecclesię doctores opera iniun-
gunt populis:⁊ pleb's implet q̄ mandantur:sed non in-
telligit rationem:operta sancta sanctorū super humeros
portāt. Moses intelligebāt verbi gratia q̄ esset vera cir
cūcisio:quod verum pascha:q̄ verę Neomenię:vera sab-
bata:⁊ tamen ea per rerū corporaliū species adūbrabat.
Et cum sciret verum pascha immolandum esse Christū:
ouem immolari mandabat in pascha:⁊ de farinę azimis Exodi. 12.
festum agi:cum sciret diem festū agi in azimis syncerī-
tatis ⁊ veritatis. Sacerdotū itaq; ⁊ doctorū est q̄stiones
de lege facere ad vtilitatē audientiū:quoniā scriptū est: Joan. 5.
scrutamini scripturas in quibus putatis vos vitam ęter
nam habere:non tamen interminabiles ⁊ q̄ magis scru
pulum generant audientibus:q̄ fidem confirmāt. Sim-
plicibus autē ⁊ qui syncere in dei filiū credunt:sufficit
inuoluta nosse mysteria:dū modo ⁊ in humeris portēt:
hoc est exhibeant opere:sicut diximus secūdū intētionē
Origenis:alioqui morituri:sicut dicitur:alij nulla curio
sitate videant quę sunt in sanctuario. Si enim humana vij
essent que docet fides:oporteret ea merito discuti. Quē
si diuina sunt:credenda sunt:honoranda:non discutien-
da. Sufficiat tibi qđ suffecit ⁊ sancto viro Joseph: nē
pe illud:ne timeas accipere Mariā cōiugem tuā:quod Matth. 1.
enim in ea natū est:de spiritu sancto est. Quo enim pa-
cto nosti quia deus est:cū ab eo causas rationesq; inqui
ras? Nam ꝙ deum esse credimus:hoc primū argumētū Chrysost.
est:si verbis eius absq; argumētis probationibusq; cre-
damus. Quid autem necesse est de deo nos dicere deq;
rebus diuinis ꝙ nō sunt curiose quęrenda:sed fideliter
credēda? In homine enim Gentiles hoc fecisse manife-
stum est. Et enim in templo vbi colebantur isti duo dij

Isis ⁊ Serapis:erat ⁊ simulacrū:quod digito labijs im
Uarro. presso admonere videretur:vt silentiū fieret. Et Uarro
id significare existimat vt taceretur illos deos homines
fuisse:sicut in veritate fuerūt:sed errore hominū dij cre
diti sunt ⁊ cum hoc lege cautum est:vt quisquis Sera-
pim hominē diceret:capite puniretur. Iste vocabatur
Apis:fuitq; rex Argiuorū:soros autem grece sepulchrū
est:vnde Serapis quasi sepulchrū Apis dicit. Hic Apis
altero nomine vocatur Osiris frater Isidis ⁊ marit⁹. Hi
ergo casu inuētis frugibus:vtilitate eorum animaduer
sa/mortalibus tradiderūt:vnde ⁊ imperatores ac dij or
bis habiti sunt:de hoc autē diximus ad Rom. cap. 13. De
Diodorus hoc autē ita scribit Diodorus. Osiris rex iust⁹ ⁊ monar
cha orbis:sublatis de terra thytanibus Tyrānis:fecit
regnare pro eis filios:pręficiens Antesilybię:Busiridē
phenicię: Typhonē phrygię. Itaq; Typhō Egyptius
viij frater eiusdem Osiridis inuidia accensus:dictos pręfe
ctos regis in necē fraternā sollicitauit:pollicitus singu-
lis pręfecturā perpetuam suis in locis:⁊ liberū regnū:
si contra se nō ferrēt opem Osiridi ⁊ Isidi vxori eius.
Itaq; fratrem occisum dolo:in sex ac viginti partes dis
sectū:cuilibet eorū qui secum tāti facinoris participes
fuerāt partem dedit:veluti eiusdē sceleris cōscijs. Isis
autem auxilio filij sui nomine Oros mortē viri vlta est:
Thitanibusq; occisis:viri corp⁹ quęsiuit:partesq; (prę
ter pudenda q̄ in mare proiecta fuerant) cum iterato in
formā pristinam composuisset:sacerdotibus tradidit se
peliendas:vtq; veluti deum Osiridem colerēt impera-
uit. Huius historię partē accepimus ex Augustino:par
Chrysost. tim ex Diodoro:partim ex Chrysostomo qui eius memi
nit hoc loco. Et arbitror inquit apostolū hoc loco etiam
Gentiles significare voluisse:quippe cum illi deorū suo
rum seriem ⁊ Genealogias ab annis antiquis replica-
rent:⁊ cum sepulchra eorum visantur in terra:iubētur
credi non homines sed dij qui regnant in cęlo. Textus.
[Porro finis pręcepti est charitas de puro corde:⁊ con-
Joan. 21. scientia bona:et fide nō ficta] Hanc requirebat Christ⁹
in Petro:cū tertio replicauit:Petre amas me? Fides
autē ficta:fides est Gręca sicut dicitur in prouerbio:nu
Joan. 20. merata pecunia:parum videlicet verbis credens:huius
modi erat fides Thomę cum dixit:nisi videro:non cre-
dam. Fides autem ecclesię nō ita docet credendum:sed
beati qui nō viderunt et crediderūt:ergo fides ficta est
que huiusmodi est. Cōsciētiam autem bonam opposuit
conscientię cauterizatę multorū:quorum sunt in tene-
Esaię. 29. bris opera ⁊ dicūt:quis videt nos:aut quis nouit nos?
Talis erat cōscientia eorum qui dicebant:nobis non li-
cet interficere quemq̄. Joan. 19. Quorū cor longe erat
ix adeo. Cor autem purū intelligere possumus charitatem
que mercenaria nō est. puritas autem cordis in duobus
consistit:in quęrēda gloria dei:⁊ vtilitate proximi. Hoc
tāto puritatis bono gloriari nō potest veraciter:nisi qui
omnē gloriam sęculi que ab intus non est arbitratus fue
rit vt stercora. Nec valet dei ⁊ proximi veraciter quęre
Philip. 3. re lucra:qui propria nō contēpserit:factus tanq̄ vas per
Psal's. 30. ditum ad tempus:vt plures lucrifaciat. Sed quis est
hic:⁊ laudabim⁹ eum? E/pumice videlicet aquam quę
rim⁹:omes enim que sua sunt quęrūt nō que Jesu chri
Philip. 2. sti:vt ne dicam nō que proximorū. Conscientiā autē bo-
nam duo integrāt:cōmissa flere:⁊ flenda non cōmittere.
Qui talis est:non timeat cum Ezechiele cum transgres
Job. 30. soribus captiuari:cum Job frater fieri draconū:sorius
struthionū:cum Mose deleri de libro vitę. Exo. 32. et cū
2. Reg. 18. Dauid mori pro filio suo Absalon:aut cum apostolo ana-
Roma. 9. thema fieri a Christo pro fratrib⁹. Fides autem ficta il-
la videtur que per charitatē quidem incipit operari:sed
quia non perseuerat:deficit:⁊ moritur tanq̄ abortiua:
Luc. 8. iuxta quod dicitur:isti sunt qui ad tempus credūt:et in
tempore tentationis recedunt:nō enim habent radices

alte videlicet fixas:sicut alias apo. dicit/in charitate ra-
dicati ⁊ fundati. Itaq; apo. quādo omniū virtutū maior Ephe. 3.
est charitas si sit de corde puro:conscientia bona et fide 1. Cor. 13.
nō ficta:hanc finē esse dixit idest perfectionis cōsumma-
tionē omniū pręceptorū:sicut scriptū est:omnis cōsūma Psal's. 118.
tionis vidi finem:latum mādatū tuum nimis. Quid est x
omnis cōsūmationis vidi finem? Consūmauerat malitiā
suam mūdus sicut consūmauerat eā Saul cōtra Dauid: j. Reg. 20.
quod videns Jonathas:denuntiauit amico suo Dauid.
Aliquādo autem nō dum ipsi iudęi impleuerant mensu Matth. 23.
ram patrum suorū/est ergo consūmatio malitię cōsūma-
tio peccatorū. Uenit agnus dei qui tolleret peccatū mū Ambrosi⁹.
di:qui est finis legis/principiū, A. et finis, O. et remissio
peccatorū. Hūc finem vidit propheta qui cōsummatū sę
culi aboleret errorem:vidit sanguine agni omniū pecca
ta mundari:vidit veteris legis pręceptis finem imponi:
⁊ in vno charitatis pręcepto totam legē impleri. Bene
ergo dixit:omnis cōsummationis vidi finē:hoc est vidi
consūmati adulterij remissorē:atq; omnis postremo fla-
gitij per crucem suam delicta donantē/vidi legem man
datorum in decretis multiplicibus sitam euacuātē ⁊ tol
lentem emedio cruciq; affigentē:ac pro ijs omnibus vni Collos. 2.
cum pceptum statuentē/de quo apo. dicit:finis pręcepti
hoc est finis totius legis charitas est/q̄ tamen est de cor
de puro, ⁊c. Quidam autē iudęorū mysteriū legis igno
rātes ⁊ prophetarū ꝙ vsq; ad Christum seruāda tradita
fuerāt/errauerūt/putantes pręndicato euangelio:⁊ legē
factorū in Neomenijs ⁊ circūcisione ⁊ escis discernēdis
seruari debere. Idcirco in vaniloquiū dicit eos conuer
sos apo. quia volebant docere q̄ ignorabant:cū dicat p-
pheta/omnis cōsummationis futuram finē:excepto mā-
dato dei latissimo:quo etiam inimicos iubemur dilige- Matth. 5.
re. Itaq; sicut Christ⁹ finis est legis:ita charitas finis p- Roma. 10.
ceptorum legalium. Sed quomodo charitas dicitur la-
tum mādatū:cum scriptum sit:augusta est via que ducit Matth. 7.
ad vitam? Rara enim est virtus:⁊ difficilis est passionū
tolerātia. Quid autem difficilius q̄ inimicos diligere? xi
Durus est hic sermo:⁊ via in pręcipitio posita:⁊ rar⁹ est
qui non declinet vel ad dexterā vel ad leuam. Imo quia
angusta est via:latum mandatū necessariū est:in tribula- Psal's. 4.
tione enim dilatamur. Hinc illa vox:cor nostrū dilatatū 2. Cor. 6.
est. Et vnde dilatatum? Periculis in terra in mari:in iti
nerib⁹:in ciuitate:in falsis fratrib⁹. Cor igitur apostoli qđ
ante persecutionis sęuitia coarctabat:latum mādatum
dei amplificauit. Dicit ergo Christ⁹. Nolo coarctetur in Joan. 15.
me populus meus multitudine pręceptorum:quos iam
amicos dixi non seruos:sufficit mandatū vnicū ⁊ ipsum
latum:de quo dicit apo. finis pręcepti est charitas de cor
de puro, ⁊c. Latitudo aūt huius pręcepti hinc elucescit:
quoniam ⁊ omne animal diligit sibi simile. Quanta au
tem similitudo inueniatur inter hominem et hominem Eccle. 13. c.
quicūq; is sit nemo ignorat/qui legit. Genes. 1. faciamus
hominē ad imag. ⁊ similitudinē nostram. Et sciēdum ꝙ
appetitus finis in omnibus actibus absq; termino est:
sed mediorū ad finem aliquis est terminus. Medicus
enim nō ponit terminū in sanitate quā inducere cupit:
sed perfectiorem inducit q̄ potest: Medicinas autē ap Analogia.
plicat secūdū proportionē:potest enim inesse ibi exces-
sus et defect⁹. Finis actionū nostrarū moraliū charitas
est/per quam finem attingimus vltimū. in hac nullus po
test esse excessus:imo sicut alias diximus/pręceptum de Abulensis
diligendo deo nō impletur in via videlicet ex toto corde: Matth. 22.
viribus:mente:⁊ fortitudine. In medijs vero q̄ sunt ad
finem potest esse excessus ⁊ defectus:quoniā virtus cō-
sistit in medio:vitia vero extrema sunt:sicut inter aua- xij
rum ⁊ prodigū est liberalis:inter remissum ⁊ crudelem
consistit iustus. Sicut igitur medicinę finis sanitas est:
ita ⁊ totius legis finis charitas est de conscientia bona.
Hanc qui habet:pręcepto ac denūtiatione op⁹ nō habet.

Arte tamē opus est:ne quis in cassum iacula dirigat:nec
extra signum sagittas intorqueat:cum sint plurima que
a recto itinere nostros frustrentur conatus:cum ad vnū
signum tota intētio dirigenda sit:quia vnum tantum est
Luc.10. necessariū:extra hūc vnū finem quocūq; dirigam⁹ actio
nes nostras: toto erramus celo vt dicitur. Itaq; satis est
eruditus in lege: quisquis summā legis est assecut⁹:ea
est charitas de conscientia optima. [A quib⁹ quoniā ab
errauerunt quidam tanq̄ a scopo:deflexerunt ad vanilo
quiū: Grece est ματαιολογίαν, volētes esse legis docto
res:non intelligentes q̄ loquunt:neq;
Matth.15. de quibus affirmāt.] Et tamē volunt esse doctores: ⁊ ce-
corum duces: vt pote qui scientiā dei se habere promit-
tunt. Inquisitus dei filius de die iudicij:illum inquit ne
Matth.24 mo scit:neq; angeli:neq; fili⁹:nisi solus pater. Ad cumu-
lum igitur incertitudinis se ipsum Christus alijs annu-
Chrysost. merat:vt nemo ferat moleste inquit Chrysost. q̄ diē illū
deus posuit in incerto:cū de ipso sit filius incert⁹. Chri-
Ambros⁹ stus inquit Ambro. pro me ignorans diem iudicij autor
ipse dierū ⁊ temporū. Opportune itaq; ex hoc loco cōue-
nit admonere eum plerisq; homines maxime qui vident
docti:cum interrogati fuerint aliquā questionem:si con
tingat eos ignorare quod queritur:erubescentes:ne vi
deantur aliquid ignorare:quia totum scire putantur:co
lorant falsa pro veris; affirmantes de quibus nesciunt.
Qui si considerarent hunc locum:non deberent erube-
scere aliquid mysteriorū de se ignorare:maxime cum le
gant Christum suam ignorantiā nō erubescentē confite-
ri ad respondendū:quia de die illo. ⁊c. Maxime cum sit
mysteriorū dei tanta profunditas. Nec tamen Christus
mentitur:quando ipsum quod scit/a patre accepit:mea
Joan.7. inquiens doctrina nō est mea. Sic alibi cum esset bon⁹:
Marci.10. bonū se denegauit:propter idem. Et ne propter dispēsa-
tionē humanā estimetur scire se denegasse:nō dixit:neq;
filius hominis:sed neq; filius. Inter filium autem dei ⁊
Cyrillus. filium hominis nihil inter est. Cyrillus. Nō oportet igi
tur propter hanc vocē ignorantiā dei verbo inurere:sed
potius misericordiam eius admirari: q̄ nō recusauerit
propter nos ad tantam humilitatē descendere:vt omnia
nostra ⁊ ipsam etiā ignorantiā humanā susciperet. Scit
enim vt deus:qđ vt homo ignorat:⁊ inquātū formā serui
accepit. Hierony. Multi iuxta vetus elogiū:cū loqui ne-
sciāt:tacere nō possunt. Docētq; scripturas quas nō in-
telligūt:q̄s nō didicerūt:fiūntq; magistri:ante q̄ discipu
li:⁊ cū alijs persuaserint eruditorū sibi assumsit superci-
Prouerb. liū:prius imperitorū magistri vt diximus q̄ sapiētū di-
scipuli:de quibus iterū dicitur in cōmuni sermone:simi
Hierony. les habent labra lactucas. Dicamus ⁊ illud, quantacūq;
sapientia quis polleat:grandis tñ imperitia est velle do-
cere meliorē:sit tamē intolerabilis stultitia:si presumāt
esse legis doctores:nec intelligunt de quibus loquūtur
Prouerb. aut affirmant:hi enim cornicū oculos vt dicitur nitūtur
configere:vt qui rem ipsissimā acu (quod aiunt) tangāt:
tanti videlicet artifices:vt non solum signum aut auem:
verum ⁊ ipsos oculos iaculo feriant:cum re vera ea de q̄
bus loquunt ⁊ de quibus asseuerāt mira pertinatia/nō
intelligant:duces ceci cecorum. Frustra igitur sibi offi-
Matth.15. cium doctoris vsurpat:qui regulā catholice fidei igno-
xiij rat:nec sanctuariū dño sed templo Moloch edificat:qui
docere alios legem quam ipse nō didicit conatur. Apo.
3.Reg.11. autem de ijs videt loqui qui legem miscebāt euāgelio:
Gregorius de quo alias multa diximus:sunt enim quidā qui si quā
do de praua ⁊ falsa opinione sua reprehendi ⁊ conuinci
ceperint:ad defendendum id quod leuissima temeritate
⁊ apertissima falsitate dixerūt de sacris scripturis mul-
ta testimonia producūt:volentes esse legis doctores:cū
tamen non intelligant q̄ loquūtur:nec de quibus:in qui-
bus verbis videtur apostolus Paulus quasi digito no-
tare insanū hereticum Leuteriū: qui eo perductus est
amētie:vt neget in homine liberum arbitriū. Post pec-
catum inquit/liberū arbitriū res est de solo titulo:⁊ dū
facit quod in se est:peccat mortaliter. Quid ergo de no- Roma.9.
bis conqueritur deus:si non est volentis neq; currētis: Luce.15.
Cur auersos vocat:venientibus occurrit:tardātibus ia- Matth.25.
nuam occludit. Cur vocauit ad nuptias ad culturam vi Matth.20.
nee? Cur dicit forte reuerebūtur filium meū? Cur dicit: Et cap.21.
si forte ipsi audiant? Et illud:nolunt te audire quia audi
re me nolunt. Et illud:si volueritis ⁊ audieritis me. ⁊c.
Et illud Eccles. cap.15. quo nihil manifesti⁹/deus ab ini
tio constituit hominē et reliquit eum in manu cōsilij sui
⁊ que sequūtur ibi. Vide Deut. cap.10.11.30. manifestis-
sima testimonia:sed quia vndas numeramus:dicamus
cum apo. Nunquid deus iniustus est qui infert irā? Sic Roma.3.
autē anathema angelus hic satane qui aliud nobis euā
geliū predicat ab eo quod accepimus ab apostolo.

¶ Scimus autē quia bona est lex:si quis ea le-
gitime vtatur:scientes hoc q̄ lex iusto non est
imposita:sed iniustis & nō subditis:impiis &
peccatoribus:sceleratis & contaminatis:par-
ricidis & matricidis:homicidis:fornicariis:
masculorum concubitoribus:plagiariis mē-
dacib⁹ & periuris:& si quid aliud sane doctri-
ne aduersatur que est secundum euangelium
glorie beati dei:quod creditum est mihi. Gra
tias ago ei qui me confortauit in Christo iesu
domino nostro:quia fidelem me existimauit
ponēs in ministerio. Qui prius blasphem⁹
fui & persequutor & contumeliosus:sed mise
ricordiam dei cōsequutus sum:quia ignorās
feci in incredulitate. Superabūdauit autē gra-
tia domini nostri cū fide & dilectione que est
in Christo iesu.

¶ Scimus autem quoniā bona est lex:si quis ea legiti-
me vtatur] Petrus merito reprehēditur:q̄ legem iam
euacuatā seruabat incibis. ⁊c. Gal.2. Nec reprehendiē
Paulus qui idem fecit Actu.21.cap. Fecit enim hoc con
sulentibus fratrib⁹:nulli proinde nocēs. Athan. Quid Athan.
est ergo legitime vti lege? Dixim⁹ alias legem virū esse:
synagogam vxorē. Huic viro subiecta erat synagoga quā Roma.7.
diu vixit:nunc autē mortuo viro idest lege:soluti sumus
a lege viri huius:cuius iugum ferreū erat ⁊ importabi-
le. Sed quoniā finis legis Christus:oportet Christū cre Actu.16.
scere ⁊ legem aboleri:vt quicūq; post euangeliū Christi Roma.10.
lege vti voluerit (que tamē mortua est) nō viro sed adul-
tero copuletur. Ita ille lege legitime vtitur:qui sensum
legis intelligit:⁊ q̄ ad tempus data sit:⁊ q̄ pedagogus Galat.3.
erat non pater:non mater sed nouerca. Is enim scit legē
⁊ qua causa data sit:qui predicato Christo/deserit illam
ex parte qua lex factorum appellatur:circa dilectionem
vero dei ⁊ proximi vtitur ea. Hic ergo legitime vtitur le-
ge:qui potest separare p̄ciosum a vili:hoc est ea que ad
tēpus data sunt ab ijs que perpetua sunt:⁊ que ad Chri Hiere.15.c.
sti pertinent sacramētū/seruari iam in futurū non opor-
tere:quasi venturus credatur:qui iam venit. Omnia.n.
tempus habent:et suis spacijs transeunt vniuersa. Oīa Eccles.3.
suis locis bona sunt:si quomin⁹ mala erunt asserēti per-
uerse:que nescit. [Scientes illud/sciēs: εἰδὼς q̄ lex nō
est imposita iusto]. Quomō enim Ruth contra le xiiij
gis dictū Deut.23.cap. ingressa est ecclesiā dei:nubēs vi
ro iudeo vno ⁊ altero:nisi quia sancta ⁊ immaculata mo
ribus:supra legē facta est? Chryso. In illa ergo et nobis
patet ingressus. His igitur nō est impo. lex q̄ accepta re-
missione peccator iustificati sunt:ne iam viuāt sub lege Chrysost.
aqua exempti sunt per fidem Christi:vt de cetero serua-
ta lege naturali:quā conditus homo accepit:iudicij diem
expectent:in quo iusti remunerādi sunt custodientes le-
gē nature:quā si humanū genus ducem habuisset:lex in
lapidibus per Mosen data non esset. Sed quia contem
pta est:quasi nullius esset autoritatis:scriptura firmata
Exodi.32. est:scripta digito dei viui. Alio modo lex non est impos-
ta iusto. Ille enim onus legis non sentit:qui per euange
liū didicit plus prestare q̄ precipitur. Quorsum enim
opus est frenis aut calcaribus equo sua sponte currēti:
atq; corā posito precipitio cursum sistenti? Lex dicit:nō
fornicaberis:iustus abstinet ab omni cōcubitu propter
Matth.5. regnū celor:sunt enim eunuchi qui se ipsos. ⁊c. Lex pre
et.19.cap. cipit diligere amicos:iustus orat ⁊ pro inimicis:lex pre
cipit alienū non rapere:iustus autem miseretur ⁊ cōmo
Psal.111. dat. Vides ergo quoniā iusto lex non est imposita:cum
plus prestet q̄ iubet. Sed tamen iuxta prouerb. bone le
ges ex malis moribus procreātur. Nam sicut medicorū
pharmacis opus non esset:nisi morbis laboraretur:ita
legibus ferendis nihil opus esset:nisi perperā viueret.
Phs. Unde et apud Aeginitas olim pecunia mulctabatur is
qui legis instituēde dedisset occasionē:sicut refert Phs.
Unde rogatus Solon quā ob causam nō tulisset legem
in parricidas:respondit/q̄ non sperasset futurū homici-
xv dam:⁊ multo minus parricidā. Ceterum leges humane
aranearū sunt tele/subtiliter quidē ⁊ artificiose cōposite
atq; digeste:alias imbecilles ad retinēdū maiora anima
lia. Mirabilis lex fuit illa apud Athenienses:nullus po-
terat mori:nisi empta morte/veneno videlicet aut func
vel gladio. Mirabilis erat ⁊ illa lex in qua priuat quis
honoribus:qui orta seditione:neutrā sequitur factionē.
Iniustū enim videbatur:periclitātibus rebus adiumē
to non esse:verū alienā in tuto iacturā subridere. Quid
de lege illa qua mariti necessarijs licebat/cum eius vxo
re congredi:marito impotēte ad coitum:aut si minus esi
omnibus:cum vno saltem:ne alienū putarent quod na-
sceretur? Afferenti lupū.5.drachmas dari iussit:pro lu-
Leges Athenarum. pa vero vnū tantū. Nuptā nihil aliud preter tres vestes
⁊ empta pauci vasa secum ferri:vt non precio aut merce
de vir vxorq; copularentur. pro his ⁊ similibus legibus
tuēdis Lycurg⁹ perpetuū elegit exiliū. Profect⁹ enim
Delphos cōsulturus Appollinē:eo probāte leges:respō
sum misit Spartā:ipse deo peractis sacris:filiū amicosq;
complexus:mortē sibi intulit:adeo verū est:vincit amor
patrie. ⁊c. Cōstituerunt tamen illi tēplum ⁊ annuas cele
brationes:cum ipse interim ardeat apud inferos. Nō ta
men licebat alicui proficisci p̄libitu suo peregre:ne alio
rū moribus imbuti:cōsuetudines peregrinas in vrbe
disseminarent:dicens/ciuitatem potius malis moribus
q̄ infectis corporibus mūdandā esse. Et hec optima lex
Tullius. erat. Est autem lex secūdū Tullium/recta ratio nature
congruens:diffusa in omnes:constans:sempiterna:que
vocet ad officium:iubendo:vetando:a fraude deterreat.
Que tamē nec probos frustra iubet aut vetat:nec impro
bos iubendo:aut vetando monet. Huic legi nec propaga
ri fas est:nec derogari aliquid licet ex ea:nec tota abro-
gari potest. Nec vero per senatum aut populū solui hac
lege possum⁹. Nec erit alia lex Rome:alia Athenis:alia
nunc:alia post hanc:sed ⁊ omnes gentes ⁊ omni tēpore
vna lex ⁊ sempiterna ⁊ immutabilis omnes continebit.
vnus erit quasi imperator ⁊ magister omniū deus. Ille
legis huius inuentor:sator ⁊ disceptator:cui qui non pa
rebit:naturā hominis aspernatur et hoc ipso luet maxi-
mas penas. hec ille. quibus verbis nihil verius dici po
Phs. test. Nā ⁊ probate leges id maxime vetant (dicit Phs)
vt ne quis se legibus prudentiorē velit ostendere. Licet
autem iusto lex imposita nō sit sicut dicit apo. tamē etiā
verum est quod dicit Phs.10. ethicorū:legibus inquit
indigemus per totā vitam:nā plerisq; necessitate magis
q̄ voluntate iuste viuūt:⁊ penis potius coercētur q̄ ho-
nestate. Lex enim non est molesta iubens probitatē. De-
bent ergo legum positores prouocare ⁊ exhortari homi-
nes ad virtutem honesti gratia:aduersus vero inobediē xvi
tes ⁊ tardiores penas supplitiaq; imponere. Qui vero
tales sunt vt emendari non possunt:exterminari:nam p̄
bum virum ⁊ honeste viuētē:rationi pariturū esse existi
mamus:improbum vero libidinibus obnoxiū quasi be-
luam quādam sub iugo positā:per dolorē esse coercēdū.
Alij enim fiunt boni natura:bonitate politica sicut dicit: Sap.8.
sortitus sum animā bonā:alij cōsuetudine iuxta illud:cū
sancto sanctus eris. Psal.17. alij doctrina:sicut legim⁹:
verba sapientium sicut stimuli:⁊ quasi claui in altum de
fixi:que per magistrorū cōsilium data sunt a pastore vno. Eccles.12.
Eccles.12.cap. Qui autem secundū perturbationē animi
viuit (pro eo q̄ non est cultus anim⁹ eius sermone ⁊ do
ctrina:tanq̄ ager qui semina est nutriturus) nec audit
monentes persuasiones:nec intelligit:perturbationes
enim animi non vident cedere vllo modo verbis:sed vio
lentie:iste talis legibus est ad meliorē vite rationē com
pellendus. Que sententia Phi cum apostoli congruit
verbis iuxta qđ nunc sequitur. [Lex non est imposita iu
sto (illi de quo Esaias:peccatū non fecit:⁊ tamen ascēde
bat cum parentibus secundum consue. diei festi. ⁊c.) sed Cap.53.
iniustis:⁊ inobsequentibus:impijs ⁊ peccatorib⁹:irre Luce.2.
uerentibus ⁊ prophanis:patricidis ⁊ matricidis ⁊ ho-
micidis:⁊ scortatoribus:masculorū concubitoribus:pla
giarijs:mēdacibus:periuris:⁊ si quid aliud est quod sa-
ne doctrine aduersetur:secundum euangeliū glorie bea
ti dei:quod concreditum est mihi.] Iniustus nomē est
generale ad vitia omnia:sicut iustitia est omnis virtus.
Tamē iniustitia est plus sibi tribuere ex simpliciter bo
nis:minus autē ex simpliciter malis:propter quod non
sinim⁹ principari hominem sed rationem:quia sibi hoc Phs.
ageret:⁊ tyrānus efficeretur. Rebelles aūt vel non sub
diti etiam nomen est generale:⁊ vocantur in scriptura fi xvij
lij Belial. Vide Daniel.15.cap. de populo vna voce dicē
te:trade nobis Danielē:alioqui. ⁊c. Ita ⁊ habes.2.Reg. 2.Reg.
cap.20. Accidit quoq; vt ibi esset vir Belial nomine Se
ba:q̄ ⁊ cecinit buccina dicens:non est nobis pars in Da
uid:nec hereditas in filio Isai:reuertere in tabernacula
tua israel. Et separatus est omnis israel a Dauid:sequu-
tusq; est Sebā:viri autem Iuda adheserūt regi suo. Vi-
des quantum preualuit vox vnius hominis rebellis:in
obsequentis ⁊ sine iugo:potens auertere ab obseruātia
regis vel ad tempus decem tribus israel:ita vt diceret
Dauid ad Abisai. Nūc magis afflicturus est nos Sebā
filius Bochri q̄ Absalon. Impius similiter nomē est ge
nerale vitij ⁊ maxime contra cultum dei. Itē peccator nō
men est commune ad omne probrum. Contaminati au-
tem siue irreuerētes ij sunt qui nec deum verentur nec Luce.18.
homines:sicut de quodam iudice legimus in euangelio.
Plagiarij ij sunt qui aliena mancipia furto subducūt:q̄đ
genus furti plagium vocatur apud iure consultos:sicut
⁊ qui res sacras furto subducunt:sacrilegi vocantur:⁊ q̄
aliena iumenta abducunt abigei. Ita qui liberos aut ser
uos alienos furantur plagiarij. Greca autem vox a man
cipitio dicta est: ἀνδράποδον est mācipiū est. Et inde
ἀνδραποδιστὴς quasi dicas fur mancipiarius. patrici- xviij
da ⁊ matricida alias parricida:satis p se note sunt voces.
Si autem digni sunt morte qui maledixerint parētibus
suis scđm legis decretū:qua pena plectēdi sunt qui parē Exodi.21.
tibus man⁹ sacrilegas iniecerit:nemo non videt. Ueniat
in memoriā ipse Absalon:qui pendens inter celū ⁊ ter-
ram:tristem ac infelicem animā emisit. Causa per se no- 2.Reg.18.
tissima est. qui autem patrem irrisit/eterna maledictio-
ne mulctat⁹ est. Genes.9. de homicidis:fornicarijs ⁊ ma
sculorū cōcubitoribus diximus alias:itē ⁊ de mēdacib⁹.
Periuriū autē nihil aliud est q̄ mendatium iuramento
firmatū. Quacūq; igitur arte verborū quis iuret:deus

tamen qui conscientię testis est: ita hoc accipit: sicut ille
cui iuratur intelligit. Is autē qui falsum iurat: ⁊ nomē
dei in vanū accipit ⁊ iudici imponit: ⁊ proximū contra iu
stitiam opprimit. Qua pena punientur periuri vel inde
Actu. 5. colligere licet: si Ananias cū vxore sua pro simplici men
datio inopinata morte sublati sunt: dicente vnum verbū
Petro: non es mētitus hominibus sed deo: sed spiritui
Augustin⁹ sancto. dicit autem Aug. Qui hominē prouocat ad iura
mentū: et scit eum falsum iuraturum: homicidā vincit.
Hic enim corpus occisurus est: ille ⁊ suā ipsius animā: ⁊
eius quem cōpulit ad periuriū. Hinc patet quanta Pe
Matth. 26. trus temeritate dixit: ⁊ si omnes scādalizati fuerint: nō
ego. Petrus futur⁹ pastor: erat seuerus et durior: quod
patet quia abscidit auriculam serui: quasi preueniēs vl
Joan. 18. cisci alapam quam illaturus erat seruus ille Christo do
mino. idem potest videri in Anania ⁊ eius coniuge. Si
igitur dono non peccādi fuisset donatus: quando veniā
Matth. 18. cōmissis sibi populis daret peccantibus: nisi forte vsq; se
ptties? Prior ergo cecidit: quo proprii casus intuitu er
Beda. ga peccātes misericors fieret: quando intellexit Petr⁹:
quia eius soliditatē non turbo non procella: sed roris le
uissima gutta labefactauit. Beda. Petrus quidem tunc
non mentiebaẗ: conabatur tamen veritatē mendatio suo
xix obūbrare. ⁊ his itaq; apo. legē impositā dicit: ⁊ si quod
est aliud probri genus quod sanę doctrinę aduersetur: se
cūdū euangeliū beati dei: multa enim alia sunt probrorum
genera q̄ doctrinę euāgelicę aduersantur: de quib⁹ suis
locis diximus. Quodq; dicit euangeliū creditum sibi:
intelligit q̄ ipse quidem dignus non erat cui tam precio
sum cōmitteretur depositū aut margaritū: sed tamen cō
missum est ei: vt inde negotiaretur: ac lucra congereret.
Matth. 25. spiritualiū merciū ex omnibus gentibus: sicut scriptum
est: negotiamini dū venio. Et illud: dñe. 5. talenta tradi
Ad supiora disti mihi: ecce alia quinq; superlucratus sum. Dicim⁹
itaq; in calce huius particulę: quod qui ad id virtutū cul
Chrysost. men euasit: vt non legis metu recte factis insistat sed vir
tutis tantum amore: hic lege legitime vtitur. Qui au
tem seruorum more a malis abstinet: is legis destina
tione frustratur. Ille inquā lege legitime vtitur: qui su
pra legē viuit: ⁊ qui ab ea erudiri non patitur. Lex enim
cōmuniter circa scelerū interdicta versatur: at id iustū
neminē facit: sed sola bonorum operum exercitatio. Nā
⁊ freno legitime vtitur non is equus q̄ lasciuit: neq; qui
mordet: sed qui illo pulchre ducit: reducitur: circūduci
tur ad voluntatē sessoris: sicut scriptū est: tenuisti ma. dex
teram meā ⁊ in voluntate tua deduxisti me qui vt iumē
Psalm. 72. tum factus sum apud te. [Et gratias ago ei qui me potē
xx tem reddidit Christo Jesu dño nostro:] vt intelligamus
apo. Paulum in Christi gloriam fortem ac potētem fuis
Roma. 8. c. se: non suam. Cōfortauit autem: vt inter predicandū nec
mors nec quecūq; ingruentia mala a charitate eius/ mē
tem apostoli possent auertere. Nā ⁊ aliquādo a deo gra
Job. 10. c. uatus est supra modum et supra virtutē: vt diceret cum
propheta: Tędet animā meā vitę meę: et illud ex Jona:
Jonę. 4. dñe tolle queso animā meam a me: quia melior est mihi
mors q̄ vita. Sed confortauit me inquit ad gloriā Jesu
Deut. 31. Christi domini nostri: dicens illud ex Deut. cap. 31. Con
fortare et esto robustus: tu enim introduces filios israel
(non illos qui sunt secūdū carnem: sed sicut dicitur pax
⁊ misericordia super israel dei. Gal. 6.) in terram quam
pollicitus sum: ⁊ ego ero tecum. Hoc in figura ad Josue
dictum est: ⁊ in re impletū est in apostolo Paulo: quia ⁊
Roma. 9. ipse optabat anathema esse pro fratribus suis: vt eos in
Exodi. 3. troduceret in terram q̄ fluit lacte ⁊ melle: alioqui illi ter
ram arētem acceperunt cū Axa filia Caleph. Josue. 15. ca.
[Confortauit inquā: ⁊ fidelem iudicauit: ponendo in mi
nisterio:] qui prius eram blasphem⁹ (vide in actis cap.
26. ca. et persequutor: ⁊ contumeliosus:] Fidelem iudica
uit vt dispēsator esset sacramēti verbi incarnati: vt ea ve

ra per legem firmaret: que prius zelo legis incredibilia
iudicabat: ⁊ quasi stulta ⁊ insana perseq̄batur: ⁊ in per
sequutionib⁹ gauderet/ quas prius quasi iuste credēti
bus inferebat: dolens quia fecerat: letus q̄ patiebatur.
Tantā enim spem conceperat in eo quem ante negabat:
vt plus gauderet in patiēdo: q̄ prius exultauerat in per
sequendo/ quoniā inquit prius fui blasphemus. O pro- Rom. 11. ca.
fundum sapientię dei: q̄ incōprehensibilia sunt iuditia
eius. Non est inuentus alter qui fideliter dispensaret sa
cramentū absconditū a seculis de gentium vocatione: ni xxi
si Paulus qui ⁊ Saulus: qui prius fuit plasphemus: et
persequutor violentus? Non est inuentus qui daret glo
riam deo nisi hic alienigena? Sic ⁊ Moses de post fetā Luc. 17.
tes (Psalm. 77.) assumitur in deum pharaonis. Exo. 7.
inducē populi israel: sic ⁊ Dauid exaltatur de medio fra
trum suorum: vt fieret caput in tribubus israel: vt videlicet 1. Reg. 16.
qui gloriatur: in dño glorietur. 2. Cor. 10. Licet aūt iuxta
tritum sermonē que dolent: moleste tāguntur: tamen apo.
ingenue confitetur peccatum suū: addens tamē illud: q̄
ignorans fecerit. Qui per ignorantiā quid facit: nec po
stea fecisse dolet: volens quidē non fecit: qd̄ nesciuit: nec
rursum inuitus: quod nō dolet. Apo. autem vere dolet se
fecisse. Phs. Qui fui blasphemus. Inditia verę confes- Phs.
sionis ea sunt: si cum quisq; se peccatorē dicit id de se di Gregorius
centi etiam altero non contradicit. Alioqui ⁊ Judas di- Matth. 27
xit: peccaui tradēs sanguinē iustum. Dixit ⁊ Saul/ pec
caui dño. Mirentur ergo qui volunt in apostolo Paulo 1. Reg. 15.
q̄ corpus castigat: sapientiā quā loquiẗ inter perfectos:
diuinas reuelationes: oīm sollicitudinē ecclesiarū. Ego
non minus demiror confessionē humilem peccatorū/ q̄
tot sublimia gesta virtutum. Scio enim q̄ per infirmita
tis verecundiā non raro grauioris est certaminis cōmis
sa peccata prodere/ q̄ nō admissa vitare. Hec Gregori⁹.
At quid ergo apostolus adiecit: ignorans feci: Humili- Chrysost.
tatem animi lucra quidē afferre ingētia cernimus: verū
ea humilitas non facile reperitur. Sed humilitatē qui-
dē verborum plurimā: ⁊ vltra q̄ satis sit facile reperies: ani
mę vero humilitatē/ Nigro simillima cigno. si autē cum Prouerb.
peccatores sumus: hoc nos arbitrando quod sumus: iu-
stificamur: sicut patet in publicano: quāto magis si cum Luc. 18.
iusti fuerimus: esse nos peccatores tamē putemus: Si
profuit latroni dicere: nos quidem iuste: cuius meriti
fuerit vox illa: nō sum dignus soluere corrigiā cal. eius? Joā. pmo
Loquar ad dñm cū sim cinis. Ecce ancilla dñi. ⁊c. Quia Genes. 18.
enim illis maxime secū pugnare necesse est vt verā hūi-
litatē consequi possint: qui magnarū sibi virtutū conscii
sunt: magnā sibi vim inferant necesse est: vt consciētiam
recte factorū sese semper efferentē retūdere queant. Cū
enim apo. dixisset: creditum sibi fuisse euangeliū: ⁊ fide- Disti. 5. hi
lem me iudicauit: se ipsum corripiēs: sed gratias inquit qui. Et in
ei qui me confortauit: ⁊ infra/ quoniā fui blasphemus. glosa.
Sed tamē nemo mortaliū omnib⁹ horis sapit: ⁊ sepe bo
nus dormitat Homerus: Imo ⁊ Petrus cui dicitur: nō Prouerb.
potuisti vna hora vigilare. Sed ⁊ Paulus dormitabat: Matth. 26.
cum apertis oculis: nihil videbat. Actu. 9. et Dauid dor
mitabat dicens. Psalm. 87. oculi mei languerunt/ intra
uerat enim per illos mors ad animā: cum vidit lauātem 2. Reg. 11. c.
sese vxorem Urię. Quia igitur apo. dormitabat cum erat
blasphemus: nesciebat enim quis esset Jesus: sicut scri- xxii
ptum est: dñe quis es? propterea inquit. [Et misericor
diam consequutus sum q̄ ignorans fecerim in incredu-
litate.] Athanas. Ubi nā gentiū erat Paul⁹ quando hec Athanasi⁹
agebātur? Ad Gamalielis pedes: nec enim turbis ad
miscebatur. Gamaliel vero is erat: qui suis non alienis
rebus vacaret. Quo ergo pacto in posterū acceptis epi-
stolis: flāmas more Ethnę spirabat? Uidebat totū mun-
dum post Christum ire: synagogā deseri sicut tugurium Uidelicet
in cucumerario. Esaię. 1. Hoc autem Dauid dicere nō po ignorās fe
tuit. Non enim ignorabat quantū esset mali cōtrectatio ci.

coniugis alienę: ⁊ effusio sanguinis innocentis: vt nedi
cam fidelissimi serui sui. Et tamen cum sciens ac prudēs
2. Reg. 12. vxorē abstulisset viro suo: peccatū suū indorso habebat:
nisi illud Nathā poneret ante faciem. Cecidit: sed aper
tos habebat oculos: quibus ⁊ captus est. Numeri. 24.
Petro aūt gallus peccatū reduxit ad memoriā vel Chri
Luc. 22. stus qui respexit Petrū. Itaq; quod Dauid dixit in psal
mo: quasi de crimine conuict⁹ a propheta: videlicet quo
niā iniquitatē meā ego cognosco: et peccatū corā me est
Psalm. 50. semper: hoc Paulus nullo cogente aut compellente con
fitetur dicens: qui fui blasphem⁹. nouerat enim scriptū
Esaię secū- esse. Esaię cap. 43. Dic tu prior iniquitates tuas vt iusti
dū. 70. ficeris. Uel narra siqd habes: vt iustificeris. Habet autē
hoc apo. Paulus in excusationē sui criminis: quoniam
ignorās fecit. Qui autē scit vera esse q̄ negat: aut mala es
se q̄ agit: hic cum nō errore agat sed maliuolētia: vuln⁹
Matth. 9. eius videtur incurabile. Sed tamē scriptū est: non veni
Chrysost. vocare iustos sed peccatores. Queret autem quispiā in
quit ⁊ Chrysosto. quare non ante Paulus credidit q̄ tot
xxiii miracula fieri videbat per apostolos: forsitan autē ⁊ ali-
qua q̄ Christus fecit vel vidit: vel audiuit a fide dignis?
Nec enim illum latere poterāt: quippe qui valde curio-
sus erat in his perscrutandis: vnde et Stephano affuit
cum oraret pro persequutorib⁹. Sed nemo venit ad pa-
Joan. 14. trem nisi per me. Quādiu ergo Christus nō vocauit eū:
Job. 40. nec extraxit ab aquis limosis synagogę: in secreto calami
dormiebat in locis humētib⁹/ perseq̄baẗ ecclesiā: sz igno
rās fecit. Nō enim ambitionis causa aut ex malitia euā-
geliū dei extirpare nitebatur: pestē quandā ac luē existi-
mās/ sed duct⁹ zelo nimio legis: nesciēs illud veteris ver
bi stare cōtra eū: videlicet neq̄d nimis. [Sup abundauit
Roma. 5. autē gratia dñi nri cum fide ⁊ dilectione q̄ est in Christo
Jesu.] Ut vbi abundauit delictū exuberaret et gratia.
Accepi p misericordiā remissionē peccatorū: q̄ ignorās
fecerim. Hec fuit misericordia abūdās. Sed exuberauit
in me ad huc misericordia dei: cū gratuito dedit fidem in
credulo: charitatē cōtumelioso: gratiā blasphemo. Persi
2. Timo. 1. fidē scio cū credidi ⁊ cert⁹ sum: p gratiā: abūdanti⁹ cęte-
ris coapostolis laboraui. 1. Cor. 15. per dilectionē optabā
anathema esse a Christo ad tēp⁹ p fratrib⁹ meis. Ro. 9.
¶ Fidelis sermo & omni acceptione dignus:
q̄ Christus Iesus venit in hunc mundum pec
catores saluos facere: quorū prim⁹ ego sum.
Sed ideo misericordiā cōsequutus sum: vt in
me primo ostenderet Christus Iesus omnē pa
tientiā: ad informationē eorum qui credituri
sunt illi in vitam ęternā. Regi autem seculo-
rū immortali inuisibili soli deo honor & glo
ria in secula seculorū amen. Hoc preceptum
cōmendo tibi Timothee secundū precedenti-
tes in te prophetias: vt milites in illis bonam
militiā: habens fidem & bonam conscientiā.
Quā quidā repellentes: circa fidē naufragaue
rūt: ex quib⁹ est Hymeneus & Alexāder: quos
tradidi satanę: vt discāt nō blasphemare.
¶ Fidelis sermo: ⁊ omni acceptione dign⁹.] Ambrosi⁹
legit: humanus sermo. Hac autem quasi prefatiuncula so-
Tho. 3. p. q. let vti apostolus: cū rem certā et indubitatā dictur⁹ est.
1. ad. 3. Quis est ergo hic sermo: dignus quem modis omnib⁹
cōplectamur? Nempe is. [Quod Christus Jesus venit
in mundū: vt peccatores saluos faceret quorū prim⁹ sum
Matth. 3. ego.] Quid enim tam gratū tanq; iocundū: q̄ peccatori
bus indulgentiā predicare: ⁊ appropinquasse iam regnū
Ephe. 2. celorum: vt q̄ longe erant/ facti sint prope in sanguine Chri
sti? Non enim eum de celo merita nra sed peccata traxe-

runt. De Paulo illud dicimus: quoniā quidem nō erat
ille omniū peccatorū primus: nam prior illo fuit Cain et
multi huic similes: tamen quia nemo acrior inter perse- xxiiii
quutores: nemo illi prior inter peccatores. Prim⁹ ergo
erat nō ordine tēporis sed magnitudine iniquitatis: eo
mō quo ⁊ Christus dicitur factus ante Joānem: nō qui- Joan. 1.
dem secundū carnē: sed secūdū qd̄ caro eius predestina-
ta est vt fieret vna persona cum verbo nō confusione sub
stantię: sed vnitate personę/ carnē dixi pro homine vel hu
manitate quā assumpsit. Uenerat ⁊ olim de⁹ sed cū iusti
tia: q̄ tamen semper comitē habet misericordiā. Pecca- Chrysost.
uit Adam: ⁊ statim venit deambulās ad auram post me
ridiem. Nō dixit: o scelerate: o scelestissime: o stulte ⁊ in Genes. 3.
sipiens vbi es: quem constituerā dñm terrę. Quare nu
dis verbis serpentis magis fidem habuisti q̄ meis? Nō
angelum misit aut alium quēlibet de spiritibus: sed ipse
met affuit: ⁊ proprio eum nomine vocat. quia Adam deū
post culpam videre metuebat: quē ante dilexerat: ideir-
co inquit abscōdi me a facie tua q̄ nudus essem. Cur fa-
ciem tuam abscōdis etiam ab amico tuo Mose? Et arbi- Exodi. 33.
tra. me ini. tuum? Jam enim hoc nouim⁹ q̄ hoc est amo- Job. 13.
ris inditiū sicut cum dicitur Martha Martha sollicita Luc. 10.
es. Sic per oppositū/ quoniā Saul oderat ipsum Dauid: Uocare no
cum abru, tamē sa. 1. Reg. 20. ca. non dixit: vbi est Dauid: mine ppo.
sed vbi est filius Isai. Sic ⁊ iudei de Christo: vbi est ille Joan. 7.
inquiūt: ⁊ ad Mosen: te ipsum noui ex nomine. Exo. 33.
¶ Uolens ergo ostendere deus q̄ peccatū non extinxe-
rat charitatē dei erga hominē: vocat eū nomine suo: non
ignorans vbi esset. Sed quoniā iis qui peccauerunt os
confusū est: peccato linguā auertente (sicut legimus de Matth. 22.
male induto in nuptiis) et conscientia ipsam cohibente:
vnde ⁊ silentio tanq̄ quoddam freno coercētur vt ne ha-
beant sermonē in lingua. Uolens ergo eum deus in fidu
ciam per colloquiū adducere: prior eum cōpellat: timorē
eius per hoc expellens: ⁊ os eius soluens hac appellatio xxv
ne. Et iudices quidē cum homicidas aut latrones cepe-
rint: non quomodo ipsos meliores reddant considerant
sed quomodo ab ipsis penas meritas exigant: deus aūt
qui diues est in misericordia oppositū facit. Est enim iu
dex: medicus: ⁊ magister. tanq̄ medicus arcet hominē Genes. 3.
a ligno vitę ne forte viuat in eternū: tanq̄ magister di-
cit: in sudore vesceris: tanq̄ iudex gladiū versatilem po-
nit ad introitum paradisi: tanq̄ pater misericors induit
eos pelliceis indumentis: ⁊ ad laborem mittit. Uenit er
go ⁊ tunc sed tamē cum gladio: sed fidelis sermo quia ve
nit Christus Jesus per sanguinē crucis suę iustificare
peccatores: sed ⁊ misericordia eius a progenie in proge- Luc. 1.
nies nunq̄ defuit peccatorib⁹. Cum enim possit tacens
sine contestatione futuri mali punire eos quos dignos
supplitio iudicauit: nunq̄ hoc facit: sed premittit nun- Origenes.
tios imminētis iam iamq; impēdentis gladii sui. ¶ Ad
huc inquit propheta tres dies ⁊ Niniue subuertet. Po- Jonę. 3.
terat enim deus cū silentio eos punire: sed erant inquit
ibi iumēta multa. ⁊c. id est peccatores qui poterant igno
rantiā pretēdere sicut ⁊ Paulus. Sic ad Loth dicitur:
est tibi aliquis gener aut filii vel filię? Certe omnes qui
erant Sodomis iam diuina sentētia igni traditi erāt si- Genes. 18.
cut patet ex sermonibus dei ad Abraam: attamē angeli
qd̄ suū erat fecerunt: cum non ignorarent generos mini
me sequuturos ipsum Loth. Deniq; visus fuit eis quasi
ludens loqui: ⁊ hic lusus oppressit philistiim. Judicū. 16. xxvi
Itē sciēdū q̄ Hieremias pphetauit cōtra hierusalē sub
quinq; regib⁹ videlicet Josia: Joachā Heliachim qui ⁊
Joakim: Joachim: Mathathia q̄ ⁊ sedechias: annis. 40.
Paulo plus vel min⁹. Itaq; cum iā diffinisset deus etiā
iudā auferre a facie sua: cū hominū sit amator: nullisq; vel
lit perire/ iā captiuitas imminebat: ⁊ adhuc ad penitē-
tiā eos adhortabaẗ propheta etiā ante vnā diem: vt ita di
cā: ⁊ babylonio exercitu vallāte Hierusalē: malens salua

Hiere.1. re cōuersos:q̄ perdere delinq̄ntes:cū interim virga dei
vigilaret:populi peccata considerās. Nā τ multi hodie
Genes.19. talia perpetrāt qualia sodomitę:τ tamē ignis nō descē-
dit de cęlo:τ multi talia qualia in tēpore Noe/cū emebāt
Nume.16. τ vendebāt:τ multi perpetrāt scelera pharaonis τ nō de
xxvij mergūtur τ multi qualia Dathā: nec dehiscit terra sub
eis. Nec videmus nūc serpētes mortiferos consumere
psal.8.2. murmurātes:nec respergi lepra cū Giezi ecclesię mini-
stros.4.Reg.5.cap.cū hęreditate possideāt multi eorū
sanctuariū:τ pecunia tradāt q̄ gratis acceperūt. Matth.
10.ca. Unde hoc? Uenit dn̄s Jesus cū vnguētis peccato-
Ezech.33. res saluos facere. Nolo enim peccatoris mortē:sed vt cō-
uertatur. Quid est qđ dicimus? Penitētia nō sanctita-
ti τ ecclesię Chr̄i q̄ nō habet maculā neq̧ rugā Ephe.5.
sed morti τ inferno cōparata sit melior. Et hoc dicimus
nō q̧ iuxta Nouatū tollamus spē pęnitētię:sed quo timi
diores faciamus eos:τ idcirco sollicitos: qui aperta ia-
Hierony⁹. nua misericordię:dū sperāt futura:perdūt pręsentia:τ q̄
absq̧ vulnere poterāt permanere:incauti vuln⁹ accipiūt:
vt postea dolore crucient. ¶ Audiāt enim qđ scriptū est.
Uirgo israel proiecta est in terrā suā:nō est qui suscitet
Amos. eam. Amos.5.ca.iuxta historiā decē trib⁹ ductę in capti-
70. uitatē:nequaq̄ vltra reuersę sunt in terrā suā.70.autē di
xerūt. Uirgo israel cecidit:non adiiciet amplius vt resur-
gat. Estq̧ sensus. Postq̄ dom⁹ israel cecidit sua volūta-
te:nequaq̄ pristinā recipiet dignitatē:licet iubeatur in-
Luc.15. dui stolā priorē. Nō q̧ nō possit suscitari:sed q̧ nō suscitet
virgo israel:nō est enim eadē gloria eius qui semper se-
quut⁹ est dn̄m:τ eius qui aberrauerit a grege:τ postea
Luc.15. boni pastoris reportatus est humeris:tū fidelis sermo:
Matth.9. q̧ dn̄s Jesus venit saluū facere qđ perierat:nec venit vo
care iustos sed peccatores:quorum primus apo. est. Ue-
rū ideo misericordiā cōsequut⁹ sum:vt in me primo ostē
deret Jesus Christus omnē patientiā: ad exprimendū
xxviij exēplar iis q̄ credituri essent in se i vitā ęternā.] Qđ legi
m⁹ nos ad iformationē:grece est πρὸς ὑποτύπωσιν.
Est autē ὑποτύπωσις, cū res expressa subiicitur ocu
lis. In Paulo igitur deus velut exēplar ꝓposuit: quid
Luce.15. sibi debent sperare quicūq̧ relictis porcis quib⁹ cū pa
scebant:dicūt:vadā τ reuertar ad virū meū priorē:quia
bene mihi erat tunc magis q̄ nūc. Osee.2. Quē admo-
dū autē in excelētib⁹ quibusq̧ bonis et inopinatis:hoc
Analogia. patimur vt dicamus:putas ne hoc somniū est?sicut legi-
Chrysost. mus in Jacob cū audiuit de vita Joseph τ regno. Gene.
45. eodē modo ꝑfecto est in diuinis munerib⁹. Adeo
enim sunt magna beneficia dei:atq̧ in tātū humanā om
nē expectationē ac spē trāscendūt:vt ea sępe vix credant:
Eph.3.ca. sicut alibi dicit apos. potest abūdāter facere q̄ petimus
aut intelligimus:ipsi gloria. Et q̄ sunt hec? summa earū
hec est:Christus Jesus venit saluos facere peccatores:
Philip.3. horū maior est apostol⁹. ¶ Quomodo ergo dicit: cōuer-
satus sine q̄rela:q̧ videlicet ad verā iustitiā:illa q̄ in le-
ge erat iniustitia erat:sicut is qui multum pecunię possi
det:videt diues:cęterū thesauris regiis cōparat⁹:pau-
Apoc.3. per est:nudus τ miser. Sit igit verbi gratia ciuitas que
dā populosa:cuius ciues oēs mali sint:alii plus alii mi
nus:oēs tū peccatis obnoxii. Unus autē inter cęteros
Similitudo. sit sceleribus clarus τ famosus:quippe qui omne gen⁹ ne
quitię exercuerit. Si igitur dixerit quis piā:regē omni
bus velle errata dimittere:nō ita verbis fides adhibebi
tur:sicuti si videāt eū qui plus oīb⁹ grauiusq̧ deliquit
reuocatū in amicitiā regis. Nulla enim deinceps ambi-
Chrysost. guitas remanere poterit: nullaq̧ suspitio: quin omni-
bus existimetur velle ignoscere rex:qui eū donauerit ve
nia qui prim⁹ erat inter cęteros peccatores et insignis.
Hoc est ergo qđ dicit apo. me inquit potito venia:nemo
iā de se dubitare permittit. Sicut enim medici difficil-
limas ęgritudines eligētes:describūt:taliūq̧ curationē

litteris mandant:vt in maioribus exercitati:minora fa- xxix
cilius trāsigant:ita τ deus maximos peccatores in me-
diū produxit:vt τ in paruis offendētes per illā malorum
remissionē:facilē suorū sperēt veniā peccatoꝝ. Ita enim
habet cōsuetudo loq̄ndi:sī huic ignouit deus:nemini nō
parcet (licet nō omnes prętēdere possint ignorantiā) vt
per id ostendat:ipsum quidē venia indignū fuisse:verū
eā aliorū pro salute meruisse. Nullus igitur ambigat:nul
lus desperet. Quādoquidē ego cum deplorator essem
38. annorū habēs in infirmitate, Joan.5.ac desperationi
primus:τ blasphem⁹ et cōtumeliosus:sanat⁹ sum. Nec
enim dixit apo. vt ostenderet in me patiētiā:sed omnē in
quit patientiā:quasi dicat:nullus est in quo maior habē
da sit patiētia:nec inueniri facile potest peccator:qui tā Pecm cōmittit vel
ta abūdātia miserationis indigeat. Petr⁹ quidē nō igno igno. vel ma
rabat quē cōfessus fuerat Chr̄m filiū dei:peccauit tū nō litia vel fra
lēs volēs vt dr̄:qn̄ oē robur fidei qđ dn̄o perhibuit vna gilitate.
vox puellę cōcussit:τ deū quē corde tenuit:voce negauit.
Paul⁹ q̄ ignorāter peccauit:sciēter correxit. Petr⁹ ve Prouerb.
ro motā τ quasi arescētē (adhuc enim corde credebat) iā Gregorius
radicē fidei lachrimis rigādo solidauit. Et sciendum q̧
quia audierat Petrus nulla maior charitas q̄ ꝓ ami- Joan.15.
cis mori:hoc idē promittit se ꝓ Christo facturū. Et vtiq̧
Petrus semel reprehēsus quādo audiuit:vade post me Matth.16.
satana:τ secūdo quādo audiuit:si nō lauero te: nō opor-
tebat ampli⁹ Christo reniti. Et ecce.3. dicit:animā meā
ponam pro te:vnde audire meruit:ter me negabis. Mat xxx
theus dixit:et si omnes scāda. fuerint in te:ego nunq̄. Et
infra. hac nocte ter me negabis:τ ille etiā inquit:si opor
tuerit me mori tecū:non te negabo. eodem modo dixit τ Cap.26.
Marc⁹. Lucas ita. Parat⁹ sum τ i carcerē τ in mortē te
cū ire. Et Christ⁹:dico tibi Petre nō cātabit hodie gal-
lus:donec ter abneges nosse me. Hoc autē Lucas refert
factū cū adhuc Christ⁹ sederet cū duodecim ad mēsam:
Matthe⁹ vero in mōte oliuarū. Joānes ita dixit. Quare
nō possum te sequi modo? aīam meā ponā pro te. Joā.13.
Ita inuenit Petr⁹ tertio restitisse Christo:semel apud
Lucā et Joānem cap.13. inter cęnandū:τ bis apud Mat-
theū τ Marcū:semel cū dixit:τ si oēs scādalizati fuerint
τ iterū cū replicauit:etiā si oportuerit me mori tecū. Ita
ergo τ tertio negauit quoniā pennas suas nido maiores
extēdebat. O homo non sum. Joan.18. depulit Petrus
verba ancillę tanq̄ crimē nō paruū:nō timore magis ne
capt⁹ esset:nec q̧ nullā veritatis curā haberet:q̄ forta ss
is quia pati omnia volebat:dum modo christū videret.
Ex amore igitur decidit:τ pietatis causa negasse videt:
non recte quidē nec exquisita ratione ꝓbatę:sed q̄ tū ad
esse cū Christo:et videre illū faciebat:qđ maxime Pe-
trus optabat. Cyrillus. Uide ad Heb.2.18. fectione. Me Cyrillus.
mesto autē vultu cōdolere capto videret:atq̧ ita expul-
sus:videre nō posset vitā suā:cū ministris mixtus:calefa
cit se:τ q̄ illi faciebāt (alto corde ꝑmēs dolorē) facere si-
mulat. Nō enim verisimile est in tanta męstitia Petrū
frigoris remediū quęsisse:qui multo maiores ita Chri-
sto vincto voluptates reiiceret. Ex malitia peccauerunt
de quib⁹ dicitur:nūc autē excusationē de peccato suo nō Joan.15.
habēt:qui odio habuerūt me gratis. Aliud est enim bo-
na nō facere:aliud bonorū odisse doctorē. sicut ergo non-
nunq̄ grauius est diligere malū q̄ perpetrare:ita nequius
est odisse iustitiā q̄ nō fecisse:odio inquit habuerūt cor- Amos.5.
ripiētē in porta:horū peccatū solo studio perpetrat quia
videlicet si vellēt implere bona:nec tū possent:ea q̄ in se xxxi
negligūt:in aliis diligerēt. [Regi autē sęculorū immorta
li:inuisibili:soli sapiēti deo honor τ gloria in sęcula sęcu-
lorū amē.] Siq̄ras vnde ostenditur deū esse immortalē: Joā. pmo
respōdet Phs:derisio est q̄rere rationē ad nullā habētē Phs.
rationē:inquantū nō habet rationē. Unde enim mori po
test:qui semp est qđ est:semp erit qđ fuit: Si enim cui⁹
causa agēda sunt singula est bonū vnius cuiusq̧:cui⁹ cau

sa agenda sunt omnia:optimū est in natura entiū. At hic
Deus. solus deus est:si autē mortalis esset:nō est cui⁹ causa oīa
sunt agēda:ergo deus ęternus est:quia τ ad vnū finē oīa
coordinata sunt:τ oīa ad principiū vadūt q̄ fiūt ad finē:
nā principiū quoddā finis est. Si igit oīm vnū est prin-
cipiū:τ vnus finis quia entia nolūt male disponi:et hoc
principiū deus est q̄ τ finis est:ergo immortalis est. Hoc
innuit diuina scriptura cū toties replicat illud verbū:vi
uo ego dicit dn̄s. Sane hesiodus.30.deoꝝ milia in terra
esse cēset. Nā in cęlo forte multo plures arbitratur esse.
Protagoras autē nullū esse arbitrat deū. Nescio inq̄t si
dii sunt. Pro his ḡ oīb⁹ q̄ sermo superior cōprehēdit so
li deo sapienti immortali τ inuisibili (intelligit aūt apo.
patrē) sit honor τ glīa. Dicit aūt pr̄ appropriate inuisibi
lis:q: m̄ τ filius visus est in carne:τ sp̄us sanct⁹ in colūbę
Deut.4.c. specie:de pr̄e aūt dicit:vocē ei⁹ audistis:τ formā penit⁹
xxxij nō vidistis. Cęterū cū dr̄ soli:nō excludit filius nec sp̄us
sanct⁹ quoꝝ cū sit vna essentia vna potētia τ vna glīa:vn⁹
Chrysost. est τ honor τ imperiū. Honor autē iste rebus reddit deo
nō verbis:qa ipse reb⁹ nos honorauit nō tū verbis. Nō
psal.15. q̧ bonoꝝ nr̄orū indigeat. ¶ Quēadmodū enim qui ap-
tis oculis lucē intuet:ipse quidē illuminat:lux autē side
ris nō ex hoc clarior reddit:eodē modo intellige in deo:
τ tū dicit:ego glorificātes me glorificabo:nō q̧ egeat glo
1.Reg.2. ria nr̄a aut honore:magis autē vt inde nos glorificemur
ab eo:cū portam⁹ eū in corde.1.Cor.6. et in corpore nr̄o
psal.70. τ in lingua nr̄a:sicut dicit:τ adiiciā sup omnē laudē tuā:
qđ tū propriū est beatoꝝ cātare semp deo quasi cāticum
Apoc.14. nouū. Felix anima q̄ hoc semp nitit quomodo introeat
in potētias dn̄i:q̄rens τ inuestigans vnde semp adiiciat
sup omnē laudē dei. [Hoc ꝓceptū cōmēdo tibi fili Timo
thee iuxta ꝓphetias q̄ de te ꝓcesserūt:vt milites in eis
bonā militiā] postq̄ sanctissimę et indiuiduę trinitatis
q̄ τ quāta bñficia sint circa peccatores memorauit apo. q̄
cū digni essent morte:non solū ignouit eis sed τ iustifica
uit intercedente sanguine vnigeniti filii dei patris:τ in
filios sibi charissimos adoptauit. q̄ ordine subiectū sibi
populū Christi disciplina ecclesiastica catechizaret in cō
seq̄ntib⁹ ostēdit:cōmone faciēs vt memor electionis suę
tanq̄ nō degener filius lętificet patrē:et impleat illud ad
qđ prędestinat⁹ est. At sicut ego inquit spiritu afflat⁹ di
xxxiij uino institui te episcopū ouilis dn̄ici: ita τ tu iuxta eādē
ꝓphetiā milites militiā bonā. [Habēs fidē τ bonā cōsciē
tiā.] Alioqui auditur⁹ es Sobna ꝓposito tēpli et sacer-
Cap.22. dote illud ex Esaia. Quis tu hic:aut quasi quis hic? No
Apoc.3. men habes pōtificis:sed officiū nō implēs:mortuus es.
Excidisti tibi sepulchrū τ memoriale in petra. Tu habi
tas in domo domini:τ scelera tua tota ciuitate bachātur.
Excidisti tibi sepulchrū supbū (sepulchrū tuū in iferno
Hierony⁹. locatū est) vt ābitio te τ in morte seq̄ret. Audi ergo q̄ sit
dn̄i in te sententia. ¶ Ecce dn̄s asportari te faciet quasi
gallū gallinatiū:τ quasi pilā mittā te in terrā latā τ spa-
ciosam quā Babylonię cāpos intelligim⁹. Ibi morieris
τ ibi erūt curr⁹ glorię tuę. Huiusmodi est pastor solo no-
Gallus. mine:q̄ gallus videt:sed enirat⁹ est:τ videtur fouere q̄
non genuit:sicut gallus gallinatius fouet gallinę pullos:
quos nō genuit. Est enim mercenari⁹ nō pastor. Qui er
Joan.10. go eiusmodi est:detrahet de gradu suo:et sustituet loco
ei⁹ Eliakim:τ induā eū inquit tunica tua:τ cingulo tuo
confortabo eū:τ potestatē tuā dabo in manu eius:τ erit
quasi pater habitātib⁹ Hierusalē:vt sit gallus q̄ cātu suo
excitet dormiētes etiā ipsum Petrū τ p euāgeliū Chri-
sto filios generet:vtroq̧ enim horū priuat⁹ est gall⁹ galli
natius. Deniq̧ dabo clauē Dauid sup humerū eius sciē-
tię videlicet q̄ fulgere debet in pōtifice:nō q̧ clauis sciē-
Scotus. tię sit ipsa sciētia sicut dicit doctor nr̄ in.4. Disti.19. signi
ficat tū sciētia in sacerdote noīe clauis. Uide ibidem do-
ctorē nr̄m. Hec enim sunt veri pōtificis ornamēta. Unde
Job.38. τ ad sanctū Job dicit sermo diuin⁹. Quis dedit gallo in

telligentiā? qui noīe galli melius intelliguntur q̄ ꝓdica
tores sancti: q̄ inter tenebras vitę ꝓsentis venturā lucem
ꝓdicādo studēt quasi cātādo anūtiare: Dicūt enim/nox ꝓ- Roma.13.
cessit:dies autē appropinquauit:dies autē regnū est cę-
lorū:τ illud/hora est iā nos de sōno surgere. Gallo itaq̧
intelligētia desup tribuit:quia doctori veritatis virt⁹ di
scretionis vt nouerit quib⁹:qđ quādo vel quomodo in-
ferat diuinit⁹ inspirat. Non enim vna eadēq̧ exhortatio
oīb⁹ cōuenit:quia nec cūctos par moꝝ qualitas astrin Gregorius
git. Sępe enim aliis ꝓsunt q̄ officiunt aliis. Et herbę q̄
q̄dā aīalia reficiūt:alia occidūt:leuis sibilus equos miti xxxiiij
gat:catulos instigat:τ medicamētū qđ hūc morbū expel-
lit alteri vires ꝓstat:τ panis q̄ cor fortiū roborat:paruu-
lorū necat. pro qualitate igit audiētiū formari debet ser Roma.1.
mo doctoꝝ:quia τ apo. dicit:sapiētib⁹ τ insipiētib⁹ debi-
tor sum. ¶ Quid enim sunt intētę mētes auditoꝝ nisi qua
si q̄dā in cythara tēsiones stratę chordarū:quas tāgendo
artifex:vt nō sibi met ipsis dissimile cāticū faciāt:dissimi
liter tēdit τ pulsat. ¶ Idcirco enim chordę cōsonā modu-
lationē reddūt:quia vno quidē plectro sed nō vno impul
su feriūtur. Et ad hec quis tam idoneus? Est τ in gallo
aliud qđ cōsiderare debeam⁹. profundiorib⁹ enim horis
noctis valētiores voces ac ꝓductiores cant⁹ reddere so
let:cū vero dies appropinquat leuiores et minutiores
ędit:sic τ ꝓdicatores cū iniquis adhuc mētib⁹ prędicāt:
altis τ magnis vocib⁹ ęterni iudicii terrorē intimāt:di-
cētes/q̄ habet aures audi. audiat. Luc.8. oportet nos ex-
hiberi ante tribunal Christi: qa quasi in ꝓfundę noctis 2.Cor.5.
tenebris cōstitutis clamant:sicut scriptū est:quasi tuba Esaię.58.
exalta vocē tuā:clama necesses:τ anūtia populo meo pec
cata eorū. Qđ dicit quasi tuba/valētiorē vocē ostēdit ne
cessariā in ꝓdicatione cū scelera sunt redarguēda:cū aūt
dicit:necesses: ꝓductiores voces ostēdit:quia lapides Job.14.
excauāt aquę:τ verba dei malleo similātur cōterenti pe- xxxv
tras. Cū vero iā auditorū suorū cordib⁹ lucē ad esse co-
gnoscūt:clamoris sui magnitudinē in leuitatem dulcedi Hiere.23.
nis vertūt dicētes:in cor hoīs nō ascēderunt q̄ prępara
uit deus diligētib⁹ se. τc. ¶ Unde scriptū est Nu.10.ca. 1.Cor.2.
fac tibi duas tubas argēteas ductiles. Et infra. Cū cōci Figura.
sus clāgor increpuerit/mouebūtur castra. Per duo enim Numeri.
ꝓcepta charitatis ad ꝓcinctū fidei populus vocat. Sūt
τ argētę:vt ꝓdicatorū vita cū verbis cōcordet:qa cuius
vita despicit:reliquū est vt τ doctrina cōtēnat. Eloquia
enim dn̄i casta sunt τ argētū igne examinatū. talis ergo psal.11.
debet esse τ vita doctoꝝ:vt luceat vitę puritate:τ doctri
nę suauitate. Ductiles sunt:quia necesse est:vt q̄ ventu
rā vitā ꝓdicāt:tribulationū pręsentiū tūsionib⁹ crescāt.
Cū cōcisus clāgor increpuerit mouentur castra:quia cū
ꝓdicationis sermo frequētius agit:auditoꝝ corda cōtra
hostes suos ardētius excitant. Unde dicit:vt milites bo
nā militiā:habēs fidē:τ bonā cōsciētiā. Est adhuc in gal
lo aliud solerter intuēdū:qa cū iā ędere cant⁹ parat:pri⁹
alas excutit:τ semet ipsum feriens:vigilātiorē reddit/si
cut τ struthio inter volitādū: quia veri pastores ante q̄ xxxvi
verba exhortationis ꝓferāt:oē qđ loquuturi sunt:ope
rib⁹ clamāt:τ cū perfecte in se ipsis vigilāt:tūc dormien
tes alios ad vigilias vocāt:ne forte cū aliis ꝓdicauerint: 1.Cor.9.
ipsi reprobi inueniantur:τ cū alios excitauerint:ipsi va
cua lāpade ante aspectū spōsi veniāt. Hoc est ergo qđ di Matth.25.
cit apo. vt milites bonā militiā:nihil ꝟbo docēs:qđ ope
re prius nō exhibueris:sicut de Cęsare legim⁹:q̄ nunq̄
dixerit ite:sed venite. habēs inq̄t bonā cōsciētiā cū fide.i.
fidē τ opa. [Quā quidā repellētes:circa fidē naufragiū
fecerūt] abyssus enim abyssum inuocat:τ amisso clauo:
perituā nauē nemo dubitat. Ne enim futurorū metu τ ex psal.41.
pectatione crucient:psuadere sibi oīi studio curāt fal-
sa esse omnia q̄ nr̄a religio cōtinet:atq̧ ita a fide multip- Ambrosi⁹.
uertūtur:dū τ rationib⁹ omnia colligere q̄runt. Ratio-
cinationē autē hāc videlicet vt illa tantū credam⁹ τ me-

lxxxvij tuamus q oculis subiecta sunt: mala cōsciētia gignit.
¶ Fides igit̃ nauis tutissima est: anchora eius spes nr̃a
est/gubernaculū optima cōsciētia est/hac igit̃ sublata:
nulla est reliqua spes: quātūcunq nauis anchoris stabi
liatur: naufragiū pati necesse est. [Ex quibus z de quorū
24.q.3.Apostolice. numero est Alexander z hymeneus: quos tradidi satā
ne: vt discāt nō maledicere.] Traditio autē hec est: q cō
motus apostolus maledictis eorū: sentētiam protulit in
eos. Diabolus aūt qui ad hoc parat⁹ est vt auersos adeo
accipiat in potestatē: audita sentētia: corripuit eos: vt in
telligerent: hac de causa se penis astringi: q blasphema
uerāt. vnde illud: iā noli amplius peccare: ne deterius ti
Joan.5. bi cōtingat: ostēdēs causa peccati aliquādo infirmitates
inferri corporib⁹. Q̃đ autē z ministro diabolo fiant: ostē
dit scriptura cū dicit/spirit⁹ dñi mal⁹ corripiebat Sau
1.Reg.16. lē. Et illud. Hec autē cū sit filia Abrahe quā alligauerat sa
tanas.18. annis. Luc.13.ca. non oportuit solui a vinculo
die sabbati? Hi itaq duo cū in euāgelica pdicatione nō te
nuerit clauū recte cōsciētie: in pfidie scopulos impege
Psal.72. rūt: semelq excussi a scopo fidei: sic abrepti sunt p deuia
quecq suarū cupiditatū: vt ponerēt in celū os suū: q q̃m
cōibus cauterijs sanari nō poterāt: tradunt satane si forte
interim resipiscāt: sicq redeāt ad ecclesie vnitatem: inte
rim aūt hoc quasi freno cohibiti: discāt nō blasphemare.
Luc.11.ca. Fortassis aūt z ille blasphemauerat nomē dei de quo Lu
Ambrosi⁹ cas cap.11. ideo demonio muto traditus est cruciandus.
Eijciebat itaq qui eiusmodi erat a cōi cetu fidelium: fie
Figura. batq nudus z destitut⁹: atq ita lupi patebat z prodeba
Exodi vltimo. tur incursib⁹. Sicut enim dudū castra hebreorū nubes
tegebat cōtra solis ardorē: ita z ecclesiā ptegebat. S.S.
Esaie.4. gratia: z erat ei in tabernaculū diei ab estu persequutio
nū: z insecuritatē z abscōsionē a turbine z a pluuia: a q
bus oībus expers erat qui satane tradebat z patet.

¶ Secundum caput.

i OBsecro igit̃
primum omniū fieri
obsecrationes: oratio
nes: postulatiões: gra
tiarū actiones p om
nibus hominib⁹: pro
regibus & oībus qui
in sublimitate consti
tuti sunt: vt quietā &
tranquillā vitā agamus: in omni pietate & ca
stitate. Hoc enim bonū est & acceptū coram
saluatore nr̃o deo: qui omnes homines vult
saluos fieri: & ad agnitionē veritatis venire.
Vnus enim deus: vnus & mediator dei & ho
minū homo Christus Iesus: qui dedit redem
ptionē semet ipsum pro omnibus: cuius testi
moniū tēporibus suis confirmatū est: in quo
positus sum ego predicator & apostolus. Ve
ritatē dico non mentior: doctor gentiū in fide
& veritate. Volo ergo viros orare in omni lo
co: leuantes puras manus sine ira & discepta
tione. Similiter & mulieres in habitu ornato
cum verecūdia & sobrietate ornantes se: & nō
intortis crinibus: aut auro aut margaritis vel
veste preciosa sed quod decet mulieres pmit
tentes pietatē per opera bona. Mulier in silen
tio discat cum omni subiectione. Docere autē
mulieri nō permitto: neq dominari in virū:
sed esse in silentio. Adam enim primus forma
tus est: deinde Eua. Et Adam nō est seductus:
mulier autem seducta in preuaricatione fuit.
Saluabitur autem per filiorū generationē: si
permanserit in fide & dilectione: & sanctifica
tione cum sobrietate.

¶ Obsecro igitur vt ante omnia fiāt Tho.22.q.83.ad.17.et ad.2.
deprecationes: orationes: interpellationes gratiarum
actiones pro omnib⁹ hominibus.] Ambrosius sic legit
hunc textū. Exhortare ergo primū omniū fieri depreca
tiones. zc. ¶ Pro regibus. Nō tantū bonis z modestis 1.Pe.2.
sed etiā discolis: ne videlicet ijs sublatis: deteriores suc
cedant. Narrat Val. Max. de vetula quadā que orabat Val.Max.
deos pro vita Dyonisij Tyrāni. A qua cū ille quereret:
quo merito suo id faceret: quādo eram inquit puella et
grauē haberemus Tyrānū: carere eo cupiebamus: quo
interēpto: deterior arcē occupauit: eiusq dominationē
omnes finiri exposcebāt votis: sed votis potiti: tertio pri
mo z secūdo deteriorē accepimus. Timens itaq ne si tu
qui tertius es sublatus fueris: quādo Mādrabuli more Prouerb.
res succedūt: deterior ad huc (si tamē quis improbior te
ac crudelior potest reperiri) post te cōsurgat: caput meū
pro salute tua deuoueo. Hec illa nō tam procaciter q ve
raciter dicēs: Dyonisius liberā abire passus est. De Ne
rone tamē dicit Seneca. Ego scio me liberū factum: ex Seneca.
quo suū diem obijt Nero. Cesar perpetuo dictator crea Cesar.
tus: suo nomine clemētie tēplū posuere Romani: vt ho
norib⁹ humano amplius fastigio vteretur. Iste impera
toris z patris cognomen habuit: z inter reges statuā z
suggestū in orchestra. Cūq moneretur ab amicis vt cor
pus presidio muniret: mori satius est inquit: assiduo q ti
more torqueri: occisus est tñ.23. ictib⁹ in senatu. Fiat er Hierony⁹.
go oratio pro huiusmodi regibus. Naturale est enim vt
mortuo rege: aduersarū gentiū semper letentur inimi
ci: ex rebus nouis bella ciuilia z seditiones ac regnandi
imperitiā prestolātes. Sic letati sunt philistei z insulta
uerunt israeli: q maturo rege mortuo videlicet Achaz:
Ezechie iuueni subiacerēt. Sed ne leteris inquit phili
stea: quia de radice colubri ipse est Achaz: egredietur re
gulus Basiliscus patre suo tibi nocētior: qui te suo aspe
ctu z spiritu oris interficiat. Esaie.14. Hierony⁹. vide z
2.Reg.ca.5. Quāta sit autē virtus orationis inde patēter
ostendit: q ea sola vim videt inferre regno celorū: sicut Ecclesi.35.
dicit: oratio humiliātis se nubes penetrabit: z donec ap
propinquet nō cōsolabit: et nō discedet donec altissim⁹
aspiciat. Amarilla descendūt lachrime vsq ad celū: z dñs
exauditor. Talis fuit oratio publicani humiliantis se: q
cū nō auderet oculos ad celum leuare: ipsum celum imo Luc.18.
z celorū dñm ad se potuit inclinare. Deniq p orationis
suffragiū: qui latro crucē ascēderat descendit martyr: vt
mereret audire vocē ignotā mortalib⁹: hodie mecū eris Ibid.23.
in paradiso. Violenti igit̃ rapiūt regnū celorū comite tñ
oratione: propter verbū Christi promittentis: amē dico
vobis quicquid orātes petitis: credite: quia accipietis: Marci.11.
vel aliquid meli⁹ aut vtilius. postulet inquit in fide nihil
hesitās. Jaco.1. Quēcūq enim locū calcauerit pes vester
vester erit: tñ enim nos impetraturos speremus quātū Deut.11.
porrexerim⁹ pedē fidei. ¶ Possumus enim etiā mōtes
trāsferre. Marci.11.ca. sicut dicit z apost. sicut dicit: etiā Luce.10.
demonia in noīe tuo nobis subijciūtur. Et sciendū sicut Chrysost.
dicit Chryso. q deus ad orationē locū nō requirit (Ora
patrē clauso ostio: tñ quia aues quedā p rimas sepe irrū Genes.15.
punt sup sacrificio nr̃o: abigamus eas cū Abraā: ne sim⁹
similes orātibus in triuijs z angulis. zc.) Nam Paulus
nō in ecclesia sed in carcere iacens supinus: pedib⁹ astri

ij ctis ligno: orans tamen: carcerem concussit et fundamē
ta labefactauit. Et hieremias. Cap.38. in lacu limoso: et
Jonas. Cap.2. in ventre ceti canticum dño decātauit: et
Exodi.17. exauditus est. Nunquid enim putandum est q omnipo
tens deus ad habitū orantis Mosi respiceret: et siquidē
videret eleuatas man⁹ eius: israeli victoriā daret: sin ve
ro deorsum deiectas: Amalechitis? siccine dignum est de
sancti. S. sentire sermonib⁹? Itaq eleuatio manuū Mo
Psal.140 si sacrificiū vespertinū significabat Christi in cruce pen
dentis: z oratione sua hostes triūphantis in eadem cru
Origenes ce. Itaq oratio locum non querit sed mentem ab omni
cura seculi liberam z solitariam. ¶ Tunc enim impletur
Osee.2. illud: ducam eam in solitudinē: z loquar ad cor eius. Di
cet fortasse quispiā. flexi genua ad patrem dñi nostri Je
su Christi: z sepe flexi: semper tamē vacuus domū redij.
Merito: quia mens tua foris vagabatur. Nec enim om
2.Reg. nes inueniūt cor suū (est enim fugacissimū omniū viuen
tium) vt orent ad dñm/sicut legimus inuenisse Dauid. 2.
Regū. cap.7. ¶ Os igitur loquitur: cor lōge est: aut cer
Chrysost. te vsuras cogitat: possessionūq reddit⁹ supputat: z ami
corū recogitat verba: negligentias etiam famulorū. For
sitan z feminarū formas miratur: ridetq parasitorum vr
banitates. Talis oratio quā nec tu intelligis: deus quo
Luc.22. modo exaudiet? Imitare ergo illum q̃ui factus ī agonia
perfunditur sudore sanguineo: nec exauditur a patre: ac
cepit tamen consolationē de celo: vt impleretur illud: cū
Psal.90. ipso sum in tribulatione: eripiā eum (exaudit⁹ est enim
pro sua reuerētia. Heb.5.) z glorificabo eum. Exauditus
est ne latus aperiretur ei adhuc viuēti sed mortuo: vt nō
violente sed voluntarie poneret animā suam: z glorifica
tus est in resurrectiōe sua. Semper ergo exaudimur: z
si non secundū beneplacitū nostrū. Et propterea inquit
Cap.29. apo. O timothee exhortare sacerdotes z populū vt ante
omnia fiant deprecationes. zc. Scriptū est enim in Hie
remia: querite pacem ciuitatis ad quā trāsmigrare vos
feci. (Et sciendum q post annū et.5. menses capte vrbis:
venit nūtius ad Ezechielem qui erat in Babylone. Eze
chiel.33.ca.) et orate pro ea dñm: quia in pace illius erit
pax vestra. Uere enim perturbatio z captiuitas nec pie
tatē seruat nec castitatē. Unde enim qui nudus est pius
esse poterit? Aut vbi castitas secura est: vbi potestatis
Psal.121. sue non est? Rogandus est igitur deus pro ijs q ad pacē
Hierusalem necessarij sunt: quoniā in pace principum
iij huius seculi quies est ecclesiarū Christi. In pace inquā
Babylonis pax nostra est: pax vtiq exterior partim z in
terior: quādiu permixta sunt grana cum paleis: z zizania
Matth.13. cum tritico: z vniuersi generis animantia intra ecclesie
vnitatē sicut intra arcam Noe: Hierusalem z Babylon.
Pro omnibus ergo orādum est: maxime tamē pro regi
bus z ijs qui indignitate constituti sunt: qui dicūtur po
puli bases. ¶ Nec enim raro ipsi qui vidētur regere po
pulum: inueniūtur inueterati quidē ac centenarij senes:
sensibus autem pueri: malitia vero insignes: z qui putā
Daniel.13. tur esse semen iuda: semē sunt Chanaā: quibus dicitur.
Nunc venerunt peccata tua q operabaris prius: iudicās
iuditia iniusta: innocētes opprimēs: z dimittēs noxios.
Ceterum Tyrānis licite rebellamus: dicente dño ad Se
meiā virum dei. Loquere ad Roboā filium Salomonis
3.Reg.12. z ad omnē domū Juda z Beiamin z reliquos de popu
lo dicens. Non ascendetis neq bellabitis cōtra fratres
vestros filios israel (ipsi sunt decem tribus qui recesse
runt a Roboā propter durum responsum quod populo
dedit. zc.) a me enim factū est verbū hoc. Uide.3. Reg.12.
Differt autem tyrānus a rege: q tyrānus proprium que
rit comodū: rex vero eorum qui ab eo reguntur. Narrat
Val. Max. de quodam Zenone: a quo in eculeo existēte
cum Eltardus tyrānus quereret: qui essent secum pme
ditātes de nece sua: respōdit velle sibi aliquid dicere in
secreto: laxatoq eculeo: aurē ipsius morsu arripuit: nec
ante dimisit: q ipse vita: z Tyrān⁹ ea parte corporis pri Plato.
uaretur. Uidens Plato aliquādo Dionysiū Tyrānū cor
poris sui septum lateronib⁹: quid inquit mali fecisti: vt
a tam multis necesse habeas custodiri? Possum ego in
quit in qualibet parte vrbis incedere solus: tibi vero in
tua pace armato viuēdū est. Multos timeat necesse est:
qui nulli familiaris est. Interrogatus aliquādo Thales Thales.
Milesius: quid in vita difficile ac pene incredibile vi
disset: Tyrānum inquit senem. Deniq cū Tyrānus qui iiij
dam quereret a Diogene: ex quo ere melius foret statuā
fundere: respondit: quomodo Harmodius z Aristogitō
fusi sunt: vterq enim istorum Tyrānum occidit: quibus Judi.4.c.
Athenieñses ob id statuas erexerunt. Deniq de Jahel le
gimus q Tyrānum occiderit: similiter z de Aioth: deq Judi.3.c.
Judith: z ob id celebrantur nomina eorū memoria eter
na. Orādū est igitur pro pastorib⁹: quādo z ipsi vigilāt Heb.13.
tanq rationē reddituri de nobis: vt quietā inquit vitā
agamus in omni pietate z castitate. [Hoc enim bonum Thomas.
z acceptum est corā saluatore nostro deo: qui omnes ho p.p.q.19.ar
mines vult saluos fieri: z ad agnitionē veritatis venire] ticulo. 6.
Igitur si deus omnipotēs est: sicuti est: z vult omnes sal
uos fieri: cur non impletur volūtas eius? Potestati ei⁹
quis resistit? Sed in omni loquutione sensus est: condi
tio latet. Uult enim deus: sed si accedant z illuminētur.
Non enim sic vult: vt nollentes saluētur. Nam vtiq qui
legem omnibus dedit: penitentiā z sacramēta: liberūq
arbitriū: nullum excipit a salute: de omnibus enim dictū
est: qui crediderit z baptizatus fuerit: saluus erit. ¶ Q̃đ Marci vlti
si post sacramentū baptismatis: tunicā quam induit: in mo.
quinauit rursus: secūda tabula post naufragiū penitētia
est: sicut scriptū est: ergo z tu porta confusionē tuā. Pri Ezech.16.
mum quidem est nullum opus facere cōfusionis: postq
Christū induimus: sed omnia talia q possint deum libe
ra frōte respicere. Quia vero vt homines sepe peccam⁹:
sciendū (vt ita dixerim) secundā nauē post confusionis 3.Reg.21.
opera/esse erubescere: verecundos oculos deijcere sicut v
legimus in Achab: nec sic procaci vultu incedere quasi
nihil omnino peccatū sit. Sunt enim qui non solum non
erubescunt: nec modo peccata predicant: sed defendunt
proprias ruinas. Si aliquis homo qui de merito suo in
famis effect⁹: a patria exulet. huic loquatur iudex dicēs. Origenes.
O tu qui pēne reus es: noli exilium cum merore suscipe
re. Nō enim mereberis misericordiā: si irasceris ad pe
nam. Quin imo intellige digne te pati q pateris cum la Luc.23.
trone: z cum te humiliaueris dicens: nos quidem digna
factis recipimus: forsitā misericordiā cōsequeris ab eo
qui vult omnes saluos fieri: z potest te in statum pristi
num restituere. Ergo z tu porta confusionē tuam. Non
enim vera salus est: si nolenti tribuat: nec gaudere po
test in percepta salute: qui inuitus (si tamen fieri potest)
accipit medicinā: vt non dicā: quia medicine effectū ha Prouer.1.
bere non potest: nisi ad illam eger animū cōmodauerit:
est enim spiritualis: que nec dubijs proficit nec inuitis.
¶ Quid igitur factur⁹ est medicus si medicinā respuat
egrotus? vocaui inquit z renuistis. Ita ergo verum est
q vult deus omnes homines saluos fieri: z ad agnitionē
veritatis venire: sicut z omēs homines volunt esse bea
ti. Si autē omnes volunt vitā beatā: idq solum in volun
tate sit: cur non omnes eam adipiscūtur: sed vix vnus ac 1.Cor.9.
cipit propositū Brauiū? An forte eo euenit: q aliud est
velle bene aut male: aliud mereri aliquid per bonā aut
malā voluntatē. nam illi qui beati sunt: quos bonos esse
oportet: nō propterea sunt beati: q beate viuere volue vj
runt: nā hoc volunt etiam mali: sed quia recte viuere vo
lūt qđ mali nolunt. Nō ergo mirū si mali nō adipiscūtur
qđ volūt idest beatā vitā: illud eñ cui comes est z sine q Augustin⁹
ea nemo dign⁹ est: recte videlz viuere nō itidē volūt. Cū
aūt dicim⁹ volūtate hoīes esse miseros: nō ideo dicim⁹ q
miseri esse velint: sed q in ea volūtate sunt quā etiā eis

iniustis miseria sequat necesse est. Quare non repugnat
superiori rationi q voluit omnes beati esse: nec possunt:
⁊ deus vult omnes homines saluos fieri: nec tamē salui
fiunt. Non enim volunt oēs recte viuere: cui vni volū-
Seneca. tati gratia informatę vita beata debet. Seneca. Quid
est ergo in quo erratur: cum omnes beatā vitam optent?
Quod cum illam petunt: fugiunt: nam cum summa vitę
beatę sit solida securitas: sollicitudinis colligūt causas:
⁊ per insidiosum tramitē nō solum ferūt sarcinas sed tra
hunt: ita longius ab effectu eius quod petūt semper ab-
scedunt: ⁊ quo plus operę impenderūt: hoc se magis im
pediunt ⁊ feruntur retro. Quod euenit in labyrintho ꝑ
perātibus: ipsos ipsa velocitas implicat. Ille ergo bea-
tus est: cui omne bonū in animo est: qui neminem videt
cum quo se cōmutatū esse velit: quem fortuna cum eum
quod habuit in eum telum nocentissimū in maxima in-
torsit/pungit nō vulnerat ⁊ hoc raro: nam cętera eius te
la quibus genus humanū debellatur: grādinis more dis
Joan. 1. sultāt: que incussa tectis: sine vllo habitatoris incomodo
crepitat ac soluitur. Dedit ergo oībus potestatē filios
dei fieri: sed hi tantū illud adipiscūtur qui credunt non
ficta fide in nomine eius. ¶ Quomodocūq igitur expo
natur verbum apostoli vel ante cedenter vel consequen
ter vel pro generibus singulorū aut singulis generū: sic
tamen exponendū est: ne credere cogamur: aliquid omni
potentē voluisse fieri: factūq non esse: quia omnipotens
velle inaniter non potest quodcūq voluerit essentię suę
Rom. 10. voluntate: et tamē non omnes obediunt euāgelio: ex ijs
quibus iam diu prędicatū est: ⁊ de hoc alias multa dixi-
mus: ⁊ sufficiat nobis hoc vnū tātum: quoniā apud deū
Actu. 10. non est personarū respectus: sed in omni gēte qui timet
deum ⁊ operatur iustitiā: acceptus est illi. Verbū enim
misit dñs in omnes gētes: annūtiās pacem: ⁊ hic est om-
niū dñs: nō huius gentis aut illius. Misit enim Jonam
ad Niniuitas. Verū tamē que nobis vtilitas esse potest:
Chrysost. si pacato orbe: magnaq terrarū quiete vbiq obtinente:
nos aduersus nos ipsos bella excitare nō desinamus? q̄
vero infelix est: qui profunda pace vbiq regnante turba
tur. Itaq nullus saluus fit: sine bene placito dei: mortē
Ezech. 33. autē peccatoris deus non vult: sed vt cōuertat ⁊ viuat: ⁊
tamen nec eius voluntas in hoc impletur: iuxta quod di
citur: anima q̄ peccauerit morietur. Ezech. 18. tamē de9
nullū vult peccare: sed pditio tua inqt ex te est. Osee. 13.
vij tantūmodo in me auxiliū tuū. Dices, non omnes audie-
runt euāgeliū: nec apud oēs baptismatis gratia ⁊ pec
catorū remissio ⁊ iuditiū dei prędicata sunt. Esto. Nun-
Tobię. 4. quid non omnes legerunt: quod tibi non vis alteri ne fe
ceris: Hoc est tota lex ⁊ prophetę. ¶ Non enim post dis
pēsationis mysteriū idest mortē Christi tantū dictū est:
Matth. vl- ite baptizate omnes gētes in nomine patris ⁊ filij et spi
timo. rit9 sancti/vt inde deus videretur curā omniū gerere:
quoniā multo ante dictū est ad Jonam prophetā: surge
Jonę. ⁊ vade in Niniuē ciuitatē grādem: ⁊ prędica in ea: quia
ascendit malitia eius coram me. Ac deinceps, Et credi-
derunt Niniuitę dñō: vnus est enim omniū dñs: et prę-
dicauerunt ieiuniū. Prędicauerūt inquit ieiuniū. Un
de autē sciebant q in ieiunio sacco ⁊ cinere placarēt do-
minū: nisi quia sciebant hoc esse acceptū coram eo q̄ vult
oēs homines saluos fieri? Ad israel autē extendit deus
⁊ dñs Christus tota die manus in cruce vt eos ad peni-
Esaię. 65. tentiā prouocaret: ⁊ tamen pro operibus verba semper
Exo. 24. ostendebat dicens: omnia que pręcepit deus faciemus.
Roma. 10. Quare ergo vt diximus non oēs obediunt euangelio?
Non omnes prędicant ieiuniū: assumunt saccū: ⁊ mutāt
mores in melius? Cum sciant deum velle omnes saluos
fieri: ⁊ hoc certo sciāt: maxime cū scriptū sit/omnia hec
fecisse Niniuitas sub incerta spe misericordię dei: cum
dixerunt: quis scit si conuertatur deus ⁊ ignoscat: ⁊ non
Hierony9. peribim9? Sed difficile inquit Hieronym9 homines no

biles ⁊ potentes: ⁊ multo difficilius eloquētes: ampli9 Prouer. 18.
autē qui in profundū malorū venerunt credunt deo: ob-
cęcatur enim eorū mens: diuitijs opibus atq luxuriis: ⁊
periculū est: semel intestina gustasse canē. Quid inquit Prouerb.
vltra debui facere vineę meę ⁊ nō feci? Esaię. 5. Chryso. Chrysost.
vtamur hoc testimonio aduersus eos qui diuinā proui- Luc. 14.
dentiā calūniātur. Ecce altilia occisa sunt: mensa posita:
mixtū vinū: propositi panes. 12. Missus et seruus legat9 Prouer. 9.
iuxta Nahū qui aduocet gentes: ⁊ quasi oēs dicūt: ha
be nos excusatos: forsan aliquando famē patientur vt ca Psalm. 58.
nes. Deus enim oēs vult. ⁊c. [Un9 enim deus: et vn9 Tho. 3. par.
mediator dei ⁊ hominū homo Christus iesus: qui dedit q. 26. ad. p.
semet ipsum prętiū redēptionis pro oīb9.] Nō enim
poterat vnitatē dei custodiens: mediator dei ⁊ hominū viij
vocari: quoniā mediator vnius non est sed duorū. Ut igi
tur arbiter esset dei ⁊ hominū: fili9 dei assumpta carne
homo nat9 est: vt mediator dei ⁊ hominū esset: qa in deo
homo erat: ⁊ de9 in homine: vt ex vtroq esset mediator: Chrysost.
⁊ vtrūq recōciliaret ī se primū. Qd nos legim9: dedit re-
dēptionē se ipsum/grece est: δοὺς αὐτὸν ἀντίλυτρον
idq significat prętiū quo ca
ptiui redimūtur ab hostib9 in bello: aut a pyratis. Unde
quo magis explicaret Christi cōmutationē qui suo capi
te permutauit nos: addidit ἀντίλυτρον, quod est cū ca
put capite, vita redimitur vita. ¶ Ad cō
ponendā igitur pacem venit Christus iesus qui omnes
vult saluos fieri: qd ni vellet: non daret semet ipsum re-
dēptionē pro omnibus nobis. Unus est ergo mediator
per hoc q formā serui suscępit: sed qui peccatū nō fecit. Philip. 2.
Et cū in forma dei sacrificia cū patre sumat cū quo vnus
est deus: tamen in forma serui sacrificiū maluit esse q̄ su Chrysost.
qui foris sunt. [vxores similr pudicas: (loquit enĩ de
vxore epi aut diaconi:) non detrahẽtes: sobrias] Loth
Geneś.19. quem ignis Sodomę nõ vicit: vina vicerũt: [fideles in
omnibus.] Hec oĩa qm̃ nunc vacãt de iure: ptranseo/di-
xi de iure: qm̃ de facto fortassis aliud fit. Equi amato-
res in feminas: τ emissarij facti sunt. et qm̃ ꝓprias non
habent: vnusquisq; (inquit Hieremias) ad vxorẽ proxi
mi sui hinniebat. Hiere.cap.5. [Diaconi sint vnius vxo
ris mariti: qui liberis recte p̃sint τ ꝓprijs familijs. Nã
qui bene ministrauerint: gradũ sibi bonũ acqrent: et
multã libertatẽ que est in Christo Jesu.] Hoc qđ dixit
apłs de vxore diaconi: eodẽ modo intelligimus sicut in
de vxore epi: τ cętera que dicit de corrigenda familia:
que tñ oĩa nunc minꝰ necessaria sunt. Qđ autẽ dicit:
gradum sibi bonũ acquirent τ libertatẽ: libertas hec
est posse ascẽdere ad gradus supiores in ecclesia: mag
Pittacus. stratus.n. ostẽdit virum sicut dicit Pittacus phs. Qui
igit fuerit fidelis in paucis: supra multa cõstituet: sicut
2.Reg.12. dicit: si parua sunt hec: adiũciã tibi multo maiora. Gra-
dus bonꝰ Marthę: melior autẽ Marię: optimꝰ vero est
qui fecerit et docuerit. Isti sunt Job: Daniel: et Noe.
xviij. Ezech.14.cap. [Hec tibi scribo sperans fore vt veniam
ad te cito.] Qm̃ inquit interim nõ dat mutuas ędere
τ reddere voces: habet.n. nescio quã occultam vim do
ctrina ex ore magistri in aures transfusa addiscentis: si
Esaię.52. cut dicit: quia ecce ego qui loq̃bar per ora ꝓphetarũ:
adsum: hec scribo tibi: vel litteris cõmonefaciens pru-
dentiã tuam: sperãs me cito affuturũ: vt audias vocem
Esaię.30. post tergũ monẽtis: hec est via. [vt si tardauero: inquit:
noueris quomodo te oporteat in domo dei cõuersari:
Geneś.28. que est eccłia dei viuentis: iuxta illud: Nõ est hic aliud
nisi domus dei τ porta cęli: τ noueris ꝓinde τ tibi ꝑce-
Geneś.17. ptum esse: Ambula coram me: τ esto irreprehẽsibilis.
[Est etiam ecclesia colũna τ firmamentũ siue basis ve
ritatis] pro eo q; fundat supra firmã petram Christũ:
qui est prima Ṽitas: sicut dicit veritas ipsa p̃ma qui est
α καὶ ω, Ego sum qui sum: sum τ vita: quia nemo no-
Joan.14. uit patrẽ nisi filiꝰ τ cui ipse voluerit viam re
uelare: iuxta illud: Nemo venit ad patrem nisi per me.
ergo ego sum via: sum τ veritas: vnde ad hoc veni vt te
Joan.18. stimoniũ ꝑhibeam veritati. Cui veritati? Ego sum qui
Joan.8. testimoniũ ꝑhibeo de meipso: Ego sum τ vita: et vita
ꝑ.Joan.1. que erat apud patrem apparuit nobis ait Joannes.
ἡ ὁδὸς, ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή, Illa via: illa veri-
tas: et illa vita que
erat apđ patrẽ τc. Est ergo eccłia colũna τ basis veri
tatis quam fundauit altissimꝰ excisis colũnis septem.
ꝓuerb.9.capi. vt ne portę inferi pręualerent aduersus Matth.16.
eam. nec desunt arma ad eius ꝓtectionem: Mille cly-
pei enim pẽdent ex ea. Canti.4. et omis armatura for
tium. Deniq; super muros tuos constitui custodes: to- Esaię.62.
ta die τ nocte non tacebũt. Montes in circũitu eius.i.
angeli: et dominꝰ in circũitu populi sui. ps.124. Hanc
ecclesiã nubes ꝓtegit: sicut dicit: per diem sol non vret ps.120.
te neq; luna per noctẽ: sed inter ꝓspera et aduersa se-
cura incedit/pręuia colũna ignis: Exodi.40.capi. Est
enĩ τ ipsa colũna et basis veritatis. Est igitur eccle- xix.
sia colũna τ basis veritatis: [et sine cõtrouersia magnũ
est pietatis mysteriũ. Deus manifestatꝰ est in carne: iu
stificatꝰ est in spiritu: visus est angelis: ꝑdicatus est gẽ-
tibus: fides illi ha bita est in mundo: (signa enĩ et ꝓdi-
gia facta firmauerũt eccłiam τ euangeliũ. Ambrosiꝰ.)
assumptꝰ est in gloria.] Ambrosiꝰ ita exposuit. Et qui-
dem oĩm confessione magnũ est huius pietatis myste-
rium: quod declaratũ est in carne: iustificatũ est in spi-
ritu: visum est angelis: ꝑdicatũ est gentibꝰ: creditũ est Joan.1.
in hoc mũdo: assumptũ est in gloria. Priorem lectionẽ
ponit Chrysostomus: differentia autem est/q; pro θεὸς
idest deus: Ambrosiꝰ legit ὅ idest qđ. Est autem
sensus: q; pietatis mysteriũ Christus videlz incarna
tus: aut Christi euangeliũ cuius veritas predicat τ do
cet in ecclesia: que est colũna veritatis: magnũ quidẽ
est mysteriũ (sicut alibi dicit apłs mysteriũ hoc magnũ
est: ego autem dico in Christo τ in ecclesia) sed qđ iam Ephes.5.
sit manifestatũ. (In sole enĩ posuit tabernaculũ suum.
ps.18. qm̃ τ ecclesia visa est sole amicta τ luna sub pedi-
bus suis. Apoc.12.) per hoc quod verbũ caro factũ est Joan.1.
τ habitauit in nobis: quod τ iustificatũ est in spũ: ope-
ribꝰ enĩ τ ꝑdicatiõe reuelauit se creaturę: hoc est mira
culis τ v̄tutibꝰ claruit: is videlz qui erat in carne quis
esset in potẽtia τ in virtute: sicut scriptum est: Si mihi
non creditis: operibus credite. sed si referas ad euãge Joan.10
lium: sensus est: euãgelium iustificatũ fuisse in spiritu:
ob vim datam Christo iustificandi per fidem euãgelij:
seclusa lege Mosaica. Qđ inquã pietatis mysteriũ vi
sum est angelis: quãdo canebant Gloria in altissimis Luce.2.
deo: Ambrosiꝰ tamẽ refert ad illud quod alibi dicit apo
stolus vt innotescat principibꝰ τ ꝑtãtibus multiformis Ephes.3.
sapientia dei. eius verba sunt. Tandiu enĩ aspectu hu-
milis visus est per carnẽ: quãdiu deuicta morte resur- Ambrosiꝰ.
geret: τ videret maiestas eius: qui natus vt homo: non
erat totus homo: vt agnoscẽtes angeli mysteriũ quod xx.
prius latuit declaratũ: in carne illi genu flectẽtes: qua-
si deo gratias agant: quia vidicerũt veritatẽ que genti
bus ꝑdicata est. Qđ sacramẽtũ ꝑdicatũ est gentibꝰ:
cum soli illud iudei expectarẽt: iuxta illud: Dico Chri- Roma.15.
stum Jesum ministrũ fuisse circũcisionis ꝓpter veri-
tatem dei ad cõfirmandas ꝓmissiones patrum. sequi-
tur: qđ sacrum mysterium creditum est in hoc mundo. Joan.1.
creditũ est mundo: sed mũdus eum non cognouit: ma
xime autẽ sui eum non receperũt. Credita sunt illis elo Roma.3.
quia dei: ipsi vero non crediderũt verbis eius. ps.105.
Multi tamẽ venerũt ab oriente τ occidẽte audituri my
sterium hoc pietatis τ sapientiã Salomonis que ꝑdi- Matth.8.
cat in euangelio. Ambrosius tñ non hoc sensu exponit et.12.
verbũ hoc creditũ. dicit enĩ. Ideo.n. creditũ est mũdo
dei sacramentũ: vt ꝑfidis eius veniam mereri nõ possit:
iuxta illud: si non venissem τ loquutꝰ eis fuissem: excu
sationẽ de pctõ suo haberẽt: nũc autem excusationẽ de Joan.15.
peccato suo non habent: si non credunt: quia qđ velut
infirmũ τ deforme cõtempserũt: assumptũ est in gloria:
vnde vẽturus est iudicare viuos et mortuos: idest cre-

dentes et incredulos: q nō crediderūt sacramēto quod
mūdo creditū est. Dicit autē mysteriū verbi incarnati
magnū pietatis mysteriū etiam respectu eorū que ve-
Hebre.10. labant intra sancta sanctorū: que tamē erant vmbra hu
ius mysterij, et patet.

Quartum Caput.

Spiritus autē manifeste dicit: q in nouissimis tēporibus discedent quidam a fide: attēdentes spiritib9 erroris: & doctrinis demoniorū in hypocrisi loquentiū mēdaciū: & cauterizatam habētium suam cōscientiam: prohibentiū nubere: abstinere a cibis quos deus creauit ad percipiēdum cum gratiarū actione fidelibus: & his qui cognouerūt veritatē: quia omnis creatura dei bona est: & nihil reiiciēdum quod cum gratiarū actione percipit. Sanctificat enim per verbū dei & orationē. Hec pponens fratrib9: bonus eris minister Christi Iesu/ enutritus verbis fidei & bone doctrine quam assecut9 es. Ineptas autē & aniles fabulas deuita. Exerce autē teipm ad pietatē. Nam corpalis exercitatio ad modicū vtilis est: pietas autē ad oīa vtilis est: pmissionē habēs vite que nūc est & future.

i. Spirit9 autē manifeste dicit siue
certo loquit: q in posterioribus tēporib9 discedent qdam
a fide. Sciēdum interim q ad solius dei noticiā ptinet
scire futura cōtingentia que pendent ex volūtate eius:
Actu.1. sicut futurū iudicium quo tpe sit futurū & similia: ita &
futura cōtingentia que depēdent a causis liberis sicut
q Petrus vel Martinus cadet vel resurget & similia:
que & si nō fiant sine dei puidētia: non tū fiunt sine volū
tate humana: sicut dicit: verterūt ad me terga & non fa
Hiere.2. ciem. et iterū cap.18. desperauim9: post cogitationes no
stras ibim9. Ita dicit per pphetam: Annūciate que vē
tura sunt in futurū: et sciemus q dij estis vos. Esaie.
41.cap. Item illud ex Daniele. Mysteriū qd rex inter
rogat: sapiētes Magi et Arioli & Aruspices nequeunt
indicare regi: sed est deus in celo reuelans mysteria
Cap.2. qui indicauit tibi rex Nabuchodonosor que ventura
ii. sunt nouissimis tēporibus. Deus aūt spūs est: spiritus
vero vbi vult spirat et qn vult. Ioā.3. etiam vt & Saul
Math.21. inueniret inter pphetas. p.Reg.19. et Cayphas & Ba
laam: imo & pueri qui dno passuro in carne cecinerunt
encomia victorie etiam ante pugnam. Spūs igitur hic
Sap.7. cum sit certus: oēm habens virtutem: oīa pspiciens:
qui & attingit vbiq pter suam mūdiciā: ad instructio
nem ecclesie sue & cautelam nō tacet ea que necessaria
sunt: vt pmonite eccīe: sollicite sint ne circūueniant ab
Luce.1. angelis Sathane. Erexit inqt cornu salutis nobis in do
mo Dauid: sicut locut9 est per os sctōr pphetarū qui a
seculo sunt. Qui sunt isti pphete qui a seculo sunt?
Congregamini inqt Jacob: Genes.49. vt annūciē que
iii. vētura sunt vobis in diebus nouissimis. Item Moses:
Ego scio contentionē tuam & ceruicē tuam durissimā.

adhuc viuente me & ingrediente vobiscum semp cōten
tiose egistis contra dnm: quāto magis cum mortu9 fue Deut.31.
ro. Noui q post mortē meam inique agetis: & declinabi
tis cito de via quam pcepi vobis. sed nō impune: occur
rent eni vobis mala in extremo tēpore qn feceritis ma
lum in conspectu dni. Hic igitur spūs qui loqutus est
per os (vnū os in omībus pphetis) oīm pphetarū qui
sunt a seculo: ipse est qui & nunc loquit per os Pauli
apostoli: & qn est spūs veritatis qui nec fallere potest:
nec falli: ea eni pdicit fore: que ipse facienda pscinit:
certo loquit aperte & indubitato q in nouissimis tēpori
bus discedent quidam a fide quā semel pfessi sunt: mit
tentes manum ad aratrū: iterumq respiciētes post ter Luce.9.
gum: atq dicentes. Eam9 & disponamus testamentū iiii.
cum gentib9 que circa nos sunt: quia ex quo recessim9
ab eis: inuenerūt nos multa mala. Et illud ex Numeris. p.Macha.1
Nūquid parū est tibi q eduxisti nos de terra Egypti
que lacte & melle manabat: vt occideres in deserto/ nisi
et dnatus fueris nostri? Reuera induxisti nos in terrā Cap.16.
que fluit riuis lactis & mellis (ironice loquit) et dedisti
nobis possessiones agrorū & vinearū. an & oculos nfos
vis eruere? non venim9 tecū. Manifeste igitur loquit
spūs sanctus hoc futurū vt multi discederēt a fide quā
semel amplexi sunt: et sicut spūs sanct9 pdixit futurū:
ita ex parte videm9 impletū: qn iam tot hereses in eccle
sia pullularūt: de quib9 vide si placet.24.quest.3. qui
dam. Hi sunt vulpecule trecente quas Samson incen Judi.15.
dio tradidit cum erroribus suis: fasciculis ad caudas col
ligatis: supposito igne. Utrum autē inter bestiolas has
annumerādus sit Leuterius qui adhuc insidiat vinee v.
dni sabaoth/ videto. Potens est.n. deus cōpellere eum Luce.15.
vt fame deficiens reuertat ad patrē: aut respicere sicut
Petrū: Potēs est et vocare de celo sicut & Paulū: aut Actu.9.
cor eius emollire sicut & Nabuchodonosor. Daniel.4.
vt dicat cum Salomone: Nouissime ego egi penitentiā
& respexi vt eligerē disciplinā. puer.cap.24. Dicit igit puerb.24
apls: spūs manifeste dicit q in nouissimis tēporibus qn
abūdabit iniqtas que & sedebit in loco sancto: discedēt Math.24
quidā a fide: attēdentes spiritib9 seductorijs: qui vētu p.macha.1.
ri sunt in veste ouina: vt facilius incautos decipiant: et
aures apponētes doctrinis demoniorū falsiloquorū in
simulatione: quorū facies & si sunt diuerse in decipiēdo:
caude tū colligant ad inuicem: qn omes dicunt: Exina ps.136.
nite exinanite vsq ad fundamentū in ea. Venite dispe
dam9 eos de gente: et non memoret nomē israel vltra. vi.
[Et habentiū inquit cauterio notatam cōscientiā: iux Hiere.17.
ta qd alias diximus: pctm Juda scriptū est stillo ferreo
in vngue adamātino super latitudinē cordis eorū: quo
rum frōtes & manus charactere bestie cōsignant: sicut Apoca.13.
& de ijs qui agnū sequūtur scriptū est: nomē pris eius
scriptū in frontib9 suis. Apoc.14. et dabo leges meas Hiere.31.c.
in visceribus eorū: et in corde eorū scribam eas. Jussisti
dne & iuste quidē vt pena sua sibi sit inordinatus appe
titus. Plectit autē pctōris cōscientia quadruplici cau
terio vel pena ante exteriorē cruciatū. Prima est tristi Cōscientia.
cia: iuxta qd dicit Genes.4. quare cōcidit vultus tuus?
Et illud de Annō filio Dauid qn stuprū intulit sorori
sue.2.Reg.13. Naturalr eni appetitus odit malum: si
cut & diligit bonum: et cum ferat in illo qd habet mali Francisc9
rationē adiūctam: odit ipsum inquantū tale: vn tristicia M.
sequit actū nolendi naturalr. Omis.n. peccans: volens
non vult. vult eni illud quod lege dei phibet: nollet tū vii.
illud esse phibitū: qn nemo ad malū aspiciens operat.
Scda pena est verecundia: sicut dicit: oculus adulteri Job.24.
obseruat caliginē: imo & omis qui male agit odit lucem:
vnde naturalr erubescit homo de omisso suo: quō dicit
ad Hierlm: quomō cōfundit fur qn deprehendit: sic cō Hiere.2.
fusi sunt domus israel: ipsi & reges eorū. signum aūt est
q peccatū suum occultāt quantū possunt. Adam fugit

dephensus. vn patz quanta malicia est eorū qui erube
Hiere.3. scere nescierūt: sed obtriuerūt quasi meretrices frontē:
viii. pctm suū pdicātes donec ascēderet ad aures dei. Gen.
18. Cōfusi sunt quia abomiationē fecerūt: quin potius
Hiere.8. cōfusione non sunt confusi: & erubescere inquit (nō di
co noluerūt) nescierunt: adeo frōtis erant ptrite vt con
Diogenes. suetudinē in naturā cōuerterent. vn cum Diogenes vi
disset adolescentulū rubore pfusum pter pudorē: di
xit: Cōfide fili: hmōi est virtutis color. vbi autem senes
minus pudici sunt: necesse est ibi iuuenes impudētissi
mos esse. Tertia pena est timoris sicut scriptum est:
puer.28. fugit impi9 nemine psequēte: sicut legim9 in Adam. et
Genes.4. de Cain scriptū est: omis qui inuenerit me: occidet me.
scit enim homo q culpa ordinat per penam. Quanta
2.Reg.12. fecit Dauid vt pctm lateret. Quarta est vermis & rixa
interioris synteresis ctra sensualitatē: qn non est pax
Esaie.57. impijs dicit dns. licet eni homo in actu peccādi habeat
repētinā delectationē admixtam tristicie: tū ante actū
S.Bonauētura. & post sunt vera que dicta sunt. Sciēdum tū q cōsciē
tie pprium est ad bonum instigare: iuxta illud: quanti
Luce.15. mercenarij. &c. et hoc mō non est in dānatis. Item pro
priū eius est a malo retrahere: sicut cor ipsi9 Dauid p
p.Reg.24 cussit eum ne mitteret manū in Christū dni: et Judas
penitētia ductus retulit.30. argēteos: Math.27. Ter
tium qd est cōscientie pprium est contra malū rixam
ppetuam cōserere: non quidē amore iusticie: sed q deti
nent in pena: sicut dicit: merito hec patimur: q pecca
Gene.42. uim9 in fratrē nostrū: et hoc mō vermis cōscientie est
ps.111. in reprobis & demonijs iuxta illud: peccator videbit: ap
prehēdunt eni penas suas fore eternas: & irascet/ den
tibus suis fremēs & tabescens penitētia videlz inutili
qn omne desideriū pctōr peribit. vide doctorē nostrū
Scotus. in.4.dist.20. A. quare penitētia dānatorū est illis inuti
lis: quia vz displicētia de peccatis nō est a libero vsu ra
tionis. Attēdentes inquit doctrinis demoniorū falsilo
quorū: cauterio notatā habentiū cōsciētiam: [phiben
tium cōtrahere mrimoniū:] sicut dicebant Heraclite &
Joan.2. Cataroite heretici. Sed nuptie facte sunt: et ibi erat dns
Jesus: erat & mr eius imaculata: erant & discipuli eius:
Math.19. cuius vox est: qd deus cōiunxit homo non separet. De
niq vt nuptias dns cōmendaret: de femina nascit: vir
gine quidē: alias aūt despōsata viro: Luce.1. virgo volū
tate & voto: desponsata dei puidētia et parentū: [iubē
tium abstinere a cibis quos deus creauit ad sumendū
cum grarū actione fidelibus & ijs qui cognouerūt veri
tatē: q quicqd creauit deus bonum sit: & nihil reiicien
dum: si cum gratiarū actione sumat: sanctificat eni per
verbū dei & orōnem.] De hoc alias dictū est multis in
ix. locis: Primū vz q creatura nulla cōmunis sit aut im
mūda: sed omia que de9 creauit bona sunt. Scdo q & si
fm legē Mosi (que tū iam diu sublata est) aliqua crea
tura dicat cōmunis aut immūda: sanctificat tū crucis
signo desup edito & actis gratijs deo. Sicut aūt hoc lo
co dicit Ambrosi9 cauterizatā dicens horū cōsciētiam:
Ambrosi9. illud nobis dat intelligere cōsciētiā eorū qui simulate
peccant: vix posse ad agnitionem veritatis redire: sicut
Hiere.13. cauteriū semel impssum aboleri nō potest: iuxta illud:
Si mutare pōt pardus varietates suas: aut Ethiops
pellem: & vos poteritis bnfacere: cum didiceritis malū.
Frustra tū ex hoc loco heretici Manichei et alij di
uersas introducūt naturas: & tātam dicunt esse vel ni
gredinē vel varietatē peccatorū: vt in cādorem & vnius
Hierony. coloris pulchritudinē transire nō possint: non attēden
tes qd sequit: et vos poteritis bnfacere cum didiceri
tis malū: Quicqd eni dicit: non nature est sed studij
& pprie volūtatis: que nimia cōsuetudine & amore pec
candi quodāmō in naturā conuertit. sed qd hominib9
Math.19. impossibile est: deo est possibile: vt nequaq Ethiops &
pardus suā videat mutare naturā: sed ille qui in Ethio

pe operat & pardo: Omia.n. possum9 in eo qui nos cō Philip.4.
fortat. [De ijs si cōmonefeceris fratres: bon9 eris mini
ster Jesu christi: enutritus in sermonib9 fidei & bona
doctrina quā hucusq sequut9 es:] Jmbiberat.n. quasi
testa recens sacras litteras a teneris vnguiculis: sicut Sap.8.
& Paulus ad pedes Gamalielis: et cum puer esset in
geniosus quippe qui sortit9 esset aīam bonam: cotidie
succrescēs & tanq mundū animal ruminās verba dei: x.
& cōferens in corde suo noua veterib9: eo culminis pue Luce.2.
nit vt bon9 esset minister Christi: qui daret familie dei
escam in tēpore oportuno. [Ceterū pphanas & aniles ps.144.
fabulas reijce.] De his autē dicit per pphetam: Nar
rauerūt mihi iniqui fabulatiōes: sed non vt lex tua. su ps.118.
pflui eni narratores sicut hirūdines disputationis sua
uitatē loqcitatis cōtinuatiōe corrūpunt. Hmōi sunt he
retici semp addiscentes: sed qn ambulant in circūitu: Esaie.1.
nunq pueniunt ad eum qui est veritas. Hi sunt caupo Hm.70.
nes adulterātes verbū dei: aquam frigide & insipide le
gis miscētes euāgelio: de quo dicit: seruasti bonū vinum Joan.2.
vsq adhuc. [sed exerce teipm inqt in opibus pietatis.] Val.Ma.
Narrat Val.Ma. de legatis Cartaginēsibus venien
tibus ad vrbem ad redimēdum captiuos: quibus nulla
recepta pecunia exercit9 captiuorū reditus est. quos ob
stupuisse arbitror: & secum dixisse. O munificentiā gen
tis Romane: deorū benignitati equādam. O etiā nram
legationem supra vota felicem. bnficium qd nunq de
dissemus accepim9. vn illud apli: Roma.5. Cōmendat
autē in nobis charitatē suam deus &c. Aliqn & liberta Exēplum.
te donata toti Grecie a. P. Romano: supato videlz Phi
lippo Macedonie rege: tam ingens plausus ppli Gre
ci sequutus est: vt certe constet/ aues que supuolabant
attonitas pauētesq decidisse in terram. Omis.n. sum
ma discipline nre in misicordia et pietate est: [Necesse
ad omia vtilis est: pmissionem habēs vite psentis & fu
ture] que sentētia cum illa cōgruit: Honora parētes tu Exodi.20.
os vt sis longeuus super terrā. Reuera autē sicut dixit
Tullius: nulla de vtutibus plurimis admirabilior nec Tulli9.
gratior est misicordia. Homines eni ad deos nulla re
ppius accedūt q salutē hominib9 dando: nec aliqd ha xi.
bet maius fortuna qd possit: nec natura meli9 q vt ve
lit suare. Regiā crede mihi res est succurre lapsis. Pul
chrumq est vitam donare petenti. His autē maxime
laudis est bnfacere: quos nemo sperauit esse facturos:
& vbi ad bnfaciendū necessitatis vinculū nullū est. Que
Tullij sentētia ex euāgelio videt esse deprompta: sicut
dicit: Si diligitis eos qui vos diligūt: & gentes hoc fa Math.5.
ciūt. et si inuitas amicos fratres: cognatos: vicinos aut Luce.14.
diuites: ipsi te reinuitabūt: quia & senes mutuo fricant puerb.
vt dicit. sed estote pfecti sicut & pater vester: cui9 mise
ratiōes sunt sup omia opera sua. Denique iuxta sapien
tiam Pauli et Tullij laudabili9 atq pstantius est bnfi
cia cōferre q accipere: qn ille qui accipit inferior est: Actu.20.
sicut ptz ad sensum. nec iusticia seruat: si aliquis semp
accipit: paratus ipse nihil alijs cōferre. Generat domi
no inquit Sapiēs qui miseret paupis. Hec autē pietas puerb.19.
que ad omia valet misicordia est: de qua dicit: Opor
tuit te miseri cōserui tui: sicut & ego tui misertus sum:
Math.18.cap. et hec misicordia septem gradus habet
per quos ascēsus patz ad templū quod in visione ostē
sum est Ezechieli. vnde & in lege scriptū est: Nō appare Cap.40.
bis in cōspectu dni dei tui vacuus: Deut.16.cap. sed su
mite de optimis terre frugib9: & ferte viro munera. Ho
rum munerū illi sunt positores de quibus dicit: Facite Genes.45.
vobis amicos de māmona iniquitatis. Luce.16. Pri
mus gradus est de quo dicit: Cum videris nudū: ope Esaie.58.
ri eum: & carnem tuam ne despexeris. Thom. scda.2.q.
32. ad scdm. Scdo est: quicūq dederit calicē aque frigi
de non pdet mercedē suā. Mar.9. Terti9 frāge esurienti
panem tuū. Quart9: vagosq & pegrinos induc in do Esaie.58.

Esaie.58. mā tuā. Quint⁹: qui cōuerti fecerit pctōrem a via sua:
xij. operit multitudinē pctōꝝ. Jacobi.v. Sext⁹ gradus ille
est: Eripite pauperē: ⁊ egenū de manu pctōris libera-
ps.81. te: ⁊ illud. Cōterebam molas leonū siue iniquoꝝ: Job
29.ca. et de dentibus illoꝝ auferebam p̄dam. Septim⁹
gradus est: sepulture interesse mortuoꝝ: sicut legimus
Cap.2. in Tobia: Cū esset dies festus dn̄i. ⁊c. Hec est igit̄ pie
tas que ad om̄ia vtilis est: ꝓmissionem habens vite p̄-
sentis ⁊ future: future qm̄ beati misericordes: ipsi enim
m̄iam cōsequent̄: p̄sentis sicut dicit̄: Farina non defi-
Matth.5. ciet: ⁊ oleum non minuet̄: donec pluat dn̄s sup terram.
3.Reg.17. Nam ⁊ vidua illa cui⁹ oleum multiplicauit
Helise⁹/vxor fuit Abdie qui pauit ꝓphetas dn̄i qnqua
genos in pane ⁊ aqua. 4.Reg.4. et.3.Reg.cap.18. Ce-
terū corpalis exercitatio vz vigilie: ieiunia: et carnis ca
stigatio qd sibi tantū ꝓdest: ad modicū vtilis est: qm̄ si-
cut in principio capitis tactū est nōnunq̄ preponēdus
2.Cor.12. est vsus Lie Rachelis amplexib⁹. Semel em̄ legimus
ap̄lm Paulum audisse arcana v̄ba: sepius autem cō-
ponētem cubilia cōiugum. Legim⁹ autem ap̄lm opera
manuaria victū sibi subministrasse ⁊ apud Corinthios
⁊ apd̄ Thessalonicēses: sed hoc ibi expositum est.

¶ Fidelis sermo & om̄i acceptione dignus.
In hoc em̄ laboram⁹ & maledicimur: quia
speram⁹ in deum viuū: qui est saluator oīm
hoīm maxime fideliū. p̄cipe hec & doce. Ne
mo adolescētiā tuam contēnat: sed exemplū
esto fideliū in verbo in cōuersatione in cha-
ritate: in fide in castitate. Dum venio: attende
lectioni: exhortationi & doctrine. Noli ne-
gligere gratiā que data est tibi per ꝓphetiā
cum impositione manuū presbyterii. Hec
meditare: in his esto: vt ꝓfectus tu⁹ manife-
stus sit om̄ibus. Attende tibi & doctrine in-
sta in illis. hoc em̄ faciens: & teipsum saluum
facies: & eos qui te audiunt.

xiij. ¶ Fidelis sermo ⁊ om̄i acceptione dign⁹: q̄ sicut corpo
ralis exercitatio ad modicū vtilis est: ita exercitatio in
opibus pietatis remunerationē habet sui laboris ⁊ in
p̄senti ⁊ in futuro: iuxta illud: Nō vidi iustum derelictū
ps.36. nec semen eius querēs panem: qm̄ tota die miseret̄ ⁊
cōmodat: in futuro aūt semen eius in b̄ndictione erit.
[Nam ⁊ in hoc laboram⁹: ⁊ maledicimur: q̄ spem fixā
habemus in deo viuente: qui est saluator omniū hoīm
maxime fideliū. Tho.3.par.q.8.ad.3.] Saluator oīm
est deus: q̄ in ipso mouemur ⁊ sum⁹: ex ipso ⁊ per ip̄m:
Actu.17. et hec salus cōmunis est om̄ibus tam fidelibus q̄ incre
ps.35. dulis: imo ⁊ iumētis sicut scriptū est: Homies ⁊ iumēta
saluabis dn̄e: sicut multiplicata est misericordia tua. Qd
autē sequit̄: filii autē hominū in tegmine alarum tuaꝝ
sperabūt: ad illud refert̄ quod ap̄ls dixit: maxime fide-
lium: Illoꝝ enim salus tēporalis est: fideliū vero eter-
p.Cor.4. na. [In hoc maledicimur ⁊ b̄ndicim⁹.] sed dimitte in-
quit vt maledicat: si forte ꝓ hac maledictiōe: reddat mi
2.Reg.16. hi dn̄s b̄ndictionē: quia diligentib⁹ deū om̄ia coopant̄
Roma.8. in bonū: cum multos ꝓbra non sustinētes: animi im-
potes cōuolasse legamus ad laqueū. Delectare ergo in
dn̄o: ⁊ dabit tibi petitiōes cordis tui. Quid dicim⁹ cor-
p.Cor.2. dis tui? scriptū est: qd oculus nō vidit: nec in cor homi-
nis ascēderunt que p̄parauit dn̄s his qui sperant in eo.
[p̄cipe hec ⁊ doce:] que sermo supior pstrinxit: vz q̄ cor
poralis exercitatio paucis vtilis est: cū pietatis opera
om̄ibus ꝓsint: sicut dicit̄: lōgitudo dierū in dextera ei⁹:
⁊ in sinistra illius diuitie ⁊ gloria. puer.3. [Nemo ado
Esaie.65. lescētiam tuā contēnat.] Sunt.n. pueri centū annoꝝ:
sunt ⁊ pctōres annoꝝ centū similr̄: et isti quidē vocant̄
inueterati dierū maloꝝ: illi vero senes ⁊ pleni dierū: et
adhuc retinētes innocētiam suam/quasi sint pueri an- Genes.23.
noꝝ septem. ¶ Ita exponūt Hebrei illud qd legim⁹ Ge-
nes.cap.23. vixit Sara.127.annos: dicentes: Isti tres
numeri ponunt̄ hic vz.100.20.7. ac si dicat̄: ita innocē-
ter vixit Sara cum erat.20. annoꝝ ⁊ cum erat annorū xiiij.
100. sicut cū erat septem: et ita pulchra erat cum ageret
annū centesimū: ⁊.127. sicut cū esset annoꝝ viginti. Nā
⁊ quod legit̄ in Apoca. Joānis post resurrectionē exhi
bēdos p̄sentie iudicis paruos et magnos: nō etatū sed
meritoꝝ significat differentiā: cum oēs resurrecturi cre
damur in mēsurā etatis plenitudinis Christi. Iuuenū Apoc.20.
mores vt in plurib⁹ hi sunt: sicut refert Ph̄s/ad m̄iam
proni sunt pro eo q̄ ꝓbos om̄es ac bonos arbitrātur:
sua enim simplicitate ceteros metiūtur. Iuuenes scire Iuuenes.
om̄ia putant atq̄ affirmāt: nimis amant: nimis ⁊ ode-
runt. ⁊ cetera om̄ia similr̄. In agēdo autē/honesta poti⁹
eligūt q̄ vtilia: morib⁹.n. magis viuūt q̄ ratione. Rō-
cinatio aūt vtiliū est: v̄tus vero honesti. Sūt ⁊ magna-
nimi: quippe quos nunq̄ fortuna delecit: apti sunt ad
irascēdum ⁊ acute ire: et ambitiosi: excedere namq̄ iu-
uētus cupit: ⁊ victoria excessus quidā est. ¶ Cum igit̄
ap̄ls dicit: nemo adolescētiam tuā contēnat: pinde valet
ac si dicat. ita te liberꝝ exhibe ⁊ purū ab om̄ibus vitiis
que cōmuniter ꝯsequūt̄ adolescentiā/et etatē tuam mo
ribus transige: vt nemo te possit contēnere: magis autē Joan.1.
om̄es admirent̄ ⁊ dicant: Ecce verū israelitā in quo do
lus nō est. Nam qd peius pōt esse in republica hūana xv.
(ait Seneca/q̄ q̄ autoritatē habemus senū: vitia vero Seneca.
pueroꝝ: nec pueroꝝ tm̄ sed infantiū? Est indie gens di
cta Pandora que in pueritia cano sit capillitio: in sene-
cta nigrescūt capilli. hoc est sunt hoies quidā in iuuētu-
te habētes sapientiā senum: in senecta stultitiā iuuenū. ꝓuerbiū
Nec bis pueri sum⁹ sicut dr̄ in ꝓuerbio: sed semp: cum
et amigdalus ipsa florens tēpus adesse dicat relinquē
di nuces pueris: sicut dicit ap̄ls: Cū essem paruulus sa Eccls.12.
piebā vt paruul⁹ ⁊c. Femine que maturi⁹ pariūt: citius p.Cor.13.
senescūt: sicut femine apd̄ Indios qnquēnes pariunt:
sed octauū non excedūt annū. Nam ⁊ p̄cocia ingenia ci
to deficiunt. mature ergo fias senex. Sicut aūt fructus
non inuenit̄ in arbore in qua flos prius nō apparuit: sic Eccli.15.
que in iuuētute non cōgregauim⁹: in senectute non su-
mus repturi: Qm̄ adolescens iuxta viam suā ⁊c. Ceterū Puer.22.
qm̄ vicina est lapsib⁹ adolescentia: inflāmat̄.n. cito fer
uore calentis etatis/ tum ex variarum estu cupiditatū:
Admonet ap̄ls suum charissimū filiū vt ita vitam suā
vndiq̄ inculpatā tueat̄: vt merito dicat̄ de eo: Ecce ho- Eccli.45.
mo sine querela verus dei cultor: ⁊ cui⁹ memoria in be
nedictione erit. [Sed esto forma fideliū in sermone:]
qualis em̄ vir: talis et oro eius [in cōuersatione:] vt ne
sis quasi leo in domo tua: auertēs domesticos: ⁊ oppri Eccli.4.
mens subiectos tibi: sed sicut pastor accubās iuxta gre
gem: sciens scriptū esse: Rectorē te posuerūt: esto in me
dio eorū: sicut vnus ex illis. [In dilectione in fide ⁊ ca- Eccli.32.
stitate:] vt sit conuersatio tua quasi animata lex: regula
ac norma ad bn̄ beateq̄ viuendū: vt glificent inquit pa xvj.
trem v̄rm: qui in celis est. [Donec venero: attēde lectio Matth.5.
ni: exhortationi ⁊ doctrine.] ¶ Ama inquit Hieronym⁹
scientiā scripturaꝝ: ⁊ vitia non amabis. Est aūt differen Hieronym⁹.
tia inter docere ⁊ exhortari: exhortamur em̄ ad v̄tutes
deterremus a vitiis: docemus abdita scripturarū: sicut
alias dixim⁹: legem dn̄i requirēt de ore eius. Fortassis Malach.2.
autem his n̄ris seculis alia sunt exercitia sacerdotū dei:
quibus dictū est a dn̄o: Uobis datū est nosse mysteriū Luce.8.
regni: ceteris autem in parabolis. Et claues quidē ipsi
acceperūt: sicut dicit̄: tulistis clauem sciētie. Luce.11.ca.
Sed dicite inquit sacerdotes dei quis in vobis est qui Malac.2.
claudat ostia: ⁊ incendat altare meū gratuito? Nō di

co inquit pontifex nō sacerdos non leuita non cātor sed
nec ianitor quidem ⁊ is qui ignem supponit altari: ser
uit mihi sine mercede. Sed qm̄ opere non impletis qd
habetis in ꝓfessione: non est mihi volūtas in vobis: et
mun⁹ nō suscipiam de manu v̄ra. Malach.cap.1. Et vti
nam inquit ruina ppl̄o meo nō fuissetis: sed qm̄ ⁊ vos
recessistis de via/et scādalizastis plurimos in lege: ego
dedi vos cōtemptibiles et humiles om̄ibus pplis: si-
cut est dies hec. [Noli negligere grām que in te est: (q̄
Luce.15. me vocem illam: succide illam: vt quid terrā occupat?)
que tibi data est per ꝓphetiam cū impositione manuū
autoritate sacerdotii. ꝓphetia est autoritas predicādi.
Deinde imposita manu: factus est ep̄s. vel imposita
manu habes efficaciā dandi sp̄m ⁊ aliis: idq̄ ex officio
p̄sbyterii tui. De hac ꝓphetia supius dixit apostol⁹: fm
p̄cedentes in te ꝓphetias. Accepit igitur Timoth: eus
per impositionē manus apostolice grām vt pasceret po
pulū sibi subiectū verbo ⁊ exēplo. Qui autē in hac au
toritate positus docere dedignat̄: quomō poterit facere
quod maius est videlz operari? Hic reuera qm̄ neglexit
grām sibi datam per manus apostolice impositionē: ⁊
xvij. abiens abscōdit in terra talentum dn̄i sui: Matth.25.
minimus vocabit̄ in regno celoꝝ. Ibidem.cap.5. Noli
ergo noli dicere: ecce mina tua reposita est in sudario:
auditur⁹ alioqui qd scriptū est: Tu autem ꝓphane im
Luce.19. pie dux aufer Cidarim/tolle coronā. ¶ Dictum est de
Ezech.21. Sedechia vltimo rege de domo Dauid: dicit̄ ad sacer-
dotem qui sedet in cathedra pestilētie: p̄s.1. occupās lo
cum melioris tanq̄ ficus in qua preter viridantia folia
Matth.21. Christ⁹ nihil inuenit: Nam ⁊ simia simia est: etiā si au-
rea gestet insignia. Noli igit̄ tu negligere grām ne au-
dias: auferte ab eo cidarim et coronā. hec em̄ insignia
non faciunt sacerdotem sed ostendūt. [Hec meditare:
quomō inquit legis: in lege qd scriptuz est?) in his esto:
vt tuus ꝓfectus manifestus sit in om̄ibus.] Et legim⁹
de Ethiope illo qui per viam in curru suo non fabulas
Actu.8. Esopicas sed Esaiam legebat. Sic ⁊ Joas cōstituto in
sede regni/legem accepit tenēdam in manib⁹. i. in me-
4.Reg.11. moria ⁊ in opibus: qd nota contra huius tpis sacerdo-
tes. Qd legim⁹ meditare: grece est ταῦτα μελέτα.
Est autē meditari nō quod vulgus
somniat: sed exerceri in re quapiam sicut in agro vel in
Jacobi.2. cursu. Hec igit̄ exerce/ et in his esto assiduus: qm̄ non
auditores sed factores legis iustificabunt̄ apud deum.
Ut inquit ꝓfect⁹ tuus manifest⁹ sit om̄ibus et in om̄i-
Phili.2. bus agnoscāt te/que sunt Jesu christi querere lucra nō
vtilitatē tuam: qd est mercenarii nō pastoris. [Attēde
tibi ipsi ⁊ doctrine:] hoc est ⁊ tui ipsius curā habe ⁊ gre
gis. Quid.n. ꝓdest si totum mūdum lucreris: anime
Matth.16. vero tue detrimentū patiaris? Audies enim illud e tri-
uio: Medice cura teip̄m. Item illud ex ap̄lo: Qui alios
Roma.2. doces: teip̄m non doces: qui p̄dicas non furandū fura
ris. [p̄siste in his.] Beati em̄ serui illi quos cum vene
rit dn̄s: ⁊ pulsauerit: inuenerit sic faciētes: sup om̄ia bo
Luce.12. na sua cōstituet eos. [Hec.n. faciēs: ⁊ teip̄m saluum fa
cies: ⁊ eos qui te audierūt] alioqui futuruz: vt si cecus
cecoꝝ fias dux: vterq̄ abeatis in p̄cipitiū: ⁊ Samson ⁊
Judic.16. Allophili. Magnum certe dispendiū est si quis cecus
existat: sicut dixit Tobias: quale gaudiū est mihi qui
Cap.5. lumen celi nō video? Qd si talis quispiā existens: duca
tum aspernet̄: hic iam in sano ꝓximus est. Qd si non
solum ipse ducē aspernet̄: verum ipse cecus ducis locū
retineat: hanc pestem quis omnibus modis non exe-
cret? Hi similes sunt Balaā: qui cū ipse apertis oculis
non videret: asinam tm̄ ducebat: nesciens q̄ obstaret an
Nūeri.22. gelus quē asina videbat: Balaam non videbat: sic erat
cecus ⁊ dux nō ceci alterius sed vidētis: et hoc est quar
puerb.30. tum qd terra nō potest sustinere. Malum est esse cecū:
deterius nolle sequi ducē: Nulla venia dignuz cecum
fieri ducem cecoꝝ. Qd si cecus fiat dux vidētium: hoc
terra non potest sustinere: quod tm̄ non raro fit: et p̄z.

¶ Quintum Caput.

Seniorem ne in-
crepaueris: sed obsecra
vt patrē: iuuenes vt fra-
tres: anus vt matres: iu-
uēculas vt sorores in om
ni castitate. Viduas ho-
nora: que vere vidue sūt.
Si qua autē vidua filios
vel nepotes habet: discat primū domū suā
regere: & mutuā vicem reddere parētibus.
Hoc enim acceptū est coram deo. Que autē
vera vidua est & desolata: speret in deum: &
instet obsecrationib⁹ & orōnibus nocte &
die. Nam que in deliciis est: viuens mortua
est. Et hoc precipe: vt irreprehēsibiles sint.
Si quis autem suorum & maxime domesti-
corum curam non habet: fidem negauit: &
est infideli deterior. Vidua eligatur non mi-
nus sexaginta annorū: que fuerit vnius viri
vxor: in opibus testimoniū habens: si filios
educauit: si hospitio recepit: si sanctorum pe
des lauit: si tribulationē patientib⁹ submi-
nistrauit: si om̄e opus bonū subsequuta est.
Adolescētiores aūt viduas deuita. Cum em̄
luxuriate fuerint in Christo: nubere volūt:
habētes damnationē: quod primā fidem ir-
ritam fecerūt. Simul autē & ociose: discunt
circuire domos: nō solum ociose sed & ver
bose & curiose: loquētes que non oportet.

¶ Seniorē ne increpaueris: sed ex-
hortare vt patrē.] Sicut hoc loco dicit Ambrosi⁹ apud 2.q.7.Pau
om̄es gentes quātūcunq̄ barbaras ⁊ indomitas sene lus.
ctus semp habita est in honore. Qd si queras vt quid
hodie stultoꝝ tam ingens senū copia est: respōdet Pe petrarcha.
trarcha: quia sapientiū iuuenum immensa est penuria.
Et sciendū q̄ aliqū instante aduentu Galloꝝ: cum Ro
mani ppenderēt ciuitatē se nō posse defendere: ordina
uerūt q̄ iuuētus Romana capitoliū ascēderet vt vel id
tuerent̄: senes vero induti cultiorib⁹ vestibus iuxta sue
maiestatis decentiā: sedebant singuli in domo sua expe
ctantes Galloꝝ aduētum. Uenientes igitur Galli: quos
obuios habuerūt armatos occiderūt. Ingressi vero do
mos: ⁊ offendentes senes venerande maiestatis: tanq̄
deos venerabant̄: vn̄ ⁊ recesserūt. Erat autem tunc tē-
poris quidā Roman⁹ senex nomine Marcus Atili⁹:
cuius barbā cum Gallus quidam leuiter ꝯtrectaret ac
blande: indignat⁹: baculo quem manu tenebat pcussit
grauiter Gallum: quo facto Galli ꝯmoti: primū ipsum
Marcū deinde reliquos senatores occiderūt: Ira ciui-
tatem pdidit vnius senis stultitia: quā multoꝝ seruaue-
rat venerāda canicies. Ual.Ma. tamē ita inquit. Mar- Ualan⁹.
cus cupidus corpus obtulit morti. Uirtus em̄ capi ne-
scit: patiētia dedecus ignorat. Fortune succūbere/tri-
stius om̄i fato ducit. Noua ⁊ speciosa genera interitus
excogitat: si quis q̄ interit: qui sic extinguit̄. ¶ Deniq̄
cum Cyneas Romam venisset de pace acturus: et illi

senatus datus esset: rediens ad regem: dixit senatum Romanorum multorum regum consessum sibi visum fuisse: quod dixit propter multitudinem senum et veteranorum. ¶ Senectutem quidem vt omnes adipiscantur optant sicut
Tullius. dicit Tullius: eandem autem accusant adeptam: tanta est inconstantia stultitia atque peruersitas. obrepere aiunt eam citius quam putassent. Primum quis coegit eos falsum putare? quid enim citius adolescentię senectus: aut pueritię adolescentia obrepit? Deinde qui minus grauis esset his senectus: si octingentesimum annum agerent quam si octogesimum? Preterea ipsa etas quamuis longa cum affluxisset / nulla consolatione permulcere posset stultam senectutem. Sua est igitur pueritię infantię: iuuentuti senectuti et morti tempestiua maturitas: et omnia suis spacijs transeunt sub so-
Eccl.3. le. Intelligimus autem si ad nihil aliud senectus esset vtilior in hoc magnam esse habendam senectuti gratiam: quod efficit
Hieronym. ne libeat quod non licet. ¶ Multa inquit Hieronymus putant esse mala senectutis: quia homo natus de mulie-
Job.14. re replet multis miserijs: sed in malorum comparatione tolerabilius sustinebo morbos: dummodo vna et grauissima domina libidine caream. Et licet senectus patiatur interim aliquid vitiorum: tamen aliud est titillari: aliud obrui voluptatibus. Dicit ergo apostolus / senem ne increpaueris: sed obsecra vt patrem. Neque enim vniformiter secundum men-
Deut.25. suram delictorum increpationes quoque oportet inferri: sed diligenter inspicere eorum qui deliquerunt vires etatem et
iij. propositum: ne forte volens rupta sarcire maiorem ope-
Chrysost. retur discissionem: et cupiens erigere collapsa: casum inferat grauiorem. Hoc .n. esset non infirmum consolidare: et alligare confractum: sed calamum cassatum demoliri: et linum
Esaię.42. fumigans extinxisse penitus. Inde orat propheta in ps. Erraui sicut ouis que perierat: quere seruum tuum. Non
Ps.118. enim perit: qui suum agnoscit errorem. Perierat inquit: sed quere seruum tuum: cuius pedes et sine pene moti
Ambrosi. sunt. ps.72. atque effusi gressus extra viam: Impulsus sum vt caderem. ps.117. et a concupiscentia abstractus et
Jacobi.1. illectus: tamen mandata tua non sum oblitus. Veni itaque sine canibus: veni sine malis operarijs: veni sine mer-
2.Cor.4. cenarijs qui per ianuam non intrant. Veni non cum virga: non tamen sine pera et baculo: hoc est cum charitate et spiritu mansuetudinis. ¶ Hunc autem spiritum mansuetudinis requirit apostolus in Timotheo cum dicit: seniorem
Ambrosi. ne increpaueris: quoniam talis est natura hominum et maxime senum ingenium: malunt enim duci et rogari quam cogi: nec raro blanditijs obtinentur que seuitia nunquam possit efficere.
Actu.23. Unde ergo est vox illa: percutiet te deus paries dealbate? sed huiusmodi presbyteri non duplici honore digni sunt:
2.Timo.5. magis autem confusione duplici et contritione. Hiere.17.
Chrysost. Denique ea est rei natura: graue quiddam ac molestum est argui: idque tum maxime cum senex arguitur adolescente
iiij. arguente. Triplex enim molestia consequitur: argui / senem ab adolescente: que tria facta legimus in Daniele Cap. 13. arguente senes qui videbantur regere populum. Tamen inde nulla sperabatur correctio: nec erat Daniel qui loquebatur ad senes: sed is de quo dicitur: Suscitauit dominus spiritum sanctum pueri iunioris cui nomen Daniel: iuxta quod
Math.10. scriptum est: Non estis vos qui loquimini: sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis. vnde sequitur. Et dixerunt ei senes: veni et sede in medio nostrum: et indica nobis:
Daniel.13. quia tibi dedit deus honorem senectutis. ¶ Vides res in diuersum versas: datus fuit honor senectutis puero Danieli: pro eo quod in etate puerili animum senilem gerebat: et ablatus est honor a senibus. Hi quam non potuerunt polluere in corpore: conabantur cum infamia de vita tollere: similes Amnon filio Dauid: qui stupratam sororem traduxit etc. 2.Reg.13. qui in corpore senectute confecto animum lasciuum et plusquam iuuenilem gerebant. Sicut autem di-
Hierony. cit Hieronymus: non facile est de prouecta etate credendum: quam et vita preterita defendit: et honorat vocabulum

senectutis. Verum quoniam homines sumus et interdum contra annorum maturitatem: puerorum vitijs labimur: iudican-
dum est inter pecus et pecus sicut dicit propheta: quia iu- Ezech.34.
uenes arguendi sunt: increpandi inuerecundi: exorandi patres: et obsecrandi senes: mixtaque quadam reuerentia admonendi. [Juniores vt fratres admonendi sunt:] non deterrendi vt serui. Sicut enim fructus non inuenitur in arbore in qua flores prius non pullulauerunt: sic in senectute honorem legitimum consequi non poterit qui in adolescentia alicui disciplinę probę addictus non fuerit. Arbuscula tenerrima cito inflectitur: et cera mollis facile characteri- similitudines
zatur a sigillo: et tenet imaginem indurata. Precipit autem et hoc apostolus vt etatis frenaret audaciam in episcopo adolescente: faceretque leuiter admonentem libentius suscipi. Oportet enim et hic rei molestiam mansuetudinis temperamento lenire. [Anus vt matres: adolescentulas vt sorores cum omni castitate.] Non inquit tantum obsceni con- v.
gressus vitium cauendum est: verum omnis suspitionis vel obscurę aditus claudendus est. Quoniam enim adolescentularum colloquia turpi suspitione difficile carent: oportet autem episcopum et illas alloqui: ideo ait cum omni castitate: que solet periclitari etiam inter fratres. ¶ Quid dicimus inter fratres? Ecce filię Loth concubitum suffuratę sunt a Genes.19.
patre suo: et Thamar a socero suo. Gen.38. Et sicut hec induit vestem meretricis vt conceptam nequitiam perficeret: Ita vice versa domina Joseph castissimi vt eum infamare posset de adulterio coram viro suo / laruam castitatis induit: vestes ostendens viro in argumentum sui mendacij: quas ipsa detraxerat quasi furens leena. Et Thamar quidem conscisa veste abijt castitate amissa / impo- 2.Reg.13.
sito cinere capiti suo: Joseph autem dimisso pallio castitate vestitus. Vere rem nouam et alias inauditam: agnum Chrysost.
in leenę vnguibus incidisse: que et catulos nutriebat: con- Ps.7.
ceperat enim dolorem et iniquitatem pepererat: et tamen saluari potuisse. Et grauius nobis videtur potuisse non comburi in fornacem hanc incidens: quam tres pueros in camino Daniel.3.
Babylonico non arsisse. Sed scriptum est Esaię.43.ca. Cum ambulaueris in igne non combureris: et flamma vj.
non ardebit in te: quia ego dominus deus tuus. In quibus verbis duplex flamma videtur innui: altera ab extra altera ab intus. Hic enim flammas non timemus exteriores: cum ignis cupiditatis non ardet in nobis. Nam sicut alias dixit Augustinus sępe luxuria ardet in mente: cum Augustinus
estus cupiditatis friget in carne. Ardebat enim femina illa nequissima: et septuplum fortassis quam alias succendi solebat. ¶ Molesta enim erat adolescenti per singulos dies: et tamen ille inter tantos ignes deambulans non comburebatur: quia flamma que adolescentiam titillare solet extincta fuerat in eo: ab eo qui fecerat medium fornacis Daniel.3.
quasi ventum roris. Hoc est ergo quod dicit: cum omni castitate. [Viduas honora: quę verę viduę sunt.] hoc est quę vere sunt destitutę omni humano auxilio. ¶ Dicitur .n. Grecis ab hoc verbo χηρῶ quod est desolor: destituo: siue orbo. Allusit enim apostolus ad vocis ethymologiam Grece. Honor autem hic nihil aliud est quam necessariorum prouisio ex ecclesię patrimonio. Que sit autem vera vidua: non facile indagari potest: sed demum eam inueniri posse: vbi est patrimonium ecclesię pro huiusmodi veris viduis pascendis: vel vt dicit apostolus honorandis constitutum? Omnes que sua sunt querunt: imo omnes volunt cum
Helia de bonis viduę pasci. pondera. Ex pecunia eccle- 3.Reg.17.
się emitur Christus: et obstruitur os loquentium iniqua: dicentium Mat.28. nobis dormientibus venerunt. Pecunia Math.26.
vestra vobiscum erit in perditione. Actuum.8.cap. Causa viduę non ingreditur ad vos: cum canibus et nebulonibus sem- Esaię.1.
per late pateat ianua ditis. Qui legit intelligat. Ve in- Hierony.
quit nobis Scribę et pharisei: imo ve illis inquit Hieronymus ad quos horum vitia transierunt: qui cum pasce- Marci.12.
re iubeantur comedunt et depascunt domos viduarum: ora-

tiones longas immurmurantes. propter hoc inquit iudi-
Malach.3. cium eos expectat sine misericordia. Ero inquit testis velox maleficis et adulteris et piuris: et qui calumniantur mercedem mercenarij: et humiliant viduas et pupillos: et non timuerunt me. Et in Luca legimus. Erat Anna prophetissa: que vixerat cum viro suo annis. 7. a virginitate sua:
vij. et hec vidua erat vsque ad annos. 84. que non discedebat de templo: ieiunijs et obsecrationibus vacans: seruiens deo die ac nocte. Vidua vera erat hec de qua tot meritorum prerogatiuas euangelista compendioso sermone nar-
3.Reg.17. rauit. ¶ Huiusmodi erat vidua Sareptana que sue et filij saluti Helię alias incogniti peregrini pretulit famem. ¶ Videas
Hierony. tamen ait Hierony. plerasque feminas viduas ante quam nuptas: infelicem conscientiam mentita tamen veste protegere: quas nisi tumor vteri et infantum prodiderit vagitus: erecta ceruice et ludentibus pedibus incedunt: et si quam forte viderint pallentem: miseram et Manicheam vocant. lege potius illud ex Poeta: Sed mihi vel tellus optem prius ima dehiscat / Vel deus omnipotens adigat me fulmine
Poeta. ad vmbras: Ante pudor quam te violem: aut tua iura resoluam. Ille meos primus qui me sibi iunxit amores: Abstulit ille habeat secum: seruetque sepulchro. ¶ Discite inquit Ambrosius o viduę quanta sit viduitatis gratia
Ambrosi. que etiam in turture predicatur. Turtur enim vbi fuerit coniugis proprij amissione viduata: alterum comparem siue vsum thalami et nomen habere coniugij: eo quod primus amor fefellit eam: dilecti morte horrescit: quoniam et infidelis ad perpetuitatem fuit et amarus ad gratiam: qui plus doloris ex morte quam suauitatis ex amore generauit. Obsecro te ergo quecunque iam compare desolata es: vt ista testimonia non noueris: quibus miseris et incontinentibus subuenitur:
1.Cor.7. videlicet melius est nubere quam vri: et illud: tantum in domino nu-
viij. bat: sed illa potius quibus pudicitia coronatur: dicente apostolo: beatior tamen erit / si sic permanserit secundum consilium meum. sufficit tibi quod perdideris primum virginitatis gradum: et per tertium veneris ad secundum. ¶ Nesciat ergo vidua digamię indulgentiam vt nomen verę viduę retinere possit cum Anna. Alioqui quid facit in facie vi-
Hierony. duę purpurissus et cerusa? quorum alterum ruborem genarum et labiorum mentitur / alterum candorem oris et colli: Nisi
Canti.5. forte quia dilectus eius est candidus et rubicundus: et ad exemplum sponsi et ipsa comitur. Alias diximus de Je-
4.Reg.9. zabel. Veras igitur viduas apostolus vocat quę secundas nuptias respuerunt: que olim apud Romanos vt alias diximus corona pudicitię donabantur. [Quod si qua vidua liberos aut nepotes habet: discant primum propriam domum pie regere: et vicem rependere parentibus: hoc enim acceptum est coram deo:] Hec que huiusmodi est / vidua quidem est: sed non vere vidua: hoc est penitus omni auxilio destituta. Habet .n. domum filios et nepotes: a quibus suffragia poterit prestolari. Discant igitur filij eius: (Grece .n. μανθανέτωσαν dicit) principio omnium domum regere: et more Ciconię vicem reddere progenitoribus suis: quibus futuri sunt baculum senectutis. Tobię.10.capi. sic itaque probata in filiorum ac nepotum institutione: tum demum digna erit que ecclesię cultui mancipetur. Que enim filios suos pie instruxit et domum opti-
ix. me gubernauit: digna est que ecclesię patrimonio remuneretur. [Nam que vere vidua est et desolata: speret in
Ps.54. deo] cuius vox est in psalm. Jacta cogitatum tuum in domino et ipse te enutriet: [et perseuerat in orationibus et obsecrationibus die ac nocte:] sicut diximus de Anna prophetissa.] Porro que in delitijs versatur:] tanquam sus lota in cę-
2.Petri.2. no: [viuens mortua est.] Spongia est que vix tenuem aliquem sensum vitę retinet: nomen habet quod viuat etc. Apoc.3. Si enim sub nomine viduitatis femina delitijs vacat: talis mortua est deo: que mundo viuit: sicut Pau-
Galat.6. lus Christo viuit cui mundus crucifixus erat. Genus enim imposturę est aliud agere: et aliud profiteri. Quę huiusmodi

sunt / non meminerunt versiculi illius Horatiani: quod tamen Horatius.
ad diuites ille dixit: et iam in prouerbium abijt. Tu recte prouerbium.
viuis: si curas esse quod audis. Jactamus iam pridem omnes vos Roma beatas. Sed vereor ne alijs de te / plus quam tibi credas. [hec precipe vt irreprehensibiles sint] Succinctę lumbos in veritate: Ephes. 6. et non sicut Thamar: et vxor Putipharis etc. Gene.38. et.39. Eadem verba legimus supra cum de episcopo ageretur. et patet.
[Si quis autem suorum et maxime domesticorum curam non Dist.47.si
habet: fidem negauit: et est infideli deterior.] vnde Osee. cuius hi.
7.cap. Factus est Ephraim quasi columba seducta vel Hierony.
insensata non habens cor. Aues cęterę etiam cum periculo vitę suę pullos protegere festinant: et cum ad nidum suum aues rapaces accedere viderint: huc illucque volitant et immittunt se morsu: et vngulis lacerant: et dolorem parentis querula voce testantur. Sola columba ablatos pullos non dolet: non requirit. Talis est Ephraim qui vastatum per partes populum non sentit: aut mater qui suorum pignorum curam non habet. Abnegauit autem factis fidem:
licet interim dicat cum Satana: scimus te qui sis filius Math.8.
dei. Cui hę quid audituri sperant: nisi amen dico vobis ne- Math.7.
scio vos: hoc est iuxta prouerbium: par pari rependere.
Nam hac in parte vidua que talis est: infra Ethnicas x.
et iumenta est censenda: quod illę cum a christiana professione sint alienę: solo naturę ductu curam gerunt suę domesticę familię. ¶ His similes erant sacerdotes synagogę qui cum iubente deo vt filij parentes pauperes alerent: et redderent beneficia senibus que paruuli et in cunis agentes acceperant: Illi peruertentes iura naturę: e contrario
docebant filios ne parentibus crederent dicentes. corban / Marci.7.
hoc est donum quod altari sum pollicitus: et in templi dona promisi: si tu a me acceperis cibos / vertetur in tuum refrigerium: atque ita fiebat vt confectis egestate patre et ma-
tre: sacrificium offerrent filij quod sacerdotes vorarent. Itaque Job.39.
vidua que carnem suam despicit: et more struthionis de- struthio.
relinquit oua sua in terra: duraturque ad filios suos quasi non sint sui: quoniam priuauit eam deus sapientia: quo pacto erit in alienos clemens? Gentilis et si alienos negligit: curam habet vel suorum: qui autem suos negligit et leges diuinas se violare inuenitur: et ipsius iura naturę. Quod si is qui suorum curam non habet: infideli deterior est: qui suos etiam violat: Ubi constituetur? nisi comparatus iumentis / deterior inueniatur: quando omne animal ad sui si-
mile aggregatur: ipsa duce natura. Sed tamen scriptum est: Eccli.13.
ab ea que in sinu tuo dormit etc. Michee.7. [Vidua allegatur non minus. 60. annorum: que fuerit vnius viri vxor: in operibus bonis testimonium habens: si filios enutriuit: instruens non palatum sed mores: si hospitio recepit pau-
peres Christi] vt ostendat se veram filiam Abrahę: non qua- Lucę.16.
lis ille qui audiuit: Fili recepisti non paupes domi: sed
bona (o bona bona) in vita tua: [si sanctorum pedes lauit xj.
exemplo Christi: si tribulationem patientibus vitę subsidia subministrauit: Et ne per singula pergam [si omne opus bonum prosequuta est.] Itaque in deligendo viduas / duo vel maxime perspicienda sunt: etas videlicet et vita ante acta: ne semel ad ecclesię tutelam aggregatę: postea magno cum probro redeant ad coniugium. Etas igitur sit annorum sexaginta: actus autem vt omne opus bonum inue-
niatur prosequuta: Tu autem quecunque es: quantumlibet fue- Chrysost.
ris opulenta: non tanto harum rerum interuallo eos quibus obsequeris superas: quanto suos discipulos Christus. Si illos vt Christum susceperis: nihil est cur eru-
bescere debeas: Et hoc quanta gloria sit ex Zachęo po- Lucę.19.
tes intelligere. Cęterum si superbe cęteris inferre ministerium imperes: quantalibet hospites humanitate fo-
ueantur: nequaquam hospitalitas ea res est. Ingenti nempe Chrysost.
hospes eget obsequio: et ne sic quidem fiduciam sumit. Ea quippe rei natura est vt erubescat cui infertur hospitalitatis officium: nimioque ad eam tollendam verecundiam

est opus obsequio vt ꝛ signo et verbo ostēdamus inter
ista officia: bñficium nos nō inferre sed referre: plusq̃
2.Cor.9. longe recipere q̃ meriti sum9. Hilarē enim datorē. ꝛc.
Gratias magis pauperi debem9 quia dignat̃ accipere.
Nisi enim essent paupes: difficile diuites sarcinam ac
gibbum peccatoꝝ suorū deponerent. [Iuniores autē
27.q.1.sicut bonū. viduas deuita. Cum.n. in delitijs egerint: in Christo nu
bere volūt.] Lubrice em̄ etati fides facile haberi non
debet: quippe cum multaꝝ exempla p̄cedant: que post
xii. ꝓfessionem vite arctioris: delitiaꝝ oblectatione nomē
non opa viduitatis habēt: ꝛ conuerse cum vxore Loth:
nuptijs sollicitant. He itaq̃ cum in iniuriam Christi si
27.q.1. he vero. ue aduersus Christū fuerint luxuriate: deinceps nube
re volūt: [habētes condēnationē q2 primam fidem ir
ꝓuerb. ritam fecerūt:] quib9 optime cōgruit illud ꝓuerbū ve
teris: alia Lacō: alia asinus illi9 portat. Iten illō: altera
manu fert aquā: qd est p̄se fert castitatē: iuxta illud: fa
Ps.118. ct9 sum sicut vter in pruina: altera infert ignē: iuxta illō
ex poeta: At regina graui iamdudū saucia cura. Vuln9
alit venis: ꝛ ceco carpit̃ igni. Samaritana quidē post
Joan.4. q̃ luxuriata fuerat sex cum viris: tādem nupsit septimo
Christo videlz: [Simul autem ociose: discunt circūire
domos, non solum autē ociose: sed ꝛ verbose: et curiose
loquētes que nō oportet.] Nemo dicat inquit Chry
sostomus: q2 si vera dico non detraho. Nam ꝛ Phari
Luce.18. seus ille publicano veridicus maledixit: ꝛ adhuc nullo
interim audiēte: ꝛ tamē descendit de templo priuatus
Chrysost. omnib9 bonis: licet publicus peccator esset cui insulta
bat. Hoc est em̄ maxime ridiculū q2 talem habētes vi
supra.4. tam ꝛ cōscientiā cauterio notatam: ea post habita: alie
nam carpunt. Et cum aliquid arcanū dixerint: rogant
audiētem ꝛ adiurāt: ne illud ipse alteri dicat: sed teneat
apud se sepultū sermonē/ re ipsa declarātes: q2 rem re
prehēsione dignam cōmiserunt. sed tibi ipsi prior silen
tiū imponere debuisti: si non vis efferri: ne tu alteri di
cas: non em̄ pariet te nolēte: Alioqui semper in agonia
eris: suspicans ꝛ timens: ꝛ linguam tuam cōmāducās.
Tacuisse te nūq̃ penitebit: loquutū fuisse/ sepe. Est au
tem huic vitio loquacitatis affinis maxime gen9 femi
neum: vnde celebrat̃ vetus ꝓuerbiū: Mulierē ornat
femina. silentiū. Cum autem feminaꝝ virtus sit (teste pho) cor
poris quidē forma et ꝓceritas: animi vero pudicitia: et
operādi studium: quātū dedecus est: ipsas quidem ni
hil operis agere: sed ociosas domus scrutari alienas: ꝛ
que alibi secreta resciunt: alijs hec ipsa effutire: indeco
re loquētes de nuptijs: de dissidijs: de peccatis ac vitijs
domesticis aliorum?

Volo autē iuniores nubere: filios ꝓcrea
re: matresfamilias esse: nullam occasionē da
re aduersario maledicendi gr̄a. Iam em̄ que
dam conuerse sunt retro post Satanā. Si quis
fidelis habet viduas: subministret illis: vt nō
grauet̃ ecclesia: vt his que vere vidue sunt
sufficiat. Qui bene presunt p̄sbyteri dupli
ci honore digni habeant̃: maxime qui labo
rant in verbo & doctrina. Dicit enim scri
ptura: Non alligabis os boui triturāti: & di
gnus est operari9 mercede sua. Aduersus p̄s
byterum accusationē noli recipere: nisi sub
duobus aut tribus testibus. Peccātes coram
omnib9 argue: vt & ceteri timorē habeant.
Testor coram deo & Christo Iesu: & electis
angelis eius vt hec custodias: sine p̄iudicio/
nihil faciens in alteram partem declinando.

Manus cito nemini imposueris: neq̃ cōmu
nicaueris peccatis alienis. Teip̄m castum cu
stodi. Noli adhuc aquam bibere: sed modi
co vino vtere propter stomachū & frequen
tes tuas infirmitates. Quorūdam hominū
peccata manifesta sunt: p̄cedētia ad iudiciū:
quorūdam autem & subsequūtur. similiter
autem & facta bona manifesta sunt.
Volo igitur iuniores nubere: liberos gignere: domū xiii.
administrare: nullam occasionē dare aduersario: vt ha
beat maledicēdi causam. Iam enim nōnulle conuerse
sunt retro post Satanam.] Melius est itaq̃ nubere q̃
vri: ꝛ sue dom9 curam gerere: q̃ in aliena adulari: et cū p̄.Cor.7.
sudore victum manib9 querere (sicut legimus de An
na vxore Tobie. Ibat ad opus textrinū cotidie: ꝛ de la
bore manuū suaꝝ/ victum quem cōsequi poterat defe Cap.2.
rebat:) q̃ inuerecūde cum ocio circa mensam alienam
versari. Aduersarius autē infidelis quilibz est intelligē
dus. et patz. [Qd si quis fidelis aut si qua fidelis ha
bet viduas: sufficiēter subministret illis: vt nō grauetur
ecclesia:] vt veris viduis sufficiat. Hec omnia que tam
multis sermōibus apostol9 disseruit de viduarū ꝓuisio
ne ꝛc. Iam diu in dissuetudinē abierunt sicut patz. ꝛc.
Hui9 autem facti duplex causa ponitur: et q2 vix vna
vel altera inueniat̃ vidua vera/ qualemq̃ depingit ser
mo apl'icus: et qd sicut scriptum est (quod tamē nō sine
merore lamētat̃ ecclesia:) diuiserūt inter se milites Pi Ps.21.
lati indumēta eius: ꝛ super vestem eius miserunt sortē:
qui altario deseruiūt: qd tamē pace et venia omniū di
cimus. Nam ꝛ inter eos multi sunt qui esuriūt ꝛ sitiūt Matth.5.
iusticiam: quādo alij ebrij sunt de sanguine sanctorū si
cut dicit̃ in Apocalipsi. ca.17. [Qui bene presunt p̄s
byteri/ duplici honore habeant̃ digni: maxime qui labo Tho.21.q.
rant verbo ꝛ doctrina. Duplici honore digni sunt. Cer 105.ad.1.
tum est q2 ita sibi inuicem ꝛ rectorū merita cōnectunt̃ ꝛ Gregori9.
ouium: vt sepe ex culpa pastoꝝ: deterior fiat vita subdi
toꝝ: et sepe ex ouium merito mutet̃ vita pastorū. Pec
cat Dauid numerādo pplm: et punit̃ populus nō Da 2.Reg.24.
uid. Sed quia rectores habent iudicē suum: ne temere
iudicent oues mores regentiū. Neq̃ enim frustra dn̄s
per seip̄m cathedras vendentiū columbas euertit. ꝛc. Joan.2.
illud innuens: q2 per pastores quidē vitam iudicat ple
bium: per semetipsum vero facta trutinat p̄sidentium.
Subtilis aūt via tenenda est: vt sic rep̄hensione digna
nobis p̄positoꝝ facta displiceant: quaten9 mens nostra
a seruanda p̄sidentis reuerentia non recedat: maxime
si laborat in verbo ꝛc. Qd bene in Noe ebrio exprimit̃:
cuius nuda verēda boni ꝛ ingenui filij auersi veniēdo Genes.9.
texerūt. Est em̄ aduersari/ qd videm9 reprobare. Itaq̃
bonis subditis sic pastorū suorum opera displicent: vt
tamē hec ab alijs celent: tum ꝛ dormiētem excitēt: quia
nō raro bonus dormitat Helias sub iunipero: sic ꝛ Jo 3.Reg.19.
nas: sic ꝛ Petrus. Qd autem diu Dauid Saulem pas Cap.1.
sus est ꝑsequutorē: non tibi subeat admiratio: quando
ex subsequēti culpa adulterij ꝑditum est: quia dignus
tunc fuit: qui tanta p̄positi asperitate premeret̃. Ceterū
Saul cor cum dignitate mutauit. Quod si tu viam mā
datorum dei ꝑcurris: si secure intra tabernaculū dei vt Exodi.26.
coccus fulges: Cilitium quo ꝓtegeris ne accuses. expe
dit vt vn9 moriat̃: ꝛc. Duplici indīt honore. Fidelis ser Joan.11.
mo. Itaq̃ a cōtrario sensu qui ocio torpent: et scandalo
sunt ecclesie duplici cōfusione digni sunt. Ve vobis in Hiere.17.
quit Chrysostom9 qui dilatatis phylacteria ex sanguine
paup ex: quia mors est in olla. licet liceat de altario vi 4.Reg.4.
uere: num ꝛ luxuriari? Cōfirmat autem apl's sententiā
suam autoritate vtriusq̃ testamenti cum dicit [Nō in Deut.25.
frenabis bouem triturātem. p̄.Cor.9. Et dign9 est ope

xiiii. rarius mercede sua: Luce.10.] De his enim bob9 scri
ptum est. 3.Reg. cap.7. Duodecim boues erant fabri
cati ex ere: e quibus tres respiciebāt orientem: tres occi
dentem: tres meridiem: ꝛ tres ad aquilonem: quorū po
steriora intrinsecus latitabāt: ꝛ mare super eos erat: in
Beda. quo sculpti erant leones ꝛ cherubim. Apl's em̄ et eo
rum successores fidem trinitatis in vniuersis quadrati
orbis partib9 p̄dicant: ꝛ quoꝝ possumus videre actus
ꝛ opera quib9 in p̄senti instruimur: non tamē retribu
p̄.Cor.2. tionem que eos in futurum expectat: eam em̄ nec ocu
lus vidit ꝛc. Tunc autē intermiscent̃ leonib9 boues: cū
inuectionis correctionē exhibent cum spū mansuetu
dinis: quādo in feruore arguēdi/ nunq̃ v̄ba diuine le
ctionis vel ruminādo voluere cessant. Stephanus ba
sis eximia seuos leonis dentes ꝛ vngues ostēdebat di
Actu.7. cens: dura ceruice. ꝛc. vos semp spūi sancto restitistis:
bouis vero māsuetudinē pre se ferebat dicens: Dimit
te illis: quia nesciūt quid faciunt. sed qm̄ nec zelum do
mus dei: nec spm̄ mansuetudinis sine scripturaꝝ scien
tia habere possumus: post leones et boues cherubim
quoq̃ sculpti esse referunt̃. Qui enim curā populi ele
Gregori9. ctus presul suscipit: quasi ad egrum medicus accedit.
Si ergo adhuc in eius opere passiones viuūt ꝛ regnāt:
xv. qua p̄sumptione egruꝫ mederi ꝓperat: qui in facie vul
nus portat? quātalibz enim scientia fulgeat: si eius vi
ta despicit̃: reliquū est vt audiat: Aliorū medicus: ipse
Exodi.2. vlceribus scates: tibi ipsi medicus esto: Quis te con
Origenes. stituit iudicem super nos? Ad hec Origenes. Secū
dum q2 sumus inuicē membra: equalem erga om̄es ha
bere charitatē cōuenit. Fm vero q2 sunt in corpore ali
qua membra alijs vel honestiora vel necessariora: puto
rursum q2 pro membroꝝ meritis ꝛ honore etiam dile
ctionis librari debeat modus. Si quis enim laborat in
verbo dei: atq̃ animas nostras instruat ꝛ illuminet: viā
salutis doceat: viuēdi ordinem tradat: non tibi videt̃ q2
illa ipsa si fieri potest plenitudine charitatis qua deū
diligim9 diligēdus sit post deum? ꝓximus est iste qui
dem: sed multo amplius illo ꝓximo diligendus qui ni
hil horum fecit. Si quis em̄ me errātem ꝛ in precipitio
positū muliebris peccati (verbi gr̄a) ad lucem reuo
cet vitalis: atq̃ ex ipsis faucibus mortis eterne eripiat:
non tibi videt̃ summe post deum fore diligendum? Ita
sane p̄cepit apl's. At taceam9 interim q2 p̄dicator lin
guis innumeris ꝓpositus est ad lacerandū: alius cul
Chryso. pat: alius laudat: alius materias: alius memoriā: alius
vocem ꝛ organum: alius et cōpositionem in ius trahit
sciditurq̃ incertum studia in cōtraria vulgus: vn̄ ma
gna illi cōstantia ad hec toleranda necessaria est. Cum
xvi. enim ceteri (experto credite) non vigilent: nec curis ma
cerent̃: sed ronco nare stertant: passimq̃ securi ꝛ quie
ti in cotidianis fabulis ꝛ cōsessibus sint: hic cruciat̃ sol
licitudine: ꝛ meditationi ꝑpetuo insistit: sepius stillum
p̄.Cor.9. vertens: si quo mō ad exēpluꝫ apostoli omībus per om
nia placere possit: auditur9 fortassis iterim: Demoniū
habet: quid eum auditis? Joan.10.ca. Fortassis autē ꝛ
Marci.6. scādalum patiētur in eo dicentes: quomō scit litteras:
cum eas nō didicerit? et quis pater eius? ꝛ num Saul
inter ꝓphetas. p̄.Reg.19. Denique cum veritas semper
Joan.8. odium pariat: tollent lapides vt iaciant in eum. vide si
libet in Deut. cap.21. quomō primogeniti accipiebant
duplicem partē substantie inter ceteros fratres iure di
uino: ita q2 si (verbi gr̄a) fratres erant tres: substantia
diuisa in quattuor partes: p̄mogenit9 tollebat sibi duas
ex ijs. [Aduersus presbyteꝝ accusationē ne receperis:
nisi sub duobus vel tribus testib9.] Incertū est autem
vtrū de ep̄o loquat̃: an de seniore simpliciter. Ambrosi9
quidem de ep̄o exponit dicens: Qm̄ huius ordinis su
blimis honor est: hmōi enim vicarij Christi sunt: idcir
co non facile de hac ꝑsona accusatio debet admitti. In

credibile em̄ debēt videri: istum qui dei antistes est: cri
minose fuisse versatū. Chrysostom9 tamē de seniorib9
simpliciter exponit. Ceterū de hoc longe aliam consue
tudinē sequit̃ ecclesia. vide. 2.q.7. accusatio. Qd au
tem dicit apl's: nisi sub duob9 testibus: non ideo dicit q2
duo testes mentiri non possint: sicut alias diximus de
Susanna: de Christo: deq̃ Naboth: in cuius morte ꝛ
falso testimonio (sed per mulierē res agebatur) nō duo 3.Reg.21.
tantū testes sed om̄es maiores natu ꝛ optimates ciui
tatis subscripserūt. Ita enim scriptū est. p̄dicate ieiu
nium. Vide quomō zelum dei videbat̃ fera illa crude
lis p̄tendere: ꝛ sedere facite Naboth inter p̄mos ppl'i:
quo magis res suspitiōe vacaret: ꝛ submittite duos vi
ros filios Belial contra eum: et falsum testimoniū di
cant: Bn̄dixit Naboth deum ꝛ regem: ꝛ educite eum ꝛ
lapidate. Dictū ꝛ factum. Non igitur ob hoc dicit: sed
apostol9 respexit id quod fit vt in plurib9. Si em̄ hanc xvii.
equitatem respexisset Dauid: non p̄cipitaret sententiā
contra Miphiboseth innocētem/ ad verbū videlz vni9 2.Reg.16.
delatoris: qui ꝛ seruus erat ꝛ stabat contra dn̄m suū.
Hoc mō p̄cipitauit sententiā cōtra Joseph Putiphar Genes.39.
princeps exercitus Pharaonis ad vnius testimoniū:
ꝛ femine: ꝛ domine eiusdem Joseph. Nimis inquit scri
ptura credulus verbis cōiugis: (sed vestis vicem sup
plebat alteri9) iratus valde: tradidit Joseph in carcerē: Figura.
vbi vincti regis custodiebant̃. Quid ergo? Nisi quid si
duo testes om̄i exceptione maiores inueniant̃: sentētia
est illico precipitāda? Audi sanctū Job: Pater eram Job.29.
pauperū: ꝛ causam quā nesciebam: diligētissime inue
stigabā. Qd qm̄ non fecit Judas contra nurū suam: cō
pulsus est palinodiam recātare. ꝓducite inquit eam vt Gene.38.
comburat̃: neq̃ enim de spū sancto cōceperat. Ac dein
ceps: iustior me est. Similis est ista sentētia illi: Viuit
domin9 qm̄ reus est mortis/ qui fecit hāc rem: quattuor 2.Reg.12.
oues reddet pro vna. Et vide qm̄ Dauid non de mor
te Vrie interrogat̃: sed de adulterio tm̄: vt in solo adul
terio disceret sententiā dānationis sue. Nam coact9 est Augustin9
sententiā ꝓferre quam ꝓtulit. Pro morte Vrie mortui
sunt quattuor filij eius: Amnon: Absalon: Adonias: ꝛ
paruulus: ꝛ pro vna vxore: decem quas domi reliquit/ 2.Reg.16.
vim passe sunt. Et intelligim9 quanta temperātia mul
tas habuit vxores: quādo de vna in qua excessit moduꝫ:
a seipso puniri coactus est. Sed ad rem redeam9. Tha
mar ꝓductis que in arrabonē Judas reliquerat: in
quit: Si quis est cuius hec sunt: ab illo ventris sarcinā xviii.
accepi. Duo paruuli erāt in vtero quasi duo testes cō
tra matris castitatē violatam: tamē filius non pōt stare
testis contra parētem nec ecōuerso fm legis edictum.
Vidē ergo quomō silens/ fide dignos testes affert qui
loquant̃: ꝛ satis eam criminis demōstrent innoxiam: Figura.
quia em̄ tribus testib9 egebat: que de vita periclitabat̃:
tres arrabonū species mittit: anulum armillā et bacu
lum: et domi sedens ꝛ tacens: in causa vicit: Agnouit
em̄ Judas ꝛ pignora et peccatū suū. Itaq̃ qui ira p̄
cipiti iubet eam comburi: nesciens/ cōtra filios suos vi
delz duos sententiā profert: qui nati sunt ei Phares ꝛ Chrysost.
Zara. Ceterū hoc diuina dispēsatione factū credimus:
vt q2 Judas putabat q2 Thamar fuerit causa mortis
duorū filioꝝ quos ei dederat in maritos: cum tamē dn̄s
occiderit eos ꝓpter iniquitatē eorū: idq̃ metuens nō
dedit ei tertiū sicut ꝓmiserat: propterea nesciēs ipse Ju
das cū nuru sua rem habet: vnde didicit q2 nō illa fue
rit in causa mortis eoꝝ: sed res pessima quam opabat
tur. Duos tamē filios ei dedit: ꝛ duos suscepit ex ea
dem. Merito ergo dixit sanct9 Job: causam quā nescie
bam: diligētissime inuestigabam. Et tamē sicut scriptū Eccl's.8.
est: sunt impij qui ita securi sunt: deficiente ꝓbatione:
quasi opera fecerint iustoꝝ: Qd testimoniū fm Hie
ronymū accipere possum9 contra ipsos qui acceperunt Hierony.

in ecclesia potestatē: et scandalizant eos magis quos
docere ⁊ ad meliora debuerant incitare. Hi autem fre-
quēter post mortē laudant in ecclesia: ⁊ beati in ijs que
xix. non ꝓbabiliter fecerāt: (predecessor inquit noster bea
te memorie: ⁊ tamē bn̄dictus quidam post mortē in fi-
gura asini visus est) siue a successorib⁹ siue a ꝓprijs ꝑ-
dicant. et hoc vanum est: quia nō vt egerunt audiūt nec
statim corripiunt in peccato suo. Nemo quippe audet
accusare maiorem: et ꝓpterea quasi beati ⁊ sancti ⁊ in
p̄ceptis domini ambulātes augent peccata peccatis.
Difficilis est enī accusatio in episcopū. si enim peccaue
Hec Hieronym⁹. rit: non credit. et si cōuictus fuerit: non punitur: sed ꝑ-
uertit illa sapiētis sententia: Iustus de angustia libera-
Puer.11.c. tus est: ⁊ tradet pro eo impius: Nam Barrabas libe-
ratus est: et traditus est ad mortem dn̄s Christ⁹. [Eos
dist.45: sed illud. qui peccant: coram omnibus argue: vt ceteri timorē ha
beant.] Etiam hanc sententiam de sacerdotib⁹ exponit
Ambros⁹: tamē ecclesie vsus nō habet vt sacerdoti im
ponat penitētia publica. Ita legimus in Numeris, capi.
Numeri. 12. loquuta est Maria et Aaron contra Mosen ꝓpter
vxorem eius Ethiopissam. Num per solum Mosen lo-
quutus est dn̄s? Nōne ⁊ nobis similiter est loquutus?
Quo audito irat⁹ est dn̄s valde. Erat enim Moses vir
mitissimus super om̄es homines qui morabant in ter
ra. statimq; loquut⁹ est dn̄s ad Mosen: Aaron et Ma-
xx. riam: Quare inquit nō timuistis detrahere seruo meo
Mosi? iratusq; cōtra eos abijt. et ecce Maria apparuit
cādens lepra quasi nix. Uides sacerdotē dei nec lepra
respersum cū sorore nec publice reprehēsum coram po
pulo: sed sub vno teste tantū / et qui particeps fuerat in
crimine. Sed fortassis peccatū Aaron secretum erat:
ideoq; publica aiaduersione puniri nō debuit. ¶ Sed
quid dicim⁹ de Maria cuius flagellum om̄is israel re-
sciuit? itaq; incōprehensibilia sunt iudicia eius. vide ibi
2.Reg.12. glosam. Nam ⁊ peccatū Dauid secretū erat: sicut legi-
mus: Tu fecisti abscondite: ⁊ ego ꝓpalabo illud in cō-
spectu omnis israel. Simile habes in Iosue. cap.7. de
peccato Achan: Non ero inquit vltra vobiscum: donec
Iosue.7. cōteratis eum qui huius sceleris reus est. Mittunt sor-
tes: cecidit super tribum Iuda. vide totū hunc locum.
Cōprehensus est ergo Achan qui acceperat de anathe
mate furto pallium coccineū: (sm̄ Iosephū tulerat vt
daret paupibus) et ducētos siclos argēti: regulamq; au
ream. 50. siclor. ꝑditus est itaq; diuino iudicio. Lapi-
dauitq; eum om̄is israel: ⁊ cuncta que illius erant igne
cōsumpta sunt. Si igitur diuino iudicio qui secreto pec
cant: publice puniunt: multo magis qui publice trans-
gredi presumūt diuinas sanctiones: in facie ecclesie re-
darguēdi sunt vt ceteri metum habeāt. ¶ Hoc loco ta-
mē aliud factum est scitu dignuȝ: q2 peccante vno: ceci
xxi. derunt viri.36. sic ⁊ Dauid numerāte populū: gladius
domini in om̄es seuiebat. vn̄ Moses: Fortissime deus
⁊c. num peccāte vno: in om̄es ira tua deseuiet? Numeri.
16. [Testificor coram deo ⁊ Christo Iesu: ⁊ in cōspectu
electoꝝ angelorum vt hec custodias sine p̄cipitato iudi
cio / nihil faciens in partē alteram declinās:] cum Da-
2.Reg.16. uid muneribus presso. Et hoc refert tam ad p̄cedētia q̄
ad sequentia. Est (inquit vir quidā secundū volūtatem
dei) vitiū: cuius si se pastor immunē sentit inter omnes
Bernard⁹. quos noui⁹ ex his qui cathedras ascendunt: sedebit
me iudice solitari⁹: quia reuera talis p̄sul leuauit se su-
Trenoꝝ.3. per se singulariter / sicut dicit ꝓpheta. Facilitas credulita
tis hec est: cuius callidissime vulpecule magnoꝝ nemi-
nem comperim⁹ satis cauisse versutias: preter eum qui
Genes.18. dixit: descēdam ⁊ videbo. Aut sicut dixit Thomas: ni-
Ioan.20. si videro nō credam. Illud interim maxime mirari licȝ
quomō Marie volenti tenere pedes Iesu dictum est:
Noli me tangere. Ioan.20. et Thome dicenti: Nisi mit
tam manū in latus eius: nō credam: dictū est: Mitte di-

gitos: ⁊ scrutare clauorū loca: ⁊ mitte manum in latus:
et esto fidelis. sed illa ouis erat: hic autem vnus ex pa-
storibus duodecim: cuius error maxime nocebat eccle- Thomas.
sie. ⁊c. Ceterū Thomas merore affectus q̄ dn̄m non vi
derat: vel pre gaudio sicut de ceteris dicit Luce.24.ca.
mirantib⁹ pre gaudio ⁊ dubitātibus: ad infidelitatē de-
labit dicens: Nisi videro. Itaq; Thomas vnus pro om
nib⁹ tangit Christum: quādo om̄es putabant spm̄ se vi Cyrillus.
dere: ⁊ turbabant. Et adhuc inquit illis non credētib⁹:
⁊ mira. pre gaudio: etiam gustu confirmātur in fide: si-
cut Thomas tactu. Cyrillus. Nam inde dictuȝ est: Cre
didi: ꝓpter quod stulte loquutus sum. ps.115. ego au-
tem humiliat⁹ sum nimis. Itaq; de non p̄cipitāda sen- De electiōe.
tentia dictum est in p̄cedentibus. sequit: [Manus cito cum nobis
nemini imposueris: (nec enim om̄es oraculo edocent olim.
quib⁹ imponāt manus: sicut de Anania legim⁹ Actu.
9.cap.) ne ꝯmaculeris vitijs eius quem ordinasti [alias
nullo meritorū suffultum presidio: Gregorius ita expo-
nit. Quia. n. vulgatissima erant Pauli crimina: Ana-
nias cunctat ei man⁹ imponere. Si autē latētia sunt de-
licta: vulgaris tn̄ opinio bona est: Immunis erit rector
quia cōscientia eius libera est. ¶ Ecclesia enī non iudi-
cat de occultis: diu tamē explorādus est: qui p̄ficiēdus
est gregi: ne forte existimet esse Dauid foris ⁊ robust⁹:
et inueniat super lectum eius simulacrum ⁊ pellis ca- 1.Reg.19.
prarꝝ tantū: iuxta illud: O pastor ⁊ idolum. Quo consi- Zacha.11.
lio imponēde sunt manus ordinādis: vide patēter Nu-
me.27.cap. de Iosue. sed hodie ista vacant de facto: pe Puerb.
cunie enī obediūt omnia. Neq; cōmunices inquit pec Eccles.10.
catis alienis. Tibi enim imputabit quicquid ille pecca
uerit: quoniā non exaltasti electuȝ de plebe tua. ps.88.
nec vnxisti sanctū Dauid inter fratres suos: sed simu-
lacrum eius: ad vultum magis aspiciens q̄ ad vite me- 1.Reg.16.
rita. Uideberis. n. illius fauisse vitijs: qui incognito / hu Chrysost.
iusmodi ꝓuinciam delegaueris: qui cum p̄cedere de-
beret gregem ad pascua ⁊ ad bellum: ipse claudicabat 2.Reg.4.
vtroq; pede: ⁊ vita videlȝ criminosum: ⁊ sciētia cecum.
Si autem te fefellit: noueris non esse viri sapientis dice xxii.
re: non putabam. Et ꝓpterea negligentie culpam non
poteris effugere quippe qui rem tam periculosam tra
dideris inexplorato: cum dn̄s nō semel sed tertio inter- Ioan.20.
rogauerit Petrum. ¶ Uerūtamen nō raro magistrat⁹
ostendit virū. Sicut enim nequim⁹ vas dignoscere in-
tegruȝ an sit necne: nisi infuso liquore: sic nec hominē:
nisi cōmisso imperio. Hoc satis eluxit in Mose: in Io-
seph: in Saule et Roboam. difficilia enī que pulchra.
vide ꝓuerbium hoc. Nam leones vix semestres ingre Puerbiuȝ.
diūtur: nec mouetur nisi bimestres: nascunt informes.
Egregia enim sero ꝓueniūt / olera cito ⁊c. ¶ Quid igi
tur dicimus infelicib⁹ illis ⁊ miseris qui semetipos ad
alios regendos p̄cipitant: ⁊ se in tantoꝝ suppliciorū a- Chrysost.
byssum iactant? omniū quos regis tam virorū q̄ mulie
rum rationē reddes. vnde ego miror ait Chrysostom⁹:
si aliquis rectorū saluari potest. Post tantam enim cō
minationē quam negligentie Heli videmus illatam: vi 1.Reg.2.
demus aliquos concurrere ⁊ precipitare seipsos tanq̄
moli. Abimelec noth⁹: tanq̄ coccycis pullus legitimos Iudic.9.
deuorauit imo occidit fratres: tum ⁊ matrē vt ipse prin-
ciparet. Si enim qui necessitate compellunt: nullū po-
terunt habere suffugium: quid erit se ingerenti? Opor-
tet ergo timere ⁊ propter cōscientiam anteacte vite ⁊ ꝓ
pter magnitudinem cure: et neq; dum quis ad princi-
patū trahit recusare (sed prius videas terram volare: Puerbiuȝ.
aut aquilam cōprehendi a testitudine:) neq; dum non
trahitur seipsum p̄cipitare. ¶ Sed dulce bellum in ex-
pertis. Alioqui quis his nostris temporib⁹ inuitus ad
principatū trahit: nisi vnus Saul: alter Ambrosius vel 1.Reg.10.
Nicolaus? Et fortassis inuenire pfacile esset vnum vel
duos: si quot sunt capita tot essent ⁊ tiare aut mitre vel

1.Cor.9. episcopatus. Nunc autē omnes quidem currūt remis
velisq;: sed vnus tantū accipit quod multi ambiebant: ⁊
xxiii. implet illud: Ephraim pascit vētum: ⁊ sequitur estum
et vmbras. Itaq; [temetipsum castum custodi:] et ab
Osee.12. omni suspitione alienum.] Non enim vna tantū femi-
Genes.39. na est que oculos inijcit in nostrum Ioseph. [Iam no-
li bibere aquam: sed vino modico vtere ꝓpter stoma-
de iureiu. chum ⁊ crebras tuas infirmitates.] scitum est illud ꝓ
⁊ si christ⁹. uerbium: ne quid nimis. Prudēter enim vult sibi serui
ri deus: ⁊ non vt nimierate abstinētie homines debiles
fiant ⁊ postea medicoꝝ requirāt suffragia. Damnū cer
te infert corpori ⁊ anime improuida abstinentia. Ani
Ambros⁹. ma inquit Ambrosi⁹ in tranquillitate posita: totum cor
extollit ad deum: integro cōsilio obsecrans que peten-
da sunt. Euthicum dormientē ⁊ cadentem de fenestra
Actu.20. atq; vita excedentem / oratione ad vitam reuocat Pau
lus: patrem Publij dyassinteria vexatum orōne sana-
uit. Actuū.28. capi. peregrinatiōis sue comitem ⁊ san-
cte p̄dicationis coadiutorem Timotheuȝ stomachi in-
Gregori⁹. firmitate lassescētem / non verbo curauit: sed medicina-
li arte reparat dicēs: Modico vino vtere. qm̄ ergo dat
ad sanitatē non ad delitias: ⁊ vinum concedit: et modi
Genes.9. co vti iubet: memor historie Noe. Sed illi per miracu-
lum foris sanādi erant qui interius viui non erant: quo
signo non indiguit ille: qui ab ineūte etate sacras lr̄as
imbiberat. Sciebat enim Timotheus q2 quod apud
2.Cor.12. apud Paulum stimulus carnis: hoc apd̄ semetipm̄ sto-
xxiiii machi langor agebat. Modico inquit vino vtere. Pau-
lus aliquādo infirmat. 2.Corin.12. imo ⁊ de vita despe
rat: nūc om̄ia possum in eo qui me cōfortat inquit: Hoc
Phili.4. vero loco medici psonam induit: quibus artibus ⁊ effi-
cacissimis pharmacis om̄ibus omnia factus. p. Corin.
9. maximam orbis partem a vertice vt aiunt adusq; vn
Luce.10. guea fatiscētem vite restituit: sicut dicit: curam illius ha
be. Non sunt iste potiones que per ironiam vocātur in
ꝓuerbio manus Christi / que olim ⁊ forte nunc ex plu-
ribus rebus / et e longinquo petitis conficiūtur. ¶ De
Plutarch⁹. his Plutarch⁹. Quin multo magis cum regales illas
⁊ efficaces variorum remedioꝝ mixturas consumunt
quas manus deoruȝ appellant Erasistratus coarguit /
absurditatē ⁊ curiositatem eorum qui simul metallica
herbaria et ferina queq; terra gignit ⁊ mare in vnum
cōmiscuerunt. Melius enim haberet: si his omissis: in
ptisana ⁊ cucurbita ⁊ hydreolo medendi artē finissent.
hec sola nature placuerat esse remedia: parata vulgo:
inuentu facilia ac sine impendio in quibus viuimus.
Postea fraudes hominū officinas inuenere istas: in q̄-
bus sua cuiq; homini venalis ꝓmittitur vita. statim cō-
positiones ⁊ mixture inexplicabiles decātant: vlcerisq;
xxv. paruo medicina a rubro mari Arabia seu India im-
putat: cum remedia vera pauperrimus quisq; cenet: mo
Sap.11. dico vino vtendo ⁊ ceteris in numero pondere ⁊ mēsu-
ra: iuxta qd̄ natura paucis cōtenta est. Nam si ex hor-
to aut petatur aut querat herba vel fructetū: nulla ar-
tium vilior fiet. Non tamē spernenda est ars medicine
quam de⁹ fecit: quādo apostema inclusum sub cute fic-
coribus ficis contusis ꝓuocata est in superficie erūpe-
re: sicut habes Esaie. cap.38. Hiero. Plures annos si-
Hieroym⁹ ne carnib⁹ ⁊ vino vixit homo: cum diutissime viuebat:
sed quoniā appropinquante mundi termino sicut dicit
Cipriānus. Ciprianus / omniū terre nascentiū virtus exhausta est:
huic necessitati occurrens spūalis medicus dicit: Ute-
Bernard⁹. re vino: sed modico. Si tibi blandiris de hoc precepto:
da mihi alterū Timotheuȝ: ⁊ ego eum cibo auro: ⁊ bal
samo poto: vt ita dicam. Bern. Quod inquit vni dico
omnib⁹ dico. Rogatus quidā Parrhisijs vt quid pre-
Exemplū sules vel maxime vinum optimum biberent: minusq;
dilutum: neq; enim de hoc disseruit apostolus: hoc est
dictu non p̄cepit de qualitate sed de substantia ⁊ quā-

titate. Illud autem vinum vocatur ibi vinum theo-
logicum. Itaq; respondit ille. Quoniā inquit de pasto
ribus scriptum est: peccata populi mei comedēt: ad ci- Osee.4.c.
bi duri cōcoctionem opus esse vino efficacissimo ⁊ non
modico. Luserit ille in sacris litteris: si libuit: dūmodo
meminerint quib⁹ hec precepta tradutur: non propter
peccata populi decoquēda vinū esse cōcessum (que ma
gis lachrymis diluūtur ⁊ orōne sacerdotuȝ) sed ꝓpter
stomachum ⁊ frequētes infirmitates. ¶ Secundū au
tem Gregorij sententiam: propterea sacerdotes peccata Gregori⁹.
populi dicitur comedere: quia peccata delinquētiū fo-
uent: ne temporalia stipendia perdant. Qui ergo obla
tionem populi comedit ⁊ tacet: non panem sed peccata
comedit: que quomodo vino digeri queant non video: Deut.32.
nisi forte bibant ex calice vinee Sodomoꝝ ⁊ de subur
banis eius. [Quorūdam hominuȝ peccata ante ma- De peni. et
nifesta sunt p̄cedentia ad iudicium: quorūdam vero ⁊ remis. manif
subsequūtur. Cōsimiliter ⁊ bona opera prius manife- festa.
sta sunt: ⁊ que aliter se habēt occultari non possunt.]
Quorūdam peccata. Athanasi⁹ ita dicit. Si quis forni
cat (verbi gratia) hunc id solum delicti p̄cedit ad iudi- xxvi.
cium trahēs. Uerum si praua quis docet: sicut mos est
hereticis: hunc sane peccatuȝ subsequit: quod vtiq; in
ipso non extinguit vel finitur: sed supsunt eiusmodi pe-
stilentis doctrine successores. Qui huiusmodi sunt / da
turi sunt penas pro se: ⁊ pro impia sua prole. Scriptuȝ Math.10.
est autem / quoniā nihil opertū est quod non reuelet: ⁊
ocultum quod non sciatur. Non q; non multorū vitia si
cut ⁊ multoꝝ virtus in presenti subterfugiāt humanos Puerb.11.
oculos: quando sepius videmus impium de angustia
erui: ⁊ tradi iustum pro eo: sed hoc de futuro tempore
dicit: quando reuelabit domin⁹ cōdensa: et nudabitur Hiere.17.
cor Iuda in quo exaratū est a peccatore multiplex for
ma difformis: sicut ostēsum est in visione Ezechieli ꝓ-
phete. cap.8. Itaq; vt ad id redeam inquit apostol⁹ vn
de digressus sum: (dixerat enī / neq; ꝯmunicaueris pec
catis alienis) ne tibi putes om̄ia peccata tuorum impu
tanda esse: intellige qm̄ sunt peccata quorūdam ita pu
blica ⁊ que nulla possint tergiuersatione celari: vt non
expectent extremū illud iudicium: per seipsa damnata
⁊ p̄currentia iudicium dei: iuxta quod dicit: Peccaui Math.27
tradens sanguinē iustum. De his quoniā iudex cōstitu-
tus es a deo: ita ⁊ reddenda est tibi ratio eorum: quādo
sicut scriptū est: cū acceperit iudex viuorū et mortuorū Ps.74.
temp⁹: ipse iustitias iudicabit. Iudicabit autem: an qd̄
iustum erat: Iuste exequutus es. Deute.16. capi. non
odio / non amore in alteram partē declinās. Ceterum
cum nequitia soli diuino iudicio pusa est: illius iudicio
seruanda est qui discretor est cogitationū et intentionū Hebre.4.
cordis. Horum rationē deo non reddes que nosse non
potuisti: de quibus scriptū est: Mihi vindicta / ⁊ ego re Roma.12.
tribuam dicit dn̄s. Itaq; sicut sunt mala publica ⁊ mala
occulta: ita ⁊ sunt viri optimi quoꝝ iustitie obliuionem
non accipiet: sunt ⁊ qui cum vixissent mori tanq̄ sedu- Eccli.44.
ctores ⁊ infames: ⁊ quoꝝ vitam insensati estimabāt in
famiā: computati inueniunt inter filios dei: ⁊ inter san-
ctos cōmemorata sors eorum: quādo libri aperient ⁊c. Sap.5.
Itaq; manus cito nemini imposueris. et patȝ.

¶ Sextum Caput.

Quicūq; sunt sub
iugo serui: dn̄os suos om-
ni honore dignos arbitrē
tur: ne nomen domini &
doctria blasphemet. Qui
autem fideles habēt dn̄os:

non contẽnant quia fratres sunt: sed magis seruiant quia fideles sunt & dilecti: & beneficii participes sunt. Hec doce & exhortare. Si quis aliter docet: & nõ acquiescit sanis sermonib⁹ domini nostri Iesu christi: & ei que secundũ pietatem est doctrine: sup̃bus nihil sciens: sed languens circa questiones & pugnas verborũ: ex quibus oriũtur inuidie: cõtentiones blasphemie: suspitiões: male cõflictationes hominũ mente corruptorũ: & qui a veritate priuati sunt: existimantiũ questum esse pietatem.

i. ¶ Quicũq; sub iugo sunt serui: dominos suos omni honore dignos arbitrentur: ne nomen dñi et doctrina blasphemet.] Ne igitur exigant serui *Exodi. 21.* quod de hebreis in lege precipit: vt sex annis seruiant: et inde gratis dimittant liberi: q̃m illud p̃ceptum misticum est. Hoc tamẽ verbũ apostoli illos seruos alloquit: qui in seruitute cõstituti: baptismatis gratiam cõsequuti sunt. Hi eñi vocati sunt in libertatẽ sed spirit⁹: qui eñi facit peccatũ: seruus est peccati, Joan. 8 capi. Joseph seruus erat: sed a peccato liber: vnde pallium *Genes. 39.* reliquit in signũ libertatis. Qui igitur hmõi sunt: honorificent dños suos: ne blasphemet nomen Christi et doctrina eius: quasi aliena mancipia inuadentis: quin potius magis satagere debent: vt per sua obsequia dños suos domino Christo lucrent. vide. 4. Reg. ca. 5. de ancilla Naamã leprosi historiã. [Qui vero fideles habẽt dños: non contemnãt quia fratres sunt: sed magis seruiant q: fideles sunt & dilecti: qui bñficentie participes sunt.] Serui inquit infideliũ seruiant: & omni honore reuereant dños: si quo mõ sic eos lucrent Christo: qui autem serui sunt dominorum fideliũ: duplici nomine tenẽtur eorum seruituti: et q domini sunt: et q eiusdem sunt p̃fessionis puta christiani. Denique eandẽ remunerationem expectãt serui cum dñis suis: & maiore iuuãtur bñficentia a dominis suis q̃ cum serui essent infideles: iuxta quod scriptũ est: Si est tibi seruus fidelis: sit tibi quasi anima tua: quasi fratrẽ tuum sic eum tracta: (vtinam vel sicut vnum ex mercenariis: nec eñi raro cupiunt implere ventrem de siliquis: et nemo dat) q̃m in *Eccl. 33.* sanguine anime cõparasti illum. si leseris eum iniuste: in fugam conuertet. De Joseph ita legimus. Inuenit *ii.* Joseph grãm coram dño suo & ministrabat ei: &c. vide textũ bonum. Erat enim sibi Joseph etsi seruus: quasi anima sua: pro eo q nouerat oĩa que Joseph agebat dirigi a domino in manu eius. Hodie tñ potius admonendi sunt dñi vt seruos humaniter tractent: & carnem *Esaie. 58.* suam (velint nolint) ne despiciant: q̃m serui si qui duri reperiunt: submittunt verberib⁹: onerãtur ferro: & multiplici cauterio inurunt: quasi essent tigres aut leones indomiti. [Hec doce & exhortare: videlz q serui oĩ honore p̃ueniãt dños suos. Si quis aduersam sequit doctrinam & non acquiescit sanis sermonib⁹ dñi nostri Jesu christi: & ei que secundũ pietatem est doctrine: is inflatus est nihil sciens sed insaniẽs circa questiões & disputationũ pugnas ex quibus nascit inuidia: cõtentiones: blasphemie: suspitiones male: superuacue cõflictationes *16. q. 7. Et* mente corruptorum: & quib⁹ adempta est veritas: qui exi- *hoc dixim⁹.* stimant questuz esse pietatẽ.] Querit vero vnde indu- *Doctor nr̃.* cta sit seruitus & si iuste. ¶ Ad hoc doctor noster in. 4. dist. 56. Lege nature oĩes nascunt liberi: subiectio tñ *Questio.* filii ad parentes est de lege nature: habz eñi filius a patre & esse & disciplinã. Ista autem seruitus de qua loquimur q dominus põt distrahere seruum sicut pecudem: *iii.* de qua Phs p̃mo politice dicit: Seruus nõ potest exercere actus virtutis: pro eo q non est sui iuris/non magis q̃ iumentũ: non est inducta nisi aliqua lege positiua. sed an iusta? Respondet: q licet seruitus non potest esse iusta nisi altero duorum modorum: vel q quis voluntarie se subiiciat seruituti: quod tñ insanũ esset: fortassis autem & contra ius nature q homo libertatem a se abdicet: tamẽ si fiat tenet cõtractus: q2 hoc iustum est. Altero modo si quis iuste obtineat principatũ vbilibet terrarũ: videatq quosdã abuti libertate sua in detrimentũ cõmunis reipublice: põt iusto ac honesto titulo qui huiusmodi sunt seruituti subiicere. Si dicas tertiã posse assignari causam: vt qui captus in bello iuste posset occidi: (seruato moderamine inculpate tutele:) seruet tamẽ: vt sit seruãtis seru⁹: nam inde dicti sunt serui sicut alias dictũ est: huic sententie non subscribo inquit doctor. Si arguas contra primũ videlz q seruitus nõ est contra legem nature: quia s̃m philosophũ pollens mẽte debz p̃sidere: pollens virib⁹ debet seruire. Aliqui autem naturalr̃ sunt sapientia p̃diti: aliqui viribus robusti/mente vero agrestes: ergo &c. Respõdeo. hoc nõ est intelligendũ de ista seruitute extrema de qua loquimur: sed de seruitute politica qua inferior disponit a superiore: sicut minus vigens mente/ordinat per eum qui sapientia pollet: sicut dicit: sub potestate viri eris &c. Si *Genes. 3.* opponas contra secũdum: q illud qd est contra legem *iiii.* naturalẽ: non potest fieri iustum: nec diuturnitas tẽporis ratificat crimina: sed magis aggrauat sicut patet in captiuitate filiorum israel: dicente eñi domio: Dimitte po- *Exodi. 5.* pulũ meum: respondit Pharao: dominũ nescio: israel non dimittam: longa eñi p̃scriptione quasi seruum retinere volebat: vñ coactus est illum dimittere. ¶ Respõ- *Figura.* deo alias dictum est videlz. 15. dist. 4. quomõ per p̃scriptionem potest ius acquiri: si cõcurrãt cõditiones que a iure sancite sunt videlz q iusto titulo acq̃rat: et sit bone fidei possessor: quodq interruptio non intercesserit: hoc tamẽ extendit ad possessiones non ad seruitutem: q̃m non est eadem ratio qua possidet aurum aut fundus: & seruus/quantũ ad legem nature. Proinde difficile videt saluari per p̃scriptionem: iuste detinere hmõi seruos: nisi altero duorum modorum facti sint a principio. At quid igitur apostolus dicit: hec doce: q̃m qui aliter docet: languet circa questiões &c? Respõdemus. Multi cõtractus sunt iniusti ex parte eorum quibus fiunt: et tamẽ si fiant: seruãdi sunt: ne nomen dñi & eius doctrina male audiat. Hec igitur nobis sufficere possunt: preter ea que alias dicta sunt. Qui enim diuersam doctrinã sequit/ab ea quam docet apostolus: is inflatus est: nihil sciens sed insaniẽs & languens. Est enim veritas sicut *Boetius.* punctus in centro s̃m Boetium. quãdiu autem intellectus non inuenit qd querit: ambulat in circuitu: donec attingit eum cuius centrũ est vbiq. Languet autẽ circa pugnas verborum: sicut videmus frequẽter: alterum quidẽ mulgere hircum: alterũ vero cribrum supponere. *p̃uerbiuz.* pugne sunt: sed verborum tñ: nihil medulle cõtinẽtes: sed sicut alias diximus de asini vmbra. Ex quib⁹ pugnis et λογομαχίαις nascit inuidia: cõtẽtio & maledicẽtia &c. *v.* sicut ẽ videre in scholis vbi hec frequẽter fiũt. Mirabilis p̃inde stultitia Gorgie sapiẽtis: qui *Gorgias.* primus omniũ in cõuentu poscere: qua de re quisq audire vellet ausus est. cui vniuersa Grecia in tẽplo Delphici Apollinis statuam solido ex auro posuit: cum ceterorum ad id temp⁹ auratas collocasset. Hi ergo sunt qui existimant questũ esse pietatem: Nam & mũdanas sectas inquit Ambrosi⁹ p̃pter p̃sentia lucra inuẽtas esse: nemo ibit inficias. Istiusmodi sunt qui existimant cultum dei ordinari ad questum pecuniarum: idq voluit videri religiosum & pium non q homines reddat charissimos deo: sed q illis opinionẽ apud p̃plm: plurimũq lucri conciliet. ¶ Inuidia sane iuxta Athanasium non est ad illos qui maximũ in modum p̃uehũtur: sed qui *Athana.* plusculũ excellũt: sicut ibi: pares illos nobis fecisti qui portauim⁹ &c. Matth. 20. vnde apls p̃dem inducit disceptatem cũ manu non oculo vel aure: oculuz cũ aure nõ cum pede. p̃. Corin. 12. cap̃. Uerum oculus nequissimus Saul vel parũ p̃uecto inuidit Dauid: quãdo cãtatum est Saul pcussit mille &c. Reuera autẽ p̃ponebant sanctũ Dauid ipsi Saul. i. seruum dño: militẽ re- *p̃. Reg. 18.* gi. Fratres Joseph inuidebãt q plus amaret a patre: *Genes. 37.* non autem inuidebãt ei regnũ Egypti/scdm videlz locum post regem. Qd dicit ex cõtentionibus nasci blasphemias: p̃ eo dicit q sepe nascũtur suspitiones de his que sunt fidei: dum ea que simpliciter credi debẽt: humanis rõcinationib⁹ pro dubiis vocãtur in questionẽ. Qd dicit cõflictationes hominũ: sumpta est metaphora a scabiosis: qui mutuo confrictu cõtactuq morbum cõmunicãt: ita & isti logomachi dum gliscente rixarum calore null⁹ alii vult cõcedere. Nascunt & cõuitia & blasphemie si res in rabiem exierit: qd nos aliquãdo auribus nostris audiuim⁹: vẽtumq esset ad arma: nisi quidam deus vt dicit ex improuiso apparens sedaret turbam tumultuãtẽ. [secede ab iis qui eiusmodi sunt:] *p̃. Cor. 15.* corrũpunt eñi bonos mores colloquia praua ac conuictus hominũ prauorum.

¶ Est autem questus magn⁹ pietas cum sufficientia. Nihil enim intulim⁹ in hunc mũdum: haud dubium q nec auferre quid possumus. Habẽtes autẽ alimenta & quibus tegamur his cõtenti sumus. Nam qui volunt diuites fieri: incidunt in tentationẽ & in laqueum diaboli & desideria multa inutilia & nociua que mergũt homines in interitũ & p̃ditionem. Radix enim omniũ malorũ est cupiditas: quam quidã appetẽtes errauerũt a fide & inseruerũt se doloribus multis. Tu autem o homo dei: hec fuge: sectare vero iustitiam: pietatem: fidem: charitatẽ: patientiã mãsuetudinem. Certa bonum certamen fidei: apprẽhẽde vitam eternam in qua vocatus es: & confessus bonam cõfessionem coram multis testibus.

¶ Est autem questus magnus pietas/ cum animo sua *Tobie. 5.* sorte cõtento:] iuxta quod dicit: sufficiebat nobis paupertas nostra: si hanc pro diuitiis computarem⁹. Nauis in mari parua in fluuio videt magna: & econtra. qd bene nota. Ergo qui veras diuitias vel possidet vel in desiderio habens: diuẽditis oĩbus querit: quantũcũq pauper sit abunde diues est. Itaq pietatẽ cum sufficiẽtia vocat apostolus fidelem christianũ: sua sorte cõten- *Gala. 5. ca.* tum. Fidem eñi que per dilectionẽ operat pietatem vocat: sufficiẽtiam vero labores manuũ nostrarum vel quecunq bona honestis laborib⁹ acquisita: siue heredita- *Hierony.* rio iure: excepto eo qd dicit Hieronym⁹. Omnis diues aut est iniquus: aut heres iniqui. Usura qñ cõmittit sine peccato: vide doctorẽ nr̃m in. 4. dist. 15. quest. 2. infra *vi.* Q quod nota. Ceterum inquit apls [nihil intulim⁹ in hunc mũdum: videlz nec efferre quicq̃ possum⁹:] que- *Matth. 19.* cunq onera baiulem⁹ per viam. Ueniendũ est ad foramen acus: nudi egressi sumus de vtero matris: Job. 1. cap̃. nudi reuersuri sumus: licet interim ad modum cerebri palme multiplicib⁹ hincinde circũamiciamur indumentis. ¶ Respicite inquit coruos & volatilia & lilia *Matth. 6.* agri. cum posset dñs exemplũ ab hominib⁹ sumere qui minime terrena curauerũt: Heliam dico Mosen Joãnem & similes: cõmemorat volatilia: sic quẽs vetus testamentũ: quod ad apem transmittit/formicã/turturem & *Chrysost.* ciconiam quib⁹ naturales quosdã mores inseruit crea- *p̃uerb. 6. et 30. cap̃.* tor. Fortassis autẽ si horum exempla sanctorũ poneret Christus: dicturi eramus: non possum⁹ vsquequaq cõse- *Hiere. 8.* qui horum p̃fectionem: sufficit nobis manere in segor. *Genes. 19.* Aues ergo cõmemorat & coruos & fenum. Auferat (inquit sermo dei ad animã auaricie glũ anhelãtem) fornicatiões suas a facie sua: quib⁹ fornicata est cum idolis suis auro & argento: ne forte expoliem eam nudam: *Osee. 2.* & statuam eam s̃m diem natiuitatis sue. Dixit enim. vadam post amatores meos: (ecce idola auaricie) qui dãt panes mihi & aquam et lanam & linum & oleum. Sed ego inquit statuam eam s̃m diem natiuitatis sue: & suis *p̃uerbiuz.* eam depingam colorib⁹: que interdũ in morem cornicule Esopice alienis fucata vestita & ornata videtur: ne- *Apoc. 3.* sciẽs se miseram/pauperẽ cecam et nudam. Quidam rex qui aliqñ super decem regna regnabat: cum ingressur⁹ esset viam vniuerse carnis (ignotum iter) funus in *3. Reg. 2.* quo sepeliendus erat iussit appendi ligno altissimo et circũduci per vicos ciuitatis: clamãte precone: ego qui sup decem regna imperiũ tenui: sicut nudus egressus *Job. 1.* sum de vtero mr̃is: ita & nudus reuertor illuc: atq vtinam nudus: opera eñi illorũ sequũtur illos. Itaq [habentes alimenta & quibus cõtegamur: his cõtenti erimus.] p̃uerb. 30. cap̃. Mendicitatẽ & diuitias ne dederis mihi: tribue tñ victui meo necessaria. Nilus min⁹ *Apoca. 14.* 12. cubitis exundans: famẽ adfert Egypto: idem facit si plus exundet necessario: videlz vltra. 18. cubitos. hmõi sunt diuitie. ¶ Cum ignorãte Labam/Jacob p̃fect⁹ esset cum vxorib⁹ & filiis et vniuersis gregibus: insequut⁹ *vii.* eum Labam septẽ diebus cõprehendit eum in monte Galaad: non cõp̃hẽsurus si nudus recederet. & infra. *Genes. 31.* Sed esto ad tuos ire cupiebas: Non eñi habem⁹ hic ciuitatem manẽtem. Hebre. 13. cap̃. Cur furat⁹ es deos meos? cur inquã apud te latet auaricia que est idolorũ *Ephes. 5.* seruitus? imo inquit Jacob apud quẽcunq inueneris Theraphim tuos vel imagines: necet corã fratrib⁹ nostris. Is vero tanq̃ leo rugiens p̃scrutatus est oẽm supellectilẽ tentorii Jacob: Lie Bale & Celphe: et in me *Joan. 14.* inquit nõ habz quicq̃. Itaq ingredit tentoriũ Rachel: si vel ibi inueniat: sciens q̃m nihil intulim⁹ in hunc mũdum: et inde est illa vox: oĩa tibi dabo si adorauerls *Matth. 4.* me. Fidelis aũt anima & si aliquãdo coluit idolum aua- *Figura.* ricie: penitẽtia ducta/vt sterc⁹ reputat que Laban tanq̃ deum colit & adorat. vñ festinãs abscondit idola subter stramẽta camelorum: auaritiã videlz humilitate penitentie cõtegens: sic delusa est sollicitudo inq̃rentis. Tamẽ omnis qui auaritiã sequit/cum Rachele muliebria patitur. Auferat itaq Rachel fornicationes suas a facie mea: ne forte statuam eam s̃m diem natiuitatis sue. *Genes. 32.* Denique Jacob pugnatur⁹ cum angelo: solus remansit apud vaduz Jaboch. vxores premisit: filios et famulas et quicq̃d gregum & armenti ad se p̃tinebat: statimq ecce vir luctabat cũ eo: et q̃m multa possidebat: vix claudus euasit: saluus tamẽ: accepta bñdictiõe: saluus eñi erit: sic tñ quasi per ignem. vnde illud ex Esaia: ad cui⁹ *p̃. Cor. 3.* auxilium cõfugietis: & vbi relinquetis gloriam vr̃am? *viii.* sicut dixim⁹ de rege illo Normandie. Quid inquã facietis in die visitationis & calamitatis de longe venientis? Non enim p̃derunt diuitie in die vltionis: puerb. 11. cap̃. et magis opus erit vobis armis penitẽtie q̃ au- *Esaie. 10.* ro. ¶ Sed inquit Oratius: O ciues ciues querẽda pecunia primũ: virtus post nũmos. Et licet irridens hoc di- *Oratius.* xerit: reuera tamẽ ita fit: primũ pecunia querit: virtutis posterior cura est: vt ne dicam cura nulla est. Quomõ

Hiere.6. enim curãt virtus: vbi omnes auaritię student? Opes
autẽ sicut dixit sapiẽs quidam sicut malus medicus vbi
Pluto. aliquos cęperint/reddunt vidẽtes illico cęcos. Pluto.n.
cęcus pingitur imo ⁊ claudus: sed cum mittitur ad do-
mos virorum optimorum: alioqui pnicissimus est. Cum
itaqꝫ scdm sententiã apostoli nihil habeãt homines ꝓ
prium in hoc mundo: cur non imponimus finem aliquẽ
auaritię nostrę: cum nesciamus cui cõgregemus? Sed nõ
Esaię.2. est inquit finis thesaurorũ eius. Qui hodie malus est/
cras peior ⁊ auarior. Ante annum mecę cupiditati vna
villa suffecerat: iam hoc anno nec quinqꝫ sufficiunt: et
cum viri fideles si pdiderint aliquid: de virtutis occa-
Job.1. sione lętentur dicentes: sit nomẽ domini bñdictum: ego
ix. nisi aliena rapuero: securus prãdere nõ possum. Quid
agis o cęca cupiditas? ordinẽ naturę an religiõis euer-
Hieronymus tis? Ad quid enim nõ stimulat homines auri ⁊ argenti
sacrilega fames? Vis audire summã criminis huius?
Math.26. Per hanc vendidit Judas dominũ suum triginta argẽ
teis Decorũ precium quo appreciatus sum ab eis: quod
Zacha.11. cum irrisione ⁊ dolore simul legẽdum est. Deniqꝫ vt di
camus qd vidimus oculis nostris: in diocesi Placẽtina
ante annos viginti duos quidã minister ⁊ seruus Ju
dę huius/ sacramentũ eucharistię et verę pacis Judęis
quibusdam tradidit precio argenteorum sex: Judęis dixi:
christiani enim erant sed solo nomine. Hic comprehẽsus
⁊ confessus crimẽ in ciuitate Placentina pęnas meri-
Chrysost. tas dedit. ¶ Considera ergo inquit Chrysostomus quot
pauperũ ventres poterant pasci: ⁊ quot corpora nude
agentium poterant contegi ex his que a solo collo pen
dent ⁊ auribus: nullius alterius rei gratia q̃ vanitatis va
Eccl.1. nitatũ. Nec interim meminimus q̃ ex inauribus fęmina
rũ vitulus fusus est: cui acclamatũ est ab omni popu-
Exodi.32. lo: Isti sunt dij tui israel. Non ergo miremur quãdo le-
gimus incredulũ Nabuchodonosor cõsecrasse auaritię
Daniel.3. idolum: quãdo hoc ipsum priores Judęi fecerunt: qui
fideles erant. Qd iubet Aaron in aures sibi afferri:
Augustinus. vnde illis faceret deos: non absurde intelligitur diffici-
lia postulasse: vt sic eos ab illa intentione reuocaret. Fa
ctum tamẽ illud difficile vt esset aurũ ad faciẽdum ido-
lum: ꝓpter eos notãduꝫ putaui: qui contristantur si quid
tale propter vitam ęternam diuinitus fieri vel ęquo ani-
mo tolerare iubeãtur: dicunt enim: vt quid perditio hec
Math.26. auri facta est? ⁊c. Augustinus. Agite ergo nunc diuites:
Jacobi.5.ca. quod agitis. diruite: ędificate: mutate qua-
drata rotundis: augete horrea vestra: cõgregate in sac-
Aggei.1. cum ptusum diuitias vestras: dormietis somniũ vestrũ:
vigilabitis apud inferos cum epulone. vlulate in mise
x. rijs que aduenient vobis ⁊c. Nihil tulistis: nihil aufere-
tis: nudi egressi estis: nudos vos excipiet gehennalis
Esaię.30. flammę torrens sulphureus: quem flatus dei succendit.
Nutrimenta eius ignis cupiditatũ vestrarum: ⁊ ligna mul
p.Cor.3. ta fęnum ⁊ stipula. Trãsibitis per ignem ⁊ aquam nũ-
Ps.65. q̃ educendi aut deducendi in refrigeriũ: qm iam bona
recepistis in vita vestra. Lucę.16.cap. [Nam qui volũt
diuites fieri: (sunt enim diuites quorum vox est: quid mi-
Ps.72. hi est in cęlo: ⁊ a te quid volui super terram) incidũt in
tentationẽ ⁊ laqueum ⁊ cupiditates multas stultas et
noxias: (labyrinthus est: in quo qui magis ꝓperat: stri
ctius implicatur:) quę demergũt homines in exitiũ ⁊ in-
teritum: exitiũ corporis: ⁊ interitũ animę.] Quod nos
legimus laqueuꝫ diaboli: non est apud Gręcos nomen
diaboli: sed nec apud Ambrosiuꝫ. facillimũ quidem es
set adiuncto cõdimento amoris dei secundũ naturã vi
uere: si insania nostra id ꝑmitteret. Qui tamẽ imme-
mores ortus sui ⁊ finis sui/ quãdo statuentur ante tribu-
Osee.2. nal illud terribile secũdum diem natiuitatis suę: insistũt
opibus aggregãdis per fas nefasqꝫ: illo interim noue
Ps.7. rint: qm incident in foueam quã foderint: ⁊ ipsi sibi ma
li fontẽ reperiunt: technas sibi ipsis instruũt: sicut cuidã

dictũ est heredipetę/qui veneno quo senẽ interimere
parauerat: ipse forte fortuna captus interijt. simulqꝫ ipm
nomẽ diuitis cõsideras: ditem dicũt Gentiles inferni ꝓ-
sulem: arbitrũ mortis. Ambrosius. Tradit autem Plu- Ambrosius.
tarchus Brasidam ducem educto e corpore telo: eodem
confodisse eum qui iecerat. Itaqꝫ diuites ordiũtur te-
lam ⁊ non per spiritũ dei: vnde ipsi irretiantur ⁊ capiantur: Esaię.30.
et deducantur ad diem ꝑditionis: sicut latro ad patibulũ:
quos tamẽ ꝓmonet propheta dicẽs: Nolite illudere ne
forte constringantur vincula vestra. Incidũt inquit in la
queũ ex inopinato sicut Absalon per capillos (suspẽsus Esaię.28.
videlicet corporis) appensus est. Dic inquiũt Sebboleth.
Judicũ.12. sed loquela auarorum manifestat eos: in quo- 2.Reg.18.
rum ore nihil aliud inuenies q̃ didrachmũ auri vel ar-
genti. Math.17.cap. In ore Midę formicę infundebãt xj.
grana tritici: in ore Ambrosij apes mellificabãt ⁊c. Sed
qm auaritię pestis sola non venit: sed adducit alios se- Math.12.
ptem comites se nequiores: adiecit apostolus: ⁊ cupidita
tes multas: tum inutiles: tum ⁊ nociuas. Inutiles: qm
non satiant/ sed magis sitim stimulant: sunt enim Tan- Puerb.
tali horti: sicut dicitur. Nociuę/ qm finis earum mors: et
mors pessima. O inquit sapiens quidam: nunq̃ fuisset
ipsa pecunia pro qua nisimus peregrinari lumen oculo Tobię.5.
rum nostrorũ. Qui enim pecunię studio tenetur: Chri-
stum lumen verũ abijcit ab anima sua: iuxta quod ipse
conqueritur: me dereliquerũt fontem aquę viuentis: et Hiere.2.
exciderũt sibi lacunas cęnosas. O cupiditates multas
nociuas et inutiles: in quot laqueos inducitis quotidie
homines: ⁊ vix vnum aut duos reperias qui possint cã-
tare domino: laqueus contritus est: ⁊ nos liberati sumus. Ps.123.
Quid enim si possideas diuitias Midę: in ore cuius au-
rum riguit? Nõne ⁊ Tantali talenta ꝑpetuam ei famẽ
pepererunt? Itaqꝫ non mireris si cupiditas auri nõ venit Eccli.10.
incomitata: quãdo scriptum nosti: qm pecunię obediũt
omnia. ¶ Omnes igitur ⁊ reges et cõsules: ciues plebei: Figura.
pręsules ⁊ sacerdotes obediunt ei: et ad pceptum eius
cum sonuerit omnis generis musicorum harmonia: pcidẽ Daniel.3.
tes adorant eam: alioqui mittendi in fornacem Baby
loniam. Necqꝫ hoc solũ: sed omnis generis maleficia: gu-
la: ira: luxus ⁊ omnia que Paulus vocat opera carnis: et Galat.5.
vt vnico verbo omnia cõprehendam: venũt omnia mala
pariter cum illa: ⁊ innumerabiles curę: ⁊ gestus ⁊ turpi-
tudines ⁊ laquei per manus illius: et nos adhuc igno- Sap.7.
ramus qm omnium malorum mater est. Audite igitur apo xij.
stoluꝫ quid in ꝯsequentibus dicat: Radicem eam omniũ
malorum appellãs. Sicut igitur medicus si voluptate vta- Chryso.
ris: illud atqꝫ illud tibi euenturũ esse pdicit: sic ⁊ aposto
lus pdicit quid euenturũ sit ei qui voluerit diues fieri. Gregorius.
Et certe nisi sensum omnino amisimus longa desideria
nostra palam increpat breuis vita: et incassum multa
portamus cum iuxta nos sit quo tendimus: fortassis ⁊ in
sanius est mors quam nõ expectamus. Sed transferunt
inquit psalm. in affectuꝫ cordis. Existimãt qm non sunt Ps.72.
sicut cęteri hominũ. Quid? Num tu ⁊ pauper nudi nati
non estis? Fortassis aũt post mortem ossa diuitis inter-
noscentur ab ossibus pauperis: nisi forte q̃ grauius ole- August.
bunt: pro eo q̃ prodijt quasi ex adipe iniquitas eorum:
ossa autem paupis macilenta sunt. Fortassis autẽ muta
bũt vices sicut dicitur: alia vita alia dieta: quomõ legimus Puerb.
in Lazaro ⁊ diuite. Sed operti sunt inquit impietate sua: Lucę.16.
⁊ nec ipsi vident pditionem que eos expectat: nec cęte-
ri vident cauterizatam eorum cõscientiam. Vere autem supra.4.ca.
quisquis videret animas eorum diuerberari tantis cupi-
ditatibus tantisqꝫ timoribus: potius eos miseraretur q̃ fę-
lices vocaret. Itaqꝫ tendant retia sua: vndiqꝫ lucra venẽ
tur: impleri possunt: satiari nequeũt: nunq̃ enim auarĩ
cia dicturus est sufficit. Itaqꝫ sequitur: radix.n. oĩm malorum
est auaricia. Tho.2.2.q.119.ad.2. Gręce Philargiria. distin.4.9.
idest pecunię cupiditas: quam quidã appetentes erra- hinc est.
uerũt

xiij. petẽtes errauerũt a fide: ⁊ inseruerũt se doloribus mul-
tis:] in acquirẽdo: in cõseruando: in relinquẽdo: et in
Ps.48. eo quod scriptũ est: Cum interierit nõ sumet omnia: nec
descendet cum eo gloria domus eius: Imo quis inquit ex
vobis poterit habitare cum ardoribus sempiternis? Caue
Esaię.33. igitur ne putes quicq̃ potuisse dici verius q̃ id qd dictuꝫ
Math.6. est: (ibi ⁊ cor tuũ erit) radix omnis mali est meũ: ⁊ tuũ:
hoc est plus velle q̃ satis est. Tantũ autẽ sat est q̃tum
sibi exigit naturę in suo genere cõseruãdi modus. Aua
ritia igitur cupiditas est: cupiditas vero improba volun
tas est: ergo ipsa volũtas radix omniũ malorũ est. Hac
enim volunt homines diuites fieri: imemores illius pcepti
Panem nostrum cotidianũ da nobis hodie: non modo de
Math.6. crastino cogitantes/ sed ordiẽtes telam longissimã: sed
qm abscondita est in terra pedica eius: qui hoc volunt/
Job.18. statim capiuntur. Sed heu q̃ rari sunt qui ab his retibus
liberari velint: q̃ multi qui dolent q̃ parum sibi videntur
irretiti. ¶ Cotidianuꝫ inquit. Si autẽ tu in vno cõuiuio
tm expendas quãtum sufficere tibi põt centũ diebus:
iam non cotidianũ cibum mãducas sed multorum dierũ.
Exemplũ. Cleopatra duos possedit vniões toto orbe celeberrimos
ob eximiam magnitudinẽ. Hec cum Antonio edixisset
vita se cęna centies sestertiũ absumpturã: idqꝫ fieri pos-
se nequaq̃ putaret Antonius: additę sunt sponsiones.
Postero itaqꝫ die magnificam cęnam sed cotidianam
Antonio apposuit. Qui cum eam irrideret: cõputatio-
nẽqꝫ expostularet: Cleopatra affirmat ꝯsumpturã se in
ea cena quãtum ꝑmiserat: inferriqꝫ scdam mẽsam con
festim iussit. Cũqꝫ ex pcepto eius ministri vnum dũta-
xat vasculuꝫ aceti ante eam posuissent: spectante Anto
nio quidnã agere vellet: detractũ ex auribus alterũ vnio-
nem in vasculũ misit: ac mox liquefactũ absorbuit: In-
iecerat alteri manũ vt idem faceret: sed nequaq̃ id pas
sus est sponsionis eius iudex. L. plancus: victũqꝫ An-
tonium iudicauit. Is postea vnio qui supfuit dissectus in
duas partes in vtrisqꝫ Veneris auribus Romę in Pan
theo positus fuit. Frusta igitur heretici dicunt naturã
mali ingenitã esse quam dicunt scripturã sacram tene-
Genes.1. bras appellare cum dicit: Tenebrę erant sup faciem abys
xiiij. si: quas ipsi vocant hostes animarum: mortis effectrices:
virtutis aduersarias. Nos autẽ principio dicimus malum
a deo non prodijsse: ꝓpterea q̃ nihil contrariorum a con
trario suo gignitur. Necqꝫ enim vita mortẽ parere solet:
nec lux tenebras nisi interposito corpe opaco: sed in ef
fectuũ quidẽ mutationibus e cõtrarijs in cõtraria fit mu
tatio: alias migratio. In gñatione vero non in cõtrarijs
sed ab ijs que genus idem subeũt: singula fiunt. Anne igitur
naturę malũ? Nam multa esse mala in mũdo nemo in-
ficias ierit. ¶ An malum ipm asseramus oportet non es-
sentiã viuẽtem animaqꝫ pditam: sed affectionẽ animę
virtuti contrariã: a ꝓbitatis finibus lapsu/ nimirũ in ipsis
desidiosis ac inertibus emergentẽ? Noli itaqꝫ malũ foris
explorare: nec vetustã quãdam naturã principẽ mali-
Basilius. gnitatis imaginari: omnis mali parẽs cupidus est: mali
sui quisqꝫ vitijqꝫ seipm autorẽ atqꝫ originẽ noscat. Nam
si ea que nobis eueniũt: partim a natura ꝓficiscũtur vt
senectus ⁊ morbus ⁊ mors: partim sua sponte ꝓueniũt/
quales sunt casus rõne vacãtes: vt inuentio thesauri fo
dienti puteũ: lapsus macerię depulsę sup eum qui forte
petebat: partim in nobis ipsis sunt collocata: vt cupidi-
tatibus modũ imponere: cõtinere iram: auaritiã frenare
aut laxare frena: vera dicere aut falsa: moderatũ moris
bus esse: aut fastum ꝓse ferentem ⁊ supbiam: quoruꝫ
nos ipsi dñi sumus: corum principia nõ aliunde queramus:
Malũ vñ. sed quod ꝓprie malum est: id a volũtate sumpsisse prin
cipiũ electionemqꝫ sciamus. Non enim si nobis inuitis eue
niret: si timorqꝫ in nobis non esset: tantus a legibus metus
ijs qui iniuria cęteros afficiunt immineret: pęnęqꝫ tam
indepcabiles essent quę maleficijs definiũtur. Hec aũt

de ꝓprie malis dicta sint: Morbus.n. ignobilitas paup
tas: cęteraqꝫ id genus: nõ mala putãda sunt: et qr nobis
inuitis accidunt: ⁊ qr ea que istis aduersantur nõ annu-
merantur inter simpliciter bona sicut patꝫ ad sensum. Si
autẽ tanta pęna mulctantur vt cum diabolo mittendi sint Matth.25.
qui sua non dederũt: qua pęna feriẽdi sunt in quorum Hiere.2.
alis inuẽtus est sanguis animarum pauperũ? Sed inquit
Job: cum satiatus fuerit arctabitur. Job.20.ca. Quomõ? diui
tis cuiusdã ager vberes fructus attulit. Impletũ est de Lucę.12.
siderũ diuitijs: et tñ vbi tot reponeret fructus non habe- xv.
bat. Quid ergo faciã? Et videtur cõsiliari prudẽs homo/
talpa cęcior: imo alter argus. Quid faciã inquit: quasi
nullus esset paup in mundo. Pensemus quot votis ap-
petijt vt vberes fructus ager illius afferret. Et ecce vt vo Gregorius.
ta sua expleta sunt: quid agat ignorat. O angustia ex sa
cietate nata. de vbertate agri angustiatur animus auari.
Sed omnis dolor irruet sup eum: vt cum sollicito timore
custodiat/ qd cum graui labore meminit acquisitũ: qm Diues.
ipse volũtarie inseruit se doloribus multis. [Tu autem
homo dei hęc fuge.] et in monte saluuꝫ te fac. [Sectare Genes.19.
aũt iusticiã: fidem: charitatẽ: patiẽtiam: mãsuetudinẽ.] Judex.
Est autẽ iudex quasi argenti ⁊ auri cognitor sicut dicit
phus: vt vere iustũ ab adulterato discernat: sicut scriptuꝫ
est: Pecora tibi sunt: attende illis: ⁊ si sunt vtilia: pseue Eccli.7.
rent apud te: hoc est: Filij tibi sunt erudi illos: ⁊ curua
illos a pueritia eorum. Noli quęrere fieri iudex: nisi va
leas virtute irrũpere iniquitates: ne forte extimescas fa Ibidem.
ciem potẽtis: ⁊ ponas scandalũ in agilitate tua. Secta-
re igitur iusticiã mãsuetudinẽ/ exemplo Mosi pastoris Nũeri.12.
domus israel: qm scriptuꝫ est: ꝓpter veritatẽ ⁊ mãsuetu Ps.144.
dinem ⁊ iusticiã/ deducet te mirabiliter dextera tua. Se-
ctare has virtutes quarũ nullam repire est in auaro vil-
lano. Non iusticiã: vbi rapina regnat: nõ fidem vbi est
idolorum cultus: nõ charitatẽ: vbi cupiditas imperat: non pa Job.41.
tientiã vbi psidet supbia: non mãsuetudinẽ: vbi sedem
obtinet qui est rex sup omnes filios supbię. Et qm non xvj.
certamen auaritię sed fidei ingressus es/ cui non corru-
ptibilis corona sed merces ęterna reposita est: Certa bo p.Cor.9.
num certamẽ fidei: apprehẽde vitam ęternã ad quã vo
catus es: ⁊ cõfessus es bonam ꝯfessionem corã multis
testibus.] Est aũt certamen fidei cõtra ea que sunt in mũ
do vꝫ cõcupiscentiã oculorum: ꝯcupiscentiã carnis: fastuꝫ p.Joan.2.
vitę: que tria noie Gentiũ significantur quas eiecit dñs a
facie israel: vt ecclesiam suam nouellis arbustis planta-
ret. Fidei igitur victoria est cum omnia vitia subiugãtur: Deut.11.c.
iuxta qd dicitur: Omnis locus quem calcauerit pes vester: ve
ster erit: vt deinceps recta via pueniamus ad eum qui est
merces nostri laboris. Ad hãc igitur fidei victoriã ⁊ ad
hoc certamen vocauit te deus/ o fili Timothee: cum iu-
dicio suo pelegit te vt psideres ouibus eius: hoc certa-
men ⁊ tu ꝓfessus es multis coram testibus/ suscepto epi
scopi munere. ¶ Certa inquit bonũ certamen. Et quo-
modo dictũ est Petro duos habẽti gladios: satis hucu- Lucę.22.
sqꝫ bellatũ est Petre: recõnde gladiũ tuuꝫ in vaginã?
Sed nõ est nobis colluctatio contra carnẽ ⁊ sanguinẽ. Exodi.1.
Ephes.6. Surrexit enim rex nouus in terra: ⁊ qui non no-
uit Joseph: ⁊ quęrit delere nomẽ israel de sub cęlo. Sem
per quidẽ aduersus ppłm dei rex iste multa molitur: ⁊ ar
tes nocendi semper nouas inquirit: verũ tunc calliditas Origenes
eius supeminet modũ: cum obstetricum ministerio so-
bolem gẽtis conatur extinguere: quarum arte solet vita ser- xvij.
uari. Vult igitur hostis hic: infantes masculos occidere
seruari fęminas: vult vt omnes carnalia sapiant: tem-
poralia desiderent: que sup terrã sunt quęrãt: nemo ele
uet ad cęlum oculos suos: nemo requirat vñ huc vene-
rit: nemo patriã paradisum recordetur. Qd si qui inuen
ti fuerint oppositũ facientes: opprimuntur luto ⁊ lateribus
et discurrere facit per tractus maris ac terrę ad paleas Exodi.5.
cõgregandas. Ipse est rex qui te foris pulsare litibus fa-
N

cit: ꝛ pro exiguo terre cespite ꝓpinquos iurgijs fatiga
re: castitati insidiari: occipe innocentes: Domi fedas fo
ris crudelia: intra cõscientiam flagitiosa committere.
¶ Ipse est qui timet ne increscãt filij israel ꝛ expugnẽt
se ꝛ regnuꝫ suum: ꝛ exeant de terra Pharaonis liberi.
Et vnde hoc sentit ꝛ timet diabol⁹? Quia sepe cõgres
sus est: sepe luctatus est: ꝛ sepe supatus est. Scit enim
ꝛ ipsum Iacob luctatũ esse: ꝛ adiutorio angeli obtinuis
Genes. 32. se victoriã: ꝛ inualuisse cum deo. Phiton: Ramesses ꝛ
Hon: idest ciuitas solis: he sunt ciuitates quas sibi ex
Apoc. 13. strui vult: Vult enĩ nos semper portare in fronte vel in
pectore characterẽ bestie. Sed quia multi sunt isti ma
gistri qui nos ad opera terrena cõpellunt: veniens Ie
sus misit principẽ exercit⁹ sui apostolũ Paulũ cumqꝫ
eo alios. 12. qui nos ereptos de potestate eorũ: doceant
operari in libertatem. Huius autẽ ꝛ coadiutor Timo
theus est: cui dicit: Certa bonum certamẽ: vt apprehẽ
das vitam eternam.

¶ Precipio tibi coram deo qui viuificat om
nia & Christo Iesu qui testimoniũ reddidit
sub Pontio Pilato bonam cõfessionem: vt
serues mãdatũ sine macula irreprehẽsibile
vsqꝫ in aduentũ domini nostri Iesu Christi:
quem suis tẽporibus ostendet beatus & so
lus potens rex regum & dñs dominãtiũ: qui
solus habet immortalitatẽ & habitat lucem
inaccessibilẽ: quem null⁹ hominũ vidit sed
nec videre potest: Cui honor & imperiũ in
sempiternũ amen. Diuitib⁹ huius seculi p̃
cipe non sublime sapere: nec sperare in incer
to diuitiarũ: sed in deo viuo qui pstat nobis
omnia abunde ad fruẽdum: bene agere: diui
tes fieri in bonis operib⁹: facile tribuere: cõ
municare: thesaurizare sibi fundamẽtũ bo
num in futurũ: vt apprehẽdant bonam vi
tam. O Timothee depositum custodi: deui
tans pphanas vocũ nouitates & oppositio
nes falsi nominis scientie: quam quidam p
mittentes circa fidem exciderunt. Gratia te
cum amen.

xviij. ¶ Precipio tibi in cõspectu dei qui viuificat omnia: et
Iesu Christi qui testificat⁹ est sub Pontio Pilato bo
nam cõfessionem vt serues p̃ceptum immaculat⁹: irre
prehensibilis: vsqꝫ ad apparitionẽ domini nostri Iesu
Christi: quam tẽporibus suis ostẽsurus est ille beatus
ꝛ solus princeps: rex regum ꝛ dñs dñantium: qui solus
habꝫ imortalitatẽ: lucẽ habitans inaccessam: (sed iam
Ezech. 1. electri claritate accessibilẽ fecit) quem vidit nemo ho
minũ nec videre potest: cui honor ꝛ imperiuꝫ sempi
ternũ: amen.] Vide igitur quib⁹ nexibus quibusqꝫ sa
cramẽtis Timotheũ cõstringit: pro eo ꝙ in eius ꝑsona
totius populi salus cõsistit. Neqꝫ enim Timotheus vi
cturus erat vsqꝫ in diem aduẽtus Christi ad iudiciũ: sed
in vno pastore omnes cõmonefacit officij sui: vt exemplo
Timothei ecclesie ordinationẽ custodirẽt: qm̃ ꝛ Pau
lus et si non corpore spiritu tñ ꝛ doctrina p̃sens est ec
clesie dei vsqꝫ ad cõsummationẽ seculi. Si queras quod
testimoniũ Christus coram Pilato testificat⁹ est: nem
Ioan. 18. pe illud: Ego ad hoc natus sum ꝛ veni in mũdum: vt te
stimoniũ phibeam veritati. Pro hac enĩ veritate tuẽ
da mortuus est: simul ꝛ pro peccatis nostris. Mortuus
est p̃ menda veritate: sed mortẽ illam obtulit pro pec
catis nr̃is: sicut alias diximus de mente doctoris nostri

tn. 3. ¶ Qꝺ autem deus dicit solus beatus ꝛ solus po diuinꝫ.
tens: quod de patre dicit: toti cõuenit beatissime trini
tati. Beatitudinẽ sane eius ꝛ eius omnipotentiam so
la fide tenem⁹. Dicit tamẽ phs: absurdũ est dicere cum
qui solus sit beatũ esse. Nemo enim eligeret cuncta bo
na possidere ſm seipsum: sed ille de homine loquit: se xix.
quit enĩ: Nam ciuile animal est homo: cum alijs viue
re natum. Trinitas tñ beatissima ꝛ si vnus est de⁹ ꝛ so
lus: tres tamẽ ꝑsone sunt: qm̃ non est consolatio ꝑfecta
solitario. Posuit tamẽ philosoph⁹ aliquid esse in rerũ
natura quod summũ bonum vocat dicens. Bene ostẽ
derẽt summũ bonum esse qꝺ omnia appetũt. Et illud:
Nos autem ꝓprium quiddam ꝛ quod leuiter auferri Phs.
nequeat summũ bonum vaticinamur: (ergo ꝛ hic pro
pheta est) Hoc autẽ non sunt pecunie: alterius enĩ gra
tia sunt. Id ergo est summũ bonuꝫ ꝓpter qꝺ omnia alia
optamus: qm̃ non est ꝓcessus in infinitum. sed qꝺ sit il
lud non ostẽdit. Dicit iteꝫ: qm̃ diuinũ inuidum esse nõ
conuenit: sed est maxime cõicatiuum sui ipsius. Dicit
iteꝫ: qm̃ felicitate adueniente: nullo alio indigebim⁹: et
ꝙ ipsa est finis omniũ rerum humanaꝝ: ꝛ ꝙ cuncta al
terius gratia expetimus p̃ter felicitatem. Hec ꝛ multa
dixit sapiẽs iste opinans/aut sicut ipse dixit: vaticinãs
¶ Tamẽ illꝺ mirabile est quomõ nullum potuerit btm̃
ostendere/vel ante eum fuisse: sed inquit felicitate ad
ueniẽte: nullo alio indigebim⁹. Interim tñ venit mors
ꝛ pro felicitate miseriã attulit: Qm̃ solus deus beatus
est: et solus habet imortalitatẽ: ꝛ habitat lucem inacces
sam: quod ꝓprie de patre dicit: hoc est quia nulli vnq̃
apparuit: sicut hoc loco dicit Ambrosi⁹. Et de hoc pau Ambros⁹.
lo superi⁹ disseruimus videlꝫ cap̃. ꝑmo huius epistole
ibi: Regi autem seculoꝝ ꝛc. ¶ Sicut autẽ hoc loco dicit
Chrysost. non dixit apl's ꝙ deus sit lux inaccessa: sed ꝙ Chrysost.
habitat lucem inaccessam: vt intelligas ꝙ ipse habitãs
deus inaccessibilis sit: quãdo domiciliuꝫ quod ipse in xx.
habitat inaccessibile est: nõ solũ humane scientie: sed si
cut scriptuꝫ est: ascendit super cherubim ꝛ volauit: hoc Ps. 17.
est collocauit tenebras latibulũ suum: excedens quoqꝫ
scientiam sanctoꝝ cherubim qui plenitudo scientie inter
pretant. Longe aũt magis est inaccessibile esse ꝙ incõ
prehẽsibile. Ad quod enĩ nullus põt vel accedere: quo
modo vel cõprehẽdere poterit? Mare enĩ accessibile q̃
dem est: non aũt mẽsurabile. At deus vtrumqꝫ est: nec
lux habitaculi eius accessibilis: nec eius essentia cõpre
hẽsibilis a creatura mundi. Inde seraphim velabant Esaie. 6.
facies: nequeũt enĩ ferre splendorẽ ꝓcedentem a thro
no dei. De hoc multa superius disseruim⁹. Nec mirũ
si oculis nostris lux illa inaccessa est: qñ ipsius solis or
bem intueri nõ possum⁹: sine oculoꝝ nostroꝝ multo di
spendio. Reuera autẽ hoc non ignorabat Moses ꝙ vi
dere faciẽ dei non poterat: sed deuotio sancta mẽsuram
supergredit: ꝛ putauit deo hoc etiam esse possibile qui Exodi. 33.
omnipotẽs est: vt corporeis oculis faceret id qꝺ est incorpo
reũ comphendi. ¶ Non rephensibilis hic error: sed etiã
grata cupiditas ꝙ dñm suuꝫ velut manib⁹ tenere: ꝛ vi
dere cupiebat: si tamẽ Moses tam sapiens et eruditus Ambros⁹.
hoc potuerit magis ꝙ in mysterio postulare: humanuꝫ
tamẽ est desideria supra nos extendere ad eum qui po Ephes. 3.
test supra ꝙ intelligim⁹. Itaqꝫ cõfisus ex nimia familia
ritate qua ore ad os loquebat deo: et sciens ꝙ angeli Numeri. 12.
paruuloꝝ semp vident faciem pr̃is: putauit ꝙ iam deũ Math. 18.
videre deberet: tanꝙ oblitus corporis qꝺ aggrauat ani Sap. 9.
mã. Nam alias cum videret rubũ ardere festinarat vi
dere mysteriũ ꝓpius: nisi audiret: solue calciamẽtum: Exodi. 3.
et ne appropies huc: qm̃ terra quam calcas sancta est.
Itaqꝫ huic soli deo beato ꝛ immortali ꝛ inuisibili quicqꝫ
lucem habitat inaccessibilẽ: quem nullus hoim vide
re potest: quẽ visuros nos credimus in gloria: Ipsi ho Iob. 19.
nor ꝛ imperiuꝫ. amen.] Diuitib⁹ huius seculi (sunt enĩ

Luce. 16. diuites alterius seculi quorũ sunt eterna tabernacula)
p̃cipe non superbe sapere: (durũ verbum) nec sperare
xxi. in incerto diuitiaꝝ. ¶ In incerto. Nihil veri⁹: nihil cer
Cresus. tius ꝙ diuitias fugitiuas esse. Cum semel a Creso voca
ret Solon: qui putabat hoiem in tantis diuitijs opulẽ
tum stupefactũ reddere: et eorũ aspectu nil animo mo
ueret phs: indignat⁹ rex quesiuit num aliũ se beatiorẽ
nosset? Tellus inqt: qui filios optime educauit: et ipse
optime viuẽs: pro patria obijt. Num inqt alium nosti?
Filios inqt Cleoboli. de quib⁹ vide p̃. Thessa. 4. 13. Hi
sicut optime vixerunt: ita mortem doloꝝ oim vacuam
ꝑsequuti sunt. Irat⁹ rex: in nullo me inqt beatoꝝ nume
ro reponis? O rex inquit cum hoim vita varijs fortune
vicib⁹ assidue rotet: beatũ neminẽ fore iudico: nisi vite
felicitatẽ cum honesta morte mutauerit. His dictis ꝑ
turbato vehemẽter Creso discessit. Paucis elapsis die
bus Cresus a Cyro in acie supatus: amissa vrbe/cum
ad incendiũ duceret: cõscensa pyra/alta qua potuit voce
spectantib⁹ Cyro ꝛ ceteris: Solon solon solõ clamauit.
Interrogari iussit Cyr⁹ quis hoim deorũue esset hic quẽ
vltimo supplicio tantopꝫ efflagitasset: qui nil mẽtit⁹ rei
ordinẽ narrauit: ꝛ quomõ nunc tandẽ sera penitẽtia af
ficiebat: factus triste spectaculuꝫ omnibus. hec cũ Cyro
renũciarent: cautior fact⁹ Cresi periculo: ꝛ eius fortem
miseratus/nõ solũ eum ab incẽdio exemit: sed ad vltimũ
vsqꝫ diem summo honore ꝑsequut⁹ est: vt intelligas ꝙ
vere dixit apl's: In incerto diuitiaꝝ non sperẽt diuites:
qm̃ omniũ maloꝝ radix est auaritia. [Sed in deo vi
uẽte: qui prestat nobis omnia abũdanter ad fruẽdum.]
¶ Cum aliqñ Cesar donaret Democrito (patris cuius
diuitie tante fuerũt: vt Xerxis exercitui epulũ dare fa
cile potuerit) quo sibi illuꝫ amicũ cõciliaret ducẽta ses
tertia grãdem vꝫ pecunie vim: ridẽs refecit: sicut refert
Seneca. Seneca. sequit ex vbis Senece. Ingẽtem rem dicam
(sed ab illo audiui) miratũ videlꝫ Cesaris dementiam:
ꝙ se putasset tãto posse mutari: qui tanta reliquerat. Si
tentare me inquit Cesar cõstituerat: toto illi fui expien
dus iperio: quasi qui nec toto posset mutari ab intẽtio
ne paupertatis. Itaqꝫ apl's non expauit diuitias sed mor
bum earũ. i. supbiam que est vermis diuitũ. Et reuera
Augustin⁹ grandis anim⁹ est/qui in diuitijs isto morbo non tenet.
Magnus est qui non se ideo magnũ putat ꝙ diues est.
xxij. Non supbe sapere. Nihil veri⁹. Bucephal⁹ Alexãdri
magni equ⁹/q̃ties nudus esset sicut egressus est de vte
ro mr̃is sue: equisonẽ in tergo admittebat: ornatus re
gijs phaleris neminẽ ferebat nisi regem ipsum: in reli
Deut. 32. quos omnes ferox ꝛ recalcitrans. incrassat⁹ est dilectus.
ꝛc. Vocãtur autẽ diuitie incertũ: qm̃ non diu stant sub
vno dño: rotant enim qm̃ sphericę sunt figure sicut in
Chrysost. ludo tesserarũ: Vel sicut seruus fugitiuus: cui si multa
vincula ꝛ custodes apponas: semp habita occasiõe ab
ruptis vinculis: aut vincula baiulans fugiet: sicut di
xim⁹ de Creso. De paupertate igit nihil precepit apl's di
uitibus sed de hũilitate: tum ꝓpter audientiũ imbecil

litatẽ: tum qꝛ modeste agere: ꝛ a supbia alienũ esse: bre
ui faciet ipsos ꝛ a custodia earũ et a studio acquirendi
liberari. Alioqui Abraam ditissim⁹ erat: in cuius sinũ Abraam.
Lazarus collocat⁹ est. Hic autẽ vsqꝫ adeo pro nihilo ha
bebat diuitias suas: vt iussus filiuꝫ immolaret/cui eas Luce. 16.
seruabat. Qñ autẽ epulo vituluꝫ tenerrimũ hospitib⁹
apponeret butyꝝ ꝛ similã: qui ipsi pauperi iacenti ante Genes. 18.
ianuã micas ipsas negabat? Sed p̃ualuit illa vox Eu Euripides
ripidis in aurib⁹ diuitũ: que tñ cum irrisione legenda
est. Sine me inquit vocari pessimũ/vt diues vocer. An
diues (an bonus nemo) oẽs querim⁹. Non querũt vñ:
quid habeas tm̃ rogant. Vbiqꝫ tanti quisqꝫ quantũ ha
buit fuit. Aut diues opto viuere: aut paup mori. pecu puerbiuꝫ.
nie enĩ vir. vide in Actis cap̃. 24. de iudice volente ex
torquere pecuniã a Paulo aplo. Deniqꝫ quantũ pecu
nia possit ostẽdit Iupiter/qui in similitudinẽ auree plu
uie descendit in vellus sed nõ virgineũ. ¶ Vñ ꝛ Tulli⁹:
nihil. n. tam sanctũ inquit/qꝺ non violari: nihil tam mu
nituꝫ qꝺ non expugnari pecunia possit. Fortis est rex: 3. Esdre. 3.
forte vinum: fortiores femine: fortissima veritas: omnia
tamẽ vincunt sonãte pecunia: etenĩ nemo est qui se ab Ps. 18.
scondat a calore eius: qñ et dij munerib⁹ capiunt. Ta
mẽ inquit apl's: precipe diuitibus (si forte tñ audire di
gnent) vt studiũ acquirẽdi cõuertant: ꝛ dispgant male
cõquisita: impartiant abunde ꝛ cum hilaritate vt cum Luce. 16.
ipsoꝝ marsupiũ defecerit: inueniãt qui eos recipiãt in xxiij.
eterna tabnacula: vñ sequit. [precipe vt bñfaciant: vt di
uites sint in operib⁹ bonis. (Tobias enĩ vir nudus la Cap. 1.
tere potuit principẽ huius seculi:) vt faciles sint ad im
partiendũ: liberali cõmunicantes: thesaurizare sibi ac
reponere fundamentũ bonũ in futuꝝ:] aurum videlꝫ: p̃. Cor. 3.
argẽtum ꝛ margaritas: seminãtes in terra/que in celo
cum gaudio centupluꝫ metant [vt apphendant veram
vitã.] vita enĩ p̃sens imago mortis vocat in scriptura: Hiere. 2.
fugit enim velut vmbra: postꝙ omnis dies gradus est ad
mortẽ. [O Timothee depositũ custodi:] hoc est doctri
nam quã a me bona fide didicisti/ne sinas hereticis ad
inuẽtionib⁹ viciari. ita exponit Ambro. licet non inco
grue intelligi possit depositũ hoc: iuxta illud qꝺ Petro
dicit: pasce agnos: pasce oues ꝛ oues meas. hoc depo Ioan. 21.
situ tanti estimauit deus: vt filiũ suum vnigenitũ daret:
vt omnis quicũqꝫ crediderit non pereat/sed habeat vitã Ioan. 3.
eternam. Custodi igit ꝛ hoc depositũ: memor qm̃ iudi
ciuꝫ durũ fiet cum ijs qui p̃sunt. Custodi ignem illum Sap. 6.
qui vestalib⁹ tradebat seruãdus: quẽ deus misit e celo
ꝛ vult vt ardeat. [ꝓphanas aũt inanitates ꝛ oppositio Luce. 12.
nes falso nominate sciẽtie deuitans: quã nõnulli ꝓmittẽ
tes: circa fidẽ aberrauerũt.] Qui. n. hmõi questiões et
λογομαχίας tractant/que magis inflant ꝙ edificant:
dicunt de fumo disceptare: texentes te Esaie. 59.
las araneaꝝ que nulla soliditate subsistũt. sequit suscri
ptio apl'i. Gratia sit tecũ. amen. Gr̃a autem vita eterna Roma. 6.
per iesum Christũ dñm nostrum. amen.

Explicita est epistola ad Timotheum prior.

¶ Argumentũ in posteriorẽ ep'lam ad Timotheũ.

Quoniã in superiori ep'la spem sui reditus fecerat apostol⁹ Ti
motheo apud Ephesios cõmorãti: nec fuit eius prestandi facultas eo ꝙ Ro
me in vinculis haberet: litteris eum cõfirmat: ne ꝑsequutionũ irruentiũ p
cellis cõsternaret: sed magistri sui exemplo aĩam ad martyriũ p̃pararet: Insta
re enĩ tẽpora periculosa ob quosdã pietatis p̃textu veram religionẽ subuer
tentes: itaqꝫ se iactantes quasi in verbis cõsistat christiana charitas & nõ ma
gis in animi synceritate. Deinde testatus imminere diem obitus sui: seqꝫ iam
a plerisqꝫ destitutũ: iubet vt Timothe⁹ vna cum Marco festino cursu ad se Romã veniat. Scri
psit autem Rome cum iterũ ad Neronis tribunal sisteretur.

¶ Primum Caput.

Aul⁹ apostolus Iesu Christi p volūtatē dei ꝫm pmissionē vitæ que est in Christo Iesu Timotheo charissimo filio gratia & misericordia & pax a deo patre nostro & Christo Iesu domino nostro. Grãs ago deo meo cui seruio a pgenitoribus meis in cōscientia pura: q sine intermissione habeam tui memoriã in orõnibus meis nocte ac die: desiderãs te videre: memor lachrimarū tuarum: vt gaudio implear recordationē accipiens eius fidei que est in te non ficta: que habitauit primum in auia tua Loide & matre tua Eunice: Certus sum autē q & in te. Propter quã causam admoneo te: vt resuscites gratiã dei que est in te per impositiōem manuū mearum. Non enim dedit nobis deus spiritū timoris: sed virtutis & dilectionis & sobrietatis.

i. ¶ Paulus apostolus Christi Jesu
per voluntatē dei ꝫm pmissionem vitę que est in Chri
sto Jesu scribit hãc epłam Timotheo dilecto.] Si iux
ta tritū vulgi ꝫmonē: bis ac ter dicenda sunt q̃ pulchra
sunt: eadem & optima: hoc satis cōgrue cōuenire arbi
Canti.8. troz nomini Pauli apostoli: cuius fama & si aliqñ ter-
rori fuit ecclesię Christi/quando vbera non habebat:
nunc vas electissimū est Christi bonum odorem vbiq
fragrãs: cuius cygnea cãtatio quoties sonat in aurib⁹
Ps.50. nostris: auditui nostro dat gaudiū & lęticiam. Nulla.n.
satietas rerum honestaꝝ: sed oīno ea vis inest rebus
egregiis/vt quo sępius ac pressi⁹ inspiciant: hoc magis
Horatius. placeant: iuxta quod dixit Horatius: que si ppius stes:
te capiet magis: ac decies repetita placebit. Ecce iam
decies repetiuit nomē suum apłs scribens Romanis se
mel: bis Corinthiis: Galatis semel: itē Ephesiis: Phi
lippēsibus: Collossensib⁹: iten ad Thessalonicēses bis
& semel ad Timotheum. Ecce decies replicatum est:
ii. Paulus apłs: & nunc denuo nomē suum ingerit aurib⁹
nostris: non eñ timet vt filii execrent patris nomen: to
ties etiam replicatū: nec timet ne oues formident au-
dire nomen pastoris/ex lupo sęuissimo conuersi ad mã
suetudinem Christi: vt fieret princeps exercitus domi
Josue.5. ni. Vidit inquit Josue in agro virum stantem cōtra se/
euaginatū tenētem gladium: preritq ad eum & ait: No
ster es: an aduersarioꝝ? reuera heri & nudiustertius non
p̃.Reg.4. erat tanta exultatio in israel. Quenã ergo res contigit
Saul filio Cis? p̃.Reg.10.capi. Num & Saulus inter
credentes? Gloria in excelsis deo: qui talem virum pfe
cit exercitui suo/qui ab humero & supra emineat super
Canti.8. oēm populū: vt deinceps dicat ecclesia cōfidenter: Ego
murus: et vbera mea sicut turris: ex quo facta sum co-
ram eo quasi pacem repiens. Itaq apłs Paulus vo-
cat ecclesię vber vel vbera ppter abūdãtiam doctrinę
vtriusq instrumēti. Ipse est murus ecclesię contra spi-
rituales nequitias: ipse dedit pacem ecclesię: que aliqñ
cōquerebat de illo dicens: Filii mris meę pugnauerūt Canti.1.
contra me. et nūc quid? Paulus apostolus ꝫm pmis-
sionē vitę que est in Christo iesu: hoc est vt annūciem iii.
his qui in tenebris sedent vincti mēdicitate & ferro si-
ne spe & sine deo & sine testamēto quãta sit felicitas vi- Ephes.2.
tę ęternę quam nobis pmisit pater misericordiarū per
filium suum vnigenitū: siue ad cōsequēdam vitam ęter-
nam que est in Christo iesu: ne vitę huius detrimentū 2.Cor.4.
magnifaciam⁹: scientes qm̃ momētaneū laboris nostri
immēsum glorię pondus operatur in nobis. Is ergo
Paulus est qui nūc filium suum alloquit dicens [Gra
tia & misericordia pax q vera quam mundus non habet
veniat sup te & hoc a deo patre et Christo Jesu dño no-
stro:] Gratia de qua dicit: Illumina lucernã meã dñe: Ps.17.
deus meus illumiã tenebras meas. ¶ Gra enim oleum
est quod acceperūt quinq prudētes virgines cum lam Math.25.
padib⁹ suis. Gratia eñ illuminat habitaculū cōscien-
tię nostrę: sicut dicit: Lumen refulsit in habitaculo car- Actu.12.
ceris: excitat torporē mētis: surge velociter: operit nu-
ditatē animę nrę: pręcingere & calcia te caligas tuas.
Soluit vincula pctōꝝ nostroꝝ: quia ceciderūt catenę de Ps.67.
manibus suis: educit vinctos de sepulchris: venerunt
ad portã ferreã que vltro aperta est eis: restituit aīam
in pristinam libertatē: quia nunc scio vere q misit dñs
angelū suum/et eripuit me de manu Herodis: liberat iiii.
a morte ęterna: et de oñi expectatione plebis iudęorū:
quib⁹ post pascha volebat tradere Petrū. soporat & li-
gat passiones carnis concupiscentes contra spm̃: quia Figura.
quatuor quaterniones interim somno grauati erant.
Hec oñia qm̃ non meritis nr̃is sed mia dei & grã eius
pagunt: a quo oñe datū optimū: Inde est q apłs Pe Jacobi.1.
trus nesciebat qz verum est qd̃ fiebat per angelū. Qm̃
autem & si a patre descēdat oñe donum spūale: non tñ
sine volūtate vnigeniti filii ei⁹ sicut hic dicit apłs: Gra-
tia & pax et misericordia a deo patre & dño Jesu christo:
Inde est q quart⁹ qui apparuit in fornace Babylonis/ Daniel.3.
et fecit mediū eius quasi vētum roris: similis erat filio
dei. [Grãm habeo deo meo cui seruio a pgenitoribus
in pura cōscientia q sine vlla intermissione faciã de te
memoriã in orõnibus meis noctu dieq: desiderans te
videre: memor lachrymaꝝ tuarum vt gaudio replear.]
Non sunt istę lachrimę Bethsabe lugentis virum mor 2.Reg.11.
tuū: perdidit eñ plebeiū & acquisiuit regem. Gratias
agit apłs pro eo q post multa demerita cōsequut⁹ est/
quod alii vix obtinent post multos labores exhaustos. Deut.34.
Deniq Moses expletis ãnis quadraginta laboris sui:
quid audiuit? Hec est terra pro qua iuraui Abraam:
Isaac et Jacob. vidisti eam oculis: & non transibis ad v.
illam: nec viuens nec mortu⁹. Nõne autem Moses ser
uiebat eidem deo cui & apostolus? Qui sunt eñ pge-
nitores Pauli: nisi Abraam: Isaac: Jacob: Moses:
& cęteri pro quibus nati sunt filii eorum apłi oñes vi- Ps.44.
delz/de quoꝝ numero Paulus est? Hoc igitur de Mose
scriptū est. De Paulo autē quomõ legimus: Scio ho
minē ante annos.14. multo tunc Mose inferiorē: nul- 2.Cor.12.
lis pcedentibus meritis celebrem & famosuz: sicut me-
retrix illa: Lucę.7. raptum non in terram lacte manã-
tem sed in tertiū cęlum: ac deinceps in paradisum dei:
& audisse arcana verba ac proinde ineffabilia. Pro hu
iusmodi gloriatur apostolus: imo & pro hmõi gratias
agit deo/cui seruit a pgenitoribus suis: fides enim ea-
dem est & illorū pcedentiū patrū & nostra: qz de eodem
obiecto & de eisdem credēdis &c. Seruit autem aposto- vi.
lus in cōscientia pura: licet nemo de cōmuni cursu sciat
vtrum odio an amore dignus sit. Dicit autem alibi apo Eccles.9.
stol⁹. scio q nec mors ipsa poterit nos separare a chari

tate que est in Christo Jesu. Et illđ: Nos aūt non spm̃
Roma.8. huius mundi accepimus: sed spiritū adoptionis in quo
clamamus Abba pater. Gratias itaq ago deo meo cui
seruio in cōscientia pura q eius dono tu talis nobis fi-
lius contigeris: vt tuo merito non te aliter q̃ vnicum et
charissimū amplexer pignus. Gratias inq̃ ago: q sine
intermissione memoriã habeam tui in orõnibus meis:
Interim autē desiderans te videre: & dexteram cōiunge
re dextera. Et vnde tantū desideriuz in apostolo filium
suuz inuisendi? ¶ Memor inquit lachrimaꝝ tuaꝝ quas
in discessu meo fudisti. durū est enim ab amicis seiūgi.
Et sicut dicit philosoph⁹: amicitia maxime est necessa-
ria in vita: sine amicis.n. null⁹ eligeret viuere: licet cun
Amici. cta possideret alia bona. vnde amici si sint inquit phs:
nihil op⁹ est iusticia: at si sint iusti: nihilomin⁹ opus est
eis amicitia. Qm̃ autē sicut dicit in pverbio: multas
amicitias silentiū dirimit: absentia enim dilecti obliuio
nem parit: Memor inquit Paulus lachrimarū tuarū.
Ne putes inquit qm̃ absens sum corpore: min⁹ te dili-
gere: lachrymę tuę semp recentes & calidę pseuerant in
memoria mea. Hoc autē fortassis non seruauit sanctus
Dauid. Cum eñ discederet a Jonatha amico suo cha-
rissimo: osculãtes se alterutruz fleuerūt pariter: Dauid
autem amplius: ac deinceps: quecūq iurauim⁹ ambo
p̃.Reg.20. in nomine dñi: dicentes: domin⁹ sit inter me & te: et in-
ter semē tuum & semen meū vsq in sempiternū: subau
di firma sint & rata: dolor enim et lachrimę intercide-
vii. runt verba: sicut ibi: si cognouisses & tu. Lucę.19. Hui⁹
itaq ius iurandi & harum lachrymarū immemor Da-
uid: sententiã iniquã protulit dicens: tua sint oñia que
fuerūt Miphiboseth. 2.Reg.16.cap. Is autē erat filius
Jonathę. Videt autem amicitia magis in exhibendo
Phs. amorem q̃ in recipiendo cōsistere. Signuz autē huius
q matres filios amare gaudēt: amari vero nō quęrūt:
si vtraq fieri nequeūt: sed satis illis videtur: si filios vi-
deant agere pspere & feliciter. Fieri autē potuit vt gra
tus filius a magistro sepatus fieret: non secus q̃ infans
distract⁹ & appulsus ab vberib⁹ matris: atq lactis ali-
monia destitutus. [Vt gaudio replear: vbi cōmonefa-
ctus fuero que est in te syncerę fidei: que habitauit pri-
mū in Auia tua Loide & matre tua Eunica. Certū au-
tem scio q in te quoq.] Non immerito igitur apostol⁹
amãtem se discipulū videre desiderat: qui lachrymat⁹
esset in pfis discessu. Quid.n. miseri⁹ q̃ amãtē nō ama
ri? Totus tamē affectus hic Pauli erga Timotheū p
pter fidem est/ que erat in eo inuiolata sicut fuerat in
Auia & in matre sua Eunica. ¶ Quēadmodū autē reli
gio et cultus dei in apostolo Paulo velut hęreditaria
fuit/vt coleret eūdem deum christian⁹ effectus: quem
crediderūt sui pgenitores: (quia & quãdo ecclesiam p-
sequebat amore dei faciebat non maleuolētia: vnde di
cit ignorans feci:) ita videtur & hec fides Timotheo a
maiorib⁹ quasi per manus tradita: cum primū ea pfue
rit in Auia eius: tum deinceps et in matre eius. Non
viii. meminit autē apłs de patre/deq auo eius. Erat enim
Origenes natus de patre Gentili: et Judęa matre sicut alias di-
ximus. Sicut autem dicit Origenes: nihil mihi cōducit
martyr: pater si nō bene vixero: & ornauero generis mei
nobilitatē. In cassum dicunt Judęi patrē suum Abraã:
cuius fidem non ostēdunt: Joan.8.cap. quãdo nec Noe
Ezech. nec Job nec Daniel liberabunt filios suos: Ezech.14.
Beat⁹ homo qui spem habz in semetipso & vita sua. ma
ledictus autē qui spem suam ponit in homine: Hiere.
17.capi. [Quã ob causam cōmonefacio te vt suscites
donum dei qd̃ est in te per impositionē manuū meaꝝ.]
Ambrosius legit: vt recrees donū dei. Gręce autem est
ἀναζωπύρειν. quod pprie est ignem iam cōditum ac
Matth.25. pene deficientem ac sopitum suscitare: iuxta illud: Da-
te nobis de oleo vestro: quia lampades nostrę extin-
guntur. Extinguūtur: nec tamen dixerunt extinctę sunt:
quoniã habebant quidem fidem sed non opera. Cuius
ergo lampas ardet charitas est in eo. Cuius extinguit: Charitas.
fides sine operibus: cuius extincta est: hic fidem abne
gauit. Unde & angelo ecclesię Philadelphię dicitur:
Scio opera tua: Ecce dedi coram te ostium apertuz qd̃
nemo pōt claudere: quia modicã habes virtutē: et non
negasti nomen meuz. Vide quid dicit: ostium dedi ap- Apoc.3.
tum. Quod ostium/nisi illud de quo dicit: que paratę
erant intrauerūt cum sponso ad nuptias: & clausuz est
ostium? Itaq quãdiu aliquam habemus virtutem: &
non ex toto iniqtas intercidit lumē animę nostrę: aper
ta est ianua. Cum autē extinctum fuerit: ianua clausa
est: et ad stultos dicit: Amen dico vobis nescio vos. Matth.25.
Cōmonefacit ergo filium apostolus officii sui: non qui-
dem quasi mortuo verba faciat/ sed quasi dormitanti:
non autem dormienti: non vtiq quasi viuo cadaueri: Cantic.5.
sed quasi ei qui dormiens vigilabat. Videtur autē apo
stolus innuere illud veteris pverbii/ quo dicit: Viui:
incende ignem. vbi in negotii periculosi puncto festinã- pverb.
dum admonemus: & occasionem accipiendam: vt cum
scintillula reperta: pperatur ne pereat & illa: qua peni
tus extincta: nulla reliqua spes est rursus excitandi do ix.
num dei/quod in nobis erat & iam non est: proiiciendi
proinde in tenebras exteriores: videlz extra omnē co- Matth.22.
gnitionem dei: sicut dicit: Amē dico vobis nescio vos:
Ibidem.7.capi. ¶ Hinc pręcipit in lege omni israel/vt
afferant ad Mosen oleum de arboribus oliuarū puris-
simū piloq contusum: vt ardeat lucerna semper in ta- Leuit.24.
bernaculo testimonii extra velum quod appositum est
testimonio: quam collocabūt Aaron & filii eius: et vsq
mane luceat coram deo. Perpetu⁹ erit cultus per suc-
cessiones eorum coram filiis Israel: quo testimonio ni
hil manifestius dici potest. Lumen quidem Aaron ac
cendit: sed populus ministrat oleum/quo ignis resusci Figura.
tetur & nutriat cultu perpetuo. Cum igitur audis: Aa-
ron collocabit lucernam: intellige quomõ per imposi-
tionē manus apostolicę datus est spūs sanctus Timo-
theo episcopo. Cū autem audis/filii israel ministrabūt
oleum: intellige quomõ Timotheus iubetur recreare
spiritū qui in eo est: vt & ipse tradens eūdem spiritū po
pulo dei: cōsimili modo admoneat vt pfoueant spiritū
quē acceperūt & ipsi ministerio sui pastoris. Lucet au-
tem extra sanctū sanctoꝝ sed in conspectu domini: iux-
ta illud: sic luceat lux vestra coram hominib⁹: vt glorifice Matth.5.
tur deus. Qd̃ pręcipit vt oleum sit purissimū non fuca
tum sed ex oliuis: illud innuit ne sim⁹ quasi sepulchra
dealbata: lupi in pelle ouina. Deniq iubetur lucerna Ibidē.23.
hec ardere tota nocte vitę psentis: q̃diu non venit spon
sus/vt qui parati sunt ingrediant cum illo ad nuptias: Apoca.vlt.
foris autem canes & venefici & impudici & homicidę &
idolis seruiētes: et omnis qui amat & facit mendaciuz. x.
[Non enim dedit nobis deus spiritū timoris sed potē-
tię & dilectionis & sobrietatis.] Spiritu timoris negauit Actu.5.
Petrus: spū potentię loquut⁹ est: obedire oportet deo
magis q̃ hominib⁹: Congruit autem hec sentētia cum 1.Thessa.5.
illa: spiritū nolite extinguere. Gratiam eñ spiritus san-
cti quam accepim⁹ ad ecclesię institutionē vel extingue
re vel excitare in nobis est: Spirit⁹ enim angore animi Apoca.3.
et negligentia extinguitur: sicut dicit: neq frigidus es
neq feruidus: vigilantia vero & intentione suscitat. Il-
le quidem intra te est: cęterum tu vehemētiorem illum
efficere stude. Accepimus itaq spiritū veritatis vt ne ti
meam⁹ eos qui occidūt corpus/diripiunt peculiū: famã Matth.10.
nostram inurūt: non eñ habent amplius quid faciant.
Spū dilectionis/vt dicamus: Dñe parat⁹ sum ppter te Lucę.21.
& in mortē & in carcerē ire. Accepim⁹ & spū sobrietatis:
hoc est mentē sobriã & sanam. Et quēadmodū fieri non

potest vt qui nauigāt/absq; cura ⁊ sollicitudine sint:ita
⁊ qui vitā hanc fragilem viuūt:absq; sollicitudinis an=
gore esse nō possunt. Omnis ętas:omnisq; hominū cōdi
tio vterq; sexus cuncta plena sunt curis ⁊ sollicitudini=
bus:⁊ nunc mērore nunc gaudio:nunc paupertate:nunc
diuitijs a recto cursu deflectimur:nūc sanitate nūc ęgro
Ps.92. tatione concutimur. ¶ Mirabiles enim sunt elationes
xi. maris salebrosi huius: hunc humiliat et hunc exaltat:
Ps.106. ascēdunt vsq; ad cęlos/⁊ descendunt vsq; ad abyssos:⁊
inter tot procellas cōfragosi maris vndiq; tundimur: vn
diq; circūuallamur:hinc cete grādia: hinc ⁊ sirtes:hinc
⁊ piratę: Indeq; syrenarū cantus mortiferi:nec raro qui
per longum pelagus trāquillitate potiti sunt: in portus
faucibus demerguntur. Maxime itaq; nobis necessari9
est spiritus sobrietatis/quo quasi recto clauo omnē vi=
tę nostrę ordinem gubernem9. Denique si sęculu3 ipsum
aspicias:oīa sunt litis ⁊ cōtrouersię. Qui multos ha=
Chrysost. bet filios cum paupertate: nihil aliud lamentatur ꝙ̄ filiorū
multitudinē. E cōtra autem qui nullum habet cū mul=
ta interim possideat. si autem vnum tantū habet: nihil
molestius. Hic enim segnis efficitur:⁊ in tristicia semper
est pater: cum ei sit desiderabilis: nullam aūt correctio
nem admittat. Vxor pulchra suspitionē generat:defor=
mis fastidium. Qui pest/conqueritur molestias quas in
alienis patitur:subditus nihil ait esse seruilius ꝙ̄ alienę
potestati subiacere. Vxorat9 cōqueritur dura pondera
Eccls.4. matrimonij: solutus replicat illud: Ve soli: vnus enim
quomodo calefiet? Denique omnino morosum est gen9 hu
manū:⁊ nunꝙ̄ in eodē velle permanet:factus sibimetipsi
grauis: nunꝙ̄ de sua sorte cōtentus: semp in dexteram
aut sinistram declinās: nisi audiat vocē spiritus sobrie
Esaię.30. tatis dicētis: hec est via ambulate in ea.

¶ Noli itaq; erubescere testimoniū dn̄i no=
stri: neq; me vinctū eius; sed collabora euā=
gelio dei s'm virtutē dei: qui nos liberauit &
vocauit vocatione sua sancta: non s'm opera
nostra sed secundū propositum suum & grām
que data est nobis in Christo Iesu ante tēpo=
ra secularia. Manifestata est autem nunc per
illuminationē saluatoris nostri Iesu Christi:
qui destruxit quidē mortem/ illuminauit au
tem vitam & incorruptionē per euāgelium
in quo positus sum ego p̄dicator & apostol9
magister gentium/ob quam causam hec pa
cior: sed non cōfundor. Scio enim cui credi=
di & certus sum/ quia potens est depositum
meum seruare in illum diem. Formam ha=
be sanorū verborū que a me audisti in fide
& dilectione in Christo Iesu. Bonum depo=
situm custodi per spiritū sanctum qui habi=
tat in nobis. Scis em̄ hoc ꝙ auersi sunt a me
omnes qui in Asia sunt: ex quibus est Phile
tus & Hermogenes. Det mīsericordiā domi=
nus Onesiphori domui: quia sępe me refri=
gerauit: & catenam meam non erubuit. sed
cum Romam venisset: sollicite me quęsiuit
& inuenit. Det illi domin9 inuenire miseri=
cordiā a deo in illa die: & quanta Ephesi mi=
nistrauit mihi: tu melius nosti.

¶ Ne igitur te pudeat testimonij dn̄i nostri neq; mei
Luce.9. qui sum vinctus illius.] Scriptu3 nosti: qui erubuerit
confiteri nomē meum coram hominib9: ⁊ filius homi=
nis abnegabit eum coram angelis dei. Non est autem p̄.Cor.1.
vnde erubescatur de fide nostra/est si aliqū crux fuit Iu=
dęis scādalum: quia ⁊ si homo visus est Christus ⁊ cru xii.
cifixus ex infirmitate: gestis tn̄ apparuit deus: qui nunc 2.Cor.13.
viuit ex omnipotentia. Erat enim abscondita fortitudo
eius sub infirmitate carnis: et cum videretur derelict9 a
patre: cornua tn̄ tenebat in manibus suis quib9 de ho= Abac.3.
stibus suis triumphos egit. ¶ Mos erat apud Roma=
nos cum aliquis de familia efferebatur: in pompa fune=
ris omnes maiorū suorum imagines efferebant quas in
armarijs asseruabāt: et statuę in atrijs locatę erant: vt Imagines
iuuenes maiorū suorū virtutē ante oculos semp habe= Val.ma.
rent: a quib9 degn̄are turpissimū esset. Habes igitur ⁊
tu charissime fili exempla maiorū tuorū videl3 Christi
domini ⁊ patris tui qui te per euāgeliū Christo genuit:
Inspice ⁊ fac secūdum exemplar quod tibi mōstratum Exodi.25.
est. Nam ⁊ idcirco deus seruos suos ab iniquis humi
liari permittit: ne illis iniuste premia dare videatur. No=
li itaq; erubescere vincula mea qui gloriaris in cruce
domini nostri Iesu Christi: Sed [collabora euangelio
συγκακοπάθησον. idest simul affligere cum euange
lio: et esto particeps afflictionu3
eius iuxta potētiam dei: qui saluos fecit nos.] hoc est
iuxta vires quas accepisti a deo: iuxta illō: Omnia pos Philip.4.
sum in eo qui me confortat. Qui saluos inquit nos fe
cit [et vocauit vocatione sua sancta: sicut Samuel ter
tio vocatur: futurus videlic3 propheta: princeps et sa=
cerdos.p̄.Reg.3.cap. non secundū merita nostra: quia
iam gr̄a non esset gratia: sed qm̄ complacuit patri da= Luce.12.
re nobis regnum. vnde dicit: [Sed s'm propositum suu3
⁊ gratiam: que data est nobis in Christo Iesu.i. interce
dente morte eius: data autem [ante tēpora ęterna siue
sęcularia:] hoc est ante omne temp9: iuxta quod alibi di=
cit apostolus: p̄destinauit nos ante mundi fundamēta Ephes.1.
iacta: vt essem9 sancti ⁊ immaculati. Grām itaq; decreuit
ac p̄finiuit deus qui diues est in mīa dare hominib9 ab
ęterno: sed nō pro ęterno: sicut dicit: cum venit plenitu Gala.4.
do tēporis misit deus filium suum ⁊c. vt adoptionem fi=
liorū reciperem9. pręscius em̄ fuit deus quid futurū es
set in homine: anteꝙ̄ illum conderet: anteꝙ̄ peccaret:
iuxta illō psalmi: Intellexisti cogitatiōes meas a longe: Ps.138.
et omnes vias meas preuidisti: per quod patenter osten=
ditur ꝙ p̄scientia dei non est causa actuū nostrorū.) Quo
modo restitueretur p̄destinauit: quo tēpore ⁊ per quos:
vt neq; merito eorū qui salui fiunt: neq; horū per quos xiii.
vocantur: sed dei solius gratia hoc donum videatur esse col
latu3. Quod si hoc referas ad pastores: etiam verū est q3
non s'm merita eorum vocantur. ¶ Nullus enim ad liqui
dum dignus est fieri vicarius Christi. Omnes.n. quos
elegit: prius fuerūt pctōres. Quantū tamē ad compa=
rationē cęterorū pertinet: hi qui vocati sunt digni inuē=
ti sunt: quibus dicit: Iam nō dicam vos seruos sed ami Ioan.15.
cos. Hec igitur gratia qua vocati sumus p̄destinata est
dari ab ęterno. [Manifestata est tamē nunc per appa=
ritionē domini nostri Iesu christi: qui mortē quidē de=
struxit: Primū quidem in seipso: cum deuictis princi=
patib9 et p̄ncipibus aeris huius: victor redit ad cęlos:
cum quo ⁊ multa corpora surrexerunt: in nobis autem Matth.27
nouissime inimicus mors abolendus est: quādo canta=
bim9 cum propheta: Vbi est mors victoria tua/ sermo=
nes tui/et stimulus tuus? ¶ Destruxit igitur mortē: id p̄.Cor.15.
est peccatū quod erat mortis aculeus. [Vitam autem
in lucem produxit et immortalitatē.] Vitam quidē gra
tię in re: immortalitatē in spe: quando videlicet mortale
hoc induerit immortalitatem: illuminauit viam vitę re
surgens a mortuis. Hanc enim viam nullus hominu3 3.Reg.2.
detriuerat qui semel ingressus esset viam vniuersę car
nis. Qui em̄ ante Christu3 suscitati sunt: denuo in ter=

ram sunt reuersi. Cur autem deo volēte qui fecit oīa
non poterit terrenū corpus supra cęleste corpus attolle
re: si anim9 terrena hec omnia transcēdens/ ac per hoc
etiā cęlesti corpore p̄stantior terreno corpori potuit alli
August. gari? An terrena particula tam exigua potuit aliquid
cęlesti corpore melius apud se tenere/vt sensum habe=
ret ⁊ vitam: ⁊ eādem sentiētem atq; viuētem dedigna=
xiiii. bitur cęlum suscipere: aut susceptam non poterit sustine=
re: cum de re sentiat atq; viuat ista meliore ꝙ̄ est omne
corpus cęleste? Cur enim non admirātur qui corporu3
resurrectionē negant/quod vehementius admirādum
est: incorporeos animos cęlesti corpore potiores terre=
nis corporib9 alligari: ꝙ̄ corpora licet terrena sedibus
q̄uis cęlestibus tamen corporeis sublimari? nisi quia
hoc videre consueuimus ⁊ hoc sumus: illud vero non
dum sumus nec aliquādo adhuc vidimus. Viderunt ta
Actu.1. mē quibus dictum est: viri galilęi quid aspicitis in cę=
lum? ¶ Si enim animę tantū modo essem9 in cęlo sine
vllo corpore habitātes: terrena habitacula nescirem9:
nobisq; futurū diceretur vt terrenis corporib9 animādis
quoddā vinculo admirabili necteremur: nōne multo
fortius argumētaremur: idem credere recusantes: ⁊ di
ceremus naturā non pati vt res incorporea ligamento
corporeo vinciretur: et tamē plena est terra vegetātibus
animis quibus hec membra terrena miro modo sunt
connexa et implicita. si impossibile est: mūdus hoc in=
credibile credidit: p̄dicantibus non litteratis sed idio=
tis secundū sapiētiam sęculi: iuxta quod apostol9 nunc
dicit: vitam in lucem produxit ⁊ immortalitatē. [Per
euāgelium in quod positus sum ego pręco ⁊ apostolus
⁊ doctor gentiū: quam ob causam ⁊ hec patior: sed non
xv. erubesco vel non cōfundor.] prędicās enim mortē abo=
litam viam vitę manifestatā: diabolum patitur inimicū
Ambrosi9. vt pręssuras suscitaret vinculis eius: quia ppl'm dei de
faucibus eius eruit: cum ante hac telum esset apostol9
Gala.6. ⁊ arma diaboli contra ecclesiam. sed non confunditur: re
uera autē ⁊ gloriatur in cruce Christi: cuius gloriam pri9
volebat auferre de corde credentiū. et vnde non cōfun=
ditur: non erubescit nec deficit in his vinculis constitu=
tus ⁊ morti propinquus: sequitur: [Noui enim ꝙ ⁊ is cui cre
didi (⁊ certus sum) ꝙ potens sit depositum meum ser=
Matth.20. uare in illum diem.] Qui promisit vitam ęternam la=
borantib9 (sicut dicitur cōuentione facta ex denario diur
no) diues est: ⁊ habet vnde reddat: interim autem quā=
diu non venit sero diei/ seruat depositu3 nostrum. No=
ui similiter q3 potens est: vnde magna facere potest et
Ephes.3. reddere vltra condignū: abundātius ꝙ̄ intelligimus: si
cut alibi dicit apostol9. Noui etiam q3 verax est qui pro=
misit et iuramento firmauit: cuius vox est: Ego prote=
Genes.15. ctor tu9: ⁊ merces tua magna nimis: Quiescat vox tua
Hiere.31. a ploratu: ⁊ oculi tui a lachrimis: quia est merces operi
tuo. ¶ Reuera ergo scio cui credidi: volūtati enim eius
xvi. quis resistet? Est autem deus nostri laboris deposita=
rius/sicut alibi diximus ex sentētia Origenis: sup illud:
Ps.111. Dispersit dedit pauperib9: quecūq; enim iustus in hoc
2.Cor.9. mūdo seminat/omnia in sinu dei colliguntur: et custodiū=
tur quasi in thesauro/reddēda cum sonuerit vox illa: vo
Matth.20. ca operarios: sicut per oppositu3 de impijs dicitur: The=
Roma.2. saurizas tibi thesauru3 irę in die irę et iusti iudicij dei.
[Formā habeto sanorū sermonu3 quos a me audisti in
fide et charitate q̄ est in Christo Iesu.] Precepta sua
cum gestis formā appellat apostol9 salutaris doctrinę:
ὑποτύπωσιν. idest informationē. Nam verbis tn̄ fa=
cile est cuicūq; philosophari. ¶ qui autē
fecerit que deinceps populo seruāda tradit: hic formā
hab3 sanę doctrinę: habet em̄ fiduciam in sermone ⁊ in
Prouerbiu3 operatione dilectionem: alioqui nudo hamo piscatur qui
Marci.vlt. sermonē suum non cō firmat sequentib9 signis. [Egre=
gium depositū seruato quod tibi cōmissum est per spi=
ritū sanctū: (intelligit autem s'm Ambrosiu3 doctrinā Ambrosi9.
quam ab apostolo didicit: vel pōt exponi de grege sibi
cōmisso) qui inhabitat in nobis: [sicut dicit: Nescitis
qm̄ corpora vestra templu3 sunt spūs sancti qui habi= p̄.Cor.6.
tat in vobis: et non estis vestri. Formā igitur habe sa=
norū sermonū. pictor inquit more imaginē tibi virtutis
impressim9: et omniū que deo grata sunt veluti normā
tuę indidim9 animę. Hec coram oculis habe: et siue de
fide siue de charitate aut castitate disputādum fuerit:
inde tibi exemplaria accipe. Nec tibi necesse fuerit ab xvii.
alijs mutuari virtutis imaginem: cum intra te oīa po
sita serues. [Nosti hoc ꝙ auersati fuerint me.i. asperna
ti omnes qui sunt in Asia: quorū est Phygellus et Her=
mogenes.] Hi ergo non habebāt radices. Luce.8.cap.
vnde exorto sole ęstuauerūt. ¶ Hi inter cęteros fallacia
pleni erant: simulabāt em̄ amicitias cum apostolo: vt
inde addiscerent vnde illi calūniam necterent: qui post
ꝙ̄ inuenti sunt angeli esse Satanę non lucis: recesse=
runt: sicut Satanas a Iob. Cap.2. et lucifer a Christo
domino: audiens vade retro Satanas. [¶ Det miseri= Matth.4.
cordiā domin9 Onesiphori familię: quoniā sępe me
refocillauit: ⁊ catenam meam non erubuit: sed cum es=
set Romę sollicite me quęsiuit: ⁊ inuenit. Et catenam
meā non erubuit. De his ita rescripsit Gregori9 Augu Gregori9.
stę. de catenis quas scil3 Paulus in collo ⁊ in manib9
gestauit: ex quib9 multa miracula in populo monstrantur
partē aliquam vobis transmittere curabo: si tamē hanc
limando tollere preualuero. Quia dum frequēter ex ca
tenis eisdem multi veniētes ad bn̄dictionem petūt/ vt
parum quid ex limatura accipiāt: assistit sacerdos cum
lima: ⁊ aliquibus petentib9 ita concite aliquid de cate=
nis ipsis excutit vt mora nulla sit. Quibusdā vero petē=
tib9 diu per catenas ipsas ducitur lima: et tn̄ vt aliquid
inde exeat nō obtinet. Sane Cōstātia Augusta nō fer=
ri partē sed caput Pauli petebat: vel partē corporis col=
locādum in ecclesia quā noīe Pauli nup dedicauerat.
Duplici itaq; genere cōmendat Onesiphorus ab aplo:
et ꝙ visitauit in carcere constitutū: ⁊ ꝙ refocillauit pau
perem Christi: ⁊ in quo Christus loquebatur. Nec solu3 2.Cor.15.
visitauit sed inquit studiosius quęsiuit. quęsiuit ⁊ inue
nit: tenuit nec dimisit: ⁊ plus inuenit ꝙ̄ quęrebat: quia
⁊ Maria quęrebat Christū mortuum: ⁊ inuenit eum vi
uentē: ita ⁊ hic quęrebat Paulum: ⁊ inuenit Christū. Ioan.20.
In carcere inquit fui ⁊ venistis ad me: Mat.25. Quid
igitur retribuam Onesiphoro pro omnibus que tribuit xviii.
mihi? sequitur: Det illi dn̄s misericordiā inuenire apō
dominū in die illa.] mīcordiā p̄stitit: mīam inueniat.
Det illi deus ⁊ dn̄s pater cęli ⁊ terrę inuenire miseri=
cordiā apud eum quem pater cōstituit iudicem viuorū Actu.10.
⁊ mortuorū. Hic autem loquēdi modus Hebraicum sa=
pit idioma: sicut ⁊ illud: Pluit dn̄s sulphur ⁊ ignem su=
per Sodomam ⁊ Gomorrā a deo de cęlo. [Et in ꝙ̄ mul Genes.19.
tis mihi ministrauerit Ephesi melius tu nosti:] qui p̄=
sens aderas oculatus testis: nouit autē multo meli9 il=
le qui reddet vnicuiq; iuxta opera sua. Quātū igitur tan Matth.16.
tū mihi p̄stitit quanta tu melius nosti: et talis se Romę
p̄stitit qualis ⁊ Ephesi: et turpe est iuxta sententiā So Socrates.
cratis si bn̄ficio affectus quis non possit referre: sicut ⁊
maleficio lacessit9: quod possum reddo: (argentū enim
⁊ aurum nō est mihi. Actuū.3.) det illi domin9 inueni=
re qd̄ quęrit: illud est autē vt cum pulsauerit/confestim Luce.xi.
aperiāt ei. Reddet ⁊ nobis/ si nos depositū quod a deo
accepim9 integrum inuiolatumq; seruem9. Animā em̄
et corpus depositū est quod accepim9 a deo s'm qd̄ di=
cit Origenes. Depositū est similiter illō: imago dei que Origenes.
impressa est animę nostrę. Istud ergo depositum tam
integre nobis restituendū est ꝙ̄ a nobis constat esse su
sceptum. sed ⁊ illud addendū est ꝙ Christum dn̄m de=
positum accepim9 ⁊ spūm sanctū qui est arrabo hęreditā Ephes.1.

Leuit.6. tis nostre. Videndum est igitur ne hoc sancto deposi-
to non sancte vtamur: et cum nos peccata sollicitant: iu-
remus nos nō suscepisse depositū: quod vtiq̄ si habea-
mus in nobis: cōsentire peccato nō possumus. vide Le
uitici. cap.6. et patet.

¶Secūdum Caput.

Uergo fili mi cōfortare in gratia q̄ est in Christo Iesu: & q̄ audisti a me p multos testes: cōmēda fidelibus hominib⁹: qui idonei erunt & alios docere. Labora sicut bonus miles Christi Iesu. Nemo militās deo implicat se negotiis secularibus: vt ei placeat cui se probauit. Nam & qui certat in agone: non coronabit̄: nisi legitime certauerit. Laborātem agricolam oportet primū de fructibus accipere. Intellige que dico: dabit enim tibi domin⁹ in omnibus intellectū. Memor esto dn̄m Iesum Christum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid secundū euangeliū meum: in quo laboro vsq̄ ad vincula quasi male operās: sed verbum dei non est alligatū. Ideo omnia sustineo propter electos: vt & ipsi salutem cōsequantur que est in Christo Iesu cum gloria cœlesti.

i. ¶Tu ergo fili mi confortare in gra
tia que est in Christo Iesu ⁊ in his que audisti a me.]
Job.5.ca. Nosti inquit apl's o fili q̄m non solum homo nascit̄ ad
laborem: sed q̄m ipsa vita hominis tētatio ⁊ militia est
Ibidē.7.c. super terram. Et sicut necessaria ⁊ vtilia sunt gratia ho
nestoꝝ: ⁊ negotium gratia ocij et cōtemplationis/ ita ⁊
bellum gratia pacis. Nō igitur finis nostre spūalis pu-
Galat.4. gne est semp esse in armis: in futurē hostes redigere:
magis autem ne seruire cogamur quos liberos fecit/
qui de libera natus est dn̄s Christus: tum deinceps vt
per militiam temporalē pueniam⁹ ad pacem eternam.
Deut.7.c. Non igit̄ o fili recedat volumē legis huius ab ore tuo:
sed meditaberis in eo diebus ac noctib⁹: vt facias que
Figura. scripta sunt in eo. licet peccatori dicat̄: ps.49. quare tu
enarras iusticias meas? ppterea q̄ peccator clausum
Leuit.13. iubet̄ os habere: vt alium docere non presumat/qui se
ipm non docuit. Tu tamē in quo gratia spūs sancti p-
spicue habitare cernit̄: sicut psuasum habeo/cōfortare
in gratia Christi Iesu: ⁊ cōmenda fidelibus hec que ex
me didicisti: iis videlz qui idonei erunt ⁊ alios docere:
Puerb. iuxta puerbium vetus: Cursu lampada tibi trado. Et
sicut que nesciebas sine occultatione ignorantie tibi po
stulasti impartiri: ita que per me nosti/sine negligētia
Chrysost. tradere stude. Ceterū sicut dicit Chrysostom⁹ si bn̄ vi-
xeris ⁊ bene docueris: oīm iudex eris: nullū iudiciuz su
stinebis: si male vixeris ⁊ bene docueris: tui tm̄ solius. ij.
Nam bene docendo ppl'm instruis quomō debeat vi-
uere/male viuēdo: doces deum quomō debeat causam
tuam examinare. Tamē nos doctrinā accipiam⁹ non
mores si praui sunt: apibus em̄ non herbe sunt necessa
rie sed flores. [Labora sicut bonus miles Jesu christi.]
Quid est quod dico? ¶Vides vt qui militie sacramē-
tis cōcatenati sunt: ceteris om̄ibus pt̄ermissis: ad vnum
hunc scopū enitunt̄: ⁊ vnum hoc tm̄ agunt vt cum lau
de ⁊ victoria reuertant̄ a bello. Habet ⁊ Christ⁹ suam
militiam: habz milites: habet vexillū crucis: habet tu-
bas argenteas quib⁹ tubicinat̄ ad bellum: quarū vna
est illa: State succincti lumbos mētis/et accipite arma
turā dei: vt possitis resistere in die malo ⁊c. Habet lam Ephes.6.
pades: habet ⁊ lagenas; habz ⁊ turrim de qua mille cly
pei pendent: Cātic.4. et om̄is armatura fortiū. Huic er Judic.7.
go duci nomen dedisti in baptismate: isq̄ te suis ca-
stris prefecit. Labora igitur ⁊ tu sicut bonus miles. 16.
quest.1. Sunt tamē. distin.10. Quoniā. 21. quest.3. Cre
do placere. 23. q.8. reprehensibile. Et ne clerici vel mo
nachi. multa. [Nemo enim qui militat: implicat̄ vi-
te negotiis: vt ei qui se in militiam delegit/placeat. Matth.6.
ἵνα τῷ στρατολογήσαντι ἀρέσῃ. Nemo em̄ potest duobus dn̄is serui iij.
re. Nemo militans. non est Grece/deo. Nam est argu-
mentū a minori: ⁊ ab ab exemplo. Q. d. si ille qui mili-
tat: phibetur a iure ciuili atq̄ e disciplina militari ne-
gotiari: quanto magis miles Christi. Valla. Negotia Laurētius
enim secularia auaricie seruiāt necesse est: ⁊ nisi menti Ambros⁹.
ti fuerint inquit Ambros⁹: transigi se nō possunt. Non
autem cōuenit vnum duplicē pfessionem habere: ⁊ al 2.Esdre.4.
teram quidē manum in armis/alteram autē habere in
opere. Labora ergo sicut fidelis miles. et tamē episco-
pus erat cui hec mādabat apl's. Laborem mandat: sed
spūalem vt nouerit pferre noua et vetera in tempore Matth.13.
suo. Ignauis aūt militibus (sicut dicit̄) semper sunt fe
rie: messis enim ⁊ si multa sit: pauci sunt operarij: imo Luce.10.
si licz inuertere verbū Christi: messis rara est: multi au Joan.4.
tem qui ingrediūt̄ in alienos labores: q̄m non legerūt
illud: que non posuisti non tollas. Ipsi sunt qui cum Matth.20.
tota die steterint ociosi in foro: priores volunt mercedē
accipere: atq̄ vtinam vel vnā horam impenderint in vi
nea dei: qui cum positi sint vt fructū afferāt: ab aliis par Joan.15.
ta diripiunt. Hi sunt operarij iniquitatis quib⁹ littere
in suaues sunt: et nunc excusant valetudinem: nunc oc-
cupatiōes rei domestice: nōnunq̄ obstat rigor hyemis:
alias estatis feruor. Si deest facultas: negant pauperē
posse philosophari. Juuenis negat florem etatis curis
senilibus absumendū: senex aūt valetudini esse parcen
dum. ¶Mirabile dictu. Qui sunt ergo illi de quib⁹ di
citur: duplici honore digni habeant̄? Et q̄d magis mire p.Timo.5.
ris: nemo tempore messis dicit: rogo te/habe me excu- Luce.14.
satum. Verūtamen nemo qui fideliter militat deo: im-
plicat se negotiis vite secularis. Grece sic est pro nego-
tiis secularibus. ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις. iiij.
idest vite negotiationibus siue occupationibus. βίος
autē magis sonat victum q̄ vitam: vt sit sensus.
Qui militat/non est sollicitus de victu sed de victoria:
iuxta illud: Querite primū regnuz dei. i. victoriam de Matth.6.
hoste: ⁊ hec om̄ia adijcient̄ vobis. Amatori autem pre
lioꝝ ornamenta sunt vulnera: et sua felicitate miser est
qui cum laborib⁹ quibus gloria gignit̄/non meruit ha Hierony.
bere cōflictum. et tamē sicut apostolus in cōsequētib⁹
dicit: [Etiam si aliquis certet (in agone: non est in Gre
co: alioqui agon nō est locus pugne: sed certamen.) nō
tamē coronabit̄ nisi legitime certauerit.] Juxta sentē-
tiam Tullij ideo quedam ciuitates attribuunt diuinos Tullius.
honores quibusdam vt excitarent alios ad sustinēdum

pro republica. Itaq̄ augēde virtutis gratia: quo liben-
tius reipublice periculuz adiret optimus quisq̄ viroꝝ
fortiū: eorum memoriā honore deoꝝ immortaliuz cōse-
cratam intelligi potest. Non autē censebat Scipio feli
Scipio. cem esse statum reipublice: stantibus muris: ruentibus
2.Cor.6. moribus. Hoc est ergo certare legitime: tueri optimos
mores: p arma iusticie a dextris ⁊ a sinistris. Quid est
Roma.12. ergo certare legitime? audi. Noli vinci a malo: sed vin-
ce in bono malū. Non. n. ita anceps est pugna in spūali
bello sicut in his corpalib⁹ pugnis de quib⁹ dicit̄: Non
2.Reg.12. te frangat hec res: varius enim euētus est belli: ⁊ nunc
hūc nunc illū cōsumit gladius: sed in deo indī faciem⁹
virtutē. ps.59. et ipse ad nihilū deducet tribulātes nos.
Noli inqt vinci a malo. ergo victoria in manu tua est:
Val.ma. si campum nō deseras/nec des scapulā hosti ante vul-
nus inflictum. ¶Narrat Valeri⁹ maxim⁹ de quodam
claudo cui cum exprobatū esset q̄ in aciem claudus de
scēderat: respōdit ille/sibi non in pedib⁹/sed in armis fi
dutiā esse: sibiq̄ ppositum esse pugnare ⁊ vincere: non
fugere: quod facere non poterat. Alter aūt cum socius
v. diceret solem obscurari sagittis Persaꝝ videlz ppter
multitudinē: bene inquit narras: in vmbra em̄ melius
preliabimur: ⁊ maxime in vmbra de qua scriptum est:
Esaie.49. In vmbra manus sue protexit me: posuit me quasi sa-
gittam electam. Hoc est igitur legitime certare: nō qui-
dem bella excitare: quod nō est hominis sobrij sed sedi
Luce.23. tiosi et homicide sicut Barrabas: sed ppetuo sobriū es-
se in armis: semp hostem expectās: qui semp excubias
agit querēs qua parte agrediatur militem Christi aut
ps.90. inermē aut dormitātem. scuto tamē circūdabit te veri-
tas eius: scapulis suis obumbrabit tibi ⁊ sub pēnis eius
sperabis. Vides quot refugia parata sunt militib⁹ Chri
sti? Non timebis a timore nocturno: non a sagitta volā
te in die: non a negotio pambulante in tenebris: non ab
incursu ⁊ demonio meridiano: Cadent a latere tuo mil
le ⁊ decem milia a dextris tuis: ad te aūt non appropin
Matth.4. quabit. tantū autē dicet: mitte te deorsum: q̄m angelis
suis deus mādauit de te vt custodiant te quocūq̄ pre-
geris. Super aspidem ⁊ basiliscū ambulabis: ⁊ cōcul-
cabis leonem et draconē. Timor nocturn⁹ ipse est leo
p.Petri.5. circūiens quem deuoret. Sagitta volans ipse est basi-
liscus solo visu a longe pcutiens ⁊ occidens. Negotiuz
ps.103. pambulans ipse est draco qui occulte insidiat̄: ⁊ orto so
le in cubili suo collocat̄. Demoniū meridianuz ipse est
aspis surdus ⁊ qui non exaudiet vocem incātantiū. ps.
57. qui alibi vocat̄ serpens vectis. Esaie.27. Hi sunt ho
stes christiane militie. Sed cōfidite q2 ego vici mundū:
Joan.16. et domin⁹ inquit conteret Satanā sub pedibus vestris
velociter: Roma.16. Noueris tamē q̄m fortes fortuna
iuuat. Habes angelos custodes: hostem pedibus sub-
actū: habes scutū ptectionis diuine. i. veritatis eius cu
Exodi.3. ius vox est: ego ero tecum. Habes scapulaꝝ dei vmbrā
refrigeriuz sancti spūs/qui vmbrā fecit in virgine. Ha-
Deut.32. bes pēnas alarū dei: quibus ad volandū puocat filios
suos: ⁊ super eos volitat ptegens quasi gallina pullos
suos. Accede igitur ad pugnā: certus de victoria/si legi
time pugnes. Teipm victur⁹ es primū. scitum est illud
verbū Tullij: Primā et optimā victoriam dico esse vt
Tullius. quis seipsum vincat: turpissimū vero et pessimū est: vt
vi. a seipso quis vincat̄. ¶Amā hostis noster nō habet ar-
ma: nisi que tu illi dederis. durus est ⁊ importunus: tū
nulli melius notus q̄ nobis. Nosti Simonē ⁊ Simon
nouit te. Tali animo debem⁹ pugnare quasi ea pugna
sit nobis postrema futura: si victores discesserim⁹. Fie-
ri em̄ poterit vt ⁊ hoc premiū dignet̄ domin⁹ vice coro
ne cedere victorie ⁊ virtuti nostre: vt hostis semel in fu
gam versus: nunq̄ forte postea repetat. Nec absurde cre
Origenes. dit Orige. vincentib⁹ christianis: minui copias hostiuz
dum semel fortiter repulsus: nunq̄ ad hominē sollicitā
dum reuerti pmittit̄. Q. d. si non semper vincim⁹: videa-
mus ne semp vincamur. Nemini em̄ oportet vsq̄adeo
ignauum esse: vt cum cotidie succumbat tentatori: non Hierony.
saltem vel aliquādo curet experiri: quid sit vincere. q̄d
quo fecerit frequēti⁹: eo fiet victoria dulcior. Qui em̄
regnoꝝ celestium q̄dam censumq̄ muneris sempiterni
cōtendimus occupare: esse non possum⁹ sine multis cō
gressionib⁹ victores. cum fluctibus enim necesse est cō
grediat̄ quem tempestas inter fluctus inuenit. Nec de vij.
bet aliquis in tam arduo certamine in quo spectaculū
facti sumus mūdo angelis: hominib⁹: ⁊ deo/de humili p.Cor.4.
bus cogitare. ¶Inferiora em̄ sunt premia inferioribus
pugnis. Illi vt corruptibilē coronam accipiāt: siue lau- p.Cor.9.
ri: illicis graminis aut oleaginā/aureā/argenteā vel fer
ream: nos aūt vt immarcessibilē/qualem angel⁹ de ce-
lo attulit Cecilie virgini. vna est corona: sed differēs ma
teria quādo stella a stella in claritate differt. vnde scri- p.Cor.15.
ptum est in Nūeris. cap.26. Sors terram diuidat tribu
bus ⁊ familijs. hoc quidē pcipitur a dn̄o. Sed cum ve-
nio inquit Orige. ad scripturā: inuenio ipsum Mosen
cui ista mandant̄: sorte non vti in diuisione hereditatis Figura.
Ruben et Gad ⁊ dimidie tribus Manasse. sed ⁊ Josue
extra sortem dat hereditatē tribui Jude. Josue. cap.15. Josue.
Et Caleph ipsi extra sortē dat. In ceteris aūt sors mit-
titur. vn̄ puto q̄ in illa beata hereditate erunt aliq̄ qui
non veniēt ad sortē: nec cum ceteris q̄uis sint sancti nu-
merabunt̄: sed dicent cum ppheta. ps.15. Funes ceci-
derunt mihi in pclaris: etenim hereditas mea preclara
est mihi. Erit em̄ egregia quedam ⁊ eximia eorū here-
ditas sicut fuit Caleph. In victorijs em̄ nobilib⁹ cum Origenes.
partiunt̄ spolia: egregij quiq̄ et eximij bellatores non
cum ceteris militib⁹ in diuisione prede adducunt̄ in sor
tem: sed optima queq̄ ⁊ precipua in merito virtutū de- Judic.5.
cernunt̄: iuxta illud: forsitan nunc diuidit spolia: ⁊ pul-
cherrima feminaꝝ eligitur ei: vestes multicolores Sy-
sare tradunt̄ in predam: ⁊ supellex varia ad ornanda ca
meloruz colla congerit̄: ceteri vero viuitur sorte: solo iu-
re victorie: equaq̄ portio datur descendētib⁹ in plium p.Reg.30.
et remanētibus ad sarcinas. ¶Qui tamē vt diximus la-
borant in verbo ⁊ doctrina/quod est labora sicut bon⁹ viij.
miles: ⁊ legitime certa: duplici corona donant̄ sicut ali p.Timo.5.
as diximus. ¶Excellentior autē nascit̄ ex desperata pu
gna victoria: quecūq̄ fuerit laboris nimū adepta sudo-
ribus: facilisq̄ est consolatio: si inter aduersa que pati-
mur inter pugnādum/que fecimus ad memoriā erra- Gregori⁹.
ta reuocem⁹. Atq̄ hec non iam flagella sed dona dei es-
se cōspicimus: si q2 carnis delectatione peccauim⁹ car-
nis dolore purgamur. Unde illud ex Hieremia: corripe Cap.12.c.
me dn̄e: verūtamen in iudicio ⁊ non in furore tuo. et est
sensus. meremur quidem om̄ia que sustinemus: ⁊ mul
to maiora q̄ patimur: verūtamē domie hoc obsecro vt
tanq̄ pater me corripias/non quasi aduersarius: emē-
des vt filiū: non punias vt inimicū. Vide autem q2 cum
epm alloquit̄ Paulus: militē tamē vocat. Quomō em̄
in legionib⁹ sunt duces: tribuni: centuriones ⁊c. cōmis-
saq̄ pugna vacāt nomia dignitatū: ⁊ sola fortitudo que Hierony.
rit̄: ita in hoc campo ⁊ prelio quo cōtra demones dimi
cam⁹ non querunt̄ nomina sed opera: ⁊ gloriosior est ille
sub imperatore Christo: nō qui nobilior sed qui fortior
est. Ipsis em̄ sanctis etiā bona sunt que vident̄ aduer
sa: quibus om̄ia cooperant̄ in bonum. Quomō enim Roma.8.
erit victoria/si non est qui resistat? nec corona datur vi-
ctori. Deniq̄ Satan cum petisset vt sibi potestas dare
tur in Job: impugnās eum aduersarius: causa extitit ei Job.24.
duplicis corone post victoriā: q̄m que in psenti vita p-
diderat in duplo recepit exceptis filijs: qui seruabant̄ in
dei memoria: similiq̄ modo in celestibus repturus. La-
cis decor in tenebris dignoscit̄. vnde em̄ aliqui de casti ix.
tate laudant̄: nisi q2 certauerūt legitime? Virtus enim

circa difficile versatur: ideoq; periculosa quia rara est: & breui-
ter ex malorum consideratione decus bonorum lucidius expli-
catur. ¶ Non igitur coronabitur ignauus miles: sed is qui
legitime certauerit. Decretum est tamen apud Romanos:
ne quis triumpharet nisi .5000. hostium vna acie ceci-
Val. Ma. dissent. tamen pro aucto imperio non pro recuperatis que
reipublice fuissent triumphus decernebatur. Lauream tamen
nec senatus cuiq; dedit: nec quisq; sibi dari desiderauit:
ciuitatis parte lachrymante: iuxta prouerbium / flet victor:
victus interijt. Quid est autem illud: Septies in die ca-
Prouerb. 24. dit iustus & resurget? Item illud, ps. 36. Iustus non colli-
detur si ceciderit: quia dominus supponit manum suam? Ex quo
inquit Origenes colligitur esse aliquos casus: qui tamen
Origenes. non continuo iudicent esse victum & prostratum eum qui
ceciderit. Sicut enim in agone fieri solet vt duobus inter
se luctantibus accidat primum quidem cadere vnum: et cum
ceciderit: surgat & vincat: Ita etiam in nostro agone fieri
solet / quem semper gerimus aduersus principes tenebrarum ha-
rum: si forte acciderit aliquem ex nobis vinci et in aliquo
peccato cadere: possibile est vt resurgat & resipiscat: et
de cetero non solum contineat sese: et suo eodem mucrone
confodiat aduersarium: sicut legimus in Dauid: verumetiam
1. Reg. 17. satisfaciat deo: per singulas noctes lauans lachrymis
stratum anime sue, ps. 6. Nunquid enim qui cecidit non adij-
ciet vt resurgat? ps. ps. 40. Ve enim illis qui auersi sunt
Hiere. 8. auersione impudenti. Dauid enim cadere potuit non pro-
sterni: Petrus concuti non cadere: imo & hic tertio ce-
cidit. Paulus prostratus est: Actu. 9. sed a deo qui occi-
dit vt viuificet. Et est quidem optabile vt athleta pieta-
tis ac virtutis maneat semper immobilis: vt ne vnam qui-
dem luctam (vt ita dixerim) perdat: nec semel inclinetur
aut supplantetur. Quod si fieri non potest sed euenerit eum
Ps. 34. cadere: non iaceat et prosternatur: sed exurgat & dicat. Ap-
prehende domine arma & scutum & exurge in adiutorium
X. mihi. Itaq; quia nobis certamen est et agones continui:
etiam leges agonum nosse debemus. Sunt Athlete qui
in omnibus certaminibus vincunt: alij vincuntur & vincunt.
certe satis miserum est sicut alias diximus in omnibus
agonibus tam diuersis semper vinci: & neq; vnam repor-
tare coronam. Et legimus Iacob pugnasse in vtero cum
Genes. 25. fratre infante: deinceps & cum Laban in via: tum etiam
Genes. 32. cum angelo: et semper victor euasit: quoniam posuit deum ad-
iutorem suum: sicut & Dauid cum prostrauit Philisteum:
dicens: Tu venis ad me cum gladio & hasta et clypeo:
1. Reg. 17. ego autem venio ad te in nomine domini. Homo enim erat
gigas caro & non spiritus: nec scriptum legerat: maledi-
ctus qui ponit carnem brachium suum: et a domino rece-
dit cor eius. Hiere. 17. cap. [Laborantem agricolam opor-
tet primum de fructibus percipere.] quasi enim quereret Ti-
motheus dicens: Unde ergo victurus sum: si omnes curas
Luce. 16. seculi abiecero: quando fodere non valeo: etiam propter
stomachi frequentes infirmitates & corporis debilitatem?
Ad hec inquit respondet apostolus. Iam alias diximus le-
gem cauisse: ne quis obliget os bouis sed triturantis: hoc
1. Cor. 9. est docentis: monentis: exhortantis: sacrificantis: & cuius om-
nis vita doctrina est & pastus ouium: quoniam qui altario de-
seruit: cum altario participat. Oportet inquit agricolam
accipere fructus: sed si prius laborauerit. Est enim pa-
stor aut rector in medio populi sicut cor inter membra cor-
poris: media enim regio sicut dicit philosophus princi-
Phus. pantis debet esse. Et sicut cor est principium venarum & ca-
loris in corpore / a quo vita diffunditur: ita oportet cor pri-
mum omnium pasci et nutriri. nam alijs a corde partibus re-
frigeratis remanet viuere: corde autem infrigidato non
remanet: quia hinc oritur principium omne caliditatis & ani-
me: tanq; ignitis ibi particulis. Oportet igitur agricolam
primum de fructibus percipere: non quidem ad luxum: sed
XI. ad vitam tuendam. ¶ Nam de Noe ita legimus. Cepit
Noe agricola exercere terram: & plantauit vineam, dein-
ceps autem bibens vinum / non ad necessitatem sed ad sa- Genes. 9.
tietatem: inebriatus est. Nec hoc dicimus: vt accusemus
Noe quasi intemperantie: qui iustus inuentus est in ge- Genes. 7.
nerationibus suis: cuius tempore vsus vini non fuerat re-
pertus sicut dicit Chrysostomus. Nam si sic: omnino Abe-
lis tempore inter oblatas hostias: & vinum libassent. vn- Chrysost.
de quia nec ipse Noe ex hac planta gustauerat prius: nec
alium sciebat qui gustauerit: ignarus qua mensura vti
debebat: per ignorantiam in ebrietatem incidit. Diximus
autem / vt intelligas quoniam oportet agricolam primum quidem
sumere / et de optimis: non tamen vt viuamus in ocio et
luxu: sed laborantem premisit apostolus dicens: oportet la-
borantem: non perpetuo torpentem ocio ad modum coche. 1. Timo. 5.
Et hoc est quod alibi dicit apostolus: presbyteri duplici ho-
nore &c. Ita scriptum legimus 1. Regum. cap. 9. Assumens
Samuel Saulem futurum regem & puerum eius: introdu- 1. Reg. 9.
xit eos in triclinium: et dedit eis locum in capite eorum qui
fuerant inuitati qui erant quasi triginta viri. Ecce pri-
mum honorem videlicet sublimior locus. Deinceps dixit Sa- Figura.
muel coco. Da partem quam dedi tibi & precepi vt repo-
neres seorsum apud te. Leuauit autem cocus armum & po-
suit ante Saul. dixitq; Samuel. Ecce quod remansit: po-
ne ante te & comede: quia de industria seruatum est tibi.
Nec immerito: laborauerat enim prius in requirendis asinis:
& hic est alter honor: quoniam oportet laborantem agricolam
primum de fructibus percipere & de optimis: sicut dicitur: de XII.
industria seruatum est tibi. Et illud: Et cuius erunt opti-
ma terre: nonne tibi & omni domui patris tui? [Itaq; co- Luce. 10.
gita que dico: Dignus est mercenarius mercede sua:]
Multo igitur magis pastor & Christi miles: et bos te-
rens aream dei. [Dabit enim tibi dominus in omnibus intel-
lectum.] Vult autem apostolus vt intelligat Timotheus quid
sub his parabolis velit innuere. ¶ Tres autem adhi-
buit videlicet militis: Athlete & agricole: in quibus nihil
aliud significare videtur quam quod licet Timotheo sumere ne-
cessaria ab iis in quibus deo militat: & quos tanq; agri-
cola exercet: euellens: dissipans: destruens: disperdens
vepres: saliciculas: et quecunq; nociua germinat terra Hiere. 1.
constituta sub maledicto: rursusq; plantans & inserens:
fecundans: diuiniq; verbi seminibus implens: & ad ma-
turam vsq; messem perducens: siue ab eis quos tanq; gre-
gem pascit & accubare facit in pascuis vberrimis. [Me- Ezech. 34.
mor esto Iesum christum resurrexisse a mortuis ex semine
Dauid (et Abraam in quibus duobus eminuit regnum
sacerdotium & prophetia: quod Christus est rex sacerdos & pro-
pheta.) secundum euangelium meum: In quo predicando laboro
& tolero vsq; ad vincula quasi male operans, alias malefi-
cus.] Ambrosius legit quasi latro. Ex semine inquit Da- Ambrosius.
uid secundum euangelium meum. Ita. n. refert euangelium. Iacob
genuit Ioseph virum Marie de qua natus est Iesus chri- Matth. 1.
stus. De hoc ita habetur Numeri. cap. vlti. Hec lex super filia-
bus Salphad promulgata est a domino: Nubant quibus
volunt: tantum vt sue tribus hominibus: ne commisceatur pos- Numeri. vlt.
sessio filiorum israel de tribu in tribum. sequitur: Omnes. n.
viri ducent vxores de tribu & cognatione sua: et cuncte
femine que fratres non habent de eadem tribu maritos ac-
cipiant: vt hereditas permaneat in familijs: nec sibi misce-
antur tribus: sed ita maneant vt a domino separate sunt. Hec
ibi. Exodi. 6. Amram duxit vxorem de tribu regali Heli-
sabet videlicet. Hoc idem habes, 1. Paralip. cap. 22. in fi-
ne: de Iocabeth filia regis Ioram / que nupsit Ioiade sa-
cerdoti. Est autem Christus rex & sacerdos. Non autem
erat fas vt ob hoc Ioseph a coniugio Marie separandum
putaret euangelista sicut dicit Augustinus quod non ex eius Augustinus.
concubitu sed virgo genuit Christum. Hoc enim exemplo XIII.
magnifice insinuatur fidelibus coniugatis etiam seruata
pari consensu continentia: posse permanere vocariq; coniu-
gium: non permixto corporis sexu: sed custodito mentis af-
fectu: presertim quia nasci eis etiam filius potuit sine vl-
lo complexu carnali: (qui enim scripsit tabulas sine stil-
lo ferreo: ipse grauidauit Mariam .i. spiritus sanctus absq; viri
Augustinus complexu. August.) qui propter solos gignendos filios
adhibendus est. Qui ergo erat vir Marie: recte pater
Christi appellari potuit: & multo coniunctius quam si eum
aliunde adoptasset. ¶ Vir enim & vxor caro vna sunt: vn-
de qui fuit os & caro virginis: potuit recte vocari & filius
Ioseph. Ioseph. Ac per hoc si monstrare aliquis posset Ma-
Luce. 3. riam ex Dauid nullam consanguinitatis originem duce-
re: sat erat secundum istam rationem accipere Christum filium Da-
uid: qua ratione etiam Ioseph pater eius recte appel-
latus est. Quanto magis quia cum nunc dicat apostolus
Maria. Christum ex semine Dauid secundum carnem natum: ipsam
quoq; immaculatam virginem de stirpe Dauid aliquam con-
sanguinitatem duxisse dubitare fas non est. Cuius femi-
ne benedicte quoniam nec sacerdotale genus tacetur: insinuante
Luca quod cognata eius esset Helisabet: quam dicit de fi-
Luce. 1. liabus Aaron: firmissime tenendum est carnem Christi
ex vtroq; genere propagatam & regum videlicet & sacerdo-
tum: in quibus personis apud Hebreos etiam mystica vn-
Canti. 1. ctio prefigurabatur: hoc est χρίσμα vnde Christi nomen
XIIII. elucet: de quo dicitur: oleum effusum nomen tuum.
Secundum carnem. Adijciamus & hec ad ea que diximus
ad Roma. 1. cap. Quod parum respondet numerus eorum
qui apud Lucam referuntur: et eorum qui apud Mattheum:
haud ita mirum videbitur: si quis perpendat sicut Hierony-
mus indicauit super Mattheum: nonnullos in genealo-
gie serie fuisse pretermissos. Nam Ioram non genuit
1. paral. 3. Oziam sed Ochoziam: cui successit Ioas: et huic filius
eius Amasias: post quem regnauit Azarias qui & O-
zias: cui successit Ioathan. Igitur tres reges pretermisit
euangelista: Nam quoniam Ioram filium suscepit ex vxore
Gentili videlicet filia Iezabelis sidonie, 3. Regum. 16. et. 4. Re-
gum. 8. cap. Idcirco vsq; ad quartam generationem tollitur
posteritas eius iuxta legis prescriptum. Deut. 23. ibi / qui
nati fuerint ex eis: tertia generatione intrabunt eccle-
Hilarius. siam. Hilarius. Preterea sciendum quod quem Lucas vocat
Neri / ipse est quem Mattheus nominat Iechoniam.
Id ergo cognominis videlicet Neri / idest lucerna domini il-
li tributum est a populo: postquam ereptus de carcere / in pre-
4. Reg. 25. cio habitus est apud Euilmarodach: quod lucerna Dauid
que videbatur extinguenda: redaccensa sit in hoc. Is igi-
tur genuit Salathiel: huius filius Zorobabel secundum
vtrumq; euangelistam qui & Barachias dictus est / duos
filios habuit: Unum Resa nomine: cognomine Misci-
Cap. 10. ollam: sicut legis in Neemia: & huius propaginem refert
et. 1. gali. 3. Lucas: Alterum Abiud cognomento Anania: cuius stir-
pem Mattheus prosequitur. Quod si vera sunt que capi.
primo ad Roma. diximus secundum mentem Philonis: defe-
cisse videlicet posteritatem Salomonis in Ochozia: et in-
stauratam exinde ex posteris Nathan: illud consequitur
via licet diuersa vtrumq; euangelistam ostendere dominum
Christum ex semine Dauid genitum. Alter enim idest Lu-
cas orditur generationem domini ab Heli patre virginis benedicte
secundum carnem. Alter deducit vsq; ad Ioseph de do-
mo Dauid: sed per lineam Nathan vt predicitur: cuius do-
mus & ipsa femina benedicta erat per eandem lineam. vi-
Cap. 3. de Numeri. 36. cap. Ceterum Lucas vocat Ioseph filium
Helih / lege vxoria: Mattheus vero vocat eum filium Ia-
cob / lege carnalis generationis. Quod si & Ioseph mater fuit
de domo Dauid / non quidem per lineam Salomonis
que iam defecerat / sed per lineam alterius filiorum Da-
uid: multos enim genuit preter hunc & Nathan: (vide. 2.
Regum. 5. capi.) Potest fieri vt Ioseph sit de domo Da-
uid ex vtroq; videlicet parente: tamen (quod sepe repetitum
est) linea Salomonis in Ochozia defecit. Potuit autem
fieri vt Sebia mater Ioas qui fuit primus ex posteris
Nathan: tum & vxores eiusdem due. 2. paralipo. 24. fue-
rint ex posteritate Salomonis: sicq; Ioseph simul & bea-
tissima virgo sint reuera ex semine Dauid secundum vtrumq;
parentem: etiam per lineam Salomonis. et prius. Itaq; quam-
uis hec veritas luce fulgeat & autoritate irrefragabili:
tamen non defuerunt qui Christum negarent ex semine
Dauid natum: nec carnem veram accepisse ex virgine
sicut superius tactum est. vnde apostolus hanc doctrinam predi-
cans: tam Iudeos quam Gentes habebat infensos. Iudeos
iratos habebat: propter legem quam predicabat abolitam.
Gentiles autem: quod vnum deum predicabat in Christo: vn-
de hunc quasi maleficum & latronem alligabant & carce- Figura.
ri mancipabant: nescientes quoniam verbum dei non est alliga-
tum. vide Hiere. 36. cap. B. optime. imo alligatus est: &
mortuus est & sepultus. Ecce quod potuerunt: Sed tamen sur- Iudic. 16.
rexit media nocte verbum dei: & percussit inimicos suos in Ps. 77.
posteriora. ¶ Quemadmodum autem predo aliquis do-
mum cunctis dormientibus ingressus: vt auferat omnia: si
quem viderit accendere lumen: eum mox percutit & lu- Chrysost.
men extinguit: Ita & Nero tunc latronem quendam & fu-
rem agens: dormientibus cunctis profundoq; somno gra-
uatis: omnia bona diripiebat: nuptias inuadebat: ciuita-
tem igni supponebat: nullumq; malicie genus intermitte-
bat. Proinde mox vt vidit Paulum accedere in mundo Nero.
candelam & afferre sermonem doctrine / quo sua detege-
bantur iniquitates: quo omnia facere liceret posset: curauit
vt occideretur gentium magister: Et potius secundum verita-
tem hoc ille procurabat qui suadebat per vxorem Pilato Matth. 27.
ne occideretur Christus: quia & mors Christi & Pauli pre-
dicatio regnum diaboli ad nihilum deduxerunt. Sicut enim
olim tanq; in domo vna primus homo introductus est do- XV.
minus: ita & in toto mundo tanq; in vna domo et ecclesia
Paulus et pater & magister constitutus est. Ita aposto-
lus etiam inclusus: non dispendium facit sed lucrum / quoniam ser-
mo dei non est alligatus: et quos sermonibus docere non
poterat: litteris instruebat: presens se spiritu exhibens ijs
a quibus corpore aberat. [Sed verbum dei non est alli-
gatum.] Si inquit bella ciuilia preliaremur: haberent aliquid
virium vincula que manus ligant. At nunc ligatis pedi-
bus: soluta est lingua. [Ideo omnia suffero propter ele-
ctos vt & ipsi salutem consequantur que est in Christo Ie-
su cum gloria eterna.] Charitas enim non querit que sua 1. Cor. 13.
sunt. Omnia suffero propter electos ab eterno: quorum pec-
cata verus pastor in corpore suo pertulit super lignum cru- 1. Petri. 2.
cis. Suppleo igitur ego tanq; fidelis miles & dux exer-
citus dei viuentis ea que desunt passionum Christi: vt sa-
lutem consequantur eternam que est in Christo Iesu: hoc Colloss. 1.
est donatur per Christum Iesum non per legis obseruan-
tias: que videlicet salus donatur cum gloria eterna: vel in glo-
ria celesti. Et licet hoc multis durum videatur & incredi-
bile: qui non credunt nisi quod vident: nobis tamen per-
suasum esse debet & indubitatum: iuxta quod sequitur.

¶ Fidelis sermo. Nam si commortui sumus: & conuiuemus: si sustinemus: & conregnabimus: si negauerimus: & ille negabit nos: si non credimus: ille fidelis permanet: negare seipsum non potest. Hec commone testificans coram deo. Noli contendere verbis: ad nihilum enim vtile est: nisi ad subuersionem audientium. Sollicite autem cura teipsum probabilem exhibere deo: operarium inconfusibilem: recte tractantem verbum veritatis. Prophana autem & vaniloquia deuita. Multum enim proficiunt ad impietatem: & sermo eorum vt cancer serpit: Ex quibus est Hymeneus & Philetus: qui a veritate exciderunt dicentes: resurrectionem iam factam: & subuerterunt quorundam fidem

Sed firmum firmamentū dei stat: habens signaculum hoc: Cognouit dominꝰ qui sunt eius: & discedat ab iniquitate omīs qui inuocat nomen domini.

¶ Nam si cōmortui sumus: et cōuiuemus: si sufferimus et sustinebimus: et cōregnabimus. ¶ Juxta qđ legimus in Apocriphis Esdre. Uidi in monte sion turbam magnā quam dinumerare non potui: et in medio eorū erat iu- 4. Esdre. 2. uenis statura celsior: et singulis eorum capitibꝰ imponebat coronas: et interrogaui angelū dicens: Qui sunt hi domine? Et ille. Hi sunt qui mortalē tunicam deposuerūt et immortalē sumpserunt: et confessi sunt nomen dei: modo coronant et accipiunt palmas. Quis est inquit ille qui eis coronas imponit: et palmam in manus tradit? Ipse inquit est filius dei quem in seculo cōfessi sunt. Quā igitur mala que apostolus tolerabat/ mors erat que iamiam imminebat et vincula et carceres: ipse autē vitam pollicebat eternam: fidemqꝫ verbis eiꝰ difficile quis habuisset: diceretqꝫ: In morem brutorū animalium morior: et cum fuero mortuꝰ/ viuam? Quis ascendit Eccle. 3. in celum et vidit ea bona que nobis promittis? In terra xvi. nihil polliceris: et in celo dabis? Unus est interitus hominis: et equa videt esse vtriusqꝫ conditio. Quis enī nouit si spūs filiorum Adam ascendat sursum: et si spūs iumentorū descēdat deorsum? Que sunt parua non exhibes: et maiora suades? poterat quidem dicere Paulus scire se hominē qui raptus in paradisum dei/ omnia vi- 2. Cor. 12. derit: que in verbo dei fidelibus pollicet. Sed quā secundū phm oportet addiscētem credere: et contra negātem principia nō est insistēdum: nihil tale dixit apostolus: sed fidelis inquit sermo. Ego credentibꝰ psuadeo: quid autē mihi de his qui foris sunt? Nec enī homo quāuis et si ingratissimꝰ fuerit/ faceret aliquid tale: vt eum Chrysost. videlꝫ qui secum mori delegisset atqꝫ affligi: si quādo secūdis rebus frueret: nollet eiusdem felicitatis habere cōsortem. [Si negamꝰ: et ille negabit nos:] par pari re- Luce. 6. pēdens: sicut dicit: eadem mensura remetiet vobis. [Si increduli sumus ille fidelis manet: negare seipsum non Elimas. potest.] Quomō ergo omps est? ait Elimas magꝰ. Si credimus in eum qui est vita eterna et apparuit nobis: Ps. 15. nostre saluti cōsulimus: si autē increduli sumus: Ipse bonorū nostrorū non indiget: Ue tamē eis cum recesserint a me: et cum recessero ab eis: Osee. 9. cap. Ille natura beatꝰ et verax est: semp ens quod est: siue credamus siue increduli pmaneamus: venturū est quod ille pmisit: qui credit in me/ habet vitam eternā et ego resusci- Joan. 6. tabo eum in nouissimo die: qui autē non credit: iam iudicatꝰ est. Joan. 3. ca. quā ira dei manet in illo. [Hec admone cōtestās coram dño: Ne verborū pugnas sequāt.] xvii. μὴ λογομαχεῖν, non pugnare verbis: (ad nihil enim cōducit) ad subuersionē audientiū.] De hoc supius admonuimꝰ: quā nimis altercādo amittitur veritas. Collatio igit debet esse inter dei seruos et amicos/ non autē altercatio. Cōtendebant apostoli: sed Jacobi. 3. de regno celorū: Matth. 20. vos autē si celum amarū habetis et cōtentiones sint in cordibus vestris: nolite gloriari et mendaces esse aduersus veritatē. ¶ Non enī est ista sapientia desursum: sed terrena: animalis et diabolica. vbi enī zelus et cōtentio: ibi incōstantia et omē opus prauum. Que enī sapientia est/ fumos obūcere ppleratū questionū: docere quod nesciunt: ad nihil aliud va- Actu. 17. care nisi aut dicere aut audire aliqđ noui? vide in Actis. cap. 15. de discordia inter Paulum et Barnabā propter Marcum. Disputatio enim illa vsqꝫ adeo inter eos incāduit: vt cum neuter alteri vellet cedere: vterqꝫ ab altero seiungeret. Non quidē qꝫ inter tātos ecclesie principes vllus intercederet zelus aut amaritudo: sed vterqꝫ cōtendebat obtinere quod arbitrabat expedire magis pfectui euangelij: Ex quo et nos intelligere debemus qꝫ non omīs cōtentio reprehēdit: cum paratus est animꝰ veritati obedire: nec statim dānare debemꝰ quod a nostra discedit sententia: memores: quā quot capita tot et sensus. [Stude teipsū pbatum exhibere deo: operarium nō erubescētem.] sicut dicit: Faciamus ei adiuto- Genes. 2. rium simile sibi: qui tamē rarus inueniebat: anteqꝫ verꝰ Eccl. 4. Adam cubaret in cruce meridie. Canti. 1. Erat enī homo solitariꝰ (Ue autē soli) quādiu sonuit vox illa: deus Osee. 11. ego et non homo. Tandiu autē sonuit: donec ad virginē vētum est per humani generis lineam: iuxta illud: Jo- Matth. 1. seph virū Marie: de qua natus est Jesus. Duo autem mutuo fouebunt: sicut patꝫ in Heliseo. 4. Reg. 4. Stude vt talis sis apud deū: qualis vis credi ab hominibꝰ. Nemo enī est qui non velit videri bonus: sicut omnes volūt esse sani: at nos oppositū facimus. Nemo enī est qui sanus videri: non iten esse. Non erubescētem: ne in Esaie. 32. te dictuꝫ videat illud ex Esaia: Erubesce sidon ait mare. In sidone intellige stabilitatem psidentiū: in mari autem vitam subditorū aut secularium. Erubesce sidon xviii. ergo ait mare: quia ex vita subditorū et secularium redarguit vita prepositorū: imo et religiosorū: dum illi etiam pmittendo non seruāt que in pceptis audiunt: et isti viuēdo ea custodiūt in quibus nequaqꝫ mādatis legalibus astringunt. Circūscripsit nos diuina pudentia: circūuenit excusationē nostram: vndiqꝫ cōclusus est aditus tergiuersatiōis nostre: homo Gentilis et sine lege in medium adducit videlꝫ Job: simplex et rectus et recedens Gregoriꝰ. a malo: et pmanens in innocētia sua: vt inde nostra prauitas cōfundat: iuxta quod alibi dicit: Leua in directū oculos: et vide vbi nunc pstrata sis: ne forte aliquādo Hiere. 3. dicas (sed inutiliter) pre cōfusione/ O mōtes cadite super nos. etc. ¶ Creator enim humanorū corporū deus/ sciebat qꝫ talis esset fragilitas humani corporis/ que lāgores diuersos posset recipere: ideoqꝫ venturis passionibus puidens: etiam medicamēta pcreauit in terra: et medicine tradidit disciplinam: vt si accideret egritudo corpori: non deesset medela. Quorsum hec? Animā enī creans deus: sciebat qꝫ futura esset vitiorū capax: et ob hoc subdita atqꝫ onerata peccatis. Ideoqꝫ sicut corpori ita et anime medicamēta pparauit in his sermonibus quos per diuinas scripturas disseminauit atqꝫ dispersit. Si quādo ergo poccupauerit nos inimicus: et Origenes. ignitis iaculis suis vulnerauit animā nostram: pmo omnium cōuenit ait Origenes post peccatū confiteri pctm̄: xix. et in memoriā reducere: vt per recordationē eiꝰ stimulatuꝫ cor/ interim refrenet ac reuocet: ne quid tale vltra cōmittat. Bonum quidem erat semp corpus (vt ita dixerim) anime nostre insanitate seruare: et armis dei circūdatuꝫ inuulnerabile pmanere: nulliꝰ egritudinis quicqꝫ experiri. Quod si per negligētiā sui animeqꝫ desidiam incurrerit pctm̄: arguente se qui potestatē habet: nō in- Hiere. 2. dignet: ne forte arguat eum aliquādo malicia sua: cum eam nō poterit emēdare. ¶ Scriptū est enim de quibus- Ezech. 32. dam qꝫ descēderunt in infernū cū armis suis etc. Sed hec correctio ita grauis est: vt etiam hi qui religiosi vident: si forte vt homines aliquādo in aliquo delicto incurrerint et arguant: indignētur aduersus eos qui corripiūt vt emēdent. Hinc Esaias sectus est: Hieremias in lacum missus: lapidatꝰ Zacharias et Stephanꝰ: Christus dñs crucifixus. Impatiēs enim medele populus: in pnitiem medentis exarsit. [Recte tractātem verbuꝫ veritatis.] Grece ὀρθοτομοῦντα. idest recte secātem. iuxta illō veteris prouerbij/ Tenedia bipēnis. pouerbiū Trāslatū inde qꝫ olim rex Tenedi securim gestans: lites audire cōsueuit: causaqꝫ iudicata: protinus eum qui fecisset iniuriā securi percuti iubebat. Aut qꝫ Tenedius quidā rex legē tulit in adulteros: vt vtriusqꝫ

corpus securi pcideret: eiusqꝫ legis exemplū in filiū exercuit: pinde in nomismate iussisse insculpi alterū ex parte securim: altera duos vultus ex eadem ceruice pminētes. Ad hoc ptinet illud Alexandri magni factuꝫ qui noduꝫ insolubilem in Mide plaustro ense dissecuit dicens: per inde valet. Secundū autem Ambrosiū: im- xx. pudorati vocant qui cōtentionibus nitunt: quas voca- Ambrosiꝰ. uit pugnas verborū: qꝫ in his nemo velit cedere: sed suā quisqꝫ ptinacissime tueat: et alius alium conspuat et confundat. Uerbū autem veritatis incidit inutilia: tractat necessaria: resecat supflua: cum in hmōi disputatiōibus vt sepe diximus veritas quo magis querit: eo longiꝰ absit. Textꝰ noster ita legitur. Sollicite cura te ipsum pbabilē exhibere deo operariū incōfusibilem: recte tra- Ambrosiꝰ. ctantem verbū veritatis. Ambrosiꝰ ita. sollicite cura temetipm̄ vt pbabilē exhibeas deo operariū: non impudoratū: recte tractātem verbū veritatis. Impudoratū igitur opponit cōtentiosis. [Ceterū pphanas vocum inanitates ptermittito. Ad maiorem enī pficient impietatem: et sermo illorū (qui sedent in cathedra pestilen- Ps. 1. tie) paulatim coalescēte et subrepente veneno: et tādem eo res deueniet vt humanis cōcertationibus impietas magis ac magis crescat: vt nō penitus absurde videat ille homo peccati pcepisse ijs qui legem suam susceperunt (Agarenos intelligo) ne vellent eam argumentis μάμαδ. tueri: sed armis. Sermo enī eorum qui certa in dubiuꝫ vertunt: vt cancer serpit: vnde statim tanqꝫ hydra igne puerb. exurendus est: alioqui hydrā secans: nil pficies. Hanc hydram Lerne aliū cētum capitū fuisse aiunt: alij octo: e quibꝰ vnum erat imortale. Cum hoc mōstro diu multumqꝫ cōflictus est Hercules: ppterea qꝫ reciso vno ca- Plutarchꝰ. pite plura renascunt. vnde dicit Plutarchus de Alexādro: hydram secans semp aliquibꝰ bellis repullulantē. Ceterū vt diximus: sermo eorū vt cancer serpit: ideoqꝫ igni occurrēdum est: quādo lis litem parit. Quemad- Appelles. moduꝫ autē Protogenis et Apellis tabula que duos summos artifices tenuitate lineaꝝ exercuit: nihil aliud habet qꝫ subtilitatis miraculū: cum alioqui nullius bone rei repsentet imaginem: Ita multorū disputationes cum nil doccant qđ faciat ad bene viuēdum: tm̄ osten- Actu. 17. tant ociosam ingenij subtilitatē: et hi vocant verbi sato- xxi. res aut semini verbū: qui sm legem extra castra iubentur diuersari: quasi patientes seminis fluxuꝫ. Hi simi- Leui. 13. les sunt Bonaso animali: cui cornua oneri tantū sunt: non asit vsui: adeo sunt in se reflexa. hmōi est dialectica Seneca. huius tēporis. Et Seneca scribit negotia sordida que nos auocāt a studio sapientie abrumpi posse: explicari non posse: qꝫ negotiū ex negotio serat: et occupationi occupatio velut vnda succedat vnde. vide sermonē serpē- Genes. 3. tem. quid pcepit vobis deus ne de omi ligno comederetis? Ex duabus adiectis litterulis vide in quot labyrinthos deuenimꝰ. Et illa: ne forte moriamur. Ecce ite- ne de omi. rum adiectā eandem particulā negatiuam videlꝫ ly ne. ne forte. sequit conclusio affirmatiua ex duabus pmissis negati- nequaqꝫ. uis: ne moriemini. imo et pclusio est negatiua: quam tū firmauit apostolus dicens: statutū est hominibꝰ semel mori. Heb. 9. Hi sunt qui sedent in cathedra pestilētie: Ps. 1. quorū doctrina si semel animos simpliciuꝫ poccupauerit: nō quiescet donec totos depascat. Ecce enī in- Numeri. 12. quit Aaron iam medium carnis eius deuoratū est a lepra: et ad maiorem pficient impietatē: nisi eatur occursum. [Quorū de numero est Hymeneus et Philetus qui circa veritatē aberrauerunt dicētes resurrectionē iam esse factam: et subuerterunt quorūdam fidem.] Athana. Athana. Hi resurrectionē negabant dicētes videlꝫ hoc modo: patres nrōs iam resurrexisse in filios: et nos in filios nostros resurgere: nihilqꝫ aliud esse resurrectionē qꝫ filiorum pcreationē. Quod si id verum est: virgines et celibes miserabiliores sunt cunctis hominibꝰ. horum qꝫ impudens mendaciū est: ociosum fuerit psequi. Tolerabilius autem erat si soli duo aberrassent a veritate et fundamēto euāgelice veritatis. Duo errauerūt et mul- Numeri. 13. tos post se abduxerūt. Decem exploratores detraxerūt terre quam inspexerāt/ coram filijs israel dicētes: Terra quam lustrauimꝰ deuorat habitatores suos. Et infra: Cōstituamꝰ nobis ducem: et reuertamur. Ex quibus verbis patēter ostendit quomō sermo hereticorū vt cancer morbus serpit. vide in Actis: cap. 5. de Theo- Actuū. 5. da et Juda Galileo qui auerterunt populū post se dicētes se esse qđ non erant: et perierūt et ipsi et eorū sequa- xxii. ces. Hi vero Himeneꝰ videlꝫ et Philetus videbant ex parte tenere errorē Saduceorū: nihil enim refert vtruꝫ illi negent resurrectionē simpliciter: an isti credant iam factam fuisse: sumētes occasionem ex verbis dñi dicen- Joan. 5. tis: Qui credit ei qui misit me/ habet vitam eternam: et in iudiciū non venit: sed trāsit de morte ad vitam. Sed Apoca. hec est resurrectio prima que est in remissione pctōrū: de qua Apoc. cap. 20. Beatus et sanctꝰ qui habet partē in resurrectione prima. in his scđa mors non habꝫ po- de penit. dis. 2. firmū dei. testatē etc. [Solidum tm̄ fundamentū dei stat: habēs signaculū hoc: nouit dñs qui sint sui.] Fundamentū hoc solidum fides est resurrectiōis vniuersalis/ cuius veritas stat firma et immobilis: quicūqꝫ discedāt a fide: aut negent resurrectionē futuram/ siue mētiant eam iam Matth. 16. celebratam. Contra hoc fundamētum non pualebunt porte infernales. Stat fundamentū firmum quā deus implebit que pmisit fidelibus. Huic fundamento fidei nostre inscriptuꝫ est elogium hoc: Nouit dñs qui sunt Joan. 11. eius. sicut de impijs dicit: Ubi posuistis eum: et illud: Genes. 3. Adam vbi es? Nouit oues: nouit triticū: nouit pisces bo- Joan. 21. nos: quos et in numerato habet videlꝫ. 153. nouit animalia munda que rumināt. Sit igitur fundamētuꝫ fidei ceu lapis quidam solidissimꝰ: super quem ecclesia edificata est ex viuis item et electis lapidibꝰ: huic fundamēto insculpsit deus signaculuꝫ hoc aureis litteris: Nouit Genes. 18. dominꝰ qui sint sui. Descēdam inquit et videbo vtrum clamorē qui venit ad me opere pfecerint. etc. hoc est si pmanserint in furore suo: non deerit pena peccātibus: xxiii. si desierint ab insania/ mea fient cognitione dignissimi. Diuinis enim numeris nō omes digni sunt: sed certis quibusqꝫ prerogatiuis designant: qui intra numerū dei debent cōprehendi. Nec enī mulieres deducunt ad nu- Figura. merū: neqꝫ puorū quisqꝫ. Ille ppter fragilitatē: isti quasi moribꝰ vitaqꝫ degeneres. Sed neqꝫ Egyptiorū quisqꝫ ijs qui erant pplo dei admixti numerant quasi alienigene et Barbari: sed soli numerant Israelite: et isti non omnes: sed a viginti annis et supra: nec sola etatis habet obseruatio: sed querit: si et aptuꝫ bello robur ostē- Origenes. dat. Puerilis ergo etas ad numerū dei nō pertinet ait Origenes: nisi forte pmogeniti sint: aut sacerdotali vel Leuitica stirpe pgeniti. Donec ergo sit est alicui nostruꝫ vel puerilis vel lubricꝰ sensus: vel feminea et resoluta segnities: vel Egyptios gerimꝰ aut Barbaros mores vel seruiles: haberi apud deum in sancto et cōsecrato nu- Ps. 146. mero non meremur. Numerat enim dñs stellas/ et omes proprio nomine vocat: de arena autem maris nihil tale legimꝰ. Christus autē dominꝰ non solum discipulos Matth. 10 suos sub numero statuit: verū et capillos capitis eorum dicit nūeratos esse: illos nempe qui in Nazareo sup- xxiiii pullulabāt Samsone ad psternēdos alienigenas. Judicū. 16. Deniqꝫ nō statim vt egressi sunt numerant: sed trāsito mari: Egyptijs submersis: debellatis Amalechitis: accepto Mānate et aqua de petra: erecto tabernaculo: accepta lege: post condita sacramēta: post hec inquā Numeri. 1. omnia populꝰ ex dei pcepto numerat. Uide quanta tibi trāseunda sunt: quanta tolerāda: quot tentationibꝰ/ quot prelijs pugnandū est et vincēdum: vt possis ad numerū diuinū ptinere: et vt in computo aliquo habearis

apud deum. Qui transit ad numerum inquit Exo.30. offerat dimidium sicli vel drachme. Filius enim oblatus est qr ipse voluit. Esaie.53. Sed quia pater est in filio & in patre filius: due drachme sunt in vno stathere: nulla quā-
Cyrillus. titate differētes: sed subsistētia tm. Cyrillus. Sed timor inquit factus sum notis meis: quia cū videt homo mul-
Ps.30. tos male viuentes de quib9 bene sperabat: timet ne tales sint omēs: et veniunt in suspitionē boni ꝓpter ma-
Augustin9. los. Qualis vir? quomō cecidit? quomodo inuētus est in illo facinore? Putas ne tales sint omēs? Tale quid
3.Reg.19. Helias putauit cum audiuit: reliqui mihi septē milia qui non curuauerūt genua ad potādum de aquis ceno-
Iudi.7.] sis seculi hui9: Quia & si mare sit salsum & plenū ama-
Joan.21. ris fluctibus: in eo tamē sunt multi pisces magni & dulces videlz centū quinqginta tres. Nouit enim dns qui sunt eius. Quanta eñ mali cum bonis habent cōmunia: equaliter nasci: mortalia ferre corpora: eadē vti luce: fructib9 & fontibus ꝓsperitatib9 et aduersitatib9: pace: bello: salute: peste: habēt eadem sacramenta: fidem & spem/vnam ecclīam: et tamē nouit dns qui sunt sui & qui alieni. [Itaqz discedat ab iniqtate omīs qui nominat nomē Christi:] hoc est qui ꝯfitetur fidem Christi. Propriū enim signaculi Christiani est iniqua non agere: omnib9 bñfacere. Ita cauēdum est ne signaculū regium pdam9: & incōstantie denotemur: & deleamur de
Ps.68. libro viuentiū & tradamur gladio ire dei cū iis qui non acceperūt signum Tau in frontib9 suis: Ezech.9.cap. aut nomē patris sui. Apoc.14.

¶In magna autē domo non solum sunt vasa aurea & argētea: sed & lignea & fictilia: & quedam quidē in honorem: quedam aūt in cōtumeliam. Si quis ergo emūdauerit se ab istis: erit vas in honorē sanctificatū/ & vtile domino ad omē opus bonum paratū. Iuuenilia autem desideria fuge: sectare iusticiam: fidem/spem/charitatem &'pacem/cum his qui inuocant dominū de corde puro. Stultas autem & sine disciplina questiōes deuita: sciens ꝙ generant lites. Seruū autem domini nō oportet litigare: sed māsuetum esse ad omēs: docibilē patiētem: cum modestia corripiētem eos qui resistunt veritati: nequādo deus det illis pœnitentiā ad cognoscendū veritatē: & resipiscant a diaboli laqueis: a quo captiui tenent ad ipsius volūtatem.

XXV. ¶Ceterū in magna domo nō tantū sunt vasa aurea et argētea: verūetiam lignea & fictilia: et alia quidem in
23.q.1. qui sm carnē. honorem: alia vero in cōtumeliam.] De hoc aliqua diseruim9 ad Roma.cap.9. Et potest applicari ad hoc ꝓ-
p̄.Cor.3. positum qd apostolus dicit de iis qui supedificant aurū argentum/lapides pciosos: lignum fenum & stipulam. Et alias sepe dixim9 bonos in ecclesia pmixtos esse ma-
Math.25. lis sicut animalia mūda & immūda sm legem in vna arca Noe donec segregētur oues ab hedis: arena a stellis: filii dei a filiis hominū. Genes.6. virgines prudētes a fatuis: Math.25. triticū a paleis: oleum ab amurca. Hec igitur eadem intelligunt esse vasa aurea & lignea: argentea & testacea: sed interest/ꝙ que natura argillacea aut lignea sunt: in aurum argentūve cōuerti nō possunt: hic autem ꝙ res voluntatis est non nature. [Si quis expurgauerit semetipm ab omī inquinamēto car-
Roma.11. nis ac spūs: erit vas in honorem sanctificatū: vtile domino ad omē opus bonum pparatum: sicut ex oleastro fit oliua. Scriptū est enim: dne audiui a multis de hoc cō- Actu.9.ca.
tumelie vase quanta mala fecerit sanctis tuis qui sunt in Hierusalē. Vade inquit vade: quia vas electiōis est mihi iste. Quod deus sanctificauit: tu ne dixeris vas Actu.10.
cōtumelie. Eodem modo intelligēdum est de vasis aureis que per incuriā relabi possunt ad impietatē: sicut dicit: Argentum reprobū vocate eos: quia abieci eos. Hiere.6.ca. Vasa que ꝓphanauit Balthasar. i. sanctos qui olim erāt rubicūdiores ebore antiq sapphyro pul- XXVI.
chriores: denigrata est facies eoꝝ &c. Trenoꝝ.capi.4. Daniel.5. Et illud Ezech.28.cap. Tu signaculū similitudinis plenus sapientia pfectus decore in delitiis paradisi dei fuisti. Omnis lapis pciosus operimentū tuū. &c. que sequitur ibi. Et hic est principiū viaꝝ dei. Job. 40.cap. de quo rursus Ezechiel.cap.31. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiso dei: Abietes non adequauerūt summitatē eius: qm speciosum feci eum in multis cōdensisqz frondibus. Qui namqz accipi in cedris & Tho.1.par. q.93.ar.3.
abietib9 possunt: nisi illa virtutū celestium agmina in eterna leticie viriditate plantata? Quem platum cete- Lucifer.
ris legionibus tanta illum species pulchriorē reddidit: quanta & supposita angeloꝝ multitudo decorauit. Hec arbor in paradiso dei tot quasi cōdensas frōdes habuit quot sub se positos spirituū ordines beatoꝝ vidit. Qui idcirco peccās ex vase aureo in vas ignominie conuersus: sine venia dānatus est: quia magnus sine cōparatione fuerat creatus. Et quid hic angelus boni non habuit: si signaculū dei similitudinis fuit? De sigillo quippe anuli talis similitudo exprimit/qualis in sigillo essentialiter habetur. Et licet homo ad imaginē dei creatus di- Gregori9.
catur: angelo tū quasi maius aliquid tribuens: ipsum signaculū dei similitudinis dicit: vt quo subtilior est in eo natura: eo in illo similitudo dei plenius credatur expressa. XXVII.
Nouem autē dixit ꝓpheta genera lapidū: quia nouē sunt ordines angeloꝝ: quibus iste principiū viarū dei optus fuisse describit: quia eos quasi vestem ad ornamentū suum habuit: quorum dum claritatē trāscenderet: ex eorum cōparatione clarior fuit. Vursū autē opus decoris eius fuit: quia sapiētie claritate canduit: quam bene creat9 accepit. Foramina vero idcirco in lapidi- de ptis angeloꝝ scot9 in.2.dist.7. cap.
bus fiunt vt vinculati auro: in ornamēto iungant: & ne quaqz a se dissideant: quos interfusum aurū repletis foraminib9 ligat. Hui9 ergo lapidis in die cōditionis sue foramina pparata sunt: quia videlz capax charitatis est cōditus: qua si repleri voluisset (stātibus angelis tanqz positis in regis ornamento lapidibus) potuisset inherere. ¶Habuit ergo foramina: sed per supbie vitium non sunt charitatis auro repleta. Nam qr idcirco ligant auro ne cadāt: idcirco iste cecidit: quia etiam pforatus in manu artificis vinculis amoris ligari cōtempsit. Idcirco ast Cherub vocat: quia trāscendisse cunctos sciētia nō dubitat: qui & in medio ignitoꝝ lapidum pfectus ambulauit: qr inter angelorū corda charitatis igne succensa: clarus gloria cōditionis extitit: quem extētum et ꝓtegentem ꝓpheta dicit: pro eo ꝙ reliquos quasi obumbrādo operuit qui eorū magnitudinē excellētia maiore trāscendit. Ecce autē qui speciosus in multis frondibus dicit: signaculū similitudinis/Cherub ꝓtegens: et omni lapide pcioso circūamictus: tandiu vas aureum XXVIII
fuit: quādiu iniquitas non est inuēta in eo. Postqz autem repleta sunt interiora eius iniqtate: & peccauit: eiecit eum deus de monte sancto suo: et pdidit ipsum Cherub de medio lapidum ignitoꝝ: Ezech.cap.28. Hec expositio Gregorii est. Sicut autē dicit Origenes sicut in eo quod hic dicit apostol9: de vasis honoris & cōtume- Origenes.
lie nihil videt in deo posuisse de salute nostra sed totum in nobis: Ita & in illis verbis ad Roma.ca.9. Nūquid non habet figulus ptātem &c. totum videt ad deum retulisse qd ad salutem nostram ptinet. Proinde vterqz

sensus ad vnū vocandus est: & e duobus vnus deb3 effici intellect9: quia & gra dei indigem9: sed sine libero arbitrio nihil agimus boni vel mali. Quomō autē diuersoꝝ hominū genera in vna ciuitate vnam rempublicam integrāt: ita intelligendū est de vasis aureis et argēteis: qm vtraqz vnam ecclie pulchritudinē integrāt: que nigra est: sed formosa. Cāti.1. Ita eñ deus per suā
Origenes. mirabilē sapientiam vtitur malis vasis ad bonū sicut & bonis. vnde illud: Nō eas cum eis nec maledicas po-
Nūeri.12. pulo: est enim bñdictus. Potest eñ quis tale quid ob-
XXIX. iicere. Innocētlicz demōes Balaam maledicat populo: faciant demones qd possunt: Nūquid poterit male dict9 esse quem domin9 bñdixerit? Possum9 dicere qr non vult deus demonū genus ante temp9 damnare: sicut alibi expositū est: est enim malleus vniuerse terre
Hiere.50. ad pfectionem vasoꝝ que hic apostolus vocat aurea & argentea. Aliud est eñ si demon expetat a deo aliquē
Cap.1. tentādum sicut ipsum Jobum: & aliud si mago exigente & adiuramētis quibusdā extorquente: demones sine vlla obfuatione desęuiant: in quo vtiqz si eis libertas
vide Rom. 2.sectiōe.10 seruaret arbitrū (non ꝙ posse peccare sit a libero arbitrio efficiente) populū dei pditum dabunt. Si vero libertas auferat arbitrii: hoc esset damnasse rōnabilem creaturam: & ante temp9 intulisse iudicium: & impedisse omēs qui aduersus eos in agone certantes poterāt coronari. Si enim demonib9 auferat libertas arbitrii: nullus vltra ipugnabit athletas Christi: sublatoqz certamine: sublata est victoria: maxime cum sciant ipsi qr tempus ptātis eorum cōtinet seculum psens: iuxta qd
Math.8. loquūtur dicētes: venisti ante temp9 torquere nos. Ita omps deus per suam summā sapientiā non solum vtit
Deut.32. bonis ad bona: sed & malis ad bona: potens ꝓducere mel de petra: oleumqz de saxo durissimo. vide doctorē
Scotus. nostrum in scdo. distin.7.q. vnica. solutionē vltimi ar-
Guillielm9 gumēti. Guillielm9. Demōes cotidie nouis peccatis & nouis malitie operib9 sese implicātes: deteriores & nequiores fiūt. Hoc intelligit doctor noster extensiue: nō intēsiue: iuxta illud. Superbia eoꝝ qui te oderūt ascendit semp. psalm.73. videlz donec bestia cū corpore suo
S.Bona. mittat in stagnum ignis. Daniel.7. vide sanctū Bonauen. in.2. distin.7.q.2. triplicem opinionē ad hoc. Au-
Augustin9 gustin9. Serpens non interrogat: quia nec ꝯfiteri peccatū potest: nec habet vñ se excuset sicut Adam & Eua. Non tamē statim damnat ad penam que vltimo iudicio reseruat: sicut habes Math.25. Ite maledicti. &c. [Juuenilia autē desideria fuge:] iuxta quod alibi dixit
p̄.Cor.6. apostol9: Fugite fornicationē: fugite femineū sermonem: femina enim vel solo flatu vmbra ve nocet: vt ne dicam ipsa eius memoria. Deniqz sicut dicit Augustin9: acu-
Augustin9 leus peccati facta est feminea forma: & mortis conditio non aliūde surrexit: nisi de muliebri substātia. Per feminā liberauit nos equidē Christus: sed quia inde ad-
XXX. huc morimur: formidare debem9: Nam si modo putamus nos esse intētabiles feminis: nihil ergo restat celestibus regnis. Finitū est bellum: vbi est corona? & ta-
Samson. mē non ita est. O quantos leones domuit vna infirmitas delicata: que cū sit vilis & misera: de magnis efficit predam. Mentior si non vidim9 exinde interitus plurimoꝝ. Qd si illa de viro suo nata: vsqz hodie eum cui iūgitur tentat: quanto magis illa que copulat nulla lege cōiuncta? Cui inheserit mulier contra fas: insanabilē in-
Femina. gerit plagam. Femine9 aspectus occurrens/velut sagittas alienis oculis iactat: Et tolerabili9 est audire basiliscum sibilātem qz feminā cātantem: que solo verbo concupiscētie virus infundit. [Sectare vero iusticiam fidem/veritatē/pacem cum his qui inuocāt dñm ex pu-
Apoca.6. ro corde:] quasi dicat. Fuge mortē quam sequit infernus: sectare vero vitam quam qui sequit: non comprehēditur a morte. Sciēdum sicut dicit philosoph9 ꝙ legum latoris iudicii non de singulis nec de psentib9 sed de vniuersalib9 & futuris est: ideo Athenieses dicti sunt habuisse optima iura: qm in statuēdis eis sola ratione duce leges sanciebant. Est autē prima iusticie pars sm Justicia.
Tullium: ne cui quis noceat: nisi lacessitus iniuria. Hāc Tullius.
iusticiam vocat Augustin9 iusticiā impfectoꝝ. Sectare ergo iusticiā/ que reddit vnicuiqz qd suum est. Sine XXXI.
hac enim teste Lelio regna vertunt in latrocinia: & im- Lelius.
possibile est rempublicā diu ꝑstare posse: per hanc eñ nutrit pax in ciuitate & charitas: iuxta illud: Erit opus iusticie pax: & cultus iusticie silentium: et securitas vsqz Esaie.32.
in sempiternū. [Stultas autē et ineruditas questiōes deuita: sciens qr generant lites.] Lis autem sicut dicit litem parit: & noxa noxam. Itaqz sicut iniuria resecanda est non retaliāda: alioqui nullus erit reciprocandi mali finis: ita de cōtentionib9 intelligendū est. Hi sunt qui lingua tantū pugnant: verbis digladiant: barbe tenus sapiētes. sed inter indoctos etiam Corydus sonat. Corydus vilissime auicule gen9 minimeqz canoꝝ: strepit tamē inter aues mutas: Apō Lusciniā canens: ferri non posset. Monoculus rex inter cecos. Multi enim sunt qui apud idiotas valent disputare etiā de cōcentu & harmonia celorum: inter doctos autē elingues sunt. Exo.4.ca.
Hic autē inquit de Joāne Petrus quid? Tu inquit ha- Cap.21.
bes claues: habes & cōmissam curam de ouibus: solue pēsum tuū. Hunc autem si etiam vellem minime mori: quid tu vnqz emolumēti: aut quid cōsolationis vnqz inde cōseqreris? Nec eñ alioru3 calamitate pericula nostra mitigant: quis cōmuniter insitum esse hominib9 videat vt optent/si quid piculi subituri sunt: nō esse solos: sed ceteros etiam aut videre similia pati: aut saltē audire ppessos fuisse: vel omino idem passuros. Cyril- Cyrillus.
lus. Non est vestru3 nosse ea que deus posuit in sua potestate. Actu.1. [Seruū autem dñi non oportet litigare: sed placidū esse erga omnes. [Si enim inuicē mor- Gala.5.
detis: videte ne ab inuicē cōsumamini. [docibilem] vel ꝓpensum ad docēdum: iuxta illud: Omi petenti te tri- Luce.6.
bue. Sapiētia enim abscōdita & thesaur9 inuisus: que vtilitas in vtrisqz? Eccl.20.cap. Melior est eñ qui celat insipiētiam suam: qz homo qui abscondit sapiētiam suam. Gratis accepistis: gratis date. [Patientē: mode- Math.10.
stum: erudiētem eos qui obsistūt veritati] ꝓpter illud XXXII.
quod sequit. [si qñ det illis deus penitentiā] ad agnoscēdum veritatē: [et resipiscant a diaboli laqueo capti ab eo ad ipsius volūtatem.] Hunc laqueū Esaias frenum vocat quod erat in maxillis populoꝝ: nō quo sub- Esaie.30.
ditos regeret princeps aeris hui9: sed quo pcipites traheret secū in ruinam. Hec sentētia ꝯfirmat illud quod supra disseruim9 de vasis honoris & cōtumelie. Ne forte videlz aliqñ resipiscant & fiant vasa aurea que erant testacea: & que erant tenebre fiant lux. Et resipiscant. Seneca. Non quālib3 insitionem vitis patit: si vetus Seneca.
& exesa est: & si infirma graciliqz: non recipiet surculu3: aut non alet: nec qualitatē eius vtramqz transibit. Hic de quo scribis & mandas ꝙ vult ad meliorē cōuerti frugem: nō habet vires: indulsit simul vitiis: & emarcuit et indurauit: nō potest recipere rōnem: non potest nutrire. At cupit ipse. noli credere. Nō dico illum mentiri tibi: putat se cupere: stomachū illi fecit luxuria: cito ei redibit in grām: Nihil enim facilius qz amor recrudescit: et cito rebellās affectus a cōcupiscentia illectus. sed dicit Jacobi.1.
se offendi vita sua: Non negauerim. Quis eñ non offendit? homines vitam suam & amant & oderunt. Tunc itaqz de illo feram sentētiam: cum fidem nobis fecerit inuisam iam sibi esse luxuriam. Quo exemplo ostendit Seneca inueterati ingenii prauitatē inemēdabilē fore. Tamē quia liberi sumus quādiu viuit: si quando inquit apls vel ipsi resipiscant. Vide autē ꝙ ciconie eosdem repetunt nidos sicut & hirūdines: quia piculū est

canem intestina gustasse. Resipiscant inquit vel sero: amisso tum regno: tum & sacerdotio: dicentes. merito hec patimur: quia peccauimus in fratrem nostrum: &c. Gene. 42. cap. Nunc enim cõfitente Juda peccatũ suum: quid dicit? Quid ad nos? Tu videris. Math. 27. [Joan. 13.] Accepta inquit buccella: cõtinuo exiuit. Et illud Exodi. 32. Cras solẽnitas dñi est. Et illud: Mane autẽ facto: concilium inierunt. Timet enim diabolus ne per morã resipiscant. [Cyrillus.] Cyrillus. Ne simus igitur curiosi perscrutatores iudiciorum dei/dicentes idcirco impios absq; timore perpetrare mala [Eccle. 8.] quia non illico contra illos profertur sententia. Ne dicamus/si prouidentia esset in rebus: nunquid plueret in mari: [August.] cum Getulia ariditate tabescat? Si enim intrasses in officinã forte fortuna alicuius fabri ferrarij: nõ auderes reprehẽdere folles incudes & malleos: ceteraq; id genus que inibi vidisti. Et das hominẽ imperitũ nescientem quid quare sit: & omnia reprehẽdit. Sed si non habeat peritiã artificis: habeat tamẽ cõsiderationẽ hominis: vel illud interim dicit. Nõ sine causa folles hoc loco positi sunt: artifex nouit quare: etsi ego nõ noui. Imponamus igitur digitum ori nostro/& perpetuo silentio cõ[Ps. 65.]ticescamus: scientes quam terribilia sunt consilia dei su[Ps. 74.]per filios hominũ: & hunc humiliat & hunc exaltat: quando Satanas vas aureũ cõfractum est quod cecidit de ce[Luce. 10.]lo quasi fulgur: nec inuenietur in eo fragmen in quo portet igniculus quãtũcunq; paruulus. Esaie. 30. Paulus autẽ qui et Saulus: cui deus dedit penitẽtiam: resipiscens aliquãdo: eo altitudinis peruenit vt raperetur ad ter[2. Cor. 12.]tium celũ vnde lucifer cecidit: quia hũc humiliat & hunc exaltat deus. Neq; inquit resipiscant. Nõ est inquit propheta qui agat penitẽtiam: recogitet & dicat: quid feci? Hieremie. 8. Peccata ergo que nec cogitare debuimus: [Gregorius.] iam cõmissa recogitemus: sed in amaritudine cum Ezechia. Esaie. 38.

¶ Tertium Caput.

Hoc autẽ scito q; in nouissimis diebus instabũt tẽpora periculosa: & erunt homines seipsos amãtes: cupidi elati: blasphemi: parẽtibus nõ obedientes: ingrati: scelesti: sine affectiõe: sine pace: criminatores: incõtinẽtes: immites/sine benignitate: proditores: proterui: inuidi: & voluptatũ amatores magis quam dei: habẽtes quidem speciẽ pietatis: virtutẽ eius abnegantes: & hos deuita. Ex his enim sunt qui penetrant domos: & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis: que ducũtur variis desideriis: semper discẽtes: & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes. Quemadmodũ autem Iãnes & Mãbres restiterunt Mosi: ita & hi resistũt veritati: homines corrupti mẽte: reprobi circa fidẽ: sed vltra non proficient. Insipientia enim eorũ manifesta erit omnibus sicut & illorum fuit.

i. ¶ Hoc aũt scito q; in extremis diebus (& nũc est: nos enim sumus in quos fines seculorum vene[1. Cor. 10.]rũt) instabũt tempora periculosa quia abũdante stultorũ numero: nauis ecclesie videbitur submergi: Et erũt [Tho. secũda 2. q. 25. ad. 7] homines sui tantũ amatores. Sciendũ sicut dicit philosophus [Phs.]: q; non frustra quisq; ad seipsum amicitiã habet: est enim id naturale/ quãdo & amorẽ ad proximũ ex nostri dilectione metiri precipimur: iuxta illud: et proximũ tuum sicut teipsum. Sed cũ amatio sui reprehẽditur: non illud re[Math. 22.]prehenditur q; se amet: sed quia magis quam oportet se amat: quẽadmodũ & pecuniarum cupiditas. Hoc enim innuit apostolus cum dicit: Erũt homines sui tantũ amãtes. vnde dicta est φιλαυτία cecus amor sui sicut dicit Horatius. Id autem reuera vitiũ Plato malorum [Plato.] omniũ fontem appellat: & merito. Qui enim sibi nequã [Eccl. 14.] est: cui futurus est bonus? Itaq; sicut dicit philosophus [Phs.] iam hec vox in prouerbium abijt φίλαυτοι. Homines inquit sui supra modũ amantes male solẽt audire a multitudine: quippe qui fedo infamiq; cognomine vocantur φίλαυτοι. Reuera autem improbus non videtur: nec erga se quidẽ se amãter habere/ [ii.] cum nihil in se habeat quod amari mereatur: nec secũ ipsi cõgaudent: nec cõdolent: illud tantũ curantes/quomõ fugiant nociua: sequantur voluptuosa & vilia. Is autem vere dicitur amator sui: qui mẽtem amat: & inseruit principalissimo sui videlicet rationi. Is enim abijciet & pecunias & honores et omnino omnia quibus homines inter se cõcertant: vt virtutẽ assequatur. Inde docebat Bias [Bias.] speculum semper habẽdum in manibus: vt siquidem pulchros nos genuit natura mater: digna nobis faciamus: sin secus deformes: faciei defectũ illustremus virtutibus: ne simus sicut dicitur plumbeus gladius in eburnea vagina: sed thesaurũ occultemus in vasis fictilibus. [2. Cor. 4.] Et sciẽdum multa esse peccata que nos cõmisimus: que tamen idcirco grauia nobis non videntur: q; priuato nos amore diligẽtes: clausis nobis oculis in nostra deceptione blãdimur. vnde fit plerunq; vt & nostra grauia leuiter: et proximorũ [Gregorius.] mala leuia grauiter iudicemus. Quare ergo id quod in nobis vile vel leue est/graue videtur in proximo: nisi quia nec nos sicut proximũ: nec proximũ sicut nos cõspicimus? scimus enim quia vehementer claudit oculũ amor priuatus. Et intolerabilia nobis videntur facta proximorum: qui sepe fortassis talia egimus: & nihil nos proximo intolerabile fecisse putamus. Cuius oppositũ cautum est in lege [Figura.] diuina. Dicitur enim Leui. ca. 19. vt iustus debeat esse modius equus: nec aliud ad accipiẽdum habeamus aliud ad [Leuit. 19.] dandum. Hec sunt tẽpora periculosa que apostolus per spiritũ propheticum predixit futura: in quibus frigescente & quasi cõtracta charitate ad seipsum/quasi solus esset: [Math. 24.] sunt homines sui tantũ amatores: in quorũ ore nihil aliud personat: quam vox illa: argentũ & aurum habeo: sed ne forte [Math. 25.] non sufficiat vtrisq;: hoc tibi non do: Ite potius ad vẽdentes. [iii.] hodie enim vulgus amicitias sola vtilitate probat. hoc est autem quartũ quod nunquam dicit sufficit. Habes inquit carbones: sedebis super eos: [Esaie. 47.] hi erũt in adiutoriũ tibi. Ex quo intelligimus pro qualitate amoris inordinati ignem sibi vnũquemq; succendere: sed flatus Leuiatan has prunas ardere facit. Job. 41. Alius ardet ira: alius inuidia: alius cupiditate &c. Et quomõ in eodem manẽtes loco et si dici põt lectulo alij sani sunt: alij febrium accenduntur ardoribus: ex diuersitate humorum diuersa supplicia sentientes: sic ignis cõcupiscentie et ceci amoris qui a pectoribus succenditur/materiã in peccatis habet. [Auari: (sicut Tãtalus:) insolentes: (sicut Seba:) superbi: (sicut Pharao:) blasphemi: (Sennacherib) parentibus non obedientes (Absalon.) ingrati: [2. Reg. 20.] (sicut Saul:) scelesti: (sicut Cham:) carentes affectu: [4. Reg. 18.] (struthiones:) nescij federis: (sicut Sedechias:) calũniatores: [4. Reg. 25.] (sicut Doec:) incõtinentes: (sicut Salomon:) [1. Reg. 22.] immites: (sicut Roboam:) sine benignitate: (sicut Herodes:) [3. Reg. 12.] proditores: videlicet alter Judas. vide 1. Regum. 23.

Romulo regnante: Spurius Tarpeius arci preerat: cuius filiam virginẽ aquam sacris petitum extra menia egressam Tatius vt armatos socios in arcem secum reciperet corrupit: mercedis nomine pactus que in sinistris manibus gerebant armille videlicet & anuli ex auro magno pondere. Loco potiũ agmen Sabinorum: puellam premissã flagitantem/armis obrutam necauit. Absit inquit Va[Val. Ma.]lerius max. reprehensio: quia impia proditio celeri pena vindicata est. [Proterui: tumidi: voluptatẽ amãtes magis quam deum/habentes formam pietatis (habitu & verbis. [de heret. excõicam.] μόρφωσιν, qui alienas conscientias formant: & ecce sua cauterizata est: ecce trabem in oculo [Math. 7.] tuo &c.) sed qui vim eius abnegauerũt. Et hos deuita.] Vidisti radicem? Qualis radix talia & germina: & qualis fons tales & riuuli: et mali corui pessima oua. Meri[Plato.]to Plato autumat amorẽ sui fontem esse omniũ malorum. Has inquit pestes deuita: quorũ non modo mores sed [supra. 2. ca.] & sermo vt cancer serpit. Sepe enim vno peccãte: ira dei in populũ deseuit: quod maxime fit quãdo sacerdotes qui populo presunt erga criminosos volũt benigni videri: verentes peccantiũ linguas. Certe dum vni parcũt: vniuerse ecclesie moliuntur interitum. Peccator quidem [Luce. 10.] prius est oleo pungendus misericordie: & emplastris alliganda vulnera: oleum admiscendũ vino. q; si huiusmodi medicamẽtis nõ cedit tumoris duricia: abscindendus est ab ecclesia. [iiii.] [Ex his enim sunt qui irrumpunt in domos: & captiuas ducũt mulierculas oneratas peccatis: que ducuntur cõcupiscẽtijs varijs.] Hi obliti quid in domibus suis agatur: curiosissimi scrutatores sunt vite aliene. Horum quẽdam notat Marcialis: qui malorum [Marcialis.] alienorum erat obseruator callidissimus & taxator acerrimus: cum ipse vxorem haberet adulteram. Plutarchus id hominũ genus simile ait esse lamijs que domi ocu[Plutarchus.]los reconditos habẽt: foras egressure reponũt: atq; ita fit vt domi cecutiant: foris sint oculatissime: quo vitio senes laborant qui procul remota vident: propius admota non vident. Hoc tamẽ Ambrosius exponit de illis qui [prouerb.] verbo tantũ sanctitatẽ mẽtiuntur: vmbram ostẽdunt pro corpore: vinum precõnio declarãt: & acetum vẽditant. [Ambrosius.] Mũdum spernẽdum docent: ipsiq; semper accurate incedunt. Jeiunia laudant/ cum omnes saginati videantur: tamẽ q; arte quadam pallidi cernũtur vt fallant. Deniq; lucerne credũtur ardentes & lucentes: reuera autem fumos vendunt. Isti sunt ergo qui domos penetrant et inueniũt mulierculas/que pre vanitate (qualis enim mater tales & filie: etiam mali scientiam appetunt) nouũ aliquid desiderantes audire: cum iudicium [1. Thess. 5.] non habeant probandi omnia: & tenendi optima: ab omni autem specie mali abstinẽdi: Ducuntur captiue & onerate peccatis: varijsq; desiderijs: sicut dicitur: Eritis si[Genes. 3.]cut dij: aperientur oculi vestri: non moriemini: scietis bonum & malum. Hec sunt feminarũ desideria: libertas: curiositas: vita & scientia. Cõtra primũ dicitur ad Euam: [v.] sub potestate viri eris. Contra secũdum: iubetur velare caput in ecclesia. Contra tertiũ: in dolore paries: et multiplicabo conceptus tuos. Contra quartum: mulie[1. Cor. 14.]rem docere non permitto: sed domi virum suum interroget. sequitur: [semper discentes: & nunquam ad cognitionem [A. Gellius.] veritatis venire valentes. Refert Aulus Gellius huiusmodi fabulam. Inter protagoram sophistarum acerrimum et discipulũ eius Eriachium nomine: lis erat super pa[historia.]cta mercede. Adolescens hic cupidus eloquẽtie in discipulum Protagore se dedit: daturumq; promisit mercedem grãdem videlicet pecuniam quãtam magister petierat: dimidiumq; dedit statim priusquam disceret: pepigitq; vt dimidiũ reliquũ daret quo primũ die causam apud iudices orasset: & vicisset. Post cum diu ille auditor assectatorq; Protagore fuisset: et in studio quidem facundie abunde profecisset: causas tamẽ non reciperet: tempusq; longum curreret: & facere id videretur: ne reliquum mercedis daret: capit consilium Protagoras: vt tum existimarat acutum & astutum: & petere instituit ex pacto mercedem: litemq; cum discipulo cõtestatur: et stans ante iudices: sic exorsus est. Disce inquit stulte adolescens vtroq; id modo fore vti reddas quod petor: siue contra te pronũciatum fuerit: siue pro te. Nam si [vi.] contra te: merces mihi ex sententia debetur: quia ego vicero. Si vero pro te iudicatũ fuerit: merces mihi ex pacto debetur: q; tu viceris in prima causa. Ad hec discipulus. Quid inquit si te non solum in causa: sed & in argumento vicero? Disce igitur tu magister sapientissime vtroq; modo fieri vti non reddam quod petis. Nam si iudices pro me iudicant: nihil tibi ex sentẽtia debebitur: quia ego vicero. Sin contra me pronũciauerint: nihil tibi ex pacto debeo: quia in prima causa non vici. Quo audito iudices dubium hoc inexplicabile arbitrantes: rem iniudicatam reliquerunt: causam in longissimam diem differentes: illud adijcientes interim κακοῦ κόρακος κακὸν ᾠόν. [prouerbiũ.] idest mali corui malum ouum. Hic modus dirimendi causas etiam his nostris temporibus seruatur apud nostrates: transferuntur enim cause a pretore in Cãcellariam: inde deducuntur ad consilium Re[Actu. 25.]gum: Cesarem inquit appello: deinceps deueniunt in rotam: vbi tandiu rotantur & versantur & voluũtur & inuoluũtur: decidunt et digerũtur: quandiu alter litigantiũ sublatus est de terra viuẽtium: aut saltem exhausto patrimonio alter vicit in causa: que tamẽ victoria sanguinolenta est: et sicut dicitur: sero sapiunt Phryges. [prouerbium.] hoc est semper addiscere: semper currere & nunquam peruenire: [vii.] cum liceret si libuisset: causa composita: per viam compendij peruenisse cito: maxime quia seruum dei litigare non licet: sed dulce bellum inexpertis. Hoc tamen verbũ: semper addiscẽtes: de feminis intelligẽdum est. Dicit. n. apostolus γυναικάρια πάντοτε μανθάνοντα, καὶ μηδέποτε εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἐλθεῖν δυνάμενα. Hec igitur onerate peccatis sicut mulus cui non est in[Math. 21.]tellectus: aut asina illa que ligata erat extra castellum pro cõmuni vsu ciuiũ: aut si mauis tanquam simulacra muta circũducuntur quouis vento doctrine. [Hierony.] De agmine enim columbarum crebro accipiter vnam separat: quam statim inuadat: et laceret: de cuius carnibus & cruore saciet. vnde Cain egressus a facie domini: habitabat in terra Naid quod interpretatur fluctuatio. Hieronymus. Semper addiscẽtes. Eudamidas (referẽte Plutarcho) vi[Plutarchus.]so in academia Xenocrate iam sene disputante cum familiaribus: interrogat quisnam esset senex ille: & qua de re dissereret. Respõsum est illum & sapientem esse: & ex eorum numero qui veritatẽ quererent. Et quando inquit ea vtetur: si eam nunc primũ querat? vnde iuxta [Chrysost.] Chrysostomũ: nihil impossibilius quam illum corrigere qui omnia scit: et tamen cõtemnens bonũ: malum eligit. Omnia enim que in scripturis sunt propter cotidianã meditationem ante oculos eius inueterata & vilia estimantur. [Eccli. 12.] Quis ergo medebitur incantatori a serpente percusso? Non ergo mireris si videtur negata penitẽtia clericis: dicente dño: si sal euanuerit in quo salietur? Math. 5. [26. q. 5. nec mirũ.] [Quẽadmodũ autem Jãnes et Jambres resistebant Mosi: ita & hi resistũt veritati: homines mente corrupti: reprobi circa fidem: (amiserũt. n. aurem dextrã: Joã. 18.) sed non proficient amplius.] Isti sunt Magi Pharaonis [Exodi.] de quibus habetur Exo. cap. 7. et. 8. qui deficiẽtes in tertio signo: culices educere nõ potuerũt de potẽtia materie: sed deficiẽtes in vanitate sua: cõfessi sunt cum dolore vulnerũ deũ in Mose operantẽ: quia digitus dei est hic. Hoc mõ intellige de ijs qui irrũpunt domos alienas &c. qui

speciem quidē sanctitatis ꝓfitentur: factis autem ne
gant: celantes dentes ferinos sub ouina pelle ⁊ quadā
Matth. 10. imagine pietatis. Hi nō possunt diu celare ignem in si
nu suo: nihil enim optum quod nō reueletꝛ: nec diu la
tere poterit eorum amentia: dicturi sunt velint nolint: digi
tus dei est hic. Exodi. 8.

¶ Tu autē assequutus es meam doctrinam: institutionem ꝓpositum: fidem longanimitatem: dilectionem: patiētiam: ꝑsecutiones: passiones: qualia mihi facta sunt Antiochię Iconii Listris: quales ꝑsequutiōes sustinui: & ex omnib⁹ me eripuit domin⁹. Et omnes qui pie volunt viuere in Christo Iesu/ persecutiōes patientꝛ. Mali autem homines & seductores ꝓficient in peius: errantes & in errorem mittentes. Tu vero ꝑmane in his que didicisti & credita sunt tibi: sciens a quo didisceris. Et quia ab īfantia sacras litteras nosti: que te possunt instruere ad salutem per fidem que est in Christo Iesu. Om̄is enim scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad docendum ad arguendū: ad corripiēdum: ad erudiēdum in iusticia: vt ꝑfectus sit homo dei: ad omne opus bonum instructus.

¶ Tu autē sequutus assectat⁹ es meam doctrinā: hoc
est adfuisti a principio vsq; ad finem: ⁊ testis es omniū
que docui: queq; passus sum. Sequut⁹ es ⁊ ideo cōse
quutus doctrinā de credendis: [institutionē] in mori
bus: [ꝓpositum] placendi non hominibus sed deo: [fi
dem] quam circūcirca diffamaui: [longanimitatē] quā
semper ostendi: ꝑeligens ad tempus anathema esse a
Roma. 9. Christo pro fratrib⁹ meis: [charitatē] qua non tantū al
Actu. 21. ligari sed ⁊ mori paratus sum ꝓ nomine Christi: [pa
tientiam/ ꝑsecutiones afflictiones:] hoc est patientiam
quam exhibui in ꝑsecut. i. ⁊ afflictionibus [que mihi te
ste acciderūt Antiochię: Iconij ⁊ Lystris: sed ex om
nibus me eripuit dn̄s.] de hoc vide in Actis. capi. 14.
per totum caput. Est autem Lystra Timothei patria.
viij. Assequut⁹ est itaq; Timotheus doctrinā apl̄i: mores
et ꝓpositum: quo ęmulus factus discipulus doctrinę
apostoli pariter ⁊ vitę inculpatę: audentior ⁊ ipse vsur
paret ac ꝑsumeret vocem illam: Bonū certamē certaui.
infra ca. 4. ⁊c. Neq; enim omnes assequūtur siue cōsequūtur ma
vt supra. gistrorū doctrinam: sicut dicitꝛ: semꝑ discentes ⁊ nunq̄
veritatē inuenientes. Tu autē ęmulus factus es doctri
Figura. nę meę: iuxta qđ in Leuiti. ꝑcipitur sacerdotibus: de
Leui. 1. c. coriantes holocaustū: diuident illud mēbratim. Quo
mō autem decorietꝛ caro verbi dei quod hic vitulus no
minatꝛ: et quomō mēbratim diuidatꝛ a sacerdotib⁹ ope
Origenes. pręciū est inquirere. Ego autem puto q; ille sacerdos
detrahit pellem vituli oblati: qui de verbo dei abstra
hit velamē litterę: ⁊ interna eius que sunt spūalis intel
ligentię mēbra denudat. Diuidit autē mēbratim vitu
lum: qui explanare potest ⁊ cōpetenti distinctione dis
Matth. 9. serere qui sit ꝑfectus Christi fimbriam contigisse: qui
Lucę. 7. vero pedes eius lauisse lachrymis ⁊ capillis tersisse.
Quanto autē his potius sit caput eius vnxisse myrrha:
Matth. 26. ca. sed ⁊ in pectore eius recubuisse quid ha
Joan. 13. beat eminētię: quid vero sacramēti ꝯtineat rimasse cor
dis eius ꝓfundum: missa manu intra latus eius: Joan.
20. aut Christum in vlnis complexū retinere: Lucę. 2. et
Ps. 4. osculum poscere cum spōsa: Canti. 1. dicereq; cum ꝓphe

ta: In pace in idipsum dormiā ⁊ requiescā. Nam sicut
in nouissimis dieb⁹ verbū dei ex Maria carne vestitum
ꝓcessit in hunc mūdum: ⁊ aliud quidē erat quod vide Rebecca ꝑ
batꝛ in eo: aliud quod intelligebatꝛ: Carnis nam q; aspe texit colli
ctus in eo patebat omnib⁹: paucis vero ⁊ electis dabatꝛ nuditatem
diuinitatis agnitio: ita ⁊ cum per ꝓphetas vel apl̄os Jacob.
aut legislatorē proferꝛ verbū dei ad homines: nō absq;
cōpetentibus ꝓfertur indumentis. Nam sicut ibi car ix.
nis: ita ⁊ in aplico ac ꝓphetico sermone litterę velamī
ne tegitꝛ/ quasi nucleus sub testa panis vitę ęternę. Hoc
est igitur quod Timothe⁹ assequutus est auditor non
obliuiosus factus sed factor operis ⁊ sectator doctrinę
aplicę vt videlꝫ nouerit quādo proferre habeat populo Jacobi. 1.
de thesauro scripturę noua ⁊ vetera: quādo nuda quā
do operta parabolis ⁊ enigmatib⁹: quādo lacte pasce Heb. 5.
re: quādo solido cibo. [Sed ⁊ om̄es qui pie volunt vi
uere in Christo iesu ꝑsecutionem patiētur.] Igitꝛ cum
cęperimus pie viuere in Christo iesu: torcular ingressi
sumus: ꝑparemur ad pressuras: nolimus autem aridi
esse dicētes: anima nostra arida est: nihil respicit ocu
li nostri nisi Man: sed simus imitatores botri illius de Numeri. 11.
terra ꝓmissionis adducti: Numeri. 13. cap̄. expressi in cru
ce: sicut dicitꝛ: Torcular calcaui solus: Esaię. 63. qui cū
malediceretꝛ non maledicebat: cum amplius ꝑmeretꝛ/ p̄. petri. 2.
clamauit: Lucę. 23. pater ignosce illis: Deniq; militis lā
cea confixus: continuo manauit sanguinem ⁊ aquam.
Joānis. 19. cap̄. Et fortassis inquit Ambrosi⁹: cum ꝑse Ambrosi⁹.
quutiones non patimur: tanq̄ condēnati et reprobi ha
bemur/ q; nequaq̄ pie volum⁹ viuere in Christo. Om
nes enī qui pie viuere volunt: ꝑsequutionem passuri
sunt. Quid enī sic persequitꝛ vitam iustorū q̄ vita ini x.
quorum? Non modo cum cogit imitari quod displicet: sed Augustin⁹.
etiam cū cogit dolere quod videt. Vidi ꝑuaricātes ⁊ ta Ps. 118.
bescebam. Et illud: tabescere me fecit zelus me⁹: quia
obliti sunt verba tua inimici mei. Et quis infirmatꝛ et
ego non vror? Om̄es inquit ꝑsequutiōes patientꝛ: om 2. Cor. 11.
nes dixit: nullum excepit. Nullus enim excipitꝛ/ quādo
nec Christus except⁹ est a flagellis. persequitꝛ nos aua
ricia: ambitio: luxuria ⁊ superbia ⁊ fornicatio: a qua fu
gere apl̄s pręcipit. Isti sunt ꝑsequutores graues: qui si
ne gladij terrore mētem hominis frequēter elidūt: qui
illecebris magis q̄ terroribus animos expugnant fide
lium. Multi in ꝑsequutione publica coronati: occulta
hac ꝑsequutione ceciderūt. Foris inquit pugnę ⁊ intus 2. Cor. 7.
timores. Aduertis q̄ graue certamē sit: qđ est intra ho
minē: vt secum ipse cōfligat: cum suis cupiditatibus ꝓ
lietur. Ipse apl̄s fluctuat: hęret: astringitꝛ: captiuari se Roma. 7.
asserit in lege peccati: ⁊ mortis corpe debellari: nec po
tuisse euadere nisi adiut⁹ gratia diuina: iuxta illud. Si
deus pro nobis: quis contra nos: Dicamus ⁊ illud: Nō Roma. 8.
est parum secūdis rebus bene vti. ⁊ tamē aduersas mo
derate ꝑferre multo magis est existimādū. Nam in ma
gnis calamitatib⁹ ⁊ iniurijs nihil abiecte facere aut di
cere celsi est animi: sicut dicitꝛ: in om̄ibus ijs non pecca Job. 2.
uit Job in labijs suis. Item illud: mala autē quare non xj.
sustineamus? vnde dicebat Solon. Si in vnum locum
cuncti mala sua contulissent: futurū vt propria deporta Solon.
re domū/ q̄ ex omni miseriaꝝ aceruo portionem suam
ferre mallētꝛ. Ex quo colligebat non oportere nos que
patiamur ꝑcipue ⁊ intolerabilis amaritudinis iudica
re. Crasso cui pecunię magnitūdo locupletis nomē de
dit: fortunę recurrente rota quia solidum creditoribus
pręstare non potuit: bona eius venierunt. Itaq; amara Val. ma.
suggillatione non caruit: cum egens ambularet: diues
ab occurrentib⁹ salutabatꝛ: videlꝫ sicut alter Job. Va
lerius max. Unde legimus Saul occidisse. 85. sacerdo p̄. Reg. 22.
tes dn̄i: pro eo q; ijs a quibus receptus est Dauid: idest
dn̄s Christ⁹/ diabolus ꝑ se aut per ministros suos mor
tem infert ⁊ ꝑsequutiones. ¶ Statim enī vt viam man

datorū vel ingredi cęperis: hostis tibi occurrit arma
tus. [Porro mali homines ⁊ seductores ꝓficiunt in
Plato. peius: dum ⁊ seducūt ⁊ seducuntꝛ.] Est autem vltimus
Greg. Na. iniurię termin⁹: si platoni credimus/ bonū videri: cum
non sis. Grego. Nazia. iuxta illud: In tribus sceleribus
⁊ in quattuor Damasci non auersabor eos. Auersionē
Amos. 1. enī domin⁹ dicit ꝓ pena: dum sue peccator relinquitꝛ
voluntati: dimittens pctā vsq; in tertiā ⁊ quartā gene
rationē. Hoc modo intelligim⁹ apostolū ꝓfecisse sed
in peius: cum deuastabat ecclesiam dei: ęmulans inte
rim ꝑ̄nas suas traditiōes ⁊ ꝓficiens in iudaismo: hoc
Puerbiū est iuxta ꝓuerbiū Mādrabuli more res succedere: si
cut dixit Plutarch⁹/ per multos Athenas venire stu
Plutarch⁹ dij causa: principio sapientes: deinde philosophos: post
ea rhetores: postremo idiotas euadere. Ita videmus
quosdā primū quidem peccare: deinceps maiora: tum
Esaię. 3. pessima ꝑsumere: deinde ꝑdicare pctm̄ suum sicut So
doma: et cum in ꝓfundum maloꝝ venerint: ꝓuerb. 18.
defendere: sicut legimus in Ozia. 2. paralip. cap̄. 12. aut
2. palip. tacere: sicut ille cuius corruptę sunt cicatrices: ⁊ cętera.
ps. 37. vel negare sicut Cain. Genes. 4. aut excusare si
cut legimus in parente nostro protoplasto: Genes. 3.
Ps. 7. Isti igitur seducūt ⁊ seducuntꝛ: dum incidunt in foueā
quam fecerūt: ⁊ irretiuntꝛ in laqueo quem aliorū pedi
bus parauerūt: suoq; ipsorum veneno pereūt: sicut legi
xij. mus in Perillo/ qui taurū ęneum tali arte fudit vt in
clusi intus homines viui: supposito igni ꝓ eiulatu hu
mano mugitū ęderent morientes: eum taurū Phalaris
Cornelii. quidam tyrānus: exusto primū in eo artifice eius Pe
rillo: Delphos misit: vt Phebo dicatus: in eius tem
plo reponeretꝛ: munimentū futurū simul ⁊ artis exqui
sitissimę: ⁊ inuēti crudelissimi: ⁊ penę merito in autorē
retortę. [Tu vero ꝑmane in his que didicisti a primis
incunabulis: ⁊ que tibi cōcredita sunt:] vt fideli seruo
ac prudenti: sciens a quo didisceris: [et q; a puero sa
cras litteras noueris] veteris videlꝫ instrumenti: que
te possunt eruditum reddere ad salutem per fidem que
est in christo Jesu.] Si igitur tantam lucem ꝑstat ve
teris instrumēti noticia: quātam lucem putamus pręe
stare nouum vbi tanta reserata sunt? Si lux littera est
2. Cor. 3. interfectrix: ⁊ que iram operatꝛ: quid erit spūs qui viui
ficat? velut enim si quis nil aliud scientibus q̄ terram:
Chryso. aperiret celum ⁊ que in eo sunt om̄ia cōspicienda ꝓpo
neret: tanta est differētia vtriusq; testamēti: cum in ve
teri viderim⁹ velatam faciē Mosi: in nouo gl'iam qua
Joan. 1. si vnigeniti. Si igitur legatio a rege aut a iudicib⁹ ad
nos veniret: nunquid non mox alijs curis postpositis
prompta volūtate ⁊ cum om̄i deuotione litteras susci
perem⁹: et lectis effectui māciperem⁹? Ecce rex noster
Ps. 73. ante sęcula vt operaretꝛ salutem in medio terrę: per ꝓ
phetas suos dignat⁹ est nobis dirigere litteras suas:
non vt aliquod sibi seruitiū necessarium demandet: sed
que ad salutē nostram cōducunt innotescat: quam illi
p̄. petri. 1. exquisierūt: scrutātes in quod vel quale temp⁹ affutu
xiij. ra esset: quib⁹ per diuinā scripturā respōsum est: q; non
sibimetipsis sed nobis ea ministrabāt: iuxta illud: Bea
Lucę. 10. ti oculi qui vident que vos videtis ⁊c. vtrisq; quidem
salus hec ęterna promissa est: sed illi in odorem curre
bant qui ꝑcurrebant ⁊ ꝑcedentes portabant palmitem
Numeri. 13. de terra ꝓmissionis: nos autem ⁊ videmus ⁊ cōtrecta
uimus verbum vitę quod erat apud patrem. p̄. Joan. 1.
et gustauim⁹ verbum caro factum quod ⁊ habitauit in
Joan. 1. ter nos. Quanto igitur maiore cum desiderio hos api
ces sacros amplecti debem⁹ tanq̄ verba quedā de ver
bo vitę quod erat in principio? dicente apl̄o Petro: do
Joan. 6. mine verba vitę ęternę habes. Cuius verbi diuini vti
litates apostol⁹ in cōsequētibus aperit dicens. [Om̄is
scriptura diuinitus inspirata vtilis est ad doctrinam: ad
correptionē: ad redargutionem: ad institutionē que est

in iusticia: vt integer sit dei homo ad omne opus bonū
apparatus: instructus: cōsummatus:] de hoc vide sup
illud: Quecūq; scripta sunt: ad nostram doctrinā scri Roma. 15.
pta sunt ⁊c. Om̄is igitur homo qui in lege domini ꝑ
satus fuerit/ imo meditatus die ac nocte: erit tanq̄ li
gnum quod plantatū est secus decursus aquarū fluen Ps. 1.
ta quod fructus suos dabit in tēpore. Hi autem fruct⁹ xiiij.
quattuor sunt pręcipui: videlꝫ correptio delinquentiū:
iuxta illud: In sudore vult⁹ tui vesceris pane tuo: ⁊ po Genes. 3.
nam circulū in naribus tuis: Esaię. 37. Et ab homini
bus eijcient te: Daniel. 4. fenum vt bos comedes. ⁊c.
cōuictio peccatoꝝ: iuxta illđ: Vox sanguinis fratris tui Genes. 4.
clamat ad me. Et illđ: Tu es qui fecisti hanc rem. 2. Re
gum. 12. Item illud: Nūc ergo si vidisti eos: dic sub qua
arbore vidisti eos colloquentes. Item illud: Cuius sunt Daniel. 13.
hec pignora: eius est ⁊ cōceptus. Et Judas: Iustior in
quit me est. Genes. 38. sed alio modo scriptura redar
guit ⁊ cōuincit falsam doctrinam hęreticorū. Est enim Cantic. 4.
turris ex qua mille clypei pendent ⁊c. vnde dicitꝛ: Capi
te nobis vulpes pusillas que demoliuntꝛ vineas. Can
ti. 2. ita legimus trib⁹ iaculis huius diuinę scripturę cō Matth. 4.
fossum hostem victum abijsse: cum angeli accesserunt
vt ministrarēt Christo. Tertius fruct⁹ est docere cre
denda: iuxta illud: Erūt verba hec que ego pręcipio ti Deut. 6.
bi hodie in corde tuo: ⁊ narrabis ea filijs tuis: ⁊ medi
taberis sedens in domo tua: et ambulans in itinere:
dormiens ⁊c. Quartus autē fructus est mores compo xv.
nere: iuxta illud: Audite disciplinam ⁊ estote sapiētes. Exodi. 20.
ꝓuerb. 8. capi. Et illud: Honora patrem tuum: non oc
cides: non mechaberis: non falsum testimonium dices:
non eris criminator in populis ⁊c. Et sciendum q; Iu
dęi intra domos proprias diuersantes phylacteria por
tabant in modum coronę capiti circumposita: que autē
Pharisęi brachijs alligabāt: ea extra domos tantū de
ferebant: Ita om̄is diuina scriptura vtilis est ad omnē
animi morbum pellendum. Est enim lignum vitę affe Apoca. 22.
rens non tantū fructus quattuor: sed ⁊ duodecim per
singulos annos. Famē expellit animę esurientis: quia Matth. 4.
non in solo pane viuit homo: nisi incipiat dicere: Ani
ma nr̄a nauseat ⁊c. Sitim recreat: quia flumina de vē Numeri. 21.
tre eius fluent aquę salientis in vitam ęternam. Vires Joan. 7.
restituit: sicut patꝫ in Helia et Paulo/ qui accepto cibo 3. Reg. 19.
verbi confortatus est. Actuū. 9. capi. vitam reducit ⁊ fu
gat mortem: iuxta illud: Adolescēs tibi dico surge. Vin Lucę. 7.
cula resoluit: Lazare inquiēs veni foras. Joānis. 11. De
mones cōfundit. sicut scriptum est: etiam in nomie tuo
demonia subijciūtur nobis. Pctōres corripit: peccato Lucę. 10.
ribus cōminatꝛ: peccatores cōprehendit: credenda do
cet: mores componit: vt integer sit dei homo: ad omne
opus bonum paratus: Deniq; ⁊ reuocat errantes ad
viam que recto tramite ꝑducit in vitam ęternam.

¶ Quartum Caput.

Estifi cor corā deo & Iesu christo qui iudicatur⁹ est viuos & mortuos: & per aduentū ipsi⁹ & regnū ei⁹/ predica verbū: insta

oportune importune. Argue: obsecra: increpa in omni patientia & doctrina. Erit enim tempus cum sanā doctrinā non sustinebūt: sed ad sua desideria coacervabūt sibi magistros prurientes auribus. Et a veritate quidem auditum avertent: ad fabulas autem cōvertent. Tu vero vigila/in omnibus labora: opus fac evangeliste: ministeriū tuum imple: sobrius esto. Ego enim iam delibor: & tempus mee resolutionis instat. Bonum certamē certavi: cursum cōsummavi: fidem servavi: In reliquo reposita est mihi corona iusticie quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Non solū autem mihi: sed & his qui diligunt adventum eius.

i.

¶ Testificor igitur ego coram deo et dño Jesu christo qui iudicaturus est vivos et mortuos.] Quid autem obtestet apostolus sequitur: [obtestor te ut clames incessanter et annuncies populo dei scelera eorum: annuncies inquam appropinquasse iam regnū celorum:

Esaie.58.
Matth.5. et.24.cap.

imminere et instare in ianuis iudicē deum: patientem quidem in expectando: fortem in puniendo: et cuius ire nemo resistere potest. Job. 9. cap. Quasi tuba inquit exalta vocem tuam. Quia enim pctōres tuba angelica ad

i. Cor. 15.

iudiciū vocandi sunt: ne surditatē ptendant tanquam aspides surde: tuba excitant sermonis prophetici. Tu igitur exemplo prophete exalta in fortitudine vocem tuam [et predica verbum] evangelii huius: ne aliquando peniteat te tacuisse et dicas cum eodem propheta: Ve mihi quia tacui.

Esaie.6.

Audi enim scripturā dicētem: assume principes populi: et ostenta eos domino contra solem: et avertet ira furoris domini cōtra israel: Numeri. capi. 25.

Numeri.25.

Quid est quod populus peccat: et principes iubent suspendi in patibulis et exaltari contra solem? Vides inquit Origenes

Origenes.

que sit conditio populi pastorū: nō solum pro suis arguūtur delictis: sed et pro populi peccatis coguntur reddere rationē: Ne ipsorum sit culpa quod populus delinquit: ne forte non clamaverint: nō exaltaverint vocem suam: nō monuerint: neque solliciti fuerint arguere eos qui initiū culpe dederint: uti ne contagio dispergeret in plures. Hec si cogitarent homines: nunquam cuperent nec ambirent populi principatū. Sufficit mihi pro me ipso rationē reddere. Quid necesse est pro peccatis populi ostentari? et ostentari contra solem ante quem nihil potest abscondi: nihil obscurari? Quod si ego cōtemptis monitis pastoris mei: et spreto cōscientie retinaculo preceps in peccata proruī: duplicabit mihi pena vel pro contemptu monitoris vel pro facinore commissi.

ij.

Predica igitur evangelium regni/vitia et virtutes: penam et gloriam. [Insta oportune importune.] Et sanis: et insanis videlicet. εὐκαίρως, ἀκαίρως. Predicatori quidē omne tēpus oportunū est: quia messis multa est: operarii autem pauci.

Luce.10.
Luce.11.c.

Sed licet pdicator clamet: importunus videt ei qui non libenter audit verbum dei: dicens: Noli mihi molestus esse: iam ostium clausum est: per cecitatem mentis obstinate: et pueri mei mecum sunt in cubili: carnis desideria que ab ineūte enutrivi iuventute: cum magis allidere debuerit ad petram Christū: non possum surgere: habe me excusatū: sive quia uxorem duxi sequēs carnis impulsum: non possum venire: non possum surgere/ut aperiam pulsanti dilecto. Tu tamen insta importune oportune: tempestive intēpestive si intelligis oportunū esse ei: quod ille tam ē passione cecus: mole-

Ps.136.
Luce.14.
August.

stum putat: et dilectionē curamque eius animo tene māsueto. Multi enim quis perturbatores a medico videntur abscedere: sicut legimus in Naamā Syro cum iussus est lavari septies in Jordane: paulatim tamē verbi vigore medullas penetrāte: sanati sunt.

4. Reg. 5.

Insta igitur importune: quoniā qui opus dei fraudulēter facit: maledicto subiectus est.

Hiere. 48.

Cōsideremus ergo virum bonitas dei sit repellere ab opere negligētem: sicut legimus de villico iniquitatis: an vero retinere.

Luce. 16.

Curat medicus egrotū: sed desidia medici virus ad alta vulneris serpit. Quanto igitur melius huiusmodi medicos removeri: qui tempus terituri: cum pfectum nullum sentiat vulneratus: ut cura infirmi ad eum trāsferatur qui egroto possit subvenire?

Ambrosius.

Itaque predica importune oportune. Tūc enim tempus increpationis est: cum arguendo pficere possumus. Qui enim observat tempus: non seminabit. Eccles. cap. 11. Hieronymus.

Hieronym.

Qui tantū eo tempore verbū dei pdicat quo pplus libenter auscultat: et secunda aspirat aura ignavus agricola est. In ipsis enim psperis dum nescimus adversa cōsurgunt: sed iuxta apostolum importune sermo dei pdicādus est: promisit enim deus daturū nobis pluviam temporaneā et serotinam videlicet vetus et novū testa. et utroque imbre rigaturus: ut et nos iuxta preceptum apostoli importune simul et tempestive verbum dei seminemus in populo: tempestive volentibus: nolentibus intempestive.

Osee. 6. ca.
iij.

Quid est importune? Importunus erat Moses Pharaoni: et omnis sermo dei adversarius est omni peccatori: quasi angelus dei ppediens viam erranti: sicut dicit ad Balaam: sed pastor ovem errare volentē revocat nolentem ad ovile: ne audiat aliquādo: quod errabat non revocastis.

Numeri. 22.
Ezech. 34.

Fugit Agar a facie Sare: occurrit ei angelus domini dicēs: revertere ad dominā tuam: et humiliare. Timebo te igitur magis an deum ipsum? assistendi sumus ad tribunal Christi. 2. Corint. 5. ideo non timeo te: quia evertere nō potes eius tribunal. Revocabo igitur errātem: requiram perditum: et si me lanient inquirētem vepres silvarum: ne sanguinem tuum iudex de manu mea requirat.

Genes. 16.
Ezech. 3.
Augustinus.

Insta igitur importune: sed oportune exēplo Abigail, que cum venisset ad virum suum Nabal et invenisset ebrium nimis: non indicavit verbū vel unum ex his que audierat ab ore ipsius David. Diluculo autem cum digessisset vinum Nabal/indicavit ei uxor omnia verba hec. Iracūdos enim melius corrigimus: si in ipsa ire cōmotione declinamus: Perturbati enim: quid audiāt ignorant: sed cum ad se redeunt: tanto libentius exhortationis verba recipiūt: quanto se tranquillius tolerari erubescūt. Menti autem furori ebrie omne rectum quod dicit/tortum videt: dicente apostolo: Insta importune oportune.

i. Reg. 25.
Gregorius.
iiij.

ubi autē auditus non est/non effundas sermonē: et importune ne extollaris in sapiētia tua. Quomō enim pulchras frustra habet claudus tibias: sic indecens est in ore stultorum parabola: pfert enim eam in tempore non suo.

Puerb. 26.

[Argue: increpa: exhortare] in omni magnanimitate et doctrina. Primū igitur est docere: deinde inter argue et increpa: posuit obsecra: nec hoc cōtentus/adiecit cum omni lenitate: Calamū quassatum inquit non cōteret etc. dominus dedit mihi linguam eruditam: ut sciam sustentare eum qui lapsus est: verbo Esaie. 50. ad hec necessarius est divinus tactus oris doctoris: sicut legimus Hieremie capi. primo. Misit manum suam. etc. Animo enim egrotanti sicut dicit medicus est oratio. Sicut enim passiones anime latentes per voces aperiūtur: Ita et antidota ex vocibus conficiūtur: (qui si prima fronte mordent: post conferunt sanitatem et voluptatem:) sicut dicitur: Locutus es ad cor ancille tue. Et illud. 4. Regum. 5. capi. Pater et si rem grandem dixisset tibi: facere debueras. Item et illud: Fili tu mecum semper es: et omnia mea tua sunt.

Esaie. 42.
Ruth. 2.
Luce. 15.

Est enim sermo dei cythara David decem chordarum: imo et tot/quot resurgunt et pullulant in anima passionum. Hac enim sedatur et refocillat spiritus Saul quādo arripuerit eum spūs domini malus.

i. Reg. 16.

Si pulsat ira mentem: tangit chordam unam propheta dicens: Mihi vindictam: irascimini et nolite peccare. psalm. 4.

Deut. 32.

Si insurgit gula: tangit alteram chordam dicēs: In qua hora comederis: morieris. Genes. 3. Si pulsat invidia: tangit chordam tertiā dicens: quare concidit vultus tuus? sicque de ceteris.

Genes. 4.

Argue itaque delinquētes dicens: redite pvaricatores ad cor. Esaie. 46. quod si pseverant in errore suo et placida admonitione correcti nō sunt: Increpa superbos dicens: dura cervice et incircūcisio corde vos semper spiritui sancto restitistis.

Actu. 7.

Increpationi autem miscēda est interim obsecratio quedam: ita ut asperitati obiurgationis/misceat lenitas quedam et doctrina: ne vel odisse videamur: si austeri sumus in corripiēdo ultra quam sat est: aut timore litigare: si tantū increpemus nec doceamus. Nihil enim facilius quam carpere vitam alienam.

v.

Nōnunquam enim pastores ire sue stimulum iusticie zelum putāt: et cum vitium virtus credit: sine metu culpa cumulat. Alii vero ne māsuetudinē perdant: in desidie torpore cadunt. Paulus Timotheo scribit: increpa in omni patientia: Tito autem arguere pcepit cum omni imperio: alteri frenum alteri calcaria adhibēs: alteri patiētiam alteri imperiū pponens: quia māsuetioris spiritus Titum et ferventioris vidit esse Timotheū.

Titu. ca. 2.

Notissima est autem Pythagore sententia: ignem ne gladio percutias: idest ira pcitum ne lacessas: ne cornutam bestiam videaris impetere et que fenum gestat in cornu: quin magis cōcedere cōvenit: et blandis verbis tumidum animū placare: pro eo quod flamma vehemētior quo magis exagitatur: hoc magis ac magis invalescit.

Pythago.
Puerb.

Et queadmodū rem difficilem et ἀδύνατον aggredit qui ignem velit gladio dissecare vel aera: sic qui animū irati vult placare exacerbando. Hinc est quod sepe dura vulnera per levia fomēta mollescūt.

Gregorius.

Neque enim negligēter intuēdum est quod cum Saulem neque spiritus invaderet: David cythara eius sedabat insaniam. Quia cum sensus potentum per elationem in furorem vertit: ad sobrietatem mentis quasi dulcedine cythare loquutionis nostre dulcedine revocat.

i. Reg. 16.
Figura.

Nathā ad David quasi ad egrum medicus venerat: secādum vulnus videbat: sed de patientia egri dubitabat: unde abscondit ferrum medicinale sub veste similitudinis: quod eductum subito defixit in vulnere: ut secātem gladium sentiret eger: anteque videret: ne si ante cerneret/recusaret. Cōsiderans enim peccatorē et regem: miro modo audacem reum prius per cōfessionem ligare studuit: ut deinceps secaret.

vi.

Medicū aiunt cum regis filiā curare deberet: nec sine ferro posset: dum tumētem mammam leniter fovet: scapellum spongia tectum induxisse. Repugnasset puella remedio palam admoto: eandē quia non expectavit dolorem tulit. Quidam enim non nisi decepta sanātur. Seneca.

Seneca.

Sciēdum tamē quod tunc deus misit Nathan ad sanctū David: quādo iam ipse pdicare ceperat peccatū suum: ducta in uxorem Bethsabe sicut habes. 2. Regū. cap. 11. in fine: quomō et pdicabat et suum ea que concepit ex patre: et vocavit filium Moab. i. ex patre. quod nota.

Genes. 19.

[Nam erit tempus cum sanam doctrinā nō sustinebūt.] Nimirū quoniam palato febricitanti omnia amara vident/etiam que natura sua dulcia sunt. Quā dulcia inquit faucibus meis eloquia tua: sed quia faciunt amaricari vētrem: sicut dicit in Apocalypsi: ideo fortassis anima nostra nauseat, an forte quoniam integra ea deglutimus sicut immūda animalia: vel quod diu assuevimus sapientie Egyptiorum: que quāta sit sapientie vere comparatione Moses ostendit dicēs: non sum eloquēs ab heri et nudius tertius: Que verba ali-

Ps. 118.
Apoca. 10.
Exodi. 4.

bi exposita sunt. Xenophō philosophus cum discipulos Antisthenis nullū recipere vellet: et pseverātem Diogenem revocare nō posset: novissime clava minatus est ut abiret: cui ille subiecisse dicit caput atque dixisse: nullus tam durus baculus erit qui me a tuo possit obsequio separare. Et ecce tempus in quo impletū est verbum apostoli: quādo iam veritas non odium parit sed mortem.

Marci. 6.

Et legimus Fulviam uxorem Antonii cuius instinctu ipsum Ciceronē Antonius occidit seu linguam extincti cōfodisse: quia dixerat veritatem.]

Fulvia.

Sed ad sua desideria coacervabūt sibi magistros prurientes auribus: (prurientes: nominativi casus est: idest hi quibus pruriunt aures: κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν.) iuxta cōmune proverbiū: similes habēt labra lactucas.] Magros qui ungant: nō pungant: qui affricātes refricent: qui scalpant aures voluptate orationis: non qui radant oēm pillum in novacula cōducta. 26. quest. 5. Nec mirū.

Esaie. 7.

[Et a veritate quidem auditū avertēt:] obturātes aures suas sicut aspides surde: ad quātam ē omnis homo natus est: et quam querit omnis homo mendax: psalm. 115. ut perveniat ad beatitudinē: que est gaudium de veritate inventa.

Ps. 57.
vij.

[Ad fabulas autē cōvertent.] Hoc enim consequit ut relicta veritate fabulis vacent (viri Athenienses de quibus in Actis. ca. 17.) iuxta quod scriptum est: Cumque me cōvertissem (aversus enim aliter sapiebat) ad universa opera que fecerant manus mee et ad labores in quibus frustra sudaverā: (vere frustra: cum non invenerit quod querebat) vidi in omnibus vanitatem: et nihil permanere sub sole.

Eccles. 2.

Ideoque vel sero resipiscēs: (satis enim cito: si satis bene) transtui ad cōtemplādam sapiētiam: qui tandiu vacaveram fabulis. Ad fabulas autem. Qui coronas necūt: bellissima querūt: non vilissima: At apes etiam amarissimo thymo insidunt: atque inde mellificium colligunt: sic oportet auditorē non flosculos orōnis voluptatis causa sectari: sed vim sententiarum et utilitatem.

Apes.

Neque enim hoc animo accedēdū est ad audiēdum verbum dei: quo ad spectaculū: puta ut delectemur tantū: sed ut meliores efficiamur. Qui enim statim orationis ornatū requirit: perinde facit ac si quis nolit antidotū bibere: nisi vas sit adductum ex Attice veneris figulina: neque in hyeme vestem induere: nisi que lanam habeat ovium Atticarum. Qui bibūt: ubi iam desierūt sitire: tum poculi sculpturam cōtemplant. Ita in oratione primū animadvertēdum est quod salutare sit quod dicit: deinde si libet quid pulchrum et elegans, unde adiungit apostolus.

viij.

[At tu sobrius esto in omnibus: obdura κακοπάθησον, idest mala tolera: opus page evangeliste: ministeriū tuum expleto.] Ambrosius ita. Tu vero sobrius esto: in omnibus patiens: opus fac evāgeliste: ministeriū tuum exple. Illi cōvertēt ad fabulas: tu vero ad sobrietatem.

Ambrosius.

Cum aliquā Demosthenes quēdam in causa capitali defenderet: ac iudices haberet minus attentos: sed dicenti obstreperēt: Ille paulisper inquit aures pbete: siquidē rem narrabo novam ac lepidam: auditu quod iocūdam: ad que verba cum iam illi aures pstitissent: adolescens inquit quispiam iumentū cōduxerat rerum quiddā onus Athenis Megaram deportaturus. Inter viādum autē cum estus meridianus ingravesceret: nec inveniret quonam umbraculo solis ardorem declinaret: depositis sarcinis sub asino sedēs: eius umbra semet ptegebat. Ceterum id iumenti dominus non sinebat/hominē inde depellens: clamansque iumentū esse locatū: non iumēti umbrā. Alter item ex adverso cōtendebat: asseverās etiam umbrā iumenti sibi esse cōductam atque inter eos acerrima rixa in lōgum producta est: ita etiam ut ad manus venirēt. Demū in ius ambulāt. hec loquutus Demosthenes ubi sensit iudices diligēter auscultātes: repente cepit a tribunalibus descēdere: porro

revocatus a iudicibus: rogatusq; vt reliquum fabule
puerbiũ. pergeret narrare: de asini inquit vmbra libet audire: vi
ri causam de vita periclitãtis audire grauamini: imple
Ezech.5 tum est quod dicit apostolus: ad fabulas autem conuer-
tent. Itaq; tu fili quem speculatorem posuit dominus in
domo sua: Uigila ⁊ sobrius esto: vtrũq; enim significat
verbũ grecuз νήφε. Uigila: vt etiam dormiẽs non dor-
mias: (canes enim nõ sibi timent sed gregi: ideo
Matth.26. ⁊ excubias agũt cum eo cuius vox est: vigilate ⁊ orate.)
ne dicat in te illud: Hic vigilans somniat. sobrius esto ⁊
puerb. si licet Lynceo pspicatior/sicut dicit in cõmuni sermone:
Lucianus. ⁊ sicut dixit Lucianus de quodã sapiente ⁊ sobrio: Tu
vero nobis ipso etiam Lynceo pspicatior es: qui sicut
videt per pectus ipsum que sunt intus cernis: cum is
Eccle.2. qui ebrius est: nec coram posita videat. vñ illud: Cogita
ui abstrahere a vino carnẽ meam: vt trãsferam animũ
IX. ad sapiẽtiam. Nõ si non possumus oculis q̃tum cõten
dere Lynceus: non tamẽ idcirco cõtemnamus lippi in-
puerbiũ ungi. Uidet autem apls hoc vnico verbo videlз νήφε,
vigila: sobrius esto: referre illud veteris sentẽtie
Epictetus. apud Epictetũ Cynice secte philosophũ videlз: sustine
⁊ abstine: quorũ altero verbo monemur vt aduersa for
titer toleremus: altero vt ab illicitis temperemus volu-
ptatibus: ne aduersa frangant: aut emolliant pspera: sed
Philip.4. nouerimus ⁊ abundare ⁊ penuriam pati: sobriũ esse in
omnibus ⁊ ferre fortune incursus. sequitur: Opus fac
euãgeliste: testando ope quod ore philosophatis: vt tor
Leui.1.6. queat os turturis ad assellas: et sint mala punica ⁊ tin
tinabula in extremis ore hyacinthine tunice. Exod. 28.
Roma.12. cap. [Nam ipse iam immolor aut delibor (O vere ho-
stiam sctã deoq; placẽtem super vitulũ nouellũ. ps.
68.) ⁊ tempus mee dissolutionis instat. Uocat autẽ apo-
stolus passionẽ suam delibationem: quã deo immolat:
qui pro eius iusticia patitur. sed iusti immolant deo tan
q̃ oblatio et hostia odoris suauissimi. De impiis autẽ
scriptum est: Congrega eos non tanq̃ rõnales hostias
Hiere.12. sed tanq̃ pecora ac pecorũ gregem ad victimam: ⁊ san
ctifica inquit eos in die occisionis: hoc est ordina eorũ
culpas per cõdignam iusticie vindictam: qui quãdiu vi
Joelis.p̃. xerunt: cõputruerunt quasi iumẽta in stercore suo: nec
Apoca.7. sanctificauerũt stolas suas in sanguine agni. Ego iam
Seneca. immolor. Seneca. Gratissima sunt poma cum fugiũt:
deditos vino potio extrema delectat: illa q̃ mergit: que
X. ebrietati summã manũ imponit. Quã dulce est nullis
voluptatibus egere: omnes voluptates fatigasse ac reli-
quisse: mortẽ ante oculos semp habere: que tam seni q̃
iuueni presto est. Itaq; sic ordinandus est omnis dies/
tanq̃ cõsummet ⁊ expleat oẽm vitam. Nam vox hec:
tempus mee resolutionis instat omniũ est qui nati sunt:
quod vero sequit: Bonuз certamẽ certaui: reuera pau
corũ: sicut certamen omniũ est. Militia est enĩ vita no-
Job.7. stra: victoria vero vix vni cõtingit ⁊ alteri. Pacuuius
qui Syriã vsu suam fecit: cum vino ⁊ illis funereis epu
lis se sepelisset: quasi sibi parẽtauerit: sic in cubiculũ fe
rebat a cena vt inter plausus exoletorum hoc ad sympho
niam caneret: βεβίωται, βεβίωται, nullo nõ se
die extulit. Hoc quod ille ex
mala cõscientia faciebat: nos in bona faciamus: ⁊ in som
nũ ituri: leti hilaresq; dicamus: vixi: vixi: ⁊ quem dede-
rat cursum fortuna peregi. Crastinũ si adiecerit deus:
leti recipiamus. Ille beatissimus est ⁊ securus sui posses
sor: qui crastinũ sine timore expectat: semp replicãs il-
lud: Bonum certamẽ certaui: educ de custodia animã
meã. Quomõ fabula sic ⁊ vita/non quãdiu sed q̃ bene
acta sit refert. Nec tamẽ dixit apostolus immolor: sed
delibor: quod est prestantius. Siquidem haud quaq̃
que immolant ad deum omnia referunt: libationis ve-
Athanasius. ro vniuersa. Athanasius. [Bonum certamẽ certaui: cur-
sum cõsummaui: fidem seruaui. Quid igitur superest?]

Certanti ⁊ vincenti corona reposita est: cursum cõsum
mãti margarita promissa est: quam apostolus Brauiuз p̃.Cor.9.
vocat alibi: Fidem vero seruanti dicit: supra multa te
cõstituam. Matth.25. Facillime autem ait Tullius ad Tullius.
res iniustas impellit: vt quisq; est altissimo animorũ glo
rie cupido. Qui locus est sane lubricus: q̃ vix inuenit
qui laboribus susceptis periculisq; aditis: nõ quasi mer-
cedem rerum gestarũ desideret gloriam. Sed illud in- p̃.Cor.9.
terest: q̃ illi vt corruptibilẽ ⁊ transitoriam gloriam acci
piant/ mortibus ⁊ periculis obijciũt corpora sua: nos au
tem lõge diuersa corona incitat ⁊ ,ppellit ad pugnam:
corona videlз iusticie. Refert Ualerius maximus de Ca Ual.ma.
millo duce Romani exercitus: q̃ precatus sit vt si ali-
cui deorũ felicitas Romana nimia videret: eius inui- XI.
dia sui aliquo incõmodo sanaret: et subito lapsu deci-
dit. Uulgata est historia de Mucio sceuola: qui q̃ Por-
senam regem occidere non potuit: ⁊ pro eo alium dece
ptus pcussit: in ardentem aram ante oculos eius dex-
trum brachiuз immisit: donec ipse rex percussus horro
re: iubet eum ab igne remoueri dicens: magis in teipm
q̃ in me hostilia ausus: liberum te dimitto. Dixerat au-
tem comprehẽsus: vt occideret regem venisse: ⁊ se pro Sceuola.
equali habere occidere ⁊ occidi: dicens ⁊ pati et face-
re omnia Romanorũ esse. Refert etiam Tullius q̃ ex
omni Macedonũ gaza qua maxime potitus est Pau-
lus imperator: tantũ in erarium ciuitatis pecunie inue
xit: vt vnius imperatoris preda finem afferret tributorũ.
At hic inquit nihil in domũ suam attulit preter memo
riam nominis sempiternã: imitatus patrem Affrica- Paulus.
num: qui in nullo locupletior factus est: Cartagine euer-
sa. Sed hi vt corruptibilem ⁊ inanem titulum glorie si-
bi acquirerẽt pugnabant verberãtes aerem: ⁊ seminã- p̃.Cor.9.
tes in arena: quorũ nomina quia scripta sunt in terra:
etiam si litteris aureis: deleta sunt de libro viuentium.
At Paulus noster athleta: cursor velocissimus: quasi 2.Reg.2.
Asahel alter: imo solem imitatus in velocitate: martyr
Christi: tuba celestis: vas electionis: princeps exerci-
tus dei viuentis quas opes quasq; diuitias congrega-
uerit in erarium dei: ipse insinuat dicens. Bonũ certa-
men certaui non cum sanguine ⁊ carne: sed cum recto- Ephes.6.
ribus tenebrarum harum: quorũ potestas nulli terre po- Job.41.
testati inferior est. Cursuз cõsummaui: sicut iussus sum Actu.9.
nomẽ dei ad gentes portare: ⁊ illumĩare eos qui in vm
bra mortis sedent. Fidem seruaui: sciẽs quoniã nec gla Luce.2.
dius nec mors separabunt animã a charitate dei. Ro-
manorum.8. Quid ergo dabitur relinquenti omnia pro- XII.
pter Christum? Quid inquã dabitur viro qui occide-
rit Philisteũ qui exprobrat cotidie agminibus dei vi- p̃.Reg.17.
uentis? Cursum inquit cõsummaui. Igitur ad finem
vbi perueneris: noli reuerti: sed mortem expecta intrepi
dus/dicẽs cum ,ppheta: Educ de custodia animã meã: ps.141.
que vsq; in finem fidem seruauit: stationem suam non
deserens: sed super custodiam suam vigil perstans: do-
nec audiat vocem inuitantis amici dicentis: Ueni de li Abac.2.
bano sponsa mea: veni de libano: veni: coronaberis.
Cum autem audis amicum tertio replicantem: Ueni: Cantic.4.
veni: veni: intellige coronam triplicem repositam esse
apostolo: iuxta quod ipse dicit: Bonuз certamẽ certaui:
ecce primã: Cõsummaui cursum: ecce secundã: Fidem
seruaui. ecce coronã tertiã. Prima est oim christianorũ
triũphantiũ de seculo: Secunda est doctorum: Tertia est Corona.
martyrũ Christi: sicut dicit: Jam delibor ⁊ tempus immo
lationis mee instat. Quid igitur superest? [Quod su-
perest: reposita est mihi iusticie corona triplex: quam
reddet mihi dñs in illo die qui est iustus iudex. (Et hic
est qui alibi dixit: Non sum dignus vocari apostolus: vt p̃.Cor.15.
pote qui fui blasphemus.) Reddet mihi iustus iudex.
Si enim fides ex gratia est: ⁊ vita eterna quasi merces
est fidei: videt quidẽ deus vitam eternam tanq̃ debitũ

reddere cui debз fideli: quia ,pmeruit illam per fidem:
sed quia ⁊ fides donuз dei est: ⁊ vita eterna gratia est:
Matth.20. per grãm reddet coronam iustus iudex: Et tamẽ dicit:
tolle quod tuuз est ⁊ vade. Justus est itaq; deus retri-
buendo bona pro bonis: qui tamẽ misericors est in apo
stolo retribuẽdo bona pro malis: ⁊ ipsa iusticia qua re
tribuũt bona ,p bonis non est sine misericordia. [Sed
cuius rei gratia putamus appropinquãte morte sic ma
Chrysost. gnifice loquutũ apostolũ: vt dicat: bonum certamẽ cer
taui ⁊c. poteramus dicere qñ iuxta ,puerbium: iucũdi
XIII. sunt acti labores: ⁊ quod fuit durũ pati: meminisse dul
ce est. Non q̃ omniũ malorum perpessorum recordatio dul-
cis sit: sed illorum tantũ que cum turpitudine cõiuncta
nõ sunt. sed aliter dicimus. Merore enim charissimi di-
scipuli solari cupit apls: bono illum esse animo iubẽs:
quasi ipse ad coronam pergat: omnibusq; rite pactis: pre
clarũ reperit finem victima futurus in breui. Ueluti si
quis indulgẽtissimus pater paruulũ sibi assistẽtem: or
bitatem non ferentẽ consolet ⁊ dicat. Noli flere fili: be
ne viximus: peruenimus quo ,pperabamus: fuit irrepre
hẽsibilis vita nostra: pugnauimus: vicimus: cum gloria
hinc ,pficiscimur: Trophea sepe retulimus: hostes sub
iugo sepe compulimus: bene certauimus: apprehende
tu certamẽ ipsum: quem eadẽ corona iusticie expectat:
sicut dicit: Esto ⁊ tu fidelis vsq; ad mortẽ ⁊c. Apoc.2.
post triduũ me sequeris sacerdotẽ ⁊ victimam Christi.
Sane sunt nõnulli: qui cum bona faciunt: iniquitatuз
Gregorius. suarum ,ptinus obliuiscunt: atq; eo se iam sanctos esti
mant: quo inter bona que agunt: malorum suorũ in qui
bus ⁊ fortasse adhuc implicati sunt: memoriam decli-
nant. Nos autẽ more viatorũ nequaq̃ debemus aspice
XIIII. re quãtum iam iter pegimus: sed quãtum supest: vt pa-
gamus. Quod si apostolus dicit: bonum certamẽ cer-
taui: intuẽdum est: q: eo illud tempore intulit/ quo iam
ex corpore discessurũ se esse cognouit: ⁊ cum iam pul-
dit largioris minime subesse tempus operationis. Sicut
enim dum viuimus debemus bona nostra a memoria re
pellere: ne extollant: ita appropinquãte exitu: plerunq;
ea ad memoriã iuste reuocamus: vt videlз fiduciam ha
Esaie.38. beant: ⁊ desperatũ merorem premant. vnde illud: Memẽ
to domine quomõ ambulauerim coram te in corde pe
Hilarion. fecto. Item illud quod legimus dixisse Hilarionẽ abbã
tem cũ esset vita functurus: Egredere anima mea egre-
dere: quid times? septuaginta ⁊ quinq; annis seruiui-
sti Christo: ⁊ mortem times? Ita apostolus bonũ certa
men certaui ⁊c. Sed quero qua virtute certauerit, non
p̃.Cor.15. autẽ ego: sed gratia dei mecum. Itaq; omnis homo ope
rarius dei est: postmoduз autem erit tempus mercedis.
Quid igitur tu diffisus de diuinis ,pmissis: mercedem
efflagitas anteq̃ operis? Nũquid operario tuo merce
dem dabis ante finem laboris? et si ante petat: irasce-
XV. ris. Et merito quidẽ: quia non habuit fidem verbo tuo:
qui vtiq; ⁊ fallere potes et falli. Ita igitur ⁊ deus ira-
scetur si fidem nõ prestes verbo suo. Cõuẽtione inquit
Matth.20. facta ex denario diurno. Hunc autem denariũ hanc co
ronam non tantũ Paulus accipiet: [sed ⁊ ijs omnibus
reposita est qui diligunt aduentum eius:] quorum de nu
mero Timotheus erat: et quicunq; lampade non va-
cua: pcinctis lumbis: pstolant aduẽtum Christi: quãdo
Luce.12. reuertat a nuptijs. Aduentũ enim eius non diligunt:
nisi qui in causa sua se habere iusticie meritũ confidũt.
Matth.2. Nam Herodes turbatus est ⁊ omnis Hierosolyma cum
illo: audito ortu Christi. Quid ergo faciet tribunal: q̃ si
cuna terret? Quid ergo facient qui dicũt: nolumus eum
Luce.19. regnare super nos: si terrorem tanti iudicij etiã qui di-
ligunt expauescunt? sicut dicit: ⁊ territi: purgabuntur.
Job.41.capl.

[Festina ad me venire cito. Demas enĩ me
reliquit: diligẽs hoc seculum: & abiit Thes
salonicã: Crescens in Galatiam: Titus in Dal
matiam: Lucas est mecum solus. Marcũ as-
sume & adduc tecũ: est enĩ mihi vtilis in mi-
nisterio: Tychicum autẽ misi Ephesum. Pe
nulam quam reliqui Troade apud Carpum/
affer tecum: & libros: maxime autem mẽ-
branas. Alexãder Erarius multa mala mihi
ostendit: reddet illi dominus secũdum opera
eius: quem & tu deuita. valde enĩ restitit ver-
bis nostris. In prima mea defensione nemo
mihi affuit: sed omnes me dereliquerũt. Non
illis imputet: dñs autem mihi astitit/ & cõ-
fortauit me: vt per me pdicatio impleretur:
& audiant omnes gentes: & liberatus sum de
ore leonis. Liberauit me dñs ab omni ope-
re malo: & saluum faciet in regnũ suum cœ-
leste: cui gloria in secula seculorũ amen. Sa
luta Priscum & Aquilam & Onesifori do-
mũ. Erastus remansit Corinthi: Throphi-
mũ autem reliqui infirmũ Myleti. Festina
ante hyemẽ venire. Salutant te Eubulus &
Pudens & Linus: & Claudia & fratres om-
nes. Dñs Iesus christus cum spiritu tuo. Gra
tia vobiscum amen.

[Da operam vt venias ad nos cito:] et quia tempus
mortis mee instat: vt ex parte fruamur amplexibus mu-
tuis. [Et quia Demas reliquit me solum:] timẽs cum
discipulis dñi: qui relicto eo fugerũt: ne ⁊ ipse simul me Joan.18.
cum raperet ad mortẽ. Reliquit igitur me: [amplexus
hoc seculũ] vitam suam preciosiorẽ reputãs q̃ cõfessionẽ
nominis Christi: [Et ,pfectus est in Thessalonicam:
crescẽs ,pfectus est in Galatiã: et eo vocãtibus ecclie ne
gocijs Titus abijt in Dalmatiã: Lucas est mecũ solus:]
Comes indiuiduus apostoli Pauli: de quo dicit: omni puerb.17.
tempore diligit qui amicus est verax: ⁊ de quo dicit in
puerbio: amicus magis necessarius q̃ ignis ⁊ aqua: ami puerbiũ
cus inquã certus in re incerta. [Marcũ assume ⁊ ad-
duc tecum: est enĩ mihi vtilis ad ministeriuз.] Est au
tem sapiẽtis mutare cõsilium: non quidẽ cum detrimẽ-
to alterius: quod lege cauet: sed cõmutatis rebus ⁊ ne
gotijs: nouis etiã consilijs indigemus. Aliquã enĩ Barna
bas volebat assumere secũ Marcũ simul cum Paulo/ Actu.15.
vt visitarẽt fratres p vniuersas ecclias quibus pdicaue-
rant. Paulus aũt rogabat eũ/vt qui semel discessisset ab
eis de Pãphilia: ⁊ non isset cum eis: in opus nõ debere XVI.
recipi. Nunc autem explorata fide eius ex Barnabe so
cietate: putilem eum estimauit ad ministerium suum.
[Porro Tychicuз misi Ephesum. penulam quam re
liqui Troade apud Carpum cum venies apportas ⁊ li
bros: maxime autẽ membranas. Est autem penula te-
ste Tertulliano: Fabro: et Antonio Nebrissensi viri se Anto. Ne.
culi nostri omniũ doctissimi vestis ex corio confecta ad
euitãdas pluuias: estus/ventos/ frigusue pellẽdum:
iuxta illud Juuenalis: ⁊ multo stillaret penula nimbo.
Quidam Greci putant esse tecam librorum. hoc non pro
bat Athanasius. Et aliud quidem sentit Ambrosius de Athanas.
penula: sed hoc loco reclamante veritate: sententie eius
non subscribimus. sequit [Alexãder Erarius multa mi
hi mala ostendit:] et qñ eius impietas pupillam puta
uit eruere de oculis dei. Zacha.3. [reddat (non reddet/
ἀποδώη Est enim Grece:) illi deus iuxta facta sua

quem τ tu deuita.] De hoc habitum est in priori epla cap. primo.] vehementer enim restitit sermonibus nostris.]
Roma.8. Sed si deus pro nobis: quis contra nos? [In prima mea defensione nemo mihi adfuit: sed omnes me dereliquerunt.] His enim ante tribunal Neronis causa ei dicenda
Actu.25. fuit: Primum cum Cesarem appellauit: quando τ ab omnibus fratribus derelictus est: sed quia humanum est timere impendentem gladium: quia τ Petrus ecclesie fundamentum vacillauit: [ne illis imputetur. Dominus autem astitit mi
Ps.90. hi τ confortauit me:] iuxta illud: Cum ipso sum in tribulatione. Et illud: Recordatus es mei deus. Daniel.14. et
xvii. non dereliquisti diligentes te: [vt per me predicatio impleretur: τ audirent omnes gentes:] que adhuc non audierant
Joan.1. de verbo vite quod erat in principio apud patrem. [et ereptus sum ex ore leonis] qui vbique circuit querens quem
1. Petri.5. deuoret: qui cum non posset a recto apostolum dimouere quibusuis impulsibus: vel illud admittit: tollere eum de vita viuentium/ per cuius doctrinam regnum suum corruebat in gentibus. Huius leonis minister erat Nero: de quo
2.Thess.2. alias dixit apostolus: iam mysterium operatur. [Et eripiet
Roma.8. me dominus ab omni facto malo:] quoniam diligentibus etiam mala cooperantur in bonum. [et saluum faciet in regnum suum celeste: cui gloria in secula seculorum amen.] Nam preteritorum beneficiorum exhibitio: futurorum est certitudo. Quos predestinauit: vocauit: reuocauit: compulit: iustificauit τ magnificauit: ipse glorificaturus est electos suos: de quorum numero confidit apostolus se esse: cum dicit: quoniam saluum faciet in regnum suum celeste. [Saluta Priscam τ Aquilam.] Ambrosius legit Priscillam: nos autem habemus Priscam: Grece πρίσκον est. [Et Onesiphori familiam] Christo domino dedicatam.
[Erastus mansit Corinthi: Trophimum autem reliqui in Mileto languentem. Da operam vt venias ante hyemem:] non est enim nauigatio tuta in hyeme propter imbres τ frigora. et pts. [Salutant te Eubulus τ Pudens τ Linus τ Claudia τ fratres omnes. et dominus Jesus christus salus eterna credentium: sit semper cum spiritu tuo] vt tali comitatus hospite τ itineris comite: in fortitudine eius peruenias vsque ad montem dei Oreb. sequitur salutatio apostoli: Gratia vobiscum. amen. 3.Reg.19.

Explicit posterior epla Pauli apostoli ad Timotheum. Laus deo. amen.

Argumentum in eplam Pauli ad Titum.

Titum discipulum suum ac filij loco habitum ob singularem prerogatiuam meritorum suorum insule nobilissime Crete prefecerat apostolus: & illinc abiens archiepiscopum consecrauerat. Huic scribit ex vrbe Nicopoli/ que est in Actiaco littore: rebus vt apparet adhuc tranquillioribus: quandoquidem afflictionum aut persequutionum nulla fit in epistola mentio. Monet autem vt quod ipse apud Cretenses cœperat: consumet Titus & perficiat: & per singulas ciuitates (quas centum habuisse memorantur ea insula) episcopos instituat: quos & presbyteros vocat: idonei pastoris formam perscribens. Et quoniam huc quoque penetrarant pseudapostoli: qui legem Mosi omnibus importunis latratibus ingerebant: exhortatur eum: vt eos fortiter interpellat/ atque confutet. Deinde personarum & etatum diffinit officia/ quemadmodum & Timotheo scripsit: illud addens: ne quisquam Christiane religionis pretextu principibus aut magistratibus obsisteret: suo fungentibus offitio: quamuis essent a Christiana professione alieni. Quin magis eos leniter esse tolerandos: si quando & ipsi afflante deo resipiscant. Postremo iubet Titum ad se venire Nicopolim: sed non priusquam Paulus Artemam aut Tychicum illo misisset: ne interim Cretenses destituti viderentur episcopi & pastoris solatio.

Primum Caput.

Paulus seruus dei/ apostolus autem Iesu Christi: secundum fidem electorum dei & agnitionem veritatis que secundum pietatem est: in spem vite æterne/ quam promisit qui non mentitur deus/ ante tempora secularia: manifestauit autem temporibus suis verbum suum in predicatione que credita est mihi/ secundum preceptum saluatoris nostri dei/ Tito dilecto filio secundum communem fidem: gratia & pax a deo patre & Christo Iesu saluatore nostro. Huius rei gratia reliqui te Crete vt ea que desunt corrigas: & constituas per ciuitates presbyteros: sicut & ego disposui tibi: si quis sine crimine est: vnius vxoris vir: filios habens fideles: non in accusatione luxurie aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse: sicut dei dispensatorem: non superbum: non iracundum: non violentum: non percussorem: non turpis lucri cupidum: sed hospitalem: benignum: sobrium: iustum: sanctum: continentem: amplectentem eum qui secundum doctrinam est fidelem sermonem: vt potens sit exhortari in doctrina sana: & eos qui contradicunt arguere.

i. Paulus seruus. Et cuius seruus?
Num seruus Mosi? an forte hominum seruus? Sed si adhuc hominibus placerem: Christi seruus non essem. Precio
Galat.1. inquit empti estis: nolite effici hominum serui. sed bonus
1.Cor.7. si seruiat: liber est: sicut diximus alias de eo cuius manus
Ps.80. in cophino seruierunt: malus autem τ si regnat super homines: regnatur a vitijs et concupiscentijs: quibus seruire vult. Et hec est pessima seruitus qua dicitur: eme nos in seruos τ ancillas: et nos τ terra tui erimus. Seruit igitur qui cuique vel metu frangitur: vel delectatione illicitur: vel cupidi
Judic.3. tatibus ducitur: vel indignatione exasperatur: vel merore con
Genes.47 sumitur: vel deijcitur inuidia: quoniam sicut dicit Ambrosius: ser
Ambrosius. uilis est omnis passio. Sed inquit Paulus seruus dei: ad quem dominus loquitur: Inuenisti gratiam coram me: τ teipsum no
Exodi.33. ui ex nomine: τ ostendam tibi omne bonum: et videbis faciem meam: quam negaui seruo meo Mosi: qui in omni
Numeri.12. domo mea fidelissimus seruus est. Vides quanta gloria est seruum dei esse in Paulo apostolo. Moses seruus fidelissimus cui loquitur deus ore ad os: non tamen meretur videre faciem dei. Paulus seruus dei: apostolus autem
ii. Jesu christi introducitur in cellam aromatum: et in vina
Canti.2. riam simul: Unum rediens tanquam ebrius spiritu: eructauit no
Ps.44. bis verba bona de verbo vite: sed ea tantum que licuit hominibus loqui. Denique τ lingua eius facta est calamus scribe velociter: velociter enim currit sermo eius τ in om
Ps.18. nem terram exiuit sonus eius: τ maior est sapientia Pauli in quo Christus loquitur quam rumor quem de eo audiui
3.Reg.10. mus: vicit enim famam suam virtutibus suis. Secundum enim nomen suum (id autem est Paulus apostolus) ita τ laus eius in fines terre. ps.47. Paulus celum est quod enar
Ps.18. rat gloriam dei. per hoc celum ille celorum fabricator et habitator itonuit: quo tonitruo mundus tremuit. Paulus sagitta electa: Esaie.49. in pharetra dei: de qua ec
Canti.2. clesia dicit: vulnerata charitate ego sum. Paulus quasi
Eccli.50. stella matutina in medio nebule: sic eluxit in domo dei. Paulus ex villico iniquitatis: post deum saluator mundi vocatus est: sicut dicitur: Crescente fame cotidie audien
Genes.41. di verbum dei: aperiebat Joseph horrea τ implebat omne
et.47.ca. animal benedictione. ps.144. atque ita factum est vt industria nostri Joseph/ omnis terra subijceretur iugo Chri
iii. sti: prebente apostolo Paulo alimenta verbi celestis omni populo dei. cui τ dicitur: Salus nostra in manu tua est. Respiciat nos dominus noster: τ leti seruiemus regi. [Paulus seruus dei: apostolus autem Jesu christi: secundum fi
Tho.1.p. dem electorum dei τ agnitionem veritatis: que est secundum pie
q.61.ar.3. tatem: quam promisit is qui mentiri nescit deus ante tempora eterna: manifestauit autem temporibus sermonem suum in predicatione que commissa est mihi: secundum preceptum saluatoris nostri dei: Is inquam Paulus scribit hanc epistolam Tito dilecto filio iuxta communem fidem.] Hoc autem dicens: distinguit Titum ab ijs qui carnis cognatione tantum coniuncti sunt apostolo paulo: de quibus dicitur: filios
Esaie.1. enutriui τ exaltaui: ipsi autem spreuerunt me. Dicit itaque Paulus apostolus Jesu christi. i. ab eo delegatus τ destinatus: secundum fidem hoc est ad predicandum fidem: τ ad inuitandum omnes gentes ad fidem sine qua impossibi
Heb.11.ca. le est deo placere: nec ad fidem tantum: verum etiam ad agni
1.Cor.13. tionem veritatis: quam tamen nunc per fidem ex parte videmus τ in enigmate τ quasi speculantes. Veritatis inquam: non quam profitentur sapientes seculi huius: (qui magis
Roma.1. veritatem ipsam in iniusticia detinent) de causis rerum naturalium disserentes: sed eius de qua dicitur: Disce vbi
Baruch.3. sit prudentia: vbi sit virtus: vbi intellectus: vt scias si
iiii. mul vbi sit longiturnitas vite et victus: vbi sit lumen (de quo Joannis.1.) τ pax: eius inquam que per viam com
Roma.13. pendij deducit ad vitam eternam. Via autem breuior illa est (trium dierum: dilectio sui: dei: τ proximi) qui enim primum diligit: legem impleuit. Lex autem nec vitam eternam promittebat cum a tempore Joannis baptiste regnum celorum vim patiatur: via autem plena erat ambagibus: sicut scriptum est: Non eos duxit dominus per viam terre Philistijm: reputans ne forte peniteret eum si vidisset aduersum se bella consurgere: τ reuerterentur in Egyptum: sed circumduxit per viam deserti/ que est iuxta mare rubrum. Matth.11. Exodi.13.
Denique circunducti sunt. 40. annis: donec consumeretur vniuersa generatio/ que fecerat malum in conspectu eius. Hanc autem vitam eternam tanto maiore confidentia sperare debent qui vocati sunt ad fidem predicatione apostoli: quo ille qui promisit nec falli potest: nec potest fallere: nec mentiri: non magis quam non esse deus. Deinde quod promisit/ non casu aut euentu aliquo fortuito: sed quod in tempore manifestauit in predicatione euangelij sui/ quod creditum est mihi secundum preceptum saluatoris nostri dei: iam diu preordinauerat se facturum: ante tempora videlicet secularia siue eterna. Ad hec Hieronymus. Ante igitur mundi tem- Hieronymus
pora eternitatem quandam seculorum fuisse credendum est: quibus semper cum filio τ spiritu sancto fuerit pater: et vt ita dicam vnum tempus dei est omnis eternitas. Sex milia nondum nostri orbis implentur anni: et quantas prius eternitates quantas seculorum origines quanta tempora arbitrandum est in quibus angeli throni τ dominationes cete- v.
reque virtutes seruierint deo: τ absque temporum vicibus atque mensuris deo iubente substiterint? Ante hec inquam omnia tempora que nec sermo eloqui: nec cogitatio tacita audet attingere: promisit deus pater sapientie sue verbum suum τ ipsam sapientiam τ vitam eorum qui credituri erant in mundo esse venturam. [Gratia misericordia pax a deo patre τ domino Jesu christo saluatore nostro.] Quo enim excelsior status: eo periculosior ruina. Nec enim de omnibus dicitur: Quomodo cecidisti de celo Lucifer qui mane Esaie.14.
oriebaris: et detracta est ad inferos superbia tua. Omnes igitur precibus episcopi indigent/ qui in sublimi consistunt gratia videlicet/ misericordia et pace. Gratia vt digne administrent impositum sibi onus: quod vel Moses ipse re- Exo.4.ca.
cusabat dicens: Mitte per eum qui dignus est vt mittatur. Nec ante septuaginta senes susceperunt regimen populi ex dei precepto: quam dominus auferret de spiritu sancto qui erat Numeri.11.
in Mose τ impartiretur eis vt sustinerent secum populi onus. Est enim gratia spiritus sancti solaris radius: alia producens: alia exiccans: alia calefaciens τ inflammans: alia vero liquefaciens. Liquefacta est enim anima sponse ad Canti.5.
vocem dilecti pulsantis: et que prius frigida erat: immo Apoc.3.
nec calida nec frigida: ex diuino colloquio flammam fidei concepit dicens: Nonne ardens erat cor nostrum: dum lo Luce.24.
queretur nobis in via? Hoc radio statim vt perfunditur anima/ allidit paruulos suos ad petram. ps.136. iuxta illud: Mortificate membra vestra que sunt super terram. Hoc ra Collos.3.
dio cum anima tangitur: statim dicit cum propheta: A facie tua domine concepimus τ quasi parturiuimus spiritum salutis. Esaie.26.cap. sic dominus mortificat τ viuificat: occidit τ sanat: mortificat vitia: virtutes suscitat τ pullulare facit in 1.Reg.2.
mente. Et sicut idem solaris radius in diuersis partibus nubis diuersos format colores/ sicut patet in iride: ita τ gratia spiritus sancti in diuersis anime viribus diuersa charisma 1.Cor.12.
ta producit: diuidens singulis prout vult. Et sicut idem sol secundum subiectas materias arborum τ herbarum diuersos vi.
causat τ producit fructus τ colores/ vnumquemque iuxta genus suum: ita gratia diuina in anima causat remissio- Gratia.
nem peccatorum: veritatem in intellectu: charitatem in affectu: honestatem in omni sensu exteriori. Albet in virginibus: rubet in martyribus: fulget τ vernat in predicatoribus. Denique gratia diuina animam totam illuminat: diuidens lucem a tenebris: sola enim charitas diuidit inter filios regni τ perditionis. vnde dicitur: Mundabimini ab omnibus inquina- Ezech.36.
mentis vestris: τ dabo vobis spiritum nouum. Mentem ebriam facit vt dicat: Bonum est nos hic esse: Et illud: Matth.17.
Non possumus que audiuimus τ vidimus non loqui. Actu.

4. Gratia diuina mẽtem vngit et lenit ⁊ mitigat omnẽ
Ps.118. carnis dolorẽ: iuxta qḋ dicit: quia factus sum sicut vter
in pruina. Hic est ille vter qui castigat corpus suũ: non
Exodi.32. vt ille incrassatus pp̃ls qui sedit mãducare ⁊ bibere: et
surrexit ludere. Hic vter inebriat non vino veteris ma
Matth.27. licie quo potat dñs moritur⁹: sed vino qḋ virgines ger-
minat. Zacha.9.cap. Sicut aũt glaciem non sentit vter:
vij. quia pellis est mortui: ita mortuus pctõ iustus: frigus
Ambrosi⁹ peccati sentire nõ potest. Hi sunt vtres cõstricti pruina
spiritus dei: non libidinis calore soluti. Hinc Adam et
Eua postꝙ imaginem deposuere celestis: quã ante por
tabant: cũ vterq; nudus non erubesceret: imaginẽ ter-
Genes.3. reni hominis induẽtes: tunicas dicti sunt vestiti esse pel
liceas. Corpales.i. ⁊ carneos eos fecerat culpa cõmis
sa. Et qñ exclusi sunt a loco voluptatis/ in quo vtres
Matth.22. neq; ducunt vxores neq; femine nubunt: operiunt iam
pudẽda sua calore soluta luxurie. Gratia diuina mentẽ
fecundat: sicut dicit: spiritus dñi ferebat super aquas:
Genes.1. aque autem populi sunt. Ferebat inquit: hoc est foue-
bat: vitalemq; fecunditatẽ aquarum nature pbebat: incu-
bantis auis effigie: vimq; vitalem quãdam imprimẽtis
in ea. Hoc est ergo quod dicimus super aquas spm̃ dei
ferri.i. ad fecunditatẽ vitalẽ ⁊ regenerationis sacramẽtũ
aque naturam spiritũ sanctũ pparare ac fouere: vt ne
Joan.4. deinceps mare mortuũ vocet: sed aque salientes in vi
tam eternam. Deniq; de spũs sancti gratia scriptũ est:
Daniel.7. Fluui⁹ igne⁹ ⁊ rapidus egrediebat a facie eius. Igne⁹
quo carbones succenderent ab eo: qui inclusi ⁊ quasi
viij. mortificati intra cõclaue latebant ppter metum iudeo
rum. Joan.20. Rapidus autẽ est eo ꝙ vehit secum mẽ
tem: nec relinquit eam esse sui iuris: iuxta quod dicit:
Ezech.1. Ubi erat impet⁹ spũs/illuc gradiebant ⁊ quattuor ani
malia. Fluui⁹ autem erat in quo ostendit affluentia di
Joel.2. uine largitatis: de quo dicit: Effundam de spũ meo su-
4.Reg.4. per omnẽ carnem, quam infusionẽ bene figurauit oleũ
multiplicatũ intra cõclaue vidue vnius. Deniq; faciat:
Flumina enim de ventre eius fluent aque viue. Joan.
7. Deniq; flante gratia diuini flatus: fluũt statim aque
Luce.22. de corde ante lapideo: sicut dicit: Respexit dñs Petrũ:
et egressus foras fleuit amare. Spũs sancti gratia/flu
uius ille est in quo Naamã septies lauit lepram suam:
4.Reg.5. ⁊ caro eius restituta est quasi pueri paruuli. Gratia spi
ritus sancti columba est que extra arcam requiẽ non in
uenit. Genes.8.cap.i. extra ecclesie vnitatẽ: Et ipsa est
columba que pacẽ terre annũciat in ramo: et misam in
olea: ⁊ spem in viriditate foliorũ: spem dico.i. remissio-
nem peccatorum que per grãm fit. Itaq; gratia ⁊ miseri-
cordia ⁊ pax quam colũba ecclesie annũciauit/que erat
intra arcam: hec supueniant tibi de celo o fili charissi-
ix. me Tite a deo patre ⁊ Christo Jesu saluatore nostro.
[Huius rei gratia reliqui te in Creta: vt que desunt cor-
rigas ⁊ constituas per singulas ciuitates p̃sbyteros: si-
cut ego tibi ordinaueram.] Sicut dicit Menander: et ne
Menãder. scio si quid verius dici potest de hac re: Oẽs sum⁹ in
admonẽdo sapientes: facile cõsilium tribuim⁹ cum va-
lemus: nos vero ipsos aberrantes non cognoscimus.
Sed qñ iuxta sententiã sapientis cuiusdam: ita peccat
qui videt fratrem peccare ⁊ tacet: sicut qui penitenti nõ
indulget: Nam qui dixit: si peccauerit: dimitte: premisit:
Matth.18. si peccauerit increpa: qñ facilitas venie incentiuũ pre
bet delinquẽdi: necessaria est correctio. Nam etiã ami-
corũ vitia si feramus: nostra facimus ait Seneca. Et si-
Seneca. cut iniusti iudicis est bene agẽtem non remunerare: ita
⁊ negligẽtem non corripe. Occulta tamẽ culpa secreta
indiget penitentia: iuxta quod dicit: Corripe eum inter
Amici. te ⁊ ipsum solum. Amici tamẽ secreto semper corripiẽ-
di sunt: palam vero laudandi. Sunt tamẽ delicta quib⁹
ignouisse velimus: quia neq; chorda semp cum sonum
reddit quem vult manus ⁊ mens: sepeq; pro acuto gra
uem reddit: nec semp iaciẽs sagittam scopum attingit.
Cuncta sunt igitur prius tentanda omniaq; mouẽda la
pis: anteꝙ peccãtem discipline virga coerceam⁹. Sed
si immedicabile vuln⁹ apparet: rescindendũ est: ne ser-
pat vlterius: qñ malum cum pseuerat augetur: ⁊ vires
acquirit eundo: ex scintilla enĩ flãma succrescit: que le-
ui flatu extingui non potest. Q̃ si inter arguẽdum scã
dalum orit ait Chrysostom⁹: ipse sibi scãdali causa est/ Chrysost.
qui fecit quod argui debeat: non is qui arguit. Sed vi-
de ne illud de te dicat: alligant onera importabilia: ipsi
autem nec digito mouere volũt. Quid ergo? Circa vi- Matth.23.
tam tuam esto auster⁹: vitia tua diligẽti trutina exami
na: Esto tibi ipsi Momos: circa alios benignus esto.
Audiant te homines parua mandantẽ: ⁊ facientem ma Ambrosi⁹
xima. Ille enĩ peccãtes arguere potest: qui non meret
audire/hypocrita eijce primũ trabẽ de oculo tuo. Qñ
igitur iuxta sententiã Ambrosij: non videt sibi peccare Matth.7.
qui a nullo corripit vel vitatur: quin potius laudat in Ps.9.
desiderijs anime sue: Idcirco inquit apostol⁹ filio suo
Tito: huius rei gratia reliqui te Crete: vt ea que corre Puerb.27.
ctiõe digna sunt/corrigas: qñ melior est manifesta cor
rectio ꝙ amor absconditus: ⁊ meliora sunt vulnera dili
gentis: ꝙ fraudulẽta oscula odientis. Plus autem p-
ficit correctio ꝙ botenus apud prudẽtem ꝙ cẽtum pla x.
ge apud stultuũ polipum. Sentit igitur aplus se prius
correxisse quedam: eadem tñ nõdum ad plenum corre
cta iubet a Tito corrigi ⁊ ad cõpletam virtutem refor-
mari. [Et cõstituas inquit p̃sbyteros oppidatim.] Sicut Hierony.
hoc loco dicit Hieronym⁹ idem est episcop⁹ ⁊ p̃sbyter. 95.di.olim.
Et ante inquit ꝙ diaboli instinctu schismata in religio
ne fierent: ⁊ diceret in populis: Ego sum Pauli: Apol p.Cor.3.
los vel Cephe: cõmuni presbyterorum consilio ecclesie gu
bernabant. Postꝙ vero vnusquisq; eos quos baptiza
bat: suos putabat non Christi: in toto orbe decretũ est
vt vnus de presbyteris electus superponeret ceteris: ad
quem omnis ecclesie cura ptineret: et schismatũ semina
tollerent. de hoc vide ad Philip.cap.pmo: ⁊ in Actis
cap.20. et in priore epla Petri.cap.5. Sicut ergo p̃sby
teri sciunt se ex ecclie cõsuetudine ei qui sibi ppositus est
esse subiectos: ita epi nouerint se magis cõsuetudine ꝙ
dispositionis dñice veritate: p̃sbyteris esse maiores ⁊ in Numeri.11.
cõmune debere ecclesiam regere: imitãtes Mosen: qui cũ
haberet in ptãte solus pesse populo israel: septuagin-
ta elegit cum quib⁹ ppl'm iudicaret. de hoc vide in de-
cretis distin.95. olim. Quo etiam loco Leuter⁹ caput
suum super nubila extollit agitatus a spiritu nequã qui p.Reg.16.
corripiebat aliqñ ipsum Saulũ dicens. Roman⁹ pon-
tifex Petri successor non est Christi vicarius/sup om- xi.
nes totius mũdi ecclesias. Hanc positionẽ ex ore spũs
immũdi platam facillime inquit pbo per experientiã.
Nunꝙ enĩ fuit super omnes ecclesias totius mundi Ro
manus pontifex: sed neq; adhuc est: neq; vnꝙ in futu-
rum vt spero. Sed quomõ futurũ speret vt fiat vnum
ouile ⁊ vnus pastor/qui incredulus est ⁊ infideliter agit? Joan.10.
Sed nos non quid factum sit: sed quid futurũ respici-
mus: quando nec iota vnum aut vnus apex pteribit ex Matth.5.
verbis Christi: quibus dicit: Ego pro te rogaui vt non
deficiat fides tua. Luce.22. et tibi dabo claues ecclesie Matth.16.
⁊ regni celorum. Unus enim homo platus est animãli
bus ⁊ piscibus maris: vnus Noe regit arcam ecclesie
que facta est nauis institoris. puerb.31.cap. Duo fecit Genes.1.
Christus luminaria magna solem ⁊ lunã.i. pontificatũ
et imperiũ. Unus Moses prefert populo dei: cui dicit:
Esto tu populo in his que ad deum ptinent: hoc est esto
Maria. Elige autem de omni plebe viros sapientes ⁊ ti
mentes deum / in quibus sit veritas ⁊ qui oderint aua
ritiam: qui impleant officium Marthe. ⁊c. que habes xij.
Exodi.cap.18. Et vide ad idem Numeri.cap.vndecimo.
Unum templũ edificauit Salomon: ⁊ idem reedifica-

uit Zorobabel ⁊ Jesus summ⁹ sacerdos. Zacha.ca.4.
Amos.9. vel sicut scriptum est/suscitabo tabernaculũ Dauid qḋ
cecidit: ⁊ reedificabo aperturas murorum eius: et ea que
corruerunt restaurabo. sequit: et reedificabo eum sicut
in diebus antiquis. [Si quis sine crimine est: vnius
vxoris vir: filios habens fideles: non obnoxios crimini
lux⁹: aut in obsequẽtes:] hoc est: intractabiles ⁊ sui iu
Numeri.16. ris. de hoc dixim⁹ multa p.Timo.cap.3. vñ hic supse-
dem⁹: ne audiam⁹: actum agis. Q̃ ḋ dicit nõ obnoxios
crimini luxus: Grece est μηδ' ν κατηγορία ἀσωτίας, quod luxuꝫ significat nõ
luxuriã: de qua notãt filij Heli sacerdotis. p.Reg.ca.
p.Reg. 2. Si quis igit est sine crimine hoc est quẽ nemo pos-
sit accusare/⁊ vocare in ius ob crimen aliqḋ: vt sit sicut
dicit alter aut tertius Cato: vt si vel Mom⁹ Linceus
xiij. eum de prope circũspiciat: non magis in eo culpabile
aliqḋ inueniat ꝙ in sole tenebras: aut in scyrpo noduꝫ:
sitq; virgula quedam diuina: virga inꝙ directionis: qui
alios rectificare debet. [Oportet enim episcopũ incul-
Joan.10. patũ esse: tanꝙ dei dispẽsatorem.] Bonus dispensator
animã suam expendit pro ouib⁹ suis. Apposita est vo-
Gregori⁹. bis forma cui imprimamini. Primũ est vobis exteriora
vestra misericorditer ouibus eius impendere: postremo
si necesse est etiã vitam p eisdem ouib⁹ ministrare: ne
Joan.11. tota gens pereat. Sed cũ incõparabiliter longe sit me
lior anima qua viuim⁹ terrena substãtia quam exteri⁹
Michee.3. possidemus: qui nõ dat pro ouib⁹ substantiã suam: quã
inꝙ tollit desuper humeros pelles ouium suaruꝫ: quã
do pro his daturus est animã suam? sequit. Non pro-
teruũ: nõ iracũdum: nõ vinolentũ: non pcussorem. Cã-
bysem regem nimis deditũ vino Thrax hexamtipes
vn⁹ ex charissimis suis monebat vt parci⁹ biberet: tur-
pe esse dicens ebrietatẽ in rege: quem oculi omniũ au-
resq; sequerent. Et ille vt scias inquit ꝙ nũꝙ excidam
mihi: approbabo iam: ⁊ oculos post vinum in officio es
se ⁊ manus. Bibit deinde liberius ꝙ alias: ⁊ iam gra
uis ⁊ vinolẽtus ⁊ violentus: obiurgatoris sui filiuꝫ p-
cedere vltra limen iubet alleuataq; sinistra manu sta-
ret. Tunc intẽdit arcum: et ipsum cor adolescentis (id
enim se petere dixerat) figit: recisoq; pectore: herẽs in
ipso spiculo ostendit ac respiciẽs patrem: an satis cer-
tam manũ haberet iterrogauit. At ille negauit Apol
linem potuisse certius dimittere: vt intelligas ꝙ con-
stant regum amicis bona consilia: et quomõ apostol⁹
ista duo copulauit: vinolentum pcussorem. Nec dubito
quin Arpalus tale quicꝙ regi suo psuaserit: quo offen
sus: liberos sibi epulãdos apposuit: et subide quesiuit
an placeret conditura. Deinde vt satis illum plenũ ma-
lis suis vidit: afferri capita filiorũ iussit: ⁊ quomõ esset
acceptuꝫ interrogauit. Nõ defuerũt misero verba. apud
regem inqt omnis cena iucunda. Non vinolentũ. Chry
Chrysost. sostom⁹. preclara sane spes: si de hmõi episcopũ opor-
teat admoneri. Cur enim nõ dixit: oportet episcopũ an
gelum esse: de terra cõuersatione migrare: seculo cruci
fixum esse: animã pro ouibus ponere: quia videlꝫ per
paucos hmõi inueniri difficile erat: episcopis aũt tunc
plurimis opus erat: qui per singulas ciuitates consti-
tuerent magistri. Idcirco ergo moderatã virtutẽ pro-
xiiij. posuit: nõ illam celestem. [Non turpiter lucro deditũ:]
et qui semp pecuniam aut didrachmuꝫ habeat in ore:
Actu.8. auditur⁹ aliquãdo: pecunia tua tecum sit in pditione.
[sed hospitalem: benignum: prudentẽ: sobriuꝫ. (Quid
si iuxta euãgeliũ: semper ebrius: semp somniat q2 post
multũ tempus venturus est dñs? Math.24.) iustum:
sanctũ: cõtinentem: tenacem eius qui secundũ doctrinã
est fidelis sermonis: vt (Tho.2.2.q.10.ad.7.) potẽs sit
etiam exhortari in doctrina sua: ⁊ cõtra dicentes cõuin
cere. Unde lege cautũ est: vt vectes semp sint circulis
immissi: vt cũ arca portãda fuerit: de intromittẽdis ve-
ctibus nulla tarditas generet. quia cum spũale aliquid
a pastore querit: ignominiosuꝫ est si tunc querat disce
re cum questionẽ debeat enodare. vnde p.Petri.3. pa-
rati semp ad satisfactionẽ omni petenti rõnem. vide Exo
di.25.cap. De his multa diximus p.Timo.capi.3. Non
inquit pteruum aut supbum: qñ deus superbis resi- Jacobi.4.
stit. Non iracũdum: nõ pcussorem: qui mederi studeat
⁊ inuitet alliciatq; potius ꝙ exigat: et bñficijs puguet
(bona verba queso) potius ꝙ verberibus. Magistratus
enĩ ostẽdit virũ: et vir magistratũ exornat. Hospitalem:
qui vel sinu suo excipiat Lazarũ: benignum ⁊ mentis Luce.16.
sobrie: qui etiam paruulis manus imponat: et in ipsis Marci.10.
oculis pse ferat castitatem sitq; omnis virtutis exẽplar.
Iustum ouibus: sanctũ domino: cõtinẽtem apud semet
ipm: vt nec cogitet de muliere aliena. Episcopũ quidẽ Job.31.
hoc loco apostol⁹ suis depingit coloribus vt dicit: licet
fortassis inuenire pfacile esset quosdam nostri seculi p-
sules qui huius picture nec vltima retinent lineamẽta
sed vmbram tantũ ⁊ nomẽ: sicut dixit Tullius de quo-
dam: Nõne ab imis vnguib⁹ ad verticem vsq; si quam
cõiecturam adfert tacita corporis figura: ex faustu/põ-
pa/ambitione/luxu ⁊ hmõi: totus constare videtur? A
vertice vsq; ad pedes non est in eo sanitas: cui⁹ oppo- Esaie.1.
situm legim⁹ in Absalone.2.Regũ.14. vt potens sit cõ
tra dicẽtes cõuincere: sicut scriptuꝫ est: Audiẽtes autẽ
hec/dissecabant cordibus suis: ⁊ stridebant dentib⁹ in Actu.7.
eum: deniq; sustulerũt lapides vt lapidarent eum.

¶ Sunt enim multi etiam inobediẽtes: vani
loqui & seductores: maxime qui de circũci-
sione sunt: quos oportet redargui: qui vni-
uersas domos subuertũt: docentes que non
oportet turpis lucri gratia. Dixit quidã ex il
lis propri⁹ ipsorum ppheta. Cretenses sem
per mẽdaces: male bestie ventres pigri. Te
stimoniũ hoc verum est: quã ob causam in-
crepa illos dure: vt sani sint in fide: non intẽ
dentes iudaicis fabulis & mãdatis hominũ
auersantiũ se a veritate. Oĩa munda mun-
dis: coinqnatis & infidelibus nihil est mun-
dum: sed inquinate sunt eorũ & mens & cõ
scientia. Confitent se nosse deum: factis au-
tem negant: cum sint abominati & incredi-
dibiles: ad omne opus bonum reprobi.

¶ Sunt enim multi intractabiles ⁊ vaniloqui ⁊ sedu-
ctores: φρεναπάται. idest mentiũ deceptores: quod
est pniciosissimũ genus decipiẽdi: vbi
quis mẽtem omniũ actionũ fontem prauis inficit opi-
nionib⁹.) maxime autẽ qui sunt ex circũcisione: quib⁹
oportet obstruere os.] ἐπιστομίζειν, quod est os com
primere: pro quo nos legimus: quos
oportet redarguere. Iuxta legis pceptuꝫ: quo pcipitur
vt leprosus habeat os veste cõtectũ: vt ne alios doceat: Leuit.13.
imo ne alios puertat qui in seipso subuersus est. vñ di- xv.
cit: [qui totas domos subuertũt: docentes que nõ opor
tet: turpis lucri gratia.] Hi semi christiani docebãt mit Matth.9.
tere vinũ nouum in veteres vtres: arãtes in boue ⁊ asi-
no. Deut.22. et cum dñm colerent: Mosi quoq; cultum
exhibebant/cuius lux vsq; ad Joãnem habuit gloriam Exodi.33.
suam: sed oriẽte sole/posuit dñs manũ suam super vul
tum eius.i. Mosi hoc est legis: ac deinceps decolorata
est a sole: ⁊ vultus Marie totus factus leprosus spatio Numeri.12.
septem dierum vite psentis: cuius olim fulgorem respice
re non poterãt filij israel. Exodi.34. sed nec nunc pos-
sunt: velatus est enĩ. Et ppterea inquiũt Hebrei ⁊ Au

Auguſtin⁹ gustin⁹: ſepulchꝛu₃ Moſi nemo ſciuit: ne illam faciens
Lex. que cōſortio ſermōis dei rutilauerat: mortis timore re
preſſam videret aliquis. et ne ſepulchꝛū iſrael ſi cogno
Joſeph⁹. uiſſet vbi eſſet adoraret. Joſeph⁹. Scriptū eſt autē in
libꝛis ſacris Moſen fuiſſe mortuū ꝓpter metu₃: ne vi-
del₃ ꝓpter excellentiā virtutis que in eo fulſit: ad diui-
nitatē abijſſe putaret. Dum inquit ſalutaret Jeſum et
Eleazarū: aſtante ꝑplo: nube ſubito ſup eum deſcēden
Virga. te: in quodā cōualle ſublat⁹ eſt. vnde ⁊ virgā in qua ſi-
gna fecerat: vt plurimi putant ne adoraret ſecū detule-
Serpens. rat: qm̄ ⁊ ſerpētem quem fuderat/filij iſrael poſtmodū
Nūeri.21. adorabāt: quem cōfregit Ezechias rex Juda: Siqui-
dem vſq₃ ad illud temp⁹ adolebant ei incēſum filij iſrl.
4.Reg.18. ſicut habes.4.Reg.cap.18. Et vocauit eum rex Noe-
ſthan: ideſt es eorū: non deus: qm̄ in eo nihil diuinita-
tis latebat niſi in figura ⁊ ſacramēto. ¶Hoc modo Ju
xvj. dei colebant litterā legis: non intelligētes ſub teſta late
re nucleu₃: ꝓinde cōfractus eſt ſerpens ſicut ⁊ tabule
teſtimonij. Propterea inquit ap̄lus: oportet obturare
ora eorum/qui docent que nō oportet: docentes morti
fera pro vitalib⁹: ⁊ hoc turpis lucri gratia: dicētes ma-
Eſaie.5. lum bonū: ⁊ tenebras lucem. Nec mirū eſt inquit apo-
Philip.3. ſtolus in Creta reperiri qui vaniloquio ⁊ turpi arte vē
trem paſcūt/quoꝝ deus venter eſt: cum ⁊ ante multos
annos Epimenides ipſe Cretenſis ꝑdixerit ea que ſe-
quūtur. [Dixit inquit quidā ex ipſis ꝓprius ipſorū ꝓ-
pheta: (ironice) Cretēſes ſemꝑ mēdaces: male beſtie:
vētres pigri.] Vocat autem ap̄ls Epimenidē ꝓphe-
tam ſiue per iocū: ſiue ob argumentū. Dicit eñ Hiero
nym⁹ hunc Verſiculū videl₃ Cretēſes ⁊c. repiri in opere
Epimenidis: cui titulū indidit de oraculis. Vidēs itaq₃
Epimenides Cretēſes tumulū Joui extruxiſſe ⁊ haud
ſecus ac mortalē aliquem venerari: cōcitatus mox eſt
Athana. dei patris zelo: ⁊ iſtiuſmodi Jouem affat. Tibi Jupi-
ter Cretēſes mendaces ⁊ ventri addicti: ⁊ male beſtie
tumulū extruxere: tu vero haud quaq̄ mortem obijſti:
ſed viuis ꝑpetuo. Reuera autē hic ꝓpheta mentit: po-
pulus autē verax eſt. Ad hec Hierony. Non mirū ſi ꝓ
oportunitate tp̄is Gētilium poetaꝝ teſtimonijs abutat
p̄.Cor.5. ap̄ls: ſicut illō Menādri: Corrūpunt bonos mores col
loquia praua: ⁊ illud: ipſius ⁊ genus ſum⁹. Actu.17.ca.
⁊ hoc ꝑſentis loci: Cretenſes ⁊c. cum etiā de inſcriptio
Ara. ne are aliqua cōmutans: Atheniēſibus loquens: dixit
ſe inueniſſe aram in qua ſcriptu₃ erat: ignoto deo. Jn-
ſcriptio autē are: non ita habebat: ſicut Paulus dixit:
Actu.17. ſed ita. Dijs Aſie ⁊ Europe ⁊ Aphꝛice: dijs ignotis et
xvij. ꝑegrinis. Verum qm̄ Paulus non multis dijs ſed vno
tantū indigebat ignoto deo: ſingulari verbo vſus eſt: vt
doceret illum eſſe ſuu₃ deū quem Athenieſes in are ti-
tulo ꝑnotaſſent: et recte eum ſcientes colere deberent:
quem ignorātes venerabant: et neſcire non poterāt: ſi-
cut intulit: in quo mouemur et ſum⁹. Hoc modo ⁊ nos
Math.28. ſemꝑ ſumus mendaces ſi Chriſt⁹ non reſurrexit: ſi in-
quā furati ſunt eum diſcipuli eius: ſed iam diu obſtru
ctum eſt os loquentiū iniqua: euomuit enim cete Jo-
Jone.2. nam tertia die. Jupiter autē vere mortu⁹ eſt: ſed an ibi
ſepultus fuerit: non vſq₃ quaq₃ apparet. Titulus autem
inſcript⁹ ſepulchꝛo Jouis ita habebat: Hic iacet Jupi-
ter. Qō ſi Jupiter ibi iacet: non mentiunt Cretenſes.
ſi autē ibi non ſepultus eſt: ſed eſt immortalis: hoc caſu
verum dixit Epimenides: ꝙ illi ſunt ſemꝑ mendaces
ſicut dixit apoſtol⁹. [Teſtimoniū hoc veru₃ eſt.] Quo
Chꝛyſoſt. caſu veritas periclitat: ſi verum eſt aliquem immorta-
lem eſſe ante mortē. Hunc nodum ita ſoluit Chꝛyſoſto
mus dicens: ad hoc tantū apoſtolū teſtimoniu₃ addu
xiſſe in mediu₃: non vt confirmaret dictū Epimenidis:
qui magis ipſe mētitus eſt Jouem immortalē fingēs:
ſed vt oſtēderet Cretenſes conſuetudinē habuiſſe men
tiendi: et hoc maxime vitio laborare/quos ⁊ feras vo-
cat ⁊ ve⁊tres. Subdit autē Chꝛyſoſtom⁹ de Are inſcri- xviij.
ptione hec que ſequūtur. Athenienſes quoniā ab initio
deos non acceperūt: verum ꝓcedente tempore illoꝝ
ſacra vrbem ingreſſa ſunt. ſicuti que ex Hebꝛeis allata
referunt ⁊ ea que ex Archadia ⁊c. cōijcientes ex hoc fie
ri poſſe/vt eſſet ⁊ alius deus vel dij deq₃ qui ab ipſis
neſcirent: vt etiam illis ſeipſos deuouerent: eam aram
inſtituerūt quam inſcripſerūt ignotis dijs: ſicut ⁊ Ro-
me poſtea templū πανθεῶν dedicatū eſt. [Quam ob
cauſam redargue illos ſeueriter: ἀποτό-
μως, ꝑfracte/vt ſani ſint in fide: recte ſe gerāt
⁊ ꝓbabiles vñcunq₃: non attēdentes iudaicis fa
bulis.] Fabula eſt.n. miſcere legem euāgelio. Si eñ
per legē nemo iuſtificat: quanto minus in mādatis ho
minū: Non ſunt igitur ſani in fide: ſed dum vtrunq₃ ap 3.Reg.18.
pꝛehēdere nitunt ⁊ vmbꝛam ⁊ ſolem: vtroq₃ claudicant
pede. Non attēdentes inquit iudaicis fabulis [et ꝑce-
ptis hominū auerſantiū veritatē.] veritatē autem hic
euangeliū intelligit apoſtol⁹. [Omnia quidem munda Genes.1.
mūdis:] vidit eñ cuncta deus que ipſe fecerat in vſum
⁊ vtilitatē hominū: ⁊ ecce valde bona: Judeis autē ad
duritiam cordis eorum data ſunt ꝑcepta non bona: in Ezech.20.
quibus iuſtificari non poſſent. Si eñ vtilia eſſent: tunc
data eſſent qñdo lex in tabulis data eſt. Sed quia poſt xix.
tanta ſigna ꝓdigiorū ⁊ legem editam: diffidentes ⁊ cer
uicoſi inuenti ſunt: talia ac tanta acceperūt mandata: Ambroſi⁹.
in quibus reſpirare nō poſſent. Hinc factu₃ eſt vt boni
laborarēt cum malis. Hec ergo ꝓ vindicta data ſunt: Ps.84.
ita vt in tempore quo venit qui auertit captiuitatē Ja-
cob: miſericordia dei relaxaret omnia que prius introdu-
xerat: dicens: non q̄d intrat in os ⁊c. Quod nō intelli- Math.15.
gentes iudei adhuc ſub iugo ꝑmanent: et multoꝝ li-
bertatem volunt his vinculis obligare. p̄.queſt.1.ſi non
habeat. Omnia ergo munda mūdis. [Poꝛro pollutis ⁊
infidelib⁹ nihil eſt mūdum: ſed inquinata eſt eorum ⁊
mens ⁊ cōſcientia. Judei ergo indigni habiti ſunt tota
vti creatura: et ꝓinde multa eis ꝓhibita ſunt. Ad eos
enim qui cauterizatam habent cōſcientiam/loquit ſer- p̄.Timo.4.
mo dei per Eſaiam dicens: Qui immolat bouē quaſi
qui interficiat virum: Qui mactat pecus: quaſi qui ex-
cerebꝛet canē. Qui offert oblationē: quaſi qui ſangui-
nem ſuillum offerat. Qui recordat thuris: quaſi qui
benedicat idolo. hec omnia elegerūt in vijs ſuis ⁊ in abo
minationib⁹ ſuis anima eorū delectata eſt. Tales ſunt Eſaie.66.
ceremonie ⁊ ſacrificia Judeoꝝ/eorū quoꝝ anima de-
lectata eſt in abominationib⁹ ſuis: his enim mūda erāt
malis ⁊ thus lucidiſſimū in idoloꝝ cultum verſa ſunt ⁊
in homicidia: ⁊ cum putant ſe pecus immolare: canem
excerebꝛāt ⁊ ſuem. [Deum ꝓfitentur ſe ſcire: ceterum
factis negant:] dicūt enim. dñe: domine aperi nobis: fa Math.25.
ctis vero negant: lampade vacua. [Cum ſint abomina
biles ⁊ inobedientes: ἀπειθεῖς,
et ad omne opus bonū reprobi.] Cōfitent
ſe eſſe Abꝛae ſemen ⁊ filij dei: ⁊ tamē volunt iuſtificari
in lege: cum Abꝛaam pater eorū per fidem iuſtificari me
ruerit: ⁊ opera. Oſtēdant igit fidem ſuam qua cōfitent
ſe noſſe deum in factis ſuis: quia ⁊ Abꝛaam opera ad Jacobi.2.
iunxit fidei: offerens Jſaac filium ſuum ſuper altare:
quoniā fides cooperabat operibus illius: ⁊ ex opibus
fides ꝯſummata eſt ſicut ex opib⁹ iuſtificat homo adul
tus ⁊ non ex fide tantū. Sicut enim coꝛpus ſine ſpiritu
mortuu₃ eſt: ita fides ſine operib⁹ mortua eſt. Jacobi.
cap.2. Qui igitur confitet dominū Jeſum chꝛiſtu₃ ve
re ſalutis autorem: adiungat opera charitatis: abijciat
vmbꝛas: complectat lucem: dimittat flores: appꝛehen-
dat fructum: aſcēdens palmam: et intelliget quomō ve Canti.7.
rum eſt/quoniā omnia ſunt munda credentibus. de hoc
alias multa diximus.

¶Secūdum Caput.

Tu autem loquere que decent ſanam doctrinā: ſenes vt ſobꝛij ſint: pudici/prudentes/ſani in fide & dilectione: in patiētia. Anus ſimiliter in habitu ſancto: non criminatrices: non multo vino ſeruiētes: bene docentes: vt prudētiam doceant. Adoleſcētulas vt viros ſuos ament: filios diligant: prudentes: caſtas: ſobꝛias: domus curam habentes: benignas: ſubditas viris ſuis: vt non blaſphemet verbum dei. Iuuenes ſimiliter exhortare vt ſobꝛij ſint. In omībus teipſum prebe exemplum bonorū operum/in doctrina: in integritate: in grauitate. Verbū ſanum irrepꝛehenſibile: ne is qui ex aduerſo eſt vereatur: nihil habens malū dicere de nobis.

j. ¶Tu vero loquere que decet ſanā
doctrinā.] Thom.p̄.par.q.1.ar.8. Sane ſicut dicit Am
Ambroſi⁹. broſi⁹ antē vita q̄ doctrina querenda eſt in paſtore: iux
Ps.1. ta quod ſcriptu₃ eſt: Beatus vir qui non abijt in conſi-
lio impioꝝ: ⁊ in via peccatoꝝ non ſtetit: et in cathedra
peſtilētie non ſedit: ſed in lege dñi voluntas eius. Ec-
ce poſuit ꝓpheta vtramq₃ partem iuſticie videl₃ rece-
dere a malo: ⁊ adherere bono: ⁊ ſequit de doctrina: in
lege eius meditabit die ac nocte. Et grandis confuſio
eſt ait Chꝛyſo. cōponenti quidem ſermonē ſuu₃: vitam
Seneca. vero ſuam atq₃ operam negligēti. Quam ſententiā cō-
firmat Seneca dicens: Mores primū: mox ſapiētiam
diſce que ſine morib⁹ male addiſcit: iuxta illō ex pſalmi.
Ps.118. bonitatē ⁊ diſciplinam ⁊ ſciētiam doce me: Doce me bo
nitatem dando charitatē: diſciplinam donando patiē-
tiam: ſcientiā/illuminando intelligentiā: qm̄ ſcientia ſi
ne charitate inflat non edificat: charitas autem ſine pa
p̄.Cor.8. tientia nō ꝑuenit quo tendit. Qui vero vita ſua doctrī
Luce.4. nam deſtruit audit: medice cura teipm̄. Non magis mi
hi ꝓdeſt talis ꝑceptoꝛ: q̄ gubernator in tēpeſtate nau-
ſeabūdus. Quid me poteſt adiuuare rectoꝛ naui atto-
nitus ⁊ vomens? Quāto maioꝛe putas vitam tēpeſta-
te iactari q̄ vllam ratem? Non eſt loquendū ſed guber
nādum: ⁊ explēda vento vela: luctandū cum ipſo ma-
ri. Multos tñ eſt videre qui ronco nare dormiūt quādo
ſubditi periclitant de vita: qui reuera dicere poſſunt cū
Cap.1. Jona: propter me orta eſt hec tempeſtas. Non eñ dor
Canti.5. mientes vigilāt cum Chꝛiſto: ſed non potuiſti inquit vna
hora vigilare mecū. Mat.26. Primū igitur neceſſaria
eſt vita: deinde ⁊ doctrina: qm̄ qui fecerit et docuerit:
Math.5. magnus vocabit in regno celoꝝ. Sed vide inquit apo-
ſtolus: ne cathedrā veritatis aſcēdens: tu qui euangeli
zas ſion: ꝑuerſa doctrina cathedram peſtilentie facias:
2.Timo.2. cuius ſermo vt cācer ſerpit. Eſto igitur ſal terre: Mat.
5. vt optima cōuerſatione tua populus condiat ⁊ reſer-
p̄.Cor.5. uet ab omī coꝛruptione fermenti veteris malicie ⁊ ne
quitie. Eſto ⁊ lux mūdi: his qui errant ⁊ ignorant: qm̄
⁊ tu quoq₃ circundatus es infirmitate. Heb.5.cap. et ea
loquere que decet ſanā doctrinā. [Senes vt ſobꝛij ſint: ij.
modeſti: ſani fide: charitate: patientia.] Senes ſicut di
cit phs: qm̄ multos iam annos vixerunt: ⁊ errauerunt Senes.
in plurib⁹: deceptiq₃ fuerunt: nihil affirmāt: ⁊ multo mi
noris cūcta exiſtimāt q̄ oporteat: ſciuntq₃ nihil: ſed am
bigentes/ſemꝑ foꝛſan aut foꝛtaſſis addūt: ⁊ ſic omnia di
cunt: firmiter nihil. Malicioſi ſunt: qm̄ ſunt ſuſpitioſi:
ſuſpicioſi/qm̄ increduli: increduli/qm̄ experti. Neq₃ a-
mant: neq₃ oderūt: ſed ſecundū Biantis pꝛeceptū amāt Bias.
vt oſuri: ⁊ oderunt vt amaturi. Puſillanimi ſunt: ⁊ in-
de illiberales: qm̄ ſubſtātia vnum ex neceſſarijs eſt: ſi-
mulq₃ qm̄ experti non ignorāt difficilem quidē eſſe ac
quiſitionē: iacturam vero facilem. Timidi ſunt: ꝓpter Phs.
ea q̄ frigidi ſunt: itaq₃ ſenectus viam timori ꝑparauit.
Senes vite ſunt cupidi: ⁊ maxime in extremo die: Cu-
piditas eñ abſentis eſt rei: ⁊ cuius egent: illud maxi-
me cupiūt. Senes viuūt ad vtile magis q̄ opoꝛtet: qm̄
ſeipſos maxime amāt. Ad modeſtiam apti ſunt: qm̄ in
ipſis cupiditates defecerunt. Senes ad cōmiſerationē
parati ſunt: omnia enim impēdere ſibi putant: ꝓpeq₃ eſ-
ſe vt ⁊ ipſi ſimilia patiant. Senes queruli ſunt non dica iij.
ces. Itaq₃ ſicut dicit Menāder: pꝛo eo vel maxime timē
da eſt ſenect⁹: qm̄ ſola non venit: licet ſentētie meliores Menāder.
ſint ſeniorū q̄ iuuenū: ſicut vinum vetus ꝑfertur nouo. Cicero.
Et ſicut dicit Cicero: ſenect⁹ ipſa ſi nihil aliud vitij ap
poꝛtet: vnū cum aduenit id ſat eſt: q̄ diu viuendo mul-
ta que nō vult videt. Eſt quidē temeritas floꝛentis eta
tis: pꝛudentia autē ſenectutis: ſi cōiuncta ſit vita imma
culata. ſed memoꝛia a ſenib⁹ minuit. Credo inquit ille
niſi eam exerceas. Neq₃ enim ego quemq̄ ſenem audi
ui oblitū quo loco theſaurū obꝛuiſſet. Omnia enim que
curant meminerūt: illud tamē nemo ibit inficias: res
magnas non virib⁹: voluptate aut celeritate: ſed cōſilio
geri autoꝛitate ⁊ ſentētia: quibus non modo oꝛbari ſed
etiam augeri ſenect⁹ ſolet: que ſi in ſenib⁹ non eſſent:
ſummū cōſilium maioꝛes noſtri non appellaſſent ſena-
tum. Senib⁹ igitur coꝛpoꝛalis exercitatio minuēda eſt:
ſpūalis vero intēdenda: quomō legimus de Alexādro Alexāder.
qui Bucephalū iam ſenem ab alijs equis geſtandū cu
rare ſolebat: donec ad hoſtem ventū eſſet: vt integer ad
pugnam veniret. Ita ergo ſenum magiſtratū vtendū
eſt opera: vt eis adimat quantum poteſt laboꝛis: vt ad
neceſſitatē vſus illoꝝ reſeruet. Apum rex ipſe quidē
non operat: ſed obambulans ac circūuolans alios ve-
lut exoꝛtat dicens: Quod eſt momentaneū ⁊c. Plura 2.Cor.4.
quidē poſſunt iuuenes: ſed vtilioꝛa ſenes. Jlli ſunt no-
uelle vites que copioſi⁹ vinū gignūt: illi ſunt vites ve
tuſtioꝛes: que melius fundūt: ſed parcius. Dictur⁹ es:
at ſunt moꝛoſi ⁊ anxij et difficiles ſenes: ſi querimus:
etiam auari. Sed hec moꝝ vitia ſunt nō ſenectutis: nam
⁊ ſenectus moꝛū inuenit in pueris: ⁊ innocentia infan
tiū inuenit in ſenibus ait Ambꝛoſi⁹. Quid aūt turpi⁹ Ambꝛoſi⁹
ait Seneca q̄ ſenex viuere incipiens? Scriptu₃ eſt eñ Seneca.
Cum eſſem vir: euacuaui que erant paruuli. Queris p̄.Cor.13.
inquit Seneca a me quid doceā? Reſpondeo: ſeni eſſe iiij.
diſcēdum. Quid eñ ſtulti⁹ q̄ q̄ diu non didiſceris: nō
diſcere? Omnis etatis homines ſcola admittit: in hoc ſe
neſcam⁹. Tandiu diſcēdum eſt quādiu quis neſciat: et
ſi ꝓverbio credimus: quandiu viuit. quia non vt diu vi
nam⁹ curandū eſt: ſed vt ſatis. Quid ſit ampliſſime vi
te ſpacium foꝛtaſſe requiris: vſq₃ ad ſapientiam veni-
re. Itaq₃ cauende ſunt due particule que in carne non Lingua.
veteraſcūt ⁊ hominē ad peccatū trahunt ⁊ aliquādo ꝑ-
cipitant videl₃ coꝛ ⁊ lingua: quia ex abūdantia coꝛdis Luce.6.
lingua loquit. Numera inquit Seneca annos tuos: et
pudebit ea velle que voluiſti adoleſcens. Qm̄ igitur
ipſa ſenectus etiam ſi languoꝛ deſit: egritudo eſt: ⁊ in- ꝓuerbiu₃
ſanabilis moꝛbus: ne oleum camino adijciamus vt di-
cit: ⁊ malum malo medicemur. Sed ꝑcipe inquit ap̄ls

vt senes qui corpore marcescunt: studeant bene mori: ⁊ vel fide sani sint charitate ⁊ patientia: quibus vt diximus mors in ianuis est. Et quoniā senes citius inebriant scđm philosophum: qm̄ in corpore sicco ⁊ in mēbris durioribus naturales meatus apertiores sunt: vnde ⁊ exalatio citius ascendit cerebrum: Precipe ⁊ illud vt sobrij sint ⁊ modesti: et illud maxime studeant vt moriātur in eis vitia anteq̄ ipsi: iuxta illud: Christo crucifixus sum cruci: viuo ego: iam non ego. (Galat.2.)

v. [Anus item vt in habitu sint sancto et religione digno: non calūniatrices: (μὴ διαβόλους) nō vino multo seruiētes: vt honesta doceant: vt instituāt adolescentulas vt viros suos ament:] sicut alias diximus de Mausoli vxore. Et refert Valeri⁹ max. (Vale.mar.) ꝙ cum Lacedemones inclusi a Spartanis: capitali reseruarent supplicio: coniuges illustris sanguinis velut alloquuture perituros viros: carcerē impetrato a custodibus aditu ingresse: commutataq; veste: et per simulationē doloris velatis capitibus egressi primum viri: re cognita: ⁊ ipse abire passe sunt. Emilia vxor Affricani/ cum sciret viro suo vnam ex ancillis gratam esse dissimulauit: ne dn̄atorem orbis Affricanum feminea impatiētia reum ageret: tantūq; a vindicta mens eius affuit: (Exēpla.) vt post mortem viri ancillam manu missam in matrimonium liberto suo traderet. Et de Portia vxore Bruti narrat idem: ꝙ cum virum suum interemptū agnosceret: quia ferrum non dabat: ardentes ore carbones haurire non dubitauit: ⁊ nouo genere mortis absorpta est. Mitridatis vxor cum coniugem suum effusis charitatis habenis amaret: decorem femineum tonsis capillis in virilem habitum cōuertit: equo ⁊ armis assuescens: quo facilius eius laboribus interesset: eumq; fugatum ⁊ deuictum a Pompeio per efferas gentes fugiētem: animo pariter ⁊ corpore infatigabiliter est sequuta. Cuius tanta fides asperarū ⁊ difficilium rerū viro suo maximū solatium fuit: Cum domo enī ⁊ penatibus vagari se credidit: simul exulante vxore. de hoc alias diximus.

vi. [Ut liberos ament: vt sobrie sint:] (ꝑ.Reg.1.) ne audiant aliquādo: vigere paulisper vinum quo mades. Et illud: Pocnon est osculum porrigere: sed poculum: sicut dixisse legimus virum quēdam ad vxorem estuātem vino. Sed ⁊ feminas apđ Romanos olim vsq; adeo a vino abstinuisse legimus: vt matronam quādam ob resignatos celle vinarie loculos: sui eam inedia necauerint. Sub Romulo vero que vinum attigerat: impune a marito suo Mecenio trucidata est. vnde ⁊ oscula propinquis offerre ⁊ necesse erat: vt spiritu iudicarent. Narrat Augustin⁹ ꝙ erat quidam decrepita que ꝓpter senectam ⁊ optimos mores filiarum curam (Vinum.) gerebat videlꝫ matris Augustini et ancillarū eius: que non ꝑmittebat eas preter horas quibus ad mēsam parētum moderatissime alebantur: et si excādescerent siti: vel aquam bibere: dicebatq;. Modo inquit aquam bibitis: ꝙ vinum in potestate non habetis. Cum autem ad maritos veneritis: facte domine cellarum vinariarū aqua sordebit: sed mos potandi remanebit. Solent tamen anus maxime huic vitio esse affines: pro libidine que iam in corpore emarcuit: vini cōmutantes luxum. [Domus sue custodes: benigne: subdite suis viris: vt non blasphemet verbum dei.] Quod videt maxime apostol⁹ dicere de his que nacte sunt infideles viros: sicut alias dictum est ꝑ. Corint. capi. 7. Tales igitur viri videntes ꝙ propter dei timorem vxores etiam ꝓpensius obsequitur viris suis: nō blasphemant nomē dei: sed magis cōgaudent vxoribus: forsitan autem ⁊ conuertunt ad cōmunē fidem.

vij. Dom⁹ inquit sue custodes. (Plutarch⁹) vnī ⁊ veteres sicut refert Plutarchus pingebāt Venerem testudini insistentem: qđ hoc animal nunq̄ a domo discedat: innuētes feminam nunq̄ extra domū debere remorari: sed familie sue curam habere. [Adolescentes cōsimiliter hortare/ vt sobrij sint ⁊ cōtinentes per omnia.] Quoniam enim iuuentus solet modum egredi: ⁊ vicinior esse ad lapsum: idcirco salubrib⁹ retinaculis cōtineri iubet: vt infrenata diuinis legibus/ possit dicere cum ꝓpheta: vt iumētum factus sum apud te. (Ps.72.) Omnis enī correctio presens amara est: sed fructus parit dulcissimos: (Heb.12.) qui autē parcit virge: vere odit filium suum. (Puer.13.) Et sicut dixit Ouidius: (Ouidius.) sint procul a nobis iuuenes vt femine cōpti: qui in lenocinio sui molliendo capitis fimbrias omittūt: qui tōsorem diligūt: qui in scapulis moliter gestiūt: qui fluxū gressum improbo nisu distendūt: (Iuuēt⁹.) qui viros negligenter agunt: feminas diligentius intuent. Raro autem inuenies in adolescētia prudentiam: que multarum rerum experientiā requirit: quoniā de vno solo dictum est: (qui tamē iam senex desipuit) iuuenis ⁊ (3.Reg.11.) acutus inueniar in iudicio: ⁊ in conspectu potentium admirabilis ero ⁊c. que sequitur. Sap. capi. 8. (Sapien.8.)

viij. [In omnibus temetipm prebe exemplum bonorum operū.] Grece τύπον dicit: hoc est formā ⁊ exemplar. Sit inquit omnibus doctrina exemplarq; virtutis tue speculum vite. quod omnibus proponit ad imitandum veluti primitiua quedam imago (non quidem vt cornicula) omnia in se habens que bona ⁊ honesta sunt: ⁊ que magna cum facilitate volentib⁹ aliquid sui decoris imitari: exēplar semper ꝓbere parata sit. Parata inquit sit forma vite tue prebere alijs exemplar vite [in doctrina: in integritate: in grauitate:] vt grauitas vite et integritas morū commēdet doctrinam ⁊ autoritatē docentis. sermonēq; omnē, sic modereris: verbis tuis stateram faciens. (Eccli.28.) [vt is qui ex aduerso est reuereatur autrubore suffundat: (Ps.62.) nihil habens dicere de nobis dignum reprehēsione: sic obstruat os omniū loquentiū iniqua. Nihil enim prodest ait Hieronym⁹ (Hierony.) aliquem exercitatū esse in dicendo: ⁊ ad loquendū triuisse linguā: nisi plus exemplo docuerit q̄ verbo.

¶ Seruos dn̄is suis subditos esse: in omnibus placētes: non cōtradicētes: nō fraudātes: sed in omnibus fidem bonā ostēdētes: vt doctrinam saluatoris nostri dei ornent in omnibus. Apparuit enī gratia saluatoris nr̄i omnibus hominib⁹ erudiens nos: vt abnegantes impietatem & secularia desideria: sobrie & iuste & pie viuamus in hoc seculo: expectātes beatam spem: & aduētum glorie magni dei & saluatoris nostri Iesu christi: qui dedit semetipm pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate: & mundaret sibi populū acceptabilem sectatorē bonorū operum. Hec loquere & exhortare & argue cum omni imperio. Nemo te contēnat.

¶ Seruos hortare vt suis dn̄is pareant: in omnibus illis placeāt: non respōsatores. (vide Tobie.3. ibi: Amplius de te, bonū est.) nō suffurātes. vide inquit ne fur (Tobie.2.) tu⁹ sit. alias fures vel camelū glutiunt. [sed fidem oēm ostēdentes bonam: vt doctrinā saluatoris nostri ornent in omnib⁹.] Sicut autē dicit phs virtus et malicia determinant seruos ⁊ liberos: (Phs.) nobiles ⁊ ignobiles. Urbē Volsiniensiū luxuria multiplex grauibus ⁊ erubescendis cladibus implicuit: que alioqui erat opulenta: erat morib⁹ ⁊ legibus ornata. Eo igitur vitiorū puenit que caput Hetrurie habebat: vt seruorum se insolētissime dominationi subijceret. Qui primū admodū pauci senatorium ordinē intrare ausi: ⁊ mox vniuersam rempublicā occupauerūt. Testamenta ad arbitrium suum scribi iubebant: filias dn̄orum in matrimoniū ducebāt: postremo

ix. lege sanxerunt: vt stupra sua in viduis pariter atq; nuptis impunita essent: Ac nequa virgo ingenuo nuberet: cuius castitatē non ante ex numero ipsorū aliquis delibasset. Vale.mar. Proh pudor. Quis igitur vere liber est? Ille nempe quem nec paupertas: mors aut vincula terrent: qui potest respōdere cupiditatibus: honores contēnere: Fortis ⁊ in seipso tot⁹ teres: imo ⁊ quadratus: ⁊ in quem semꝑ manca ruit fortuna. Triplex (Libertas.) est autē libertas videlꝫ a peccato: a miseria: a necessitate. In prima restauramur per grām: media seruat nobis in patria: tertia non reparat quandiu homo nascit (Genes.3.) ad laborem: ⁊ iubet in sudore vesci pane suo: qui liber conditus cōstitutus fuerat super opera manuū dei. (Ps.8.) Sicut enim alias diximus: natura nostra multipliciter (Roma.8.) serua est: sed liberabit a seruitute in libertatē filiorum dei. [Apparuit enim gratia dei: (siue illuxit gratia dei saluatoris nostri) omnibus hominib⁹ erudiens nos: vt abnegata impietate: et mūdanis cōcupiscentijs: sobrie ⁊ iuste ⁊ pie viuamus in hoc seculo.] Damascen⁹. (Damascen⁹) Non erat reuera vtile homini nullo periculo tentatū nec ꝑbatū: incorruptibilitatē ꝯsequi: ne forte in supbiam incidisset ⁊ laqueū diaboli. Sed qm̄ spe diuinitatis serpens seduxerat hominē: carnis ꝑtextu ⁊ ipse decipit: ⁊ demonstrat simul bonitas/ ⁊ sapientia/ ⁊ iusticia et potentia dei. Bonitas/ qm̄ non despexit proprij plasmatis infirmitatē sed manum porrexit. Iusticia/ quia homine victo: nō alio q̄ homine fecit vinci tyrānū. Sapiētia/ quia rei admodū dubie ac difficilis inuenit solutionem q̄ decentissimā. Quod autem descēdit descensu ineffabili/ nouum profecto opus: ⁊ solum nouum sub sole. Hiere.31. Eccl'e.1. In hoc infinita dei apparuit virtus. Quid enim maius q̄ deum fieri hominē? idest alpha. O. cuius videlꝫ humanitatis non paulatim per additamenta expleta est figura sed vno cōtextu absoluta (femina circundat virum) simul caro: et dei verbi animata caro: rōnalis ⁊ intellectiua. (Augustin⁹) Si ergo in rebus per tempus ortis nulla maior gratia nobis collata est: vere dixit apostol⁹: quia per suam misericordiā saluos nos fecit. Apparuit gratia saluatoris: hoc est apparuit saluator cum grā: apparuit medicus cum misericordia: et in (Baruch.3.) terris visus est et cum hominib⁹ cōuersatus/ qui visus (Genes.28.) fuerat aliquādo sed in scala: sed in rubo: sꝫ in nube: de nieq; ⁊ deambulās ad auram post meridiē: Genes.3. sed tunc quidē nō cum gratia apparuit sed cum gladio: vt iudex non vt saluator. At vbi gratia eius apparuit: cantauerūt angeli: Luce.2. Cantauerūt pueri: Math.21. (Luce.2.) cantauit ⁊ senex Simeō dicens: Viderūt oculi mei saluatorē suum veniētem cum lumine ⁊ pāces et gloria: et gloria ei⁹ quasi vnigeniti. Et quomō scriptum est in euā- (Marci.6.) gelio ꝙ quidam remis mare sulcātes: aduersus cōtrarios vētos iam fessi erant: et g.25. siue.30. stadia laborātes:

x. portum tenere nō poterant: et postea dn̄s superuenit ⁊ mare sedauit: et ad portū eos perduxit: Sic intellige qm̄ ⁊ angeli volebant quidem hominib⁹ ꝑbere auxi- (Hebre.1.) lium: qm̄ oēs sunt administratorij spūs: videbant autē (Origenes) multo inferiorē esse suam disciplinā: q̄ illorum cura poscebat. Vide ergo mihi vrbem in qua egrotent plurimi: et medicorum frequēs adhibeat manus sint diuersa vulnera: cotidie in emortuā carnem serpēs putredo penetret: ⁊ tamē medici qui adhibiti sunt ad curādum: ne- (Hiere.51.) queant alia vltra inuenire remedia: ⁊ artis sue scientiā magnitudinē mali vincētem: dicant: Curauimus Babylonem ⁊ non est sanata: recedam⁹: cum plaga eius desperabilis facta sit. Interim autem adueniat aliqs ἀρχιάτρως, qui habeat summā in arte noticiam: qui ⁊ didicerit ex ijs que passus est: ⁊ illi qui (Hebre.5.c.) (Analogia.) prius sanare nequierāt: cernētes magistri manu putredines cessare vulnerū: non inuidcāt: non liuore cruciētur: sed in laudes erūpant ἀρχιάτρου, et ꝑdicent misericordiā dei qui ⁊ sibi et egrotantib⁹ tante scientie hominē miserit: nec vacuus venerit: sed cum gratia: ⁊ inde dicāt: Gloria in excelsis deo: qui talem ꝑātem dedit (Math.9.) hominib⁹. Fortassis autem aplūs volens ostēdere differentiā veteris testamēti ⁊ noui: dixit: Apparuit saluator cum grā: cum ad Mosen dictū sit: Mittam ꝑcursorem (Exodi.33.) tui angelū: non enī ascēdam tecū: quia dure ceruicis est populus hic. (August.) Magna quidē ⁊ mira sacramēti ꝓfunditas: (Mia dei.) tanq̄ maiorem miām posset angelus habere q̄ dn̄s qui populo dure ceruicis parceret: ⁊ tñ per angelum dicit se velle implere qđ patribus ꝓmisit: tanq̄

xi. ipse absens esset qui nusq̄ non est. Erat quidem cum ipsis: sed non apparebat: Cum enī apparuit/ cum grā venit: non cum terrorib⁹. (Esaie.9.) Fortassis autē ⁊ ipse erat angelus magni cōsilij: (Abdie.) quem pater de celis legatum misit ad gentes: vt doceret eos abnegatis secularib⁹ desiderijs sobrie ⁊ pie ⁊ iuste viuere in hoc seculo. ¶ Sensus aūt est. Cum his nō possum esse vt vindicem: ꝓpter te qui eos diligis: ⁊ a me diligeris: nec ꝓpter eos: vt visitē ⁊ consortem: quia indigni sunt. Abscōdam ergo faciem meam ab eis interim: et angelū meum mittam qui eos ꝑcedat. De nobis autē: apparuit inquit gratia saluans contra legem ꝑmentem ⁊ occidētem: saluatoris contra legislatorē cuius manus leprose ⁊ graues: (Exodi.17.) omnibus hominib⁹: qm̄ vult omnes ad agnitionē veritatis venire. ꝑ. Timo.2. erudiens nos per ora prophetarum: nunc ꝓsperis exaltans: nunc aduersis deprimēs: et sicut aquila ꝓuocans ad volandū pullos suos: ⁊ super eos volitās. (Deut.32.) Aquila cum super maria immobili pēna feratur: (Hierony.) nec humanis oculis pateat: pisciculos in mari dicit videre natātes: ⁊ ad tempestatis instar descēdens: raptā pennis ꝑdam ad littus ptrahit: pullos quoq; plumescentes alis verberat: ⁊ ad volandum ꝓuocat: Sic Christus nos verbis ⁊ exēplis ad alta ꝓuehit/ vt sequamur (Math.24.) quo ꝓcessit: Illuc enim cōgregabunt ⁊ aquile: super celos quoq; exaltatus ⁊ humanis subtractus aspectibus

xii. in mari hui⁹ mundi natantes: oculis misericordie videt: ⁊ pennis amoris protegit: ac ptrahit ac littus eterne securitatis. ¶ Porro otto sole ad lucem solis eos conuer- (Gregori⁹.) tit: ⁊ illos solos cōseruat qui irreuerberatis oculis solem aspiciūt: ceteros tanq̄ degeneres a nido deijciēs. Interim tñ si occidit viuificat: exteri⁹ enī nos verberat: vt interiora trāsfigat: quia nostre mētis duriciam suo ꝑcuit desiderio: et ꝑcutiendo sanat: ⁊ ad sensum reuocat. Corda enim nostra male sana sunt cum amore dei non sanant: cum pegrinationis locum pro patria diligūt: et infirmāti ꝓximo nullo affectu compatiunt. Erudit igitur nos nūc docendo: nūc cōminando: ꝑmittendo ⁊ alliciendo ad ea que oculus nō vidit. (ꝑ.Cor.2.) Terret autē cum dicit: Eum timete: qui potest ⁊ corpus et animā ꝑdere in (Math.10.) gehēnam. [Ut abnegantes impietatē] que est idolorum cultus: [et mūdana desideria] que a principe seculi huius suggerunt: ⁊ cum sint seculi/ cum seculo trāseūt vt tanq̄ nubes sine aqua: vel tenebrosa aqua in nubib⁹. [Viuam⁹ sobrie ⁊ iuste ⁊ pie:] Sobrie quo ad nos: iuxta quod dicit in Cātico: Utinā saperent: ⁊ intelligerēt: (Deut.32.) ac nouissima ꝓuiderent. saperent que sunt dei: intelligerent super egenū et pauperē ꝓximum. psalmū.40. et nouissima sua ꝓuiderēt: que si memorarent: sobrij semper: (de conse. dist.5. Ieiuniū.) non peccarēt in eternū: (Eccl.7.) Itaq; deo debemus pietatem: proximo iusticiam: nobis sobrietatē: in cuius nomine intelligit medium omnis virtutis moralis.

xiij. [Expectātes beatam illam spem ⁊ aduētum glorie magni dei ⁊ saluatoris nr̄i Iesu christi: qui dedit semetipm pro nobis: vt redimeret nos ab omni iniqtate: ⁊ purificaret sibi ipsi populū eximiū aut acceptabilē siue peculiarem: sectatorē bonorum operū:] Grece autē περιούσιον dicit: idest peculiarē aut egregium: Pro eo enim qđ est in. ps.134. Ele-

git sibi dñs israel in possessionem sibi: Quod dictū est
Aquila. possessionem. 70. dixerunt περιουσιασμόν, Aquila ⁊
quīta editio περιούσιον, Symmachus pro eo qd in
Greco est περιούσιον ⁊ in Hebreo segulah: ἐξαίρετον
posuit: hoc est egregiū vel pcipuum. Qd dicit sectato=
rem bonorū operum: Grece est ζηλωτήν, idest emula=
Roma.6. torē: vt sicut exhibuim⁹ primū membra no
stra seruire iniqtati: amodo exhibeam⁹ nos seruire iu=
sticię in sanctificationē: expectantes interim illam bea=
tam spem/cuius arrabonē iam tenem⁹: (hoc est pign⁹
spiritus sancti) ⁊ aduētum glorię magni dei quod reue
lari habet iudice Christo: in quo dei patris videbit po
testas ⁊ gloria. Potest tamē vtrumqȝ referri ad Chri=
stum: vt Christū vocet apostol⁹ magnū deum: ⁊ saluato
rem nostrū. sed Ambrosi⁹ nomē dei ad patrem refert.
[Hec loquere ⁊ exhortare ⁊ argue cum omī imperio.]
μετὰ πάσης ἐπιταγῆς, vide. 2. Timo. 4. ibi: Ar
gue obsecra. Cum omni
imperio. Cum imperio docet: quod prius agit ꝙ dicat.
Nam doctrina subtrahit fiduciam: quādo cōscientia ꝑ=
pedit linguā. vnde Christus erat docēs sicut potestatē
Matth.23. habens ⁊ nō sicut Scribę ⁊ Pharisei. Matth. 7. Im
perabatis inquit cum potētia nolētes vel digito tange=
re onera subditorū. Hi cum potentia imperāt: qui subdi
tos non trāquille docendo corrigere: sed aspere infle
Gregori⁹. ctere dñando festinant. Gregori⁹. Et sciendum ita ma
los excitari ad malū: vltro alioqui ipsi currētes: sicut ⁊
Esaię.3. boni. Bonis dicit: dicite bono aut iusto: qm̄ bene: qm̄
fructum adinuētionū suarū comedet. Et de malis legi
mus. p. Regū. 22. Doec idumęum incitātem Saul in
odium Dauid: qui tū ⁊ ipse vltro currebat pceps quā=
p.Reg.19. do nō semel nisus est tollere vitam eius de terra. [Fac
nemo te despiciat.] hoc est: nemo eorū qui in ecclesiis
sunt te segniter agente sic viuat vt se putet esse meliorē:
(si enim sal euanuerit: conculcabit) qm̄ vehemēter ec=
Matth.5. clesiam Christi destruit: meliores laicos esse ꝙ eccle=
siasticos. Qualis eñ ędificatio erit discipuli: si se intelli=
Ambrosi⁹. gat magistro esse maiorem? vñ Malachię. 2. Uos reces
sistis de via: et scādalizastis plurimos in lege: propter
qd ego dedi vos cōtemptibiles ⁊ humiles in omnibus
populis. vide. 11. q. p. sacerdotibus.

Tertium Caput.

Dmone illos principibus & potestatibus subditos esse: dicto obedire: ad omē opus bonū paratos esse: neminem blasphemare: non litigiosos esse: sed modestos: omnē ostēdentes māsuetudinē ad omēs homiēs. Eramus eñ aliquādo & nos insipiētes: increduli: errantes: seruiētes desideriis & voluptatib⁹ variis: in malicia & inuidia agentes: odibiles/odientes inuicē. Cū autem benignitas & humanitas apparuit saluatoris nostri dei nō ex opibus iusticię que fecim⁹ nos: sed scd̄m misericordiā suam saluos nos fecit: per lauacrum regenerationis & renouationis spiritus sancti quem effudit in nos abunde per Iesum christum saluatorē nostrum: vt iustificati gratia ipsius: heredes simus secundū spem vitę eternę. Fidelis sermo est: & de his volo te cōfirmare: vt curent bonis operib⁹ pesse: qui credunt deo. hec enim sunt bona & vtilia hominibus.

[Admone illos vt principatib⁹ et i.
potestatib⁹ subditi sint: vt magistratibus pareant:] Non
est enim potestas nisi a deo: cuius est sapientia ⁊ forti= Romā.13.
tudo: ⁊ ipse mutat tēpora ⁊ etates: transfert regna atqȝ Daniel.2.
ↄstituit. Cōstituit Saulē. p. Reg. 10. transtulit regnū ad
Dauid: diuisit regnū in Roboam. 3. Regū. 12. priuauit
regno suo Nabuchodonosor: sed ad temp⁹ donec pęni Daniel.4.
teat. Dñi est enim terra ⁊ vniuersi qui habitant in ea.
Deniqȝ regnū decem Tribuum post annos ducentos
quinquagita sublatū est ⁊ translatū in Assyrios. Om= 4.Reg.18.
nis quidē potentatus breuis vita: Eccl. 10. cap. ⁊ potē=
tes potenter tormēta patient: Sap. 6. tamē magistra=
tib⁹ opus est omīno: sine quorū prudentia ⁊ diligen= Phs.
tia ciuitas esse nō potest: quoniā teste philosopho/me=
lius est ciuitatē regi viris optimis: ꝙ optimis legibus. ij.
Nullus est eñ quem oportet vel plura vel meliora sci=
re ꝙ principem/qui basis populi dicit: pprium tamen
eius secundū Ouidiū illud est: vt sit piger ad vindictā: Ouidi⁹.
ad pręmia velox: quiqȝ doleat quoties cogitur esse fe= Esaię.1.
rox: (iuxta illd: Heu vindicabor de inimicis meis) par
cere subiectis: ⁊ debellare superbos. Nemo nisi peccā=
do ad innocētiam peruenit. Ceterū tam omībus igno= Seneca.
scere crudelitas est ꝙ nulli. Etiam quoties nullā inue=
nimus miserēdi causam: nobis parcere debem⁹. Sibi
eñ parcit princeps: cum alteri videt parcere. Est enim
ipse caput corporis ⁊ mens eius. Sicut autem fulmina
paucorū piculo cadunt/oim metu: sic animaduersiōes
magnarū potestatū terrent latius ꝙ nocent/nō sine cau
sa. Non enim quantū fecerit: sed quātum facere potest
cogitat in eo qui omnia pōt. Pręterea sciēdum ꝙ regi=
bus certior est ex māsuetudine securitas: quia frequēs
vindicta paucorū odium reprimit: omniū iritat. volun=
tas oportet ante seuiēdi ꝙ causa deficiat. Alioqui quē=
admodū pcisę arbores plurimis ramis repullulant: et
multa satorū genera vt densiora surgant reciduntur: Ita
regia crudelitas auget inimicorū numerū tollendo: pa=
rentes eñ liberiqȝ eorū qui interfecti sunt/et ppinqui
⁊ amici in locum singulorū succedunt. Seneca. Raro tñ
coeunt ꝟtus ⁊ summa potestas. Tamē qm̄ sicut scriptū Puerb.8.
est: per me reges regnāt: ⁊ legum cōditores iusta decer
nūt: per me principes imperāt ⁊ potentes decernūt iu
sticiam. (vide Iob. 34. ca.) Admone subditos tuos vt Iob.34.
principatib⁹ sęculi ⁊ magistratibus pareant. [vt ad omē
opus bonū sint parati: vt non coacti metu pęnę: sed iu=
sticię amore quod optimū est exequi videant. Pudeat
eñ fidelem audire: qm̄ filii tenebrarū prudētiores sunt:
ad omne opus malū promptiores ac expeditiores: ꝙ filii Luc.16.
lucis ad exequēda mandata dei. Scriptū est añt Hie=
remię. 48. Maledict⁹ homo qui opus dei facit fraudulē
ter. [Ne de quoqȝ maledicāt.] ¶ Alceo dicēti: vellē tibi iij.
aliquid dicere: sed pudor impedit: Sapho respōdit. Si
bona laudabiliaqȝ cupes: nec lingua aliquid turpe dice
re meditareris: null⁹ oculos pudor retineret. Hoc mo=
do Amnō attenuebat macie in dies: nec tamē (pudore
eum auertente) audebat secretū suum apire sorori suę 2.Reg.13.
Thamar. [nec litigiosos esse sed hūanos: oēm exhiben
tes mansuetudinē erga omēs homines:] Erga bonos:
quia merent: erga improbos vt resipiscant. Uera enim
charitas

1.Corin.13. neqȝ iritatur: nec agit perperā: sed omnes tolerat: quo=
niam sperat fieri posse/vt omnes veniāt ad agnitionem
veritatis. Qd ideo facere debemus: qa ⁊ nos aliquādo
fuimus/qd ipsi sunt: ⁊ eodē modo possunt esse ipsi qd su
mus nos. Imo potens est deus inserere illos: ⁊ tu si cecī
Ro.11.ca. deris excideris. Unde enim cecidit iudas: insertus est
apostolus Paulus: ⁊ locū Petri pręoccupauit latro qui
eo tēpore cōfitebatur christū in cruce/quādo Petrus ne
Luc.22. gabat in terra. Et nisi dñs respexisset eū: paulomin⁹ abi
isset in inferno anima eius. Psal. 93. Unde sequitur.
[Nam eramus quondā ⁊ nos stulti: inobediētes: erran
tes: seruientes desideriis ⁊ voluptatib⁹ variis: in mali=
tia ⁊ inuidia degentes: odiosi: inuicem odio prosequen
tes.] Eram⁹ insipiētes. Ambrosi⁹. Quales videlicet ostē
Ambrosi⁹. si sumus orāti Petro in extasi: sed iā per spiritū sanctū
Actu.10. leonū seuitia Pardorū varietas: Tigriū/⁊ Uulpiū astu
tia/⁊ luporū rapacitas de nris exoleuit affectibus. In
Hiere.31. charitate enim ppetua dilexit nos de⁹: vt a modo gr̄a dei
simus qd sum⁹: quo sermone ostēditur/ꝙ dei gratiā ne=
1.Cori.15. mo pręueniat merito suo. Et sicut arte medici sit i oculis
caligātibus: vt possint videre qd nō vident: nec tamē non
ipsorū est visio quā medicina contulit: ita in corde tardo
⁊ hebeti p spiritū sanctū acies obducta tergitur: ⁊ de ve
ro lumine tenebrosę iam ⁊ caligātes lucernę lumen acci
piūt: nec tamē nisi ipsorū erit qcqd acceperint: dicēte Da
Psal.17. uid: deus me⁹ illumina tenebras meas: ⁊ in lumine tuo
videbim⁹ te. Psal. 35. Quomodo autē verū est qd dicit
Philip.3. Aplus secūdū iustitiā q in lege est cōuersatus sine que=
rela? Ita est: abūdātius ęmulabatur iudaicas supstitio
nes: habens zelū/sed nō scd̄m scientiā: ignorās dei iusti=
Roma.10. tiā: suā volens statuere. sed ꝙ maior potest esse malitia ⁊
inuidia: ꝙ contra absentes epistolas sumere: ⁊ ex pręda
audatior factus: vbiqȝ christū vastare: donec implens mē
Matth.23. suram patrū suorū (vt ne dicā pręter grediens: quoniā il
li positū persequebātur in terra ⁊ mortalē: ille regnantē
Actuū.9. in cęlo) audiuit: Saule/saule: vt qd me psequeris? odisse
iiij christianos: ⁊ cōsequēter ab omnib⁹ odiū promereri? La
trabat: ⁊ mordebat: ⁊ ponebat os suū in cęlo: singulas
Psal.72. domos intrans: ⁊ circūiens tanꝙ leo: nō parcens vlli ętā
ti aut sexui: sed viros ⁊ feminas tradebat in custodiā: in=
terim existimās (sed o ꝙ stulte) obsequiū se pręstare deo.
Ioā.16. Faciebat igitur qd poterat: qd non poterat: minabatur.
Nā ipse quidē nō lapidauit Stephanū: sed erat consen
Actu.8. tiens neci ei⁹: sicut alter Achab cōsensit morti Naboth.
3. Reg. 21. Accessit ad principē sacerdotū qui pridie chrī
stum adiudicauerat morti. Accessit volūtarius: nō roga=
Matth.26. tus venit: vltro ipse se obtulit dicēs: qd vultis mihi dare:
⁊ ego vobis tradā omnes q inuocāt nomē Christi? Imo
non hoc dixit: nō pręciū exquisiuit: solā autoritatē sacer=
dotissimi expetiit. Et cū sacerdotes iā populū timerent
ne lapidarētur: quādo adducētes Apostolos in concilio
sine vi tamē: dixerunt ad illos: pręcipiēdo pręcepim⁹ vo
bis ne doceretis in noie isto: ⁊ ecce replestis Hierusalē
doctrina vr̄a: ⁊ vultis inducere sup nos sanguinē homi=
Actuū.5. nis isti⁹: Saulus tamē nihilomin⁹ sęuiēs/insaniēs/fero
ciens/feruēs/fremensqȝ dētib⁹ suis: adhuc spirās ignes
(sicut de Ethna mōte dicitur) ⁊ mortes: accessit ad toti⁹
Paulus/⁊ nequitię caput Caiphā/accessit leo ad draconē: accessit an=
Caiphas. gel⁹ tenebrarū lupus rapax ad inueteratū dierū malorū
Ezech.16. senē Chanaā: patre Amorręo. Accessit ad principē nō sa=
Matth.26. cerdotū: iam enim vestes cōsciderat: vnde nec sacerdos
erat: erat tamē pnceps tenebrarū: aut in quo p mysteriū
Romā.1. operabatur satanas. Accessit: ⁊ accepit qd rogauit: vt q
v in sordibus erat: desiderio suo neꝙ traderetur. Nec diu
moras nexuit: illico profectus est: vadens p viā gaudēs:
Genes.49 imo spirās non odorē suauitatis: sed odorem teterrimū/
vt pote qui lupus erat/mane rapiens pręda: hoc est cum
adhuc ecclesia esset de gētibus nouella plātatio. Nec ta=
men absistebat ab incepto: nā iam appropinquabat Da=
masco. Fortassis autē Saulus q̄ ⁊ Paulus iter triū die=
rum vno die cōfecit sicut in Iona legim⁹. Sed o profun Ionę.3.
dū diuitiarū dei subito circūfusus est ⁊ luce/⁊ tenebris. Romā.11.
Luce de cęlo: ⁊ tamē apertis oculis nihil videbat. Sed
nunqd collegit Christus furorē suū in Saulū: aut par pa
ri repēdēs: fremuit cōtra eū dētib⁹ suis? Aut terribilib⁹ Iob.16.
eum oculis intuitus est? aut satiatus est pęnis ei⁹? Aut
tradidit eum manib⁹ impiorū? aut cōscidit eum vulnere
sup vulnus: ⁊ irruit in eū quasi gigas? Nihil tale legim⁹:
sed durū est inquit tibi cōtra pcere. Quin poti⁹ audi
consiliū meū: ei⁹ quē tu psequeris nesciēs: stultus ino=
bediens/⁊ errās: nō omnino sine malitia ⁊ inuidia: odio
habens ecclesiā: cuius frater es/⁊ nescis: dicēte spiritu Cāti.1.
sancto filii matris meę pugnauerunt cōtra me. Unde in=
quit ad Ananiā: qa scriptū est: habitabit lupus cū agno: Esaię.11.
⁊ leo quasi bos paleas comedet: ⁊ ibi dicet tibi qd factu vj
rus sis. Merito ergo dixit fuim⁹ nos aliquādo stulti. ⁊c.
et alias de peccatorib⁹ sermonē faciēs. pri. Timo. 1. quorū
prim⁹ sum inquit ego. Itaqȝ sicut dicit Chrysosto. quā=
docūqȝ cuiꝙ exprobrare volum⁹: nos ipsos pri⁹ prioreqȝ Chrysosto.
nostrā inspiciamus vitā. Nā ⁊ si tu a prima statim ętate:
cū virtute vixisti: habes tamen peccata plurima. Qd si
forte nō habes vel poti⁹ te habere nō putas: animaduer
te id non esse virium tuarū/sed diuinę ꝟtutis. Nisi enim
maiores tuos pro auosqȝ vocasset: ⁊ ipse profecto infide=
lis atqȝ incredulus pstitisses. Eram⁹ enim ⁊ nos incredu
li aliquādo: ⁊ omibus inuisi: ⁊ omnes odio prosequētes.
[Cum vero bonitas/⁊ humanitas illuxit saluatoris nr̄i Tho.3.pte
dei nō ex operib⁹ q sunt in iustitia (legis Mosaicę) que qst.2.ad vn
faciebam⁹ nos: sed secundū suā misericordiā saluos nos decimū.
fecit.] Misericordię inquit dñi/qa non sumus cōsumpti. Trenorū.3
Quid est: nō sumus cōsumpti? Illud magis dicam⁹, qa p
misericordiā suā caro nr̄a ad vnitatē psonę diuinę assum=
pta est: vt sit vn⁹ homo de⁹ mediator dei ⁊ hoim: de quo
in spiritu loquitur Iob. Utinā appēderentur peccata mea Cap.6.
⁊ calamitas quā patior in statera: quasi arena maris hec
grauior appareret. Quis vero alius statere noie ꝙ dñs Gregori⁹.
Christus intelligitur: qui ad pēsandū vitę nrę merita ve
nit: ac secū vinū ⁊ oleū/idest misericordiā ⁊ iustitiā detu= Luc.10.
lit? Sed misericordię statera lance pręponderās: culpas
nr̄as parcendo leuigauit. In manu eñ patris quasi state
ra miri libraminis fact⁹: hinc in se calamitatē nr̄am: inde
vero peccata suspēdit. Cū autē moriēdo innotescere fecit
nobis qd amisim⁹: graue esse ostēdit qd toleramus. Qd
nos legim⁹ humanitas: Grece est ἡ φιλανθρωπία, i.
amor erga hoies. Quidā eñ hoc
loco humanitatē incarnationē Chrī interpretatur. Sed in=
carnatio ἐνσάρκωσις vocatur: nō φιλανθρωπία cui
diuersa est: μισανθρωπία, Nihil igit aliud significat
hoc loco humanitas ꝙ studiū ⁊ amorē
dei erga hoiem: quē tamē illuxisse dicit humano generi p
Iesū chrm̄ hoiem factū: q de⁹ erat apud deū ⁊ ꝟbū in pn
cipio apud patrē. Manifestatus est autē amor hic dei pa vij
tris ad hoies: nō ex operib⁹ q sunt in iustitia Mosaicę le
gis: de qbus tā multa alias dicta sunt: sed scd̄m suā miam
saluos nos fecit. Et seqtur modus. [Per lauacrū rege=
nerationis ⁊ renouationis spirit⁹ sctī quē effudit in nos
abūde p Iesū christū saluatorē nrm.] Adeo inqt in ipsis
malis imersi eram⁹: ⁊ penetrauerant aquę vsqȝ ad animā Psal.68.
nrām: ⁊ infixi eram⁹ in limo pfūdi/in quo nō erat aqua:
vt nō purgatione/sed renouatione op⁹ esset. Id eñ signi
ficat/dicēs/p lauacrū regenerationis. Quēadmodū eñ Chrysosto.
in domo vetere putredine carieqȝ cōsūpta nemo pulchra
sup ponit: neqȝ antiqs structuris verū a fundamētis euer
sam: demū illā de nouo erigere atqȝ renouare cōtēdit: di
citqȝ: sup hāc petrā ędificabo ecclesiā meā: ita ꝙ Christus fe Matth.16.
cit in nobis: nō supędificauit nos: sed pri⁹ euertit qd pessi
me steterat: extruētib⁹ nobis turrim cōfusionis/q pertin= Genes.11.
geret vsqȝ ad cęlū: vt vocarētur noīa nr̄a in terra. Unde di

P

eſt: quia ꝑ renouationẽ ſpiritꝰ ſc̄ti nos iterũ fecit: ſicut
Hiere.18. placuit in oculis ſuis. Renouauit autẽ effundens in nos
bis abũde de ſpiritu ſuo primũ quidẽ in remiſſionẽ pec
Joan.20. catorũ: ſicut dicitur: accipite ſpiritũ ſanctũ quorũ remi
ſeritis peccata: remittũtur eis: deinceps in augmẽtũ vir
tutũ: quarũ mater charitas eſt: que ꝑ ſpiritũ ſc̄tũ diffun
Roma.5. ditur in cordibus nr̄is: demũ in pignus eterne heredita
tis ſicut alias diximus. Et ſciendũ/ ꝙ ſpiritus ſc̄tꝰ veni
ens ſup centũ viginti pſonas congregatas in vnũ: totã
Figura. eccleſiã cõplexus eſt in myſterio. Nã ſi accipias omnes
numeros ab vno vſq; ad.15. omnes ſimul fiũt.120. Quin
decim autẽ ex ſeptẽ conſtat ⁊ octo. Septẽ referũ ad legẽ:
viij octo ad euangeliũ/ vel ſeptem ad ſabbatũ: octo ad circũci
ſionem. Item ſeptem ad dona ſpiritus ſancti: octo autem
ad myſteriũ reſurrectionis. ſignificat igitur ſpiritũ ſan
ctum ſuper eos venturũ/ qui vel ex iudeis/ vel ex genti
2.Paral.3. bus veniunt ad eccleſie vnitatẽ: quia ⁊ tertium cenaculũ
domus dei quã edificauit Salomon nomini dñi dei viuẽ
tis centum viginti cubitis conſũmatũ eſt: ſed quoniã ex
Genes.6. multitudine fidelium vna tãtum congregatur eccleſia: ar
ca Noe in cubito conſũmatur: ſicut numerus cubitus
incipiẽs a quindecim terminatur in vnitate que diuiſio
Joan.19. nem non recipit: ſicut nec tunica Chriſti q̃ inconſutilis
erat. De hoc itaq; lauacro ſcriptũ eſt in Zacharia. Erit
in die illa fons patens domui Dauid. In hoc fonte lauit
Zacha.13. Petrus peccatũ trine negationis: ⁊ latro ſeipſum i mor
Luce.22. te reprehendens. Cur igitur pigri ſumus ⁊ torpemꝰ: qui
in hoc lauacro regenerationis tot iam lauiſſe peccata co
Gregorius gnouimꝰ? Querere enim fontẽ miſericordie etiã ſi clau
ſus fuiſſet debuimus: (quorũ lepra ſeptuplici indiget re
nouatione/ vt pote que inueterauit ⁊ in alteram naturã
4.Reg.5. conuerſa eſt: ſicut dicitur ad Giezi: lepra Naaman adhe
rebit tibi ⁊ ſemini tuo vſq; in ſempiternũ) nunc autem
patet fons ipſe ⁊ negligimus? Curramus ad fontẽ/ imo
Eſaie.12. ad fontes ſaluatoris quãdiu patent: ne ſemel ſanus clau
ſa: foris vacui et aridi cũ fatuis virginibus remaneamꝰ.
Joſue.5. Matth.25. De hoc lauacro dicitur in figura ad Joſue. ho
die abſtuli a vobis obprobriũ Aegypti. Nã ſecundũ lit
terã quomodo ſtare poteſt. Q d dicitur: circuncide ſecũ
ix do filios Iſrael? Sed ſecũda circunciſio per baptiſma da
tur populo: in quo fit remiſſio peccatorũ. Omnes enim
homines etiã ſi ex lege veniant: ⁊ p Moſen eruditi ſint:
habẽt tamen obprobriũ peccatorũ. Quis enim erit ſimi
Philip.3. lis Paulo ſecundũ legis obſeruãtiã? ſecundũ iuſtitiam
que eſt in lege cõuerſatus ſine querela: ⁊ tamẽ fuimꝰ in
quit nos aliquando inſipientes ⁊ increduli. ⁊c. Ergo et
Actu.9. Paulus indiget regeneratione ⁊ renouatione: ſicut dici
tur: impoſitis manibꝰ accepit ſpiritũ ſanctũ ⁊ ſurgẽs ba
ptizatus eſt: ⁊ cũ accepiſſet cibũ confortatus eſt. Remiſ
Pſ.102. ſa ſunt peccata in lauacro: renouatur iuuẽtus eiꝰ ſicut aq
le accepto cibo: de quo dicitur ego ſum panis viuꝰ. Acce
pit ſpiritũ ſanctũ/ quo edoctus: continuo predicaret dñm
Joan.3. Jeſum Chriſtũ. vnde illud. Niſi quis renatus fuerit ex
aqua ⁊ ſpiritu ſc̄to non poteſt videre regnũ dei. Forma
Pſal.50. ti ſunt homines ex terra ⁊ aqua/ ⁊ facti ſunt quaſi vaſa ꝑ
Ambroſiꝰ. dita. Non eſt igitur iterũ homo ex terra fingendus: ſed
nouus partus debet induci: videlicet ex aqua ⁊ ſpiritu.
Et tunc quidẽ preceſſit creatio omnis creature hominẽ:
nunc vero in ſecũda regeneratione homine renouato: om
Apoca.21. nis creatura renouãda eſt: iuxta illud: erit celum nouũ ⁊
terra noua. ⁊c. prima generatio ex terra: ſecunda ex oſſe:
tertia ex ſemine: quarta ex virgine: nunc introducit apo
Matth.vl. ſtolus quintã ex aqua ⁊ ſpiritu ſancto: in qua ⁊ quã tota
ſimul trinitas operatur ſicut ſcriptũ eſt: baptizantes eos
in nomine patris ⁊ filij/ ⁊ ſpiritus ſancti. vides magnitu
dinem ſacramenti? Eodem modo cooperatur tota Trini
Luc.pmo. tas huic noſtre regenerationi: ſicut ad virginẽ dicitur: ſpi
ritus ſanctꝰ ſuperueniet in te: ⁊ virtꝰ altiſſimi obumbra
bit tibi: vnde concipere poſſis eum qui vocabitur altiſſi
mi filius. Sed iſte natura deus eſt/ miſericordia homo:
nos adoptione filij. primũ itaq; dictũ eſt: producant aque x
reptile anime viuẽtis: ex quo tamen Jordanis alueum Genes.p.
ingreſſus eſt Chriſtus: non reptilia animarum viuẽtiũ
ſed animas rationales ⁊ ſpirituales aqua producit: qui
non ex ſanguinibus nec ex voluntate viri aut carnis na Joan.pmo.
ti ſunt: ſed ex vtero eccleſie: regenerante nos ſpiritu ſan
cto. [Ut iuſtificati gratia ipſius: heredes ſimus in ſpe
vite eterne:] propter donum ſpiritus ſui quod effudit
in nos opulenter: per Jeſum Chriſtum. [Fidelis eſt ſer
mo.] Hoc eſt: hec tanq̃ certiſſima et indubitata predica
populo dei. [De his volo vt cõfirmeris quo ſolliciti ſint
vt bonis operibus preſint:] qui crediderunt deo. Om
nis enim homo qui per donum miſericordie dei reno
uatus eſt et in nouam trãſlatus creaturam: ne ingratus
ſit tãto beneficiorum cumulo: ⁊ ipſe miſericordie debet
ſtudere/ per quam viuit Chriſto/ et mundo mortuus eſt
atq; ſepultus in baptiſmate. [Hec enim ſunt honeſta et
vtilia hominibus.] Honeſtum eſt enim carnem tuam
non deſpicere: frangere eſuriente fratre panem tuum: ⁊ Eſaie.58.
egenos vagoſq; domi ſuſcipere. Nec minus hec vtilia
ſunt: pro quibus centuplum accipiemus et vitam eter
nam. Hec igitur ſunt bona honeſta: et vtilia: et iocunda Matth.19.
(iocundus enim homo qui miſeretur. Pſalmus.111. quo
niam hilarem datorem diligit deus. 2.Cor.9.cap.) in qui
bus precipit apoſtolus nos ſollicitos eſſe: qui per miſe
ricordiam ⁊ humanitatẽ Chriſti domini: tranſlati ſumꝰ
de morte ad vitam: ſi diligimus fratres: quoniam ipſe p.Joan.5.
prior dilexit nos. xj

¶ Stultas autẽ queſtiones: & genealogias & cõtẽtiones & pugnas legis deuita. Sunt enim inutiles & vane. Hereticum hominem poſt vnam & ſecũdam correptionem deuita: ſciẽs quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt: & delinquit: cum ſit proprio iuditio condẽnatus. Cũ miſero ad te Artemam aut Tichicum: feſtina ad me venire Nicopolim. Ibi enĩ ſtatui hyemare. Zenam legis peritum & Apollo ſollicite premitte: vt nihil illis deſit. Diſcant autẽ & veſtri bonis operibus preeſſe ad vſus neceſſarios: vt non ſint infructuoſi. Salutant te qui mecum ſunt omnes. Saluta eos qui nos amant in fide. Gratia dei cum omnibus vobis: Amen.

¶ Stultas autẽ queſtiones ⁊ Genealogias ⁊ contẽtio
nes ⁊ pugnas legales omitte] de hoc dictũ eſt prima Ti
mot. Cap.pmo. Quid enim obeſt ſi neſcias quare ſepul
chrũ Moſi nemo nouit? Quis fuerit Melchiſedec ſine
patre ⁊ matre: quot anime ingreſſe ſint in Egypto cum
Jacob. Utrũ ne Lamec occiderit ipſum Cain. Quot an
nis vixerit Mathuſalẽ: cũ inueniatur ſuperuixiſſe dilu
uio annis quinq;: vnde orti ſint Gigãtes qui erãt ſuper
terrã: quoto etatis ſue anno Salomõ genuerit Roboã.
Cuius magnitudinis erat arca Noe: cur Moſes vetue
rit veſci carne ſuilla. Quo habitu ⁊ aſpectu ſerpens lo
quutus fuerit Eue. Utrũnã Abraã Neptẽ aut ſororem
duxerit vxorẽ Sarã: quoto etatis ſue anno egreſſus eſt
de vr chaldeorũ. Quomodo Sara fuit quaſi anno inte
gro apud Abimelech: ⁊ tamen non tetigit eã rex. Quis
ſit celoꝝ numerꝰ: dicente ſcriptura: creauit deus celũ. De
quo latere formatã Eua. Quãdiu ſteterũt in paradiſo pa
rẽtes nr̄i. Qui ſint ceci ⁊ claudi quos abſtulit Dauid d 2.Reg.5.
Hieruſ. Utrũ fuerit Samuel quẽ excitauit Pythoniſſa. p.Reg.28.
Hec ⁊ multa huiuſmodi: inutilia ſũt ⁊ curioſa: cũ ex harũ
rerũ ignorantia fides non patitur detrimentũ. [Hereti

cum hominẽ poſt vnam ⁊ alterã admonitionẽ fuge ⁊ de
uita (Ambro. legit bis: poſt vnã correptionẽ: nõ poſt vnã
⁊ alterã) ſciens euerſum eſſe qui eiuſmodi eſt: ⁊ peccat
per ſe dãnatus.] 24.q.p. Que dignior. Et.q.3. dixit apo
Tho.22.q.11.ad.3.⁊.4. ſtolus. Thom.22.q.12. Articulo.4. Hereticus eſt inquit
Ambroſiꝰ. Ambro. qui per verba legis legem impugnat. Deus qui
dem cuius miſericordie non eſt nec numerꝰ nec põdus
p.Reg.16. nec menſura: quoniã de occultis hominũ iudicat: qui ſo
lus nouit abſcõdita cordis: viſcera ſua nunq̃ claudit pec
Eſaie.49. catoribus: quoniã ſcriptũ eſt: ego autẽ tui nunq̃ oblitus
fuero: quoniã in manibus meis deſcripſi te. Oſtenda
mus exẽplo quod dicimus. Erat ſanctꝰ Ezechiel in me
dio captiuorũ in Babylone. Non ꝙ omnis qui ſuſtinet
xij captiuitatẽ propter peccata ſua ſuſtineat: ſed ob id hic
⁊ Daniel ⁊ tres pueri ducti ſunt ⁊ ipſi captiui: vt ne pe
catores qui fuerant iugo captiuitatis oppreſſi: omnino
Origenes. ſubſidium non haberent. Fingamus quippe ait Orige.
peccatores ſolos in Babylonẽ captiuos duci: iuſtos au
tem in Hieruſalẽ reſediſſe: fiebat vt nunq̃ peccatores re
mediũ conſequerẽtur. Diſpoſuit igitur amator hominũ
deus inter ſupplicia quibus peccatores punit etiã mi
ſerationis ſue pietatẽ miſcere. Si enim voluiſſet dñs in
terficere tãtũ egyptios ⁊ punire in fame ſeptẽnali: feciſ
Genes.41. ſet quod vellet: ⁊ nec Joſeph in Egypto deſcẽdiſſet: nec
Pharao vidiſſet ſomniũ preſagiũ futurorũ: nec Joſeph
reuelatũ eſſet ſomnij illius myſteriũ. Nunc vero vt cer
nis deus flagellat quaſi pater: parcit aũt non ſolũ iſraelĩ
verũ etiam Egyptũs pullis coruorũ: etiam cum nõ cla
Pſ.146. mant ad eum: propter propriã ſuam manſuetudinẽ. Ne
Figura. forte ergo aliquis arbitretur peccatores a deo traditos:
ab eo vlterius non gubernari: ⁊ ſemel in captiuitatẽ du
ctos: vltra diſpenſationẽ eius ⁊ veniam non mereri: du
cũtur cum eis Ananias cum ſocijs: qui populum ad pe
nitentiã exhortarentur: ⁊ ſic in Hieruſalẽ reſtituerent ca
ſtigatos poſt.70. annos ſeruitutis. Nunq̃ ergo deus de
Matth.5. ſerit peccatores: qui ſolem ſuũ oriri facit. ⁊c. vnde Eze
Cap.pmo. chiel videt aurigam quattuor animaliũ non totũ igneũ:
ſed pubetenꝰ ⁊ ex inde vſq; ad ſummũ electri fulgore ru
tilat. Non enim tormenta tantũ habet deus: ſunt etiam
in eo refrigeria. Ignis autem hic ſapientiſſimus eſt: cu
xiij ſtodit enim aurũ argentũ ⁊ lapides precioſos: conſumit
vero mala que fecimus lignũ fenũ: ſtipulã: ſicut legimꝰ
p.Cor.3. Danielẽ. 3. ſoluiſſe ac cõſumpſiſſe ligamina trium puero
rum: ipſos vero nec cõtriſtauit quidem. Talis eſt igitur
miſericordia dei. Eccleſia vero quoniã non de occultis
Eccleſ.9. iudicat: neſciens quis amore quis odio dignus exiſtat:
obſeruat preceptũ apoſtoli dicentis: hereticũ hominem
Joſue.7. poſt vnũ ⁊ alteram correptionẽ deuita. Imo verbũ Chri
ſti eſt: non ero vltra vobiſcum: donec cõteratis eum qui
huius ſceleris reus eſt. Quo vnico lapide ⁊ autoritate
p.Reg.17. ſcripture ſancte frons contrita eſt noſtri impudẽtiſſimi
Lutherus. Golie (Luterũ dico) qui auſu temerario obloquitur di
cens: hereticos comburi eſt contra voluntatem ſpiritꝰ.
Et quoniã ipſe non adiecit: ſancti: ſed contra voluntatẽ
tantũ ſpiritꝰ: ſi ſpiritũ intellexit eum qui ſe transfigurat
2.Cor.11.c. in angelũ lucis: hoc idẽ ⁊ nos aſſeueramus. Nihil enim
moleſtius ſpiritui neq̃ principi tenebrarũ harũ: q̃ con
buri vulpeculas ſuas: quarũ miniſterio vineam dominĩ
Canti.2. demolitũ. Quod ſi ſpiritũ ſanctũ intelligat: ſoluat nobis
Actu.5. ⁊ ipſe hunc nodum: quomodo pro vnico mendatio Ana
nias ⁊ vxor eius morte ſubita pleri ſunt. Uel quomodo
pro vnico furto ex anathemate Achan cum omni taber
naculo filijs ⁊ filiabus. ⁊c. igni traditus eſt Joſue cap.7
ſed inquis. Apoſtolus euitandos precipit non igne exa
Figura. minãdos. Quid ſi mitiore cauterio ſanari nõ poſſunt?
Eccleſie cenſuras peſſum dant. Amiſſione rerum? Sed
lingua ſoluta eſt. Exilio? Sermo eorũ vt cancer ſerpit:
2.Tim.2. ſepeq; traditi carceribus: cuſtodes ipſos ſuo morbo in
Auguſtiꝰ. fecerunt. Quis enim (ait Aug.) veſtrũ velit aliquem ini
micorũ ſuorum: nõ ſolum non perire verũ etiam aliquid
perdere? Sed ſi domus Dauid aliter non meruit habe xiiij
re pacẽ: niſi Abſalon filius eius in bello qd gerebat con
tra patrem fuiſſet extinctus/ q̃uis magna cura mãdaue
rit ſuis/ vt eundẽ viuũ filiũ ſeruarẽt: ⁊ eſſet cui penitẽ 2.Reg.18.
ti paternus affectus ignoſceret: quid ei reſtitit niſi per
ditũ flere: ⁊ ſui regni pace acquiſita: ſuam meſtitiã con
ſolari? Uide ad hoc in decretis. 23.q.5. per totũ. Et.24.
q.pma. Que dignior. Et q̃ſtione.3. dixit apoſtolus. Itaq;
huiuſmodi homines ſubuerſores ⁊ increduli: ſi ſimpli In decretis.
citer errant: ad moniti reſipiſcent. Si in deſtinata nequi
tia: parati erunt ſuũ errorẽ defendere: ⁊ prouocare eccle p.Reg.17.
ſiam ad ſingulare certamẽ. Hi igitur vitãdi ſunt vel tra
dẽdi igni ad interitũ carnis: vt ſpũs ſaluus fiat. p.Cor.5.
vbi ſemel ⁊ iterũ admoniti: pergũt in ſimiles eſſe. Q d
q; dicit: ſuo iuditio dãnatus: tale eſt. Non eſt laborandũ
vt tales dãnemus: cũ ipſi ſint ſuo iuditio dãnati (ex ore Luce.19.
tuo te iudico) quippe qui ab omnibus diſſident. Sciẽ
dum interim poſt naſcentis eccleſie exordium quattuor
fuiſſe cõcilia precipua ſummeq; autoritatis. primũ Ni
cenũ.318. patrũ ſub Silueſtro primo ſummo pontifice ⁊
Conſtãtino primo Romanorũ Imperatore cõtra Arriũ Quattuor
(cuius effuſa ſunt viſcera per loca pudenda) negantem concilia.
conſubſtantialẽ patri filiũ. Secundũ fuit Conſtantino
politanũ.150. patrũ ſub Damaſo et Theodoſio ſeniore/
contra Macedoniũ dicentem ſpũm ſanctũ creaturã eſſe.
Tertiũ Epheſinũ ſub Celeſtino ⁊ Theodoſio iuniore.
200. patrũ contra Neſtoriũ aſſerẽtẽ intemeratã virginẽ
hominẽ tantũ genuiſſe non item deũ: duas perſonas fin
gens in Chriſto dño. Quartũ Calcedonenſe. 630. patrũ
ſub Leone primo ⁊ Martiano imperatore cõtra Euty
chẽ aſſerẽtẽ naturã humanã aſſumptã a verbo in deita
tem conuerſam. Fortaſſis autem relinquendi eſſent qui
huiuſmodi ſunt miſericordie dei/ qui nulli clauſit viſce
ra ſua: ſi ſoli perire vellent: ſed quoniã lupi ſunt: perdere Joan.10.
volunt mactare ⁊ occidere: meliꝰ eſt illos perire q̃ oues
exemplo Helie qui vno die occidit octingẽtos quinqua
ginta ſacerdotes Baal. 3.Reg.cap.18. [Cũ autem miſero 3.Reg.18.
Artemã ad te aut Tychicũ: da operam vt venias ad me
Nicopolim: nã illic decreui hybernare. pater. [Zenã le
gis peritũ ⁊ Apollo ſtudioſe deducito: ne quid illis de
ſit.] Apollos epiſcopus erat Corinthiorũ. Is diſcedens xv
a Corintho ꝓpter excitatã ſibi ſeditionẽ a pſeudapoſto
lis: perrexit inuiſere Titũ epiſcopũ Creteſem: comite
Zena legis doctore. Pace autem reparata apud Corin
thios per epiſtolas Pauli priorẽ ⁊ alterã mandauit Ti
to vt priuſq; veniret Nicopolĩ: remitteret apoſtolo hos
duos videlicet Apollo ⁊ Zenã. Nicopolis ciuitas eſt in
Thracia. Remitteret inq̃ abire volentes: ſed non va Luce.10.
cuos: quĩ dignus eſt operarius mercede ſua. [Diſcãt au
tem et nr̄i bonis operibus preeſſe ad neceſſarios vſus:
⁊ vt non ſint infructuoſi.] Sũt enim ⁊ Pharaonis mini
ſtri: preſidentes operibus luti ⁊ lateris. Diſcãt inquit Exodi.5.
⁊ nr̄i. Si.n. hec charitatis officia preſtãtur ab Ethnicis
hoſpitibꝰ qui apud eos diuerſantur: iuſtũ equũq; eſt vt
et nr̄i per legẽ charitatis quã profitẽtur eadem faciãt: vt
non ſint ſteriles ſicꝰ qui mereantur perpetua maledictio
ne mulctari. Matth.21. Omnis enim arbor que nõ facit
fructũ: excidit: ⁊ in ignem mittitur ⁊ ardet. Luc.3.cap.
Sint igitur ſicut oliua de qua dicitur: oliuam vberẽ pul Hiere.11.c.
chrã: fructiferã: ſpecioſam vocauit dñs nomẽ tuũ. Talis Pſalm.p.
eſt anima iuſti q̃ fructũ ſuũ reddit in tẽpore ſuo: cuius ⁊
verba ⁊ cogitatꝰ ⁊ opera omnia redolent quaſi myrrha Eccleſ.24.
electa: ⁊ vaporant ſuauitatẽ odoris. [Salutãt te qui me
cũ ſunt oẽs: ⁊ tu vice verſa ſaluta eos qui diligunt nos
in fide idest fideli affectu ⁊ charitate nõ ficta. Et ſequitur
ſalutatio apoſtoli manu propria conſcripta. Gratia cum
omnibus vobis. Amen.
¶ Explicita eſt epiſtola btĩ Pauli ad Titũ. Bñs deus.

Argumentum in epistolam ad Philemonem.

Greci tradunt hunc Philemonē genere phry-
gem fuisse: quam nationē durę ceruicis ac seruilem esse: vel greco prouer-
bio factatum est: phryx plagis emēdatur. Dicitur enim in barbaros serui-
liq; ingenio homines: qui non pudore nec monitis sed verberibus reddū-
tur meliores: cum cōtra generosus animꝰ vt ait Seneca rectius ducitur: ꝙ̄
trahitur. Vnde dixit Cicero pro Lucio Flacco: testes Asiaticos taxās. Asia   Seneca.
vestra constat ex phrygia: Nysia: Caria Lydia. vtrū igitur nostrū an vestrū
est hoc prouerbium: phrygem plagis solere fieri meliorem? Hūctamen apostolus Paulus ob
charitatē & officia pietatis in sanctos: inter pręcipuos habuit amicos. Huius seruus Onesimus
furtim Romā profugerat nō sine furto: quod maxime seruorū est. Illic igitur forte fortuna audi
to Paulo qui in vinculis erat: ad fidem Christi conuersus est: ac Christo in Paulo seruiuit in car
cere. Verum nequid dominus eius ob fugam serui animo discruciaretur: mittit quidē eum: sed
non vacuum. Litteras tradidit: non quas vocant Vrię: in quibus apostolus miro studio seruum   Prouerb.
& fugacem: & suffuratorem domino reconciliat: non iam seruum peccati sed iustitię liberum:
se interim sponsorem ac fideiussorem offerens: depēsurus siquid ille diripuisset in fuga. Scribit
autem e vinculis ab vrbe Roma per dictum Onesimū quem & filium vocat: imo & viscera sua.

Unicum caput.

Paulus vinctꝰ Christi Iesu et Timo-
theus frater Philemo-
ni dilecto adiutori no-
stro & Apphię sorori
charissimę & Archip
po cōmilitoni nostro
& ecclesię que ī domo
tua est / gratia vobis & pax a deo patre nostro
& domio Iesu Christo. Gratias ago deo meo
semper memoriam tui faciens in orationibus
meis: audiens charitatem tuam & fidem quā
habes in domino Iesu & in omēs sanctos: vt
cōmunicatio fidei tuę euidens fiat in agnitio
ne omnis operis boni in Christo Iesu. Gau-
dium enim magnum habui & consolationē
in charitate tua: quia viscera sanctorum requie
uerunt per te frater. Propter quod multam fi
duciam habens in Christo Iesu imperandi ti
bi quod ad rem pertinet: propter charitatem
magis obsecro: cum sim talis vt Paulus senex
nūc autem & vinctus Iesu Christi: obsecro te
pro meo filio: quem genui in vinculis Onesi
mo: qui tibi aliquando inutilis fuit: nunc au
tem & mihi & tibi vtilis: quē remisi tibi. Tu
autem illum vt viscera mea suscipe. Quē ego
volueram mecum detinere: vt pro te mihi mi
nistraret in vinculis euangelii. Sine cōsilio au
tē tuo nihil volui facere: vti ne velut ex neces-
sitate bonum tuum esset: sed voluntarium.

i ¶ Paulus vinctꝰ Christi Jesu ⁊ Ti-
motheus frater hanc epistolam scribunt Philemoni di
lecto ⁊ collegę nr̄o siue adiutori: et Apphię vxori eiusdē
dilectę: ⁊ Archippo cōmilitoni nostro: ⁊ domesticę eius
ecclesię. d Archippo habes in calce epistolę ad Collossen
ses. Fortassis autem erat huius Philemonis filius. De
nomine Pauli multa diximus: ipse est enim sacrariū di
uinę sanctificationis: speculum ⁊ exemplar diuinę cōtem
plationis: ⁊ licet vix scintillam operum eius audierimꝰ
quippe quem non vas aut tubam sed tonitruum rectius   Job.26.
possis appellare: tamen ne videamur ebur atramēto can
defacere: aut numerare vndas sicut dicitur: digitum su-
perponentes ori: taceamus de hac re: dicentes cum pro-   Prouerb.
pheta: insipienter loquutus sum: ⁊ ea que vltra modum
excedunt scientiam meam. Id circo ipse me reprehēdo ⁊
ago penitentiam in fauilla ⁊ cinere. Ille ergo Pauli vir   Job.42.
tutes ⁊ merita numerare potest / qui numerat multitu-
dinē stellarū / ⁊ vocat nominibus proprijs: qui ⁊ de apo   Ps̄.146.
stolo loquitur Esaię. 49. cap. dedi te in lucem gētium vt
sis salus mea vsq; ad extremū terrę. Est enim Paulus
fons quidē paruus quia Paulus: paruꝰ in lege: sed qui   Hester.xi.
ascēdens de terra vsq; in tertium cęlum: creuit in fluuiū
maximū: ⁊ in aquas plurimas redūdauit / vt irriget quat
tuor partes terrę: Luxq; inde et sol ortus est et humiles
exaltati sunt: ipsi sunt gentes esurientes: repleti bonis: Lucę.j.
inclyti autē depositi sunt de sedibus suis: relicti inanes
ij
⁊ vani: iuxta illud: repleti prius / pro panibꝰ se locauerūt:
⁊ famelici saturati sunt: alij quidę lacte alij autem ⁊ soli-   j.Reg.2.
do cibo. Donec sterilis peperit plurimos: ipsa est ecclesia
cuiꝰ pronubꝰ Paulus est: et que multos habebat filios
infirmata est: ipsa est synagoga: mortuo viro eius Mose
videlicet. Is igitur apostolus Paulus vinctꝰ Jesu Chri
sti (quanta gloria: quasi alter Scipio Aphricanus) imo
fimbria Christi: plena tintinabulis ⁊ malogranatis idest   Exo.28.
doctrina ⁊ operibus. ⁊c. scribit hanc epistolā Philemo
ni pro vnico sibi ⁊ charissimo filio intercedens: quem in
vinculis genuit. At igitur epistolam suam cōmēdatiorē
faceret: ab iniuria sua cepit dicēs: Paulus vinctus. Si
cut enim peccati causa vinciri obprobium est: sicut legi-
mus in Sedechia: cuius filios occidit rex Babylonis co   4.Reg.25.
ram eo: deinde oculos eius effodit: victūq; catenis duci
in Babylonem: ita ecōtra pro Christo custodię vincula
sustinere maxima gloria est. Petrus catenis duabꝰ vin
ctus erat. Actu. 12. cap. Paulus vinctus cuius misereri
debes: nō autem esse causa vlterioris afflictionis: esses
asit si vel toruo ac minime vultu pacato exciperes seruū
quidē tuum olim: nunc autem ⁊ meum charissimū filiū
Onesimū. Si susciperes inquam non vt filium obuijs vl
nis: sed vinculis ⁊ compedibus vt seruū. [Gratia vobis
⁊ pax sit a deo patre nostro ⁊ dn̄o Jesu Christo.] Est au-   Joā.19.
tem gratia diuina / vestis desuper contexta per totū: per

nensēs idest pertingēs vsq; ad talos: polymita: videlicet
omni virtutū ambitione contexta: in qua sunt depicta pa   Genes.37.
rentum magnalia. Hanc exutus est Adam pmū quando   Sap.18.
tunicā mortalitatis indutꝰ est. Genes. 3. tunicā videlicet
confusionis: sicut dicitur: induantur pudore: ⁊ operiant   Ps̄.108.
sicut diploide confusione sua. Iudoti sunt pudore: cū pu
denda operuerunt: operti sunt confusione: cū ad vmbrā
iij
fugerunt: primū refertur ad corpus: secundū ad animā:
quia ⁊ exterius motum carnis sentiebant: ⁊ interius di
uina gratia denudati erant. Unde dicitur ad eos / quorū
misericordia dei manus ⁊ colli nuda proterit: vestiuitq;   Genes.27.
(alias nudos cęcos ⁊ pauperes) vestibꝰ Esau valde bo-   Apoca.3.
nis / quas Rebecca (que multum accepit) apud se habe-
bat. Pro confusione vestra interiore ⁊ rubore quo eru-
buistis vultum dei eo q̄ nudi essetis: hoc est pro eo q̄   Esai.61.
de peccatis vestris erubuistis intus coram me: ⁊ foris:
dicentes: tibi soli peccaui / confitentes: περιζώματα,
in terra vestra duplicia possidebitis: hoc
est gratiā gratificātem: ⁊ consummatā: de qua infert pro
pheta: ⁊ letitia sempiterna erit vobis. Phs quidam cū   Figura.
sacco fortasse indutus (habebat enim ⁊ ipse omnē gloriā
suam ab intus) non posset ingredi palatiū principis: ho-   Ps̄.44.
stiario arcente eum: mutauit habitū suū: sapientis enim
est mutare consiliū: illicoq; ianua patuit. perueniens ve
ro ante conspectū principis: cępit osculari indumentum
suum nō semel aut bis. Mirante autem principe rei no
uitatem, honorantē me inquit honoro: quod enim virtꝰ
non potuit: obtinuit vestis. De hoc ita habes in Ezech.   Ezech.
cap. 16. Quādo nata es in die ortus tui: non est pręcisus
vmbilicus tuus: non ligauerūt māmas tuas: aqua nō es
lota: nec sale salita nec inuoluta pānis: nec ligauerūt ma
millas. Significat autem sermo diuinus secundum litte
ram q̄ Hierusalem orta de malis parentibus (vocantur
enim genimina viperarū. Luc. 3.) non statim legem acce   Hieronyꝰ.
perit: nec abscisa fuerint pudendę exordia natiuitatis:
quia prius gentiliter vixit. Naturale est autem ortis in
fantibus primo vmbilicū pręcidi: deinde ad diluēdum
sanguinē aqua lauari: tertio humorē paruulorū sale sic-   Figura.
cari: quarto tenera corpora pannis astringi ne defluant:
sed nihil horum Hierusalē habuit. Solet autem scriptu
ra ponere pro corde pectusculum mamillas ⁊ pectus: p
locorum congruentia. Unde Joannes supra pectus dn̄i
hausturus sapientiā / recubuit. A qua non es lota. Gene   Cap.13.
ratio quoq; spiritualis lauacro indiget spirituali: quo-
niā nemo mundus a sorde nec infans vnius diei: omnes
in iniquitate concipiuntur: de iure cōmuni / cū dico om-   Job.14.
nes: Mariā matrem excipio ⁊ filium: matrem adamauit   Fm.70.
iiij
enim eam rex plusq; omnes mulieres: ⁊ cętera que ha-
bes Hester. 2. quoniā aurora fuit in ortu / ⁊ stella splen. ⁊
matutina. Apoc. vl. filius de spū sctō est. In salutem dicit
quoniā qui ficte accedit sicut Simō magus: immūdus   Actu.8.
recedit a fonte vitę. Nec sale salita Hierusalē de malis
parentibꝰ orta: nihil saporis nihilq; diligētię consequuta
est: sicut dicitur: pater meus ⁊ mater mea dereliquerūt   Ps̄.26.
me. Renatis autem in Christo dicitur: vos estis sal terrę
Matth. 5. et omne sacrificiū conditur sale. Leui. 2. Qui
hoc sale conditꝰ fuerit nō dicit vltra: putruerūt ⁊ corru   Psal.37.
ptę sunt cicatrices meę. sequitur. Eras nuda ⁊ cōfusione
plena. Nuda exterius: confusa ab intus: cū omnis gloria
sponsę ⁊ animę fidelis ab intus sit: nihilominus ⁊ foris
amicitur varietatibus. Nudus est qui Christi nō habet   Ps̄.44.
indumentū: nec indutus est viscera misericordię: humi
litatē: mansuetudinē. ⁊c. Collos. 3. atq; ita iacet in terra: ⁊
pulchritudo eius cōfusione ⁊ nuditate turpatur. sequit.
Et ecce tempus amātiū: anima nostra quandiu in infan
tia constituta est: peccato caret. Cum autē ętatis eius tē
pus aduenerit: multi sunt eius amatores qui ad eam cu
piunt declinare: qui tamē protectione dei repelluntur: vt
nō satellites diaboli sed Christū pulsantē excipiat. Can-
ti. 5. Sequitur: ⁊ transiui per te ⁊ vidi te: illis oculis qui   Luce.19.
bus respexit Zachęū vel petrum. Ipse est enim samari
tes qui trāsiens per viam / ⁊ de torrente nrę mortalitatis
bibens: descendens de magnitudine glorię suę: nos hu-
meris suis imposuit. sequitur. Et expandi amictū meū   Luc.10.
v
tunicā in consutilē, Joan. 19. super te: quem despoliatū ⁊
plagis impositis latrones reliquerant. Quoties inquit
volui cōgregare pullos tuos. ⁊c. sequit. Et operui igno   Matth.23.
miniā tuam: in honesta enim nrā maiore honore circun-
damus. j. Cor. 12. et beati quorū remis. sunt iniquitates
Psal. 31. et peccata tecta que quia Cham non protexit
in patre: ęterna maledictione dānatur. sequitur. Et iu-   Genes.9.
raui tibi: in vxorē accipiens vel potius sponsam: tradēs
interim pro dotis pignore baculū crucis: anulum fidei:
armillam opera fidei q̄ per dilectionē operatur. Gal. 5. Iu   Genes.38.
raui ne dimitterē / quā semel despōsaui in baptismate: si
tu non dimittas me: donec benedicā tibi: q̄ tamē nuptia   Genes.32.
rum benedictio in cęlo datur / cū venerint nuptię agni. se
quitur. Laui te: in baptismate: mundaui sanguine tuo: si
cut in Emorrhoissa legimus. Matth. 9. cap. vnxi te oleo:
sicut legimus in Samaritano: Hierusalē autē plagę nō   Esai.j.
sunt fotę oleo hoc: pp̄ter qd̄ plaga eius desperabilis fa-
cta est. Hoc oleo vncta Hierusalē Christi nomen accepit: Hiere.30.
iuxta illud / nolite tāgere christos meos. sequitur. Vesti   Ps̄.104.
ui te discoloribus. de quibꝰ dicitur: circūdata varietate
Ps̄. 44. hec sunt varia vestimenta Joseph: quibus ni
si prius nudassent fratres: eū nō vēdidissent: cū his enim
benedictionē accepit Jacob. Genes. 27. pontifex quoq;   Genes.37.
semel in anno sancta sanctorū ingressus. Leui. 16. varijs
vestibus vtebatur. siquidem diuitię hanc varietatē vestiū
nō faciūt: sed virtutū diuersitas: alioqui Pharao ⁊ Na
vj
bucodo. hec habuisse vestimenta describerent ⁊ non Jo
seph peregrini ⁊ pastoris filius. Calciaui te hyacintho:
quem colorem Philo aeri cōparat in quo cęlestia signifi
cari putat: loquens de veste sacerdotali. Unde Mosi et   Exodi.3.
Josue pręcipitur vt soluāt calciamēta: vt cū loti fuerint
pedes eorū manibus Christi. Joā. 13. calciati hyacintho:
obuiā Christo in aera occurrant: festinantes ad cęlestia.   j.Thes.4.
Cinxi te bysso. bysso accingūtur renes quoties pinguia
libidinis incentiua extenuanda sunt. Et nisi lumborum
fluxa astringamus: lucernas tenere nō possumꝰ. Agnū   Luce.12.
comesturi. Exo. 12. calceati pedes: tenentes baculos: stā-
tes in euangelij veritate: et sanguine Christi pręparati:
lūbos succinctos habere dicūtur: sicut legimus in Helia   4.Reg.j.
⁊ Joā. baptista. Et indui te tenuissimis: ⁊ merito: incras
satū enim erat cor nrm. Esaię. 6. vt merito vocemur car-   Fm.70.
nes. Genes. 6. et terra ⁊ nihil. Et ornaui te ornamēto: de   j.Cor.13.
quo dicitur: charitas maior omniū est. Et dedi armillas
in manibꝰ tuis: bona opera de quibus dicitur: si vis ad
vitā ingredi: serua mādata. Matth. 19. Ipse enim dat no
bis ⁊ velle ⁊ perficere. Et torquem circa collū tuū: cōtex
tum ex omni virtute morali: iustitia: tēperantia: fortitu
dine ⁊ prudentia. Et dedi in aurē super os tuū: vt Chri
sti bonus odor simus in omni loco: est autē gēmula pen   2.Cor.2.
dens a fronte fęminea super nares. Et circulos auribus
tuis: ne audias iuditiū sanguinis: sed sias seruus meus
vsq; in sęculū iuxta legis pceptū. Et coronā decoris in   Exodi.21.
capite tuo. de qua dicitur: reposita est mihi corona iusti
tię. 2. Tim. 4. est aut spes certa nrę immortalitatis. Jux
ta litterā nomē est dei quattuor litteris scriptū videlicet
Iod: he: vau: he: quod ⁊ ineffabile dicitur. De hoc nōie
ineffabili ita dixit quidā grecorū sapiens. Dulcisona ex
tollunt septē me carmina vocū. Ex septēq; meū cōstat vo
calibus ipsum. Compositū miro signorū fędere nomen.
Sūt autē ea septē iuxta hebręos hec. Jod: He: Vau: He: יְהֹוָה
Seua: Holem: Camez. Et ornata es auro ⁊ argento hoc ē
sapientia ⁊ eloquētia ⁊ omi dono spūali. Ac deinceps si
milā ⁊ mel ⁊ oleū comedisti: in q̄ sacramētū indicatur trini   Trinitas.
tatis nō q̄ alia ⁊ alia substātia sit: sz diuersi olei similę ⁊

mellis nominibus patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti vna dul
cedo monstratur. An possumus in simila carnem Chri-
sti intelligere que candore omnis innocentie induta est
vij oleum vero animā eius intelligere: que nō accepit gra-
tiam ad mensurā: diuinitatē vero in melle intelligere: ꝙ
Leui.2. ideo in sacrificijs legis non offerebatur: quoniā eo tem
pore non dum verbum caro factum habitauerat in eis:
Exodi.5. māna videlicet celeste: promittebatur tamē futurū sub
velamine ⁊ figura terre fluentis lacte et melle. sequitur
Gratia. conclusio. Et decora facta es vehementer nimis. vt meri
to possit dicere quecūq anima fidelis/ verbo dei despon
Sap.7. sata per fidem: venerūt mihi omnia bona hec pariter cū
illa: hoc est cū gratia diuina: ⁊ propterea hanc apo. optat
Philemoni ⁊ eius familie cōgregate in amore Christi.
Pax autē vera: hic queritur: in celo datur. [Gratias ago
deo meo semper mētionem tui faciens in orationibus
meis: audiens tuam charitatē ⁊ fidem quam habes er-
ga dominū Jesum] et in his summatur lex ⁊ euangeliū.
Actu.10.ca. Et erga omnes sanctos: quoniā non est personarū respe
ctus apud charitatem/ que omnes ex equo diligit tanꝙ
eiusdem corporis membra. Diximus tamē alias: presby
p.Tim.5. teros duplici afficiendos honore: si tamen laborant in
area ecclesie. [Ut cōicatio fidei tue:] hoc est vt tua hec
fides que per dilectionem operatur/ Galat.5. et sollicita
Luce.10. est erga plurimos: officiosa tanꝙ altera Martha: [indi-
ēs magis ac magis innotescat ⁊ euidēs fiat alias efficax
ἐνεργὴς efficax est/ ἐναργὴς autem euidens: in agnitio-
ne omīs bo ni] adeo vt nullum sit opus
bonum in quo non sis frequens assiduus ⁊ probatus: vt
que hactenus prestitisti ministris et pauperibus Chri-
sti: argumētū sint vt potiora de te expectemus. Unde di-
cit: vt cōmunicatio fidei tue euidēs fiat in agnitione om-
nis boni quod est in vobis [erga Christū Jesum.] Gau
det igitur apo. audiens fidem ⁊ charitatē iustorum quia
Philip.3. ⁊ flentis habitū assumit cum audit esse multos quorum
deus venter est ⁊ gloria: nec compatitur super cōtritio
ne Joseph. Amos.6.cap. [Gaudiū enim habemus mul-
tum ⁊ consolationē in dilectione tua: ꝙ viscera sanctorū
refocillata sunt in te frater.] Uiscera inquit: vt cū facis
Math.6. eleemosynā nolis tuba canere: sed include eleemosynā
in visceribus pauperis. Ecclesi.29.cap. etiam sinistra tua
viij id nesciente: sufficit tibi vt nouerit pater tuus qui est in
celis. hec autē dicit apo. vt eum ad potiora prestanda alli-
ciat: quādo virtus laudata crescit: sicut et peccator cum
laudatur: intolerabilis est. Cum autem dicit apo. viscera
sanctorum refocillata sunt per te: illaturus est: refice et
viscera mea. [Quapropter ꝗuis in Christo multā fidu-
ciam habeam iniungēdi tibi id quod ad rem pertinet:]
quod fas est quod decens est: iustum et rationi consonū
(τὸ ἀνῆκον) alias autem ad quā rem istud pertinet? est
autem vt si volumus misericordiam conse
qui: misereamur ⁊ nos conseruorū nostrorum: apud do
minū enim non est seruus neq liber: habeam autē hanc
fidutiam ⁊ quia tu fidelis es: ⁊ misericors erga sanctos:
ego apostolus Christi: magister gētium: ⁊ pater tuus in
Athanasi⁹ euangelio. Athanas. legit/ quod ad rem non pertinet: di-
cens: superuacuū est equo currenti calcaria addere: ex-
posco tamen id: vt intelligas quo vs in Onesimū filium
meum feror amore. Hec omnia fidutiam ministrabāt mi
hi precipiēdi tibi quod alioqui iustum est: ⁊ omni equi-
tate plenum. [Tamen propter charitatem potius obse-
cro: cum talis sim: nempe Paul⁹ senex.] Grece sic legit.
μᾶλλον δὲ παρακαλῶ τοιοῦτος ὢν ὡς παῦλος
πρεσβύτης. Idest magis autem hortor autē deprecor:
cum talis sim vt Paulus senex. Cum audis Paulū: non
paulum rerum subeat mentem tuam. Deinde ⁊ senectu-
ti suus honos debet. Adde ꝙ is qui ad te scribit in vin-
culis est. In precibus enim solet aliquādo aliquid pōde
ris addere calamitas obsecrantis: sicut dicitur: filia mea Matth.15.
male ademonio vexat. Adde ad hec ꝙ non pro extraneo
non pro incognito ⁊ infideli. [Sed ꝑ filio meo rogo quē ix
genui in vinculis meis Onesimo.] Adde ꝙ genuit eum
in senectute quem ideo tenerius diligo: sicut legimus in
Genesi: israel autē diligebat Joseph super omnes filios Genes.37.
eo ꝙ in senectute genuisset eum. ὀνήσιμος autē grece vti
lem significat. Unde cū apo. sub iungit. [Onesi
mo quōdam tibi inutili: nunc vero tibi ⁊ mihi perutili]
videtur alludere ad nomen Onesimi qui ⁊ si fugiens et
non sine furto: male nomini suo respōdit: sicut de alio le-
gimus qui secūdū nomē suū (id erat Nabal) stultus erat p.Reg.25.
nunc autem inquit optime in opere prefefert: quod no-
men eius sonat: est enim tibi ⁊ mihi Onesim⁹ idest vti-
lis. [Quem remisi.] Sed quomodo impleuit apo. prece
ptum legis quo dicitur: nō trades seruū domino suo qui
ad te confugerit. Habitabit tecum in loco qui ei placue- Deut.23.
rit: ⁊ in vna vrbium tuarum requiescet: ne cōtristes eū?
Sed quoniā apostolus nō seruū remisit sed filium cōmē
dat fratri: imo non filiū sed viscera sua apo. deponit apō
Philemonē: non contra legem facit: que prohibet ne cō
fugientem ad libertatem fidei ex peccati tyrānide: domi Judi.4.
no suo tradamus: sed magis dicamus: intra ad me domi
ne mi ne timeas: sitq ex inde seruus Christi in eternū.
Alioqui quo ibimus o Christe extra te? Uerba enim vi- Joan.6.
te eterne habes. Deniq Agar fugiētem dominam suam
angelus redire non compulit: suasit tamen qō vtile erat
dicens/ reuertere ad dominā tuam/ ⁊ humiliare sub ma Genes.16.
nu eius. Et Dauid inuentū seruum in via cum sciscitare
tur cuius esset: vel vnde ⁊ quo pergeret: ⁊ ille se confite
tur seruum viri Amalechite: sed derelictum a domino ꝙ x
egrotare ceperit: narraretq quomodo Amalechite suc-
cēderint ciuitatem Dauid: intulit: iura mihi per deum
ꝙ nō tradas me in manus domini mei/ et ego ducā te ad p.Reg.30.
cuneum istum. Ego ergo inquit apo. suscepi seruum: re
mitto filium. [Tu autem eum hoc est viscera mea susci-
pe: quem ego cupiebam apud me retinere vt pro te mi-
nistraret mihi in vinculis euāgelij: sed absq tua sentētia
et cōsilio nihil volui facere: ne velut ex necessitate bonū
tuum esset sed spontaneū. Quem ego cupiebam. Quā
sedulus suasor apo. qui cum esset vas electionis diui-
ne: consortium consilij non dedignabatur alieni: ne alte-
rū fructu volūtatis ꝓprie defraudaret. Deniq in Esaia Ambrosi⁹.
dicit dominus. Quem mittā? Utiq seruulo suo poterat Cap.6.
imperare: quem dignum qui mitteretur inuenerat: sed
maluit eum spontanee oblationis nō fraudare mercede
qui vt ipse se offerret prestolatus est. Moses tamē sepi⁹
se excusauit: primū dicens: quis sum ego: secundo dicēs Exodi.3.
non credent mihi: tertio dicens: non sum eloqns: quar
to obsecro inquit vt alium mittas. Deniq solus omnino
preceptū detrectauit: donec accepit comitem Aaron fra
trem: duplex signū in manu ⁊ in virga: ⁊ nomē dei inef-
fabile: imo donec dominū iratū sibi intellexit. Hānibal
cum apud Regem Prusiā exularet: autorq ei cōmittē- Exemplū.
di prelij esset: atq is nō idem sibi extis portēdi diceret/
an tu inquit vituline carūcule ꝙ imperatori veteri ma-
uis credere? Copiose quidē ⁊ valenter. Hispanias enim
direptas: Po. Ro. et Galliarū ac ligurie vires in suā re- Val.Max.
dactas potestatē: ⁊ trasimenū lacum dira iniustum memo
ria: ⁊ cānas Punice victorie clarissimū monimētū: ⁊ ca-
puam possessam: ⁊ Italiā laceratam ante pedes hominis
effudit: vniusq hostie iecinori longo experimento testa
tam gloriā suam post poni equo animo nō tulit. Et tamē
Paulus sine tuo (inquit) consilio. ⁊ c. Sicut autē dicit
Hieronym⁹ hoc loco: sepissime tractatur quare deus ho Hierony⁹.
minē faciēs: nō eū bonū rectūq cōdiderit: qō de psenti
loco solui potest. Si.n. deus volūtarie ⁊ nō ex necessitate
bonus est: debuit hominē faciēs: ad suā imaginē ⁊ simil.
facere: hoc est vt ipse volūtarie ⁊ nō ex necessitate bon⁹

Homo. esset. Qui autem asserunt ita debuisse fieri vt malum re
cipere non posset: hoc dicunt: talis debuit fieri qui neces
sitate bonus esset non volūtate. Quod si talis fuisset ef-
fectus qui bonū non voluntate sed necessitate perficeret
non esset deo similis: qui ideo bonus est quia vult: non
quia cogitur. Ex quo manifestū est nos rem inter se po-
stulare contrariā. Nam ex eo ꝙ dicunt: debuit deo simi-
lis fieri: illud petūt vt liberi sit arbitrij sicut deus est. Ex
eo autem quod inferunt: talis debuit fieri qui malum re
cipere non possit: dū necessitatē ei boni importāt: illud
xj volunt vt homo deo similis non fieret. Igitur potuit de⁹
hominē sine volūtate eius facere bonū. porro si hoc fecis
set: non erat bonū volūtariū sed necessitatis: ideo nec bo
num erat. Quod enim necessitate fit: bonum non est: si
cut nec malum est quod voluntariū nō est: quod autē bo
num non est: malū est. Igitur proprio arbitrio nos relin
Liberū ar quēs: magis ad suam imaginē ⁊ similitudinē fecit: simi
bitrium. lem autem deo esse absolute bonum est. Remisi igitur il
lum ad te: absq tuo consilio nolens retinere. Nostis in-
Chrysost. quit Chrysost. dñorum aduersus seruos fugitiuos indi
gnationē: ⁊ maxime si re familiari expilata diffugerint.
Qualibet illi mites fuerīt: ex accepto detrimēto ira suc
crescit. Hanc igitur apo. modis omnibus lenire conten-
dit: dicens Paulus: senex: vinctus. Adiecit ⁊ secum al-
terum intercessorē videlicet Timotheū: addidit audiēs
fidem tuam: quasi dicat. tu mihi ansam postulandi dedi-
sti: aperuisti ostium: ex ijs ꝙ in alios contulisti. Nisi cha
ritas tua fuisset eximia nunꝙ ad aures meas puenisset:
cum tāta vtrunq terre marisq intercapedo dirimeret.
Addens autē: quem remisi ad te: hac etiam ex parte ira
cūdiā mitigat Philemonis: cum illum in manibus dñi
sui tradit. Tunc enim maxime domini indignari solent:
cum sibi pro absentibus preces porriguntur. Quē autē
lapidem aut diamantinū cor illa verba non flecterent et
mollirēt: suscipe eum sicut viscera mea: Pauli videlicet
senis ⁊ vincti Christi Jesu?

¶ Forsitan enim ideo discessit ad horam a te:
vt in æternum illum reciperes iam nō seruū/
sed pro seruo charissimū fratrē maximæ mi
hi: quanto autem magis tibi & in carne/& in
domino. Si ergo habes me socium: suscipe il-
lum sicut me. Si aūt aliquid nocuit tibi aut de
bet: hoc mihi imputa. Ego paul⁹ scripsi mea
manu: ego reddam: vt non dicam tibi: ꝙ & te
ipsum mihi debes. Ita frater ego te fruar in
dño: refice viscera mea in Christo. Confidens
in obediētia tua scripsi tibi: sciens quoniā et
super id quod dico facies. Simul & para mihi
hospitiū: nā spero per orationes vestras dona
ri me vobis. Salutat te Epaphras concaptiu⁹
meus in Christo Iesu/ Marcus/ Aristarchus/
Demas & Lucas adiutores mei. Gratia domi
ni nostri Iesu christi cum spiritu vestro Amē.

¶ Nam propterea forsitan secessit ad tempus: vt eternū
reciperes non iā vt seruū] sed plusꝙ seruum nempe [fra
trem charissimū: maxime mihi: quanto autem magis ti
Athanasi⁹ bi ⁊ in carne ⁊ in dño.] Athanas. reuera ille mente ma-
lefica discesserat: quod furtū ostendit: sed apo. ꝙ hec ha-
buerint bonum euentum ad comodum ⁊ vtilitatem per
suam sapientiā cōuertit: quasi hunc afferat diuina qua-
dam dispensatione fugisse. Et ad horam dicit: ⁊ hāc inte
rim in obsequio Pauli expendisse. Tecum inquit puta
versatū fuisse: quādiu mecum fuit. Ostendit igitur apo.
xij Onesimū nō ad hoc recessisse: vt delicti esset obnoxius:
sed vt oblitteratis prioris vite maculis: renatus ⁊ rege-
neratus Christo reuerteretur ad dominū: in tātū vt nō
solum eidem dño equalis fieret ⁊ fide ⁊ meritis: sed ipsi
doctori frater: imo ⁊ filius: et viscera sua. Et ne Phile-
mō aliquod vt assolet quasi dñs aduersus seruū fastidiū
inflationis pateretur: humiliat illum: cū dicit illum fra-
trem ⁊ in carne ⁊ in dño: vt sublata humane cōditionis
causa quā p peccatū prima seruit⁹ inducta est: quia om-
nes ex vno sumus Adam secundum primordia natiuita
tis nostre: om̄es natura filij ire: gratia filij dei: gloria co- Eph.2.
heredes vite eterne: fratres nos agnoscam⁹: maxime cū
fides intercedit media/ que omnē superbiam amputat.
Quod igitur dicit/ ⁊ in carne ⁊ in domino: illud innuit
ꝙ vterq secundum carnem sunt filij eiusdem patris vi-
delicet Adam: secundū autem cōmunē fidem fratres filij
eiusdem patris qui in celis est. Itaq Onesimus Pau- Matth.23.
lo quidē duplici nomine dilectus est: ⁊ quia frater secun
dum carnem: ⁊ quia filius secūdū fidem. Philemoni au
tem vltra hec duo additur tertia causa dilectionis: videli
cet quia seruus est: ⁊ fidelis ⁊ domestic⁹: fortassis ⁊ ver
naculus: ⁊ inde dixit apo. quāto autem magis tibi. sicut
autem dicit Hieronymus: nonnunꝙ malū occasio bono- Hierony⁹.
rum est: ⁊ hominū praua cōsilia deus vertit ad rectum.
Quod dico manifestius exemplo fiet. Joseph fratres sui Figura.
zeli stimulis incitati: Ismaelitis. 20. aureis vendide-
runt/ aut siclis secundū chaldaicā litteram argenti vide Genes.37.
licet. Hoc factū initiū ⁊ patri ⁊ fratribus ⁊ toti Egypto
bonorū omniū fuit. Unde ille ad fratres. Uos cogitastis
de me mala: ⁊ deus cogitauit de me bona. [Si igitur ha Genes.45.
bes me socium: suscipe illum sicut me] sicut inquit alte-
rum Paulum: cum vna anima idem spiritus: ⁊ viscera
eadem sint in vtroq. Utrisq igitur amplectere: aut nullū. xiij
Uides quibus vinculis quibusq nexibus astringit apo.
Philemonē? Qui Onesimū reijcit: Paulū spernit: qui
Paulum spernit: Christū spernit: qui Christum spernit
eum contēnit qui propter nimiam charitatē suam filium Roma.8.
suū misit in nostra. Diximus forsitā alias de Rege Am-
monitarū qui legatos Dauid missos ad se ꝑ pace ⁊ ho
nore: turpiter confusos precisis vestibus vsq ad puden
da: dimidiaq derasa barba: remisit ad eūdem maxima
cum regis iniuria. [Quod siquid lesit te: hoc mihi im- 2.Reg.10.
putato: me sponsorem cōueni. Ego Paulus scripsi mea
manu. Ego persoluā: vt ne dicam ꝙ etiam te ipsum mihi
insuper debes.] Animā debes mihi inquit apo. ⁊ debi Matth.18.
torē tenes Onesimū centum denariorū: remitte ⁊ dimit
teris: date ⁊ dabitur vobis. Miserere conserui tui: sicut Luce.6.
⁊ tui misertus est deus. Et tamē siquid te lesit: hoc chi-
rographo conueni me apud quēcunq iudicem. En ha-
bes epistolam propria manu cōscriptā. Si tibi sufficiēs
fideiussor videor: Onesimū dimitte: me conuenito: ego
persoluā: siquid ille sustulit furto. ¶ Pulchre autē qui-
dam vir apprime grauis cum ei cuiusdam iudicis lauda
retur integritas: ⁊ diceret de illo: qui laudabat: non est
fur: respōdit. Optimū seruū faceret si nec fugitiu⁹ esset.
[Eia mi frater: ego te fruar in domino: refocilla mea vi-
scera in domino.] Grece sic est ναὶ ἀδελφέ, loquit au-
tem blandiētis affectu: imo et adiurātis. xiiij
Nos autem interpretantes: ita frater: aquatius et dilu-
tius nescio quid magis ꝙ id quod scriptū est sonamus.
Simile est illud Anah hebraicum: quod est aduerbiū אנא
obsecrantis: pro quo symachus transtulit δέομαι, idest דוד
obsecro. ὡσαννά salua obsecro. sensus er go a- הושיעה
postoli/ hic est. Refice viscera mea hoc est im-
ple desideriū meū: vt Onesimū filium meū tanꝙ me al-
terū excipias. Ita frater. Aug. si dixisset apo. ita frater Augusti⁹.
ego te fruar tantum: nec addidisset in dño: videretur finē
dilectionis ac spem constituisse in homine: sed quia il-
lud addidit: in dño: se finē posuisse eodēq frui significa-
uit. cū enim hoīe in deo fruimur: deo potius ꝙ hoīe frui
mur [. Cōfisus de obediētia tua scripsi tibi] sciēs ꝙ etiā

vltra q̃ dico facturus sis. Qui enim presumit de eo quẽ
Hierony⁹. rogaturus est (ait Hieronym⁹) ipsa quodam modo pre-
sumptione preiudicat: ne ei negare liceat quod rogatur.
Porro si scit ille qui postulat: plus q̃ rogauit rogatũ esse
facturũ: ideo minora petit: vt habeat rogatus voluntariã
& maiorẽ prestãdi mercedem: sicut dicitur: quodcũq; su
Luce.10.c. per erogaueris: ego cum rediero reddam tibi. Si autẽ
hec Philemõ ad hominis preceptũ facit: quanto magis
faciet ob dilectionẽ Christi? Unde merito voce apostoli
laudatur q mandata eius opere preuertat: plus faciens
q̃ preceptũ est: & vincat eos/qui tãtũmodo imperata fa-
Matth.20. ciunt/& in fine operis murmurant aduersus patrẽ fami-
Luce.17. lias cũ magis illud debuissent dicere: serui inutiles su-
mus. Uere autem felices essemus & beati: si quanta pro
pter homines gerimus/propter deum ageremus / sicut
Chrysost. hoc loco dicit Chrysostomus. [Simul autem etiam pre-
para mihi hospitium: spero enim q per orationes vr̃as
donabor vobis.] Quoniã enim solent absentes contẽni
& vt dicitur verbis verba mandare: hoc est litteris litte-
ras: quo sollicitiorẽ ac magis obedientem faciat/aduen-
tum suum breui futurum pollicetur ad illum. Alioqui
qua fronte exciperet eum domi presentem: cuius contẽ-
psisset absentis pro Onesimo deprecationẽ? [Salutant
te Epaphras concaptiuus meus in Christo Iesu: Mar-
cus: Aristarchus: Demas: Lucas adiutores mei. Et se-
quitur apostoli salutatio. Gratia domini nostri Iesu chri
sti sit cum spiritu vestro Amen.] Gratia calculus est in
quo nomẽ nouũ scriptum est: quod nemo nouit nisi qui
accipit. Apoca.2. si tñ vel ipse scire potest: quando nemo
scit vtrum odio vel amore dignus sit. Ecclesiast.9.capi.
Hoc est nemo scit vtrum dabitur ei perseuerãtia vsq; in
finem: iuxta illud: esto fidelis vsq; ad mortẽ. &c. Apoc.2.
Nam latro in cruce penituit: & Iudas a cena/cucurrit ad
laqueũ: etiam relatis argenteis: & peccato confesso apud
sacerdotes/non sine contritione/vt credimus: sed nõ se- Matth.27
cundum scientiam. Itaq; nemo scit vtrum. &c.

Incipitur prologus in epistolam Pauli ad Hebreos.

upposito nunc hãc epistolam esse apo-
stoli Pauli ex consuetudine vniuersalis ecclesie: cuius sentẽtie & nos
subscribimus. Sciendum nullam gentem magis animo destinato
repugnasse euangelio Christi q̃ iudeorum: quis apostolus Paulus
peculiariter erat inuisus: vt pote qui tanq; domesticus hostis: non
ignorabat introitum illorum & egressum. Et ipse quidẽ vt officiũ
Roma.9. suũ ac ministeriũ honorificaret: optabat anathema esse a Christo
pro fratribus suis secũdũ carnem (quam nemo odio habet) si quo
Eph.5. modo prouocaret eos ad emulandum fidem gentium: & saluos fa-
Matth.23. ceret aliquos ex eis. Illi autem implentes siquid deerat mensure pa
Actu.23. trum suorum: decernunt consilio inito: occidere Paulum: deuotis
ad hoc non minus quadraginta viris. Statuerunt autem hoc vel ob id maxime q se gẽtiũ apo-
stolum profiteretur: quas iudei ceu prophanas & impias nec congressu dignas arbitrabantur.
Tum q legem Mosaicam quam illi quasi dei ad illos testamentũ venerabantur: quamq; per vni
Matth.23. uersum orbem spargi cupiebant circũeuntes mare & aridam vt vnum proselytum facerent: anti-
quari tamẽ videbant: & oblitterari in dies de memoria hominũ. Adeo vt essent inter hos quoq;
qui Christo credentes/sacramento baptismatis renati fuerant: & nihilominus putarent legis ob-
Uide in ac seruationẽ euangelio Christi miscendam: & arandum in boue & asino: sicut sepe diximus. Hie-
tis cap.21. rosolymis igitur qui crediderant variis calamitatibus exercebantur ab iis qui obsistebant euan
expresse. et gelio: impiis conculcãtibus iustiores sese. Habac. primo: penes quos tunc erat publica potestas
cap.15. deniq; cedebantur: tradebantur carceribus: diripiebantur illorum bona/aut proscribebantur
Heb.13. sicut dicit apostolus in calce apostole/et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis.
Hos itaq; consolatur apostolus partim exemplo veterum sanctorum: quorum pleriq; similibus
aut grauioribus calamitatibus exercitati sunt (cum dicit: non dum vsq; ad sanguinẽ restitistis)
Heb.12. quo virtus illorum quasi aurum exploraretur in fornace/de quo dicitur: transiuimus per ignem
Ps.65. & aquam: ac precipue exemplo pastoris pastorum: qui animã suam posuit etiam pro ipsis ini-
Ioan.10. micis suis: partim autem & spe coelestis premii: quo maxime inuitantur homines ad labores
Esaie.p. subeundos: iuxta illud: si volueritis & audieritis me: bona terre comedetis. Deinde ostendit co-
Canti.2. ruscante super terram euangelio Christi: declinasse iam vmbras Mosaice legis: postq; vinee flo-
Canti.8. rentes: hyeme transito: dederunt odorem suum: & sub arbore malo corrupta est mater que eccle
siam genuit: dicente Christo vnum verbum: consummatum est Ioan.xix. Multa repetens ex ve
Heb.7. teri testamento: & ad Christum accomodans. Docet non ex obseruatione legis que nihil aliquã
do ad perfectum duxit sperandam esse peccatorum remissionem: sed ex fide que per dilectionẽ
Galath.5. operatur: per quam veteres etiam illi probate sanctimonie viri quibus cum deus sepe loqueba-
tur quorumq; memoria celebris erat apud iudeos deo potissime placuissent. In fine autem epi-
stole quedam precepta moralia tradit ad mores ecclesie componendos.

Primum caput.

ultifarie mul-
tisq; modis olim de⁹
loquẽs patribus in p
phetis: nouissime lo-
quutus est nobis in fi
lio: quem cõstituit he
redem vniuersorum:
per quem fecit & secu
la. Qui cũ sit splendor glorie: & figura sub-
stantie eius: portansq; omnia verbo virtutis
sue purgationem peccatorum faciens: sedet ad
dexteram maiestatis in excelsis: tanto melior
angelis effectus: quanto differentius pre illis
nomen hereditauit.

i Multifarie olim multisq; modis
deus loquutus patribus in prophetis: nouissimis die-
bus istis loquutus est nobis in filio quem constituit he
redem omniũ. Intuere mecũ paulisper si libet magnifi-
Chrysost. centiam dei. Ex initio per se met ipsum loquebatur ho
minibus deus: secundum qd audire eius possibile erat
Genesis.3. sicut refertur loquut⁹ cum Adam cum eum increpauit
Ibidẽ.4. dicens: Adam vbi es. &c. que habes ibidem: item & cum
Ibidẽ.6. Cain ad quem dixit: vbi est Abel frater tuus? Et quare
cõcidit vultus tuus/ similiter & ad Noe: finis inquiens
vniuerse carnis venit coram me. Sic et cum Abram: cũ
eum recepit hospitio. Genes.18. Uerum vbi humanũ ge
nus procliuius in malitiam declinauit: & a parente & con
ditore suo quasi longa peregrinatione discessit: cõfabula
tione cessante: litteris ad eos tanq longe a se positos et
epistolis loquitur: quibus veteris eos cuiusdam amici
tie & familiaritatis admoneat: ne videatur in eum pro-
Prouerb. uerbium dici: longas amicitias silentiũ dirimit. Et qui
dem oportuerat nihil nos indigere litterarũ auxilio: sed
Chrysost. tam mundam in omnibus exhibere vitam: vt illarum vi
ce gratia spiritus sancti vteremur: qui sicut atramento
2.Corin.3. pagine ita corda nr̃a digito suo inscriberet: sicut de qui-
busdam dicit apostolus/vos estis epistola nostra scripta
non in lapideis tabulis: sed in corde nr̃o carneo. Sed quã
hanc a nobis exclusimus gratiam: age vel secũdas expe-
ctemus diuitias. Nunquid enim in eternũ proiiciet de⁹
Ps.76. aut nõ apponet vt complacitior sit adhuc? Aut obliuisce-
tur misereri nobis: & saltem vel litteris excitarẽ torpen
Ps.106. tes: sedentes in tenebris vinctos mendicitatẽ et ferro:
quos in manibus suis depinxit. Esaie.49. imo ampliorã
nos adepti sumus. Patrib⁹ enim in prophetis loquut⁹
ii est deus: nobis autem in filio & per filiũ eũdem per quẽ
[Pater: fecit & secula.] Itaq; primis patrib⁹ p se ipsum
loquutus est deus: non per litteras. Postq̃ vero omnes
gentes in viam suam declinauerũt: ad iudeorum popu-
lum tanq filium primogenitũ tabule verba dei portãtes
Exo.32. traduntur. Nobis autem id quod fecerat ab initio pater
cum patribus hoc fecit filius: siue pater idẽ qui loquut⁹
est nobis in filio: nõ p litteras: nihil enim tradidit nobis
Ioan.14. scriptum: sed spiritus sanct⁹ inquit suggeret vobis om
Esaias.52. nia quecunq; dixero vobis: iuxta quod dicit Esaias: sciet
populus meus nomẽ meum in illa die: quia ego ipse q̃
loquebar olim patrib⁹ ore ad os: ac deinceps iudeis in
mõte Sinai datur⁹ legem: ecce ipse adsum. Ecce inquã
Osee.12. adsum qui olim loquut⁹ sum per prophetas: & visiones
multiplicaui: & in manu pphetarũ assimilat⁹ sum Osee
cap.12. Ostendam⁹ autẽ quibus patribus olim loquut⁹
fuerit deus quibusq; p̃phetis: ex multis que in scriptu
ris traduntur aliqua referentes: cetera relinquentes le Adam.
ctoris prudẽtie. Principio igitur illud succurrit: ex om
ni ligno paradisi comede: de ligno autem scientie boni
et mali ne comedas. In quacũq; enim die comederis ex Genes.2.
eo: morte morieris: quo ad anime mortẽ: & mortalis eris
quo ad moriendi necessitatẽ. Sciẽdum q lignum illud
ex eo quod sequutũ est nomen accepit. Malum enim ni-
si experimento nõ sentiremus: quia nullum esset nisi fe iii
cissemus: malum enim natura non est: sed amissio boni
sic vocatum est. Si autẽ queras quomodo ista loquut⁹
sit deus: non proprie a nobis potest comprehẽdi. Certũ
est enim aut per suam substantiã loqui: aut per creaturã
subiectam sibi. Sed per suam substantiam nõ loquitur
nisi vel ad verbũ suum sicut dicitur: semel loquitur de⁹ Job.33.
et secundo ipsum nõ repetit: & domin⁹ dixit ad me filius
meus es tu: ego hodie genui te: vel ad creandas omnes Psal.2.
creaturas & ad spirituales illuminandas: cũ iam possunt
capere loquutionẽ que est in verbo dei. His autem qui
capere non possunt/per creaturã loquitur etiam irratio Nume.22.
nalem sicut patet in asina Balaã: aut per spiritualem si-
cut in extasi loquut⁹ est Petro. Actu.10.cap. vel in som-
nis similitudine corporaliũ rerũ sicut Pharaõi: aut etiã Genes.41.
per corporalem vocem & creaturam subiectam/sicut an-
gel⁹ de celo loquut⁹ est ad Abraã Gen.cap.22. Aut etiã
cum voce sine aliqua tamẽ visione sicut loquutus est ad
Paulũ euntem Damascũ: aut Samueli adhuc paruulo Actu.9.
p. Reg.3. et nec dum scienti dñm. Si ergo Adã poterat
capere loquutionẽ dei quam per substantiã suam prebet Augusti⁹.
angelis: mentẽ eius ad horam mouit miro modo & inef
fabili. Si autem adhuc necessaria erat sanctioris creatu
re autoritas qua cognosceret iussionẽ dei: sicut nobis p
phete & angeli: loquutus est ei deus per aliquam creatu
ram vocibus quas intelligeret. Postea tamen audierũt
vocem dei deambulantis in paradiso ad auram post me Genes.3.
ridiem: meridiano enim calore trãsacto: iam refrigerãs
aura spirabat. Tales itaq; conditi sunt primi parentes: iiii
qui & loqui possent: & alios loquẽtes intelligere. Prima
autem omniũ linguarũ hebrea est: que in confusione lin
guarũ in confusa mansit in domo Heber/vnde dicitur
Abraã hebreus: et hebrei omnes. Heber autem septim⁹ Genes.11.
est ante Abraã. Et sciendum q cum tres sint gradus so
cietatis videlicet domus: ciuitas: regnũ: in regno primũ
linguarũ diuersitas hominẽ alienat ab homine. Nam si Societas.
duo sibi met inuicem fiant obuiam: neq; preterire sed si
mul esse aliqua necessitate cogantur: q neuter nouit lin
guam alterius: facilius sibi animalia muta etiam diuer
si generis q̃ illi cum sint homines ambo sociãtur. Quã
do enim q̃ sentiunt inter se cõicare non possunt propter
solam linguarũ diuersitatem: nihil prodest ad consocian
dos homines (inquit Augustinus) tanta similitudo na- Augusti⁹.
ture: ita vt libentius homo sit cum cane suo q̃ cum homi- Genes.6.
ne alieno. Ad Noe autem iustum in generatione sua lo- Noe.
quutus est etiam deus dicens. Fac tibi arcam de lignis
leuigatis: siue de lignis cedri: aut de lignis quadratis: in
feriora bicamerata & tricamerata facies in ea: aut man
siones inferiores et secundas et tertias facies in ea. &c.
Et sciendum q mensura arce huius secundum longitu-
dinẽ latitudinẽ et altitudinẽ significat corpus humanũ
cuius longitudo a vertice vsq; ad vestigia sexies tãtum
habet quãtũ latitudo eius: que est ab vno latere vsq; ad Figura.
aliud: & decies tãtũ quantũ altitudo eius: cuius mensu-
ra est a dorso vsq; ad ventrẽ: & sic fuit cõmensurata quan
titas arce. Dicit tamẽ Augustinus q cum arca fuerit tri
camerata: quodlibet illarũ triũ habitationũ habuisse mẽ
surã que in textu ponitur: sic simul iuncta efficiunt cubi
ta.900. per longũ.150. per latũ.90. per altum. Ostẽditur
autem his sermonibus/q licet omnes intra vnã ecclesiã

continueantur Christiani: vna fide imbuantur: ⁊ vno ba-
ptismate diluantur: non tamen vnus/ omnibus atq; idē
p̄.Cor.15. profectus est: sed vnusquisq; in suo ordine. Pauci sunt
qui domino Christo vero Noe propinquitate ⁊ sapiētie
ipsius participatione verbi dei fiunt capaces. Multitu-
do autem est illorum quorum feritatis sentiū nec fidei
dulcedo molliuit. Hi loca inferiora tenēt. Superiores ve
ro aliquantulū ab his sunt: qui licet minus rōnis pluri-
v mū tamē simplicitatis innocētieq; custodiūt: ⁊ sic per sin
gulos gradus habitationū ascendētibus: peruenitur ad
ipsum Noe qui interpretatur requies: ⁊ hic est dñs Je-
sus Christus. Nec enim Noe ipsi congruit qđ dixit La
Genes.5. mech pater eius: iste consolabitur nos: ⁊ dabit requiem
ab operibus nostris et labore ⁊ tristitia: cum non solum
maledictū terre non fuerit ablatū tempore eius: sed ira
dei maior ostenditur: dicente dño: penitet me fecisse ho
Genes.6. minē. Sed ⁊ illud sciēdum q̄ vult deus vt intrinsecus ⁊
Ordinaria extra simus sapientia ⁊ charitatis bitumine pleni: sicut
Exodi.25. ⁊ alibi legis: deaurabis eam intus et foris auro mūdis-
simo idest charitate nō ficta. 2. Cor.6. non sicut sepulchra
semipulchra. Matth.23. Ligna autē cedrina et quadrata
doctores sancte ecclesie sunt: Christi bonum odorem fra
Figura. grantes vite ⁊ doctrine: ⁊ qui populos intra ecclesiā posi
tos verbo consolantur ⁊ gratia: ⁊ impugnātibus extrin
secus vel gētibus vel hereticis virtute doctrine ac sapiē
tia rationis obsistunt. Quadratū enim lignū sicut exa-
gonius lapis exquacunq; parte verteris fida et solida sta-
bilitate consistit. Quid est autem q̄ ostiū ponitur ex trās
Origenes. uerso? Illud inquit Orig. quod per prophetā dicitur: si
si incesseritis mecū peruersi: ego incedam vobiscum ira
peruersa. Leui.26. Igitur q̄ ostium non collocatur a frō
te nec desuper: sed a latere ex trāsuerso: hoc significat q̄
ire diuine tempus est: ⁊ multi vocantur ad fidem: pauci
Matth.20. tamē ostium inueniunt per quod intratur ad gloriā. He
Symma- braice pro ostium arce legūt/ Meridianū arce. Symma-
chus. chus/ dilucidum arce: ad emittendū colūbam. Hāc fene-
vj stram dicunt hebrei fuisse chrystallinā. Quod dixit man
siunculas facies aut nidos: illud significat: quoniā in do
mo patris mansiones multe sunt: quoniā ⁊ Petrus vi-
Joan.14. det linteum mitti e celo quattuor euāgeliorū initijs alli-
Actu.10. gatum in quo erant reptilia omnigēna. Longitudo sane
arce ad spem refertur: latitudo ad charitatē: altitudo ad
fidem ⁊ hec tria sunt in vna arca in vna ecclesia in qua p̄
dicatur deus vnus ⁊ trinus: cuius quanta est longitudo
eternitatis: tanta est latitudo charitatis: ⁊ sublimitas sa
Ephes.3. pientie: et profundum iuditiorum suorum. Figura arce.



Genes.18. Ad Abraā ita loquutus est deus inter cetera. Nūquid
Abraam. celare potero Abraā que gesturus sum, ⁊c. Stans autē
Abraā coram dño ex his verbis fiducia sumpta: ⁊ ap pro
pinquans ait. Nūquid perdes iustum cum impio? si fue
rint.50. iusti in ciuitate: peribunt simul: ⁊ non parces lo-
co illi propter.50. iustos? Absit a te vt rem hanc facias: ⁊
occidas iustum cum impio. Non est hoc tuum qui iudi-
cas omnem terram. Sed nunquid deus tua ex hortatio-
ne eget o patriarcha? Cuius iuditia vera iustificata in se Psal's.18.
met ipsa? Sed non quasi facturo dño hoc dicit: sed quia
manifeste propter fratris filium Loth videlicet dicere
non audebat: cōmunes pro om̄ibus preces fundit: volēs
cum alijs hūc seruare: ⁊ cum hoc etiam alios eripere: ca- vij
ptans interim beneuolentie vlterioris locum in deo. Lo
quar inquit ⁊ ego ad te cum sim cinis: ex quo colloquio
tuo dignatus es me ansamq; prebuisti: cum tamen no- Abraam.
uerim me nō aliud fore q̄ cinerē. Scio quia puluis sum
nec ignoro mensuram meam/ vt audax irruere videar in
conclaue secretorū tuorum et tamen scio ⁊ illud: quia tu
clemens ⁊ in bonitate ditissimus. Nam alioqui quomō
perderes quos creasti: nisi tanta esset peccatorū eorum
grauitas? Quia ergo paratū dñm inuenit ad misericor- Chrysost.
diam: non quinq; iustos assumit sicut bis fecerat dicēs:
si fuerint.45. iusti: si fuerint.40. iusti: sed decem ⁊ decē
dicēs/ si fuerint.30. iusti: viginti iusti ⁊ decem iusti. Sed
ecce quia nec decem: imo nec.5. Inuēti sunt autem tres
videlicet Loth ⁊ due filie ei⁹/ vxor enim vbi respexit cor
pore: que corde egressa non fuerat: ibi remansit conuer-
sa in statunculā salis. Quoniam igitur in tātum malitia Genes.19.
eorū excreuerat q̄ alio quoddā diluuio indigeret ignis
quale prius fuit aque: promiserat autem deus se non vl-
tra per aquam perditurū gentes: ideo ignē induxit: sup-
pliciū insolitū: ⁊ ventre terre inutili facto: et relicto po-
steris monumēto perpetuo: ne talia deinceps audeant/
passuri similia. Hunc locum adduxi ex tam multis: quo- viij
niam singularis videt hic dialogus inter deū et Abraā:
⁊ omni suauitate vndequaq; refertus. Reuera autē si esi
homine res ageretur: Abraā non modo inofficiosus sed
⁊ improbus videretur: toties replicās illud: ne irascaris
puluis sum: si fuerint.30./20./10./quod nota. Ad Jsaac
similiter loquutus est deus dicens. Dabo posteris tuis Jsaac.
vniuersas regiones has complens iuramentū quod spo
pondi Abrae patri tuo. ⁊c. Hic est qui de vxore sua Re- Genes.26.
becca dixit: soror mea est/ os de ossib⁹ meis ⁊ caro de car
ne mea: quod proprie de Christo et ecclesia dicitur: cum Genes.2.
qua eūdē dñm Christū Abimelech iocātem vidit: vnde
coniugiū vtriusq; cognitum sit. Hinc illa vox ecclesie ad Genes.26.
Christū sponsum. Osculet me osculo oris sui. Quousq; Figura.
inquit sponsus meus mittit oscula per Mosen: per pro-
phetas? iam ipsius cupio ora contingere: loquatur mihi Canti.p̄.
in filio suo per quem fecit ⁊ secula verba enim hec spon-
se cuiusdam sunt: que suscepit quedam sponsaliorum et
dotis nomine dignissima munera ab spōso nobilissimo:
sed plurimo tempore moram faciente sponso: sollicita de
siderio amoris sui: ⁊ confecta ac languens amore: omnia
agens quatenus sponsum videre possit: ac eius presenti Origenes.
bus amplexibus perfrui: que cū neq; diferre amorē suū
nec adipisci se posse quod desiderat videat: conuertit se
ad orationē: orans sponsum suū dicēsq;: osculet me. Om ix
nia inquit habeo: repleta sum munerib⁹. Dudum enim
cū prepararer ad coniugiū Jsaac idest Christi regis eter
ni/ accepi in aures ⁊ armillas: obsequuti sunt mihi ange Genes.24.
li eius: deferentes ad me legem sponsalis muneris loco.
Sed ⁊ prophete in eius amorē me accenderūt: pronun-
tiantes mihi de innumeris virtutibus eius: pulchritudi Ps̄.44.
nem quoq; eius predicauerūt: speciē eius ⁊ māsuetudi-
nē veritatē ⁊ iustitiam: ita vt om̄ibus ijs ad amorē eius
integraliter inflāmarer: sed quoniā seculum iam pene fi
nitum est (quod indicat apo. dicens: nouissime loquut⁹
est nobis in filio) ⁊ ipsius quidē presentia non datur mi
hi: solos autem ministros eius video descendentes ad
me: oculi vero mei defecerunt iam pene: dicentes quan-
do consolaberis me: propter hoc ad te patrem sponsi pre Psal's.118
cem fundo: vt tandem miseratus amorē nostrum mittas
eum: ⁊ non iam per angelos ⁊ prophetas osculū mittat:
sed ipse veniat ⁊ osculetur me: ipsum audiam loquentē:
ipsum docentē. Hec enim sunt oscula que Christ⁹ porre
xit ecclesie pacem fidem ⁊ charitatē: cum nunc iam tādē
loquut⁹ est nobis pater in filio: qui olim loquebatur no
bis per patres ⁊ prophetas. De quorum numero est ⁊
Jacob. Jacob. Js enim: vidit in somnis scalam stantē super ter-
Genes.28. ram: cuius cacumē celum tangebat: angelos quoq; ascen
Figura. dentes ⁊ descendentes per eam: ⁊ dñm innixū scale dicē
tem sibi. Terra in qua dormis tibi dabo et semini tuo:
eritq; semē tuū quasi puluis terre. Dormitio hec Jacob
in itinere mortē Christi figurabat in cruce. Lapis capiti
x suppositus Christus est secundū quod homo: quem Ja-
cob vnxit vt Christus figuraret. Christus enim grece vn
ctus est latine: caput autem Christi deus est. Lapis igi-
tur capiti Jacob suppositus carnem figurat Christi con
iunctam deo assumenti. Caput enim viri Christus: ⁊ ca
p̄.Cor.11. put Christi deus est. Scala autē Jesus christus est/ sur
sum per hoc quod deus est ⁊ caput omnis ecclesie: deor
sum autem in corpore suo qđ est ecclesia. Ipse inquā sca
la est qui dicit ego sum via: ⁊ nemo venit ad patrem nisi
Joan.14. per me. Hoc igitur loco sanctus Jacob lapidem erexit in
titulum: prope quem crux postea fixa est: ibiq; vidit dñm
cruci affigēdū: vidit incarnandum: vidit moriturū: figu-
rauit resurrecturū in eo q̄ lapidem erexit: indeq; meruit
accipere terram q̄ fluit lacte ⁊ melle/ ⁊ ipse ⁊ posteri ei⁹
qui sunt israelite secundū spiritū: ad quos nouissime lo
quutus est pater in filio/ non quidem in somnis sicut ad
Baruch.3. ipsum Jacob: neq; de celo: sed in terris visus: ⁊ cum ho-
minibus conuersatus. Mosi quidem loquebatur deus
Exo.33. sicut solet loqui amicus amico facie ad faciem secundū
vulgi opinionē: cui tamen inter cetera dixit. Non appro-
pries huc (properabat enim videre ardentē rubum) sed
Exodi.3. solue calceamenta de pedib⁹ tuis: terra enim in qua stas
terra sancta est: sufficit tibi q̄ audisti: ⁊ vidisti. Tamen
Moses. Moses qui nūc vultum pallio operit. ⁊c. Post audax fa
ctus: ostende mihi inquit faciem tuam. Jgnis quidē in
Figura. rubo persequutio erat qua hebrei in luto ⁊ lateribus af
fligebantur que tamen persequutio non modo non eos
Exodi.5. cōsumpsit: sed quo magis premebant inde vberius pul-
lulabant filiorum examina. Est etiam ignis in rubo lex
Luce.p̄. in populo iudeorum que nullum peccatum consumpsit:
est ⁊ virginitas in maternitate quā virtus altissimi pro
xj texit ne adureret aliqua vel leui infamia. Est ⁊ caro ver
bi assumpta ad vnitatē personalem: est ⁊ caro Christi po
Psal's.15. sita in fornace passionis (sed non dabis sanctū tuū. ⁊c. in
cinerem verti.) aut ecclesia que in tribulatione dilatata
Psal's.4. est non consumpta. Jgnis in rubo feruor ⁊ gratia ⁊ flam
ma spirit⁹ sancti erat/ que multo tempore arsit in popu-
lo iudeor. Et tamē ita contra dei gratiam rebelles sem
per spūi sctō restiterūt: vt eor sacrilegia igne spūs sancti
consumi nequirent. Deniq; impij ardebunt: sed non con
Psal's.28. sumentur: dño intercidente flamā ignis. Si enim in li-
Luce.23. gno viridi hec fiūt: in arido quid fiet? Hec autem myste
ria quoniā sola fide intelliguntur ⁊ nisi credideritis non
Esaie.7. intelligetis: propterea Moses iubetur calciamenta sol-
uere. ¶ Jn calceamētis enim caligo omniū terrenarū ra-
tionū intelligitur ⁊ fumus sapientie egyptie quā Mo-
Exodi.4. ses optime callebat: alloqui ἄλλαλος et labijs in circū
cisis. Nullus enim ante deū digne consistere
vel deo appropiquare potest: nisi cūcta terrena ⁊ morta
Exodi.33. lia vicia deponat: quia non videbit me homo mundo vi-
uens. Aliter. veterum consuetudo erat vt si sponsus spō
sam repudiaret: in huius signū calceamentum solueret.
Deut.25. Jdeo Moses calceamēta iubetur soluere: ne ad ecclesiā
que in rubo significatur quasi sponsus accedat: quod so
li Christo seruatur: cuius calceamenta Joannes non au
Matth.3. det portare. Sepe autē terrenis simul ⁊ celestibus sub-
stantijs per angelos loquitur deus: sicut hic cum ignem
rubumq; sociauit. Quod tunc maxime agitur: cū aliqđ
magnū ex coniunctione signatur. Nam per succēsum ru- Gregorius
bū Mosen alloquens/ ostendit quia doctor populi fieret
qui ⁊ legis flāmam perciperet vt diximus: ⁊ peccati spi
nam non vitaret: vel quod ex illo populo exiret qui igne Figura.
deitatis carnis nostre peccata quasi rubi spinā accipe-
ret: ⁊ in consumptā humanitatis substantiam in ipsa di- xij
uinitatis flāma seruaret: cū nouissime loquutus est no-
bis non Mosi: in filio non per angelum: in carne nō in ru
bo. Sed ⁊ ad Josue Mosi ministrū loquutus est dñs di Josue.p̄.
cens. Moses seruus meus mortuus est. Moses inquit Josue.
mortuus est: surge: quasi viuente Mose promissa facta
ad patres impleri nequierint. Jta est. quādiu ille vixit: Roma.5.
mors regnabat: nec poterat terra a prelijs quiescere: do-
nec pater loquutus est nobis in Josue idest Christo Je-
su pax vera que de celis venit ad nos dicens: pax vobis Joan.20.
ego sum. Si ergo nunc consideres Hierusalem subuer-
sam cum omni ritu sacerdotali: introire gentes ad fidem
ecclesias extrui: dirui synagogas: altaria nō cruore pecu- Origenes.
dum respergi sed Christi sanguine consecrari: sacerdo-
tes ⁊ leuitas non sanguine pecudis sed verbum dei per
gratiā sancti spiritus ministrantes: intelliges quomodo Figura.
Moses mortuus est: ⁊ post ei⁹ mortē Jesus obtinet prin
cipatū/ qui ⁊ pascha nostrū immolatus est. Mortuus est p̄.Cor.5.
autem carne: viuit vero in spiritu: iuxta illud: inuenisti
gratiā coram me: ⁊ te ipsum noui ex nomine. Jntelliges Exodi.33.
similiter quid est quod dicitur: om̄is locus quem calca-
uerit vestigiū pedis vrī vester erit. Quod secūdū litterā stare 4.Reg.18.
nō potest: nā translatus est israel de terra sua vsq; in pre
sentē diem. Si autem vsq; ad Christum sedentē in dex- xiij
tera dei ascēdas cum apostolo: cuius in celo omnis erat
conuersatio: ⁊ queras que sursum sunt. Collo.3.cap. sem Phil.3.
per oblitus prior: intelliges que sit terra que irrigatur
duplici irriguo: que ⁊ fluit lacte ⁊ melle: ⁊ ad quam nisi Josue.15.
calcatis terrenis/ conscensus nō patet. Jntelliges deniq;
quomodo Jesus transit Jordanē: circūcidit populū dei
secūdo/ hostiū regna subuertit: diuidit terram victori po Ps̄.147.
pulo: ⁊ pacē ponit in omnes fines ecclesie: frumenti adi-
pe facians nos: ac deinceps introducens in cellam vina Judi.6.
riam. Cāti.2. Loquutus est ⁊ ad Gedeon angelus dei di Gedeon.
cens. Dñs tecum virorū fortissime: ⁊ liberabis israel de
manu Madian. scito q̄ miserim te. Et infra. si saluum fa
cis per manū meam populum: ponam hoc vellus lane in
area. si ros in solo vellere fuerit: ⁊ in omni terra siccitas
sciam q̄ per manū meam liberes populum israel. Jn ten
tatione Gedeonis hoc quod dñs pnūciare volebat ostē- Vellus.
dit: in compluto videlicet vellere et area tota circūquaq;
sicca figurare primū populū israel vbi erant sancti cum
gratia celesti tanq̄ pluuia spirituali/ de qua loquut⁹ est Deut.32.
Moses in cātico suo: ⁊ postea compluta area/ siccato vel-
lere/ figurare ecclesiam dei toto orbe diffusam: habētem
non in vellere tanq̄ in velamine sed in aperto celestem Figura.
gratiam: cum loquutus est nobis pater in filio: cuius ad
uentū sub nomine pluuie expectabat propheta dicens. xiiij
Rorate celi desuper: ⁊ nubes pluant iustum: priore inte Esaie.45.
rim populo in perpetua ariditate relicto/ quoniam ipse
prior reliquit fontem aque viuētis: sicut de illis scriptū Hiere.2.
est: quia multos dies sedebunt filij israel sine rege (habēt Osee.3.
autem Cesarem) ⁊ sine principe: ⁊ sine sacrificio ⁊ sine al
tari ⁊ sine ephod: ⁊ sine theraphim: vel secundū.70. sine
sacerdotio ⁊ manifestationib⁹. Theraphim quidē secun
dum Hieronymū proprie significat μορφώματα idest
figuras ⁊ simulacra: que nos possu- mus
in presenti dumtaxat loco cherubim ⁊ seraphim vel que
cunq; alia templi ornamenta dicere. Post passionē dñi
vsq; ad presentem diem annus.1504. paulo minus exple Judeus.
tur ⁊ quantū tēpus resideat vsq; ad finem iuditij nec an
geli norunt: ⁊ hi sunt dies multi quibus infelix synago
ga ⁊ mulier adultera hordeo pascit sicut hic dicit Osee:

es sedet contricta sine rege Christo:nudata vellere sacer
dotalium indumentorum: quoniam non suscepit eum/per
quem & in quo pater nouissime loquut9 est nobis. Hic
ergo mysterij ordinem sanct9 Gedeon prophetico spiritu
Figura. intuens: etiam secundum signum conuerso ordine petit.
Sciebat enim rorem diuinum qui est aduentus filij dei nō
solum iudeis sed etiam gentibus effusum iri:quia ex in
credulitate israel salus sit gentibus:hoc enim est q pro
ariditate velleris vniuersa terra diuini roris gratia in=
Samuel fuditur. Legimus & loquutum dominum ad Samuelē cum
i.Reg.3. adhuc paruulus esset: eo tempore quando sermo dei pre
ciosus erat:nec erat visio manifesta in israel. Ecce ego in
xv quit facio verbum in israel: quod quicunq audierit ti=
nient ambe aures eius. sequitur. Pugnauerunt philli=
stijm: & cesus est Jsrael: & facta est plaga magna nimis: &
Figura. ceciderunt .30. millia peditum: & arca dei sedentis super che
i.Reg.4. rubim capta est: & duo filij Heli mortui sunt. Que om=
nia cum resciisset Heli qui sedebat in sella sua contra viā
expectans: cecidit retrorsum et fracta ceruice mortuus
est. Erat autem .98. annorum nec dum enim transierat a le
Beda. ua ad dexteram. Beda. sciendum q cōputatio per digitos
apud antiquos huiusmodi erat. Minim9 digitus medie
vole appressus: vnum demonstrat. Medicus cum minimo
eidem vole appressus: duo. Medius qui infamis appel
latur eidem vole impressus tria. Minimus sublatus: re=
liquis duobus impressis: quattuor. Medicus sublatus
quoq: medio impresso: quinq. Medicus appressus: me
dio & minimo sublatis: sex. Minimus radici manus ap=
plicitus: septem. Cum dicis octo: medicum cum minimo
pones. Medius etiam eidē radici applicitus nouē sunt.
Indicis summitas nodo pollicis medio ad mota: decem
demonstrāt. Pollex in partem manus domesticā inflex9:
viginti. Pollicis atq indicis summitates coniuncte:
30. Pollicis medius nodus medio indicis condylo im=
pressus .40. Pollicis exterior art9 instar grece littere .g.
incuruatus ad palmā fiunt .50. index super summitatē pol
licis circūductus .60. Pollex atq index diuaricati atq
distenti .70. Pollex indici atq medio insertus .80. Indi
cis apex radici pollicis ad motus .90. Deinde transferē=
tes supputationē in manū dexteram: centum designabi=
mus vbi fuerant decem in sinistra: ducenta vbi .20/.300.
vbi .30. &c. vsq .900. Deinde mille vbi mōstrabatur in si=
nistra vnum. Mortuus est itaq heli: & eadem die mortua
est & vxor phinees filij heli: dum post occasum mariti vi=
uere non toleraret: peperitq filium septem mensium: quē
appellauerunt Jcaboth idest inglorium: q eo tēporē gloria
dei translata fuerat ad gentes/arca videlicet testamēti.
xvi Itaq pontifice corruente de sella: pōtificis sedes rema=
net vacua: et gloria sacerdotij veteris est extincta: sicq
defecit sacerdotium et pontificatus Mosaice legis: sed et
gloria israel ad gentes translata est: et collocata in tēplo
quod fidei series non lapidum structura fundauit. Hūc
sermonem quicunq iudeorum audierit tinnient ambe
aures eius: propterea q audire noluerūt patrem loquē
Deut.18. tem ad eos in filio/per quem fecit et secula. Scriptum est
& illud/prophetā suscitabo eis de medio fratrum suorum si
milem tui: & ponam verba mea in ore eius: qui autē ver
ba eius audire noluerit: ego vltor existam. Loquut9 est
& ad Dauid virum secundum cor dei inter cetera dicēs. Num
quid tu edificabis mihi domum ad habitādum? Neq enim
2.Reg.7.c. habitaui in domo ex die qua eduxi israel de terra Egy=
pti vsq ad diem hanc: sed ambulabā in tabernaculo & tē
torio per cuncta loca que transiui cum filijs israel. Nun=
quid loquutus sum ad vnam de tribubus israel: cui pre=
cepi vt pasceret populum meum: dicens: quare non edifi
Vide iudi. casti mihi domum cedrinā? Fere enim de omni tribu fue
per totum. runt duces in iuda. De tribu leui Moses et Aaron. De
tribu Ephraim Josue. De tribu Juda Othoniel. De tri
bu Manasse Jephthe. De tribu Beniamin Aioth & Saul.

De tribu Nephthalim Barach. De tribu Zabulō Ailō. xvij
De tribu Dan Sāson. De tribu Jsachar Thola. Dic er=
go o Nathan seruo meo Dauid. Ego tuli te de pascuis se
quentem greges: vt esses dux super populum meum: et
fui tecum vbicunq ambulasti: & interfeci oēs inimicos
a facie tua: feciq tibi nomē grande iuxta nomē magnorum
qui sunt in terra: & requiem dabo tibi ab omnib9 inimi
cis tuis. cum autem completi fuerint dies tui: & dormie
ris cum patribus tuis: suscitabo semen tuum post te: qd
egredietur de vtero tuo (is autem vterus viscera beate Canti.7.
virginis sunt aceruus tritici vallatus lilijs) et firmabo
regnum eius. Jpse edificabit domum nomini meo: et stabi=
liam regnum eius vsq in eternum: quoniam regnum eius re= Daniel.7.
gnum omnium seculorum. Ego ero ei in patrem: & ipse erit
mihi in filium: in filium inquā in quo loquutus est nobis
nouissime pater. Non igitur ob aliud viuente adhuc pa
tre suo Dauid Salomon regnare cepit: quod nulli alij re
gum iuda contigit excepto Joatham: de quo vide .2. Pa=
ral. 26. cap. nisi vt hinc quoq satis eluceat: nō esse ipsum
Salomonē quem prophetia ista designat: sed ille cuius 3.Reg.10.
vultum venit videre & adorare regina Saba: qui edifica
uit sibi ipsi domum: suffulsit columnas septem: immolauit
victimas. &c. Prouerb. cap. 9. Agnoscimus enim dei sa Prouer.9.
pientiam hoc est verbum per quod loquutus est nobis pa
ter in vtero virginali (paradiso delitiarum) domum sibi ex Hierony9.
truxisse corpus humanum: & huic tanq capiti mēbra eccle Figura.
siam subiunxisse: martyrum victimas immolasse: mēsam
in vino & panibus preparasse/secundum ordinem Melchi=
sedec sacerdotium instituisse: insipientes & inopes sensu Ps.109.
vocasse: imo & claudos cecos & debiles: ex quo venire de Luc.14.
trectauerunt qui primum inuitati fuerant. Salomon qui xviij
dē templum edificauit dño: sed non post mortem Dauid
suscitatus est: qui ante mortē patris regnare cepit vt di=
ximus: nec tamen regnum eius eternum fuit cuius successio
sicut alias diximus in Ochozia defecerat penitus: nisi 4.Reg.11.
instauraret ex posteritate Nathan fratris Salomonis.
Quomodo autem filius vocatur dei patris Salomon &
non magis ipse Dauid pater eius vir secundum cor dei Actu.13.
cum de Salomone scriptum sit .3. Reg. 11. cap. colebat Sa=
lomon Astartem deam sidoniorum: & chamos deum Moa
bitarum: & Moloch idolum Ammonitarum: Itaq verus
Salomō qui egressus est de vtero ipsius Dauid qui edi
ficauit domum deo viuenti: cuius nomen est princeps pa
cis: & cuius regni non erit finis: ille est qui egressus est Esai.9.
de femore Abrae: & in quo nouissime loquutus est nobis
pater. Habes patres quibus loquutus est dñs multifa
rie. Loquutus est & in prophetis: quorum prior et ordine
& dignitate: euangelium magis videt describere q pro
phetiam. Cōsolamini consolamini inquit populum meum
dicit deus vester. Loquimini ad cor Hierusalē & aduo= Esai.40.
cate eam: quoniā completa est malitia eius: dimissa est xix
iniquitas illius Egrotauerat Ezechias vsq ad mortē:
& cum audisset ex ore Esaie: dispone domui tue quia mo= Ibid.38.
rieris: conuertit faciem ad parietē & fleuit: vnde meruit Esaias.
audire iterum ex ore prophete: ecce ego adijciam .15. an
nos super dies tuos. &c. Non precatus est Ezechias vi=
tam & annos plurimos: sed in dei iuditio quid velit pre
stare dimittit. Nouerat enim idcirco deo placuisse Sa= 3.Reg.3.
lomonē q annos vite non petierit ampliores. Fleuit au
tē fletu magno/propter promissionē dñi factā ad Dauid
quam videbat in sua morte perituram. Eo enim tempo=
re Ezechias filium non habebat: sed post tertium annum
concesse vite genuit Manassen. Ergo iste omnis est fle=
tus: q desperabat Christum de suo semine nasciturum. Alij Hierony9.
asserūt q vis sanctos viros morte terreri propter incer=
tum iuditij & ignorationē sentētie dei: quā sedem habi
turi sunt. Simulq fati q̄stio soluitur: ac necessitatis vin Fatum.
cula atq causarum: q nequaq dies mortis singulis presti
tuta sit: sed voluntate dei & ignotis mortalib9 causis vel

viuat aliquis vel moriatur: presertim cum statuta nunc
Augusti9. mortis necessitas differatur: & post mortē resuscitatos
plurimos legam9. Sed dum Esaias duas prophetias sibi
met inuicē contrarias eadē hora protulisset: necesse erat
vt alteram earum que facienda esset: signi ostēsione firma
ret. Unde vt rex qd dicebatur indubitāter crederet: so=
lis in ortum ab occasu per decem horas cursum recidiuo
deus tramite retorquebat: quatenus indē veluti mane
Figura. iterum festinare inciperet qui diei totius exceptis duab9
xx horis cōsummasset spatium: per quas duas horas vt multi esti
mant celi cursu de occasu in ortum reuertitur vt dies inte
Tho.2.2.q gra rursum sine interueniente nocte in ortu innouaret:
stione.171. vt videlicet duos dies in hac vice in luce concluderet.
ad.6. Etiamq lunam reuerti cum sol est reuersus minime du
Josue. bitamus: sicut stetit cum sol stetit. Josue cap. 10. propter
quod & maris ipsa vicissitudo impedita esse nō negatur:
vt de cetero conuenienter qualiter cotidie fieri solet cum
lune cursibus comitaretur naturam. tantumq tēporis ei9
vite se dixit dñs addere quibus nasciturus tunc filius/
Augusti9. mortuo patre regnum patris valeret gubernare. significa=
uit autem solis reuersio ex occasu ad ortum/q Ezechias
ex faucibus mortis ad incipientis vite gaudia reuoca=
retur. Per idem igitur tempus audito Merodach Ba=
ladam Rex Babylonis q egrotasset Ezechias & conua=
luisset/misit ad eum munera & libros: quasi congratulans
saluti eius. Rex autē elatus in superbiā: ostēdit eis quic
quid preciosum erat in domo sua & in thesauris suis. Post
que cum introisset ad eum Esaias: quereēs qui essent illi nun
tij Merodach: & rex exponeret ordinē rei itulit Esaias
ex ore dei. Ecce dies veniunt & auferent omnia q̄ in do
mo tua sunt in Babylonē (hoc modo Sāson permissus
Judi.15. est torqueri siti grauissima: q sue virtuti victoriā in ma
Josephus. xilla factā tribuerit Josephus) & de filijs tuis quos genue
ris erunt eunuchi in palacio regis Babylonis. Et rex
fiat tantum inquit pax & veritas in diebus meis. Propter
qd merito reprehenditur a iudeis vt qui non sit imita=
tus bonitatē Mosi dicētis: aut dimitte eis noxā hanc. &c.
Exodi.32. sed dixit: fiat tantum pax in diebus meis: nihil curans in
terim de populi prosperitate. Unde dñs mittit qui cōso
letur populum dicens non semel sed bis/cōsola. consolami
xxi ni populum meum: quoniā cōpleta est malitia ei9. &c. Et vn
de ostendis completā malitiam & iniquitatē dimissam?
Esa.40. Quoniā is inquit qui olim loquebatur nobis per ange
los sicut loquut9 est ad Mosen & ad Jacob: & in patriar
chis sicut in Abraā & Jsaac: & in legis datione ad popu
lum israel & ad Josue vt populum in terrā promissam indu
Beda. ceret: & in Gedeon & Sāson & ceteris iudicibus per quos
ipse populum regebat: et in Samuel & ceteris sacerdoti=
bus: & in Dauid & Salomon & ceteris regibus: & in pro
phetis sicut in Esaia: per quem populum alloquitur di
Sm.70. cēs/conso. conso. populum meum: nouissime loquut9 est no
bis in filio per quem fecit & secula. et hi sunt nouem gra
Figura. dus in horologio achaz per quos descendit Christus ad
homines. Cum vero decimum descenderit de quo apo. fact9
Philip.2. obediēs vsq ad mortē crucis: hoc erit signum perfecte sa=
nitatis & vite reparate in homine. Quib9 excursis: post
resurrectionē suam imposita humeris oue: rursus sol iu
Luce.15. stitie Christus per eosdem gradus sursum in celum ascen=
dens: omnē illam vmbram legis veritatis radijs illustra
uit. Loquutus est & per Hieremiā cui ostēdit & virgam
Hieremias vigilantē siue festinātē aut amigdalinā vel nuceam & suc
Cap.pmo. censam ollam/et incarnati verbi mysterium sub nomine
Cap.31. creationis cum dixit: creauit dñs nouum super terram: femi
xxij na circūdabit virum: qui iuxta incrementa quidē etatis per
vagitus & infantiā proficere videbitur sapientia & etate:
Hierony. sed perfectus vir in ventre femineo solitis mensibus cō
Luce.2. tinebitur. Priusq enim sciat puer reprobare malum. &c.
Esaie.7. Damascenus. Dicēs priusq sciat. &c. eliget bo=
num: ostendit q nō secundum nos inquirens & consultans:

sed deus existens: & deitus qd secundum carnem erat sustē=
tans: hoc est secundum hypostasim coniunctus carni: ipso
suo esse: & sciendo omnia: ex natura habuit scientiam bo=
ni. Naturales enim sunt virtutes: et naturaliter et eque Damasce.
omnibus insunt: & si non omnes eque operemur ea que
sunt nature. Nam ex eo qd secundum naturā in id qd pre=
ter naturā per transgressionē lapsi sumus. Uersum dñs ex
eo qd preter naturā ad id qd secundum naturā nos repara
uit: hoc enim est secundum imag. et similitudinē. Et exerci= Genes.1.
tationes & huiusmodi labores: nō ad acquirendum virtu=
tem q forinsecus sit inducenda excogitati sunt: sed ad in
ductam & preter naturā prauitatē expellendā. Quemad
modum & ferri rubiginē/non naturalē existentē: sed ex ne=
gligentia contractā: per laborē detergentes: naturalē fer
ri splendorē nitescere facimus. Hoc tamen qd de virtuti
bus diximus maxime de protoplasto intelligitur: de quo
dicitur/fecit deus hominē rectum: etiam iuxta corpus. Eccle.7.
Nos vero semiuiui nascimur: et expoliati gratuitis: in Luce.10.
naturalibus vulnerati: habemus tamē inclinationē na=
turalē ad omne bonum: quibus tamē velle hoc adiacet im
potens. &c. Rom.7. Neq enim inducimus errorē Pla= Plato.
tonis ponētis/animas ante corpora creatas: virtutibus
ornatas mirifice tum & scientia: verum ex immersione corpo
rum hunc anime ornatum situm duxisse: contraxisseq labē que
assidui vsus exercitio esset detergenda: donec pristinus
decor reparetur. Unde & dicebat nostrum addiscere esse
quoddā reminisci. Est ergo sensus. Cum hoc q tanq puer
vescetur melle & butyro: etiam simul habebit omnē sciē
tiam in etate puerili idest boni maliq discretionem. Lo Ezechiel.
quutus est & ad Ezech. dicens. Porta hec quam vides
versus orientē/clausa erit & non aperiet: & vir videlicet Cap.44.
Joseph non transiet per eam: quoniā dñs deus israel in
gressus est per eā deus: egressus autē homo deus tanq Psal.18.
sponsus de thalamo suo: eritq clausa a principio. Mira=
bilis prophete visio: mirabilior prophetie adimpletio.
Porta erat clausa: clausa erit: eritq clausa a principio. Ec= Cantico.4.
ce clausurā triplicem. sicut alibi legis: hortus conclusus
virgo nubilis: hortus conclusus virgo nupta: fons signa=
tus: virgo et mater. Jta enim fons iste ad nos deriuauit
aquas vitales: vt ipe semper signatus permaneat: cuius Maria.
clauē is habet q est alpha & O. Et vnde hec porta clau=
sa erit? Quoniā inquit dñs ingressus est per eā. Ex eo
enim nullus accedere potuit ad fontem Abisac sulami=
tis: q fouit regē & dormiuit cum eo. Uirgo igitur erat tri= 3.Re.p.ca.
plici munita custodia: & tamē desponsata. Et vt qd despō
sata? Aptum ad incarnationē dñicam tempus iam diu in
de a mundi constitutione prouisum atq ordinatum tūc ve Basilius.
nerat: ex quo spūm sanctum & altissimi virtutē deiparā il=
lam constituere carnē oportebat. Quoniā vero ea tempe xxiij
state nulla puritate par Marie virginitas inter homies
ad effectum sancti spūs excipiendum est reperta: sub nomi=
ne alioqui nuptiarum que virginitatē ipsam minime com
macularet: vt eligeretur aptissima fuit. Jnde autē & vir= Satan.
ginitas principē seculi latuit: nuptiarum nomine suspen=
sus. Uirgines nāq in primis obseruabat/quarum vnā pa
rituram ex propheta legerat. Jtaq virginitatis insidiator
obseruatorq sub matrimonij spē factus ignorans a ma=
lignitate abstinuit. Prophete verba hec sunt. Ecce vir= Esaie.7.
go concipiet (ipsa est virago q sine viro cōcepit) & pariet Genes.2.
filium. Reuera autē sicut dicit Hieronymus vt cum iudeis
conferamus pedem & nequaq contentioso fune prebea=
mus eis risum nre imperitie: virgo hebraice Bethulah
appellatur: qd in presenti loco nō scribitur: sed pro hoc
verbo positum est Almuth: qd preter septuaginta q posuerunt
ἡ παρθένος, omnes adolescētulā transtulerunt. Porro Hierony9.
Almuth apud eos verbum ambiguum est
Dicitur enim & adolescentula & abscōdita qd Grece di.
ἀπόκρυφος ceterum iuxta hebraicam veritatē: textus
iste Ecce virgo. &c. ita legitur. Esaie.7.ca.

Maria. הִנֵּה הָעַלְמָה הָרָה וְיֹלֶדֶת בֵּן וְקָרָאת שְׁמוֹ
עִמָּנוּאֵל׃ חֶמְאָה וּדְבַשׁ יֹאכֵל לְדַעְתּוֹ מָאוֹס
בָּרָע וּבָחוֹר בַּטּוֹב׃ Ergo Almuth nõ solum puella
vel virgo sed cū epitasi idest in
tensione virgo abscondita dicitur et secreta q̄ nunq̄ vi
rorū patuerit aspectibus: sed magna parentū diligentia
Luc. pmo. custodita sit iuxta illud: quoniā virum nõ cognosco. Tu
Hieronym⁹. dicis o Heluidi: Mariā virginē non permāsisse post par
tum: ego mihi plus vēdico: etiam ipsum Joseph virginē
fuisse per Mariā: vt ex virginali cõiugio virgo filius na
sceretur. Si enim in virum sanctū fornicatio nõ cadit: ⁊
aliā eum vxorē habuisse non legitur: Marię autē quā pu
tatus est habuisse custos potius fuit q̄ marit⁹: relinqui
tur eum virginē mansisse cum Maria: qui pater dñi me
ruit appellari: sicut ⁊ alter Joseph saluator mundi: eo q̄
Genes. 41. dñę suę noluit in stupro misceri. Et vide mihi virginita
tis encomia: postq̄ defecerunt Sarę muliebria: dicitur
Genes. 21. Abrae. Omnia quecūq̄ dicit tibi Sara: audi vocē eius.
Que non est in partus anxietatibus ⁊ dolore: q̄ deficien
tibus menstrui cruoris officiis mulier esse desiit: a dei
Genesis. 3. maledictione fit libera: nec est ad virū cõuersio eius: sed
econtrario vir subiicitur ei: ⁊ voce dñi pręcipitur/oĩa. ⁊c.
Cęterū nihil prodest carnem habere virginē ei qui mē
xxiiii te nupsit. Hec Hieronym⁹. Alma igitur virgo est: etiam
lingua punica q̄ de hebręorū fontibus manare dicitur: ⁊
non solū virgo sed iunioris ętatis ⁊ nubilis: potest enim
esse virgo q̄ ⁊ vetula sit. Hec igitur virgo nubilis puella
Ezech. 44 secreta/porta est illa orientalis per quā ingressus est ad
nos sol iustitię in quo ⁊ per quem pater loquut⁹ est no
bis. Jd cū paruulus esset ⁊ nec dū per humani corporis
officiū loqueretur/cū verbū esset in principio apud pa
Ephes. 2. trem: ⁊ ipsis qui factur⁹ erat vtrisq̄ vnū: per angelos ad
Luce. 2. iudęorū pastores loquutus est: stellā ad gentes destinās
Matth. 2. Legerant enim ⁊ ipsi scriptū in visionib⁹ Ba
laam: videbo eū sed non modo: intuebor illum sed non p
Nume. 24 pe. Orietur stella ex Jacob ⁊ consurget virga de israel: ⁊
percutiet duces Moab: vastabitq̄ oĩes filios Seth: et
erit idumęa possessio eius. Qd igitur in oriente astrum
visum est: nouū quippiā et insuetum ęstimandū est: nec
quicq̄ habere illud similitudinis cū consuetis aliorum
astrorū cursibus: sed id genus fuisse cuius sunt per tēpo
rum interualla cometę siue pogonię aut pithi. Atqui ob
seruatū est cum maximis in rebus tum in ingenti terre
narū rerū varietate astra istius modi exoriri: portende
req̄ vel imperii mutationē vel belli originē/vel horum
Origenes. aliquid simile qd ⁊ accidere mortalibus solet: ⁊ terrena
ista concutere. Si igitur in supradictis casibus id oritur
astrū qd nos cometen dicimus: quid mirū si cū is nasce
retur qui esset ad hominū genus noua quedā ⁊ insolita
perlaturus: inducturusq̄ non solum iudęis verū ⁊ gen
Stella. tibus omnibus disciplinā cęlestem/stella sit perlucens
exorta? Ipse vero affirmare ausim nulla vsq̄ extare de co
metis his vaticinia: vt sub hui⁹ illius ve regis imperio
futurū esset vt cometes sic exoriretur: cum tamen de stel
xxv la nato Jesu oborta/Balaā tanto ante tēpore predixerit.
Vide hic Chryso. de tēpore quo stella hec apparuit his
sanctis Magis videlicet biennio ante natū Christū vel
q̄ biēnio elapso: peruenerūt Hierosolymā. Unde Hero
Matth. 2. des iussit occidi pueros a bimatu ⁊ infra. Et de. 12. vi
ris ex semine Balaā expectātibus ortū stellę super mon
tem victorialē: quorū vno diem obeunte: substituebatur
alius. ⁊c. deq̄ puero viso in stella cū signo crucis: cui⁹ ius
su profecti sunt in iudęā. ⁊c. Ubi igitur lux hec noua ap
paruit in terra: Magi apparentis stellę causam conqui
rentes: ⁊ non mediocrē hanc esse contēplati: cū signū spe
ctarent in cęlo quod diuina non humana pre se ferret: cę
pit cupido animū illorū quid illud portenderet peruide
re, intellexerūt igitur hominē demigrasse ad vitā: et na

tum esse quē prophetę cū stellę indicio iam pridem ven
turū denūtiassent. Cum igitur natū quidē regem intel
ligerēt: locū autem ignorarent natiuitatis. (Non enim
legerāt nõ est hic aliud nisi dom⁹ dei idest Bethlehē. ⁊c.) Matth. 2. Genes. 28.
sequentes stellę ducatū: terram rumorib⁹ implent dicē
tes: vbi est qui natus est verbū qd erat in principio apd
deū: ⁊ in quo nouissime loquutus est nobis pater? sed si
multifarie loquutus est deus patribus/in prophetis/in
figuris/in somnis/⁊ visionibus: sicut ex predictis patet
vel ex parte: qd cõfirmatur per illud Osee: loquut⁹ sum Osee. 12.
per pphetas: ⁊ visiones multiplicaui: quid est illud qd
scriptū est in Job: semel loquit deus: ⁊ secūdo id ipsum Job.
non repetit? Cap. 33. sed horū verborū hic sensus videt.
Semel loquitur deus ⁊ secūdo id ipsum nõ repetit: hoc
est in his q̄ per scripturā sacram ad patres nr̄os protulit
etiā nos erudire curauit: quoniā cogitationibus vel tē
tationib⁹ singulorū non iam passim per prophetarū vo
ces nõ per euangelica officia satisfacit: quia scriptura sa
cra quidquid potest singulis euenire cõprehendit: atq̄ Gregorius
in illa per exempla precedentiū etiam vitam sequētiū ⁊
qui post nos futuri sunt informare curauit. Semel locu xxvi
tus est per vnigenitū suū: ⁊ adhuc sapientia clamitat in Puerb. p.
plateis/impios deterrens: ⁊ bonos exhortans ad perse
uerantiā: iuxta qd dicit: esto fidelis vsq̄ ad mortem. ⁊c. Apoca. 2.
Quod igitur semel patribus loquut⁹ est: etiā nostrū im
pleuit auditū quia ⁊ nos in parentibus instruebamur.
Ad virū enim tantū dictum est: in qua hora comederis: Genes. 2.
morte morieris: ⁊ tamē fęmina transgrediens preceptū/
quod ex ore audierat coniugis: duplici pęna mulctatur.
Quāuis hoc qd ait/semel loquitur deus intelligi subti
lius possit: q̄ pater vnigenitū cõsubstantialē sibi filium
genuit. Loqui enim dei est verbū genuisse: sicut dicitur
dñs dixit ad me: filius meus es tu: ego hodie genui te. Psalm. 2.
Semel autē loqui dei est: verbū aliud preter vnigenitū
nõ habere/vnde subdit: et secundo id ipsum non repetit
quoniā hoc ipsum verbū non nisi vnicū genuit. Quod
autē nõ ait: loquutus est: sed loquitur: nec pręteritū tem
pus ponens nec futurū: liquet quia deo non pręteritū tē
pus congruit nec futurū. Tantoq̄ in deo quodlibet tem
pus ponitur libere quāto nullū vere: ⁊ inde David pre
teritū copulauit presenti dicēs: ego hodie genui te. Hoc
igitur verbū semel loquitur deus: ⁊ semel loquutus est:
vt pro perfectione natus dicatur: ⁊ semper nasci p eter
nitate. Hoc igitur verbū secūdo non repetit deus: qui tū
multifarie olim loquutus patribus in prophetis: nouis xxvii
sime loquutus est nobis in filio/non quidem ex se idest
ex substantia sua (sed ex vtero virginis) secūdo nato. Se
mel genuit filiū pater ex vtero ante luciferū: hoc est con Ps. 109.
substātialē ⁊ coęternū sibi: qd tamē verbū videtur secū
do repetitū: cū caro factū est ⁊ habi. in nobis: quoniā et Joan. pmo
si semel loquutus est deus: hoc est deū filiū genuit: nos
tamē iam duo hec audiuim⁹: deus homo ⁊ homo deus: Psalm. 61.
dei filius: ⁊ hominis filius: de quo nūc apostolus dicit:
[per quē fecit ⁊ secula.] Jn filio autē per idē valet quasi
dicas per filiū. Dicendo aūt olim: illud insinuat: quoniā
multo in mediū tempore percurrēte: quando iam pene
desperati eram⁹: ⁊ spes salutis nulla reliqua fuerat: sed
in obliuionē videbantur esse merita patrū/⁊ promissio
nes factę ad illos/tūc ampliora dona percepimus. Tem
pus enim instituit dñs promissis suis: ⁊ temp⁹ eis que
pmisit implendis. pmissionū tēp⁹ tēpora habuerūt pro
phetarū a tempore Abraā vsq̄ ad Joannē baptistā. Ab
illo autē vsq̄ in finē tēpus est implendi q̄ promissa sunt.
Prophetandū autē fuit qd implendum erat: ne ex inopi Augustin⁹.
nato apparens nõ agnosceretur: sed creditus expectare
tur. Quia autē rex regū venturus erat: magnā propheta
rum ⁊ preconū seriem precedere necesse fuit. Si enim
sic vix creditus est: quomodo crederet subito visus de Chrysost.
homo inter homines? Loquut⁹ est autē ab antiquis tē

poribus populo suo per angelos: patres ⁊ prophetas: et
per semet ipsum sicut patet ex precedentibus: vt paula
tim assuefierent ⁊ crescerent in cognitione mysteriorū
xxviii fidei ⁊ veritatis/ q̄ per Chrm nobis pater loquut⁹ est.
Ostenditur autem triplex differentia ex verbis aposto
li inter legem et euangeliū: videlicet ex tēpore: ex legis
latore: ex modo tradendi veritatē. Primū ostēditur cū
dicit Olim ⁊ nouissime: quoniā que sunt posteriora ge
Phs. neratione sunt perfectione priora. gratia perficit natu
ram: ⁊ charitas expellit timorē. Jdeo similis est proces
sus gratię sicut ⁊ naturę suo mõ. Jn cognitione autē na
turali proceditur a confuso ad determinatū. Hoc modo
veritas q̄ in vmbra tradebatur in lege: nunc refulsit de
sub nubilo/postq̄ de terra orta est. Secūdo quoniā vete
Ps. 84. ris testamenti Moses minister fuit: Christus autem no
ui: vnde dicit: patribus: in prophetis: nobis autē in filio.
Tertiū ex duobus infertur: quoniā Moses idest lex ve
Exo. 34. lata facie loquebatur populo: Christus autē in gloria vi
sus est. Matth. 17. Quid est enim q̄ Moses crebro in
trat ⁊ exit tabernaculū: nisi q̄ is qui int⁹ ad paradisum
2. Cor. 12. vel rapitur: foris infirmantium necessitatibus vrgetur?
Nume. 7. Unde audiebat vocem loquētis sibi de propitiatorio qd
erat inter duos cherubim: quia per angelicā visionē nõ
Beda. in sua substātia apparuit de⁹ Mosi: vel quia per vtrūq̄
testamentū consona voce ad fidem veritatis nos erudit:
vel quia per filiū qui duorū testamentorū mediator appa
xxix ruit in carne loquutus est pater humano generi nõ iam
in igne rubi/aut in aurę tenuis sibilo. Hūc igitur deus
pater constituit dñm vniuersorū: iuxta illud: omnia q̄ ha
Joan. 13. bet pater mea sunt. Hoc quo ad id qd deus est. Data est
mihi omnis potestas in cęlo ⁊ in terra. Matth. vlti. hoc q̄
ad id qd verbum caro factū est: propter qd deus pater
Phil. 2. exaltauit illum. ⁊c. per hunc autem fecit et secula. Exeat
igitur nescio quis infidelis Arrianus aut Eunomius ⁊
dicat: quia verbū dei factum est. Quod si factū est: per
Joan. pmo. quod aliud verbū factū est? Uel quomodo erat in princi
pio verbū apud deū: si factū est? Si igitur erat in princi
pio: quando factū est qui semper erat? Si autem nõ sem
per erat: quomodo erat in principio? Uerbū igitur erat:
⁊ deus erat: ⁊ semp erat: hoc est in principio erat: et apd
deum erat. Uerbū quia non a se: deus quia cõsubstantia
lis patri: semper quia ęternus: apud deum: quia in pro
pria subsistētia: per quod pater fecit ⁊ secula ⁊ quicquid
cum seculo factum est: vt sit ipse in omnibus primatū te
nens. Collos. p. [Qui cum sit splendor glorię ⁊ expres
sa imago substantię illius (Joānes autē dicit: erat lux ve
ra: sed nec splendor est nec lux) portetq̄ omnia verbo vir
tutis suę siue potentię suę: per se met ipsum purgatione
facta peccatorū nostrorū: consedit in dextera maiestatis
in excelsis: tanto prestantior angelis effectus: quanto ex
Phil. 2. cellentius pre illis nomē sortitus est.] Nomen quod est
super omne nomē. Semper quidem religioso opus est
Origenes. nobis intellectu ⁊ castis auribus: maxime vero vbi de
deo vel loquimur aliquid vel audimus: quoniam nec ad
loquendū digne de deo lingua sufficit: nec ad percipien
dum prevalet auditus: nec sufficit cor ipsum tam ardua
Esai. 6. rimari: vbi omne scrutiniū caligat/etiam ipsorum Sera
phim qui velant facies suas: imo et faciem dei. Multa
enim de deo intelligimus: q̄ loqui penitus nõ valemus:
multa recte loquimur: q̄ intelligere non sumus idonei.
Augusti⁹. Quod vbiq̄ deus sit scimus ⁊ dicimus: quomodo autē
vbiq̄ sit intellectu nõ capimus. Totū quod est laudabi
le in creaturis: simul est in creatore a quo habem⁹ ⁊ esse
Actu. 17. ⁊ bene esse ⁊ beate viuere: ⁊ ęternaliter viuere: in ipso
xxx mouemur ⁊ sumus. Sed quomodo quis explicet? Omi
ergo sensu qui corporeū aliquid de deo suspicat lõge re
Origenes. pulso: dicim⁹ sm veritatē quidem/deū incõprehensibi
lem atq̄ inęstimabilem. Siquid enim est ait Orige. qd
sentire vel intelligere de deo potuerimus: multis longe

modis eū meliorē esse ab eo qd sentimus necesse est cre
di. Sicut enim si videamus aliquē vix posse scintillā lu
minis aut breuissimę lucernę lumē aspicere ⁊ eum cui⁹
acies oculorū plus de lumine capere q̄ diximus non va
let: si velimus de claritate ac splendore solis edocere: nõ
ne oportebit nos ei dicere: quia omni hoc lumine qd vi
des ineffabiliter ⁊ inęstimabiliter melior ac prestātior
est solis splendor? Jta mens nr̄a cum intra carnis ⁊ san
guinis claustra cõcluditur: ⁊ p tali materię participatio
ne hebetior atq̄ obtusior reddit: licet p cõparatione na
turę corporeę longe precellens habeatur: tamen cū ad in Phs.
corporea nititur: atq̄ eorū intentionē rimatur: oculos
putes eam habere nicticoracis an poti⁹ talpę ⁊ vix scin
tillę alicuius lucernę obtinere locū. Jnterdū autē ⁊ ocu
li nostri ipsam naturā lucis idest solis substantiā intue
ri non possunt sicut legimus in Heli sacerdote: splendorē p. Reg. 3.
vero eius vel radios fenestris forte et quibuscūq̄ aliis
receptaculis breuibus infusos intuētes: cõsiderare pos
sumus/fomes ipse ac fons quantus sit luminaris orbis.
Jta ergo quasi radii quidā sunt dei naturę opera diuinę
prouidentię ⁊ vniuersitatis huius ad cõparationē eius
de quo dicit apo. Qui cū sit splendor ⁊ character substā
tię dei patris. Ergo mens nr̄a ipsum per se deum sicuti xxxi
est intueri non potest: ex pulchritudine tamen operū ⁊
decore creaturarū parentē vniuersitatis intelligit. Qd
si vniuersa q̄ conspiciunt vix scintilla vna sunt operū ei⁹
quomodo intelligimus qd dicitur: qui cū sit splendor et Job. 26.
figura expressa ex archetypo? Sciendū igitur secundū
Chrysost. apostolum non potuisse q̄ voluit exprimere: di Chrysost.
cens cū sit splendor. ⁊c. Nec est mirandū. Nam ⁊ dei vo
cabulū non est proprie index essentię: nec illius essentię
propriū potest vllum vocabulū reperiri. Et quid mirū
cū nec in angelo propriū nomē inuenias qd eius decla
ret essentiā. Arbitror autē q̄ nec animę reperta est apta
denominatio. Nam eādē rem nunc animā: nunc cor: nunc Anima.
spiritū: nunc mentē reperies appellari. Quis autē mun
di cõplementū ⁊ integrū ornatū aut verbis explicuisse:
aut mente se penitus attigisse confidat? Cuius primor
diorū minutissimas particulas Phi quantūlibet inge
niosi et studiis indagandarū rerum naturę intētissimi:
certa rõne assequi nõ potuerūt. Socrates cū per omnē Socrates.
vitā rerū scientię incubuisset: hoc vnū se scire professus
est: nihil scire. Plato ad particularia descendentib⁹ de Plato.
scribenda: silentiū indixit: q̄ de illis quid certū afferri
posset credidit ignorari. Aristoteles vltimas rerū diffe Aristotil.
rentias nobis mõstrauit ignotas: ⁊ ad sublimiora natu
rę mysteria indagāda nos quasi noctuas ęxistimauit aut
talpas. Nõ hic agim⁹ de prima rerū cõgerie indigestaq̄
mole aggregāda non de suarū partiū discretione: non de
earū ad certos numeros mēsuras põderaq̄ cõuentu: nõ Genes. p.
quomodo ad preceptum dei iubentis creata est lux: et
aquę produxerūt oĩe reptile animę viuētis et volatile xxxii
super terrā: terraq̄ parturiens germinauerit herbā vi
rentē ⁊ lignū pomiferū faciens fructū iuxta genus suū:
vel quomodo de limo terrę formauerit hominē: afflaue
rit animā: deq̄ costa dormiētis viri ędificauerit fęminā Genes. 2.
licet hec mira ⁊ inexplicabilia sint et imperuia omni ca
ptui humano. Jllud potius inquirimus quid est qd di
citur: qui cū sit splendor ⁊ caracter substātię dei patris.
Quis enim enarrabit generationē eius? Oportet igit Esai. 53.
vt ego arbitror ait Basilius eos qui aliquid curāt de ve Basilius.
ritate: corporeas similitudines omittere: ne cogitatio
nes de deo imaginatione materiali contaminēt. Nõ est
enim deus lux: sed per quē facta est lux: ⁊ tū dicit Chri p. Tim. 6.
stus splēdor lucis ęternę imo eius qui lucē habitat inac
cessibilē. Jntelligam⁹ autē imaginē inuisibilis dei non
sm artificiosas has imagines ad exēplar postea elabora
tam: sed coexistentē ⁊ cõsubsistentē cū eo qui ipsi substā
tiā dedit idēq̄ cū primitiuo existētē: nec imitatione figu

ratã: sed tanq̃ sigillo aliquo tota patris natura filio im-
xxxiij pressa: aut si vis qualis artiũ sit constitutio tota ex docẽ
tibus in discipulos immissa: cũ nihil desit docẽtibus: et
perfectio adsit iis qui didicerunt. Uel qualis est intelle
ctionis natura motibus mentis sine tempore cõstituta.
Itaq; imago dicitur filius: et est imago genita: et splen-
dor maiestatis dei: & sapiẽtia et virtus & iustitia dei: nõ
vt habit⁹: neq; vt aptitudo sed viua substantia & operãs
ac splendor maiestatis dei: quapropter et totũ in seipso
patrẽ ostendit: ex tota eius maiestate coruscatus: ex vte-
Ps. 109. ro ante luciferũ. Quod dico non vt habitus: illud intel-
ligo: quoniã quibuscũq; forma vel figura adiacet: iis idẽ
titate qualitatis inest formarũ similitudo. Qui vero si-
Esaie. 40. ne forma & sine figura natura est (quam inquit propheta
& 44. cap. imaginẽ facietis deo?) reliquũ est vt similitudinẽ in sub
stantia ipsa & equalitatẽ nõ in mẽsura magnitudinis aut
molis sed identitate virtutis possideat. Unde cum au-
dis/qui cum sit splendor & figura: non accidens aliquod
intelligas/aut habitũ adiacẽs: sed naturã intellige sem-
Infra. hoc. c. per pullulantẽ eum qui baiulat verbo virtutis sue pon-
dus rei vertibilis: hoc est deũ patrẽ germinantẽ imagi-
nem penitus equalem sibi. Itaq; cum eorum q̃ de deo di
cuntur nomina hec quidẽ insint quedã vero non insint:
ex his duobus negatione videlicet eorũ que absunt/et
eorũ que insunt confessione sequutis: character dei no
Exodi. 3. bis vt cũq; imprimitur: licet melius capiamus quid nõ
sit: q̃ id qd est: qui dixit ego sum qui sum. Splendor igi
tur cũ esset hoc est in forma dei equalis patri: vt capere-
Philip. 2. tur a nobis/semet ipsum exinaniuit: vt per hanc exina-
nitionem nobis plenitudinẽ sue diuinitatis ostẽderet:
xxxiiij verbi gratia: si facta esset aliqua statua talis q̃ magnitu-
dine sui totũ orbem impleret; & pro sui immẽsitate a nul
lo cõsiderari valeret: fieret autẽ alia statuncula mẽbrorum
Analogia. ac vultus lineamentis spẽ ac materia per omnia similis
absq; magnitudinis immẽsitate: pro eo vt qui illam im-
mensam cõsiderare atq; contueri nõ possent; hanc vidẽ-
tes: illã se vidisse considerẽt: pro eo q̃ ei per omnia simi-
Origenes. lis sit excepta magnitudine. Hoc patet manifeste in pu-
pilla oculi. Tali quadã similitudine exinaniens se fili⁹
dei de equalitate patris: & viam nobis cognitionis eius
ostendens/figura expressa substantie eius efficitur: vt
qui in magnitudinẽ claritatis sue positã gloriã mere lu
cis non poteramus aspicere: per hoc qd splendor nobis
efficitur/intuende diuine lucis viam per splendoris ca-
Joan. 14. piam⁹ effectũ. Qui enim videt me: videt & patrem. In
sertus igitur dei filius nature nre: ex operũ virtutisq; si-
militudine dei patris in se immẽsam atq; inuisibilẽ ma
gnitudinẽ designabat: vt sit ipe abbreuiat⁹ sermo & alter
μικρόθεος, vt ita dixerim: iuxta illud/cãdor est lucis eter
Sap. 7. ne: & speculũ sine macula. Sicut enim in spe
culo omnibus motibus atq; omnibus actibus quib⁹ is
qui speculũ intuetur mouetur vel agit: iisdem etiã ipsa
Speculũ. imago q̃ per speculũ deformatur actibus vel motibus cõ-
mouetur vel agit: in nullo prorsus declinãs: ita etiã splẽ-
dor & character substantie dei de se vult intelligi: cũ spe-
culũ immaculatũ paterne dei veritatis vocatur a spiritu
sancto. Itaq; impropriis vocibus apo. vtitur ad ostendẽ
dam generationẽ eternã patris et filii: quia proprias in-
Cap. pmo. uenire non potuit: non magis q̃ Ioãnes cũ dixit: in prin
cipio erat verbũ. In creatura enim nihil est coeternum
quia nihil eternum. Sunt tamẽ multa coeua: sicut calor
igni: splendor soli: albedo lacti. Coeua enim sunt q̃cũq;
xxxv eandẽ habent mensurã temporũ. Essetq; splendor eter-
nus: si sol esset ab eterno. Ad hec sciendũ secundũ docto-
Doctor nr. ris nri doctrinã/ad perfectã generationẽ tria requiri si
mul/q̃ disiunctim in creaturis reperiuntur: eaq; sunt con-
substãtialitas: coeuitas: simultas. Nã homo quidẽ ho-
minẽ generat eiusdẽ substantie cũ generãte: sed nõ coe
uũ aut totũ simul: semen enim tantũ discindit & pater. sol

autẽ splendorẽ generat coeuũ & totũ simul non tñ eiusdẽ
substantie cũ sole. Instans in tempore aut pũctũ in linea
totũ simul producitur: cũ partes nõ habeat. Si igitur in
telligamus patrẽ de essentia sua generare filiũ: & ab eter
no coeternũ sibi: nõ per partes sed totũ simul: intelligi-
mus vt cũq; quomodo filius est expressus character sub
stantie patris quo ad primũ: & splẽdor lucis eterne: quo
ad secundũ: et quomõ semper fuit qd est q̃ñ in diuinis
nõ differũt posse & esse. Is igitur cum sit splendor grece
ἀπαύγασμα, hoc est refulgẽtia siue relucencia maie-
statis dei: gubernat omnia q̃ ex nihilo fe
cit: ne redigantur in puluerẽ suũ: si vel in puncto cesset Ps. 103.
spiritũ suũ influere. Non enim minus est cõtinere mun
dum q̃ fecisse. Sed si oportet aliquid audatius dicere:
adhuc amplius est. Nam in faciendo quidẽ ex nullis ex
tantibus rerũ essentie producte sunt. In continẽdo vero
ea q̃ facta sunt/ne ad nihilũ redeant continentur. Hic ergo
dum regitur: & ad inuicẽ sibi repugnãtia coaptantur: ma-
gnum & valde mirabile plurimeq; virtutis inditiũ est.
Et tamẽ portat omnia verbo virtutis sue. portãs autem Chrysost.
nihil aliud significat hoc loco q̃ agens: mouẽs: ac mode-
rans. Sentit enim apostolus: non solũ mundũ hunc con
ditũ per filiũ: sicut dixit: per quẽ fecit & secula: verũ con xxxvi
ditũ/regi & ad ministrari: idq; nõ studio curaq; & indu-
stria: sicut ad ministrãt homines: sed verbo hoc est nutu
sue potentie. Nam qd principi verbũ est quo iubet ali-
quid fieri: hoc illi est velle. Hoc modo exponit Chryso.
annotãs emphasim hui⁹ participii φέρων idest portãs.
Cũ igitur sit splendor patris: & omnia agat et mo-
ueat q̃ creauit; tamẽ se ipsum vt predicitur exinaniens:
& formã induens serui/quo formã celaret dei: morte in- Philip. 2.
teruenientẽ/purgatione peccatorum nostrorum facta/per laua
crũ renouationis sancti spũs quẽ effudit in nobis abũ-
de. Titi. 3. cap. nunc demũ sedet ad dexterã maiestatis
eius cuius splendor est & character expressus: tanto pre
stantior angelis effectus: quanto in nomine ei⁹ omne ge
nu flectitur cele. terrestriũ: & infernorum. Nomen autẽ hoc Philip. 2.
Iesus est: aut Christus. Hoc est q̃ ille qui est deus ho-
mo dicatur & homo deus. Angelus enim nomẽ est mini
stri: quoniã ministrorum est mitti & assistere: & astare. De
quo vide Daniel. cap. 7. Cyrillus. Oportuit aũt dexterũ Daniel. 7.
& nullius imminutionis suspectũ locũ non patri sed fi-
lio propter exinanitionẽ attribui: ne qui minor humani- Cyrillus.
tate est: minor etiam deitate videretur his qui mysteriũ in
carnationis intelligere nequeũt. Hoc nomẽ accepit in fi
gura Ioseph in Egypto cũ vocatus est saluator mundi. Genes. 41.
Christus quidẽ secundũ humanã naturã minor effectus
est angelis in passione: gratie autẽ plenitudine maior &
melior est: de qua & ipsi angeli ad mensuram accipiunt.
Ipse est interior omni rei: quia in ipso sunt omnia: stabi
lisq; permanẽs dat cũcta moueri. Est & exterior omni re xxxvii
quia ipse est super omnia/est & omnibus antiquior: quia
est ante omnia & per quẽ cuncta subsistunt. Est & nouior
omnib⁹: & quia ipse est post oĩa innouãs: sicut dicitur: ecce
noua facio oĩa. Itaq; vt sũmatim hec omnia pstringam⁹: Apoc. 21.
dicens apo. loquut⁹ est nobis in filio: personã filii distin-
guit a psona pr̃is: cõtra Sabelliũ: dicẽs quẽ cõstituit he
redẽ vniuersorum: carnis assumptionẽ notificat cõtra Ma
nicheũ. Addens per quẽ fecit & secula: confundit Eunõ
miũ. Dicẽs qui cũ sit splendor eternitatẽ predicat in fi-
lio: cõtra eos qui dixerũt Christũ ante Mariã nõ fuisse.
Dicẽs character substantie: iterũ Eunomiũ impetit. Di
cẽs portãs oĩa: omnipotẽtiã cõfitetur in vnigenito: quoniã
quicquid pater facit: hoc & fili⁹ similiter facit. Addiciẽs Joan. 5.
autẽ/purgatione peccatorum facta: mortẽ eius pdicat & to-
tã carnis sue dispẽsationẽ. Cũ autẽ dicit sedit ad dexte-
rã maiestatis dei: resurrectionẽ eius & ascẽsum nobis in
notescit. Omnia autẽ cõcludit: cũ Christũ etiã secũdũ qd
homo est angelis pfert/cũ in consequẽtibus dicit.

¶ Cui enim dixit aliquãdo angelorũ: Filius
meus es tu: ego hodie genui te? Et rursus.
Ego ero illi in patrem: & ipse erit mihi in fi
lium. Et cũ iterum introducit primogeni-
tum in orbem terre dicit: Et adorent eũ om
nes angeli dei. Et ad angelos quidem dicit:
qui facit angelos suos spiritus: & ministros
suos flammã ignis. Ad filium autem: thro-
nus tuus deus in seculũ seculi: virga equita-
tis virga regni tui. Dilexisti iusticiam & odi
sti iniquitatẽ: propterea vnxit te deus deus
tuus oleo exultationis pre participib⁹ tuis.
Et tu in principio domine terram fundasti: &
opera manuũ tuarũ sunt coeli. Ipsi peribũt
tu autẽ pmanebis: & omnes vt vestimentũ ve
terascẽt. Et velut amictũ mutabis eos & mu
tabũtur: tu autẽ idem ipse es: & anni tui nõ
deficiẽt. Ad quem aũt angelorũ dixit aliqñ:
sede a dextris meis: quoadusq; ponã inimi-
cos tuos scabellũ pedum tuorũ? Nõne om-
nes sunt administratorii spũs: in ministeriũ
missi ppter eos q hereditatẽ capiũt salutis?

¶ Nam cui dixit vnquã angelorum: Filius meus es
Ps. 2. tu: ego hodie genui te?] Hebraice autem sic.

יְהֹוָה אָמַר אֵלַי בְּנִי אַתָּה אֲנִי הַיּוֹם יְלִדְתִּיךָ׃

xxxviii. Hec verba superius exposita sunt. Et si-
cut dicit doctor noster in pmo sentẽ. dist.
9. cõiungens ppheta aduerbium psentis tẽporis cum
verbo pteriti: illũ significat q̃ nunc eternitatis in quo
pater genuit vnigenitũ suum coexistit cuilibet differẽ
tie temporis siue psentis siue pteriti/seu futuri. Ange-
los quidẽ vocari filios in diuinis scripturis palam est:
Job. 1. iuxta illud: Cum venissent filii dei vt assisterent coram
domino: affuit & Satan. Item & illud: Quis dimisit la
pidem angularẽ in fundamento terre/cum me lauda-
Ibidẽ. 38. rent simul astra matutina: et iubilarent omnes filii dei?
Sed aliud est filium esse natura: aliud autem per gra-
tiam adoptionis: quomõ & omnibus qui credunt in no
Joan. 1. mine vnigeniti filii dei dedit deus pater potestatẽ filios
vocari & esse. [Ac rursus: Ego ero ei in patrem: et ille
erit mihi loco filii. Que verba apostolus ex pmo para-
p. paralip. lip. cap. 22. et scdo Regum cap. septimo accepisse videtur.
Hebraice. אֲנִי אֶהְיֶה לּוֹ לְאָב וְהוּא יִהְיֶה לִּי לְבֵן׃
Que verba & de Salomone filio Dauid exponuntur ad
litterã: et de Christo filio Dauid: sm q̃ homo et sm q̃
homo deus. Nam secũdum q̃ deus/recte de eo dicitur:
Ego ero illi in patrem: quoniã sicut patet ex pcedenti-
bus generatio filii eterna nõ transit in tẽpore: sed sem-
per nascitur: & semper est natus. semper enĩ vera est hec
propositio: hodie genui te. Item secundũ q̃ homo vera
fuit illa ppositio: Ego ero illi in patrem: quãdo Chri-
stus non subsistebat in duab⁹ naturis. Nulla enim di-
stinctione pmissa/ verum est verbum hoc: Ego ero illi
in patrem: siue Christum intelligas in quantũ homo si-
ue in quantũ deus: Unus est enĩ pater & vnicus eius fi
lius: siue heri dicas siue hodie: siue in eternũ. De Salo
mone autem intelligitur secundũ grãm adoptiõis: q̃diu
non est sequutus deos alienos. In multis quidẽ Sa-
Salomon. lomõ figurã gessit saluatoris: maxime autẽ in eo q̃ tẽ-
plum dño edificauit: cui⁹ edificii expẽsas pparauerat pa
p. paral. 22. ter:um in nomie/vocat⁹ est. n. pacific⁹ & amabilis dñi:

tum in eo q̃ sapiẽtia excelluit mortales oẽs: quã venit xxxix
audire Regina Saba: & tentauit eum in enigmatib⁹: lo
quutaq; est ei omnia q̃ erant in corde suo. Et exposuit ei 3. Reg. 10.
Salomõ omnia que erãt in corde suo que ei pposuerat:
nec quicq̃ fuit qd non pspicuum fecerit: quo tẽpore au-
diuit Salomõ ex ore Regine: Uicisti famam virtutib⁹ Matth. 12.
tuis: et tamẽ ecce plusq̃ Salomon hic. Salomõ enim
post hec omnia potestate abusus est corporis sui: Incli-
nauit femora sua mulieribus: dedit maculam in gloria Eccli. 47.
sua: pphanauit semen suum: & stulticiã deriuauit ad po
steros: fecitq; imperiũ bipartitum & ex Ephren imperare
imperiũ durum: Regnũ autem Christi et thron⁹ eius
vsq; in sempiternũ. Ita enim pmittitur in textu ante il-
la verba: Ego ero illi in patrẽ. 2. Reg. cap. 7. [Rursum
autẽ cum inducit primogenitũ (foris erat ante incarna-
tionẽ essentie sue maiestate) in orbem terrarũ dicit: Et Chrysost.
adorent eum omnes angeli dei:] Dñs quidem Iesus ad Ps. 96.
uentũ suum in carne exitum vocat dicens: Exiui a pa-
tre & veni in mũdum. Et exiit qui seminat seminare se- Joan. 16.
mẽ suum. Luce. 8. Apls autem introitũ illum vocat hoc
loco. Foris enĩ eramus a deo: ex eo die quo in paren-
te nostro eiecti sumus de loco deliciarũ: et accepimus Josue. 15.
hereditatẽ terram arẽtem & salsuginis: et quasi positi
extra regales aulas: quas saccis amicti ingredi non po
teram⁹. Sed exiit ad nos filius dei: & emẽdatos celesti Hester. 4.
disciplina: posuit fel mortis sue sup oculos nostros: vi-
suq; recepto. Tobie. 11. cap. et solutis compedib⁹: & de-
posito sacco: induti priore stola ad patrẽ reduxit. Apo- Luce. 15.
stolus autẽ introitũ vocat ex metaphora hereditantiũ:
& ius dñandi in aliqua possessione sumentiũ: quam po
testatẽ sm qd homo Christ⁹ post resurrectionẽ accepit.
[Et ad angelos quidem dicit, alias & de angelis. Qui
creat angelos suos spũs: & ministros suos ignis flam- xl.
mã:] de filio aũt: sede a dextris meis. De filio inquit di
citur/q̃ sit splendor/& character/& speculum sine macula/ Angeli.
et imago cõsubstãtialis patri. Ceterũ vbi dignitatẽ an-
gelorum exprimit scriptura sacra quid dicit? Qui facit an
gelos suos spũs. alibi expositũ est illud: Tu signaculũ Ps. 103.
similitudinis &c. 2. Timo. 2. 26. sectiõe. Et ad idem dicit
Dionysi⁹. Hi sunt de quib⁹ Ezechiel: animalia inquit pẽ
nata (seraphim) et oculata (cherubim) ibant & reuerte
bantur in similitudinẽ fulgurũ coruscantiũ. Sunt autẽ ani-
malia hec quadriformia &c. et leonẽ quidem cẽsendum Dionysi⁹.
est significare principale & robustũ/et indomitũ/& abdi
tum ineffabilis diuinitatis: habitãtis lucẽ inaccessam. p. Timo. 6
Quod autem leo vestigia celat cauda: illud est quod
Esaias dicit: duab⁹ velabant faciẽ: duab⁹ & pedes &c.
Ipsam vero bouis formã firmũ & nouum: & intellectua
les sulcos reuocãs in susceptionẽ celestium imbriũ: et for
tissimũ: quia iugum tolerat. Aquile vero figurã regale/
& altiferũ/et citiuolum/& potentissimũ ad alimentũ: acu
tum & sobriũ/et agile. In sublime. n. volans: alimẽtum
suum acute pspicit: sobrie appetit: potenter rapit: & ad
multo lucẽtem radium diuini solis immediate: recte &
inflexibiliter cõtemplatiuũ. Facies autẽ hominis q̃ ho-
minib⁹ psint ac principentur puincĩs: sicut habes in Da
niele: quos & ducũt: cõducunt & reducũt &c. Quod igi- Tobie. 6.
tur facti sunt angeli: hoc habent cũ ceteris rebus a deo
cõmune: qd vero & in angelis suis deus reperit praui- Job. 4.
tatem: pro eo qd & ipsi continentur infra pondus nature
vertibilis: hoc cum homine habent cõmune: Qd a car-
nis contagio & corpore quod aggrauat animã sunt libe Sap. 9.
ri: et semel veritatẽ cõplexi in gratia sunt cõfirmati: Et
quomõcunq; terrarum assistunt semp vident faciẽ patris:
hoc habẽt singulare. Similiter & illud: q̃ semp ardent
diuina charitate incessabili trisagio clamãtes sanctus: Esaie. 6.
sanctus: sanctus qui est: & qui erat & qui venturus est.
Itaq; & si in multis pcellunt nos: angeli tñ sunt: hoc est
filii dei ministri. spũs enim nature nomẽ est: angelus of

ficij. Quos enim deus cōdidit: mittendo ad nos ange-
los facit. vnde visi sunt ascendere ꝛ descendere in scala
Genes.28. Jacob. Angelus loquitur Abrae cū immolat vnigenitū
ex Sara: Genes.22. Angelus luctatur cum Jacob. ibidē.
32. Angelus loquitur in rubo Mosi. Exodi.3. Angel⁹ al-
loquitur ipm Josue. Josue.5. Angelus apparuit ipsi Ge-
deoni: Judic.6. Angel⁹ pmittit filiū vxori Manue: ibi-
dem.13. Angelus pcedebat castra Israel in colūna nu-
Angelorū bis: Exodi.13. Angelus errātem Agar reduxit ad Sa-
ministeria. ram: Gene.16. Angel⁹ pcepit Balaam ne malediceret
populo dei: Numeri.22. Angel⁹ visus est euaginato gla-
dio contra Hierusalē: 2.Regū.24. Angelus dei excita-
uit Heliam semel ꝛ bis. 3.Regum.19. Angelus duxit du
xli. xit et reduxit Tobiam. Angelus deniqꝫ missus est ad
Mariā despōsatam Joseph: Math.1. Angelus appa-
ruit in somnis ipsi Joseph: Angel⁹ mittitur ad pastores:
Luce.2. Angelorū exercitus canit gloriam Christo na
Math.4. to: ꝛ ministrāt eidem post ieiuniū dierū quadraginta.
Hec sunt ministeria angelorū. Nec bonis tantū sed ꝛ
malis vtitur ad explēdum incōmutabile arbitrium sen
tentie sue: bonis quidē per grām suam: malis autē per
ppriam volūtatem. Nihil enim visibiliter fit: quod nō
de interiori inuisibiliqꝫ aula dei / aut iubetur aut pmittatur
Roma.11.c. secundū iudicia dei inscrutabilia ꝛ ineffabilē eius iu-
sticiam. Dicitur autem ignis flamma: videlꝫ quia con
damascen⁹ trariū recipe non possunt. vnde Damascen⁹ de aposta-
ticis angelis dicit. Inadeptiu⁹ penitentie est angelus:
quia incorpore⁹ est. Nam homo ppter fragilitatē sub
stantie veniam cōsequutus est. Deniqꝫ angelus cui ad-
heserit semel: toto conatu ptinacissime atqꝫ firmissime ad
heret: et propterea qđ est homini mors: hoc est angelis
casus. vide ad Roma. capi.11. sectione.20. alias rōnes:
quare angeli ignis vocantur. vnde ꝛ angelus in flāma vi-
sus est Mosi: Exodi.3. et angelus alter in flāma celum
Judi.6. cōscendit. Judicū.13. is videlꝫ qui apparuit Manue pa-
tri Samson. Iterūqꝫ angelus alius ignem pduxit de
petra qui cōsumpsit holocaustū Gedeonis. Angelus
Gene.4. etiam creditur fuisse qui inflammauit holocaustū Abel:
holocaustū Dauid. p.paralip.21.capi. Holocaustū Sa
lomonis: 2.paralip.7. et Helie.3.Regū.18. Merito er-
go dicitur: qui facit angelos flammā ignis. Sed quanto
magnificentiora sunt que de vnigenito filio dei loquitur
scriptura? [Ad filium autē inquit: thronus tuus deus
in seculum seculi: virga equitatis virga regni tui. Di-
Ps.44. lexisti iusticiam ꝛ odisti iniquitatē: propterea vnxit te
deus deus tuus oleo exultatiōis vltra participes aut
consortes tuos. Hebraice ad hunc modum.

כִּסְאֲךָ אֱלֹהִים עוֹלָם וָעֶד שֵׁבֶט מִישֹׁר שֵׁבֶט
מַלְכוּתֶךָ׃ אָהַבְתָּ צֶּדֶק וַתִּשְׂנָא רֶשַׁע עַל כֵּן
מְשָׁחֲךָ אֱלֹהִים אֱלֹהֶיךָ שֶׁמֶן שָׂשׂוֹן מֵחֲבֵרֶךָ׃

xlij. Non est hic thronus de quo dicitur: Fecit rex thronum
de ebore grandē: ꝛ vestiuit eum auro fuluo nimis: qui
3.Reg.10. habebat sex gradus: Et summitas throni rotunda erat
Figura. in parte posteriori: ꝛ due manus hincinde tenentes se-
dile: ꝛ duo leones stabāt iuxta manus singulas: et duo
decim leunculi stantes super sex gradus hinc atqꝫ inde.
Non est factū tale opus in vniuersis regnis. Solū hoc
Eccl'ia. ecclesia est in qua rex pacis amator ꝛ autor Christ⁹ se-
dens: iudicia sua facere dinoscitur. Bene autem de ebo
re factum dicitur: quoniā elephas cuius hec ossa sunt plu
rimū inter quadrupedia sensu valere dicitur: et secunda
cōiuge non vtitur. Ecclesia est enim quam virginē ca-
2.Cor.11. stam apostol⁹ vult exhibere Christo. Hanc vestit auro:
quia splendorem glorie sue in ea per miracula clarere
facit. Sex sunt gradus eius: Tot enim dieb⁹ deus com
Genes.2. pleuit mundi ornatum ꝛ septimo requieuit: et sex eta-
tibus mūdus constat / in quibus licet operari quisquis
celestem patriam conscendere desiderat. Rotunditas
throni in posteriori requiē eternam significat que in fi
ne datur sub denarij nomine: qui ꝛ ipse figure sphericę Matth.20.
est. Man⁹ tenētes sedile: solatia sunt diuine gratie que
ecclesiam ad celeste regnum puehunt: Ideoqꝫ due quia
in vtroqꝫ testamēto hoc pdicatur nisi diuino adiutorio
psente: bonū opus neminē posse pficere. Leones duo /
pfes sunt vtriusqꝫ testamēti: qui fortitudine animi ꝛ si-
bi et alijs dñari didicerunt. Hi iuxta manus stant dicē
tes: Non nobis domine nō nobis: sed nomini tuo da glo Ps.113.
riam: sine deo enī nihil possunt facere. Duodecim leun xliij.
culi doctores ecclesie sunt: qui bonorū operum gressus
hinc ꝛ inde doctrinis et exemplis munire non cessant.
Thronus autē tuus o fili flamme ignis: quem nō duo- Daniel.7.
decim leunculi circūstant: sed milia miliū angelorū ꝛ de
cies centena milia. De virga autem regni Christi scri-
ptum est: Visitabo in virga iniqtates eorū: misericordiā Ps.88.
autē meam non auferam ab eo. Qui autem virga hac
correctionē non accipit: frustra pcussus semel et secū-
do: timeat vel illam ardētem a facie aqlonis. Per hoc Hiere.1.
autem qđ dixit: Dilexisti iusticiam et odisti iniquitatē:
docemur scdm Hieronymū in vtraqꝫ parte ꝛ amoris ꝛ
odij esse in nobis semina: cum ipse qui primitias masse Hierony.
corporꝫ nostrorꝫ leuauit ad celos: ꝛ iusticiam dilexerit ꝛ
odierit iniquitatē. Qđ quia parētes nostri non fecerūt
psumentes potius sciētiam mali: non bñdictionem obti Genes.3.
nuerūt: sed maledicta inquit terra ppter te. Quā igi-
tur dilexisti iusticiam: et odisti iniquitatē: Inde o deus
Christe vnxit te deus pater oleo exultatiōis vltra psortes Canti.1.
tuos. vñ illud: oleum effusum nomētuū. Significat au
tem φ nomē sponsi (quem deus vnxit spiritu septupli-
ci: non quidē ad mensuram sed quantū pectus illud ca
pax nature diuine capere potuit) per orbem vniuersū
diffunditur vt fieret odor suauitatis in loco quocunqꝫ: sed 2.Cor.2.
credentib⁹ odor ad vitam: incredulis autem ad mortē.
Dilexerūt autē spōsum vnctū non vetule ac rugose ani-
me: sed in nouitate ambulātes adolescētule. Sed si so
lo odore nominis eius tracte sunt: ꝛ odore eius pcepto /
currere ceperūt post ipsum: quid putas faciet ipsa eius
substātia? Puto inquit Origenes: φ si ad eius cōprehē Origenes.
sionem potuerint puenire: iam non ambulent neqꝫ cur xliiij.
rant: sed vinculis quibusdam charitatis eius astricte /
stant cum eo vnus spūs. de hoc vide optime sup illud:
semetipm exinaniuit. ad Philip. cap.2. Unctus est au-
tem Christ⁹ in regem ꝛ sacerdotem: in capite ꝛ pedib⁹:
ecclesia sunt pedes. De hoc ita dicit Origenes. Nō est Origenes
credibile vt Maria quam diligebat Jesus soror Mar-
the que meliorem eligebat partē: Luce.10.cap. vt pec-
catrix in ciuitate fuisse dicatur: Luce.7. Et putas qꝫ mu-
lier que fm Mattheū et Marcum effudit super caput Matth.26.
Jesu pciosum vnguentum: euentu non scribitur fuisse pec Joan.11.
catrice? Que autem fm Lucam peccatrix refertur: non
fuit ausa ad caput Christi venire: sed lachrymis pieta-
tis lauit: quasi vix etiā ipsis pedibus digna. Et hec plo-
rat vt lauare possit pedes Jesu. Que autem est scdm
Joānem Maria: neqꝫ peccatrix neqꝫ lachrymens indu
citur. Videtur autem tres fuisse mulieres de quibus scri
pserūt euāgeliste. Una de qua Mattheus et Marcus:
Alia de qua Lucas. Tertia de qua Joānes. quod enī Femine.3.
factum est in domo Symonis leprosi / biduum erat an
te pascha. Quod Joannes refert ante sex dies pasche.
De facto autem apud Lucam non dicitur quo tempore
factum fuerit. Sed si de alia muliere Matthe⁹ ꝛ Mar
cus loquūtur: de alia Joannes: deqꝫ alia Lucas: quo-
modo semel increpati discipuli: quasi male videlicꝫ in-
dignantes de facto mulieris / non se emendauerunt: vt
vt ne super alteram mulierem similiter indignarētur:
Que opus simile peregit? Sciamus ergo apud Mat-

theum et Marcū discipulos indignatos ex bono p-
posito: apud Joānem autem solus Judas furandi affe
ctu: apud Lucam vero murmurat nemo. Dicet autem
aliquis paulo audacior / forsitan secūdum hystoriam:
vna quedā mulier fuit que tale aliquid fecerit. Uides
igitur quot nominib⁹ excedit filius angelos: nomīe vi-
delicet dei / ꝛ re: et throno: ꝛ sceptro: et vnctione. Et se-
Ps.101. quitur adhuc de filij maiestate ꝛ gloria in alio psalmo.
[Et tu in initio domine terre fundamēta iecisti: ꝛ ope-
ra manuū tuarum sunt celi. Hebraice autem sic.

לְפָנִים הָאָרֶץ יָסַדְתָּ וּמַעֲשֵׂה יָדֶיךָ שָׁמָיִם׃

xlv. Videtur autem propheta his verbis referre principiū li
bri Geneseos quo dicitur: In principio creauit deus ce-
Genes.1. lum ꝛ terram. Dicens autē celum ꝛ terrā que sunt ex-
trema omniū creaturarū corporaliū: etiam media cōpre
hendit. Terra sane centrū est ꝛ punctus respectu cele-
Puerb.8. stium orbiū: de qua dicitur: quādo appēdebat fundamē-
ta terre cum eo eram cuncta compònēs. Item illud ex
Job.38. Job: cap.38. Ubi eras quando ponebā fundamēta ter
re? super quo bases illius solidate sunt: aut quis dimisit
lapidē angularem eius? Basim quidē terre ꝛ angula-
rem lapidē super quo fundata est terra verbū virtutis
diuine intellige / qui fundauit terrā super nihili: ꝛ por-
Esaie.40. tat omīa verbo potentie sue: qui ꝛ iuxta alium pphe-
tam pugillo mensus est aquas: ꝛ celos palmo: et omnē
terram pugillo: aut potius trib⁹ digitis: montes autē et
Aquila. colles librauit in statera. Aquila quidē: Quis mensus
est minimo digito aquas: dixit. Ita in vno digito ꝛ in tri
bus trinitatē personarū intelligim⁹ ꝛ vnitatē potentie
qua omnia cōdita sunt ꝛ gubernantur. Manus autē dei
hoc loco potentia est volūtatis sue: qua vt voluit facta
sunt omīa. vnde in trāslatione Chaldaica pro fiat lux ꝛ
facta est lux: ita legimus: sit lux: et fuit lux: quo verbo
ostendit volūtati dei omīa subesse: sine aliqua exteriore
iussione: quo nihil breui⁹ dici potest: sit / ꝛ fuit. Tu igitur
domine pater in initio ante omīa per filiū tuum funda
Ps.103. sti terrā super stabilitatē suam: nec inclinabitur in seculū
seculi: qm̄ fundamētis iactis / cōfirmasti colūnas eius.
xlvi. Ps.74. Est enim terra grauissimū elemētorū. Ordo au
tem nature talis est: φ grauia petunt deorsū / leuissima
sursum: aqua autē ꝛ aer medias obtinent regiōes. So-
la autem terra non mouetur fm se totam: qm̄ pprium
obtinet locum centrū videlꝫ. necessario tamē non mo-
uetur qm̄ mater est omniū viuentiū. Terra autē mota /
que est centrū / necesse erat ꝛ celum mutare locū suū /
quod est impossibile: qm̄ extra celum non est locus. Se
quitur. [Ipsi peribūt: tu autem pmanes: ꝛ omēs vt vesti
mentū veterascent: et velut amictū circūuolues eos: et
Ps.101. mutabuntur: tu autem idem es: ꝛ anni tui non deficient.
Hebraice

הֵמָּה יֹאבֵדוּ וְאַתָּה תַעֲמֹד וְכֻלָּם כַּבֶּגֶד יִבְלוּ
כַּלְּבוּשׁ תַּחֲלִיפֵם וְיַחֲלֹפוּ׃ וְאַתָּה הוּא
וּשְׁנוֹתֶיךָ לֹא יִתָּמּוּ׃

Qđ dicit: ipsi celi peribunt
ꝛc. non hoc significat φ de-
desināt esse secundū suam substantiā: sed φ status mū
Roma.8. di immutabitur: quādo ipsa creatura liberabitur a seruitu-
te que nunc ingemiscit ꝛ parturit. Cessabit enim omīs
generatio ꝛ corruptio ꝛ alteratio: cessante motu primi
Esaie.30. mobilis: cum lux solis erit sicut lux septem dierū. Ele-
menta autē per ignem cōflagrationis purganda sunt:
et sic quodāmodo peribūt: sicut in simili dicit apostol⁹
p.Cor.13. de scientia visionis que succedet fidei: cum venerit qđ
perfectū est: celū nouū ꝛ terra noua: euacuabitur quod
ex parte est figura videlꝫ mundi huius que pterit. p.Co
2.Petri.3. rinth.7.cap. de hoc ita dicit apostol⁹ Petrus: Adue-
xlvij. niet dies domini vt fur: in quo celi magno impetu trā-
sient: elementa vero calore soluentur: terra autem ꝛ que
in ipsa sunt opera exurentur. Itaqꝫ peribūt secundū p-
prietates ꝛ accidentia que habēt necessaria generationi ꝛ
corruptioni: induētqꝫ alias qualitates futuri seculi im
mortalitati cōducentes. Damascen⁹. Et infra. Celi ar- damascen⁹
dentes soluentur: ꝛ elementa ignis ardore tabescent. No
uos vero celos ꝛ nouā terram / pmissa ipsius expecta-
mus in quib⁹ iusticia habitat. Tanta inquit erit vis in
cendij ꝛ ignis que ante iudicē precedet: vt celi ipsi ma-
gno impetu in aliam speciem sint transituri: ꝛ elemen
ta quib⁹ inferior hic mūdus cōstat estu soluantur ꝛ qua-
si colliquescāt. Ueterascent igitur appropinquāte secu
li fine: sed renouabuntur: sicut ꝛ caro humana cui⁹ iuuē-
tus renouāda est sicut aquile. vnde dicit: et velut ami- Ps.102.
ctum circūuolues. si legamus ἑλίξεις, hoc est volues:
significat φ omnis creatura mutabilis est:
etiam angelica. Solus aūt deus in quem peccatū aut
mutatio cadere non potest: qui de se dicit: Ego deus: ꝛ
non mutor: Ego sum qui sum. Exodi.3. sicqꝫ anni eius Malach.3.
non deficient: ante cuius oculos mille anni pinde sunt
quasi dies hesterna que pterijt. Ps.89. Qđ si legamus
ἀλλάξεις. idest mutabis: intelligitur eo modo quo dixi-
mus celos calore soluēdos. Comparatur au-
tem celū indumēto: Celum dico aereū: eo φ terrā cin
git: eo modo quo ꝛ de aqua dicitur respectu terre: Abys- Ps.103.
sus sicut vestimentū amict⁹ eius. Et qm̄ tam facile ce-
los deus mutat φ amictus tenditur ꝛ plicatur. Igitur ignis
ille triplici fungetur officio: quia ꝛ elemēta inouabit: im
pios terrebit / ꝛ tādem inflammabit plata sententia: iu Matth.25.
stos autē purgabit: si quid purgādum inuenerit: iuxta
illō: Ipsi autem salui fient quasi per ignem. Qđ si om p.Cor.3.
nia opera iustorū aurum fuerint ꝛ lapides pciosi: vertetur xlviij
ignis in ventum roris: sicut in tribus pueris legim⁹.
[Ad quem autē angelorū dixit vnquā: Sede a dextris Daniel.3.
meis: donec posuero inimicos tuos scabellū pedū tuo-
rum? Quinimo omēs sunt administratorū spirit⁹: qui Tho.1.pte
in ministeriū emittuntur propter eos qui heredes erunt q.57.ar.5.
eterne salutis.] Quibus dicitur: Cōgratulamini mihi: nō et.q.112.ar.
oui erranti: quia inueni ouem que perierat. Isti sunt scdo.
spūs administratores qui ascēdunt ꝛ descendūt sup fi- Joan.1.
lium hominis. Hoc simpliciter cōcedendum est: qm̄ li-
cet non omēs sigillatim inuisibiles creature misse sint:
quia tñ eiusdem generis ꝛ honoris alie misse sunt: quo
dammō ꝛ ipse possibilitate sunt misse / missarū cōsortes
equalisqꝫ substantie. Nam ꝛ ad Esaiam ad eius labia Cap.6.
purgāda volauit vnus de seraphim: ꝛ in manu eius cal-
culus. i. carbūculus qui ob coloris flāmei similitudinē
igneus appellatur: ꝛ tetigit labia eius dicens: Ecce tetigi
labia tua hoc carbūculo: ꝛ auferetur iniqtas tua a te. Est
autē angelicū ministeriū multiplex in effectu. Primū
labia purgant pdicantiū: sicut hic dictū est de Esaia:
orōnes pferunt in celo: sicut dictū est ad Tobiam ꝛ ad Tobie.12
Corneliū. Actu.10.cap. Impedimēta ꝛ occasiones pec
candi auferūt: sicut dicitur Exod.23.cap. Mittam angelū Exodi.
meum qui eijciat Jebuseum ante faciem tuam. Tenta
tiones mitigat: vertens fornacem succēsam in ventum
roris. Daniel.3. Contra hostes adiuuāt visibiles: sicut 4.Reg.
habes. 4.Regum. capi.4. vbi Heliseus dixit: Plures
sunt nobiscū. Et de hoc habes in Machabeis. 2.Ma-
chab.5.cap. Et in Esaia: quādo vnus angelus interfe- Cap.37.
cit.185000. de exercitu Sēnacherib: Uias nostras diri- xlix.
gunt: sicut patet in Tobia: secreta dei reuelant. de quo
vide in Genesi. capi.19. ligatos soluere: sicut habes in
Petro / et in discipulis inclusis in custodia: Actuū.5. Actu.12.
esuriētes reficere: sicut ptz in Helia. 3.Reg.19. et in Da
niele incluso in lacu: ad quē angelus adduxit Abacuc
in capillo capitis sui cum prādio quod parauerat mes- Daniel.15.
sorib⁹ suis. Deniqꝫ angeli quib⁹ deus mādauit: psalmi.
90. vt custodiant nos in omnibus vbicunqꝫ ambulam⁹:
semper vident faciem patris qui est in celis quasi aduo- Matth.18.

cati ꝛ tutores pupillorū suorum: interim semp clamãn-
tes: Salua animā tuam: noli respicere post tergū: nec
Genes.19. stes in omni circa regione: sed in monte saluum te fac.
vide optime Judith.15.capi. ibi: viuit autem ipse dñs.
Non est ergo mirū si filio dei angeli ministeriū suū ex-
hibēt: nec illud item ꝙ de nostra salute solliciti sunt: quā
do ꝛ vnigenit⁹ dei ad quem dictū est: sede a dextris mi
hi: stetit in medio nr̄m: sicut qui ministrat. Nobis itaqꝫ
Luce.22. laborant: ꝑpter nos discurrūt/ascendunt ꝛ descēdunt:
Genes.28. ꝛ terunt frequēter scalam Jacob. vide sup illud: vt in-
notescat principa. ꝛ ptātibus ꝛc. Ephes.3. Omnes itaqꝫ
sunt administratorij spūs: qui ꝛ si administeria dei ex-
Math.18. plenda foris mittant: semp tamē vident faciem patris.
Nec eñ sic a diuina visione foras exeunt: vt interne cō
Gregori⁹. templatiōis gaudijs priuent. Qm̄ si cōditoris aspectū
exeuntes amitterent: nec iacentes erigere: nec ignorā-
tib⁹ vera nūciare potuissent: fontemqꝫ lucis quē egre-
dientes ipsi pderent: cecis nullaten⁹ ꝓpinarēt. Quid
autē angeli de ijs que scienda sunt/nesciūt: qui scientem
omnia sciunt? Omnes tū sunt administratorij spūs pro-
pter salutē electoꝝ: qm̄ talis est ordo diuine ꝓuidentie
circa rōnalem creaturam/ vt infima per media reducā
Doctor nr̄. tur ad suprema. Que dicunt de angeloꝝ morā in grā:
in via ꝛ in termino ꝛ vtrum fuerint in gratia creati: vi-
de si libet doctorem nostrum in scdo, distinc.5.questi.1.
Vide supra sectione.xl.

¶ Secūdum caput.

i. Propterea a-
bundāti⁹ oportet ob
seruare nos ea que au-
diuimus ne forte pe-
reffluam⁹. Si eñ qui
per angelos dict⁹ est
sermo factus est fir-
mus: & si omnis pua-
ricatio & inobedien
tia accepit iustam mercedis retributionem:
quomō nos effugiemus si tantam neglexe-
rim⁹ salutem? Que cum initium accepisset
enarrandi per dominū ab his qui audierunt
in nos cōfirmata est/ contestante deo signis
& portentis & varijs virtutibus & spiritus
sancti distributionib⁹ scdm suam volunta-
tem. Nō enim angelis subiecit deus orbem
terre futurū de quo loquimur.

¶ Propterea oportet nos vehemē-
tius attēdere ijs que dicta sunt nobis: neqꝫ pereffluā-
mus.] Requiret forsitā vnus aliquis: curiosus doctri-
ne nostre sectator ꝛ dicet. Quorsum eñ attinēt ea que
tam magnifice de maiestate filij dei/ de throno deqꝫ re
gno eius ꝛ diuinitate vnctioneqꝫ ꝛ omni potentia ꝛ cete
ris lōgo sermone disseruisti? Ad hec apostol⁹. His tot
verbis inquit saluatoris dignitatē ostēdi: non tantū su-
Moses. pra Mosen sed ꝛ super angelos dei ꝛ super omnē crea-
turam/huc spectat: vt quo maior est is quem deus pa-
ter pro salute nostra misit in mūdum: (non cum terrori
bus equis ꝛ quadrigis sed vnctū oleo exultatiōis: non
Ps.44. cum virga sicut Moses: Exodi.4. sed cum pera (nec ta
mē vacua) ꝛ baculo: nō cum tabulis lapideis: sed cum
spiritu mãsuetudinis: de quo dicit: Propter veritatē ꝛ
mansuetudinē ꝛ iusticiam intende ꝓspere procede et Exodi.32.
regna: non qui vna die ex trāsgressorib⁹. 23000. interfi
ciat: sed qui pctōres suscipiat Luce.15.cap. et mandu-
cet cum illis) hoc attentius memorie cōmēdemus que Luce.8.
per illū dicta sunt nobis: ne sim⁹ aut terra secus viam:
aut petrosa vel inculta que semen super iactum in spi-
nas cōuertit. Ne inquā simus immūda animalia que Leui.11.
nō ruminãt: sed imitemur beatam virginē: que cōserua
bat omnia verba Christi (est eñ Maria arca testamen-
ti) cōferens in corde suo: qm̄ beati qui audiunt verbū Luce.11.
dei ꝛ custodiunt illud. Nec tamē sufficit verba Christi
ruminare: nisi opere pficiamus: nam ꝛ camelus rumi-
nat quidem: sed quia vngulā non findit/immūdus est
ſm legem. Tales sunt qui labijs deum honorāt: factis Esaie.29.
autem cōtradicunt. Non diuidūt vngulam qui litterā
a spiritu nō separant: liquātes culicē: Math.23. came-
lum glutientes. Oportet igit vehemētius incumbere Actu.10.
doctrine nobis tradite ab eo quem deus cōstituit iudi-
cem viuoꝝ ꝛ mortuoꝝ: Nequādo pefluamus. Fluim⁹ ij.
eñ per penas mortalis nature ꝛ sicut aque dilabimur 2.Reg.14.
que sunt sup terram: Omnis enim vita mortaliū quasi
somniū ita veloci morte cōtracta est: que in similitudinē Hierony.
florum ac feni eodem pene tēpore siccat ꝛ deperit: quā
do ꝓcedente tempore vultus feminaꝝ prius pulcher-
rim⁹/ad tantā transit feditatem: vt amor in odia com-
mutet. Effluimus autem petā peccatis addendo: sicut
dicit: Ve qui trahitis iniquitatē in funiculis vanitatū: Esaie.5.
quib⁹ verbis illud significat ꝙ facientib⁹ iniquitatē fa
cile tela peccati texitur: ꝛ tam inane ꝛ futile est vt ara
neaꝝ fila texūtur: sed cū inde voluerim⁹ exire: solidissi-
mis vinculis nectimur: ꝛ vt dicit adamātinis. Videte igi
tur ne forte addētes peccatis veterib⁹ noua: nec dimit-
tentes adinuētiones nostras ꝛ vias durissimas ac diffi Judicū.2.
ciles quas sepe detriuim⁹: pefluamus: ꝛ alligatis pe-
dibus quibus semp ad malum occurrim⁹: ad bonum
semp retrogradi: ꝓiciamur ligatis ꝛ manibus/quas Math.22.
diu sub assellis tenuim⁹ ociosas in tenebras exteriores
ꝛ palpabiles: vbi impossibile erit operari deficiēte lu-
mine gratie ꝛ potētijs obstinatis in malo: vbi erit ꝛ stri Origenes.
dor dentiū: qui qm̄ acerba mãducauerunt: malicia stu
pidi erant effecti. Uua enim acerba intelligit malicia
eius/qui non obliuiscit posteriora: nec appetit priora: Philip.3.
sed pmanet in idipsum: cum deberet ad maturitatē ꝑ-
ficere dulcem: ꝛ offerre virtutis alicuius mãducabilem
botrionē. Et sciendū iuxta Chrysostomū ꝙ mãdata le- Chryso.
gis in remuneratiōe modica sunt: in peccato maxima:
in factu facilia. Mãdata autem Christi videlꝫ Ne ira- Math.5.
scaris: ne iures: prebe maxillā: ipso actu difficilia sunt:
Ideo in remuneratiōe magna sunt: in peccato autē mi
nima. ꝓpterea qui mandata legis fecerit: minimus vo-
cabit. vnde nisi abūdauerit iusticia vestra ꝛc. Matth. iij.
5.capi. [Etenim si is qui per angelos dict⁹ fuerat ser-
mo fuit firmus: et omnis transgressio ꝛ inobedientia iu-
stam premij retributionē accepit: quomō nos effugiē-
mus: si tantam neglexerim⁹ salutem?] Nec dixit: si ꝑ-
uaricati fuerim⁹ precepta euangelij: sed si salutem obla
tam non obuijs vlnis complexi fuerimus: tam insignē
tam euidētem: atqꝫ eam ad nos allatam non per Mo-
sen de monte/aut per angelos de summis celoꝝ: sed
per eum per quem pater cōdidit secula ꝛ de secreto sa-
pientie increate: sicut dicit: mea doctrina non est mea/ Joan.7.
sed eius qui misit me. Hec est autē summa victoria in
disputationibus: vt opponens compellat responden-
tem dicere contra se. Sic compulsus est Dauid a Na-
than dicere contra se: dignus est morte vir ille qui hoc 2.Reg.12.
fecit: iuxta illud: Malos male perdet: Matthei.21.ca-
pi. et vineam suam locabit alijs agricolis. Ita hoc lo-
co apl̄us: quomō effugiemus/si tantam neglexerimus

salutem? si neglectus sermo legis morte plectebat: qua
pena plectēdus est qui paruipēdit verba dei viuentis:
Hiere.23. dñi exercituū/dei nostri? Inuētus est homo ligna col
ligens in die sabbati: ꝛ pcepto dei lapidauit eum omnis
Numeri.15. populus. Nec tamē grandis erat culpa hec sicut videt
prima facie: sed omnia inquit apl̄s in figura cōtingebāt
j.Cor.10. illis: ꝛ ad correctionē nostram scripta sunt: vt nos dete
riora passuros credam⁹: si tantam negligentes salutē/
j.Cor.3. ligna fenū ꝛ stipulam aggregem⁹ in escam ignis eter
ni. Qui enim libidinis igne hic arserit: vndecūqꝫ carni
sue fomenta ꝛ incentiua vitioꝝ cōquirens: audiet illud:
Ambulate in lumine vestro qđ accendistis vobis. Esa.
50. si tantā inquit neglexerim⁹ salutem. [Que cum pri
mū annūciari cepit per ipsum dñm: ab ijs qui audie
rant/in nos cōfirmata fuit. (Quomō ergo dicit: Non
iiij. ab homine accepi illud? Gal.j. sed attestante deo in-
quit signis ꝛc. ergo a deo accepit.) attestante deo: ꝛ si-
gnis et pdigijs ꝛ varijs virtutib⁹ ꝛ spūs sancti distribu
tionibus iuxta suam ipsius volūtatem.] Hoc est qđ di-
Cap.vlt. cit Marcus euāgelista: pfecti apostoli postqꝫ baptis-
mate spūs sancti pfusi sunt: pdicauerunt vbiqꝫ/dño co-
operante: ꝛ sermonē cōfirmante sequentib⁹ signis. De
Actu.5. hoc ita legimus in Actis. capi.5. per manus autē apo-
stoloꝝ fiebāt signa et pdigia multa in plebe. ꝛ cetera que
ibi sequūtur. Lex quidem Mosi etiam signis ꝛ pdigijs
Exodi.19. cōfirmata est: sicut scriptū est: Jamqꝫ aduenerat tertius
dies maneqꝫ inclaruerat: et ceperūt audiri tonitrua ac
micare fulgura ꝛ nubes densissima operire mōtem: clan
gorqꝫ buccine vehementi⁹ pstrepebat. Hoc tamē semel
factū est ꝛ in vno ꝛ eodē loco. Euāgeliū autem vbiqꝫ
v. cōfirmatum est sequētibus signis: vt ne dicam ꝙ signa
illa ꝛ terrores mortē potius cōminabant populo (si ter
minos trāsgrederet pfixos a deo) ꝙ salutem egris cor
porib⁹ ꝛ vitam mortuis pstabant. De virtutib⁹ vero ac
spūs sancti distributionib⁹ quibus deus ecclīam suā
sanctificat: fecundat: excolit ꝛ inundat: dixim⁹ alias vi-
delꝫ j. Corinth.capi.12. [Non eñ angelis subiecit or-
bem terre futurū de quo loquimur.] de quo videlꝫ or-
be loquimur. Orbem terre futurū apl̄s intelligit vni-
uersitatē creature: que post iudiciū subiecte erunt Chri
Luce.19. sto plenissime: cum interim multi nolint eum super sese
regnare. Vel futurū dicit: quo ad filij eternitatē: fuit.n.
quādo non erat orbis. vel quia innouādi sunt celi ꝛ ter
Athana. ra.ꝛc. Athana. Deinceps autē hoc tēpore orbis ange-
lis videt subiectus quorū ministerio corpora mouētur
celestia: quoꝝ motu trāsmutant ista inferiora. Hoc est
autē quod dicit. Si lex data per angelos trāsgressores
suos cōmerita pena vindicauit: quomō nos effugiem⁹
iram dei: si gratie legem pessundem⁹ quā cordib⁹ apo
stolorū inscripsit/is cui pater orbē terre subiecit: quāqꝫ
confirmauit sequentib⁹ signis?

¶ Testatus est autē in quodam loco quis di-
cens. Quid est homo ꝙ memor es eius: aut
filius hominis qm̄ visitas eum? Minuisti eū
paulomin⁹ ab heloim: gloria & honore co-
ronasti eum: & cōstituisti eum super opa ma-
nuū tuarum. omnia subiecisti sub pedibus
eius. In eo.n. ꝙ omnia ei subiecit: nihil dimi
sit nō subiectū. Nunc autē necdum videm⁹
omnia subiecta ei. Eum autē qui modicum
ꝙ angeli minorat⁹ est videmus Iesum pro-
pter passionē mortis gloria & honore coro
natū: vt gratia dei pro omnibus gustaret mor
tem. Decebat eñ eum ꝑpter quem omnia &
per quem omnia qui multos filios in gloriā
adduxerat/ autorē salutis eorum per passio-
nem cōsummari. Qui eñ sanctificat & qui
sanctificant: ex vno omnes. ꝑpter quam cau
sam nō confundit fratres eos vocare dicēs.
Nūciabo nomē tuum fratrib⁹ meis: in me
dio ecclesie laudabo te. Et iterum. Ego ero
fidens in eum. Et iterum. Ecce ego & pueri
tio nostra. Primū quidē deus simplici sermone promi
Genes.13. serat Abrae daturum se filium/cuius semē dilatādum fo
ret ad orientem.τc. Post hec cum iam Isaac esset anno
rū.25.iubetur pater illum proprijs manibus immolare
qui nihil cunctatus:perrexit vt impleret quod iussus est.
Genes.22. Tunc igitur deus perspecta constantia senis:iure iurā-
do firmauit:qd simplici sermone promiserat. Deus enī
cum homine agens:humanū morem imitatus est. sic et
Genes.15. Genes.Ca.15.cum diceret dñs Abrae:ego dominus qui
eduxi te de vr Chaldeorū:vt darem tibi terram istam:et
Abraā vt videt aliquātulum dubius:diceret:dñe deus
Figura. vnde scire possum:ꝙ possessurus sum eam? Sume inqt
dñs vaccam triennem τ capram trimam et arietem triū
annorū turturem quoqȝ τ columbam. Qui tollens vni-
uersa hec diuisit:τ vtrasqȝ partes cōtra se altrinsecus po
suit:aues autē non diuisit. Causa diuisionis hec est. Eo
tempore quando homines in inuicem inibant pactum
quod violasse piaculum inexpiabile esset:interficiebant
Uide Hie vnum animal:quod τ in duas diuidebāt partes:ac dein
re.cap.34. ceps inter illas altrinsecus positas transibant:illud in-
ad literā d nuentes:morte plectēdos qui violassent initum fedus.
hac consue Quoniā igitur deus fedus iniit hoc locō cum Abraā:si
tudine. cut dicitur in fine huius Cap.15. in illo die pepigit dñs
fedus cum Abraā dicens:semini tuo dabo terram hāc:
xxij Morē tenuit humanū:diuisis animalib⁹:τ quoniā ipse
natura inuisibilis est:nec poterat trāsire (qui vbiqȝ est)
inter illas diuisiones:apparuit lampas ignis diuinā re
presentans maiestatem:τ transiens inter diuisiones il-
las:pro confirmando federe quod inierat cum Abraā.
Sensum autem mysticum alibi retulimus. Et per duas
inquit res immutabiles firmā consolationē habeamus:
qui huc confugimus:nec spem nostram collocauimus in
Esaie.37. baculo arundineo egypti:confugimus autem ad Chri-
stum:vt potiamur proposita spe:de qua dicit:tu es spes
Ps.141. mea:portio mea in terra viuentiū:quam videlicet spem
inter cōfragosi pelagi huius tumentes fluctus velut an
choram anime firmam ac fixam tenemus:vt pote quā nō
in rebus fluxis τ que nunꝙ in eodē statu permanent sed
in celo fecim⁹:que τ incedit hoc est incedere nos facit
vsqȝ ad ea que sunt intra sanctū sanctorū:vbi nulle sunt
rerum vicissitudines:sed pacata oīa. Uocatur autem
Spes. spes ab apostolo anchora que incedere facit:cū magis
anchora remoretur nauim ꝙ progredi faciat. Sed hinc
tenet similitudo:ꝙ anchora fixa in celo animam nostram
quodāmodo sustinet per desideriū ne demergatur in
huius seculi procellosis turbinibus:vt τ si tundatur flu
Marci.4. ctibus τ incipiat mergi:interim dormiente dño in pup
xxiij pi super ceruical: iactemus cogitatum nostrum in eo:di
centes tota fiducia:magister non ad te pertinet:quia pe
rimus? Illico enim imperabit vento τ mari dicens:tace
obmutesce. Excitemus ergo Christū qui nobis dormit:
Canti.5. alioqui cor ei⁹ semper vigilat:nec dormitat nec dormit
qui custodit israel. Ps.120. refundet tranquillitatē:por
tūqȝ salutis optatum indulgebit. Impossibile est autem
stare τ non transire illū qui anchoram spei sue:non tran
quilla in statione defixit:sed in figura mundi huius que
1.Corin.7. preterit:τ in concupiscētia seculi huius que transit.p.i.
Joan.2. sicut naues poma portantes. Job.9.cap.aut vm-
bra que semper declinat:aut quasi nūcius percurrens:
Sapie.5. auis ve transuolans:siue sagitta emissa ad locū destina-
tum:aut lanugo que a vento tollitur:τ spuma gracilis q̄
a procella dispergitur:vel tanꝙ fumus qui a vento diffu
sus est:τ tanꝙ memoria hospitis vnius diei pretereun-
tis. Justi autem in perpetuū viuent τ apud dominū est
merces eorum. Sap.5.cap. Horum enim conuersatio in
Philip.3. celis est:vbi τ anchoram suam fixerūt:quo et precursor
Christus domin⁹ pro nobis ingressus est:pro nobis in-
troducēdis:aut pro nobis intercessurus:aut pro nobis
ostensur⁹ patri latus τ vulnera. Precurrit enim vt nos Psal.9.
sequamur. Precucurrit qui non abijt in consi. impiorū: et.18.
nec in via peccatorū stetit:sed exultauit vt gigas ad cur
rendam viam. Precedebat enim arca dei populum tri-
bus diebus:prouidens locum castrorum. Num.10.cap.
Precucurrit paraturus nobis locum quoqȝ nos certio Joan.14.
res faceret:iuramētū adhibuit:dignus videlicet qui cū Prouerb.
in tenebris mices. Apud deū quidem disposita sunt om
nia τ fixa:nec aliud facit quasi consilio repentino:quod
non ex eternitate facturum se esse prescierit:sed in crea-
tura temporalib⁹ motibus quam gubernat mirabiliter
ipse non temporaliter motus quasi repentina voluntate
facere dicitur:quod ordinatis rerum caussis consilij sui Augusti⁹.
secretissimi immutabilitate disposuit:qua suis queqȝ tē
poribus agnita agit:ita τ presentia facit:τ futura iam fe
cit. Habes.1.Reg.ca.15. penitet me ꝙ cōstituerim Saul
regem:τ infra:porro triumphator in israel penitudine
non flectetur.τc.

¶ Septimū caput.

HIc eni Mel-
chicedec rex Salem sa
cerdos dei sūmi qui
obuiauit Abrae re-
gresso a cede regum:
& benedixit ei: cui &
decimas omnium di-
uisit Abraam: primū
quidem interpretat
rex iustitie: deinde autem & rex Salem quod
est rex pacis: sine patre: sine matre: sine genea-
logia: neqȝ initiū dierum neqȝ finem vite ha-
bens: assimilatus autem filio dei: manet sacer
dos in perpetuum. Intuemini autem quan-
tus sit hic: cui decimas dedit de precipuis
Abraam patriarcha. Et quidem de filijs Le-
ui sacerdotium accipientes: mandatum habēt
decimas sumere a populo secundum legem
idest a fratribus suis: quāquā & ipsi exierint de
lumbis Abrae. Cuius autem generatio non
enumerat in eis: decimas sumpsit ab Abraā:
& hunc qui habebat repromissiones benedi-
xit. Sine vlla autem contradictione quod mi-
nus est a meliore benedicitur. i

¶ Hic enim Melchicedec Rex Sa Genes.14.
lem sacerdos summi videlicet erat: qui occurrit Abrae
reuertēti a cede regum:τ benedixit illi:cui τ decimas ex
omnibus impartitus est Abraam. Jam inquit apo. quā
do nos ipse sermonis cursus reduxit ad ipsum sacerdotē
Melchicedec dequo in superioribus huius epistole me
moriā fecim⁹:opere precium fuerit inquirere quis deo
rum hominū ve fuerit:et qua ratione Christi saluatoris
nostri typū gesserit:qui sacerdos dicitur secundū ordi-
nē Melch. Historia quā hic apostol⁹ cōmemorat in prin Historia.
cipio cap.est Gene.ca.14. Egressus est inquit rex Sodo
morum in occursum Abrae postꝙ reuersus est a cede Cho
dorlaomor et regū qui cum eo erant in valle Saue q̄ est
vallis regis. At vero Melchicedec rex Salem proferēs
panem τ vinū erat enim sacerdos dei altissimi:benedixit

ei τ ait. Benedictus Abraā deo excelso: qui creauit celū τ terrā: τ benedictus deus excelsus quo protegente: hostes in manibus tuis traditi sunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. De oblatione vero Melchicedec ita dicit

Diodorus. Diodorus in primo libro. Osiris τ Isis casu inuētis frugibus: illorum animaduersa vtilitate: tradiderūt ea mortalib⁹: ac propterea dij orbis terre appellati sunt. Verū est tamē: ꝙ Janus idest Noe primus inuenit artem arādi τ seminandi satis licet rudem τ simplicē. Potuit autē Sabatius filius Cham in Palestina docuisse Sem Jani filium cognomēto Melchicedec idest regem iusticie (quasi epitheto Jani patris sui) artem hāc videlicet seminādi τ metendi. Et quia teste sacro eloquio: erat sa-
ij cerdos altissimi: idcirco est validum argumētū: pro primis inuētis in Palestina panibus gratias egisse deo: τ panē τ vinū deo in sacrificiū offerri instituisse: quia ob panem inuētū: genus humanū fuerit erectum a mutua
Prouerb. cede. inde illud vetus prouerb. satis quercus: inde profectum: ꝙ prisci illi mortales rudes atq; inculti simul atq; Ceres vsum frumēti monstrauit: glādibus victitare desierunt. Videtur autem ex hoc loco illud ostēdi/ quoniā
Decime. decime sunt de iure diuino: quando tanto tempore ante latam legem Mosi/ decimas dedit Abraā ipsi Melchicedec. Ab exitu eīn Abrae d Chaldea vsq; ad egressum israel de Egypto anni fluxerunt. 430. vide Exod. cap. 12.
Hierony⁹. Ad hec Hieronym⁹. Autores oēs qui d Melchicedec
Melchicedec. scripserunt: in hoc vnū conueniunt: Melchicedec hominem fuisse: ac Chananeū: regē vrbis Hierosolyme. Nec mirum si sacerdos dei altissimi describatur: absq; circūcisione τ legalibus ceremonijs τ genere Aarō/ cū Abel
Job.p̄.ca. Enoc τ Noe placuerint deo: τ in Job legim⁹ ꝙ ipse fuerit τ sacerdos pro filijs cotidie offerens hostias: τ aiunt ipsum Job nō fuisse de genere Leui: licet hebrei aliud autument. Et quomodo multi sancti de veteribus in ali
Noe. quo figuram dn̄i gesserūt: sic Noe in nudatione post po-
Genes.9. tū τ Isaac in oblatione sui: sic Melchicedec eo ꝙ Cha-
et.22. naneus fuerit τ non de genere hebreorum in typū pre-
iij cessisse Jesu christi sacerdotis secundū ordinē Melchi. Ordinem autem eius multis modis interpretantur: qd solus rex fuerit τ sacerdos: τ ante circūcisionem functus sacerdotio: vt non gentes ex iudeis: sed iudei a gentib⁹ sacerdotium acceperint. Nec vnctus oleo sacerdotali vt Mosi precepta constituūt: sed oleo exultationis et fidei puritate: nec carnis τ sanguinis victimas immolauerit: sed pane τ vino puro simpliciq; sacrificio Christi sanguinem τ sacramentū dedicauerit: τ multa alia que apo. cōmemorat τ stupet: τ de quo disputat τ ineffabile cōfitet. Quanto ergo magis nos vermiculi τ pulices solam debemus inscitie scientiam cōfiteri: τ amplissimam domū paruo quasi foramine ostendere. Duo autem sacerdotia apo. inter se cōparat: prioris populi et posterioris: et hoc agit in tota hac disputatione: vt ante Leui τ Aarō sacerdos fuerit Melchicedec ex gentibus: cuius tantum precedat meritū: vt futuris sacerdotibus iudeorum in lum
Hebrei. bis benedixerit Abrae. Hebrei autem tradunt hūc esse Sem primū filium Noe τ eo tempore quo loquutus est fuisse annorū. 390. Quos sic computant. Anno. 2. post diluuiū Sem cum centum esset annorū genuit Arphaxat: is autem annorū. 35. genuit Salem. Hic nactus annos. 30. genuit Heber. Huic autem cum esset annorū. 34. natus
iiij est Phaleg: qui annorum. 30. genuit Reu. Qui cum ageret vite sue annū. 32. genuit Saruch. Hic cum esset annorum. 30. genuit Nachor/ Nachor autē anno. 30. etatis sue genuit Thare: qui anno vite sue. 70. genuit Abraā. Hi
Sem et anni simul iuncti fiunt. 391. Mortuus est autem Abraā
Abraam. anno etatis sue. 175. Ratione deducta: inuenit Sem ab nepoti suo decimi gradus Abrae videlicet superuixisse 35. anis: hoc est vsq; ad annū. 110. vite Isaac. Vixit enim Sem. 500. annis postꝙ genuit filium suū Arphaxat/ sic

fuerūt anni vite eius. 600. Genesis cap. 11. si ergo addas 175. annos vite ipsius Abrae annis tercentis nonaginta vno qui fluxerūt a natiuitate Sem vsq; ad natiuitatem Abrae: fiunt anni. 566. Sem autem vixit annis sexcentis: ergo Sem superuixit Abrae annis. 35. vel vno min⁹. Simulq; hoc tradunt vsq; ad sacerdotiū Aaron oēs primogenitos de stirpe Noe cuius series τ ordo describit
sacerdotes fuisse: τ hec esse p̄mogenita que Esau fratri Genes.25.
suo Jacob vendiderit. Nec mirū ꝙ Melchicedec suo abnepoti benedixerit: τ in refectione eius τ pugnatorū panem τ vinū obtulerit: qui victor reuertebatur de prelio τ ꝙ decimas prede acceperit ab eo: siue qd habetur ambiguum/ ipse Melchicedec dederit suo abnepoti Abrae decimas proprie substantie. Vtrūq; enim potest intelligi tam in hebraico: ꝙ iuxta. 70. interpretes: τ ostenderit abauus largitatē in nepote Abraā. Verum est ꝙ apo. significat ꝙ Abraā dederit ipsi pontifici partem spoliorū
que de hostibus tulerat Salem autem non vt Josephus v
τ nostri oēs arbitrantur esse Hierusalem nomē ex greco hebraicoq; cōpositū: quod absurdum esse peregrine lingue mixtura demōstrat. Sed opidū est iuxta Scytopolim: quod vsq; hodie appellatur Salem: et ostenditur ibi palatiū Melchicedec ex magnitudine ruinarū veteris operis ostendens magnificentiā. de quo Genes. ca. 33 Genes.33.
Venit Jacob in Socod idest tabernacula: τ transiuit in Salem ciuitatē regionis Sichem: que est in terra Chanaā: que siue vocetur Salem siue Salim: non refert: cū vocalibus in medio litteris per raro vtantur hebrei: et pro volūtate lectorū τ varietate regionum eadem verba diuersis sonis atq; accentibus proferant. Vnde Joā. 3.
Erat Joānes baptizans in Enon iuxta Salim: ꝙ aque Joan.3.
erant multe ibi. Itaq; Melchicedec τ nomine τ re idest dignitate duplici Christū prefigurat. Melchi. enim regē significat/ Cedec autem iustitiā: Salim vero siue Salē צדק
aut Salon pacem: ita dicēs Melchicedec τ Melchisalē regem iustitie τ regē pacis significat/ que duo soli Christo congruere in multis ostēdimus locis: nam et ipse est Ephes.2.
pax nostra qui fecit vtraq; vnum: τ ipse factus est nobis 1.Cor.1.
a deo patre iustitia: sapientia: sanctificatio τ redemptio. Quod fuerit rex pacis Zacharias manifesto sermone d Zacha.9.
scribit dicens. Gaude vehemēter filia Siō: predica filia Hierusalem: ecce rex tuus veniet tibi iustus τ saluator. Ecce audisti regem, τ iustū. sequitur de pace. Ipse pauper τ ascendens super asinam, et disperdam quadrigam ex Effraim τ equū de Hierusalē: τ dissipabit arcus belli. Et loquetur pacē gentib⁹: et potestas eius amari vsq; ad mare. Vide autē quot mysterijs plena sunt verba hec Venit inquit tibi rex: qui omniū p̄phetarū vaticinio re
promissus est: paup: qui cū esset in forma dei. τc. Asina Philip.2.
τ pullus duos significāt populos: quorum prior grauissimū legis portauerat iugum: pullus gentium multitudo frena non habēs legis: nec rectus ab aliquo: semp ruēs vj
in precipitia idolorū: domini autem sessione didicit ambulare: et rectam viam ingredi idest viam pacis: quam ante non nouerat. Et cessabit inquit omnis apparatus Psalm.71.
belli: omnibus Christi aduentu pacatis. Non enim armis exceptus est sed ramis palmarū τ oliue: τ paciētia vicit eū qui habebat mortis imperiū. Heb. 2. Nec pacē Matth.28.
annūciauit vni tantum genti iudeorum sed gentibus inquit: quarum primitie Magi fuerūt. Nec regnum eius Matth.2.
fuit super iudeam tantum sed a mari vsq; ad mare: τ a solis ortu vsq; ad occasum laudabile nomen eius. Psalm. 112. De hoc idē propheta in fine prophetie sue: in die inquit illa erit quod super frenum equi est sanctum domi Zacharie.
no. Quo loco dicit Hieronymus, cum ab hebreo quereret: quid hoc significaret: ait nō debere nos legere Mezuloth sed Mezilloth. quod significat phaleras equorum τ ornatum bellicum: τ excepto hoc loco: in nullo penit⁹ sanctarum scripturarū volumine hoc verbum reperiri.

Frenum

frenum autem lingua hebrea Ressen appellari: τ esse sensum: tēpore solēnitatis perpetue/ et regni Hierusalē רסן
pacatis omnib⁹ τ tranquillis: nequaꝙ opus esse equi-
vij. tatu: quod genus bellantiū fortissimū est: sed omnē or
Cap.2. natum τ decorem phalerarū ad cultum dn̄i cōferendum: aut sicut dixit Esaias: Cōflabūt gladios suos in vomeres: τ lanceas suas in falces. Nō leuabit gens cōtra gētem gladiū: nec exercebūt vltra ad p̄lium. de hoc alias
3.Reg.10. diximus. Christ⁹ igitur rex pacis est cuius vultuz omnis terra desiderat: ipse est τ rex iusticie: sed nunc pacem p̄dicat/ cum acceperit temp⁹: iusticias iudicatur⁹:
Ps.74. sicut τ alibi dicit: O deus pater iudiciu; tuum regi da. Ps. 71. pater eīn omne iudiciū dedit filio: Joan. 5. et iusticiam tuam filio regis. Ipse est igit τ rex pacis τ rex
Esaie.9. iusticie τ filius regis τ regum rex: de quo Esaias: Vocabit nomē eius princeps pacis: pater futuri seculi: qui per sanguinē suum pacificauit omnia. Habem⁹ igitur
Collos.1. primū ꝙ videlz Melchicedec ipso nomine Christi gessit figurā: cuius tamē regnuz non erat de hoc mūdo. se
Joan.18. quit. [sine patre sine mr̄e: hoc est ignoti patris τ mris. Grece: ἀπάτωρ καὶ ἀμήτωρ καὶ ἀγενεαλόγητος, hoc est cuius generis origo non posset reddi. Etenim generationem eius quis enarrabit? Quem pater ante lu
Esaie.53. ciferū genuit. Ps. 109. et mater de spiritu sancto cōcepit:
Sap.18. sed τ ipsa: dum medium silentiū τc. peperit: hoc est media nocte: quando altera mater filium suum oppressit. 3. Regū. 3. Christus enim τ in celis est sine matre: et in terris sine patre: τ tamē vtrunq; habet τ patrem τ matrem: Ita τ Melchicedec parentes quidem habuit sub nomine Sem: (qui tamē ipse est qui τ Sem) sub nomine autē Melchicedec Apator est τ Ametor: et Agenealogetos. [Nec initium dierum neq; vite finem habens:] non ꝙ τ ipse mortuus non fuerit: sed quoniā de morte ei⁹ nihil refert scriptura: τ ptz p id quod in prin
Roma.6. cipio capitis positum est ex Genes. capi. 14. [Sed assimilatus filio dei:] cui mors vltra non dominabit: [manet sacerdos in perpetuū.] sacerdotio enim huic aliud
viij. non succedet: sicut successit sacerdotio Aaron. Qd dicitur secūdū ordinem Melchicedec: potest ad illud referri: ꝙ sacerdotij sui Melchicedec nullum successorem reliquit: sed neq; Christus: quod τ si de iure in ecclesia seruādū est: alicubi tamē aliud fit de facto: τ versum est sacerdotiū Christi ad sacerdotiū Aaron: vbi filij succedunt parentib⁹. Illud magis dolendū quod legimus: Ozie regis eleuatum est cor: ingressusq; templū
2.Parali.26. domini: adolere voluit incensum super altare thymiamatis: quod τ ante eum attentauit Hieroboam: cuius
3.Re.13. exaruit brachiu;. Sed ingressus post eum Azarias τc.
Treno.1. Hoc est quod lamētat Hieremias in persona ecclesie:
ix. Manū suam misit hostis ad oīa desiderabilia eius: quia vidit gentes ingressas sanctuariū tuum per gradus cōsanguinitatis τ fauoris humani (pecunia referā te aditum) facientes gradus in altari contra legis de
Exodi.20. cretum: de quibus p̄ceperas ne introirēt in ecclesiam
Deut.23. tuam etiam vsq; ad decimā generationē. [Considerate vero quantus hic fuerit: cui etiam decimas dederit Abraam patriarcha de spolijs.] Illud interim cōsiderādum quomodo apostolus immoratur in cōmendanda dignitate ipsius Melchicedec/ eiusq; sacerdotij: preferens eum ipsi etiam Abrae parenti τ autori iudeorum Gentis: p̄pter figuram τ typum quam pre se ferebat Christi: cum tamē iudei quasi irridentes τ insani dixis
Joan.8.ca. se legātur: Nunquid tu maior es patre nostro Abraam qui mortuus est? Non solum inquit bn̄dictionem acce
Thomas. pit quod est inferioris: sed τ decimas dedit. Lex quidē naturalis hoc dictat offerre deo aliqd in dominiū recognitionem: sed ꝙ offerat vitulus τ non equus/ lex disposuit. Qd qui ministrant spiritualia debēt carnalia me

tere/ lex naturalis dicit: de quo vide Gene. cap. 47. sed quod denē decime τ primitie lex prescripsit. vnde τ Jacob decimas p̄misit daturuz se domino: eodem in loco Genes.28.
vbi postmodū templuz erexit Salomon. [Atq; ij quidem qui ꝙ sint de numero filiorū Leui (sed per lineā Aaron) sacerdotij functionē sumunt: τ preceptū habēt vt decimas accipiāt a populo iuxta legem: hoc est a fra
trib⁹ suis.] licet ex lumbis Abrae: iuxta illud ex Leui. Leuit.27.
capi. 27: Omnes decime vestre siue de pomis arborū siue de frugibus domini sunt τ illi sanctificant. omniū decimarū bouis ouis τ capre que sub pastoris virga trā x.
seunt: quicquid decimū venerit/ sanctificabit domino. Non eliget nec bonum nec maluz: nec altero cōmutabitur. si quis mutauerit: et qd mutatū est: τ pro quo mutatū est sanctificabit domino τ non redimenē. Ad hoc sciendum ꝙ decime omniū Leuitarū erant: sicut habes
Numeri. capi. 18. Et nihil aliud possidebant decimarū Numeri.18.
oblatione cōtenti: quorū officium erat portare tabernaculū sicut alias diximus: τ ministrare sacerdotib⁹/ Aaron videlz τ filijs eius: qui per hoc ꝙ τ ipsi erāt de filijs Leui decimas accipiebant cum reliquis Leuitis a populo. Per hoc autem ꝙ sacerdotes erant τ superiores Leuitis: accipiebāt τ a Leuitis decimam decime tam de areis ꝙ de torcularibus τc. de quo vide Numeri. capi. 18. primitie similiter Aaron erant τ filiorū eius iure perpetuo: τ he erant in triplici differentia. Primogenita eīn sunt animaliū τ hominū: primitie sunt fructus ex his que nascunt in agris. Protogenemata autē sunt primi fructus de vineis aut horto anteꝙ vindemiet: Nam primitie de fructib⁹ relatis ex agro soluūtur. Isti ergo sacerdotes decimas quidem accipiūt sed a populo suo τ gente tantū/ quos fratres appellat. [At is cuius gen⁹ non recenset ex illis. i. ex familia iudeorū decimas accepit ab Abraam:] hoc est alienigena Melchicedec accepit decimas ab ipsorum iudeorū autore: nec hoc tantū: [sed habenti p̄missiones benedixit:] hoc est dictu: bn̄dixit ipsi Abrae in cuius semine s̄m diuinam p̄missionem bn̄dicende erant omnes gentes: atq; ita bn̄dicens Abrae: toti videt posteritati iudeorū bn̄dixisse: que adhuc erat in lumbis eius. [Porro nemo negat quin id qd minus est ab eo qd maius est bn̄dictionē accipiat.] xj.
Demus inquit ꝙ in eo ꝙ decimas accepit: nō apparet maior: quia τ filij Leui a fratrib⁹ suis p̄cipiunt decimas: illud nullus inficias ierit: minores a maioribus benedictionē percipere: sicut domin⁹ bn̄dixit ipsi Noe τ filijs: Genes.9.
Isaac filio suo Jacob: Moses oībus tribub⁹ Israel: dempta vna. Deuterono. 33. Item Jacob nepotibus suis Genes.27.
Ephraim et Manasse: Genesis. 48. Aliud autem genus bn̄dictionis est/ de quo dicitur: et bn̄dixit illis Si Luce.2.
meon: τ dixit ad Mariā. Ecce positus est hic in ruinā et in resurrectionē multorum.

❡Et hic quidē decimas morietes homines accipiunt: ibi autē contestat ꝙ viuit: & vt ita dictum sit: per Abraam & Leui qui decimas accipit decimat⁹ est. Adhuc enim in lumbis patris erat: quādo obuiauit ei Melchicedec. Si ergo cōsummatio per sacerdotiū Leuiticum erat (populus enī sub ipso legem accepit) quid adhuc necessariū fuit s̄m ordinem Melchicedech alium surgere sacerdotē: & non secundū ordinem Aaron dici? Translato enim sacerdotio: necesse est: vt & legis trāslatio fiat. In quo enī hec dicūtur: de alia tribu est: de qua null⁹ altario p̄sto fuit. Manifestum est enim ꝙ ex Iuda ortus sit dn̄s noster:

S

in qua tribu nihil de sacerdotib⁹ Moses lo-
quut⁹ est. Et ampli⁹ adhuc manifestũ: si ſm
similitudinẽ Melchisedec exurgat ali⁹ sacer
dos: qui non ſm legem mãdati carnalis fa-
ctus est: sed ſm virtutẽ vitę insolubilis. Cõ-
testat̃ enim qm̃ tu es sacerdos in ęternũ ſm
ordinẽ Melchisedec. Reprobatio quidẽ fit
p̃cedentis mandati ꝑpter infirmitatẽ eius &
inutilitatem.

Ps.88. ¶ Atq; hic quidẽ homines qui moriunt̃ decimas acci
piunt (quis est enĩ homo qui viuit ⁊ nõ videbit mortẽ?)
Illic autem .i. de melchisedec dictũ est q̃ viuat ac ma-
neat in ęternũ.] nihil enĩ de morte eius scriptura conti
net: [Et vt ita dictum sit .i. et vt sic dicam: (dicens autẽ:
⁊ vt ita: mollit sermonẽ eum) adhuc erat in lumbis pa-
tris: hoc est nõdum erat natus Leui: quem tñ dico quo
dammõ fuisse decimatũ in patre:) cum a Leui principe
Tho.3.p.q.31.ad.8. ius exigendi decimas puenerit ad sacerdotes: in hoc q̃
Abraam decimas dedit ipsi melchicedec: videt̃ ⁊ ipse
Leui decimat⁹.] hoc est dictu: videt̃ Leui teneri ad de-
cimarũ pẽsionem: cum is soleat ab alijs accipere. Quo
modo ergo minores sunt ipso Leui qui decimas pen-
dunt filij eius Leuitis ac sacerdotib⁹: ita ⁊ Leui infe-
rior est ipso Melchisedec cui decimas dedit in p̃re suo
Abraam alias Abauo: in cuius lũbis erat: cum occurre
ret Abraam ipsi Melchicedec rex iusticię ⁊ rex pacis.
August. Sicut autem dicit Augustin⁹: cum sit in semine ⁊ visi-
bilis corpulẽtia ⁊ inuisibilis ratio: vtrumq; cõcurrit ex
Maria. ipso Adam vsq; ad corpus Marię: vnde infert doctor
Fran.Ma. quidam q̃ illa portio fuit reseruata Marię: que per de-
cisionẽ puenit ab Adam vsq; ad corpus dñi: quod non
Hiere.31. video potuisse fieri nisi per diuinã ꝓuidẽtiam: ⁊ tamẽ
Lii. conceptus Christi creatio vocat̃ ⁊ nouitas in ꝓpheta.
scd̃m enĩ hoc quod Christ⁹ de Maria accepit: in lum-
Genes.22. bis Abrahę fuit: qm̃ in semine tuo bñdicent̃ om̃es gen-
tes. Ratio vero cõceptionis eius non a semine virili/
sed longe aliter ac desuper venit sicut scriptũ est: Rora
Esaię.45. te cęli desuper. Et illud: virtus altissimi obumbrabit ti-
bi: Luce.1. Inde autem cõceptus ỽginis est supra natu
ram/ quia virgo: supra rõnem/ quia deus: contra vsum/
quia homo deus: cõceptus ⁊ part⁹ sine dolore sine pu-
dore. Cur enĩ virgo de partus nouitate desperet: cui de
spiritu sancto ⁊ altissimi efficiẽtia virtus ꝓmittitur? Et
vmbra. virtus altissimi obumbrabit tibi. Uirtus altissimi Chri
stus est: cui per aduentũ sp̃us sancti corpus format̃ ex
virgine. Umbra quidẽ a lumine format̃ ⁊ corpore. dñs
Luce.1. autẽ lumen est. Quia ergo eius lumen incorporeũ in
eius erat vtero corporandũ (ignis in rubo) recte dicit̃:
Exodi.3. virtus altissimi obumbrabit tibi: hoc est corp⁹ in te hu-
manitatis accipiet incorporeum lumen diuinitatis. Hoc
Maria. autem dicit̃ ad Mariã propter carnis ⁊ mentis refri-
geriũ cęlitus datum. vel dicit: obumbrabit tibi: quia si-
cut corporis vmbra pręcedentiũ characteri conformat̃
Basilius. corporũ: ita indicia deitatis filij ex virtute generãdi pa-
tebunt. Maria vt cõciperet verbũ mente: innixa est hu-
militati: vt cõciperet ⁊ carne: habuit pedissequam vir-
ginitatem. vide Hester.15.cap. ibi: Cumq; regio ⁊c. per
auditũ quidem cõcepit/ sed natiuitas Christi per con-
suetũ parientiũ egressum: tametsi nõnulli fabulant̃ per
damascen⁹ latus diuinę matris ipsum ęditum fuisse. Damascen⁹.
lib.4. cap.15. Ille igitur decimat⁹ est in Abraam/ qui
licet secũdum carnẽ tantũ/ sic tamẽ fuit in lumbis eius
quemadmodũ in sui patris ipse Abraam: qui per legẽ
est cõcupiscentię genitus. Non autẽ ⁊ ille ibi decimat⁹
Liii. est: cuius caro inde non feruorem vulneris sed mate-
riã medicaminis traxit. Caro enĩ illa primitię erat vi-

uentiũ et dormientiũ ⁊ resurgentiũ: primitię autẽ non Roma.6.
decimabant̃: sed erant sacerdotis que ante omnẽ deci Leui.23.
mationẽ separabant̃ domino. Cum autẽ ipsa decimatio
ad p̃figurãdam medicinam ptinuit: illud in Abrahã car-
ne decimabat̃ quod curabat̃: non illud vnde curabat̃.
Eadem namq; caro non Abrahę tantũ sed ipsius quoq;
primi parentis simul habebat ⁊ vulnus p̃uaricationis Caro.
⁊ medicamentũ vulneris. Quid igitur incoinq̃nati⁹ il-
lo vtero virginis: cuius caro ⁊ si de peccati ꝓpagine ve
nit: non tamen de peccati ꝓpagine concepit? qm̃ quic-
quid in ea gestum est: totũ puritas: totũq; gratia fuit:
quãdo per ipsam deus in hominẽ veniens: totius mũdi
tenebras depulit: mortẽ confudit: vitam reduxit: fuga-
uit peccatũ: et ꝓmisit credentib⁹ vitam ęternam. vide
optime.2.paralip.cap.8.B.a contrario sensu de purita
te vteri ỽginalis. Et ꝓpterea post filiũ temerariũ fue
rit in virgine peccatũ ponere: p̃parauit enĩ impẽsas an
te mortẽ: quã in ea Assuerus reuocat. Hester.ca.15. que
caput peccati cõtriuit: sicut dr̃: ipsa cõteret caput tuum. Genes.3.
de hoc alias diximus. vide doctorẽ nostrũ in.3. distinc.
3. Et in.4. dist.1. quest.6. Sicut itaq; Adam peccante:
qui in lumbis eius erant peccauerũt: sic Abraam pen
dente decimas: om̃es qui in lumbis eius erant decima Rom.3.et.5
ti sunt. Quare non ⁊ Christus? Quia non scd̃m cõcupi
scentiã carnis inde descendit: iuxta illud: Quomõ fiet
istud: qm̃ virum nõ cognosco? Nihil in istam singularẽ Luce.1.c.
cõceptionem Christi de carnis cõcupiscentia transijt:
nihil de peccati lege dimanauit. Uirgo regia Dauiticę
stirpis eligit̃: que sacro grauidanda fętu/ diuinã huma Leo papa.
namq; ꝓlem prius conciperet mente q̃ corpore. Et ne Liiii.
superni ignara consilij ad insuetos paueret affatus:
quod in ea operãdum erat a sp̃u sancto/ colloquio di-
scit angelico. [Proinde si cõsummatio per Leuiticũ sa
cerdotium erat: (nam in eo populus legem acceperat.)
Quid pręterea fuit opus: alium surgere sacerdotẽ: qui
secundũ ordinẽ Melchisedec: et non ſm ordinem Aarõ
diceret?] Hactenus quidem apostol⁹ ꝓtulit sacerdotiũ
Christi sacerdotio legis. Nunc aũt illud infert q̃ sacer
dotiũ Christi sacerdotiũ legis destruat ⁊ abroget om̃i-
no. Si inquit illud sacerdotiũ continet perfectũ cultum
dei: sicut Judęis videt̃: quid est quod scriptum est: Ju-
rauit dñs ⁊ non penitebit eum: tu es sacerdos in ęternũ
ſm ordinẽ melchisedec? [Quãdoquidẽ trãslato sacer- Ps.109.
dotio ab Aaron ad ordinem melchicedec: necesse est vt
legis quoq; translatio fiat.] Utrũq; enim pari passu se
cõcomitant̃ lex videl; ⁊ sacerdotiũ. Lex enim admini-
strabat̃ per sacerdotes (non enĩ modo sermo est de de- Lex.
calogo legis) sicut patet in om̃ibus que ptinent ad cul-
tum tabernaculi: leges leprę: leges parientium: leges
peccantiũ: leges Nazareorũ: leges Zelotypię: deniq; ⁊
om̃ia que intra velum fiebant: per sacerdotes admini-
strabãtur. Legem inquit de ore sacerdotis requirent: Malach.2.
quia angelus dñi exercituũ est. Translato igitur sacer-
dotio transfert̃ ⁊ lex. Sed vnde ostẽdis sacerdotiũ trãs-
latum? Demus enĩ sacerdotiũ translatum esse (qm̃ scri-
ptura hoc dicit) ab ordine Aaron in ordinem Melchice
dec: permanebit tamen in eadem tribu. Non ita est dicis
apostol⁹. [Nam is de quo dicunt̃ hec:] dicitur autem
de Christo domĩo secundũ q̃d homo: [ad aliam tribum
ptinet] videl; ad tribum Juda: [de qua nullus altario
astitit.] Nam sicut superius pręfati sumus Ozias inde
lepra percussus est: q̃ existens de tribu Juda. ⁊c. Di- 2.paralip.26.
cet autẽ alias: vñ tribus Leuitica facta est sacerdotalis.
Christũ autem fuisse ex tribu Juda alias ostẽdim⁹ ad
Roma.cap.1. scriptũ est enim: Juda te laudabunt fra- Genes.49.
tres tui. Manus tuę in ceruicibus inimicorũ tuorum: et
adorabũt te filij patris tui. ⁊c. [Palam est enĩ q̃ ex tri
bu Juda exort⁹ sit dñs noster.] Lex fuit: Nũeri.36. tri-
bum non despõsare ex alia tribu. At qui Joseph ex Da

uitica fuit: ⁊ iustus erat: Math.1. Nõ ergo p̃ter legem
LV. sanctã virginẽ duxisset: nisi ex eius sceptro descẽdisset.
Pręterea sciẽdum q̃ lex erat: viro moriente sine prole:
fratrẽ eius ex defuncti vxore semen suscitare defuncto.
Deut.25. Q̃d igitur partu gdebat̃/ secũdũ naturã eius
qui genuerat: ſm vero legem eius erat qui diem obie-
rat. Ex serie igit̃ Nathan filij Dauid/ Leui genuit Mel
chi ⁊ Panthera. Panther genuit Barpãthera: hic ge-
nuit Joacim: Joacim vero sanctã Deiparam. Ex serie
Salomonis Mathan genuit Jacob. Mortuo aũt Ma
than: Melchi qui erat ex tribu Nathan filius Leui: fra
ter vero Pantheris nupsit vxori Mathan matri qui-
dem Jacob: et genuit ex ea Heli. Erant igit̃ vterini fra
tres Jacob et Heli: Jacob quidem ex tribu Salomo-
nis: Heli ex tribu Nathan. Defuncto autem Heli ex tri
bu Nathã sine liberis: accepit Jacob frater eius ex tri
bu Salomonis vxorem eius: et suscitauit semen fratri
suo: ⁊ genuit Joseph. Joseph igitur natura quidẽ est fi-
lius Jacob ex discursu a Salomone: ſm vero legem fi-
damascen⁹ lius Heli ex Nathan. Damascen⁹. At nihil loquut⁹ est
de sacerdotio Moses: quod ad hanc tribum ptineat.]
Quãdo enim sacerdotiũ institutum est p̃cepto dei: tri-
bus Juda nec regalis erat nec sacerdotalis. Facta est
autẽ regalis in Dauid: ⁊ in Christo sacerdotalis. Et si-
cut regnum translatũ est a tribu Beniamin ad tribum
Juda in Dauid: ita ⁊ sacerdotiũ a tribu Leui ad eundẽ
tribum Juda: illũ in hoc p̃signante sp̃u sancto euacuã
dum fore in Christo. ⁊ regnum et sacerdotiũ iudęorũ: si-
militer ⁊ legem: et hec trãsferẽda ad gentes que iugũ
dñi susceperũt suaue et leue: iuxta illud: Gloria libani
data est ei ⁊ decor carmeli: Esaię.35.cap. hoc est gloria
sacerdotiũ data est ecclesię ⁊ decor regni: nam lex eua-
cuata est non trãslata. [Idq; magis etiam liquet. si qui-
dem ad similitudinẽ Melchicedec exorit̃ sacerdos ali⁹
qui non iuxta legem mandati carnalis factus sit (sicut
Aarõ) sed iuxta potentiã vitę indissolubilis.] vt intelli
gamus nõ min⁹ interesse inter p̃sonam ⁊ p̃sonã q̃ inter
sacerdotiũ nouũ ac vetus. [Ad similitudinẽ Melchise
dec. Ascẽde inquit dñs Mosi in mõtem istum ⁊ cõtem
plare terrã quã datur⁹ sum Israel: cumq; videris eam:
ibis ad ppl'm tuũ ⁊c. Nũeri.27. sed ille qui populi curã
magis q̃ sui habebat: ꝓuideat inquit deus hoiem qui
sit super populum hunc. ⁊c. Quid est q̃ Moses in alto
Deut.34. moritur: cuius nec caligat visus: nec moti sunt dentes?
Origenes. Oportebat enĩ summã p̃fectiõis cõsequuturo nihil in-
cognitum remanere: sed cunctorũ que vident̃ ⁊ audiunt̃
habere noticiã. Nam quid videbit̃ vtilitatis: vt deces-
suro de sęculo: ⁊ finem vitę huius protinus accepturo:
ostẽderent̃ terrę ⁊ loca: quorũ nec laborem ppessus est:
nec gratiam habiturus? Nec enĩ vel Mosi pepcit mors
que regnauit ab Adam ⁊c. Quomõ autem Moses li-
Roma.5. berare potuit aliquẽ a peccatis: cum ⁊ ipsi dicat̃: Trãs-
gressi estis verbum meũ in deserto Sin? Prouideat in-
quit deus ⁊c. Quid agis Moses? Nũquid filij tibi non
sunt Gerson ⁊ Eleazar? Quare nõ oras deum vt ipsos
cõstituat populo duces? sed discant ecclesiarũ pastores:
successores sibi non eos qui cõsanguinitate generis cõ
iuncti sunt testamento signare: nec hereditate tradere
ecclesię principatũ: sed referre ad iudicium dei. Nũquid
non poterat Moses principẽ populo cõstituere: ⁊ vero
quidẽ iustoq; iudicio: cui a deo dicit̃: Elige septuaginta
senes quos tu nosti. ⁊c. et elegit tales: in quib⁹ cõtinuo
spiritus dei requiesceret: ⁊ ꝓphetarent om̃es? poterat
ergo ita eligere principẽ: sed non fecit: non audet. Cur?
ne posteris p̃sumptiõis relinquat exemplũ. Origenes.
Permittit tamẽ episcopo successorẽ relinquere: si talẽ
nouit quales erant Aaron ⁊ Hur. Exodi.24. Uocatur
LVi. autẽ sacerdotiũ Aaron mandatũ carnale: qm̃ totum cõ
stabat circa carnis obseruãtias sicut alias diximus in

principio capitis quinti. Sacerdotiũ autẽ Christi iux- Roma.6.
ta potẽtiam vitę indissolubilis, qm̃ eo q̃ iam non mo-
ritur: nec mors illi vltra dñabitur/ saluare in perpetuũ
potest: ⁊ remittere peccata populi. [Testificat̃ enim ad Ifra hoc.ca.
hunc modum. Tu es sacerdos in ęternũ: ſm ordinem
melchicedec.] hoc enim ostẽdit autoritas hec q̃ Chri-
stus sit sacerdos in ęternũ: non scd̃m mandatũ carnale
quomõ facti sunt sacerdotes in lege. [Reijcit̃ enim q̃d
pręcessit mandatũ: propter imbecillitatẽ ⁊ inutilitatẽ.]
Abijcit̃ lex timoris vt locum habeat gratia.

¶ Nihil enĩ ad p̃fectum adduxit lex: Intro-
ductio vero melioris spei per quam p̃xima
mus ad deum: & quantũ est non sine iureiu
rando. Alij quidem sine iureiurãdo sacerdo
tes facti sunt. hic aũt cum iureiurãdo per eũ
qui dixit ad eum: Iurauit dñs & non pœni-
tebit eum: tu es sacerdos in ęternũ: In tantũ
melioris testamenti sponsor factus est Iesus.
Et alij quidẽ plures facti sunt sacerdotes: id
circo q̃ morte p̃hiberent̃ p̃manere. Hic au
tem eo q̃ maneat in ęternum: sempiternũ ha
bet sacerdotiũ. vnde & saluare in perpetuũ
põt: accedens per semetipm̃ ad deum: semp
viuẽs ad interpellandũ pro nobis. Talis. n.
decebat vt nobis esset põtifex sanctus: inno
cẽs: impollut⁹: segregatus a p̃ctõribus & ex
celsior cœlis fact⁹. Qui nõ haberet necessita
tem cotidie queadmodũ sacerdotes prius p̃
suis delictis hostias offerre deĩde pro popu
li. hoc enĩ fecit semel se offerendo. Lex enim
constituit homĩes sacerdotes infirmitatẽ ha-
bẽtes: sermo autẽ iusiurandi qui post legem
est filium in ęternum p̃fectum.

¶ Nam nihil ad perfectũ duxit lex]. Transijt. n. sacer
dos: ⁊ leuita. non enĩ ferebant vinũ ⁊ oleum: sed sangui Luce.10.
nem hircorũ. et tamẽ dicit̃: Si vis ad vitam ingredi: ser- Math.19.
ua mãdata. Q̃d si qui tunc p̃fecti inuenti sunt sicut ille
in quo erat sp̃us sanct⁹ qui ⁊ expectabat redemptionẽ Luce.2.
israel: non ex lege sed per fidem iusti erãt sicut ⁊ Abraã
et multi reges: iusti ⁊ ꝓphetę qui voluerũt videre que
videbant ap̃li: nec tñ impletũ est desideriũ eorũ. hi tamẽ Luce.10.
supra legem erãt. p. Timo.1.ca. que non est imposita iu
sto. ¶ Bona est quidem lex: si quis ea legitime vtatur.
Quid est legitime vti lege? per legem agnoscere mor-
bum: ⁊ quęrere ad sanitatẽ adiutoriũ diuinũ. Qui autẽ
in lege quęrit iustificari: male vtitur lege. Hi sunt lãgui Joan.5.
di ⁊ debiles ⁊ paralytici qui intra.5. porticus iacebant
quasi intra legem cõclusi que in.5. libris descripta est.
Sed lex nihil duxit ad perfectũ: qm̃ vnus solus sanatur
post aquę motũ: descẽdente in piscinã penitẽtię nostrę
(in limo ꝓfundi vbi ferrũ ceciderat.4.Reg.6.) angelo Esaię.9.
magni cõsilij. Unus sanat̃ (⁊ nouẽ vbi sunt?) qm̃ vnus Luce.17.
est mediator dei et hoim̃ Christ⁹ iesus sacerdos ſm or-
dinem melchicedec. Hec piscina lex est: in qua q̃z Mo-
ses piscabat̃ in leua: ⁊ noctu: ⁊ nudo hamo vt dicit̃: vix Math.23.
vnũ ꝓselytũ faciebat quot annis. Cępit piscari Petr⁹ Cyrillus.
p̃cepto Christi in dextra: ⁊ in luce: ⁊ cum esca videl; ap Math.3.
propinquauit regnum cęlorum: ⁊ traxit rete plenum pi- Luce.4.
scibus.153. centũ Gentes sunt: quinq̃ginta vero ipsi iu- Joan.21.
dei ad fidem õuersi. tres vero/ fides est trinitatis beati
sicę. ⁊c. Rete inq̃ fides est ex multis filis vndiq; cõtexta

xvij. per totum. Cyrillus. Nihil igitur ad perfectu3 duxit lex.
[Uerum erat introductio ad spem meliorē: per quā ap-
propinquamus deo: (pcessit timor in lege: sequuta est gra
tia & charitas per quam heredes sum9 secundū spem
vite eterne. Titū.3. ibi temporalia pmittunt: hic eter-
na) atq3 hoc melior ē: q3 non absq3 iureiurādo res acta
est.] quod exponit dicens. [Nam illi quidem citra ius
iurādum sacerdotes facti sunt (quasi quādoq3 mutan-
di: & ac si scriptu3 sit de sacerdotio legis sicut de regno
i.Reg.15. Saul legimus: penitet me q3 cōstituerim Aaron sacer-
dotem:) hic vero cum iureiurādo per eum qui dixit ad
illum: Iurauit dñs et nō penitebit eum: tu es sacerdos
in eternū secūdum ordinē melchisedec. Non penitebit
eum: sicut penituit in Saul & in Aaron. [Tanto potio
ris testamēti sponsor factus est Jesus.] Quātum in-
quit interest inter celū & terram: inter tēporalia & eter
na: inter humana & diuina: tāto melioris testamēti spō-
sor factus est Christus ac tanto certior: quanto certius
est apud homines iureiurādo firmatū: promisso simpli-
ci. Et illud quidem testamentū vt vnam gentem intro-
duceret: septem de locis suis expulit: hic de omībus di-
Joan.1. cit: dedit eis potestatē filios dei fieri/his qui credūt in
nomine eius. Ita qm̄ lex nihil duxit ad perfectū: venit
Matth.5. sacerdos scd̄m ordinē melchisedec: qui adimpleuit qd̄
legi deerat. Moralib9 pceptis adiecit consilia: iudicia-
lia temperauit: abrogauit ceremonialia: figuras impleuit
sacramēta instituit pauciora: vtiliora: feliciora. Cum de
Joan.14. inceps factus est nobis via ad patrem & ad patriam: ter-
rā vz que manet in eternū. [Et illi quidē plures facti
Exodi.28. fuerunt sacerdotes: ppterea q3 per mortem non sinerē
tur pmanere.] De hoc ita habes Exodi.capi.28. Appli-
ca quoq3 ad te Aaron fratrē tuu3 cum filijs suis de me-
dio filiorū israel: vt sacerdotio fungant mihi Aaron Na
dab Abiu: Eleazar & Ithamar. faciesq3 vestem sanctā
Aaron fratri tuo in gloriam & decorem. De vestib9 di-
cemus paulo inferius. Cap. sequenti dicit: Sed & hoc
xviij. facies: vt mihi in sacerdotio cōsecrent: Tolle vitulū de
armento & arietes duos imaculatos: panesq3 azimos &
crustulam absq3 fermēto: que cōspersa sint oleo lagana
quoq3 azyma: oleo lita. De simila triticea cūcta facies:
& postea in canistro offeres: vitulu3 autem & duos arie-
tes: & Aaron ac filios eius applicabis ad ostium taber
naculi testimonij: Cumq3 laueris patrē cum filijs suis
aqua: indues Aaron vestimētis suis. i. linea tunica & su
perhumerali & rationali quod cōstringes baltheo: et po-
nes tiaram in capite eius & laminā sanctam super tia-
ram: & oleu3 vnctiōis fundes sup caput eius: atq3 hoc ri
tu pfecrabit. Sequit de minorib9 sacerdotibus: Filios
quoq3 illi9 applicabis: & indues tunicis lineis: cingesq3
baltheo: & impones eis mitras: eruntq3 sacerdotes mi
hi religione perpetua. Ita sacerdotes minores videlic3
filij ipsius Aaron non inungebant in capite/sed sacer-
dos magnus tantū: de quo dicit: sicut vnguētum in ca-
Ps.132. pite &c. Is autem sacerdos Christus est. vide & Leui.
xix. cap.8. et sequitur in Exo.capi.29. vestem autem sanctā
qua vtitur Aaron: habebunt filij eius post eum vt vn-
gant in ea & consecrent manus eorum. Septem dieb9
vtetur ea: qui pontifex pro eo fuerit cōstitutus de filijs
eius: septem eñ diebus finitur cōsecratio: sicut in psen
tiarū factum est. Septem dieb9 non egrediemini de ta
bernaculo: vsq3 ad diem quo complebit tempus conse
crationis. Fiebat autem & illud in cōsecratione sacerdo-
tum. Sumes inquit dñs ad Mosen de sanguine poste
rioris arietis: super cui9 caput Aaron & filij eius ponēt
manus. Quem cum immolaueris: sumes de sanguine
eius: & pones super extremū auricule dextre Aaron et
filiorū eius: & super pollices manus eorū ac pedis dex-
tri. Ad horum expositionē omniū manū non mittimus:
qm̄ si vix temp9 sufficit singulis: quanto magis nō suffi

cit omnibus? De tribu autem Leuitica que tota assum-
pta est ad ministeriū tabernaculi ita habes Nu.ca.3.
Applica tribum Leui: & fac stare in conspectu Aarō sa
cerdotis: vt ministrent ei. &c. Dicit igitur nunc domin9: xx.
Ego tuli Leuitas a filijs israel pro omī pmogenito qui
aperit vuluam in filijs israel: eruntq3 Leuite mei. Meū
est enim omne primogenitu3: ex quo percussi pmogeni- Exodi.12.
tos in terra Egypti. Assumpta est igitur tribus hec et
non alia. Primū qm̄ hec fere equabat numerū primo
genitorū totius israel: minus ducentis septuaginta tri-
bus: numeratis Leuitis ab vno mense & supra: pro sin-
gulis quorū iussit deus dari a populo Aaron sacerdoti
quinq3 siclos argenti: qui simul iuncti fiunt.1365. Nam
tribus que pauciora capita habebat ex ceteris erat tri
bus Manasse: que tamē habebat a viginti annis et su-
pra.32200. capita: q3 si numerarent ab vno mense & su-
pra forte ascēderent ad.50000. capita. Hec ergo tribus
fere equabat numerū primogenitorū israel: qui & ipsi Exodi.32.
iam cōsecrauerant manus suas deo in vlciscendo pec-
cato vituli: sicut dicit Moses: qui dixit patri suo & matri
nescio vos/& nescierūt filios suos. Deute.cap.33. Cum Deut.33.
tertio/q3 Aaron de eodem tribu fuerat electus in sacer
dotem puidentia dei: plures tamē facti sunt: qm̄ mor- xxi.
te phibebant diutius psistere: statutū est eñ omnib9
semel mori: infra.9.capite. imo Aaron non est mortu9:
sed vt ita dicam iussus est mori in tēpore non suo. per- Numeri.20.
gat inquit Aaron ad populos suos: nō intrabit terram
quam dedi filijs israel: eo q3 incredulus fuerit ori meo
(Nonne & Moses similiter?) ad aquas cōtradictionis.
Tolle Aaron & filium eius cum eo: & duces eos in mon
tem Hor. Cumq3 nudaueris patrem veste sua/indues
eas Eleazarū filium eius: et Aaron colliget et morietur
ibi. Cumq3 Aaron spoliasset vestibus suis: induit filiu3
eius. illo mortuo in montis supcilio: descendit cū Elea
zaro. Fleuit aūt populus ipsum Aaron numero.30. die
rum. Uides quomō Aaron mortuus est in tēpore non
suo: & tamē adhuc viuens nudat sacerdotio: quod sine
iureiurādo acceperat. Nec illud a mysterio vacat: q3 in-
dutus vestib9 sacris mori non potuit: Christum eñ si-
gnificat qui per obediētiam patris ad mortē ductus/ ve
stibus quib9 vsus est in domo Pilati et Herodis: imo Matth.27.
& suis nudatus est: eaq3 tradidit ecclesie sue. Quomō
enim mors inuaderet eum indutū/ quem prius stātem
inter mortuos & viuos cum thuribulo & veste sacerdo- Nume.16.ca.
tali extimuit: et cessauit plaga? Deniq3 & Moses & Aarō
et Maria fratres omēs eodem anno mortui sunt: anno
videl3.40. egressionis filiorum israel de Egypto. Ma- Nume.20.c.
ria quidē mense primo: Aaron mense quinto: Moses
vero mense vndecimo eiusdē anni. In Mose regnum:
in Aaron sacerdotiū: in Maria vero pphetiam intelli- Matth.11.
ge: que omnia mortua dicūtur simul cum lege. Lex eñ
et pphete vsq3 ad Joannē: regnum vero & sacerdotiu3
in Christo manet. [Is enim eo q3 maneat in eternum:
perpetuū habz & regnum & sacerdotiū: et omnia in eo
viuūt/qui p omnibus mortu9 est. sempiternū sacerdotiū
ἀπαράβατον, idest qd̄ successione non alijs de trans-
migret: quomodo fiebat in sacerdotio
Mosaico. [Unī & saluare ad plenu3 potest: semp manēs
sacerdos saluare inq3 eos/qui per ipsu3 adeūt deum.]
προσερχομένους δι' αὐτοῦ. Aut saluare: per semet
ipsu3 accedēs ad deum: xxij.
non per alium sacerdotem: non per hostiam alienam:
cum ipse sit vtrūq3. [Semp viuens: (semel mortu9:) ad
hoc vt interpellet p illis & pro nobis.] Aduocatū enim i.Joan.2.
eum habem9 apud patrem: qui & ipse ppitiator est ppi-
tiatoriū et ppitiatio p peccatis nostris. [Talis.n. dece Cho.3.p.q.
bat vt esset nobis pōtifex: pius: innocēs: impollutus: se 4.ad.6.
gregat9 a pctōrib9: & sublimior celis fact9. [Sinite inqt
paruulos venire ad me: talium est enī regnum celorū.

Et complexās eos & imponens manus super illos: bñ-
dicebat eos. Amplexabat eos tanq3 in pprium sinum
eleuans/ppitiatus facturā suam vt pius et misericors
Luce.15. cadentem ab eo ex initio. Nec solum in sinu3: sed & ad
humeros euexit ouem errātem. Quid dicimus ad hu
Esaie.46. meros: cum scriptu3 sit: Audite me domus Jacob: qui
portamini a me & vtero: qui gestamini a mea vulua: vsq3
ad senectā ego ipse & vsq3 ad canos ego portabo: et pa-
tris & matris: et inficis & gerule fungens officio. Docet
Dei mīa. autē filios israel puerorū instar atq3 lactentiū: ita adeo
quasi matris vtero et vulua pregnātis ex Egypto esse
portatos. Non quo ineffabilis dei incomphensibilisq3
maiestas aut vterū habeat aut vuluam & cetera corpo-
ris membra: alioqui & vngues dicit habere & alas/ et
plumas: capillos/oculos/palpebras/aures & nares: fa-
ciem & posteriora &c. sedere/stare/ambulare/dormire/
ridere/lamentari & ignorare: sed quo nos affectum dei
xxiij. per verba nostra discam9. Nam & vbi septuaginta di-
xerūt: ex vtero ante luciferum genui te: Hebraice dicit
מרחם Merehem: qd̄ est de vulua. Et in presenti loco nō solu3
de vtero & de vulua scriptum est: sed de meo vtero & ex
mea vulua. Quos inquit genui ab infantia: ptegam
vsq3 in senectam & senium. Creator enim omniū pater
creature sue vocat: & pastor bonus: quoniā talis dece-
bat vt esset nobis pontifex/qui pater esset & pastor: imo
mater & frater os & caro & seruus innocens: sicut dicit:
Esaie.53. Tanq3 ouis ad occisionem ductus est: et Innocēs ego
sum a sanguine iusti huius: Matth.27. cuius innocen-
tiam latro de cruce testat dicens: hic autem quid mali
Matth.27. fecit? Uos aūt accedite huc filij auguratricis semē adul
teri: super quē lusistis? super quem dilatastis os? Ele-
gistis linguam dicentes: Uah: qui destruis templū dei?
Latro. saluum fac teipsum & nos. hec illi. Latro autem quid?
Hic autem quid mali fecit? Quā dissimilis hec vox illi
voci: si filius dei es/descende de cruce. Uidisti blasphe
miam iudeorū: audi libertatē latronis et phiam in tor-
mentis & in pena prudentiā: suorum dolorū oblitus: so
cium furti & vite furacis ad penitentiā inuitabat: Nec
tu inquit times deum. Aliquid & Christus deum nō ti
met qui pependit in cruce similiter? sed nos inquit su-
mus qui deum non timem9: Alterq3 enim cepit scomata
xxiiij. impingere in dominū Christū: alter tamē in se reuer-
sus/confessus peccatū suum: ad penitentiā incitans so-
cium suu3: autorē vite innocētem clamat dicens: hic au
tem quid mali fecit? Et quidem Abraam credidit lo-
Chryso. quenti deo de celis per angelos: et Moses visis signis
virge & colubri & manus leprose. Exodi.4. et Gedeon
ostenso signo in vellere. Sed latro hic vnde didicit talia
phophari de Christo? Non inquit edoctus sum per le-
gem: qui potius inter homicidia versatus sum: sed sol
occultās radios ad clamorē dicētis: Heli heli vt quid
dereliquisti me: [Impollut9 & segregatus a pctōrib9:]
qui tamē cum eis manducauit & bibit: qui propter pec
catores venit: sicut dixit ad Simonē apud quem hospi-
Luce.7. tabat: remittunt ei peccata multa: qm̄ dilexerūt mul
tum. fleuerūt: lauerūt pedes meos: vnxerūt tersos: de-
osculati sunt: cōuerterunt numerū criminū ad numerū
Roma.7. obsequiorū: vt quorum membra seruierāt iniusticie: ser
uirēt deinceps sctificationi. [Et excelsior celis fact9:]
merito & loco & dignitate. Et cui non sit cotidie necesse
quemadmodū illis pontificib9 prius pro peccatis suis
victimas offerre: (quippe qui pctm̄ non fecit: nec pec-
xxv. care potuit) deinde p peccatis populi: nam id fecit se-
mel cum semetipm̄ obtulit.] Obtulit autem non pro se
metipso: qui deus erat & homo/pius/innocens/impol-
lutus/& excelsior celis: sublimiorq3 ipsis Ʋtutibus cele
stibus: cum sit splēdor patris &c. [Siquidem lex homi
nes constituit pontifices habētes infirmitatē:] iuxta qd̄
superius prefatū est: qm̄ & ipse circūdatus est infirmita

te: potens & ipse deficere sicut & populus. [Porro ser
mo iurisiurādi qui supra legem fuit] hoc est post legem
datam pdictus a spiritu sancto per os Dauid: [filium
constituit sacerdotem in eternum] consummatū & ple- Ps.109.
num gratia et veritate. Cōsummatu3 & plenum gratia. Joan.1.
τετελειωμένον, hoc est semper idoneū ac legitimū.
Nec enim sacerdos semp aut vbiq3
idoneus est ad pagendum sacramentū. Potest autē le-
gi secundū Grecum textu3: non sermo qui post legem
est sicut nos habemus: sed ὁ λόγος δὲ τῆς ὁρκωμο-
σίας, τοῖς μετὰ τὸν νόμον, Hoc est: sermo autē qui
supra legem est: vt sit sen
sus: plus fuisse ponderis in voce diuina q3 in precepto
Mosi. Abrogat enim id quod posteri9 est que fuerūt
primū sancita: et abrogat quod a domino deo statutu3
est: id quod minister domus mādauerat. Quam autē Leui.21.c.
puritatē requirebat lex a sacerdotibus: ex multis locis
colligere licet. Leuiti.cap.21. homo de semine Aaron
qui habuerit maculā/non offeret panes deo suo: nec ac sacerdos.
cedet ad ministeriu3 eius si cecus fuerit: si claudus: si
vel paruo vel grandi vel torto naso: si fracto pede: si ma
nu: si gibbus: si lippus: si albuginem habēs in oculo: si
iugem scabiem: si impetiginē in corpore vel herniosus:
talis non accedat ad altare offerre hostias domino: Que
omnia allegorice de Christo intelligunt: & moraliter de Chrysost.
ecclesie sacerdotib9. Ad hec Chrysostom9. Omne pec-
catū non secundū actum suum iudicat: sed secundū pec
cantis psonam. Laicus enim & si magnum fecerit pec-
catū/modicū est: & festuca est quantū ad sacerdotis dico
pctm̄ quia laicus est. Doctor autem & si modicū fecerit
peccatū/magnu3 est: & trabes est quātum ad laici dico
pctm̄/quia doctor est: et huic per ignorātiā peccare ne-
fas est. Alioqui quis est hmōi sacerdos: in cui9 ore non
fuerit inuentus dolus aut macula in corpore? precipit
autem sacerdoti summo vt vxorē ducat: Despōdi enim 2.Cor.11.
vos vni viro virginē castam exhibere Christo. Caueat
aūt a vidua synagoga/mortuo Mose: repudiata a Chri
sto/cum dixit ipsa: Nō habem9 regem &c. sordida & me- Joan.19.
retrice: que mechata est cum ligno et lapide. Precipit
item non ingredi ad omnē mortuu3: (vite namq3 diuine xxvi.
vestigium quoddā vel simulacru3 vel demonstratio in
corpore per mortē extinguit: ideoq3 sacerdotes vetātur
ea que iam anima deseruit corpora vel intuitu tangere
secundū legis pscriptum) etiam nec ad parētes quippe Leuit.21.
quos suscitare nō potest: sed magis ipse abire ad illos.
de quibus sacerdotib9 vide hoc eodem cap. Leuiti.21.
Sancti erunt inquit deo suo: & nō polluent nomen eius:
incensum eñ domini dei sui offerūt. Item illud: Ne cō-
taminent sacerdotes in mortib9 ciuiu3 suorū: nisi tantū
in cōsanguineis ac ppinquis. i. super patrē & matrem:
filium & filiam: fratrē quoq3 & sororem virginē: que non
est nupta viro. sed neq3 in principe populi sui cōtami-
nabit: nec radēt caput nec barbam: nec in carnib9 suis i.Thes.4.
facient incisuras: qm̄ scriptum est: nolumus vos ignora
re de dormientib9: vt non cōtristemini sicut & ceteri qui
spem non habēt. Sacerdos tū magnus super cuius ca-
put effusum est sancte vnctiōis oleum: & cui9 manus cō
summate sunt: vestitusq3 est sanctis vestibus: nec vel ca
put suu3 discooperiet pro luctu mortui: imo nec egrediet
de sanctis: quē oportet sine crimie esse/tantarūq3 virtu
tū vt semp appareat excelsior celis: paratus victimas of
ferre pro populo: sequester hoīm et dei: ac carnes agni
& sanguinē sacro ore cōficiens. Nec polluat vestimenta
aut scindat: qm̄ ille montan9 habitator qui de Hierusalem Luce.10.
descēdit in Hiericho: nō prius vulnerat9 est q3 nudatus:
sicut nec Aarō prius mortu9 est q3 nudat9. De his autē Numeri.20.
sacerdotalib9 indumētis pauca interserimus de mēte Hierony.
Hiero. Primū itaq3 indumētū feminalia sunt: tegentia

xxvii. corpus ab vmbilico vsq ad poplites. Hebraice vocant
Maschinasse: grece aūt περισκελη, Josephus re
מִכְנְסֵי fert fuisse de bysso retor ta: texta: post
incisa acu consui. ¶ Secunda vestis est poderis.i. talaris:
secundum. duplici sindone: quā τ ipsam Josephus byssinā vocat:
כְּתֹנֶת hebraice Cotonaph: Grece χιτων, latine tunica: stri
ctis manicis τ corpore: ita vt nulla ruga vestis
tertium. sit in corpore: sicut sunt camisie bellatorum. Tertium ge
nus vestimenti Hebraice appellat abanech: nos bal
אַבְנֵט theum siue zonam vocamus. Hoc est cingulum in similitu
dinē pellis colubri quam exuit in rotūdum est cōtextum:
quattuor digitorum latitudinis: vt marsupium longum pu
tes. Textum est sub tegmine cocci purpure: hyacinthi et
stamine byssino ob decorē τ fortitudinem: atq ita poly
mita arte distinctum: vt diuersos flores ac gemmas arti
ficis manu non textas sed additas arbitreris. Lineā tu
nicam supradictā inter pectus τ vmbilicū hoc astringit
baltheo: qui ex vna parte vsq ad crura pēdens cum ad
מִצְנֶפֶת sacrificia cursu expeditiore opus est: in leuā retorquet.
Quartum indumentum est pileolum rotūdum quasi sphe
quartum. ra media. hoc Greci τ nostri Tiaram appellant: nōnulli
xxviii galeam. Non habet acumē in summo: nec totum vsq ad
comas caput tegit: sed tertiā partem a fronte in oper
tam relinquit: atq ita in occipitio vitta cōstrictus est: vt
non facile labat ex capite. Est autē byssinum. His quat
tuor indumētis tam minores sacerdotes q̄ pōtifex ipse
מְעִיל vtunt. Prima autē vestis pontificis est Mail.i. tunica
quintum. talaris tota hyacinthina: ex lateribus eiusdē coloris assu
tas habēs manicas: in supiori parte capitium habens.i.
apturā. In extrema vero parte.i. ad pedes.72. sunt tinti
nabula: τ totidem mala punica eisdem cōtexta colori
bus super singula inter duo mala punica vnum tintina
bulum τ inter duo tintinabula vnum malum. Causasq red
dit: idcirco tintinabula vesti apposita: vt cum ingredit
pontifex sancta sanctorum: totus vocalis incedat: moritu
אֵפוֹד rus si hoc nō fecerit. Sextum indumētum est Ephod:
sextum. septuaginta vero ἐπώμλα, idest suphumerale appel
lant. Et vbicunq in Exodo siue Leuit. sup
humerale legit: sciamus apud Hebreos Ephod appel
1.Reg.2. lari. Illud autē quod legit Samuelē paruulum et Da
2.Reg.6. uid ante arcam dei portasse Ephod: illud lineum erat:
non ex quattuor cōtextum coloribus. Auri bractee mira
tenuitate tundunt: ex quibus facta fila torquent cum sub
tegmine trium colorum hyacinthi: cocci purpure τ cum sta
mine byssino: τ efficit palliolum mire pulchritudinis: p
xxix. stringēs fulgore oculos: in modum caracallarum: sed absq
cucullis. Contra pectus nihil cōtextum est/ τ locus fu tu
ro rationali derelinquit: sed in vtroq humero habz sin
שֹׁהַם gulos lapides clausos: τ astrictos auro: qui Hebraice
dicūtur Soon: sardonichi s̄m Hebreos. Aquila ponit
eos onychos: septuaginta ponūt eos smaragdos: et in
Exodi.28. singulis lapidibus bissena patriarcharum nomina: in dex
tro maiores: τ in sinistro minores: vt pōtifex ingrediēs
sctm sanctorum: nomina populi pro quo rogaturus est do
septimum. mino portet in humeris. Septimum indumentum est mē
חֹשֶׁן sura paruum: sed cunctis supradictis sacratius. Hebrai
ce vocat Osnin: Grece autē λόγιον, nos rōnale appel
lamus: pānus est breuis ex auro τ quattuor su
pradictis coloribus textus: habens magnitudinē palmi
per quadrum: et duplex: ne facile rumpat. Intexti sunt
autem ei.12. lapides mire magnitudinis atq precium per
quattuor ordines: ita vt in singlis versiculis tres lapides
collocent. in singulis lapidibus s̄m gtates duodecim tri
Apoca.21. buum sculpta sunt nomina. De his lapidibus vide apoc.
capi.21. Per quattuor rōnalis angulos quattuor sunt
anuli aurei: habentes contra se in suphumerali alios
quattuor: vt cum appositum fuerit rōnale in loco quem di
ximus in Ephod derelictum/ anulus veniat contra anu
lum: τ mutuo sibi vittis copulētur hyacinthinis. Et ne

magnitudo τ pondus lapidum cōtexta stamina rumpe
rent: auro ligati sunt atq conclusi. Neq sufficit hoc ad
firmitatem: nisi τ catene ex auro fierent: que ob pulcri
tudinem fistulis aureis tegerent: haberentq in ratio
nali supra duos maiores anulos: qui vicinis suphume xxx.
ralis anulis aureis necterent: et deorsum alios duos.
Nam post tergum in suphumerali contra pectus τ sto
machum ex vtroq latere erant anuli aurei: qui catenis
cum rationalis inferioribus anulis iungebātur: atq ita
fiebat vt astringeret rationale suphumerali τ econtra:
vt vna textura contra videntibus putaretur. Octauum est octauum.
lamina aurea que hebraice dicit Sisζaab in qua scri צִיץ זָהָב
ptum est nomen domini quattuor litteris videlz Joh:
he: vau: heth. יהוה quod apud illos ineffabile nūcupa
tur. Hoc sup pilleolum lineum τ cōmune om
nium sacerdotum in pontifice plus additur: vt in fronte vit
ta hyacinthina constringat: totamq pontificis pulchri
tudinem dei vocabulum coronet τ protegat. Quattuor
itaq colores quattuor sunt elementa: Byssus terram: allegorice
quia de terra colligitur: Purpura aquā: quia inde ex
eius cochleis tingitur: Hyacinthus aeri: propter simili
tudinē coloris: Coccus igni τ etheri: qui hebraice: san
dicit: quod aquila διάφανον. Symmachus ἀνάβαθον
interpretatus est. pro cocco au
tem Hebraice Tholach: idest vermiculus. Et iustum esse תּוֹלַעַת
se dicunt: vt pōtifex creatoris non solum pro Israel/ sed
pro toto mūdo roget: qui ex quattuor elemētis consi
stit. vnde primum indumentum terram significat: secūdum
aerem: quia de terrenis paulatim ad celestia sustolli
mur. Quod autem secunda vestis vsq ad talos venit: indicat
aerem a celo vsq ad terram diffusum. Mala punica et
tintinabula significāt fulgura τ tonitrua: siue terram τ
aquam et omnium elemētorum inter se consonātiam: et
sic sibi vniuersa perplexa: vt in singulis vniuersa repe
riant. Quod predicti colores auro intexti sunt: id signifi
cari volunt: q diuina prudentia omnia penetret. Sup
humerale τ duo lapides qui in eo sunt: duo hemispe
ria interpretant: siue solem τ lunam que desuper ruti
lant: Lineam qua pectus astringitur interpretant mare
oceanum quo terra cingitur. Rationale in medio posi
tum: terram edisserunt: que instar puncti licet omnia in xxxi.
se habeat: tamē a cunctis vallatur elementis. Duode
cim lapides vel duodecim menses vel zodiacum inter
pretant: τ singulis versiculis singula assignant tempo
ra: τ his ternos deputant mēses. Pulchre autem hoc
ipsum quod est in medio appellat rōnale: ratione enim
cuncta sunt plena: τ terrena herent celestibus: idest ra
tionale suphumerali: imo ratio terrenorum τ temporum: ca
loris τ frigoris: et duplex in vtraq tēperies de celi cur
su τ ratione descēdit. Quod autem dicit q erat in rōnali
ἀλήθεια καὶ δήλωσις, idest manifestatio τ veritas (He אוּרִים
braice Urim τ Tumim) signifi תֻּמִּים
cat q nunq in dei ratione mēdacium sit: sed ipsa veri
tas multis rationibus τ argumentis mōstratur homini
bus: vt rationē omnium agnosceremus que fecit deus su
per terrā: quia omnia in sapientia fecit. Quid tamē fu
erit hec manifestatio τ veritas que erat in rationali: nō
vsqquaq elucet. Nicolaus ponit duas opiniones: sed Nicolaus.
qm neutra placet: nullam pono. Quidā hebrei dicunt
q erat nomen domini τc. Alij fatent se nescire quid sit
Urim et Tumim. De fulgore lapidum insolito Jose
phus dicit. qui tamen cessauit annis.200. anteq Jose
phus hec scriberet. Super omnia Cidaris et vitta hya
cinthina celum mōstrat: et auri lamina cui in fronte pō
tificis nomen dei scriptum est: vniuersa que subtus sunt
dei arbitrio gubernari. Ezechiel primo: Idipsum puta
mus sub aliis nominibus τ in Cherubim τ quattuor ani
malibus figuratum: que ita sibi permixta sunt τ herent:
vt in vno inueniantur τ reliqua: et q instanter et ante

se vadant τ non reuertant. Labunt enim tēpora preteri
ta relinquētia/ sed ad futura festināt. Quod autē semp in
motu sunt: id significat quod philosophi suspicant curre
re mūdum suo ordine: τ incessabiliter velut rotā in suo
axe torqueri. vnum τ rota in rota.i. tempus in tēpore: τ an
nus in seipm reuoluit: τ ipse rote eleuant ad celum. Et
super crystallum thronus/ ex sapphiro est τ sup thronum
similitudo sedētis: cuius inferiora ignea sunt: superio
ra electrina: vt indicet iferiora egere purgatiōe τ igne:
que autem sursum in cōditionis sue puritate cōsistere.
Et quomō hic in habitu sacerdotis auri lamina est de
super: ita in Ezechiele electrum in pectore τ in vertice col
locat. ¶ Legi in cuiusdā Latine hominis ingeniosi bre
uem disputatiunculā: putantis castrorum ordinem.12. tri
buum hac visione describi in solitudine ad oriētem: oc
cidētem: meridiem τ septentrionē que sibi inuicem in
charitate τ consanguinitate copulant. Et hoc esse rota in
rota que ducant a spiritu et nube protegātur in eremo:
et colūna ignis illuminent in nocte: nec reuertātur in
Egypto: sed semper ad terrā promissionis ire festinent.
Electri autē in medio similitudinē interpretat sctā san
ctorum. ¶ Faciem hominis refert ad totum israel: leonis
ad regale sceptrum Jude: vituli ad sacerdotalē τ leuiticā
tribum: extra que sit facies aquile: vindicta τ vltio dei
cuncta prospiciens: τ que parata sit laniare peccantē. Su
per huiusmodi aūt quadrigam sedere deum instar aurige: τ
faciēda vel non facienda precipere. Hoc aūt inquit popu
lo dicit qui est in Babylōe: q si deo colla subiecerit: rur
sus eius mereat auxilium: τ terrā quā amiserat recipiat.
Justum ergo erat vt pontifex dei creaturarum omnium ty
pum portans in vestibus suis: indicaret omia egere dei
misericordia: τ cum sacrificaret ei/ expiaret omnis condi
tio: vt nō pro liberis parentibus ac propinquis: sed pro cun
cta creatura τ voce τ habitu precaret: quod melius implet
Collos.1. in eo: cuius sanguine pacificata sunt omia. De femina
libus autē hoc solent dicere. Ratio seminum ac genera
tionum ad carnem ptinens/ terre per eam deputat. vnde
Genes.3. dictum est: terra es/ τ in terram ibis: Causasq huius rei
quomō de paruulo semine τ de fedissimis initijs tanta
vel hoim vel diuersarum rerum pulcritudo nascat/ esse obuo
lutas: τ humanis oculis non patere. hucusq Hierony.

¶ Octauum Caput.

Capitulū aūt super ea que dicunt. Talem habemus pōtificē: qui cōsedit in dextera sedis magnitudinis in cœlis sanctorū minister & veri tabernaculi quod fixit deus & non homo. Omis enim pontifex ad offerendū munera & hostias constituit. vnde necesse est & hūc habere aliquid quod offerat. Si ergo esset super terrā: nec esset sacerdos: cum essent qui offerrēt secūdū legem munera: qui exēplari & vmbre deseruiunt cœlestiū: sicut responsum est Mosi cū cōsūmaret tabernaculū. Vide inquit, omnia facito s̄m exēplar quod tibi ostēsum est in monte. Nunc aūt melius sortitus est ministeriū: quāto & melioris testamēti mediator est: qd & in melioribus repro

missionibus sancitū est. Nam si illud prius culpa vacasset: nō vtiq secundi locus inquireret.

¶ Ceterū eorum que dicūtur illud i.
est caput τ summa: q talem habemus pontificē: qui cō
sedit ad dexterā throni maiestatis in celis: sanctorum mini
ster ac veri tabernaculi: quod fixit deus τ non homo.]
κεφάλαιον δὲ ἐπὶ τοῖς λεγομένοις. Eorum inquit
que tot verbis explicauimus τ argumētis astruere nisi su
mus: ac fidem credentibus facere caput ac summa est: q
talem habemus pōtificem: qualem sermo superior descri
psit: pium: innocentē: impollutū: τ celis ipsis celsiorem.
τc. Fuerunt enim reuera terribilia quidē τ horribilia ea
que in veteri testamēto ante grām gerebātur in tēplo:
puta tintinabula: malogranata: lapides in pectore ordi
nati: mitra: lamina aurea: sctm sanctorum: propitiatorium: vir
ga: et Māna: τ tabule legis: intusq silentium: et solitudo
reuerēda: et vox angeli loquentis ad Mosen de medio Hieri.7.c.
cherubim. Uerum si quis ea que sunt in gratie ordinatio
ne cōsideret/ parua esse illa que precesserunt terribilia et
nullius momēti iudicabit. O miraculum nouum sup ter Chrysost.
ram. o dei in nobis beniuolētia: qui sursum sedet ad dex Gloria in ex
teram patris: sacrificij tamen tēpore: hominibus nō vidētibus celsis deo.
quomō: angelis autē admirātibus: hoim manibus cōti
netur: traditurq lambere cupientibus eum. Imaginare
sub cōspectu nostrum Heliā adductum de paradiso dei: et
innumerabilē multitudinē circūstātem: τ hostiā in al
tari positam: omesq qui presto sunt cum magna silētij ex
pectatione: solum vero orantē prophetam: τ repente flā 3.Reg.18.
mam de celis in hostiā decidētem. Admiranda nempe
hec: τ totius plena stuporis: videre non ascendentē an ij.
gelum pariter cum flāma in celum: aut ardētem rubum Judicum.13.
nec comburi. Exodi.3. Magis autem illud: quomō om
nium artifex qui talis ac tantus est quo maior excogitari Esaie.40.
nō potest: sibiipsi fabricauit domū: qui celum palmo me
tit: quomō ve illa in obliquabilis linea que est omnium
ἄλφα καὶ ὦ, seipsum circulauerit fini principium copu
lans. Sed τ illud adhuc mirabilius videt:
quomō pōtifex noster qui iam sedet ad dexterā throni
maiestatis: cotidie est hostia oblata pro peccatis popu
li in templo suo qd in terra fixit idem pontifex deus et
homo: τ non aliquis terrenus homo. sumit τ non consu
mit: quia in edentem minime transformat: sed si digne
recipitur: sibi recipiens conformat: q mi in me manet τ
ego in eo. Quod itaq dicit: sanctorum minister: ly sanctorum Joan.6.c.
potest referri vel ad homines vel ad ipsa sancta. si ad ho
mines: significat q Christus sacerdos τc. administrat
sanctis grām et gliam: quod lex nō fecit. Quomō autē
lex grām cōtulerit/ vide doctorē nostrum in.4. dist.1.q.6.
Si autem ly sanctorum referat ad sancta sacra: sensus est
q sicut hoc tabernaculū nempe celū: quo sacerdos no
ster ministraturus introiuit est verum tabernaculū: cuius
figuram tenebat tabernaculum Mosi: ita sancta sanctorum
que illic administrat vera sancta sunt. Ceterū quod di
cit: fixit deus τ non homo: et vetus quidē tabernaculum
deus posuit sed per hominē: non quidē fixum sed por
tatile. Tabernaculum aūt verum non homo fixit sed deus: iij.
iuxta illud: super hanc petram edificabo ecclesiam meā: Matth.16.
ecce fabricator τ artifex: et porte inferi non preualebunt
aduersus eam: ecce firmamentum eius. Item illud ex pro
pheta: Oculi tui videbunt hierlm habitationē opulen Esaie.33.
tam: tabernaculū quod nequaq transferri poterit: nec
auferent claui eius in sempiternum. In visione igit pa Joan.14.c.
cis mansiones sunt multe τ vera festiuitas: ex quo ta
bernaculū Mosi iam diu de terra sublatum est: qm post
captā vrbem templiq reseratum a Chaldeis: filij Amon
τ Moab et Seir ingressi sunt templū: videtesq cheru
bim protegētes propitiatorium dixerunt. Sicut cūcte gētes co

lunt simulacra: ita & Juda habet sue religionis idola.
et idcirco iratus dñs: tradidit eos captiuitati. Reuera
inde traditi sunt inimicis/ non propter cherubim qui
erãt intra sctm̃ sanctorũ: sed ꝓpter militiam celi quam
adorabãt: & multa hmõi portẽta: de quib⁹ vide. 4. Re
guz. capi. 23. plene. et Ezech. capi. 8. [Omnis enĩ põti
fex ad offerendũ donaria & victimas cõstituit.] Donoꝝ
autem nomine põt intelligi etiam sacerdotis oratio ad
repropitiãdum peccata populi. [vnde necesse est vt hic
(ex quo sacerdos est ſm ordinem melchisedech.) etiam
habeat aliquid quod offerat:] sicut & ceteri sacerdotes:
Exodi.23. qui nunq̃ apparebãt vacui in conspectu dei. [Nam si
esset in terra: ne sacerdos quidẽ esset.] Quare? Quia
ipse nihil obtulit in terra: quale videlz lex iubet offer-
ri. Nec in templo: cui⁹ aditus solis patebat sacerdotib⁹
de genere Aaron: cũ Christ⁹ de tribu esset Juda: vt ne
dicam [qm̃ in terra & in templo sunt alij sacerdotes qui
facti sunt ſm legem: qui offerũt iuxta legẽ munera: que
quidẽ exemplari & vmbre deseruiũt celestiuz: sicut ora
Exodi.25. culo respõsum est Mosi: cum esset absolutur⁹ taberna
culũ. Nam vide inquit vt facias omnia scd̃m exemplar
quod ostẽsum est tibi in monte. Hebraice autem sic.

וּרְאֵה וַעֲשֵׂה בְּתַבְנִיתָם אֲשֶׁר אַתָּה מָרְאֶה
בָּהָר׃

Item illũ quod dicit: si esset super terrã/ nec es
set sacerdos: hũc habet sensum. Christ⁹ est sa
cerdos ſm ordinem melchisedech. ergo habz suum tẽ
iiij. plum & altare & hostiam: sed non super terrã: In terra
enĩ ministrant sacerdotes ex genere Aarõ. ergo taber
naculũ eius & altare eius supra terrã est: hoc est in ce
lo. Et reuera cum Christ⁹ seipm̃ pro nobis obtulit: sup
terram erat in cruce: vt esset mediator quidam inter ce
Laurẽ. val. lum & terrã: in se recõcilians ima summis. Laurẽ. val.
sic exponit hũc locuz. Nam si essent quidẽ super terrã:
non etiã sacerdos esset: idest si essent munera & hostie:
non tamẽ esset sacerdos idone⁹: quia ceteri qui illa of-
ferebant: vmbratice & non vere offerebant. εἰ μὲν γὰρ
ἦν ἐπὶ γῆς, οὐδ᾽ ἂν ἦν ἱερεύς. Quicqd enim Christ⁹
dñs egit in terris inter homines: qm̃ non iuxta carnẽ
sed iuxta spiritũ gestum est/ exemplar erat cõuersatio-
nis celestis: quia prim⁹ homo de terra terren⁹: secũdus
1.Cor.15. homo de celo celestis. Caro de terra erat/ sed virgine &
nunq̃ maledicta: cõuersatio autẽ desursum erat: sicut di
cit: Uos deorsum estis: ego desursum sum. Quid autẽ
Joan.8. tam cõgruenter pro homĩb⁹ offerret q̃ humana ca-
ro? et quid tam aptum immolationi q̃ caro mortalis?
et quid tam mũdum pro mũdandis vitijs mortaliuz q̃
sine vlla cõtagione carnalis cõcupiscentie caro nata in
Chrysost. vtero & de vtero virginali? et quid tam graue offerri &
suscipi possit q̃ caro sacrificij nostri? vt (quia quattuor
cõsiderant in omni sacrificio/ videlz cui offertur: a quo
offert: quid offertur: & pro quibus) idem vnus ipse ve-
rusq̃ mediator per sacrificiũ pacis recõcilians nos deo:
vnũ cum illo manẽs cui offerebat: vnũ in se faceret qđ
offerebat: pro quibus vnus ipse esset qui offerebat et
quod offerebat. Deus itaq̃ hanc veritatẽ Mosi in mõ-
te ostendit. i. ordinem celestis curie & sacerdotij scd̃m
v. ordinem melchisedech: quomõ & angeli deo assistant &
ministrent milia miliũ: quomodo deum laudent & vigi
Daniel.7. gant: nostrisq̃ precibus inuigilent: iuxta quod omẽs
Heb.1. sunt sp̃us administratorij: et multa hmõi: de quib⁹ di-
cit: Nũquid nosti ordinem celi: & rationẽ eius pones in
terra? Job.38. Sed quia carnalis populus capere non
potuit: precepit dñs vt ea omnia figuris imaginaret: in
quib⁹ puerilis plebs enutrita: quãdoq̃ veniret ad veri-
tatẽ. Illa ergo vmbra erãt: abitura aduenĩẽte corpore:
1.Cor.10. qm̃ omnia in figura cõtingebant illis. [Nũc vero hoc
excellentius sortitus est sacerdotiũ: quo pstantioris est

testamẽti mediator: qđ in pstantiorib⁹ ꝓmissis sancitũ
est.] Synagoga dicit: leua eius sub capite meo: ecclesia Canti.2.
vero & dextera illi⁹ amplexabit me. hec est mutatio dex
tere excelsi. ps.76. iuxta quod cõmutatis manib⁹ bñdi
xit Jacob nepotib⁹ suis Ephraim. i. ecclesie crescenti: Genes.48.
et Manasse obliuioni tradito hoc est synagoge: ex quo
cauda serpentis in caput versa est pcepto dei. potest & Exodi.4.
per leuã fides incarnati verbi intelligi in qua nunc re-
quiescit ecclia: tanq̃ altera Ruth ad pedes Booz cu-
bantis in cruce: Ruth.3. cap. per dexterã autẽ vita eter
na: de qua dicit: Longitudo dierum in dextera eius: ꝓ
uer.3. & illud: Mittite in dexterã nauigij rete: & inuenie- Joan.21.
tis. Itaq̃ in lege dicit: Cõstituit eum sup excelsam ter-
ram: vt comederet fructus agroꝝ: vt sugeret mel de pe-
tra: oleumq̃ de saxo durissimo: butyruz de armento &c. Deut.32.
In euãgelio autem scriptuz est: Nolite timere pusillus
grex: qm̃ complacuit patri vestro dare vobis regnum. Luce.12.
[Nam si primũ illud culpa vacasset/ tale fuisset: vt nihil
in eo posset reprehẽdi. ἄμεμπτος, haud quaq̃ fuis- vj.
set scd̃o quesit⁹ locus.] non q̃ lex a malo
sit aut mala: de qua dicit: Lex quidẽ sancta: & mandatũ Rom.7.
iustum & sanctũ: sed tamẽ qm̃ iram operat: concupiscẽ
tiam irritat: & alioqui in multis nõ ꝓhibebat animũ sed Deut.24.
manũ: repudia pmittebat: habere vxores plures: vsu-
ram cum alienigenis: Deut.23. Sacramẽta autẽ dura
erant sicut circũcisio: vxores quasi ancille sicut patet in Numeri.5.
lege Zelotipie: quin pena sanguinis nõ poterat redimi
quocũq̃ dato precio: Numeri.35. cap. Deniq̃ facies Mo
si cornuta nihil aliud pfigurauerat q̃ legis terrorẽ. Fa Exodi.34.
cies cornuta & manus graues. Qui inquit hec vel illa
fecerit: morte moriat. At igitur manus legis grauissi-
me vtpote que a duob⁹ vix supportabant: ornatiles fie Canti.5.
rent: lapis euangelij suppositi⁹ est: et Aaron & Ur sin- Exodi.17.
gulis suppositis duob⁹/ sustentant: hoc est filius dei et
sp̃s sanctus qui legis litterã spũaliter facientes intel
ligi: quasi manus Mosi leues reddiderũt. Confessioni Josue.7.
enim peccatoꝝ non mortẽ (sicut in Achan legim⁹) sed
veniam ꝓmisit. Nam & Dauid post cõfessum peccatũ 2.Reg.12.
quattuor pro vna soluit. Uide igit in quot testamentuz
primũ reprehẽsibile erat: cum & alias esset iugum into- Actu.15.
lerabile: sed dignum patella operculũ. Equis enĩ indo
mitis & dura ceruice/ istiusmodi frena necessaria erant: vij.
quib⁹ tenerent ne in idola defluerent: sed tñ vtrem ver
berabat Moses: aut potius asinum sub freno currere
docebat: qm̃ a seculo cõfregerunt iugum. Hiere.31.

¶ Vitupans enim eos dicit: Ecce dies veniũt
dicit domin⁹: & cõsummabo sup domũ is-
rael & super domũ Iuda testamẽtũ nouum:
non ſm testamẽtum quod feci patrib⁹ eo-
rum: in die qũa apprehẽdi manũ eorum: vt
educerem illos de terra Egypti: qm̃ ipsi nõ
pmanserunt in testamẽto meo: & ego negle
xi eos dicit domin⁹. Quia hoc est testamẽtũ
quod disponã domui israel post dies illos di
cit dñs: dando leges meas in mẽtem eorum
& in corda eorum supscribam eas: & ero eis
in deũ: & ipsi erunt mihi in populũ. Et non
docebit vnusquisq̃ proximũ suum: & vnus
quisq̃ fratrẽ suum dicens. Cognosce dñm:
qm̃ omnes scient me a minore vsq̃ ad maio
rem: quia ppitius ero iniquitatib⁹ eorum:
& peccatoꝝ eorũ iam non memorabor. Di
cendo autem nouum/ veterauit prius. quod
autẽ antiquat & senescit: ppe interitũ est.

¶ Nam incusans eos: loquit illis: aliãs reprehẽdens
eos dicit. Rephendit autẽ testamentũ vetus. dixit enĩ
supra: Nam si illud prius culpa vacasset. [Ecce dies ve
niunt dicit dñs: et cõsummabo super domũ israel & su-
per domũ Juda testamẽtum nouum: non iuxta testa-
mentũ quod feci patribus illoꝝ in die cum apprehẽ-
Hiere.31. derem manũ illoꝝ: vt educerem eos de Egypto: quo-
niã ipsi non pstiterunt in testamento meo: et ego negle
xi eos dicit dominus. Hebraice sic.

הִנֵּה יָמִים בָּאִים נְאֻם יְהוָה וְכָרַתִּי אֶת
בֵּית יִשְׂרָאֵל וְאֶת בֵּית יְהוּדָה בְּרִית חֲדָשָׁה׃
לֹא כַבְּרִית אֲשֶׁר כָּרַתִּי אֶת אֲבוֹתָם בְּיוֹם
הֶחֱזִיקִי בְיָדָם לְהוֹצִיאָם מֵאֶרֶץ מִצְרָיִם
אֲשֶׁר הֵמָּה הֵפֵרוּ אֶת בְּרִיתִי וְאָנֹכִי בָּעַלְתִּי
בָם נְאֻם יְהוָה׃

Quãdo itaq̃ eductus est israel
de Egypto: tanta dei in populo
familiaritas fuit: vt manũ eorum apprehendisse dicat:
Deut.32. imo & circũduxit eum & docuit: & custodiuit quasi pupil
Esaie.46. lam oculi sui/ & in vulua sua gestauit: ꝓuocauitq̃ ad vo
lãdum: expãdit & alas suas & portauit in humeris suis.
Quid vltra? domin⁹ solus dux ei⁹ fuit: & non erat cum
eo deus alienus. Et quãdiu hoc? Incrassatus popul⁹
Exodi.32. surrexit ludere & ducere choros circũcirca caput vituli.
Isti nõ iam similes iumẽtis: sed deteriores: vtpote qui
curuant genua bestijs que eis subiecte sunt iure natu-
Hierony. rali. Uidet aũt mihi inquit Hieronym⁹: idcirco & pplm̃
Israel fecisse caput vituli quod coleret: et Hieroboam
vitulos aureos. 3. Reguz. 12. vt qđ in Egypto didicerãt
ἄπιν καὶ μνεῦιν qui sub figura boum colitur esse
deos: hoc in sua supstitione serua-
rent. Fecerũt inquit vitulũ in Oreb: & mutauerunt glo
Ps.105. riam suam in similitudinẽ vituli comedẽtis fenum. De
testamẽto quod pepigit cum pplo israel: postq̃ audie-
Exodi.24. runt ex ore eius decaloguz: habes Exodi. cap. 24. Ue-
viij. nit inquit Moses & narrauit populo omnia verba dñi
atq̃ iudicia. Respõditq̃ omis populus vna voce: Om
nia verba dñi que loquut⁹ est faciemus. Cetera histo-
rie huius inferi⁹ dicenda sunt capi. sequenti: ibi: Lecto
enĩ mandato. Itaq̃ cito obliti sunt mirabilia eius que
viderãt in Egypto & in mari rubro & qui heri dixerant:
Omnia faciemus que pcepit dñs. Exodi. 24. hodie di-
cunt Exodi. 32. Fac nobis deos qui nos pcedant: huic
enĩ Mosi viro qui nos eduxit de terra Egypti ignora-
Joan.12. mus quid acciderit. Quomõ & filij eorum heri dixerũt:
Bñdictus qui venit rex israel: hodie dicunt: non habe-
mus regem nisi cesarem. Joã. 19. Ideo inquit & ego ne-
Cap.12. glectui eos habui: iuxta illũ ex Hieremia: Facta est mi
hi hereditas mea quasi leo in silua: dedit contra me vo
cem: ideo odiui eam. Nũquid auis discolor hereditas
mea? Nũquid auis tincta per totũ? Uenite cõgregami-
Hierony. ni omẽs bestie terre: pperate ad deuorandũ. iuxta litte
ram per auẽ tinctã pauonẽ intelligit. Tantã inquit ha-
buit pulchritudinẽ dom⁹ isrl': tantisq̃ fuit distincta virtu
tibus: vt nihil esset bonorũ quod nõ cerneret in ea: sicut
vt dicit picta colorib⁹: sed quia facta est quasi leo: & de-
Matth.27. dit contra me vocem dicens: Crucifige: crucifige eum:
Idcirco cõgregamini omẽs gẽtes: & deuorate eam que
dñm suũ nõ cognouit. Idcirco inquit ego neglexi eos:
Quo facto patuerũt prede: iuxta illud: Diruam mace
Esaie.5. riam eius: custodiã videlz angeloꝝ: et erit in cõculca-
tionẽ: cornicula videlz Esopica. [Nam hoc est testamẽ
tum qđ disponam domui israel post dies illos dicit do-
min⁹: dans leges meas in mẽtem illoꝝ: et in corda eo-
rum inscribam illas: (postq̃ legem mandatoꝝ nouorũ
decretis euacuauit) et ero illis in deum: & ipsi erũt mihi

in pplm̃.] Dabo inquit leges non in lapideis tabulis:
sed in tabulis cordis carneis: quas non timor dolauit
sed amor: Amor autẽ & timor diuidunt ac discernũt te Augustin⁹
stamẽtũ vetus a nouo & econtra. Et vocat euangeliũ le
ges in plurali: qm̃ charitas que est summa testamenti
noui vna quidem est in radice: multiplex aũt in fructu:
patiẽs enĩ est: benigna est: nõ emulat &c. Preterea sciẽ 1.Cor.13.
dum q̃ mãdata dei vocant via: lex: testimonia: manda-
ta: iustificatiões: iudicia: sermones: eloquia mirabilia: Job.11.ca.
equitas: verba: veritas: iusticia: Deniq̃ & in Job multi
plex vocat lex domini. Uia dicit: quia per eã peruenit ix.
ad vitam. lex: quia ligant ad sui obseruationẽ. testimo-
nia: quia testificant de penis et ꝓmissis. mãdata: quia
faciẽda indicant. iustificatiões: quia impleta iustificãt.
iudicia: quia vnicuiq̃ pro merito debitã retribuũt mer
cedem. sermones: quia narrãdo instruũt. eloquia: quia Hugo.
aperte significãt. mirabilia: quia insolita pcipiunt: & in-
cognita ꝓmittunt. equitas: quia naturali rationi cõfor-
mia sunt. verba: quia voluntatẽ dei ad homines loquũ-
tur. veritas: quia de fonte verbi eterni emanauerũt ad
nos. iustificatiões: quia nihil inordinatũ cõtinent. Judi
cia enĩ dñi vera: iustificata in semetipsa. Eloquia domi Ps.18.
ni casta: argentũ igne examinatũ et ꝓbatum septuplũ. Ps.11.
Lex dñi immaculata cõuertens animas: ipsa est chari-
tas que fouet vt gallina pullos suos: que nunq̃ irritat:
Sed os nostruz inquit patet ad vos o filij: cor nostrũ di- 2.Cor.6.
latatũ est. [Et non docebunt quisquis ꝓximũ suum: et
vnusquisq̃ fratrẽ suum dicens: Cognosce dñm: q̃ om-
nes cognituri sunt me: ab eo qui pusill⁹ fuerit inter eos
vsq̃ ad eum qui magn⁹ est inter illos: qm̃ placatus ero
super miserijs illoꝝ et peccatis eorum: & iniquitatũ il-
loꝝ non recordabor amplius.] Cum ergo leges has mẽ
tibus eorum inscripsero (qđ tamẽ dei solius est sine ma
gistro medio docere hominẽ scientiam: sicut legimus in Ps.93.
aplo Paulo qui non ab homine euangeliũ didicit: sed Galat.1.
per reuelationẽ) non querẽt vltra iudaicos magistros x.
qui doceãt mãdata hominũ: omnes enĩ apostoli & mul-
ti ex populo imediate edocti sunt a Christo: quãdo mi-
rabant de ijs que pcedebant ex ore eius: dicentes: be- Luce.4.
ne omnia fecit: & surdos fecit audire: et mutos loqui.
Marci.7. cap. non vnam linguam tm̃: sed varijs ꝓut spi
ritus sanct⁹ dabat eloqui illis. Hec autẽ si ad statũ bea- Actu.2.
titudinis referas: omẽs immediate videbũt eum/ quẽ
nosse & diligere vita eterna & vita beata est. Hoc est igit
testamentũ nouum qđ se consummaturũ dicit: sublato
vetere & abrogato: ex quo tamẽ decem tantũ verba po
suit in nouo/ videlz decalogũ. ¶ Uideant tamẽ qui deũ
criminant & legem: quomõ Moses ipse & Aaron et Da
uid & Samuel et multi iusti priores fecerũt hoc quod
post mortẽ euãgelium docuit: & vnde euangeliũ lex no
ua dicit. Ecce Moses diligit inimicos & pro eis orat: et Exo.32. et
multi hoc fecerũt ante euãgeliũ. Si ergo inuenit & euã Numeri.14.
gelij virtus in lege: et fundamẽto legis subnixa intelli-
gunt euangelia: illis tantũmodo lex vetus efficit testa
mentũ: qui eam carnaliter intelligũt ait Orige. Et ne- Origenes.
cessario illis vetus effecta est & senuit: qr vires suas nõ
potest obtinere. Mandatũ inquit apls Joannes do vo 1.Joan.2.
bis: mandatũ nouum: imo qđ habuistis ab initio. Scie
bat Joannes qr preceptũ de dilectiõe etiam in lege da-
tum est: sed qm̃ charitas nunq̃ excidit siue veterascit:
hoc quod nunq̃ veterascit nouum ꝓnũciat. Semp enĩ 1.Cor.13.
nouos reddit obseruatores: pctõri autẽ & charitatis fe-
dera nõ seruanti: etiã euangelia veterascũt. Nec põt ei Collos.3.
nouum esse testamentũ: qui non deponit veterẽ hoiem
et nouũ induit: quem sub nomine cordis lapidei & car-
nei Ezechiel significat dicens: Auferam cor lapideum Ezech.36.
de carne vestra: ecce veterẽ hominẽ: et dabo vobis cor xj.
carneũ: ecce hominẽ qui secundũ deum renouat. Recte
autem nomie cordis lapidei significat vetus homo. si-

Cordis natura. cut enī cor semp mouet/alterat nobis inuitis: nec sub-
iectum est nobis non magis q̃ ipsa pudenda: sic caro
semp cōcupiscit aduersus spm̄. Galat. 5. ca. mouet τ fer
tur lege sua sicut tyrānus quidam in regno: nec subij-
Roma. 7. citur menti: quia nec potest: iuxta quod apl's dicit: video
aliam legē in mēbris meis τc. Egyptij quib⁹ mos est
cadauera medicata seruare: tradunt cor in homine per
singl'os annos ad binas drachmas pōderis accedere:
ab eo detrahi tantūdem: τ ideo vltra. 100. annū defectu
cordis non viuere hominē. Negat autem cor cremari
Phs. posse his qui cardiaco morbo obierint: τ iten his qui
veneno fuerint interempti. Inde est deniq; q̃ pulsant
Moralr. omēs venę τ simul et inuicem: q̄m omnes a corde oriū
tur. Mouet enī semper cor: quare τ illę semp et simul
omēs q̄n cor mouet. et hę venę vocant in hoc sensu car
ij. Petri. 4. nalia desideria que pullulant a corde lapideo: et mili-
tant aduersus aīam. Vocat autem lapideū: non q̃ non
mouet/ τ semp fertur iure suo τ lege: sed q̄m non cicu-
rat aut mansuescit: sed semp sequit cōmodum suū. Du
cit enim sed non a spū: agitur sed non a spiritu sancto:
ideo indurat quasi lapis. vn̄ illud. Infelix ego quis me.
Roma. 7. τc. Iten illud aīaduertendū est: cum sit modica alte-
ratio circa cor: multa fit corporis differētia in ruborib⁹
Matth. 26. et palloribus τ tremorib⁹ et timoribus. Quādo enim
spūs prompt⁹ est: caro est infirma: ad vitia quidē for-
tior est p̄ceps: τ inuerecūda: et audax τ effrenis: infir-
ma τ imbecillis ad virtutē: quam vel vnicū ieiuniū frā-
3. Reg. 19. git τ deijcit: vel vigilia breuis: Timet enī τ pallet illico:
nec potest cōsequi spm̄: etiam excitāte angelo Heliam:
imo excitante Christo Petrum Joānem et Jacobum.
Xij. Matth. 27. Inde est q̄d dicit philosoph⁹: Pauida sunt
quibus cor grandi⁹: audētiora autem τ fidētiora quib⁹
minus aut mediocre. Metus. n. ideo accidit ijs qui cor
Cor grāde dis sunt magni/ q̄m calorem ꝓportione cordis non ha
bent: sed parū caloris in magno cōceptaculo excalefa-
cit. Itaq; sanguis frigidior fit: virtus enī adunata for-
tior est seipsa diuisa. Hoc itaq; est q̄d dicimus: vbi mul
tum est cordis carnei: parū est de spiritus calore. sed cū
Matth. 26. caro infirmat/ decrescens et languēs: roborat spūs qui
semp promptus esse dicit. promittit igit sermo dei his
qui accedūt ad se ablaturū cor lapideū: his inq̃ qui p̄-
cepta sua seruauerint: sicut in euāgelijs legimus ęgro-
tantes accedere ad saluatorē rogantes vt ꝑciperent sani
tatem: non enī inuitos curat sed volentes. Demus ali-
quem qui iam indurauerat impitia. hic si se cum omni
Origenes. animi intentiōe dat magistro: atq; obtempaturū se illi
in oībus repromittat: ꝓposito eius intentiōe ꝓspecta:
cōpetenter etiam magister pollicebit ablaturū se ab eo
omnē imperitiā cordis lapidei: τ inserturū peritiā et sa-
pientiam artis suę. Cor itaq; lapideū nos quidem (quia
Roma. 9. non volentis τc.) a nobis auferre non possum⁹ quod
Ps. 50. deus indurat: nec emollit: ¶ Tamē deus culus est cor
mūdum creare/ non auferet si volūtati eius resistim⁹:
(sed voluntati eius quis restitit?) sicut de quibusdā di-
Hiere. 8. cit: auersus est populus auersione contentiosa. [In
Xiij. hoc autem quod dicit Nouum: antiquauit primum.
πεπαλαίωκε τὴν πρώτην: Q̄d autem antiquat et
senescit: in ꝓpinquo est
vt euanescat.] senect⁹ enī p̄nuncia est mortis. Habuit
igitur lex suam infantiā: pueritiam: iuuētutem: senectu-
tem τ mortem: et sepulturā τ funeralia: testamentū au-
tem euacuatū est: dicente ꝓpheta: Cōsummabo testa-
Hiere. 31. mentū nouum sup ecclam nouam ex Gentibus et iu-
dęis cōgregatam. Fleuerūt autē filij israel Mosen. 30.
Deut. 34. diebus in campestrib⁹ Moab: τ cōpleti sunt dies plan
Lex. ctus lugentium Mosen. Nata est igitur lex sub Mose:
creuit paruula sub Josue: adoleuit sub Samuele: obti-
nuit vires suas sub Dauid τ Salomone: senuit sub Se-
4. Re. 24. dechia qui ductus est in Babylonē: decrepita facta est
sub Zorobabel τ Esdra: mortua est sub imperio Tibe
rij Cęsaris: sepulta sub Tito et Vespasiano. Quando Sopho. 1.
igitur fleuerūt iudęi legem? audi Sophoniā. Dies irę
dies illa: dies tribulatiōis τ angustię: calamitatis et mi
serię: tenebrarū τ caliginis: nebulę τ turbinis: tubę τ
clangoris super ciuitates munitas: q̄n scrutabor Hie-
rusalem in lucernis: τ ambulabūt cęci: quia dn̄o pecca-
uerūt. Quid inquit Hieronym⁹ necesse est nūc descri Hierony.
bere quātas in vtraq; captiuitate iudęi sustinuerūt mi
serias? et quomō qui lucem dn̄i respuerunt: in tenebris
τ caligine versati sunt: et qui noluerūt solēnium dierū au-
dire tubas: audierūt clamorem bellantiū? Dicam⁹ autē
illud. vsq; in p̄sentē diem perfidi coloni post interfectio- Matth. 21.
nem seruorū et ad extremū filij dei: excepto planctu ꝓhi
bentur ingredi Hierl'm: τ vt ruinam suę eis liceat flere
ciuitatis p̄cio redimere: vt qui quondā emerūt sangui-
nem Christi: emant lachrymas suas. Et ne fletus qui- Judei.
dem eis gratus sit: videas in die quo capta est a Roma
nis τ diruta Hierl'm/ venire populū lugubrem: cōflue-
re decrepitarū mulierū multitudinē: τ senes pannis an-
nisq; obsitos: et in habitu suo iram domini demōstran-
tes. Congregat turba miserorū τ patibulo dn̄i coruscan
te: plāgere ruinas templi miserū ꝓpl'm: et miles merce
dem postulare vt illis flere plus liceat. Et dubitat ali-
quis cum hec videat: legem ꝓpe interitū esse: τ non ma
gis iam diu sepultam: et tamē adhuc illi cęci ambulāt
sed in circuitu. Pondus enī grauissimę tribulatiōis et
magnitudo pręssurę excecauit eorum mentes vt adhuc
quęrāt mortuū Mosen: legemq; sepultā inter viuētes: Joā. 20. ca.
sicut Maria viuētē inter mortuos requirebat dominū
Christū. Philon. Mirabile mihi videt: duob⁹ annorū Philon.
milibus iam transactis: nec verbū vnum in lege Mosi
esse immutarū. sed centies vnusquisq; iudęorū morieť:
q̃ legi Mosaicę derogabit. sed cōsummatū est inq̄t: qui Joan. 19.
claudit τ nemo aperit: Apoc. 3. clausit legem: τ aperuit
librū euangelij: τ septem signacula eius. Apoc. 5. capi.
septem hec signacula vniuersitas est mysteriorū que in
lege figurant: implent in euangelio.

¶ Nonum Caput.

Abuit quidem & prius iustificationes culturę & sanctū seculare. Tabernaculū. n. factum est primū in quo erant cādelabra & mensa: & ꝓpositio panū, que dicit sancta. Post velamentū autem scdm tabernaculū quod dicit sancta sanctorū: aureum habēs thuribulū & arcam testamenti circūtectam ex omī parte auro/ in qua vrna aurea habēs mānā: & virga Aaron que frōduerat: & tabulę testamenti: super que erant cherubim glorię obumbrātia ꝓpitiatoriū: de quibus non est modo dicendū per singula. His vero ita cōpositis: in priori quidē tabernaculo semp introibāt sacerdotes sacrificiorū officia cōsummātes. In secūdo autem semel in anno solus pontifex: non sine san-

guine: quē offerret pro sua & populi ignorantia: hoc significāte spū sancto: nondum ꝓpalatam esse sanctorū viam: adhuc priore tabernaculo habēte statum. Que parabola est tēporis instantis: iuxta quā munera & hostię offerunt: que non possunt iuxta cōscientiam perfectū facere seruientē: solūmodo in cibis & in potibus: & in variis baptismatibus & iusticiis carnis: vsq; ad temp⁹ correctionis impositis.

i. ¶ Habuit quidem etiam pri⁹ illud
priscū vetusq; testamentū iustificationē cultus: ac san-
ctimoniā secularē siue mūdanam. Secundū Vitatē ne
mo iustificat in lege: s'm speciem iustificat. Ambrosi⁹.
Ambrosi⁹. Primū illud succurrit notādum: q̃ cum dicit apl's/ ha-
buit: significat olim p̄se tulisse tabernaculū illud aliq̄d
sctitatis speciē: quod tamē iam non habz postq̃ vene
Ps. 78. runt gentes in hęreditatē dei: τ polluerunt scm̄ tem-
plū dei: posuerūtq; Hierl'm in aceruū lapidum: postq̃
Ezec. 10. c. gloria domini ascēdit de medio ciuitatis: stetitq; super
et. 43. ca. mōtem. Mouebat aqua τ sanabat vnus. Cyrill⁹. Hec
Cyrillus. curationis virt⁹ in vno terminabat homine: q̄d signū
erat vtilitatē legis in solo iudęorū genere t'minatā: nec
Joan. 5. ad alios vnq̃ transgressam fuisse. Deniq; aqua illa in
Exodi. 19. pētecoste mouebat: quo die lex lata est per angelos τc.
Vocat autē scm̄ seculare prima pars tabernaculi vbi
videlz sacerdotes stabāt: vbi iudęi ꝓselyti τ gentiles et
Nazarei. Q̄m igitur locus ille omnib⁹ erat accessibi-
lis: sanctū mūdanum dicit. siue ex eo scm̄ seculare di-
cit: quia locus ille sanct⁹ reputabat ab hominib⁹. Ju-
stificatiōes autē cultus quęcūq; ceremonię τ ritus erāt:
per que dicebat tolli aliqua corporalis immūdicia. V-
bi gratia. dixit dn̄s ad Mosen: colliget vir mūdus cine
Nūeri. 19. res vaccę rufę: τ effundet eos extra castra in loco puris
simo: vt sint multitudini filiorū israel in custodiam τ in
aquam aspersionis: quia pro pctō vacca combusta est.
Qui tetigerit cadauer hominis: et ꝓpter hoc septē die
bus fuerit immūdus: asperget ex hac aqua die tertio τ
septimo: τ sic mundabit. Qualis fuit macula cōtracta
Tobię. 2. ex cōtactu mortui: quia reuera nulla (alioqui Tobias
immūdus est factus tangens sepius mortuos quos se-
pulturę tradebat) talis τ scūficatio per aquam illam: τ
tamē dicit: mūdabitur. Hoc est igit quod dicit: iustifica
ij. tiones cultus. Deinceps si die tertio aspersus non fue-
rit: in septimo nō poterit mūdari. sequit. Omis qui teti
gerit humanę animę morticiniū: τ aspersus hac cōmix-
tione nō fuerit: polluet tabernaculū domini: τ peribit
ex israel: non quidē propter cōtractam maculā que re
uera nulla est: sed propter cōtemptū dei p̄ceptum. Ex
quo loco doctor nr̄ in. 4. distin. 1. q. 6. infert: legem gra
tiam cōtulisse obseruantib⁹ eam ex charitate: que trās-
Doctor nr̄. gressores suos morte puniebat: cum dicit: peribit ex is-
rael: quia aqua expiatiōis non est aspersus/ immūdus
erit: et manebit spurcitia eius sup eum. Sequit altera
Nūeri. 19. lex ad idem: Ista est lex hominis qui morit in taberna
culo. ¶ Omēs qui ingrediunt tentoriū illius τ vniuersa
vasa que ibi sunt polluta erunt septem dieb⁹. sequitur.
vas q̄d non habuerit operculum nec ligaturā desup: im-
mūdum erit. Iten si quis in agro tetigerit cadauer occi
si hominis: aut per se mortui: siue os illi⁹ vel sepulcrū
eius: immūdus erit septē diebus. Et hic necessaria est
aqua expiationis. illud mirabilę quod sequit: Omnis
qui tetigerit aquas has que tactu suo alios mundant/
immūdus est vsq; ad vesperā; vt nemo possit aliū mun
dare quin ipse vsa vice polluat. Iten quicq̄d tetigerit
immūdus: immūdum erit. Hec sunt p̄cepta non bona
que dedit deus populo israel: τ iustificatiōes in quib⁹ Ezech. 20.
non viuēt. Talia enim p̄cepta acceperūt per que serui
ces eorū p̄merent. Nunq̃ enim bona de deo sperare vo
luerūt. Non bona igit dixit: cum iusta sint: quia a iusto
imposita dn̄o: quia non illis ad iustificationem ꝓficie-
bant sed ad exitiū: Et pęna licet digne illata patienti: iij.
tamē non bona est. ¶ Sicut autē ars medicinę cum ea-
dem maneat: mutat tn̄ p̄cepta languētibus: quia muta-
bilis est nostra valetudo: Ita diuina ꝓuidentia cum sit
ipsa semp immutabilis: mutabili tn̄ creaturę varie sub-
uenit: et ꝓ diuersitate morborū τ temporū alia iubet τ
alia vetat. Primū autem vitiū animę rōnalis est volū
tas faciēdi que vetat summa τ intima veritas. Ibi. i. in
lege dicit carnem cum sanguine nō comedetis: Leuiti. Augustin⁹
19. cap. nunc dicit: omnia mūda mundis. Titū. 1. capi.
ibi pctm̄ est mortuū tetigisse: hic opus misericordię ex-
hibuisse illi sepulturā. Nam τ iudęi tactu hominis mor
tui immūdi fiebant: mūdabant autem tactu cinerū pe-
cudis occisi. Vestitus est tamē populus ille (Ezech. 16.)
tot τ tam varijs ceremonijs: vt ijs interim occupat⁹/ te-
neret ne ad idola deflueret. Chrysost. Hoc est quod de Chrysost.
Joanne qui figuram ꝓtulit legis dicit: habebat zonam
circa lumbos. q̄m si qui se cōtinere videbant ex popu Marci. 1.
lo illo a peccatis: ab opere quidē cōtinebant ꝓpter le-
gem: non a mala volūtate propter deū. vt puta: non q̄-
dem occidebāt: irascebant tamē sine causa. Non adul-
terabant: cō cupiscebant tn̄: sicut dicit: vt saltem satura-
rent pulchritudine eius. Daniel. 13. Non piurabant: iu
rabant tn̄: reddebant malum ꝓ malo: τ bonum ꝓ bo-
no. Ergo zona ad lumbos erat non ad pect⁹: vnde ex-
eūt cogitatiōes malę τc. [Siquidē tabernaculū factū Matth. 15.
fuit primū in quo erant lucernę: τ mēsa et ꝓpositio pa-
num que vocat sancta. Scta est nūeri pluralis neutrius
gn̄is. prior pars templi dicit sancta. i. maior pars: poste
rior vo scta sanctorū. De capacitate ciuitatis Hierl'm di
cit Hecatęus: hierusalē habuit ciues plusq̃ centum vi Hecatęus.
ginti millia. ¶ Structura tabernaculi talis erat. Latera
eius ex quibusdā asseribus erāt vestitis auro: de lignis
sethim. Tectū eius erat cortina quedam ꝯtexta ex qua
tuor colorib⁹: de quib⁹ supra. Altitudo tabernaculi de-
cem cubitorū erat: lōgitudo vero eius in ꝓportione tri-
pla: τ altitudo decem. Cęterū longitudo sancti sanctorū
tanta erat quanta erat tabernaculi altitudo. Velum. n.
quod oppāsum erat intra tabernaculū diuidebat eius
totam longitudinē ad sesqualterā ꝓportionem. Maior iiij.
pars dicebat sanctū: minor vero scm̄ sanctorū. vide in
Exo. cap. 26. Sciendum tamē q̃ templū Salomonis
duplum erat in longitudine ad hoc tabernaculū. simi-
liter τ latitudo dupla erat: hoc est viginti cubitorū. Alti-
tudo templi nō dupla erat: sed tripla (tn̄ vide. 2. paralip.
cap. 3. in princi.) ad altitudinem tabernaculi. Nec mirū
cum tabernaculū iudęi soli ędificant τ instruūt: templū
vero τ iudęi et gentes: sicut alias diximus: et vide ple- vide τ quot
nitudinē gentiū intrantiū ad ecclesię gremiū. Fuerunt erāt Hebręi
inquit. 70. millia eorum qui onera portabāt: et. 80. mi- 3. Reg. ca. 5.
lia latomorū in monte: absq; p̄positis qui p̄erant singu- et. 2. paralip.
lis opibus numero. 3300. p̄cipientiū populo τ ijs qui ca. 2.
faciebāt opus. Nec illū a mysterio vacat: q̃ anno. 480.
ab egressu filiorū israel de Egypto: anno. 4. regni Sa- 3. Reg. 6.
lomonis: mense scdo templū cęptum est ędificari. Pri
mus enim mensis temp⁹ est erigendi tabernaculū per
israel in deserto. Secūdus est tempus ędificatiōis tem
pli Salomonis: quod ptinet ad ecclesiam de gentibus
cōgregatam. vn̄ τ secūdus mensis in lege concessus est
ad faciendū pascha ijs qui immūdi in via procul in pri
mo mense facere non poterāt. vbi nos designati sum⁹:
qui immūdi (vide Nūeri. cap. 9. optime) super morte
animę nostrę: τ adhuc ꝓcul a populo dei non potuim⁹

primũ facere/qđ in carne fiebat ꝛ sanguie. Celebram⁹
p.Cor.5. autem scđm de quo dicit: pascha nostruȝ immolat⁹ est
Christus. Item illud aduertendum ꝙ Salomō quidem
edificat templum: sed Dauid impensas pparat: qm lex
p.palip.22. quidem populũ pparauit ad Christum venturuȝ. Chri
stus autē rex pacis templũ edificauit ex viuis et electis
lapidib⁹ preciosis. Edificat autem in monte Moria in
p.paral.21. area Hornan Jebusei: quod ꝛ ipsum a mysterio nō va
et.2.palip.3 cat: vt ecclesia primũ locũ accipiat in area hominis Ge
tilis: in qua futur⁹ erat sacerdos secundũ ordinē Mel
chisedec qui ꝛ ipse nō erat natione iudeus: secũdum ea
que superi⁹ retulimus. vide.2.paralip.cap.2.et.3. Im
pensas autem quas parauit Dauid he sunt. Auri talen
ta centũ milia: argenti mille milia talentoꝝ: eris et ferri
Daniel.2. non erat pondus. Hec sunt metalla quattuor in statua
Figura. Danielis: qm vt diximus ecclesia ex omi natione que
Apoca.7. sub celo est cōgregat: sed cum multi sint vocati: hi sunt
ferrum ꝛ es: pauci sunt electi/qm intra sanctũ sanctoꝝ
aurum tm infert. vide Exodi.38. expēsas tabernaculi.
vide ad hoc primi paralip.cap.23. de numero Leuitaꝝ:
cantoꝝ et ianitoꝝ. et cap. sequenti de ordine quo sacer
dotes ministrabant in templo. i. tabernaculo Mosi.
¶ Nota ꝛ deuotionē Salomonis regis qui ꝛ prius ꝛ mi
nori tempore templũ erexit nomini dñi: ꝙ domũ suam.
v. Domus dei in septē annis extruit.3.Reg.6. domus re
gia annis.13.ibidem.7.cap. Erant igitur in templo lu
Exodi.25. cerne. de hoc habes Exodi.cap.25. Facies candelabrũ
ductile ex auro purissimo: de quo alias dixim⁹. In ipso
autem cādelabro: hoc est sup ipsum posite sunt lucerne
septem que lucebāt ex aduerso. Candelabrũ Hebrei le
rum:tanq̄ ab estu tēporaliū malorū in terra promissa de Cap.4.
fensaculū prebens. Vermis autē corrodens cucurbitam
ipsum Christū intellige:ex cuius ore euangelio diffama
to:cūcta illa q̄ temporaliter apud israel velut vmbratili Figura.
prius significatione viguerunt euacuata marcescunt:et
cunctus ille populus amisso regno ⁊ sacerdotio:qd totū Augustinus.
vmbra erat futuri:in captiua dispersione:magno estu tri
bulationis aduritur cupiēs semper sedere in vmbris:q̄
iā diu inclinate sunt. Vide ad Gala.ca.3. ibi:lex propter Canti.2.
trāsgressores:optime Origenē. [Impossibile est enim san
guine hircorū et taurorū auferri peccata.] Peccatū enim
siue voces maculam:reatū/siue offensam subiectiue est
in anima:quo nō attingit sanguis hircorū. Quo inquit
mihi multitudinē victimarū vestrarū dicit dñs? Plenus Esaie.p.
sum. Holocausta arietum ⁊ sanguinē hircorū nolui. Per
qd deus nūq̄ se voluisse iudeorū hostias demonstrat:cū
v dicat non tātum de presenti nolo:sed de preterito:nolui.
Cum veniretis ante conspectū meū:quis hec quesiuit
de manibus vestris? Audi ⁊ alterū prophetarū Amos vide Amos.5.
licet. Aufer ame tumultū carminū tuorū:⁊ cātica lire tue
non audiā. Pulchre autē inquit Hieron. cātica leuitarū Hieronymus.
quibus laudabāt deū:tumultū vocat sonitūq confusum:
quia non est laus pulchra in ore peccatoris:⁊ hec eadem
idolis offerre consueuerant. Laudes huiusmodi magis
grūnitus suis ⁊ clamores sunt asinorū:quorū magnis can
tibus israel opera cōparātur. Et sequitur de sacrificijs.
Nunquid hostias et sacrificiū obtulistis mihi in deserto
40.annis domus israel? Et portastis tabernaculū Mo-
loch deo vestro ⁊ imaginē idolorū vestrorū:sidus dei vestri Re-
pha:figuras quas fecistis adorare eas. Ex quo loco disci
mus omes hostias ⁊ sacrificia q̄ in deserto obtulit israel
nō deo obtulisse sed Moloch regi suo:cuius portauerūt
tabernacula. Et q̄ sit ipsa imago vel idolū sequēti sermo
ne demōstrat:sidus dei vestri:qd apud hebreos dicit Cocab Hieronymus.
idest lucifer:quem sarraceni hucusq venerātur. Queri
mus autē quomodo hostias nō deo obtulerint in deser-
to sed regi suo:quē luciferū vocāt. Ex eo tēpore quo ca- Exodi.32.
put vituli ex auro fabricauerūt dicētes:isti sūt dij tui.⁊c.
Omnia q̄ fecerūt:non deo sed idolis fecisse mōstrātur.
Et q postea quedā dño eos legimus obtulisse:nō volū-
tate sed penarū fecerūt metu ⁊ eorū interfectione qui pro
vi pter caput vituli corruerūt. Dñs autē non ea q̄ offerunt:
sed voluntatē respicit offerētiū. Deniq vbicūq occasio
fuit:semper corde reuersi sunt in Egyptū. Talibus igit
et huiusmodi sacrificijs impossibile est auferri peccata.
Moloch autē idolū erat Amōnitarū:qd ⁊ coluit aliquā- 3.Reg.11.
do Salomō:cuius ediculā Josias diruit.4.Reg.cap.23.
Ibi tñ Melchon vocat. Moloch autē aut Melchon rex
interpretat:siue princeps. Si dicas quia ita est impossi
bile peccata ablui tinctione aque in baptismate:cum nō
magis aqua tingat animā q̄ vitulorū sanguis:non est si
mile:quia in sacramētis noue legis operat diuina virtus:
hoc est meritū passionis Christi ia exhibite:qd non fuit
in sacramentis veteris legis. De quo tñ alias diximus. Psalm.39.
[Quapropter cū ingressurus est mūdū dicit. Sacrificiū
⁊ oblationē noluisti:corpus autē aptasti mihi:holocau-
stomata ⁊ pro peccato nō postulasti vel non cōprobasti:tūc
dixi:ecce adsum.] Hebraice aut sic.

זֶבַח וּמִנְחָה לֹא חָפַצְתָּ אָזְנַיִם כָּרִיתָ לִּי עֹלָה
וְחַטָּאָה לֹא שָׁאָלְתָּ: אָז אָמַרְתִּי הִנֵּה בָאתִי

Quod noluerit deus sacrificia illa carnalia:q̄ populo illi du
re ceruicis imposita sunt in seruitutē potius q̄ in iustifi
catione:ex his q̄ immediate diximus ⁊ alias sepe patet Hiere.7.
tū maxime ex eo qd habet Hiere.ca.7. Holocaustomata

vij vestra addite victimis vestris:⁊ comedite carnes:quia
non sum loquutus cum patribus vestris et non precepi
eis in die qua eduxi eos de terra Egypti/de verbo holo-
caustomatū et hostiarū:sed hoc verbum precepi eis:au-
dite vocē meā ⁊ ero vobis deus:⁊ vos eritis mihi popu
lus. Paulo autem superius dixerat. Nolite confidere in
Hiere.7. verbis mendatij:dicentes templum dñi:templum dñi:tē
plum dñi est:interim autē fures estis ⁊ occiditis:⁊ adul
teramini.⁊c. Quorū igitur reprobauit templum:conse-
Hieronymus quenter reprobat ⁊ sacrificia:⁊ obliq arguit eos:q non
veneratione sui sz epularū desiderio immolēt victimas.
Exodi.32. Dicens enim non sum loquutus:manifeste intelligitur
q primū decalogū dederit in tabulis lapideis:⁊ post of-
fensam idololatrie caputq vituli iusserit sibi magis fie-
ri q̄ demonibus:auferens puram religionem mandato
rum dei:⁊ concedens sanguinē victimarū carnisq desi
derium/quibus ad sacietatem vescebatur in Egypto/quā
do sedebat ad ollas carniū. Nam q sacrificia illa semper
Num.11.c. deus noluerit:vel illud maximū argumentum est:q non
precepit immolari sibi omni tēpore:nec in omni loco:nec
ab omni homine:nec omnia animalia:sed multis opus
erat vt sacrificiū rite perageretur. Nunquid inquit mā-
Psalm.49 ducabo carnes taurorū aut sanguinem hircorū potabo?
Quin potius immola deo sacrificiū laudis:⁊ redde altis-
simo vota tua. Quoniā igitur hec non placuerūt deo ni
si forte ex opere operantis:sicut dicitur in Noe:odora-
Genes.8. tusq est dñs odorē suauitatis: Christus sacerdos futu-
rus et hostia ingrediens mūdum/dicit illud ex Ps.39.
viij [Sacri.et obla.noluisti:quis inquit hec q̄siuit de mani-
bus vestris? Esaie.p. Holocaustū ⁊ pro peccatū non po-
stulasti.] oblata noluit dicēs:ne offeratis vltra sacrificiū
Cap.7. frustra:nec ipse postulauit ab offerentibus iuxta qd di-
xit Hieremias:nō sum loquutus cum patribus vestris.⁊c.
Ponit autē quattuor sacrificiorū genera/videlicet sacri
ficium:oblationē:pro peccatū:⁊ holocaustū. Holocaustū
totum incendebatur ad gloriā dei. Oblatio fiebat de ari
dis. pro peccatū ex nomine intelligitur. sacrificij quedā
pars cedebat in vsum sacerdotis quedam incēdebatur.
de hoc alias diximus. Nullū horum placuit deo/quādo
⁊ incensum abominatur. Quid igitur? Tibi sacrificabo
Ps.115. hostiā laudis. Nō quadrupedē bisulcā:neq volatilia pu
ra:neq siliginem oleo conditā:nec lucidū thus vel illud
compositū thymiama. Hec enim ex terra offerunt sacer
dotes Aaron. Que quoniā scio tibi minime placere:cui
Psalm.50. magis placet cor contritū ⁊ humiliatū:ecce ego venio vt
fiam holocaustum:sacrificium ⁊ hostia:imo ⁊ sicut dicit
apo. deus pater filium suū vnigenitū pro peccatū pro no
2.Cor.5. bis fecit ⁊ maledictū:vt nos efficeremur iustitia dei in
Supra.p.c. illo. Hoc tamē fieri non poterat vt splendor ⁊ figura sub-
stantie patris fieret holocaustum:nisi ⁊ pater totius cō-
solationis aptaret ei corpus humanū sine peccato quidē:
et hoc habuit ex eo quod de spū scto cōceptus est:sed ta-
men passibile ⁊ mortale:⁊ hoc habuit quia de muliere
factus est ⁊ natus de virgine:iuxta quod dicitur:tu es q̄
Psalm.21. extraxisti me de vtero matris mee:porta orientali manē
te clausa in eternum. Ezech.44. Loco tamen huius tex
ix tus/videlicet corpus aptasti mihi/qui est secundum.70
nos habemus:aures autem perfecisti mihi. Accepit aūt
Philip.2. Christus ⁊ aures perfectas:factus obediēs vsq ad mor
tem:mortē aūt crucis. sequitur. [In capite libri scriptū
est de me vt faciam deus volūtatē tuam. Caput libri est
illud qd in diuina predestinatione primū continetur:hoc
autē est mysteriū diuine incarnationis. Hec sentētia do
Doctor nr cto.nostri est in.3.Distin.19. Itaq consiliū indiuidue tri
nitatis de reparando homine vocatur liber:huius libri
primū caput est Christus:qd est verbū quod erat in prin-
cipio:de quo tamē scriptū est:si non potest hic calix trāsi
Matth.26. re nisi bibam illum:fiat voluntas tua. [Superius cū di-
cit/sacrificiū ⁊ oblationē ⁊ holocaustoma et pro peccato

noluisti neq cōprobasti (que iuxta legem offerūtur) tūc
dixi ecce adsum:vt faciam deus volūtatem tuam:hoc in-
quā dicens:tollit prius (tollit omīa que offerebātur in
priori tabernaculo tanq̄ vetera tanq̄ vmbras ⁊ somnia)
vt posterius statuat (sacerdotiū videlicet secundū ordi.
Melchi.) Cuius ipse minister est ⁊ pontifex:in qua vo-
lūtate sanctificati sumus scilicet:per oblationē corporis
Jesu Christi semel peractū.] Vides igitur quomodo ab
stulit primū dicens/sacrificiū ⁊ oblationē noluisti:⁊ quo
modo nouū statuit dicens:ecce venio vt faciā voluntatē
tuam. Quodq dicit in qua volūtate sanctifi. sumus per
oblationē videlz corporis:illud videt innuere q Abraā Genes.22.
volūtatē quidē habuit immolandi vnigenitū/que tamē
non fuit coniuncta operi:dño prohibente. Alioqui ⁊ in Alexā.hal.
Christo sufficeret voluntas patiendi: nisi oblatus esset Esaie.53.
quia ipse voluit.

¶ Et omnis quidem sacerdos presto est quo-
tidie ministrans:& easdem sepe offerens ho-
stias:que nō possunt auferre peccata. Hic au-
tem vnā pro peccatis offerēs hostiam:in sem-
piternum sedet in dextera dei:de cetero expe
ctans donec ponantur inimici eius scabellum
pedum eius. Vna enim oblatione cōsumma
uit in sempiternū sanctificatos. Cōtestatur au
tem nos spiritus sanctus. Postq̄ enim dixit:hoc
autem testamentū quod testabor ad illos post
dies illos dicit dominus:dabo leges meas in
cordibus eorum:& in mētibus eorum super
scribam eas:& peccatorum & iniquitatum
eorum iam non recordabor amplius. Vbi au
tem horum remissio:iam nō est oblatio pro
peccato. Habentes itaq fratres fiduciam in in
troitu sanctorum in sanguine Christi:quam
initiauit nobis viam nouam & viuentem per
velamē idest carnem suam:& sacerdotem ma-
gnum super domū dei:accedamus cum vero
corde in plenitudine fidei:aspersi corda a con
scientia mala:& abluti corpus aqua munda:
teneamus spei nostre confessionē indeclinabilē.

x ¶ Et omīs quidē sacerdos assistit cotidie sacra peragēs
⁊ easdē sepius offerēs hostias:que nunq̄ possint aufer-
re peccata.] Dicens autē cotidie:iuge sacrificiū intelli-
git/quod fiebat cotidie mane ⁊ vesperi. Easdē autē offe
rebant specie nō numero:electa ⁊ immaculata. Nihilo-
minus tamē inutilia quādiu non affuit is de quo dicit
toties in Leuitico:rogabit pro eo sacerdos/cum lachri-
mis ⁊ clamore valido:et dimittetur ei. [Hic vero vna pro Supra.5.c.
peccatis oblata victima (vnus est enim mediator Christus
Jesus) perpetuo sedet ad dexterā dei:id quod superest
expectās:donec reddantur inimici sui scabellum pedū
suorū.] De hoc habitū est cap.p.huius epl'e. [Vnica enim
oblatione perfectos efficit in perpetuū] eos q̄ in gra deces
serūt cuius participes facti sunt i sacramēto baptismatis.
Qui enī in ea perseuerauerit:hic saluus erit. Est enī pas- Matth.10.
sio Christi tanq̄ mare oīm bonorū et thesaurus inexhaustus
de q̄ semp haurire licet ⁊ restaurare deperditū/sicut legi-
mus de ligno vite qd erat in medio paradisi. Confirmat Genes.2.
autem apo. que dixit autoritate scripture dicens. [Te-
stificatur autem nobis ⁊ ipse spūs sctūs. Cum predixis-
set enim hoc est testamentū quod condam ad illos post Hiere.31.
dies illos dicit dñs:dans leges meas in corda illorū:et
in mentibus illorum inscribam eas:et peccatorum atq
iniquitatū illorum non recordabor amplius. Hebraice.

אַחֲרֵי הַיָּמִים הָהֵם נְאֻם יְהוָה נָתַתִּי אֶת
תּוֹרָתִי בְּקִרְבָּם וְעַל לִבָּם אֶכְתֲּבֶנָּה וְהָיִיתִי
Hiere.31. לָהֶם לֵאלֹהִים וְהֵמָּה יִהְיוּ לִי לְעָם׃
כִּי אֶסְלַח לַעֲוֹנָם וּלְחַטָּאתָם אֶזְכָּר עוֹד׃

xi

Uide supra. Cap. 8. [Porro vbi harum est remissio: iam
nõ est oblatio pro peccato] dicente pontifice: Hic est san-
guis mei noui & eterni testamẽti: qui pro multis effun-
Matth.26. ditur in remissionẽ peccatorũ. De hostijs vero veteris
sacerdotij dictum est/ q̃ fiebat in illis cõmemoratio pec
catorũ: et eorũdem omni anno. Quot annis enim deci
Leui.23. ma die mẽsis. 7. iussi sunt affligere animas suas religio
ne perpetua: & offerre sacrificiũ in memoriã vituli quẽ
adorauerũt. Uides quoniã semper eorũdem peccatorũ
memoriã renouabãt: quoniã remissa nõ erant. Ubi au-
tem remissa sunt semel sicut dixit Hieremias: iam non
est necessaria vlterior oblatio. Quid sit autẽ desi pecca
torũ nostrorũ nõ recordari: vide ad Rom. ca. 4. ibi beati
Tho. ter. par. q. 49 ad. 5. quorũ. [Cum igitur fratres habeam⁹ libertatẽ adesidi
in sancta non manu facta εἰς τὴν εἴσοδον τῶν ἁγίων
in sanguine Iesu ea via
quam dedicauit sacrauit nobis ἐνεκαίνισεν recẽtem ac
viuentem per velamẽtum hoc est per car
Esaie.22. nem suam: cũq; habeamus sacerdotem magnum p̄fe-
ctum domui dei] (de quo dicitur: vocabo seruũ meum
Eliachim & induam illum tunica tua & cingulo tuo cõ-
fortabo eum: & erit quasi pater habitantibus Hierusa
xii lem: & dabo clauem Dauid super humerũ eius: et ape-
riet & nemo claudet: quod enim ille in sua passione re-
serauit claudi nõ poterit: & quod clausit in ceremonijs
iudeorũ a nullo aperietur) [accedamus cum vero corde
in certitudine fidei: aspersi cordibus a conscientia mala
& abluti corpore: aqua pura: teneamus confessionẽ spei
6. Cap. indeclinabilẽ] hoc est non vacillantem / quã superius
anchoram vocauit. Ex toto contextu sermonũ superiorũ
quibus ostendit eminentiã sacerdotij Christi: insuffi-
cientiam sacrificiorum Mosaice legis: in quibus nihil
aliud preter vmbras: fumũ et somnia inuenire erat: cũ
hic plena inueniat̃ remissio peccatorũ: illud infert apo-
stolus: vt ex quo iam habemus libertatem adeundi nõ
sancta sanctorũ: ad que vix semel in anno patebat ingres
sus: & vni soli & cum sanguine: sed ea que vere sunt san-
Joan.10. cta: patefaciẽte nobis ianuam sanguine eius qui dicit
ego sum ostium (sanguine inquam eius: e cuius latere
Joan.19. aperto: exiuit sanguis & aqua: & hoc per eam viam quã
dedicauit nobis nouam ac viuentem: (ἐνεκαίνισεν,
idest innouauit: siue dedicauit: vnde di-
cuntur Encenia) ascendens ipse prior in altum & capti-
Psal.67 uam secum adducens captiuitatẽ:) que via vocatur no
ua: quoniã ante Christum nullus celum ascenderat: ser
Genes.3. uante angelo viam ligni vite: viuens autem dicitur: q̃
ducit ad vitam eternam: & quoniã qui hanc viam nobis
dicauit: & si crucifixus est ex infirmitate: viuit tamẽ ex
2.Cor.13. potentia) accedam⁹ cum vero corde: idest cum fide nõ
ficta: qui enim incredulus est: longe abest: & longe a pec
catoribus salus. Ps. 118. quantũcunq; corpore appro-
pinquent: accedamus inquam cum certa spe: qui enim
Jacobi.i. hesitat similis est naui que circũfertur a vento: amis-
so clauo fidei: & spei anchora: accedamus & aspersi cordi
bus a cõscientia mala: ea aqua de qua dicitur: effundã
Ezech.36. super vos aquam: & mundabimini ab omnibus inqui-
namentis vestris: & corpore aqua pura: per quod osten
dit differẽtiã baptismatũ legis que tantum corpora la-
uant/cum lauacrũ regenerationis nr̃e anime peccata de
Esaie. i. tergat: vt si fuerint sanguinea vt coccinũ: dealbentur su
per niuẽ: caro autẽ restituatur sicut caro pueri paruuli
xiii sicut legimus in Naamã. 4. Reg. 5. cap. Dicens autem
aspersi cõsciẽtia: pharisęos tãgit imo et omnes iudeos:

qui nisi crebro lauerint manus non manducant: tenẽtes
traditionẽ seniorum: & a foro venientes nisi baptizẽtur: Marci.7.
non comedunt: & alia multa sunt inquit Marcus: q̃ tra-
dita sunt illis seruare baptismata calicũ & vrceorũ & era-
mentorũ & lectorum: decimãtes mentam & anetum & ci- Matth.23.
minũ & omne olus: colantes culicem: glutiẽtes Christũ.
Exponit autem apo. modũ quo Christus pontifex eccle
sie dedicauerit nobis viã qua adeam⁹ cum fiducia thro-
num gratie eius: cũ dicit: per velamentũ carnis sue. Ca-
ro enim eius velamẽtũ erat quo minus dñm agnoscere
mus Christũ sicut dicitur: vere tu es deus absconditus. Esaie.45.
Et Petro dicitur: caro et sanguis non reuelauit tibi
Matth. 16. cap. me esse filium dei viui: magis autem hoc
velabat. Et illud: en ipse stat post parietem nr̃m: prospi- Canti.2.
ciens per cancellos: eminens per retia: quem nulla pec-
catorũ retia potuerũt inuoluere: & si ligatus septem no- Judi.16.
uis funib⁹ fuerit: qui nunq̃ fuerunt in opere. Per hoc
igitur manet illa via peruia: quia sumunt fideles viaticũ
corporis & sanguinis Christi: sed velata hec omni sen-
sui humano: alioqui fides non haberet meritum vbi hu
mana ratio p̄beret experimentum.

¶ Fidelis enim est qui repromisit. Et conside
remus inuicem in prouocationem charitatis
& bonorũ operum: non deserentes collectio
nem nostram sicut cõsuetudinis est quibusdã:
sed consolantes: & tanto magis quanto videri
tis appropinquãtem diem. Voluntarie enim
peccantibus nobis: post acceptam notitiã ve
ritatis: iam non relinquitur pro peccatis ho
stia: terribilis autem quedam expectatio iudi-
tij & ignis emulatio que consumptura est ad
uersarios. Irritam quis faciens legem Mosi:
sine vlla miseratione duobus vel tribus testib⁹
moritur: quanto magis putatis deteriora me-
reri supplicia: qui filium dei cõculcauerit: &
sanguinem testamẽti pollutũ duxerit in quo
sanctificat⁹ est et spũi gratie cõtumeliã fecerit?

¶ Fidelis enim deus qui promisit. Qui nec fallere po-
test si velit: nec volet etiam si posset. Que iam sequunt̃ xiiii
moralia sunt. Unde & nos quasi qui loca aspera et mul-
tis anfractibus plena flante spũ sctõ p̄terlegerimus:
sublatis anchoris/secundum aure flatum quieto cursu
feramur ad littus. sequitur. [Et cõsideremus nos inui-
cem in hoc vt prouocem⁹ ad charitatẽ et bona opera.]
εἰς παροξυσμὸν, idest extimulationẽ: licet aliquan-
do in malã accipiatur partem. Na-
ture quidẽ contrariũ est tuo incomodo alterius curam
agere: sicut et alterius incomodo tuum agere comodũ:
ideo vtrunq; curandum est: vt videlicet & nostri curam
non p̄tereamus: quoniã qui sibi nequam: cui bonus? Eccle.14.
Et ceteros prouocem⁹ et incitemus ad charitatẽ. Sũt
enim qui non ad charitatem prouocant sed ad lites et
discordiã: & ad iram/sicut Semei: quando ita loqueba- 2.Reg.16.
tur contra Dauid: egredere egredere vir sanguinũ. &c.
Aut sicut Annam prouocabat Fenẽna exprobrans ei: i.Reg.i.c.
q̃ conclusisset dñs vuluam eius. Et factũ est vt sterilis
multos pareret: & infirmaretur que multos habebat fi-
lios. Quare prouocas ad malũ: vt cadas tu & Judas te- 4.Reg.14
cũ? Qd̃ si ad bonum non prouocas: ne prouoces ad ma-
lũ: sed cõtẽt⁹ esto gl̃ia tua. 4. Reg. 14. idẽ p̃z in Goliath. Psal.9.
[Non deserentes aggregationem nostram.] Insidiatur
enim leo in spelũca sua vt rapiat pauperem/quem inue-
nerit extra ouile [sicuti inquit est mos nonnullis] qui-
vnitatem scindunt: quasi nõ sint illi sicut ceteri hominũ Luce.18.
homicide & adulteri: qui potius suo colloquio debuerũt

Luce.18. prodesse ceteris: exemplo eius qui cum peccatorib⁹ mã
ducauit & bibit. Subleuatio est laboris visio collaborã-
Luce.24. tis: sicut cum in itinere comes iũgitur (Christus comes
facundus) via quidẽ non minuitur: sed tamen de societa
te comitis leuior fit labor itineris. [Sed adhortantes
inuicem: idq; hoc magis quo videtis appropinquãtem
Apoc.12. diem.] Ue inquit terre & habitantibus in ea: quia desce
xv dit ad vos diabolus: habens iram magnam: sciens quia
modicũ tempus habet. Igitur & nobis festinandum est:
Psal.118 & eo velocius percurrenda via mandatorũ dei: quo ille
festinat omnes detrudere secum in gehẽnam. Hinc vox
Matth.8. illa: venisti ante tempus perdere nos. Quoniã enim de
p̄hensos se videbant in factis suis pernitiosis: quib⁹
omni quo poterãt modo creaturas Christi exagitabant
inde putauerunt non expectaturũ Christum cõmodius
punitionis tempus: sed magnitudine peccatorũ cõmotũ
Chrysosto. iam tunc vltimis supplicijs puniturũ: vnde obtestabant
eũ. Et vide exquisitas fallacias eius. Calix inquit Hie.
aureus Babylon in manu dñi: inebrians omnem terrã.
Hiere.51. Nabucod. in quo operabatur per mysteriũ is qui ope-
ratur in filijs diffidentie. Eph. 2. cap. volens decipere ho
mines per calicem dolosum: nõ miscuit in vase fictili ve-
nenũ suũ vel in calice ereo aut certe argenteo: verum ele-
gens vas aureum: in eo poculum temperauit: vt quis vi
dens decorem auri radiantis: totus herens in spẽm: nõ
Origenes. consideret quod intrinsecus latitat: sicq; accipiẽs bibat
nesciens quia latet anguis in herba: et in ligno scientie
Prouerb. mors ipsa delitescit: iuxta quod dicitur: Melle lit⁹ gla-
Satan. dius. Sed vide adhuc technas eius: omnẽ mouentis la
pidem quo plures perdat. Cum anime que pro Christo
mortem subeũt excedentes a corpore/vim omnẽ demo-
num sustulere: & insidias in genus humanũ: crediderim
inquit Orig. demones ipsos experientia ipsa edoctos:
Origines. vbi deuictos se tandem ab his esse sensissent & plane cõ
p̄hensos: qui veritatem sunt moriendo testificati: veri
tos esse ad vindictã iterato procedere. Unde quo adusq;
tandem memoria excesserint illa que cũ dolore sunt pas
si: par etiam fore existimauerim vt nobiscum pax ineat̃.
Postq̃ vero demones ipsi vires collegerint: & p̄e nequi
xvi tia obcecati: iterato vlcisci iniuriã velint: & Christianos
deniq; insectari rursum vt perdãt: q̃ multorũ denuo ani
me ob pietatẽ corporibus exute: per martyrij palmã ex-
cedent de vita. Quid inquit Aug. sumus nos in compa
Augusti⁹. ratione eorum sanctorum qui tunc sunt futuri? Quãdo
quidem ad illos probãdos soluetur inimicus: cum quo
ligato nos tantis periculis dimicamus. Non solum au-
tem cõmẽdantur martyres illius temporis propter atro
citatẽ tormentorũ: sed propter sagacissimã deceptionem:
quia in principio ecclesie miracula faciebãt martyres an-
te oculos carnificis: tũc faciet miracula carnifex ante ocu
los martyris. His igitur fallacijs: his technis instruct⁹:
hoc calice aureo propinat omnib⁹ gentibus: vt si velim⁹
confiteri infelicitatẽ nostram: pene totius mũdi rex dia-
bolus sit: vnde & vocatur princeps seculi huius a salua-
tore: sed in me non habet quicq̃: dicẽte Pilato: ego nul
Joan.14. lam causam mortis inuenio in homine isto. Joan. 19. Et
iustificatur Pilatus respectu principũ populi iudeorũ.
Ostendit inquit ei omnia regna mundi: hominũ intelli-
Matth.4. ge huius seculi: quomodo alij regnantur a fornicatione:
alij ab auaritia: alũ populari rapiantur inani aura. Cum
igitur ille vbiq; procuret dilatare iura tyrãnidis sue: eo
q; magis quo videt appropinquare finẽ: idem nobis fa-
ciendum apo. p̄cipit. [Nam si volentes peccauerim⁹:
post acceptã cognitionem veritatis: non vltra pro pecca
tis reliqua est hostia: sz formidabilis quedã expectatio
iuditij & ignis vehementia: qui deuoraturus est aduer-
xvii sarios.] Hec sententia similis est illi que habetur supra
cap. 6. impossibile est enim eos. &c. Itaq; non excludit pe
nitẽtiã scdo peccanti: dicente Christo: remitte fratri tuo

vsq; septuagies sed excludit secundũ baptisma: excludit Matth.18.
inquã q̃ Christus non rursus futurus est hostia pro pec
catis nostris. Potest & hic esse sensus. Nobis volũtarie
permanentibus in peccato Christus prodesse nõ potest
qui factus est hostia pro peccatis nr̃is. Huiusmodi fuit
quidam Crisorius de quo refert Grego. qui fuit plen⁹ Gregorius
vitijs. Qui ad extrema veniens: apertis oculis vidit te
terrimos & nigerrimos spũs circa se minitantes ei & in
nuere q̃ eum rapere vellẽt ad tartara. Qui cepit treme-
re: pallescere & sudare: ac inducias petere: voces filio suo
Monacho clamore magno: tu me suscipe in fide tua: sed
nihil profuit sibi: quoniã auulsa est per vim anima eius a
corpore. Uide ergo ne tũc queramus spaciũ vite longio-
ris ad bene agẽdum: cum p̄cipimur exire. Quod au-
tem iniqui solatiũ non capiant ex societate malorum: ex Luce.16.
euangelio colligitur epulonis: dicentis: obsecro te pater
habeo quinq; fratres. &c. Sũt autem in inferno q̃tuor
pene maxime. Prima est vermis pungens cõscientiam
et hec mala est/quia nunq̃ moritur: quod ostẽdit fabula
Tycij cuius p̄cordia subinde pullulantia vultur semp Poeta i.6
arrodit. Secũda pena est ignis: instrumentũ diuine iu-
stitie: & hec grauior: sup naturalis enim actio fortior est
in agẽdo q̃ naturalis. Tertia est pena dãni: et hec adhuc
multo grauior est: quia tãta videt̃ in malo priuatio: quã
ta positio in bono. Quarta pena est oim̃ grauissima vi-
delicet malum culpe in quo semper sunt & in odio diui-
ne iustitie, q̃ hec sit omniũ grauissima patet/quoniã qui
libet iustorũ p̄eligeret oẽm alium cruciatũ q̃ vnũ hoc
solum videlicet malum culpe. huius ratio est, deus sem
per dat minus malum pro maiore cum punit: & tamẽ iu- Franc.M
ste infert suppliciũ eternũ vni culpe mortali. Illud ergo
grauius. De hoc vide nr̃m doctorẽ in. 4. dist. 46. q. 4.
b. c. de quadruplici tristitia apud inferos. Ponitur & in
inferno scdm̃ poetas alia quadruplex pena. Prima est
pena Tãtali notissima. Secũda est homo qui perpetuo
voluitur in rota. Alius semper voluit saxa: alius perpe- xviii
tuo dãnatus est ocio: sedens in biuio: cõplicatis manib⁹
& hec videt̃ mihi omniũ penarũ grauissima: nisi vos me
lius sapitis. Alius autẽ similiter sedet in pendulo mon-
tis: cuius capiti saxum ingens imminet: qui iam nũc ca
dere videt̃ et sedentem opprimere. Quomodo cũq; res
se habeat/optimũ fuerit aliena insania disciplinã app̄e
hendere: ne forte irascatur dñs: & pereamus d̃ via iusta. Psal.2.
[Qui aspernatus fuerit Mosi legem: absq; misericor-
dia sub duobus aut tribus testibus moritur. Quãto pu
tatis deterioribus afficietur supplicijs qui filium dei con
culcauerit: & sanguinem testamẽti ceu rem prophanã ha
buerit in quo sanctificatus est: & spiritũ gratie contume
lia affecerit?] Mosi lex tenax iustitie: misericordie nescia 3.Reg.21.
nulli parcebat duobus conuictũ testimonijs: etiam si sit
sanct⁹ Naboth aut Susanna castissima. Erat enim Mo- Daniel.13.
ses non conditor legum sed minister & executor. Christ⁹
autem dñs legis/cõditor legis: et legis interpres etiam
multis conuictam testibus adulteram: remisit liberam. Joan.8.
Tamẽ sciendum nobis est: hoc tandiu fieri: quãdiu qui Psal.74.
aduocat⁹ noster est & sedet patri dexter: tẽpus nõ accipit
vt iustitias iudicet: cuius solium in misericordia p̄pa
ratur. Esaie. 16. ca. Quia & nemo plus impetrat a libero
q̃ qui seruire non cogit. Qui enim scorpionibus cedit:
& lumbis patris putat se digitos habere grossiores: cito 3.Reg.12.
regnũ mansueti Dauid dissipat. Moses. 40. annis popu
lum dei deduxit quia mãsuetissimus erat. libertas enim
cito indignatur si opprimitur. Cum igitur saluare vene
rit: quãdiu viuimus indulgẽtissimus est: expectãs sem-
per reditũ nostrum & penitentiã licet seram: que tamen
sera nõ est si vera est. Qui autẽ destinato animo sangui-
nem testamenti eterni conculcauerit: per quem sancti- xix
ficatus est: et contumeliam ingratus fecerit spiritui gra
tie in quo consignatus est signo Tau in die redemptio- Ephe.4.

nis: quem et accepit in arrabonem eterne hereditatis: quanto acerbiora eum putatis passurum tormenta?

¶Scimus enim qui dixit: mihi vindicta: et ego retribuam. Et iterum: quia iudicabit dominus populum suum, Horrendum est incidere in manus dei viuentis, Rememoramini autem pristinos dies inquibus illuminati: magnum certamen sustinuistis passionum. Et in altero quidem obprobriis & tribulationibus spectaculum facti: in altero autem socii taliter conuersantium effecti. Nam & vinctis compassi estis: & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis: cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam. Nolite itaque amittere confidentiam vestram que magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatem dei facientes: reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquantulum: qui venturus est: veniet & non tardabit. Iustus autem meus ex fide viuet. Quod si subtraxerit se: non placebit anime mee. Nos autem non sumus subtractionis filii in perditionem sed fidei in acquisitionem anime.

¶Nouimus eum qui dixit. Mea est vltio: mihi vindicta & ego retribuam.] De quo ad Rom. diximus cap. 12. in fine. *Psalm. 29.* Ira inquit in indignatione eius: ⁊ vita in voluntate eius. Prius posuit rem tristem: deinde letam subiecit. *Ezech. 33.* Vitam vult peccatoris: nisi quod peccator irritat iram eius: pessundans sanguinem vnigeniti sui. videt autem Dauid idem bis dicere: cum dicit: ira in indignatione eius: Sed non sic est. Thymos enim θύμος, idest indignatio motus est animi ad inferendum quedam tristia merenti. Ira vero idest ὀργή, orge: labor assumptus a iusto iudice ad penas pro modo iniustitie cuique inferendas. *Analogia.* Verbi gratia. Medicus cognoscens partem corporis aliquam inflammatione affectam ⁊ sanie oppletam: iudicat incisionem necessario esse faciendam. Hanc itaque indignationem siue θυμόν sacrum nominat eloquium. *Basilius.* Post vero medici iuditium ac sententiam: venitur ad rem: et ea exequenda que sunt visa ⁊ iudicata: hoc est ad ferrum incidens ⁊ dolorem inferens patienti: ⁊ hec ira dei vocatur idest ὀργή. Quid ergo dicit ps? Quod vult deus quidem omnes vite eius esse participes. Labores autem ⁊ pene non eius voluntate inferuntur: sed peccatis exigentibus eorum/qui gratie eius contumeliam faciunt. Vitam itaque deus bonorum omnium largitor propria voluntate *Roma. 2.* tribuit: iram vero sibi quisque thesaurizat in die iudicii eterni ⁊ ignis molestissimi qui consumpturus est aduersarios. **XX** [Et rursum. Dominus iudicabit populum suum] *Sap. 5.* discernens causas ⁊ merita: et triticum a paleis. [Horrendum est incidere in manus dei viuentis.] Quando armabitur creatura omnis ad vltionem inimicorum. Siquidem creatura omnis peccatori hostis est: sicut de Egyptiis scriptum est: terra eos impugnabat: fluuius: aer ipse: musce rane scinifes: ⁊ palpabiles tenebre. *Chrysost.* Iustis vero ea que inaccessibilia videntur plana efficiuntur ⁊ peruia: mare rubrum iusti transeunt: Egyptii merguntur. Eremus vasta ⁊ horribilis cibum ministrat iusto: peccatori autem terra fructifera *Psalm. 106* in salsuginem vertetur a malitia inhabi. in ea: ⁊ celum ipsum eneum sit. Deut. 28. capite. Ignis parcit ⁊ rorat pueros. Daniel. 3. ca. cruciat impios chaldeos. Aqua amara dulcescit hebreis. *Exodi. 7.* Exo. 15. cap. ⁊ in sanguinem vertitur Egyptiis. Horrendum est, queret quispiam/quomodo intelligitur illud ex Iob cap. 9. deus cuius ire resistere nemo potest: cum multos indignationi superne animaduersionis obuiasse eloquia diuina testentur. Respondeo. *Gregorius.* Omnes sancti qui ire dei obuiasse inueniuntur: ab ipso accipiunt vt contra impetum ire eius opponantur: portatque deus contradictionem deprecantium quam ipse aspirat. Alioqui Moses cum audiuit: vidisti terram oculis tuis: non tamen transibis ad illam/quia non sanctificastis me. ⁊c. *Deut. 32.* non restitit ire dei. Sic nec Dauid: cum fugeret a facie Absalonis. *2. Reg. 16.* Sic ⁊ Helias cum fugeret a facie Iezabel. *3. Reg. 19.* Ire igitur dei resisti valet quando ipse qui irascitur opitulatur: resisti autem non valet: quando sese ad vlciscendum excitat: precemque quam ei funditur non aspirat: sicut dicitur ad Hieremiam. Tu noli orare pro populo isto. ⁊c. Cap. 7. Gregorius. Vide ad Heb. 13. cap. Sectione. 16. lacte de hoc. Horrendum est igitur incidere in manus dei: cuius gladius vtrinque incidens/trium horarum spacio septuaginta milia virorum consumpsit. 2. Reg. 24. cap. hic est gladius quem Ioannes vidit procedere de ore agni. *Apoca. 1.* Quid si assumpserit iram leonis aut vrsi? Occurram eis inquit quasi vrsa raptis catulis: ⁊ dirumpam interiora iecoris eorum: *Osee. 13.* et consumam eos ibi quasi leo. Aiunt autem qui bestiarum scripsere naturas: inter omnes feras nihil esse vrsa seuius cum perdiderit catulos vel indiguerit cibis. *Exemplum.* Eleganter dixisse legimus quendam ex Ethnicis: cum adhuc omnes vrbes victimarum sanguine pollerentur: seuiente in ecclesia dei persecutione Iuliani: ⁊ cum subito in ipso persequutionis ardore eius fuisset annunciatus interitus: **XXI** quomodo inquit christiani dicunt deum suum esse patientem et ἀνεξίκακον. Nihil iracundius: nihil hoc furore presentius. Ne modico quidem spatio indignationem suam ferre potuit. Hoc ille ludens dixerit: tamen reuera horrendum est incidere in manus eius. Nihilominus tamen ex tribus propositis/vnum hoc elegit Dauid incidere in manus eius: qui occidit et viuificet. *2. Reg. vl.* Sed cum peccator hoc preeligit: non ad manus graues iustitie confugit: sed ad misericordie sinum ⁊ ad manus illas in quibus depicti sumus ab eo: sicut dicitur/in manibus meis descripsi te. *Esaie. 49.* Conferamus autem legem euangelio. Secundum legem verbi gratia adulter morte punitur conuictus duobus testibus: nec potest dicere penitentiam petimus. *Origines.* Non erat lachrimis locus: nec emendationi concedebatur facultas: sed omnimode puniri necesse erat qui incurrisset in legem cui erat pena mortis adiecta. Apud christianos non est datum Episcopo adulterum presenti morte damnare. Non tamen existimes legem crudelem: euangelium autem credentes resoluere. In vtroque testamento dei benignitas diuersa dispensatione tenetur. Ex hoc enim quod secundum legem (verbi gratia) adulteri presenti morte puniebantur: ex hoc quod quisque eorum peccati sui pertulit penam (contritio semper est necessaria) quid erit post hec quod animabus eorum vltionis immineat: si nihil aliud deliquerunt? Non vindicabit dominus bis in idipsum. *Naum. 1.* Naum primo. secundum 70. Receperunt enim peccati sui **XXII** ⁊ consumpta est criminis pena: ⁊ ideo inuenitur preceptum hoc plenum misericordia: idcirco quod per hoc purgaretur populus a peccatis magis quam condemnarentur. Nunc vero non infertur pena corpori: nec purgatio peccati per corporale supplicium constat in foro ecclesie: sed per penitentiam: quam vtrum quis digne gerat: ita vt mereri per ea veniam possit: videto. Videndum est ergo ne forte aliquando etiam grauius sit nobis qui pro peccato comuni hac morte minime punimur: quam illis quos legis sententia corporaliter condemnarat: quoniam illos absoluebant commissi sui soluta supplicia: habebantque purgatorium in terra: nobis autem vltio reponitur in futuro: et reuera grauius est incidere in manus dei viuentis quam in manus Mosi et si graues. Hec sententia Origenis est. *Hieronymus.* Hieronymus. Queret aliquis: sit aliquis fidelis deprehensus in adulterio: decolletur. Quid de eo fiet? Si punietur falsum est quod hic dicit Naum. Non consurget duplex tribulatio. *70.* 70. non vindicabit bis in idipsum in tribulatione. Si non punietur: optandum est adulteris vt in presentiarum breui ⁊ cita pena cruciatus frustrentur eternos. Respondemus deum vt omnium rerum ita ⁊ suppliciorum quoque scire mensuras: ⁊ non preuenire sententia iudicis: nec illi in peccatore exercende dehinc pene auferri potestatem: ⁊ magnum peccatum magnis diuturnisque elui cruciatibus. Siquis autem punitus sit vt ille in lege qui Israelitis maledixerat/et qui in sabbato ligna colligebat: tales postea non puniri: quia culpa leuis presenti supplicio compensata sit. [Redeant autem vobis in memoriam superiores dies in quibus illuminati: ingens certamen sustinuistis afflictionum: partim quidem dum et probris et pressuris affecti: spectaculo fuistis omnibus θεατριζόμενοι, idest theatro expositi/partim dum consortes ita conuersantium facti estis.] *Phs.* Sicut dicit Phs: homines cum in aduersa fortuna sunt: nunquam vellent ab eminus videri. *Chrysosto.* Nam quoniam genus humanum sicut dicit Chrys. valde appetens glorie est: propterea etiam facile obprobriis captiuatur. Difficile est enim ⁊ vt ego puto impossibile propriis laudibus non letari: ⁊ nescio siquis hoc hominum obtinuit aliquando. Iam vero laude gaudentem consequens est desiderio eius teneri. Qui vero eam cupit: cum hec negatur affligitur. *Antipho.* Hinc poeta Antipho ad supplicium a Dionysio missus: cum eos vidisset qui secum morituri erant capita velantes exeuntes per portam: quid inquit faciem velatis: an ne cras quispiam hominum nos videat? Et tum poeta hic nihil credebat de vita eterna. *Luce. 21.* Vos autem multo magis leuate capita vestra quorum appropinquat redemptio: et rememoramini pristinos dies inquibus pro nomine Iesu multa passi estis. **XXIII** sicut optimi medicorum cum alios secuerint: ⁊ per incisionem doloris augmentum fecerint: solatium mitioris medicamenti ⁊ remedium afferunt illi loco vbi dolor viget: ⁊ perturbatam refouent animam. Hoc modo apo. postquam eos terruit seueritate iudicis: in cuius incidisse manus horrendum est: refouet eos commemorando priorem eorum laudabilem conuersationem. Si inquit adhuc nouitium in fide talia preludia spiritualis militie ostendistis/turpe vobis fuerit a cepto desistere. Quod sit autem certamen quod sustinuerunt in initio fidei: per partes exequitur dicens. *1. Corin. 4.* [Facti estis spectaculum mundo ⁊ hominibus: ⁊ qui videbant vos. Ps. 43. diripiebant sibi. Contristati estis in exercitatione vestra. Ps. 54. sed vobis fabricabant coronam: *Ps. 128.* ipsi autem prolongabant iniquitatem suam: qui vos ad patientiam exercebant. [Cum deinceps libenter facti estis consortes taliter conuersantium:] eorum videlicet *Actu. 5.* qui ibant gaudentes quoniam digni inuenti sunt qui pro nomine Iesu (quanta gloria) contumeliis afficerentur. [Siquidem ⁊ vinculis meis compassi estis.] δεσμοῖς μου, non vinctis: et omnibus qui pro Christo compediti sunt [et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio accepistis: scientes vos habere potiorem substantiam in vobismet ipsis ac manentem.] Sicut dixit quidam: omnia bona mea mecum porto. Ea autem sunt bona simpliciter vel mala: que in nostra sunt potestate: sicut sunt vitia ⁊ virtutes: ex quibus homo laudem meretur vel vituperationem: diuitie autem nec male nec bone: sed sicut sunt impedimenta improbis ⁊ auaris: **XXIIII** ita bonis proficiunt ad virtutem. Sola tamen virtus est que nobiscum migrare consueuit. vitia autem licet hic nos deserant: tamen tormenta *Apoca. 18.* consequuntur loco eorum: iuxta quod dicitur: quantum glorificauit se: tantum date ei tormentorum: non tamen descendit (Ps. 48.) cum eo gloria domus eius inquit dauid. *Ezech.* Vide enim quid scriptum est Ezech. cap. 32. Descenderunt in infernum cum armis suis idest membris corporum suorum que exhibuerunt arma peccato: ⁊ posuerunt gladios suos sub capitibus suis: quasi in pace dormierunt sed in pace peccatorum: *Psalm. 7* de qua dicitur in hac die que ad pacem tibi: *Luce. 19.* hec enim pax perpetuam eis paritura est discordiam: et fuerunt iniquitates eorum in ossibus eorum: quod est intentum. Gloria non descendit cum eis: descendunt autem iniquitates in ossibus eorum: ex quibus quasi ex adipe et pinguedine profluebant (dum vixerunt) ⁊ velut de quodam malorum mari adulteria homicidia: blasphemie. ⁊c. *Matth. 15.* [Nolite itaque amittere (alias abiicere) confidentiam vestram: que magnam habet remunerationem.] Nolite proiicere arma: ⁊ manus dare hosti tanquam victori: quoniam fidelis est qui dat lachrimas in mensura secundum vires vniuscuiusque. [Patientia enim vobis necessaria est: vt vbi voluntatem dei per egeritis: reportetis promissionem.] *Psalm. 79.* Quidam iuuenis aliquando vehementi impetu Socratis faciem cecidit. Qui minime commotus: furentem debachari ⁊ iram saciare permisit: *Exemplum.* ex quo eum totum ex plagis tumidum ac liuidum reddidit. Vbi vero ille cedendo destitit: nihil aliud Socrates fecisse dicitur: quam fronti proprie inscripsisse: talis fecit: veluti statue cuidam autoris nomen: ⁊ eo modo se vindicasse. Nouum certe patientie genus: sicut illud/videbunt in quem insultauerunt. *Zach. 12.* Alter huic non dissimilis **XXV** Periclem in foro probris omnibus incessebat: is autem minime curare visus quippe qui aurium suarum dominus esset: *Exemplum.* toto fere die deblaterantem sustinuit. Deinde vesperi iam discedentem: ac maledicendo fessum: Pericles vocato famulo: eum lumine domum vsque prosequutus est. Rursus quidam Euclidi Megarensi animo concitatus: mortem se iurauit illaturum: *Exemplum.* ille vero contra se patienter iurauit laturum: placatumque ⁊ ei quamuis in festo se conciliatum iri. Et nobis igitur patientia opus est qui expectamus que oculus non vidit: quando isti pro solo amore virtutis et *1. Cor. 2.* honesti ipsam quoque vincebant in seipsis naturam. Nam et Christus non auertit faciem suam a conspuentibus in eum vt magis glorificaretur vultus eius quam fuerat vultus Mosi glorificatus. *Esaie. 50.* Exo. 34. Quod autem hoc ad extremam iniuriam accipiatur videlicet in faciem conspuere: manifestum ostenditur ex iis que habentur Deut. cap. 25. de non suscitante semen fratris sui. [Ad huc enim ⁊ per pusillum temporis: *Deut. 25.* ⁊ qui venturus est veniet ⁊ non tardabit.] Valde igitur impatientis animi est: breuissima expectatione torqueri: de qua dicitur: ad vesperum demorabitur **XXVI** fletus: ⁊ ad matutinum letitia. *Psalm. 29.* Hec verba sunt ex Aggeo: cap. 2. [Iustus autem meus ex fide viuet.] Hoc expositum est ad Rom. cap. 1. Et ad Gala. cap. 3. [Et si subtraxerit se:] fidem abnegando: qua corde creditur ad iustitiam: *Roma. 10.* vel confitendo ore: factis autem abnegando: hic qui fidem fictam tantum habet: [non placebit anime mee. At nos *Titum. 1.* non sumus subductionis filii: incredulitatis ⁊ inobedientie: sed fidei in acquisitionem anime.] Quod nos legimus modicum aliquantulum: grece est ἔτι γὰρ μικρὸν ὅσον ὅσον hec autem conduplicatio greci sermonis Epitasin breuitatis temporis habet: idque iuxta proprietatem hebrei sermonis: qui congeminatione verbi eiusdem vehementiam explicant: sicut illud Abraam Abraam. Genes. 22. Saule Saule. Actu. 9. Martha Martha. Luc. 10. Heli Heli. Matth. 27. templum domini: templum domini: ficus bonas bonas valde. Ibidem. 24. cap. *Hiere. 7.* Domine domine aperi nobis. Matth. 25. Adhuc igitur modicum sustinete: quia est ecce iam in ianuis. Matth. 24. Veluti siquis ad Athletam hoc diceret qui cunctos superasset: ⁊ nullum reliquum haberet quo cum certandum esset *Chrysost.* nihilque restare nisi vt coronaretur: dilationem tamen pati non ferentem: dum arbiter certaminis adueniret qui coronam daret: ille autem impatienter ferens: vellet de stadio exire et fugere: ad huc modicum modicum: certissime enim qui venturus est veniet. Et quod nobis longum videtur: breuissimum videtur iis quorum vox est: venisti ante tempus torquere nos. Matth. 8.

Undecimum caput.

Est autem fides sperādarum substātia rerum: argumētum non apparentiū. In hac enim testimonium cōsequuti sunt senes. Fide itelligim⁹ aptata esse secula verbo dei: vt ex inuisibilibus visibilia fierēt. Fide plurimā hostiā Abel q̄ Cain obtulit deo: per quam testimoniū consequutus est esse iustus: testimoniū perhibente muneribus eius deo: & per illam defunct⁹ adhuc loquitur. Fide Enoch translatus est: ne videret mortem: & non inueniebatur: quia trāstulit illum dominus. Ante translationem enim testimoniū habuit: placuisse deo. sine fide autem impossibile est placere deo. Credere enim oportet accedentem ad deum quia est: & inquirentibus se remunerator sit. Fide Noe responso accepto: de his que adhuc non videbātur: metuēs aptauit arcam in salutem domus suę: per quā dānauit mūdum: & iustitię que per fidem est hęres est institutus.

i Tho. 22. q. 4. ad p̄mū. Ro. 10. & p̄. Cor. cap. 13

Est autem fides earum rerū que sperantur ἐλπιζομένων substantia: argumentum eorum que non videnť οὐ βλεπομένων, In hac enim testimoniū meruerunt seniores.] Preter ea q̄ alias de fide dicta sunt pauca hic sunt attingēda de fide: videlicet quid sit: quid efficiat in nobis: & q̄ fundamētū est omniū bonorum: et q̄ de ijs q̄ sensu corporeo percipi possunt non est: dicente apostolo (p̄. Cor. 2.) in cor hominis non ascenderunt que fides credit parata esse diligentibus deum. Fides est non inquisitus cōsensus secundū Damascenū. (Damasce.) Voluntaria quedam certitudo de rebus absentibus: supra opinionē: infra scientiā: etiā si Guillielmus dixerit: q̄ credere est vehementer opinari. Hugo. (Hugo.) Vel sic iuxta eundem Damascenū. Est autem fides eorum que sperantur substātia: rerum argumentū que non videntur indubitabilis & indijudicabilis spes: tam eorū que a deo nobis promissa sunt: q̄ assecutionis nostrarū petitionū. Fides igitur est habit⁹ mentis: quo inchoatur vita ęterna in nobis: faciēs & quodāmodo cōuincens intellectū assentire non apparentibus: quoniā videlicet per autoritatē diuinā que reuelatur nobis in diuinis scripturis/intellectus credētis manu ducitur & conuincitur volens/ad assentiendum ijs que non potest videre. (Chrysost.) Fides ergo est solida firmaq̄ basis earum rerū que nec sensibus nec humanis rationibus deprehendi possunt: sed eas firma & inconcussa fides ita repręsentat menti: quasi coram cernātur: quasiq̄ manibus teneanť. Vocatur igitur primū fides substātia hoc est visio rerū non apparentiū. Quoniā enim ea que sunt in spe sicut frumentū in herba vel fruct⁹ in flore sine substātia esse putantur: fides eis tribuit substantiā. Magis autē non eis tribuit: sed ipsa est essentia eorū. Ut puta resurrectio non dum facta est: & necdum est in substātia: sed fides facit eam subsistere in anima nostra: sicut scriptum est: credo q̄ redemptor meus viuit primogenit⁹ ex mortuis et (Job. 19.) primitię dormientiū. Imo Job non credo dixit: sed scio: & in nouissimo die de terra surrecturus sum: et rursum circūdabor pelle mea: & in carne mea videbo deū. Quē visurus sum ego ipse: & oculi mei conspecturi sunt & nō alius. Et sequitur quomodo huius resurrectionis substantia subsistit in mente: que non dum subsistit in re: re- (ij) posita est hec spes mea in sinu meo. Spes igitur resurrectionis subsistit in sinu mētis per habitum fidei: quo inchoatur in nobis nō solum spes resurrectionis sed & vita ęterna. Secundū autē hanc expositionē q̄ est Chryso. (Chrysost.) fides hoc loco non videť accipi proprie pro habitu fidei: sed pro i. sa spe qua speramus bona ęterna. Tamen quoniam et spes per fidem subsistit: ea enim speramus que credimus: quomodo enim inuocabunt quem non crediderunt (Rom. 10. c.)/ipsa etiam spes vocatur fides. Nam & substātiā vocamus principium rei alicuius sicut in generatione σπέρμα, in ędificio fundamentū: in spirituali structura fundamentū est fides: medium spes: tectū charitas que est vinculū integritatis aut perfectionis que (Collos. 3.) & consūmat & connectit. Itaq̄ fides est substantia rerum earum que sperantur: hoc est est causa que res sperandas faciet quandoq̄ subsistere in nobis: quod est faciet vt consequamur bona que credentes speramus: et sperando diligimus. Est & argumentū eorum que nō videntur. Hoc est est certitudo rerum que non visuntur: & si quis de illis addubitet: non credens nisi quod videt: fides est earum probatio: que tamē probatio incredulis fidem non facit. Nisi enim credideritis inquit Esaias: (Cap. 7.) non intelligetis. Credenti tamē fidem faciunt non verba nuda prędicantis: sed dn̄o cooperante & sermonē confirmante sequētibus signis: que credibilia facta sunt nimis i toto orbe. (Psal. 92.) Habes igitur quid sit fides: quia habit⁹ mētis. &c. habes quid in nobis efficiat: quia facit vt subsistant in nobis ea que nō dum sunt/reuera autem iam sunt: sed non sunt in nobis: et tamen per fidem reposita (Job. 19.) sunt in sinu nostro. habes quomodo est fundamentū ecclesiastici ędificij & prior eius pars. habes & de quib⁹ est quia de ijs que in cor hominis non ascenderūt. Inde ergo dicit apo. [In hac enim testimoniū meruerunt seniores:] de quib⁹ apo. alias: super ędificati estis supra fundamentū apostolorū & prophetarū: ipso Christo domino (Ephe. 2.) existente fundamento cōmuni & illorum & nostro: & omnium qui nos pręcesserunt cum signo fidei & dormiunt (iij) in somno pacis: quorū figuram gessit Jacob: quando lapidem erexit/super quem dormierat tota nocte: indeq̄ vidit scalā & dominū & angelos. (Genes. 28.) Vides quomodo in hac & per hāc fidem vnius mediatoris Christi Jesu testimonium meruerunt seniores qui in Jacob pręfigurabātur. Lapis enim ille Christus est: quem quia reprobauerūt (Psal. 117) iudei: ędificantes sine fundamento fidei: diruta est maceria eorum: & ablatum est ab eis regnum. Matth. 21. cap. & traditū gentibus: qui habent fidei fundamentū & substantiam rerum inuisibilium Christum dominū. Sicut enim reclinanti caput super lapidē Jacob visus est dn̄s scalę innixus: ita quiescentibus in spe ęternę remunerationis: per fidem videtur dn̄s quasi iam propinquus: et reuocans nos ad patriam vnde in parente nostro electi sumus: [Per fidem intelligim⁹ perfecta esse secula verbo dei: vt ex ijs que non apparebant: ea que videntur fierent.] Quo verbo excluditur error Phi dicentis: (Phs.) mūdus est sempitern⁹: incorruptibilis existēs & ingenit⁹. Dixit autem & Plato cęlum quidē factum esse: tamē fore sempiterno tempore. Nos tamen cum eo tenemus factum & futurum in ęternū: liberandam tamen creaturā Rom. 8. in libertatē filiorum dei. de hoc alias. sciendum autem q̄ hec prępositio: ex/cōstruitur cum hoc ablatiuo inuisibilibus in habitudine triplici videlicet causę efficientis vel materialis vel tēporis. primo modo: quia mū-

dus hic visibilis factus est effectiue ex archetypo inuisibilis mūdi sicut dixit Boetius: (Boetius.) tu cuncta superno ducis ab exemplo/pulchrum pulcherrimus ipse mundum mēte gerens: similiq̄ imagine formans: quod est vt ex ijs q̄ non apparebāt ea que videntur fierent. sunt igitur creata oīa vestigia archetypi. Scđo modo: q̄ ex inuisibili rudi in cōposito et indigesto Chaos p̄ductus et formatus (iiij) sit iste mundus visibilis: & in partes speciesq̄ rerum ac formas digestus. Tertio sicut dicimus ex mane fit meridies idest post mane: estq̄ sensus: post inuisibilē cōfusāq̄ mundi substantiam facta est visibilis forma & distinctio rerum ex tempore. (Terrę motes.) Erat enim terra inanis & vacua: siue vacuitas: aut inanis et nihil vel iuxta aliū erat stupida. Chaldaice deserta & vacua. secundū. 70. (70.) inuisibilis et incomposita. Cum itaq̄ dicit apo. fierent: non euentu fortuitu casuq̄ ortum hunc mundū intellige vt quidā sunt opinati: sed originem ab ipso deo atq̄ causam sumpsit: (Genes. p̄.) iuxta illud/in principio fecit deus cęlum & terram. Complura de rerum natura sapientes externi disseruerūt: et nulla prorsus apud illos ratio: nulla sententia fixa stabilis immobilisq̄ permansit: posteriore semper antecedētem eijciente: atq̄ a deo vt opus nobis nō sit opiniones illor euertere: quippe cum satis ab illis sint euersę. Thales (Thales.) quidē principiū rerum aquam esse dixit: Anaximāder (Anaxima.) infinitū: Anaximenes (Anaxime.) aerem. Xenophanes (Xenopha.) negat aliquid generari vel corrumpi. Parmenides (Parmeni) sempiternū atq̄ immobile censet vniuersum. Democrit⁹ (Democrit⁹) abderites principia rerum athomos et non ens posuit. Epicurus (Epicurus.) inquit ex non ente nil fieri. Empedocles (Empedo.) omnia fieri per litem & amicitiam: animam nō in corde vel capite sed in sanguine disseminatā. Metrodorus (Metrodo.) reuera talpa cęcior diem & noctem fieri dicit: per hoc q̄ sol sępius extinguiť & accendiť rursus. Diogenes (Diogenes) Apolloniata infinitos mūdos asserit. Phęnices (Phęnices) ex tonitru quasi ex somno prorūpisse asserunt omnia animantia. Xenophanes (Xenopha.) itē ait omnia vnum esse. Democritus itē inquit deū mundi animam esse: & eum pilę ignee formam possidere. Mellissus (Mellissus) sensibilia omnia nil esse arbitratur. Anaxagoras (Anaxago.) intellectum asserit omniū rerum causam esse. Cōfusa enim omnia esse a principio: sed intellectus a confusione in ordinem ea redegit. Super omēs autem Academici insanire videntur: Asserētes nil verū. &c. Eusebius. (Eusebius.) Audiamus autem nos scripturā dicentem: in principio creauit deus cęlum & terram. (Principiū.) Principiū Moses in primis posuit: ne mūdum aliqui principio carere arbitrarenť/dicens vero deus: prouidētiā in rebus posuit: fatum exclusit & casum & fortunam. Dicens vero creauit aut fecit: pro eo dicit vt ipse mūdus effectus minima pars virium opificis ostendatur. (Basilius.) Nam vt cum ab eadem arte figulus vascula mille finxisset: neq̄ artem neq̄ vires absumsit: sic & hui⁹ opifex vniuersi nō ad vnum quiddam procreādum acco- (v) modatā potentiam habens: sed in infinitum excedentē: rerum earum omniū que spectātur magnitudines solo sane voluntatis momēto creauit. Quod si principio mūdus non careat factusq̄ sit: q̄rere velis vestigareq̄: quis est qui principiū ipsi pręstiterit: et quis nam est ipsius effector: ne & nos vagari incipiamus sequentes doctrinas hominū: & a veritate exorbitemus: hac nostros animos doctrina Moses ipse pręoccupauit: dei pręciosissimo nomine perinde atq̄ imagine sigillo monimētoq̄ quoddā in ipsos impresso: in principio dicendo fecit deus cęlum & terrā. In ipso enim cōdita sunt visi. & inuisibilia: throni siue dominationes. &c. (Collos. p̄.) Itaq̄ quoniā complures eorū qui mūdum ab ęterno simul esse cū deo sunt opinati: non ab ipso factū esse sed quasi vmbraculū ipsius esset spōte emersisse ipsum asseruerūt: atq̄ causam quidem ipsius deū esse fatentur: causam tamen voluntate non concurrēte: perinde atq̄ corpus vmbrę: luciduinq̄ splendoris est causa: ideo talē errorē emendare volens Moses: hec verba protulit: in principio fecit deus cęlum & terram. Non vt sit/ipsi mundo causam pręstitit: sed fecit vt bonus q̄d vtile est: vt sapiens quod pulcherrimū est: vt potētia pręditus quod maximū est: & omnino quasi artificē sane nobis deum in ipsam rerum omnino substantiā ingressum ac partes singulas inter sese coniungentē atq̄ accomodātem: consonūq̄ totum vniuersum efficiētem ostendit dicens: (Genes. p̄.) in principio creauit deus cęlum & terram: ex duobus extremis vniuersi totius innuens ortum. (vj) Quicqd autem istorum mediū est id vna cum ipsis omnino finib⁹ exortū esse consentaneū est rationi. In cunctis enim immixta sunt omnia: atq̄ in terra tam aquam q̄ aerē q̄ etiā ignem inueneris: si tam e silice q̄ e ferro que suam originem e cęlo trahere constat ignis exiliat. Ubi & illud dignū admiratione occurrit: quo nam pacto cum in ipsis corporibus insit ignis non nocet non officit: cum egressus (Ignis.) fuerit: ea que tunc seruabant ipsum absumit. Aquā vero immixtam terrę planū est: & aeris naturam ipsi vapores quos ab humefacta terra sole tepefacta sursū ferri videmus ostēdunt. Terra autem inuisibilis erat & inextructa aut vacua. Est igiť extructio atq̄ plenitudo terrę exacta et perfecta fertilitas ea que ab ipsa met exoriť atq̄ emergit: stirpium omnis generis germinationes/arborum altissimarū proceritates: florum diuersi varijq̄ colores: cęteraq̄ omnia que paulo post exorta pręcepto dei/suam sunt condecoratura parentem: quorū cum non dum quicq̄ existeret: vacuā & inanem oratio terrā haud immerito nūcupauit. (Terra vacua.) Eadē & de cęlo dicere liceat: quādo nec ipsum tunc proprium obtinuit ornamentū: quippe quod non dum a luna soleq̄ illustretur: cęterisq̄ stellis tanq̄ sertis sit redimitū. Inuisibilis autē erat: et q̄a non dum erat spectator ipsius homo: & q̄ cerni non poterat: cum obruta fluitantibus aquis esset. Adde tamē et lucem nō dum exortam fuisse: absentia cuius haud mirū videť sitam in media mundi parte tellurē inuisibilem dictā: q̄ aer vndiq̄ circa ipsam diffusus luce careret. Sed virtutis deprauatores inquit Basilius nō suam scripturę mentem accomodantes: sed ad suam voluntatem mētem scripturarū trahentes ac peruertētes: materiā hisce verbis innui dicūt/hec est inquiunt inuisibilis & incōposita suapte natura: quippe cum omni prorsus qua- (vij) litate sua careat ratione: atq̄ ab omni penitus forma figuraq̄ sit separata: quam opifex vniuersi sumptā informauit: in ordineq̄ redegit. Hec illi. Nos autem causas tres assignauimus quare terra inuisibilis dicta est inanis & incōposita. Et dixit deus. Fiat lux: & fuit lux. (Lux.) Prima vox dei lucis naturam creauit: tenebras deleuit: męstitiam dissoluit: mundū illuminauit. Quas autem laudes nos diximus ipsa luce dignas que testem suę pulchritudinis ipsum iam suū habuit creatorem: sicut scriptū est: & vidit deus lucem esse bonam. Et diuisit lucem a tenebris: hoc est naturam istarum talem effecit vt misceri non possint: oppositęq̄ sint perinde atq̄ contraria. Vocauitq̄ lucem diem. Fiebat autem tunc dies vicissimq̄ nox accedebat non motione quidē illius primogenitę lucis: sed ea sese luce diffundente rursumq̄ contrahente ea sane (Firmamētum.) mensura que a deo fuerat definita. Fiat firmamentū in medio aquarum. Intelligere velis regionem quādā locum ve discernendi humoris: (Tho. p̄ma par. q. 68. ar. p̄mo.) tenuem quidē atq̄ colatum humorem ad supera loca traijcientem: crassum autē atq̄ terreum ad infera demittētē: vt ab initio ad finem vsq̄ eadē in vniuerso temperies cōseruetur: calore paulatim humoris essentiā absumente. Nos vero copiā quidē aquarū tantam esse non credimus: nec ad caloris tātam copiam respicim⁹: qui tamet si paruus est magnitudine: multū tamen humoris ob vires suas cōsumere potest. Attrahit enim ad se propinquū humorē sibi: vt ipse (viij) cucurbitulę medicorū docent: attractumq̄ consumit perinde atq̄ in igne lucernę fieri solet: qui per linum ad se

tractum adiacens alimentum cito admodū mutatū com
burit. Jam vero Etherē ipsum (dictum a currere ⁊ arde
Ether. re idest θεῖο curro: vel αἴθω ardeo) quis ambigit igneum
esse ac perflagrā tem? Quē nisi finibus neces
sarijs ab opifice suo detineretur atq; coerceretur: quid
queso prohibuisset omnia sibi propinqua cremantē/ atq;
vrētem vniuersum rerum omniū humorē iam absumpsis
se? Qua propter est aerius humor: nubesq; supero in lo
co constant atq; coguntur e vaporum ad ipsum elatione:
quos amnes: fontes: lacus: atq; paludes mariaq; cuncta
emittunt: ne rerum omniū naturam ether occuparet cō
burendo. Ex his liquido patet vsus ⁊ necessitas condē
di firmamenti a deo. De hoc tamen multi multa dicunt:
Rom. 14. quia permittitur vnicuiq; abundare in suo sensu. Voca
uit inquiunt firmamentū celum: ergo firmamētū celum
est non regio quedam infra etherem ipsum vt tu asseris.
Ita est: celum est appellatū ob similitudinē sicut ⁊ ipsum
Deut. 28. aer: iuxta quod dicitur: sit celum quod super te est eneū
ita spissum solidumq; vt nullam inde pluuiam patiatur
ad terram descendere. Nam ⁊ volucres celi dicuntur: et
Ephes. 6. spirituales nequitie habitare in celestibus. Ad hec sciē
dum q ipsa quidem die preuia lux facta est: quarto autē
die corpus solis extructū est: vt illi primogenite luci ve
ix hiculum esset. Nam vt alia diuersaq; sunt et non eadem
ignis atq; lucerna: ⁊ ignis quidē illuminandi vim obti
Sol. net: lucerna autē vehiculum ignis est sicut sonus et vox
dicitur vehiculum verbi: sic ⁊ illi purissime syncere ma
teriaq; vacanti luci vehicula nunc ipsa luminaria sunt ex
tructa. Atqui nemini videatur id quod diximus: nō ea
dem inquam esse lucem ⁊ quod luci subijcitur corpus/ cre
dendum veluti fictum non esse. Primū enim res omes
composite sic a nobis diuidi solent in ipsam essentiā susce
ptricem ⁊ in eam que ipsi accidit qualitatem. Itaq; so
lis corpus ⁊ lux eius differunt quidē natura: vnita tamē
sunt potentia creatoris. Tu autem noli dicere fieri non
posse vt lux a corpore solis separetur. Que enim opa no
stra fieri non possunt: tamen cogitatione separantur: no
stra (abstrahentiū enim non est mendatium) ea re ipsa
gi facultate creatoris vtriusq; nature posse: sicut dicitur
vox domini in rubo intercidentis flāmā ignis. Ibi enim
Psal. 28. lucebat ignis: qui tamen ardebat idest consumebat mi
nime. Quod tamen fieri cotidie ⁊ in luna videmus. De
hoc querat qui vult. Hec pauca diximus secūdū mētem
Basilius. magni Basilij/ pro eo quod scriptū est: fide intelligimus
perfecta esse secula verbo dei: vt ex ijs que nō apparebāt
ea que videntur fierent. Que tamen omnia valde bona
erāt. Quoniam nisi dissimiliter essent pulchra singula/
summe pulchra nō essent simul vniuersa. Nō enim vnū
aliquod ex vniuersis capere potuit quod erat pulchritu
Augusti9. dinis totum. Et id circo summa pulchritudo varia par
ticipatione distributa est in singulis: vt perfecta esse pos
sit simul in vniuersis. Omnes enim homines illuminan
tur ab vno diuino radio: sed alia claritas solis alia lune
j. Cori. 15. alia stellarum. ⁊c. dei tamen perfecta sunt opera q in per
fectissimo numero condita sunt puta senario: qui prim9
numerus ex omnibus suis partibus aliquotis creatur
post quem est Numerus. 28. [Per fidem plus hostiarū
Abel obtulit deo q Cain: p quas testimoniū meruit q
esset iust9: testimoniū perhibēte de donarijs illius deo:
⁊ per hanc mortuus adhuc viuit.] Dicitur autem Abel
plus hostiarum obtulisse: quoniā deus non ad munera
respicit sed cor offerentis. Suscepit enim deus gratan
Luc. 21. ter duo era minuta vidue: qui loquitur ad israel: nō acci
piam de domo tua vitulos nec de gregibus hircos. Sed
Psal. 49 ⁊ secundū litteram scriptū est: maledict9 dolosus qui ha
bet in grege suo masculum: ⁊ votum faciens: immolat de
x bile domino. Malach. j. Itaq; Abel ⁊ meliora obtulit ⁊
acceptabiliora: et inde respexit dñs ad Abel: ecce vnde
acceptabiliora: ⁊ ad munera eius: ecce vnde pinguiora.

Obtulit enim de primogenitis gregis sui: ⁊ ex adipib9
eorum. Sed vnde potuit scire Cain q dñs non respexis
set ad munera sua? Vera est igitur Theodotionis trāsla
tio: dicentis: inflāmauit domin9 super Abel ⁊ super mu
nera eius: siue super sacrificiū eius: super Cain et super
sacrificiū suū non inflāmauit. Ignem autem de celo veni Hierony9.
re solitum ad sacrificiū deuorandum multis locis legim9.
Hoc est igitur testimoniū quod de9 perhibuit donarijs
illius: q ea celesti igne absumpsit. Per hanc igitur fidē
qua optima ex melioribus obtulit: mortuus loquitur: quo
niam mors flāmā fidei non extinxit. Loquitur autem: ad
similia facienda oēs adhortans. Sicut autem Abel ad
nullum aspiciēs: fecit rectum in oculis dei: sic ⁊ Cain ad
nullum aspiciens fraterna se cede fedauit. Sicut autem
dicit Aug. tota ecclesie iustitia est virginitas: sacerdotiū Augusti9.
⁊ martyriū: que tria in Abel fuerunt: qui et munera pla
cita deo obtulit: filios nō reliquit: ⁊ martyrij coronā san
guinis effusione promeruit: vrgente enim diabolo con
dēnationē quam pater eius propter peccatū promeruit:
ipse prior ante omnes accepit. Inde ergo adhuc loquitur:
sanguis enim eius ad deum clamat de terra contra Cain Genes. 4.
eo q dixerit: nunquid custos fratris mei ego sum? Pto
lomeus rex Egypti filium nomine Memphitem quem
ex Cleopatra eadem ⁊ sorore ⁊ coniuge sustulerat libera Val. Ma.
lis forme puerū in conspectu suo occidi iussit: pedes ve
ro precisos ⁊ caput ⁊ manus in cistā chlamyde opertos
munere natalitio matri misit: quasi ipse tante cladis quā
matri inferebat expers esset. Hec sunt dona Eglon mis
sa per manus Aioth: que non odorem sed teterrimū fu Judi. 3.
mum offundunt. Sic Balaā per asinam redargutus: col
liso pede: vacuus pecunia: contumelia oneratus: claudi Nume. 24
cans reuertitur ad sua ⁊ confusus: quē tamen Balac pro
missis munerib9 honorare decreuerat. [Per fidē Enoch xi
fuit translatus ne videret mortem: ⁊ non fuit inuentus:
propterea q transtulerat illum deus. Priusq enim trās
ferretur: testimoniū meruerat q placuisset deo.] Iste igi
tur sine morte per totius pene seculi tēpus remotus ab
hominū conuersatione custoditur: vt in eo qualiter si ho
mines non peccarent: generata prole cōmutarētur in vi
tam spiritualem sine morte media ostenderetur. Quia Chrysost.
igitur inuenit deus hominē qui potuit peccatū Ade re
uocare: mostrādo re ipsa quia non volens mortē huma
no generi inueheret propter mandati trāsgressionē: eū
qui mandatū acceperat condēnauit: nunc viuentē homi
nem transfert. Non immortalitatē largitus est: ne peccā
di metum eneruaret: sed morti in humanū genus suum
ius dereliquit. Propter hoc iterum obscure vt ita dicā
⁊ latenter reuocare vult sentētiam quam cōtra Adā pro
tulit: sed manifeste hoc non facit: vt timor eius emenda
tioni deseruiat. Sciendū sicut dicit Aug. Quod Enoch Augusti9.
⁊ Helias non sic sunt modo sicut erunt sancti: quando pe
racto labore diurno: denarium pariter accepturi sunt.
Sed habent aliquid melius q in hac vita possunt: q uis Matth. 20.
non dum habeant quod ex hac vita recte gesta habituri
sunt. Mortem distulerunt sed morituri sunt: iuxta quod
statutum est omnibus semel mori. Cur autem Adam et Supra. 9. c
Eua si iuste viuētes caste filios procreassent: nō eis pos
sent translatione non morte succedētibus cedere? Nam
si Enoch ⁊ Helias in Adam mortui mortisq; propaginē
in carne gestantes: nunc tamen in alia vita sunt: vbi an
teq animale corpus in spirituale mutetur: nec morbo nec
senectute deficiunt: quanto iustius atq; probabilius pri
mis illis hominibus prestaretur/ sine vllo suo parentum
ve peccato viuentibus: vt in meliorē aliquem statum fi xii
lijs genitis cederent: vnde seculo finito cum omni po
steritate sanctorū in angelicam formam/ non per carnis
mortem sed per dei virtutem multo felicius mutarentur?
Potuerunt ergo omnes iusti manere in hoc seculo: do Joā. 14.
nec numerus electorū compleretur: ⁊ tunc omnes simul

transferri ad māsiones q sunt in domo patris: vel qlibet
genitis filijs: cōsummata iustitia: trāsferri sicut Enoch:
non moriturus: sed de vita seculi huius trāsferri in vitā
eternā. Enoch autē septimus fuit ab Adā omniū paren
te: vnde ⁊ septimus requiē significat ad quā trāsfertur:
post quā resurrectio omniū consequtur que futura est in
die octauo: quādo innouato celo ⁊ terra: sancti transferē
tur in vitā eternā. [At qui sine fide impossibile est pla
Joan. 3. cere deo.] Qui enim nō credit: iā iudicatus est. Et si
cut pagano nō prosunt opa sine fide: saltat enī extra cho
Prouerb. rum vt dicitur: sic nec christiano sine operib9 fides: nisi
Luterus. ⁊ hic audire placet grunientē Luterū dicētē q: si per im
possibile cōfessus nō esset cōtritus: aut sacerdos nō serio
sed ioco absoluerit: si tū sese absolutū credit: verissime est
absolutus. Amen: sic faciat dñs: suscitet dñs verba tua q
Rom. 10. prophetasti: vt quicūq; inuocauerit nomē dñi salu9 fiat.
Verūtamen sicut sine fide impossibile est aliquē fore ab
solutū: quecūq; opera faciat: quoniā extra viā est: Ita fi
Matt. 7. delis ab operib9 vacu9: nunq quo tēdit perueturus est:
⁊ si peruenerit: auditurus est: amē dico vobis nescio vos.
Gregorius Gregori9. Nā ⁊ Corneli9 cuius eleemosyne ante baptis
ma angelo teste laudate sunt: nō operibus venit ad fidē:
Actuū. 10. sed fide venit ad opera: cui dicitur: Eleemosine tue ⁊ ora
tiones ascenderūt ad deū. Si enim deū esse ⁊ ante bap
tisma nō credebat: qd orabat: vel quomō hunc de9 exau
dierat: si non ab ipso se pfici in bonis petebat? Sciebat
ergo deū esse omniū creatorē: sed q eius omnipotēs fili9
Matth. 11. incarnatus esset ignorabat. Et qd mirū? Ecce quo nul
lus maior est in natis mulierū dixit. Tu es q venturus
Ambrosi9. es? Ergo Christū moriturū inquit Ambrosi. etiā sancti
dubitauerunt. Quādo ⁊ celestia heserunt opinionis in
Psal. 23. certorū dicūt qs est iste rex glorie? videm9 ergo ⁊ ange
Rom. 10. los profectus habere sciētie. Sed iā inquit apl's prope
est verbū in ore ⁊ in corde tuo. ⁊c. At dum lex expectat
Exod. 32. dieb9. 40. popul9 more impatiēs: fac inqt nobis deos q
nos precedant. Et licet tabule fracte sint: scriptura tamē
manet integra/ vt nec apex pereat donec omnia fiāt. Ta
Matth. 5. bule iste corpus ⁊ anima sūt oīs credētis cui de9 digito
suo insculpsit legē iuxta Hieremiā cap. 31. et vocātur ab
aplo. 2. Corinth. 3. Carnee tabule. He igitur frāguntur:
Matth. 22. cū corpus ⁊ anima ligatis manib9 traditur in Gehēnā:
scriptura tamē inuiolabilis pmanet: quicqd fiat de tabu
lis istis: quoniā sine fide q per dilectionē operatur im
possibile est placere deo. Gal. 5. cap. Bonū opus intētio
Augustin9 facit: intentionē fides dirigit: fac hominē optime guber
nare nauim quo velit atq; vnde velit: et dicatur ei: vsq;
xiii quo is: ⁊ dicat: nescio: aut non dicat nescio: sed dicat ad
illū portū eo: ⁊ nō ducat in portū: sed in saxa festinet: hic
Tho. 22. q. 1. ad. 7. et. 9. quāto agilior videtur in naui gubernāda: tāto periculo
sius ad naufragiū properādo perducit. Itaq; fides om
nino necessaria est: qa oportet accedētes credere. Quā
diu enim perfidē nō accedimus: longe est a peccatorib9
Psal. 118 salus: quecūq; multiplicent opera/ surgēdū tamen est: ⁊
adeūdus est pater: vt dicamus pater peccaui in celū co
rā te. Luce. 15. cap. Nā ⁊ Niniuite crediderūt dño: sed ta
men predicauerunt ieiuniū ⁊ vestiti sunt saccis. ⁊c. hoc
Exod. 28. est opera fidei coniūxerūt: iuxta q sacerdos iubetur por
tare in pectore rationale in quo est doctrina ⁊ veritas:
hoc est fidē ⁊ opera: vt qd corde credimus opere teste
Augustin9 mur. De necessitate fidei dicit Augustin9. Quero a te:
si qd nescitur credendū non est: quomodo seruiāt paren
tibus liberi: eosq; mutua pietate diligāt quos parentes
suos esse nō credāt? Nō enim ratione vllo pacto sciri po
test: sed interposita matris autoritate: de patre credi
tur. De ipsa vero matre plerūq; nec matri sed obstetrici
bus nutricibus ⁊ famulis. Nā cui furari fili9 potest ali
usq; supponi: nōne potest decepta decipere? ab vtroq; pe
riculo erepti sumus in Vgine: q ⁊ sine viro concepit: et
Luce. 2. ipsa q genuit primogenitū suū: in pānis inuoluit ⁊ recli

nauit in presepio. Credim9 tamen ⁊ parētibus nris qui
fallere possunt nos ⁊ falli: credim9 autē qd scire nō pos
sumus ⁊ cōfitemur. Illud autē mirabile inquit Chrysost.
Quomodo in principio ecclesie scintilla fidei nre inter Chrysosto.
tā densissimas tenebras cepit elucere: tot vēti/ ⁊ tot flu
mina persecutorū nō solū/ nō extinxerunt: nec tā densis
sime tenebre obscurauerunt: quādo clarior semper illu
strior q; apparebat. Et ita se habet fides nra. Aque mul xiiii
te nō extingunt sed accēdunt: non submergunt sed extol
lunt: venti nō extingunt sed ad augent. Gētiliū autē qua
liter? Nullus vnq christian9 eos impugnauit. Nō enim
fas est christianis vi ⁊ tyrānide subuertere errores: psua
sione ⁊ Vbo dei ⁊ humilitate salus hominū operāda est.
Quo loco etiā insanus Luterus exclamat pro Turcis: Luterus.
imo pro capite suo rege sup oēs supbos: cuius ipse fact9
est mēbrū: dicens. Preliari aduersus Turcas: est repu Job. 41.
gnare deo visitāti iniqtates nras per illos. Nō si ita est:
miserabilior est sors nra q iudeorū. Cū enim congrega
ret Roboā domū iuda/ ⁊ tribū Bēiamin vt pugnaret cō 3. Reg. 12.
tra decem trib9 q se segregauerāt ab eius subiectione:
factus est sermo dñi ad Semeiā virū dei dicens: loqre
ad Roboā: ⁊ ad omnē domum Juda/ dicens. Hec dicit
dñs. Nō bellabitis cōtra fratres vros filios Israel. Ame
enim factū est verbū hoc. vt qd igitur ⁊ nobis nō mittit
deus vnū ex prophetis: qui dicat: a dño mittitur ad vos
Turce: excipite cū gaudio dei flagellū? Nisi forte Lute
rus est hic propheta de numero eorū de qb9 dicitur: Ero 3. Reg. 22.
spiritus mendax in ore omniū prophetarū. Itaq; ⁊ si bel
lare nō licet: licet tamē ecclesiā tueri: licet hostes sub iu
gum mittere: q volunt perdere libertatē nostrā quā ha
bemus in Christo: nō minus q licitū est effugere pestē xv
terroresq; de celo ⁊ similia: q tamen oīa sunt flagella ire
dei. Et mirabile est: quomodo hic pseudo propheta pfri
cte frontis factus est: vt audeat tā inuerecūde psuadere
nobis fabulationes suas ineptas ⁊ ipias: cū magis iux
ta legē: oportuerit cōsuere os suū: nec alios docere: q se Leuit. 13.
ipsum non docet. Et forte ipse est bestia illa de qua visi
sūt exire spirit9 tres imūdi in modū ranarū: quādo fidē
impugnat: pro Turcis ⁊ hereticis pugnat: sanctorū di Apoca. 16.
cta pessūdat: quē de9 interficiet spiritu oris sui. 2. Thes
sal. 2. Ceterūnullus Regū christianorū talia aduersus
gentiles decreta statuit: qualia aduersum nos demonū
excogitauerunt cultores. Nihilomin9 tamen error eorū
quāuis a nullo vnquā obturbaretur: ⁊ profunda qete frū
eretur: a seipso extinctus est: nō secus q corpora annosa
putredini obnoxia: que licet a nullo offendūtur: p se ta
men spōte soluūtur paulatimq; abolentur. Cū igitur ex
maxima parte error ceciderit gentiū: preteritarū rerum
exhibitio futurarū est certitudo. Itaq; qui accedit ad deū
hūc oportet credere/ primū quidē deū esse: tum ⁊ illud:
remuneratorē esse querētibus se. Querimus autē deū
p opera: quē credimus esse viuere/ ⁊ beate viuere: ⁊ vi
uere in eternitate. vidimus inquiunt stellā eius in oriē Matth. 2.
te: ecce fides dirigēs: ⁊ venim9 cū muneribus: ecce ope xvi
ra: adorare eum: ecce iterū fides: ⁊ apertis thesauris suis
⁊c. ecce iterū opera: hec autē duo semp necessaria fuerūt Matth. 11.
ad salutē eternā. Et vide qa non dixit/ oportet accedentē
credere qd est deus: sed qa est: alioqui sublata est spes
oīs salutis nre: nemo enim nouit patrē nisi fili9. ⁊c. Igi
tur cuilibet discipline necesse est indemōstrata esse dis
centib9 principia. Quoniā difficile est sane circa princi
pia pugnātes ac contēdentes recte ac ordinate posse ad
finē procedere. Credere oportet qa est: non autē conten
dendū est: qd est: nihil enim ampli9 audituri sumus quā
Moses audiuit: ego sum q sum. Et si fides est sperāda Exod. 3.
rum substātia rerū: nolimus lōge posita curiosius vesti
gare: ne de sperata in dubiū reuocare: q ea nequeas in
genio deprehēdere. Deniq; siquis de reb9 diuinis sine
fide ad dicendū venerit: in multas nugas incidit ⁊ cassas

nuceo:fermonē in nullo firmās subiecto. Qui vult ergo
Credere. deo placere: illud pncipio psuadeat sibi: deū esse q̄ possit
oia: velit autē optima: deinceps autē ⁊ agere curā rerū
humanarū: q̄ ⁊ remunerator est bonorū: sicut d̄r: dicite
Esaie.3. iusto quoniā bene: quoniā fructū adinuētionū suarū co-
medet: est ⁊ vltor impiorū qui ad diem pditionis seruā-
tur: quāuis nūc videātur secūdis vētis vti: donec inquit
Job.21. fodiatur peccatori fouea: ex q̄b⁹ v̄bis intelligimus q̄re
Psal.93. de⁹ modo parcit malis. Tu iā vis illū sepelire/adhuc fo
uea illi foditur: (vide optime Tobie.8.) Et forte iterim
conuertetur ⁊ dicet: nisi q̄a dn̄s de⁹ expectauit me: pau
lominus habitasset in inferno anima mea. [Per fidem
admonitus oraculo Noe: de iis q̄ nō dum videbātur ve-
ritus: apparauit arcā ad salutē domus sue: per quā arcā
condēnauit mūdū: ⁊ eius q̄ secūdū fidē est factus est he
res.] Quoniā enim Noe iustus in generatione sua cre-
xvii didit deo dicēti: finis oīs carnis venit corā me: ⁊ si nulla
videret signa venturi diluuij: inde aptauit arcā in salu-
tem dom⁹ sue: cū interim hoīes illius tēporis ederent
Luce.17. biberētq̄ ⁊ vxores ducerēt: vsq̄ in die qua Noe ipse in-
trauit in arcā: ⁊ superueniens diluuiū pdidit oēs. Per
hāc autē fidem qua diuino credēs oraculo arcā aptauit:
⁊ ingressus est cū filijs/⁊ vxoribus filiorū suorū ⁊ sua in
articulo diei illi⁹: dānabilē ostendit mundū: eo q̄ nō cre-
diderit ipsi Noe fabricāti arcā ex dei precepto: imo tan-
quā insanū irrideret. Nec hoc tātū: sed ⁊ successit in lau
dem maiorū suorū Abel/⁊ Enoch: quorū nomina cele-
brātur ⁊ in celo ⁊ in terra ob iustitiā eorū insignē. Ostē-
Augusti. sum est autē in Noe q̄d homo p peccatū amiserit: videli
cet bestijs dn̄ari: si ipse obedientiā suo p̄ceptori prestitisset auto
ri. Sed ex quo dominiū super bestias pdiderunt: domi
niū sup hoīes p̄ripuerunt: sicut legim⁹ de Nēroth ro
Genes.10. busto venatore cōtra dn̄m. Iā q̄.40. dieb⁹ ⁊ noctib⁹ to-
tidem inductū est diluuiū: hoc ipsum bonitatis dei ma-
ximū genus est. Volebat enim aliquos ex eis castigatos
generalē illā internitionē effugere: cū ante oculos vide-
Chrysosto. rent proximos suos perire. Verisimile est enim prima
die bonā aliquā partē diluuio perijsse: ⁊ sequēti die ac-
creuisse aliq̄d diluuij: similiter ⁊.3. et.4. die ⁊ sic conse-
quenter: atq̄ ita in.40. dies ⁊ noctes diluuiū protraxit:
vt omnē defensionis p̄textū adimeret. Si enim voluis
set/oia in vno die consumeret sicut postea fecit in Sodo
mis: sed pro sua misericordia tot dierū pductione vsus
xviii est. Q̄ō autē ostium arce clausit a foris dn̄s: hoc ideo fe
cit: ne iustus Noe totius humani generis pditionē vi-
deret. Erat autē conclusus quasi in carcere: vnde nec ce
lum videre licebat nec respirare: cū arca vndiq̄ clausa es
set. Quereret quispiā fortassis cum aque operuerint oēm
Genes.7. montē qui sub celo est: imo ⁊ excesserint cubitis.15. quo-
modo nō occupauerunt paradisum/ vbi erat Enoch: Di
xit nobis quidā vir famosus nec contēnēde autoritatis:
fortassis aque ille erant pro muro loco illi: sicut factū est
in diuisione maris rubri. Legi ambitum loci illius esse
2800. milliariū: q̄d vtrū verum sit necne alij viderint. Vi
dens inquit de⁹: q̄ multa malitia hoim esset. Nimirū tā-
ta erat malitia seculi illius: vt tactus referatur de⁹ dolo
re cordis/intrinsecus. Et penitet me q̄ fecerim hoiem:
Genes.6. qui quidem iuxta ap̄lm imago est ⁊ gloria dei. Et preca-
1.Corin.11. uens inquit in futurū: hoc est p̄uidens hoīes nunquā
correctū iri/elapsis annis.100. sententiā suam ipse ante
vertit. Delebo ergo hoiem quē creaui a facie terre. Sed
non pmanebit spiritus me⁹ in homine in eternū/q̄a ca-
Hierony. ro est. Hierony. non iudicabo hoīes istos in eternū: quo
niā caro sunt: hoc est/q̄a fragilis est hoīs conditio: non
eos ad eternos seruabo cruciatus: sed hic illis restituā
q̄d merentur. Ergo non seueritatē vt in n̄ris codicibus
legitur: sed clemētiā dei sonat: dum peccator hic pro suo
scelere visitatur. Ne aūt videretur crudelis in eo q̄ pec
cātibus locū penitentie non daret: addidit: eruntq̄ dies
illorū.120. anni. Quo loco etiā stultus Luterus calūniā Luterus.
ecclesie dei intexit dicēs. Obsecro qui cunctā cogitatio-
nem cordis malā facit: idq̄ omni tēpore: quā relinquit bo
nam q̄ p̄paretur ad gratiā? hoc autē dicens: liberum Genes.3.
negat arbitriū. Dicamus ⁊ nos ad illū. Obsecro te syco
phanta sapientior cunctis bestijs terre: si homo liber nō
est/vt possit resistere aduersario cū a concupiscētia sua
tentatur: abstractus ⁊ illectus: vt q̄d accepit penitendi Jacobi.1.
tēpus.120. annorū? Nā si omnino nō peccare non potest: xix
frustra tēpus penitēdi accepit: quo abutatur in supbia:
innocensq̄ dānatur morte corporali: vt ne dicā eterna. Job.24.
Quia ergo voluntarie peccat: potest autē non peccare: pu
nitur: sed quoniā fragilis est humana natura: tēpus pe-
nitendi accepit: quo q̄a abusus est: ex.120. annis viginti
sublati sunt. Et tamē non iudicabo hoīes istos in eter-
num q̄a caro sunt. De arce fabrica/ita dicit Augustin⁹.
In cubito consūmatur arca. Cui⁹ arca.300. cubitorum Augusti⁹.
fuit. In multis carnalib⁹ hoibus ecclesia lata est: in pau
cis spiritualibus constricta: ⁊ q̄a ad vnū hoiem qui sine Figura.
peccato est colligitur: quasi in vno cubito cōsūmatur. vi
demus multos in ecclesia lasciuire rixari. ⁊c. Sed quia
hos ecclesia tolerat vt conuertantur: quasi in arce latitu
dine bestie esse dicūtur: q̄ viam latissimā ingrediuntur/
quasi onagri in solitudine. Videmus alios aliena non
rapere: proprijs contētos esse: humiliter viuere: qui q̄a
pauci sunt respectu eorū: quorū infinitus est numerus:
iam angustatur arca. Alios videm⁹ possessa relinquere: Matth.14.
terrenis rebus nullū studiū dare: inimicos diligere: per
celeste desideriū pēnis contēplationis volare: qui quia
valde rari sunt: quādo ⁊ Petrus submergitur qui reli-
q̄rat oīa: iam arca iuxta cubitū est vbi hoīes ⁊ volatilia
continētur. Vnus tamē est sine peccato in quo vestigia
nulla serpens imprimere potuit: q̄a in me nō habet q̄c- Prouer.30
quā: vnde dicitur in cubito consūmabis eā. Ostiū autē Joan.14.
in latere ponitur: q̄a nemo intrat ecclesiā: nisi p sacramē-
tum remissionis peccatorū: q̄d de latere aperto in figura
manauit. Nā ⁊ hoc loco suas nobis nugas ingerit Lute Luterus.
rus/ sacramēta videlicet nō cōferre gratiā. Ait enim. he
retica est sed vsitata sententia: sacramēta noue legis da-
re gratiam illis q̄ non ponunt obicem. Itaq̄ sufficit cre- xx
didisse, baptism⁹ supfluit. Et tamē scriptū est: Qui cre Marci.vlt.
diderit ⁊ baptizatus fuerit salu⁹ erit. Et Petrus: peni
temini: vt deleātur peccata v̄ra. Actuū.3. ca. Et illud/scin
dite corda v̄ra/⁊ non vestimenta v̄ra/⁊ conuertimini ad
me. ⁊c. Hec tamen lōgiorē tractatū requirunt. Dicit au- Joelis.2.
tem ap̄lus.1. Timo.4. et.2. Timo.1. Noli negligere gra
tiā q̄ in te est p impositionē manuū presbyterij: ⁊ suscita
gratiā q̄ est in te p impositionē manuū mearū. Vide ad
hec in Actis capit.2. Penitemini inquit ⁊ baptizetur Actuū.2.
vnusquisq̄ v̄rm in noie Jesu Christi in remissionē pec-
catorū vestrorū: ⁊ accipietis donū spiritus sācti: vtiq̄ ex
virtute sacramenti penitentie ⁊ baptismatis.

¶ Fide qui vocatur Abraā obediuit in locū
exire quē accepturus erat in hereditatē; & exiit
nesciens quo iret. Fide demoratus est in terra
repromissionis tanquā in aliena: in casulis ha
bitando cū Isaac/& Iacob cohæredibus re=
promissionis eiusdē. Expectabat enim funda
menta habentē ciuitatē cuius artifex & cōdi
tor deus. Fide & ipsa Sara sterilis virtutem in
conceptione seminis accepit: etiā propter tē-
pus ætatis: quoniā fidelem credidit esse eum
qui repromiserat: propter q̄d & ab vno orti
sunt/& hoc emortuo tanq̄ sidera cœli in mul
titudine: & sicut arena quæ est ad oram maris
innumerabilis. Iuxta fidē defuncti sunt om-

nes isti: non acceptis repromissionibus: sed a
longe eas aspicientes & salutantes: & confitē
tes quia peregrini & hospites sunt super ter
ram. Qui enim hoc dicunt: significant se pa-
triam inquirere. Et siquidē ipsius meminis-
sent de qua exierunt: habebant vtiq̄ tēpus re
uertendi. Nūc autē meliorē appetunt idest cœ
lestem. Ideo nō cōfunditur deus vocari deus
eorū: parauit enim illis ciuitatē. Fide obtulit
Abraā/Isaac cū tentaretur: & vnigenitū offe
rebat in quo susceperat repromissiones: ad
quem dictū est: quia in Isaac vocabitur tibi se
men: arbitrans quia & a mortuis suscitare po
tens est deus: vnde eū & in parabolā accepit.

¶ [Per fidē Abraā cū vocaretur obediuit: vt exiret in
locum quē accepturus erat in hereditatē: ⁊ exiuit nes-
Genes.12. ciēs quo esset venturus.] Egredere inquit de terra tua/
⁊ de cognatione tua: ⁊ de domo patris tui: ⁊ veni in ter
rā quā monstrauero tibi: dicens autē quā monstrauero:
ostendit q̄ Abraā nesciens quo sequeretur imperiū dei:
xxi maxime quoniā nec vestigiū pedis accipit in terra Pa
lestinorū. Legim⁹ autē Geń. ca.11. q̄ Thare pater Abraā
tulit filium suū Abrā/⁊ Loth nepotē suū/⁊ Sarai nu-
rum suā: ⁊ eduxit eos de Vr Chaldeorū/vt irent in terra
Chanaā: veneruntq̄ vsq̄ ad Aram: ⁊ habitauerunt ibi:
secūdū hoc ergo iam Abraā egressus fuerat de terra sua
Chaldea/videlicet: ⁊ erat in Arā. Quomodo ergo dici
tur ei a dn̄o: egredere de terra tua/⁊ cognatione/⁊ do-
mo patris tui? Ita enim habes Geń. ca.12. Ad hec dici
Actuū.7. mus propter id q̄d habetur in Actis cap.7. Deus glo-
rie apparuit patri n̄ro Abrae cū esset in Messopotamia:
q̄ cum patriarcha esset deo acceptus: visus est ei de⁹: im
perauitq̄ vt inde migraret. Q̄ō vt agnouit Thare pa-
ter eius licet infidelis esset: attamen ob amorē in filiū
soci⁹ illi peregrinationis esse voluit. habitauit autē in
Chanaā quandiu pater vixit. Quo mortuo Abraā ad
imperiū dei Chanaā conscendit. Tunc ergo mortuo pa-
tre eius Thare: dixit ei dn̄s cum esset in Chanaā: egre-
dere de terra tua. Et vocatur hic terra sua Chanaā: quia
ibidē diu cum patre suo vixerat in Aram siue Charrā.
Altera questio nō minus scrupulosior consurgit hoc lo-
Genes.11. co. Thare cū esset annorū.70. genuit Abrā, Geń. cap.11.
Mortu⁹ est Thare annorū.205. ergo reliquit filium suū
Abraā annorū.135. Quomodo ergo dicitur in principio
cap.12. septuaginta q̄nq̄ annorum erat Abraā cū egredere-
tur de Aram? Cū inueniatur vt dixim⁹ fuisse tūc annorum
Hierony. 135. est autē differētia.60. anni: hunc nōdū: ita soluit Hie
rony. dicens. ex tunc vitā Abraā numerari ex quo proie
ctus est in igne in Chaldea: quia noluit illum adorare:
xxii tunc autē erat.60. annorum: q̄d si sic est: soluta est q̄stio: cui
Figura. hec nō placent: querat doctiores. vide autē quāta alacri
tate Abraā paterno relicto sepulchro ⁊ domo in Aram:
Genes.12. festinat pgere nesciens quo: audito: veni in terrā quā
monstrauero tibi: cū interim sepius cogeretur in villi di-
uersorio manere: ⁊ famē extremā pati: ⁊ raptum vxoris
dilecte ⁊ multa talia. Qui ⁊ poterat inter se hec forte di
cere. heccine est q̄d dicebat deus: veni ⁊ faciā te in gen-
tem magnam? pulchra videlicet preludia. Quid suaue
Chrysosto. post hac expectandū? At nihil horū iustus dicebat: sed
tota alacritate pgebat implere precepta. Nos autē q̄ nō
de terra in terrā vocamur: sed de terra in celū: cur nō eā
alacritatem quā ille iustus obediēdo exhibem⁹? Quia
videlicet non eandē fidē habem⁹. Interim autē fame co
gente: descendit Abraā in Egyptū: dicitq̄ vxori, dic ob-
secro q̄ soror mea sis: ⁊ viuat anima mea amore tui. Mi
rabilia sunt hec v̄ba: sed ⁊ multus erat timor propter in Geń.12.
saniā Egyptiacā: ⁊ quoniā nondū erat mortis soluta ty
rānis: propterea in adulteriū vxoris videtur consentire
iustus: sed nolens volens: ⁊ quasi seruit adulterio in vxo
ris contumeliā vt mortē effugiat: faciens ⁊ ipse q̄d in se
erat: cetera diuine prouidētie cōmittens. vidisti vincu-
lum charitatis viri ⁊ vxoris? Qualia vir tātus mulieri
suggerere ausus est ⁊ quale consiliū accepit mulier. No
ui inq̄t q̄ pulchra sis. Nullus accuset pulchritudinē: q̄a Pulchri.
opus dei est: sed puersa volūtas malorū omniū causa est.
Nā ⁊ si dixerim⁹/q̄a de⁹ quotidie opatur aīas: ⁊ in cor-
pore eas mittit nascentiū: tendiculas insanientiū profe
res dicētes: vbi est iustitia dei: vt de adultero incestuq̄ Hierony.
nascētibus aīas largiatur? Ergo cooperator est malorū xxiii
hoīum: ⁊ adulteris seminātib⁹ corpora: ipse fabricatur
aīas? Quasi vitiū semētis in tritico sit: q̄d furto dicitur
esse sublatū: ⁊ nō in eo q̄ frumēta furatus est. Idcircoq̄
terra nō debeat gremio suo semina cōfouere: q̄a sator ea
imūda proiecit manu. Dicitur autē ad aīam meretricē: ⁊ Moraliter.
q̄ sua abutitur pulchritudine: nasum tuū/⁊ aures tuas Ezech.23.
precident: vt videlicet pdita pulchritudine/⁊ vultu ve-
neficio deturpato: quiescat aliquādo scelus tuū: ne au-
deas oculos tuos leuare quos depinxisti stibio vt place
res adulteris. Quia inq̄t iuxta me discooperuisti ⁊ sus 4.Reg.9.
cepisti adulterū. Esaie cap.57. Quis autē nō obstupes- Esaie.57.
cat hāc in Sarai parendi facilitatē: q̄ videlicet post tātā
continētiā ⁊ in tali etate: vt iustū seruet: etiā adultero se
exposuit. In quo autē statu fuit mulieris mens: cū intro-
ducta est ad Pharaonē ⁊ a iusto abducitur? Sed ⁊ ani-
mum Abrae qualē putam⁹? Quomodo autē tunc Sarai
naufragiū non fecit? Mansit autē quasi immobilis petra:
ad celestē gratiā semp expectans. Abrā autem bene vsi
sunt propter illā. proh dolor. hec ipsa q̄ honoris ⁊ mini-
sterij gr̄a data sunt ei: quomodo non magnū rogū in eo
succēderunt? Cū videlicet cogitaret causam tātorū dāno
rum. Certe vidisti quoniā ppe finē venerunt iusti peri-
cula. Abrā bene vsi sunt: cū interim vxor eius castissima
xxiiii in gulā bestie inciderit. Sed ecce respectus diuine grē:
accipe vxorē tuā vade in pace. Que mens admirari di-
gne potest ea q̄ facta sunt? Mulier prefulgida forma/si- Sara.
mul cū viro Egyptio/⁊ Rege ⁊ Tyranno: ⁊ sic in sano ⁊
incōtinēter affecto cōuersans: intacta egreditur: serua- Danielis.
ta castitate sua. gloria in excelsis deo q̄ conclusit ora leo- 6. et.15.
num: cui⁹ prouidētia tunc maxime succurrit: cū ab homi
nib⁹ desperata sunt oīa. [Per fidē cōmigrauit in terrā
promissionis veluti peregrinā cū in tabernaculis habi-
tasset (siue tētoriis ἐν σκηναῖς) cū Isaac/⁊ Iacob cohe
redib⁹ eiusdē pmissionis. Expectauerunt
enim habētē fundamēta ciuitatē cui⁹ opifex ⁊ conditor
est de⁹.] Abraā.100. annorū genuit Isaac. Is autē anno
rum.60. genuit Jacob: vixit autē Abraā annis.175. supui
xit igitur Abraā post natū Isaac.75. annis: post natū Ja
cob.25. annis. Quomodo autē Abraā habitauerit in ta
bernaculis: nec habuerit fixam domū: vide in Geń. cap.
12. et deinceps vsq̄ ad cap.25. Expectabat inq̄t nō terre
nā hierusalē quā Jebusei incolebāt: Sed eā de qua per
oēs scripture paginas gloriosa dicta sunt. hui⁹ ciuitatis Psal.86.
nomē est: dn̄s ibidē. Ezechiel. vlt. [Per fidē ⁊ ipsa Sa- Ezech.vlt.
rai vim ad concipiendū accepit: ac preter etatis rationē
peperit: q̄ fidelē iudicaret eū q̄ promiserat. Sara q̄dem
cū primū audiuit: reuertens veniā ad te tp̄e isto: vita co
mite: ⁊ habebit filiū Sara vxor tua: risit occulte dicens: ⁊ Geń.18.
quasi diffidens diuinis promissis: postq̄ cōsenui/⁊ dn̄s
meus vetulus est: voluptati operā dabo? postq̄ tamē in- xxv
crepita est a dn̄o dicente: nunq̄d deo quicq̄ est difficile?
Iuxta condictū reuertar ad te hoc eodē tp̄e vita comite:
⁊ habebit Sara filiū: credidit ⁊ ipsa sermonib⁹ dei: qua
fide factū est (cooperāte ⁊ fide Abrae ipsius) vt cōcipe-
ret ⁊ pareret filiū suū primogenitū Isaac: q̄a fidelē iudi

cauit eum τ credidit q̃ hec repromiserat. [Qua ꝓpter τ ex vno prognati sunt: eoq; iã annis effeto: tãto nume/ro/quãto sunt stelle celi: τ velut arena q̃ est iuxta marginem maris innumerabilis.] De hoc quoniã multa diximus ad Rom. ca. 4. Illa nobis sufficere debent: Ibi enĩ eadẽ fere ṽba ponũtur. [Iuxta fidẽ mortui sunt hi oẽs: cũ non accepissent ꝓmissiones: sed procul eas vidissent τ credidissent: τ salutassent τ cõfessi fuissent se hospites τ aduenas esse in terra.] Nõ dicit: nõ accepissent: manifestum est ex eo qd dictum est ad Abraã in sopore: scito prenoscens ꝙ peregrinũ futurũ sit semen tuũ in terra nõ sua annis quadringẽtis: τ affligent eos: q̃ anni cõputãtur a natiuitate Isaac cõmuniter. Et post hec egrediẽtur cum magna substãtia: tu autẽ ibis ad patres tuos in

Gen. 15.

pace sepultus in senectute bona. Generatione autẽ. 4. reuertẽtur huc. Prima generatio est Isaac: secũda Jacob: tertia Leui vel Judas: quarta Caath: vel Phares.

xxvi

hoc verũ est respiciendo ad tẽpus quo exierũt de Egypto: tunc enĩ ceperũt reuerti in terrã Chanaã. Aliter cõputãtur he generationes incipiẽdo a Jacob q̃ descendit in Egyptũ. Is genuit Judam: Judas genuit Phares:

1. Paral. 2.

Phares genuit Esron. Esron genuit Caleb. 1. Paralip. cap. 2. Et hic est de numero eorũ qui ingressi sunt terrã

Nume. 14

promissam. Numeri cap. 14. per lineã autẽ sacerdotalẽ generationes q̃nq; sunt. Jacob enim genuit Leui: Leui Caath. et is genuit Amrã. Amrã genuit Aaron. Exo. 6.

Exo. 6.

cap. Et iste genuit Eleazarũ qui cũ Josue diuisit terrã

Josue. 14.

populo Israel. Josue cap. 14. Nõ autẽ mirũ si Iudei exeuntes de Egypto hostẽ decipi dignũ decipere iussi sũt: qui erãt adhuc digni hostẽ decipere. Nõ enim erãt iam

Historia.

idonei qbꝰ diceretur: diligite inimicos vr̃os: sed tales q̃ audirent: diliges amicũ: odio habebis inimicũ. Adhuc

Matth. 5.

enim ille proximꝰ ꝙ late esset intelligẽdus nõ erat tẽpo

Augusti.

ris tradere. Iussit deus expoliari Egyptios vel potius ꝑmisit nẽpe pro illorũ cupiditate: qui adhuc terreno re

Exod. 12.

gno inhiabant: sed tñ acceperant illa pro mercede: tam diuturni laboris τ operis quo in luto τ lateribꝰ deũ seruierant. Sed deꝰ quedã ꝑ se facit: sicut mentes illuminare τ similia: q̃ illo solo digna sunt: soliq; cõueniũt. Quedã ꝑseruientẽ sibi creaturã: alia iubens: alia ꝑmittens/

Matthei. 6. et. 10. cap.

etiã vsq; ad passerũ administrationẽ: τ capillorũ numerationẽ: τ feni decorẽ atq; florũ qui nec serunt nec nent. Nõ autẽ dixit ꝙ procul eas promissiones vidissent. τc. ṽbo trãslato vtitur a nauigãtibus: qui lõge prospicientes ciuitates suas desideratas: salutãt eas dicẽtes: Quã

Psal. 83.

dilecta tabernacula tua dñe virtutũ: cõcupiscit aĩa mea

Gen. 47.

in atria dñi. Inde illa vox cuiusdam aduene τ peregrini. dies peregrinationis vite mee. 130. annorũ sunt: τ nõ ꝑuenerũt vsq; ad dies patrũ meorũ q̃bꝰ peregrinati sunt.

Psal. 38.

Itẽ illud: aduena ego sum τ peregrinus sicut oẽs patres mei: τ tamẽ hic regnabat in terra promissionis τ ciuitatem cõdiderat. Quid qd hec regio finibꝰ admodũ angustis vndiq; circũscribebatur: τ magna ex parte nõ cessit

xxvii

